CLARISSIMI

THEOLOGI

MAGISTRI RICARDI DE MEDIAVILLA

SERAPHICI ORD. MIN. CONVENT.

SVPER QVATVOR LIBROS SENTENTIARVM PETRI LOMBARDI Quæstiones subtilissimæ,

Tomus Quartus.

Nunc demum post alias editiones diligentiùs, ac laboriosius (quoad fieri potuit) recognitæ, & ab erroribus innumeris castigatæ,

NECNON CONCLVSIONIBVS, AC QVOTATIONIBVS ad singulas Quæstiones adauctæ, & illustratæ,

A R. P. F. LVDOVICO SILVESTRIO À SANCTO Angelo in Vado, Doctore Theologo, & eiusdem instituti professore.

CVM INDICE GENERALI, ac locupletissimo totius operis.

Ex elemosinis Mag: fratris Reg: Bononiae 1601 cum tribus alijs tomis

Io: Ant: de Sapientibus a Riparolio pretio duorum aureorum una in Quatuor sententiarum libros



BRIXIAE.

DE CONSENSV SVPERIORVM,

M. D. XCI.

INDEX QVAESTIONVM QVARTI LIBRI.

DISTINCTIO VII.

DISTINCTIO VIII.

DISTINCTIO IX.

DISTINCTIO X.

DISTINCTIO XI.

Vtrum

DISTINCTIO XII.

DISTINCTIO XIII.

DISTINCTIO XIIII.

DISTINCTIO XV.

DISTINCTIO XVI.

DISTINCTIO XVII.

DISTINCTIO XVIII.

Vtrum

DISTINCTIO XIX.

Vtrum

DISTINCTIO XX.

DISTINCTIO XXI.

DISTINCTIO XXII.

DISTINCTIO XXIII.

DISTINCTIO XXIIII.

DISTINCTIO XXV.

Vtrum

DISTINCTIO XXXIX.

DISTINCTIO XL.

DISTINCTIO XLI.

DISTINCTIO XLII.

DISTINCTIO XLIII.

DISTINCTIO XLIIII.

DISTINCTIO XLV.

Vtrum

DISTINCTIO XLVI.

DISTINCTIO XLVII.

DISTINCTIO XLVIII.

DISTINCTIO XLIX.

DISTINCTIO L.

FINIS.

SCRIPTVM SVPER QVARTVM SENTENTIARVM

CLARISSIMI DOCTORIS MAGISTRI RICHARDI de Mediauilla, Ordinis Minorum.

PROLOGVS.



NNOVA signa,& immuta mirabilia,glorifica manũ,& brachium dextrum: excita furorem,& effunde iram. Hæc verba scripta sunt Ecclesiast. 36. quæ sic possunt exponi, vt in eis per modum orationis prædicta fuerint nouorum sacramẽtorum institutio, mortuorum resurrectio,electorum glorificatio,&reprobo rum damnatio.Per signa enim possunt intelligi sacramenta:vt eñ dicitMagister huius quarti,dist.1. c.1. Sacramentum est sacræ rei signũ. Et Aug.lib.10.de ciuit. Dei,c.5. Et habetur de consec.dist.2. Sacrificium,Sacramentum est sacrum signũ. Per innouare significatur aliquid nouum instituere, accipiendo innouationem pro institutione nouorum.Per immutare mira bilia,significatur vltra mirabilia, q̃ facta sunt, vel fiunt facere mirabiliora.Per manum intelliguntur operationes. Et quia operationes indifferentes sunt ad bonas,& malas, & solæ bonæ operationes glorificandæ sunt,idest opera tores earum,propter eas glorificandi sunt, ideo postquam dixit: Glorifica manum,subiunxit,& brachium dextrum,ita vt legatur:& pro, idest,Per operationem enim dextram intelligi tur operatio bona, sicut & per sinistram mala, vt sit sensus,Glorifica manum,& brachiũ dextrum,i.glorifica facientes opera bona. Excita furorem.i. suscita reprobos, qui dicũtur furor per quendam figuratiuũ modum loquendi:vnde ad litterã insensati dicuntur:vnde vt habetur Sap.5. Ipsi dicent in iudicio de iustis. Nos insensati vitã illorum existimabamus insaniã. Et effunde iram.i.effunde super eos damnationem æternam.Et sm̃ hanc expositionem in ver bis propositis tangũtur quatuor.Primo sacramentorum nouæ legis institutio, & veterũ euacuatio,cũ dicitur,Innoua signa.Secundo generalis omnium resurrectio, cum dr̃, Et immuta mirabilia. Mirabilius eñ opus faciet Deus in mortuorum omnium resurrectionem, quã modo sit hominũ generatio. Tertio specialis electorum resurrectio,& glorificatio simul, cum dr̃, Glorifica manum, & brachium dextrum. Quarto reproborum resurrectio,&damnationis eorũ completio,cum dr̃,Excita furorem,& effunde irã: de quibus determinat Magister in hoc quarto. Per innouationem ergo signorũ, vt dictum est, intelligitur institutio nouorũ sacramentorum, i. sacramẽtorum no.l. quæ sunt signa virtute medicinalia, de quo potest exponi illud quod dr̃ Daniel.6.de Deo.Ipse est liberator,atque saluator faciens signa,s.liberationis,& saluationis.Quod aũt liberat infirmum, & sanat,virtute medicinale est.De eodem etiã potest exponi illud quod dicitur ad Heb 2.Noua l.in nos confirmata est,contestante Deo signis,& paucis interpositis sequitur, Spũs sancti distributionibus,i.signis, per quæ ministerialiter distribuitur gratia Spiritus sancti. Sũt etiã signa præ singularitate mirabilia, de quo potest exponi illud quod dicitur Exod.34.Signa faciam, quæ nunquam sunt visa super terram,nec vllis gentibus. In gente.n.Iudæorum non erant talia signa visa,quia sacramenta ve. l.gratiam significabant, sed non sicut ista cõferebant. Et quia signa medicinalia,& mirabilia debent suscipi cũ reuerentia:ideo vt suscipiantur cum maiori reuerentia sunt prædicabilia, de quo potest exponi illud quod dicitur Daniel.3. Placuit mihi prædicare eius signa, quia magna sunt.Prędicta autem signa Christus instituit ad euacuandum sacramentorum vet.le. imperfectionem, & propter promissorũ adimpletionem,&legis faciliorem obseruationem, quia gratiã conferunt, per quã legis mandata faciliter adimplentur.Per immutationem etiã mirabiliũ intelligitur factio mirabiliorũ, quæ faciet Deus in oĩum mortuorũ resuscitatione, qđ est mirabilius,quam fuerit eorũ generatio ad quam ordinatur matrimonij sacr̃m, de qua resuscitatione potest exponi illud quod dr̃ Iob 37. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna,& inscrutabilia, in quo cõuenienter datur intelligi mortuorum futura resurrectio:quia sicut dicit Apost.1.ad Cor.15.Canet tuba,& mortui resurgent incorrupti.Et in electorum perfecta glorificatione, quod erit mirabilius, quam sit, vel fuerit eorũ per sacra sanctificatio,de qua glorificatione potest exponi illud quod dicitur in Psal.16. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Per sperantes in Deo intelliguntur electi. Salutis eorum factio est eorũ glorificatio, quã per Dei misericordiam mirabiliter consequũtur. Et

Sacramentũ quid sit.

In proposita authoritate principalia quatuor huius lib continentur.

Signa medicinalia.

Signa mirabilia.

In fine.

Et in reproborum æterna damnatione, quod erit mirabilius, quam fuerit eorum temporalis afflictio, quam multi sustinent reprobi pro sacrorum contemptu: de qua damnatione pōt exponi illud quod dicitur Sap. 16. Quod enim mirabile erat in aqua, q̄ omnia extinguit plus ignis valebat. In quo figurata est damnatio reproborum: de reprobo enim dicitur Iob 24. ꝙ ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, a quo calore, & frigore nos defendat, & ad gloriam electorum perducat Dominus Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Quo nihil molestius. 12. de ci. c. 4

TEXTVS QVARTI SENTENTIARVM,

In quibus a principio ad XLII. Distinct. inclusiue, vsque de Sacramentis sacramentalibusque signis agitur. Deinceps vero ad calcem, vsque de vniuersali resurrectione, deq; præmiis vnicuique iuxta opera sua tribuendis enodatur. Adiectis passim (prout textus expostulant) Bibliæ, Canonumque concordantiis.

DISTINCTIO I.

Lucæ 10. f



SAMARITANVS *enim vulnerato appropians, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit: quia contra originalis peccati, & actualis vulnera sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus quatuor primò consideranda occurrunt, Quid sit sacramentum, Quare institutum, In quibus consistat, & conficiatur, Et quæ sit distantia inter sacramenta veteris, & nouæ legis.*

Quid sit sacramentum.

SACRAMENTVM *est sacræ rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentum diuinitatis: vt sacramentum sit sacrum signans, & sacrum signatum: sed nunc agitur de sacramento secundum quòd est signum. Item, Sacramentum: est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Signum verò est res præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in cogitatione venire. Signorum verò alia sunt naturalia, vt fumus significans ignem: alia data. Et eorum quæ data sunt, quædam sunt sacramenta, quædam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non econuerso. Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signum est. Si enim sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sacramenta sunt, propriè sacramenta non dicerentur. Sacramētum enim propriè dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius imaginem gerat, & causa existat. Non ergo significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quæ enim significandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt, & non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruantiæ cæremoniales veteris legis: quæ nunquam poterant iustos facere offerentes: quia, vt ait Apost. Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, non animæ. Nam inquinatio illa erat contactus mortui. Vnde August. Nihil aliud intelligo inquinationem, quam lex mundat, nisi contactum mortui hominis: quem qui tetigerat, immundus erat septem diebus, sed purificabatur secundum legem die tertio, & septimo: & ita mundus erat, vt iam intraret in templum. Mundabant etiam interdum a corporali lepra illa legalia. Sed nūquam ex operibus legis aliquis iustificatus est, vt ait Apost. etiam si in fide, & charitate fierent. Quare? quia imposuit ea Deus in seruitutem, non in iustificationem, & vt figura futuri essent: volens sibijpsi potius offerri ea, quàm idolis. Illa ergo signa erant, sed tamen & sacramenta: licet minus propriè in scripturis sæpe vocantur: quia signa erant rei sacræ, quā vtique non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia, vel in onus instituta sunt.*

Aug. 10 li. de ciu. c 5. Dan 4. a 1. Timot. 3. August. de doct. Chris. lib. 2. c. 1. Epist. ad Bonif. quæ est 23. circa fi. Non recipitur hæc Magistri sententia. Leu 13. 14. Rom 3. c. d, & 4 b, & Gal. 2. d Act. 10. e Onus quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus.

De causa institutionis sacramentorum.

TRIPLICI *autem de causa sacramenta instituta sunt, propter humiliationem, eruditionem, exercitationem. Propter humiliationem quidem, vt dum homo insensibilibus rebus, quæ natura infra ipsum sunt, ex præcepto creatoris se reuerendo subijcit, vt ex hac humilitate, & obedientia Deo magis placeat, & apud eum mereatur: cuius imperio salutem quærit in inferioribus se, etsi non ab illis, sed per illa à Deo. Propter eruditionem etiam instituta sunt, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutem, quæ intus est, agnoscendam mens erudiatur. Homo enim qui ante peccatum sine medio Deum videbat, per peccatum adeo habuit, vt nequaquam diuina queat capere, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt: quia cum homo otiosus esse non possit, proponitur ei vtilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam, & noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur a tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hierony. monet, Semper aliquid boni operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat.*

Hugo de sacramē li 1. par. 9. ca. 3. Epist. ad Rusticū, de forma viuēdi, to 1. in medio epist.

De triplici genere exercitationis.

Sunt autem exercitationum tres species: vna ad ædificationem animæ pertinet, alia ad corporis fomentum; alia ad vtriusq; subuersionem. Cum igitur absque sacramentis (quibus non alligauit potentiam suam

Hugo de sacr. li. 1. par. 9. cap. 3.

suam Deus) homini gratiam donare posset, prædictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet, verba, & res. Verba, vt inuocatio Trinitatis: Res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

De differentia Sacramentorum veterum, & nouorum.

IAM *videre restat differentiam sacramentorum veterum, & nouorum: vt sacramenta vocemus, quæ antiquitus res sacras signabant, vt sacrificia, & oblationes, & huiusmodi. Eorum autem differentiam breuiter Augustinus assignat, dicens, quia illa promittebant tantùm, & significabant: hæc autem dant salutem.*

De circuncisione.

FVIT *tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddam, s. circuncisionis, idem conferens remedium contra peccatum, quod nunc baptismus. Vnde August. Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, quæ erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis, & paruulis originalis veterisque peccati: sicut baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo institutus est. Item Beda, Idem salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore consueuit, excepto quòd regni cœlestis ianuam nondum intrare poterant: tamen in sinu Abrahæ post mortem, requie beata consolati, supernæ pacis ingressum spe fœlici expectabant. His apertè traditur, per circuncisionem, ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis, & actualis paruulis, & maioribus à Deo præstitam, sicut nunc per baptismum datur.*

Lib. 2. de nupt. & concup. c. 11. in fine tom. 7. — *Super illud Luc. 2. Et postquàm consummati sunt dies octo.* — *Lucæ 16. f*

De viris qui fuerunt ante circuncisionem, & de fœminis, quæ fuerunt ante, & post.

QVAERITVR *etiam de viris qui fuerunt ante circuncisionem, & de fœminis quæ fuerunt ante, & post, quod remedium contra peccatum habuerint. Quidam dicunt sacrificia, & oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere, illos qui de Abraham prodierunt, per circuncisionem iustificatos: mulieres verò per fidem, & operationem bonam, vel suam, si adultæ erant, vel parentum, si paruulæ. Eos verò qui fuerunt ante circuncisionem, paruulos in fide parentum, parentes verò per virtutem sacrificiorum, s. quam intelligebant, spiritualiter i illis sacrificijs, iustificatos. Vnde Greg. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circuncisionis.*

Lib. 4. Moral. c. 2. circa illud Iob 3. Nunc. n. dormiens.

De institutione, & causa circuncisionis.

HIC *dicendum est, in quo instituta fuerit circuncisio, & quare, & cur mutata per baptismum. Abraham primus mãdatum circuncisionis habuit, ad probationem obedientiæ: nec ei soli præcepta fuit circuncisio, sed & semini eius, idest omnibus Hebræis: quæ fiebat secundum legem octauo die lapideo cultro in carne præputij. Data autem fuit circuncisio pluribus de causis, scilicet, vt per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cui per præuaricationem Adam displicuerat. Data etiam fuit in signum magnæ fidei Abrahæ, qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Deinde, vt hoc signo à cæteris nationibus discerneretur populus ille. In carne verò præputij, ideo iussa est fieri circuncisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod à parentibus trahimus per concupiscentiam, quæ in parte illa magis dominatur: & quia in parte illa culpam inobedientiæ primus homo sensit, decuit vt ibi signum obedientiæ acciperet.*

Genes. 17. b — *Glos. ord. ad illud Rom. 4. Et signum accepit.* — *Gen. 22.* — *Genes. 3. b*

Quare die octauo, & petrino cultro.

FIEBAT *autem octaua die, & petrino cultro: quia & in resurrectione communi octaua die, ætate futura, per petram Christum omnis ab electis abscindetur corruptio: & per Christi resurrectionem octaua die factam, circunciditur à peccatis anima cuiusque in eum credentis. Duæ ergo res sunt illius sacramenti.*

Genes. 17. b & 21. a Leuit. 12. a Ios. 5. a. & habetur 25. q. 1. paragr. His ita.

Quare in Baptismũ mutata sit Circuncisio.

IDEO *autem mutata est circuncisio per baptismum, quia sacramentum baptismi communius est, & perfectius: quia pleniori gratia accumulatum. Ibi enim peccata solùm dimittebantur: sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio, vel augmentum ibi præstabatur, vt in baptismo: vbi non tantummodo abolentur peccata, sed etiam gratia adiutrix confertur, & virtutes augentur. Vnde aqua refectionis dicitur: quia aridos fœcundat, & iam fructificantes ampliori vbertate donat. Quia quantumcunque per fidem, & charitatem antè habitam aliquis iustus ad baptismum accedit, vberiorem ibi recipit gratiam: sed non ita in circuncisione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit: nihil ei intus contulit.*

Aug. lib. 2. de peccato originali. Magister hic non est audiendus. — *Psal. 22.* — *Rom. 4. b*

De paruulis defunctis ante diem octauum.

SI *verò quæritur de paruulis qui ante diem octauum moriebantur, ante quam non fiebat circuncisio ex lege, vtrum saluarentur, vel non: Idem potest responderi, quod sentitur de paruulis ante baptismũ defunctis: quos perire constat. Vnde Beda, Qui nunc per Euangelium suum terribiliter, & salubriter clamat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei; ipse dudum clamabat per suam legem, Masculus cuius præputij caro circũcisa nõ fuerit, anima illa peribit de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Fortè tamen sub lege, ingruẽte necessitate mortis, ante octauum diem circuncidebant sine peccato filios: sicut modo fit in ecclesia de baptismo.*

Non recipitur hæc Magistri sententia. — *Super 2. ca. Lucæ, circa illud, Postquam consumm. sunt dies.* — *Ioan. 3. a* — *Genes. 17. b*

DISTINCTIO I.



IN PRIMO libro determinauit Magister de Deo, quãtum ad rationẽ suæ naturalis perfectionis. Et in secundo de ipso inquantum eius perfectio relucet in operibus creationis. Et in tertio, inquantum eius perfectio relucet in operibus restaurationis.

Repetitio summariè contentorũ in 4. libris.

In hoc quarto determinat de Deo secundũ quod perfectio eius relucet in sacramētis, quę sunt instrumenta sanctificationis, & in operibus retributionis. Et diuiditur in duas partes.

Huius 4. sectio. Nam sicut ex 1. & 2. claruit Deũ esse alpha, tã in se ens inter omnia primũ, quã omnium aliorum originale principium, sic ex 3. & 4. apparet ipsum esse, & omega, tam in se finem vlt. quam creaturæ suæ per seipsum in se ipsum finaliter reductiuum.

Primo determinat de sanctificatione, quę recipitur in sacramentorum susceptione.

Secundo de complemento sanctificationis, quod recipient electi in resurrectione. distin. 43. ibi. Postremo de cõditione resurrectionis. Prima in duas.

Primo determinat de sacramentis in generali.

Secundo in speciali. ibi. (Fuit tamen.)

Prima in duas, s. in proemiũ, & executionē.

Secunda. ibi. (Sacramentum.) Et ista in quatuor.

Primo determinat de sacramēti diffinitione.

Secundo de sacramentorum institutione. ibi. (Triplici autem.)

Tertio ostendit in quibus consistat sacramētum. ibi. (Duo autem.)

Quarto ostendit differentiam sacramentorum veterum, & nouorum. ibi. (Iam videre.)

Tunc sequitur illa pars, quæ incipit. (Fuit tamen.) & diuiditur in duas partes.

Primo determinat de sacramento circuncisionis, quod in l. veteri erat remedium contra peccatum originale.

Secundo determinat in speciali de sacramētis l. no. dist. se. ibi. (Iam ad sacramenta.) Prima in duas.

Primo determinat de circũcisionis virtute.

Secundo de eius institutione. ibi. (Hic dicendum est.) Prima in duas.

Primo de virtute circuncisionis determinat veritatem.

Secundo mouet, & soluit incidentem dubitationem. ibi. (Quæri autem.)

Illa pars, quæ ibi incipit. ibi. (Hic dicendum est.) diuiditur in partes duas.

Primo determinat de his, quæ circunstant circuncisionis institutionem.

Secundo mouet, & soluit dubitationem. ibi. (Si vero quæritur.) Prima in duas.

Primo determinat de circuncisionis institutione.

Secundo de eius mutatione, seu euacuatione. ibi. (Ideo autem.)

Circa hanc distinctionem quærendum est principaliter de sex.

Primo de sacramenti quidditate.

Secundo de sacramentorum institutione.

Tertio de sacramentorum ve. l. potestate.

Quarto de sacramentorum no. legis dignitate, & virtute.

Quinto de remedio contra originale peccatum in l. naturæ.

Sexto de remedio contra originale peccatum in tempore legis scriptæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Circa primum quæruntur quatuor, &c.

Primo, vtrum sacramentum consistat in rebus, & verbis.

Secundo, vtrum sacramentum posſit diffiniri.

Tertio, vtrum illæ diffinitiones quas ponit August. de sacramento sint conuenientes.

Quarto, vtrum illa diffinitio, quam ponit Hugo primo lib. de sacram. parte 9. cap. 2. conueniens sit.

QVAESTIO I.

Vtrum sacramentum consistat in rebus, & verbis.

T VIDETVR quòd non: Nihil potest constitui ex permanenti, & successiuo: quia omnes res permanens est, vel successiua: & permanēs non potest esse de ratione successiui, nec successiuum de ratione permanentis: sed res sunt permanentes, verba successiua: ergo sacramētum non potest constitui ex rebus, & verbis.

Arg. 1. D. Bona. 4. sent. dist. 1. dub. 11. D. Thom. 4. sent. dist. 1. quæst. 3. Scot. 4. sen. dist. 1. q. 2. Alex. p. 4. q. 1. m. 4. 3. physs. T. com. 15. 57. & 58.

Secundo.

Item sacramentum est ad sanctificandum, & significandum: sed sicut dicit August. 2. lib. de doctr. Christ. parum post principium. Verba prorsus homines obtinuerunt principatum significandi, & secundum Apostolum 1. ad Timot. cap. 4. Res sanctificatur per verbum Dei, & orationem: ergo sacramentum non debet consistere, nisi in verbis.

Tertio. 8 metaphy. T. com. 5.

Item ex ijs, quæ simul non coniunguntur, non constituitur aliquid: sed verba non coniunguntur rebus: ergo sacramentum non constituitur ex rebus, & verbis.

In oppositum.

CONTRA, August. homil. 8. super Ioan. vltra medium, & habetur 1. quæst. 1. Detrahe. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, sed elementum est res: ergo sacramentum consistit in rebus, & verbis.

Item Magister in littera huius distinct. c. 3. Duo sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet verba, & res.

CONCLVSIO.

Cum sacramentis omnibus commune sit in rebus sensibilibus consistere gratiam inuisibilem significantibus ijs, quæ nouæ legis sunt, vt perfecta essent, tùm in significando, tùm in sanctificando, vtque expresſius suum significarent auctorem; peculiare est nedum in rebus, sed etiam in verbis consistere.

Responsio. Sacramēta ve. l. quia ĩperfecta nõ consistebant ĩ verbis, no. autē l. quia perfecte in rebus simul et verbis cõsistunt.

RESPONDEO, quòd sacramenta veter. leg. propter eorum imperfectionem in significando, & eorum defectum in sanctificando non consistebant in verbis: quia per verba est sanctificatio, & expressa significatio: vt patet per auctoritates Augustini, & Apostoli in opponendo allegatas.

Sacra-

Sacramenta autē no.l.quia debuerunt esse perfecta in sanctificando,& in significando: ideo consistunt in rebus,& verbis,ita vt res sit quasi principium materiale, & verbum quasi formale,eo quòd completius ei cōuenit ratio significandi,& sanctificandi.

Ex Sco. dist. 3. huius. q. 1. hoc exactius agnosce. Optimenam secundum Sco in 1. dist in 3 q 7. in 2. dist. 3. q. 8 suffi. talia prīcipia vnitatē ordinis duntaxat habere.

Prætereà,cum sacramenta no.l.fuerint instituta a verbo Dei iam humanæ naturæ vnito, conueniens fuit ea consistere in rebus, & verbis,vt suum expressius significarent actorem. Res autem, & verbum non constituunt sacramentum, tanquam aliquid vnum vnitate absoluta in essendo,sed vnitate relatiua in causando,& significando.Sunt enim vnum principiū in causando, & significando vnum sanctificationis effectum, sicut pater,& mater sunt generationis vnum completum principium.

Ad primū. Ad primvm in oppositum dicēdum,ꝙ eo modo quo sacramentum est vnum, non est inconueniens aliquid vnum constitui ex permanenti, & successiuo, quamuis ex illis duobus impossibile esset aliquod vnum per essentiam constitui.

Ad secundum. Aliter dicit Scot. distin. præsenti, quæst 2. Ad secundum dicēdum,ꝙ quamuis expressius significent verba,quam res,tamen expressior,& efficacior est significatio per res, & verba simul,quam per verba tantum.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ aliqua duo possunt vnum constituere vnitate relatiua in causando,& significando absque hoc,quòd realiter simul coniungantur. Sufficit enim ad hoc, quòd coniungantur in intentione applicante vnum ad aliud.

QVAESTIO II.

Vtrum sacramentum possit diffiniri.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. dub. 1. & 2. D Tho vbi sup q. 1. & pa. 3. q. 60. art 2. Scot. vbi supra. Alexā. p. 4. q. 1. m. 1. In 1. & 6. top. c. 4 Ca 1. cuius sanus sēsus ex 5. q prædicamentorum Sco. interpretatur. Secundo T. com. 11. Primo top. cap. 4. Tertio. T com. 16. & inde. In oppositum.

Et videtur ꝙ non: Auic.5.met.cap.5. Diffinitio sm̄ hoc,quod consentiunt auctores artis cōposita est ex genere,& differentia: sed constitutum ex re,& verbo,cum non sit vnum,nisi per accidēs non est in genere:vnde sm̄ Phil.3.Top.Quamuis iustitia sit in genere: iustum tamen non est in genere: ergo cōstitutum ex re,& verbo non est diffinibile, sed sacramentum constitutum est ex re,& verbo:ergo non est diffinibile.

Item Phil.4.meta.Non vnum significare,est nihil significare: ergo quod non est vnū nihil est:sed sacramentum non est aliquid vnū:ergo nihil est,sed quod nihil est diffiniri nō potest, cum diffinitio indicet quid est.

Item Phil.7.metaph.Homo albus non est vere hoc aliquid:ergo a simili,nec sacramentum quod minus vnum est,nō est vere hoc aliquid: sed secundum Philos. vbi prius, quod non est vere hoc aliquid diffiniri non potest: ergo sacramentum diffiniri non potest.

Contra, Magister huius distin.cap.1. & habetur de consecrat.distin.2.Sacrificium,Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma: ergo diffiniri potest.

CONCLVSIO.

Quamuis definitione vna per se non posit diffiniri sacramentum,cum nō sit vnum per se, quia tamen vnum est per accidens definitione vna per accidens definiri vtique potest.

Respondeo, secūdum ꝙ accipi potest ex verbis Phil.1.Top.& 6.Diffinitio est oratio indicans,quid est esse rei,& conuertibilis cum diffinito: tanto ergo res verius potest diffiniri,quantum est ex parte sua, quanto verius est: si tamen finita sit,quod ideo dico,quia diffinitio importat quandam finitionem. Vnde aliquando a Philosopho in metaph.terminus dicitur,illud autem quod est verius,substātia est si tamen finita sit. Vnde & a Philos.1.phys.vocatur quod vere est:& ideo dicit Philos.7.metaph.ꝙ primo,& simpliciter diffinitio,& quod quid erat esse substantiarum est: & quia accidens absolutum verius est,quam ens per accidens,vt compositū ex duobus accidētibus,vel ex subiecto,& accidente: quia secundū Phil.5. metaphys. Accidens absolutum est ens secundum se.i.est ens essentialiter secundum Commen.ibidem.Ens vero per accidens,nō est ens essentialiter,sed accidentaliter,quia nō est aliquid vnum per essentiam:ideo minus cōuenit diffiniri enti per accidēs, quā accidenti: quia etiam ens per accidens cōstitutum ex aliquibus duobus realiter vnitis verius est vnum, quam ens per accidens cōstitutum ex duobus non vnitis, nisi in intentione vnum ad aliud applicante, quomodo vnum est sacramētum: ideo minus improprie diffinitur primum ens per accidens,quam ipsum sacramentum. Vnde dicendum,quòd sacramento non conuenit diffiniri, nisi accipiendo diffinitionem prout se extendit ad diffinitionem vnam per accidens:non video enim inconueniens si dicatur quòd sacramentum, & quodlibet ens per accidens diffiniri possit diffinitione vna per accidēs. Diffinitio.n.indicat quid est res diffinita, & sicut diffinitio entis per se īdicat quid est illud ens, ita diffinitio entis per accidens, indicat quid est illud ens:& quòd sicut ens per accidens non est vnū,nisi per accidēs,ita sua diffinitio non est vna, nisi per accidens: & sicut diffinitio entis per se constat ex genere,& differentia,seu differentijs eiusdem generis constituentibus vnam speciem,ita diffinitio entis per accidens, si partes eius sunt res diuersorum prædicamentorum,constat ex diuersis generibus generalissimis, & differentijs eorum: & si partes eius sunt in eodem prædicamento, non tamen in eodem genere proximo,diffinitio eius constat ex diuersis generibus proximis, & differentijs diuersorum generum proximorum: vnde cum Philos.dicit 7.metaphys. quòd ens per accidens non diffinitur, intelligendum est de diffinitione vna per se, quia talis indicat vnum per se.

Responsio. Ca. 4. & 6. li. per totū. 8. lib 1. c. 8. 1. top. ca. 4. T. com. 26. 27 & 28. T. com. 12. 15. & inde nōnunquā. T. com. 13. & 14. Si sacramētum prope non sit definibile attamen aliquo modo potest definiri; vt pote p quid nominis. Patet de nomine hoc illas 7. met. T. com 13. 2 poster. T. com. 10. T. com. 16. et deinceps.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd procedit de diffinitione proprie dicta, quæ est vna per se.

Ad secundum. Ad secundum cum dicitur, ꝙ sacramentum nõ est aliquid vnum, dico, ꝙ falsum est: aliquo enim modo vnum est, vt superiùs visum est: sed quia vnitas sua est per accidens: ideo, nec sibi conuenit diffiniri diffinitione per se vna.


Nam vnum dicitur, vt ad propositũ spectant 6. modis dicitur secundũ Scot in 1. di stin 2. parte 2. q. 1.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex iam dictis.

Argumẽtum ad partem aliam procedit de diffinitione largissime dicta, quæ se extendit ad diffinitionem vnam per accidens.

QVAESTIO III.

Vtrum illæ diffinitiones, quas ponit August. de sacramento sint conuenientes.



Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Thom. ibid. Scot. vbi supra. Alex ibidẽ

ET VIDETVR ꝙ non: Illa enim quã ponit 10. de ciuit. cap. 5. scilicet, ꝙ sacramentum est sacrum signum, non est conuertibilis cũ sacramento: aqua enim benedicta sacrum signum est, scilicet remissionis venialium: nec tamen sacramentum est: ergo prædicta diffinitio conueniens non est.

Quod necessario exigitur 1. top. c. 4. 6. eiusdẽ per totum, & 2. poster. T. com. 6.

Secundo. Item consecratio Episcopi signum est rei sacræ, nec tamen inter sacramenta numeratur.

Tertio. Item agnus paschalis, de quo habetur Exo. 12. & serpens eneus Numeri, & columba Luc. 2 & petra, quæ significabat Christũ. 1. Cor. 10. signa fuerunt rerum sacrarum, & imago crucifixi, quibus tamen non conuenit esse sacramentum.

Quarto. Item sacramentum non est signum rememoratiuum, quod est de præterito, nec demonstratiuum, quod est de præsenti, nec pronosticum, quod est de futuro, quia aliquando recipiens sacramentum, nec habet gratiam, nec habuit, nec habiturus est. Cum ergo non sint plura genera signorum, videtur, quòd sacramentũ non sit sacræ rei signum.

Quinto. Item videtur, ꝙ illa diffinitio, sacramẽtum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, cuius sententia trahi potest ab August. lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 5. & ca. 21. sit inconueniens, quia corpus Christi in altari, & character baptismalis non tantum sunt res, sed etiam sacramenta, vt inferius patebit, nec tamẽ sunt visibiles formæ.

Sexto. Item sacramenta constant ex rebus, & verbis: & sicut res sunt visibiles, ita verba sunt audibilia: cũ ergo verba sint principaliora in sacramẽtis, quam res: quia vt habitum est verbũ in sacramentis est quasi formale magis debuit dici forma audibilis, quam visibilis.

Sup q. 1.

In oppositum. CONTRA, vtranque diffinitionem recitat Gratianus de consecratio. distinct. 2. Sacrificium, & Magister in littera huius distinctio. capit. primo.

CONCLVSIO.

Equidem: prima enim sacramenti ratio, si communiter accipiatur non definitio, sed nominis potius interpretatio quædam erit, si autem strictiùs, habebitur vt vera, & propria. Altera sacramenti notificatio sacramentis nouæ legis solùm competens, quia conuertitur cum ijs, ac quicquid est de ratione eorum exprimit, prorsus definitionis habet rationem eo modo quo sacramento conuenit definiri.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sicut ornamentum dicitur ab ornando actiuè, ita sacramentũ dicitur a sacrãdo actiuè. Vnde cum dicitur sacramentum est signũ rei sacræ, accipitur res sacra pro re sub ratione qua sacrans est. Est autem aliquid rei sacrantis causatiuum: non tamen institutum diuinitus ad hoc significãdum, vt passio Christi: & hoc nõ debet dici proprie sacramentum, nisi extenderetur nomen sacramenti ad sacrum secretum: aliquid autem est rei sacrantis ex diuina institutione significatiuum, non tamen causatiuum, sicut erant sacramẽta ve. l. aliquid aũt est rei sacrãtis ex diuina institutione significatiuũ, & in virtute Dei causatiuum, sicut est quodlibet sacramentum no. l.

Aliquid rei sacræ causatiuũ, sed nõ significatiuũ aliquid significatiuum, sed nõ causatiuum aliquid vtrunque cõplectens.

Prima ergo notificatio sacramẽti si restringatur ad rem sacram actiuè, & ad signũ sacrum specialiter diuinitus institutum ad rẽ sacram significandum, conuertitur cum sacramento communiter dicto de sacramentis vet. & no. l. aliquo modo est diffinitio sacramenti in generali: si autem accipiatur signum in communi, & res sacra non conuertitur cum sacramento: & sicut dicit Hugo primo lib. de sacram. parte 9. capit. 2. magis est descriptio ad interpretationem, siue expressionem vocis referenda, quam diffinitio.

Secunda autem sacramenti notificatio cum illa additione, quam superaddit Magister, nõ conuenit, nisi sacramentis no. l. & habet rationem diffinitionis, eo modo quo sacramento conuenit diffiniri: conuertitur enim cum sacramentis no. l. & quicquid est de ratione eorum exprimit. Exprimit enim ipsam gratiam cuius sunt significatiua, & causatiua, per hoc quod dicitur inuisibilis gratiæ: exprimit etiã ipsa esse significatiua, cum dicitur visibilis forma, vt ipsius imaginẽ gerat. i. figura exterior, quæ dicitur forma, quasi foris manens, quæ aliquo modo gerit rei imaginem, & ipsa est causatiua cum dicitur, & causa existat.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd per aspersionem aquæ benedictæ remittuntur venialia per modum meriti, inquãtum excitat motum voluntatis, seu feruorem charitatis, per quam fit venialium remissio, non tanquam per vim sacramenti. Sacramentum autem significat rem, vt sacrantem nõ per modum meriti. A qua etiã benedicta non est specialiter diuinitùs instituta ad illam rẽ sacram significandum.

Quonam pacto aspersione aquæ venialia remittuntur.

Ad secundum. Ad secũdum dicendũ, ꝙ potestas epalis nõ est gratia gratũ faciens per quam hõ efficitur formaliter sacer. ad quã gratiam significandũ fuerunt

fuerunt diuinitus specialiter instituta ve. l. sacramenta, & cuius sacramenta no. l. sunt significatiua, & causatiua: sed est gratia gratis data, qua homo efficitur potestatiuæ sacer. & illam gratiam ipsa consecratio episcopalis directe significat.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, ꝙ omnia prædicta, & si significarent rem sacram, vt immolatio agni, Christi passionem: serpens in palo, Christum in cruce pendentem: emanatio aquæ de petra, aquam de latere Christi emanantem: columba in Christo, gratiæ spiritus s. plenitudinem: non tunc de nouo aduenientem, sed præcedentem: non tamen significabant rem sacrã, vt actu de nouo sacrantem illius sacræ rei subiectum. Non enim cum columba super Christum descẽdit, neque cum passus est, neq; cum aqua emanauit de eius latere de nouo Christus factus est sacer. vel de sacro magis sacer. sicut homo per debitam sacramenti susceptionem efficitur sacer. aut magis sacer. & sic patet quid dici debeat de imagine crucifixi, & similibus.

Pulchra interpretatio

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, ꝙ principalis significatio sacramẽti no. l. est significare gratiam, quæ confertur suscipienti, nisi sit defectus ex parte ipsius, & quantum ad hoc est signum demonstratiuum: inquantum tamẽ significat causam instituentem est signum rememoratiuum: & inquantum finem, i. gloriam futuram est signum pronosticum. Sacramẽta autem ve. l. tantummodo erant pronostica, quia non significabant gratiam, nisi vt futuram.

Sacramẽta no. l. ne dũ demonstratiua esse signa verum etiã memoratiua, et pronostica, ve. autem l. pronostica fuisse duntaxat.

Ad quintũ.

Ad quintum dicendum, quòd illa diffinitio datur de sacramento, quod est sacramentum, & non res. Corpus autẽ Christi in altari est res significata per speciem panis sub qua realiter, & vere cõtinetur sacramẽtum corporis mystici. Character etiam baptismalis est res significata per ablutionem exteriorem, & sacramentum gratiæ gratum facientis.

Ad sextum.

Ad sextum dicendum, ꝙ visibile ibi accipitur pro sensibili propter dignitatem visus, de quo dicit August. 2. epistola ad Volusianum, longe post principium, ꝙ inter quinque sensus est excellẽtior: quia sicut dicit Philosoph. primo metaphys. maxime cognoscere facit, & multas differentias demonstrat, quod est intelligendum per se, vt patet per ipsum lib. de sensu, & sensato, quia vt dicit ibidem, auditus per accidens, plus confert ad scientiam.

Sẽsus visus alijs exterioribus sensibus excellẽtiorem extare, De qua ad modũ resolu. attẽd. q. 1. 1. met. Sco. in principio prohe. cap. 1. ad finem.

QVAESTIO IIII.

Vtrum illa diffinitio, quam ponit Hugo primo lib. de sacr. par. 9. c. 2. quæ est hæc: Sacramentum est corporale, vel materiale elementũ foris sensibile propositum ex similitudine repræsentans, & ex institutione significans, & ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem, & spiritualem gratiã, sit conueniens.

Arg. 1. D. Tho. vbi supra.

ET videtur ꝙ non: quia ibi prædicatur materia de composito.

Item aliqua sunt sacramenta quorũ non est materia aliquod elementum.

Quod nõ cõceditur propter repugnantiã actus, & potẽtiæ secundum Sco. q. 16 vniuersalium, tum quia pars nõ prædicatur de toto 40. topic. ca. 2. puta pœnitẽtia matrimonium.

Item frustra foris sensibiliter proponitur aliquid illi, qui hoc non appræhẽdit, sed paruulus non appræhendit aliquid per materiale elementum sibi foris propositum: frustra ergo ponitur hoc in diffinitione sacramenti.

Item frustra instituitur ad significandum, quod ex se habet similitudinem repræsentatiuam: postquam ergo dixit ex similitudine repræsentans, superfluum fuit addere ex institutione significans.

Quarto.

Item corporalium ad spiritualia nulla est similitudo: ergo materia sacramenti non est ex similitudine repræsentans gratiam.

Quinto.

Item gratia non potest contineri in subiecto sensibili.

Ex 5. meta. T com. 10. ample vide Frã. d May. q. 3 dist. 6. huius.

Item in ista diffinitione omittitur forma sacramenti, quod est verbum.

CONTRA, Hugo dicit, statim post assignatam diffinitionem, ꝙ est propria, ac perfecta.

In oppositum.

CONCLVSIO.

Consideretur rectè hæc Hugonis definitio, definitionique Magistri comparetur, & reperietur non incongrua.

RESPONDEO, ꝙ prædicta diffinitio est conueniens, & datur de sacramentis no. l. & patebit eius conuenientia soluendo argumenta in oppositum.

Responsio.

AD PRIMVM dicendum, ꝙ secũdum Philosophum 2. phys. non est inconueniens in artificialibus materiam prædicari de artificiato: quia enim forma artificialis est accidentalis, ideo tota substantia artificiati est ex parte materiæ. Vnde bene dicitur, lectulus est lignũ, statua est es: sacramentum autem est quasi aliquid artificiatum.

Ad primũ. Cap. 11 12. verum cautius interpretatur, si quiuẽ 7. metaph. t. c. 25 & 9. t. c. 12. expressa in oppositum habetur

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, ꝙ materiale elemẽtum ibi accipitur pro sensibili signo, & forte vtitur verbo elementi, quia materia baptismi, qui est ianua sacramẽtorum, est elementũ, s. aqua: per materiale aũt conueniẽter intelligitur sensibile, eo ꝙ sm̃ sententiam Phil. 12. met. sensibile est sensibile per materiam.

T com. 5. & inde.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ quamuis paruulus non apprehendat: illi tñ qui ipsum baptizant, appræhendunt, vel appræhendere possunt.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, ꝙ similitudo repræsentandi, quã res habet ex sua conditione, per se non sufficeret, quia ex se non est determinata ad præcise significandũ sacramenti effectũ: & propter hoc dicit Hug. 1. lib. de sacr. p. 9. c. 2. ꝙ sacramentum debet habere quandam similitudinem ad ipsam rem, cuius est sacramentum, secundum quam habile sit ad eãdem rem repræsentandam, institutionem quoq; per quã ordinatũ sit ad illã significandã, & parũ post dicit, ꝙ similitudinem hẽt ex prima conditione institutionem ex superaddita dispensatione.

Ad quintum.

Ad quintum dicẽdum, quòd maior vera est de similitudine, quæ est per participationem

Similitudinem proportionalitatis & non qualiter inter corporalia, & spiritualia dari.

vnius qualitatis: sed de similitudine proportionaliratis, quæ est habitudo duarũ proportionum, non est verum: in hoc enim similis est aqua gratię: quia sicut se habet aqua ad abluendas sordes corporis, ita se habet gratia ad abluendas sordes animæ.

Ad sextum

Ad sextum dicendum, ꝙ non est intelligendum, ꝙ gratia contineatur in sacramẽto essentialiter, & in actu, sed in virtute, quod quo modo intelligi debeat, inferius declarabitur.

Artic. 4. huius dist. q. 2. Ad vltimũ.

Ad vltimum dicẽdum, ꝙ verbũ datur intelligi per vltimam partẽ diffinitionis, quod patet. Dicit enim Hugo 1. lib. de sacr. p. 9. cap. 2. ꝙ sacramentum dicitur habere sanctificationem per quã gratiam cõtineat, & efficax sit ad eandem sanctificandis conferẽdam: & parum post, dicit, quòd illam sanctificationem habet ex apposita verbi, vel signi benedictione.

ARTICVLVS II.

Consequenter quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, vtrum debuerunt institui sacramenta in statu innocentiæ.

Secundo, vtrum post lapsum in lege naturę.

Tertio, vtrum in tempore legis scriptæ.

Quarto, vtrũ in tempore legis euangelicæ.

QVAESTIO I.

Vtrum debuerunt institui sacramenta in statu innocentiæ.

Arg. 1. D. Th. 4 sent. dist. 1. quæst. 2. Scot. lib. 4. dist. 1 q 3 art 3 Alexã p. 4. q. 1. m. 3. art 3.

Et videtvr ꝙ sic: Augusti. 2. super Gen. longe vltra medium, dicit, ꝙ lignum vitæ erat sacramentum spiritualis alimenti sapientiæ, quod non videtur fuisse, nisi ex diuina institutione.

Secundo.

Item Aug. 7. de ciuit. cap. 32. Mysterium vitæ æternæ ab exordio generis humani per quędam signa, & sacramenta temporibus congrua quibus oportuit per angelos prædicatum est: sed exordiũ generis humani incepit a statu innocẽtię: ex tũc ergo fuerũt instituta sacramẽta.

Tertio.

Item non tantum necesse est hominibus medicina curatiua, sed etiam præseruatiua: ergo cum primi parentes potuerint peccare, quod patet, quia peccauerunt, statim eis debuerunt dari sacramenta, tanquam medicina præseruatiua.

In oppositum.

Contra, Hugo 1. lib. de sacram. p. 9. capit. 5. Sacramẽta Dei medicinę sunt spiritales, quæ foris corporibus adhibẽtur per visibilem speciem, sed intus animas sanant per inuisibilem veritatem: sed in statu innocentiæ nõ erat aliquis morbus: ergo tunc nullum debuit institui sacramentum.

A sufficienti partiũ enumeratione.

Item tunc non debuerunt institui sacramenta spiritualem curationem significantia, non causantia, quia illa sacramenta fuissent imperfecta, & ille status erat perfectus, nec sacramenta spiritualem curationem significãtia, & causantia, quia nullus erat morbus in illo statu, nec esse poterat.

CONCLVSIO.

Neutiquam in innocentiæ statu sacramenta institui in remedium debuerunt, cum in illo statu ea non essent; propter quæ instituta fuerunt.

Responsio. Sacramẽta propter v. esse instituta, s. hominis eruditionem, exercitationẽ, humiliationẽ, & curationẽ naturæ, non & medici manifestationem, vide ad hoc s. b. de præsenti parte 1. q. 1.

Respondeo, ꝙ sicut bene ostendunt argumenta ad partem secundam non debuerunt institui sacramenta in statu innocentiæ, quia fuerunt instituta propter hominis eruditionẽ, exercitationem, & humiliationem: & propter sapientię medici manifestationem, & hominis curationem, propter eruditionem: quia sicut dicit Hugo primo libro de sacram. parte 9. capit. 3. Homo qui visibilia nouerat, & inuisibilia non nouerat, diuina agnoscere nullatenus posset, nisi humanis excitatus. Propter exercitationẽ, vt homo occupatus circa ea, quæ sunt spiritualis necessitatis, nunquam vacaret eis, quę pertinent ad iniquitatem, nec semper his, quæ pertinent ad corporalem vtilitatem, quæ ratio sumitur ex sententia Hugo. capit. prædicto. Propter humiliationem: quia secundũ Hugo. ca. prædicto, sicut perniciosa fuit elatio superiori nolle subiici, sic laudabilis, & fructuosa est deuotio propter superiorem etiam inferioribus inclinari. Propter sapientiæ medici manifestationem: quia sicut dicit Hugo parte prædicta, cap. 4. Non ad hoc instituta sunt sacramenta, vt ex eis esset, quod in eis esset: sed vt peritiam suam medicus ostenderet in illo remedium præparauit, a quo languidus occasionem morbi accepit. Propter hominis etiã curationem: quia quamuis Deus aliter hominem curare posset, tamen ordinauit ipsum sic curandum, propter tam prædictas congruitates: homo autem in statu innocentiæ inuisibilia cognoscebat per diuinam illustrationem, & illo statu manente habere non poterat iniquam exercitationem: Deus etiam non offenderat propter aliquam elationem: ex sensibilibus etiam nondum acceperat ruinæ occasionem, & cum morbum non haberet non indigebat curatione: vnde in illo statu non erant ea, propter quæ instituta fuerunt sacramenta.

Sco. vbi supr ar 3. tenet, ꝙ non nisi ex sensibilibus, nisi litera sit adulterata, vt ego teneo.

Ad primũ.

Ad primvm in oppositum dicendum, quòd illud lignum, aut non erat signum illius rei sacræ, vt actus sacrantis, aut hoc nõ erat ex speciali Dei institutione, sed ex similitudine, quam acceperat ex sua conditione: vnde ibi non accipitur proprie nomen sacramenti.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, quòd ibi accipitur exordiũ generis humani, pro exordio humanæ generationis, quod non fuit vsque post lapsum, quia primi parentes in statu innocentiæ non genuerunt, nec prodierunt in esse generationem, sed per plasmationem.

Quare secũdũ vorriliũ

Ad tertium dicendum, ꝙ hominibus nõ dispositis ad aliquam infirmitatem non est danda

distinct 29. 2.7. horis tã tum in paradiso steterũt propter iustitiam original.

da medicina pręseruatiua, sed ordinatum regimen præcipiendum: primi autem parentes in statu innocentiæ non erant dispositi ad aliquã infirmitatẽ: & ideo eis non erat danda aliqua sacramentalis medicina, sed pręcipiendũ erat eis recte viuere, quod Deus eis præcepit.

QVAESTIO II.

Vtrum debuerunt institui sacramenta post lapsum in l. naturæ.

Ar. I. D. Bo. lib 4 dist. 1. ar. 1. q. 1. D. Th. 4. sen. dist 2. q 4. Scot. ibidẽ. Alex. p. 4. q. 2. m. 3. ar. 1.



ET VIDETVR ꝙ non: Non minus est necessarium ad salutem dare pręcepta, quã instituere sacramẽta: sed secundum l. naturæ, Deus nulla homini dedit præcepta: ergo nec debuit institue re sacramenta.

Secundo. Item nihil debuit esse in l. naturæ, quod non esset de dictamine l. naturalis: sed sacramenta non sunt de dictamine l. naturalis: quia nõ fuerunt eadem omni tempore: ergo Deus in l. naturæ nulla debuit instituere sacramenta.

Tertio. Item si sacramẽta debuissent institui in l. naturę, tunc Deus illa instituisset: quia sicut dicit August. 3. de libero arb. longe post principiũ. Quicquid tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum, sed non legimus Deum instituisse aliqua sacramenta in l. naturæ: ergo institui non debuerunt.

In oppositum. CONTRA, Aug. 19. lib. contra Faustũ, longe ante medium. In nullum nomen religionis, seu verum, seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquorum signaculorum velut sacramentorum visibilium consortio colligerẽtur: sed in. l. naturæ multi erant adunati in religione cultus diuini: ergo aliqua sacramenta habuerunt.

Secundo. Item Hugo primo lib. de sacra. parte. 9. cap. 1. Sacramenta ab initio ad restitutionem & curationem hominis instituta sunt, alia sub naturali lege, alia sub lege scripta, alia sub gratia.

CONCLVSIO.

Vtique post lapsum tempore legis naturæ sacramenta institui debuerunt, tum propter medicinæ cognitionem, tum propter ad idolatriam pronitatem.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in. l. naturæ post lapsum debuerũt aliqua ĩstitui sacramẽta: ex quo enim fuit morbus debuit institui signum quo manuduceretur infirmus ad cognitionem medicinę, vt eam desideraret feruentius. Medicina autem cõtra morbum peccati res sacra est. Cum ergo sacramentum sit sacrę rei signum, & post lapsum sub. l. naturę esset morbus peccati, debuerunt aliquam sacram institui.

Præterea, quia homines ꝓpter peccati corruptionem proni erant ad idolatriã, ideo post lapsum in. l. naturæ debuerunt institui aliqua sacramenta, vt per ea homines aduharentur ad cultum solius veri Dei, sicut bene dicit auctoritas Aug. allegata ad hanc partem. Sed vtrum illa sacramenta essent eis necessaria ad salutem vel tantum congrua, de hoc quęretur inferius di. eadem.

Qu. vlt. 1. ar. ad primũ Vel consona dictamini secundũ Sco. in 3. di. 73.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ præcepta moralia sunt de dictamine. l. naturæ vt in 3. lib. ostensum est, non sic autem sacramenta, & ideo non sic oportuit ea denuo præcipere, sicut congruum fuit sacramenta instituere: dando enim lumen hominibus commune cuilibet indiuiduo naturæ humanę præcepit moralium præceptorum obseruationem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd in l. naturæ nihil debuit esse, quod non esset de dictamen l. naturæ, vel sicut primum principium. l. naturæ, vel sicut conclusio sequens ex primo principio l. naturæ, vel sicut determinatio alicuius præcepti illius. l. Institutio autem sacrorum fuit quædam determinatio præcepti de Deo colendo, quod præceptum est de dictamine. l. naturæ.

Ad tertium Vel. Sco q. vlti. hus di. patet dici qd expresse habet ex scrip qritur. tẽpore illo placuerunt Deo sacrificia quod nõ esse nisi fu issent a Deo instituta.

Ad tertium dicendum, quòd & si non legamus Deum expresse, & aperte instituisse sacramenta in illo tempore, tamen credendum est ipsum illa instituisse, sententia hominibus inspirando, quòd in talibus se exercerent, & ad hoc alios instruerent. Vnde Hug. 1. lib. de sacra. parte 11. capit. 4. Conijcimus, quòd Deus hominem a principio ad hoc exercenda consilio erudiuit.

QVAESTIO III.

Vtrum debuerint institui sacramenta in tempore l. scriptæ.

Primum. Arg 1. Scot. vbi supra. Alex ibidẽ. D th 4. sen. dist. 1. q. 2. Alex. p. 4. q. 3. m. 3.



VIDETVR, quòd non. Non debuerunt institui quæ Deo displicebant, sed Isa. 1. dicit dominus, Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hyrcorũ nolui: cùm ergo ista essent sacramenta ve. l. sacramenta veteris le. institui non debuerunt.

Secundum. Item Gl. super illud Gen. 14. Melchisedech rex Salem proferens panem, & vinum, dicit, quòd hæc sacramenta nostrorum sacramẽtorum figura fuerunt: cùm ergo hoc sacramẽta fuerint in. l. naturæ, & propinquiora sacramento altaris, quod est sacramentam no. l. quã aliqua sacramenta. l. scriptæ, videtur quòd in. l. scripta aliqua no. sacramenta institui non debuerunt ad significandum Eucharistiæ sacramentum.

In oppositum. Sacramẽta naturale: quasi vmbra veritatis scripte le. quasi imago precesserũt.

CONTRA, Hug. primo lib. de sacra. parte. 12. capitu. 8. dicit, quod prima illa sacramẽta quæ sub naturali. l. præcesserunt, quasi quędam vmbra veritatis fuerunt, illa vero quæ postea sub scripta. l. secuta sunt, quasi quędã imago vel figura veritatis fuerunt: ergo sub l. scripta instituta fuerunt sacramenta, quod Deus non fecisset nisi conueniens fieri fuisset.

CONCLVSIO.

Congruum fuit tempore legis scriptæ noua institui sacramenta.

Responsio. RESPONDEO, quòd debuerunt institui sacramenta

sacramenta in tempore l. scriptę. Sacramenta enim sunt quędam protestatio, seu fidei confirmatio facta: & ideo secundum diuersos status cognitionis fidei debuerunt esse alia, & alia sacramenta, ita quòd in tempore in quo fuit fidei cognitio perfectior debuerunt esse sacramenta perfectius significantia. Et quia in tempore l. scriptę magis accessit cognitio fidei ad perfectionem quam in tempore. l. naturę, ideo in tempore. l. scriptę debuerunt institui sacramenta expressiora in significando, quam erãt sacramenta l. naturæ. Vnde Hu. 1. lib. de sacrament. parte 11. cap. 8. dicit, Signat salutis per successionem temporum alia post alia mutari debuerunt, vt cum effectus gratiæ diuinę in salutem cresceret, quoque & ipsa significatus in ipsis signis visibilibus euidentius apparet.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, quòd Deus dicit se illa noluisse, vt delectaretur in eis sicut aliqui existimabant, vel quia Iudæi illa non bene offerebant, vel quia nõ acceptabant ea ꝓꝑ se, sed ꝓꝑ rem quã significabãt, & istę tres expositiones habẽtur ad glos. ibidẽ.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis oblatio Melchisedech, quantum ad materiam expressissime repræsentaret sacramentum altaris, tamen quantum ad modum sumendi, & quantum ad memoriam passionis Christi, & quantum ad circumstantias alias perfectius reprę sentabat ipsum agnus paschalis.

QVAESTIO IIII.

Vtrum debuerunt institui sacramenta in tempore l. euangelicæ.

Arg. 1. D Th. 4. sẽt. dist. 2. q 4. Scot lib 4. dist. 2. q 1. Alex. p. 4. q. 5. m. 2.

Et videtvr, quòd non. Si in l. nonnulla fuissent instituta sacramẽta fuisset liberior, quia obligasset ad pauciora, sed secundum beatum Iacobum in epistola, scilicet capit. 1. Ipsa est lex perfectę libertatis: ergo in illa nulla debuerũt institui sacramenta.

Primum. Secundum. 1 cõ 41 50. & 80. t cõ 48 et est maxĩa vbique Sco ꝑsertim in isto. 4. sub his verbis nõ est dãda pluralitas absque necessitate.

Item gratia & virtutes sufficiunt ad curandum hominem, sed secundum Philosophum primo physi. non debet fieri per plura, quod fieri potest per pauciora: ergo ad curationem hominis nulla debuerunt institui sacramenta.

Contra, Diony. 1. cap. angelicę hierar. Neque aliter possibile est nobis superlucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum anagociè circumuelatum, cum ergo in tempore l. euangelicę maxime debuerit superlucere diuinus radius, & sacramenta sint quædam sacra velamina anagogica maxime debuerunt institui in tempore l. euangelicę sacramenta.

CONCLVSIO.

Quoniam tempore legis scriptæ à iustis protestabatur fides per sacramenta à Deo instituta, decuit vt etiam in lege euangelica instituerentur sacramenta fidem protestantia, expressiora verò, vtiliora, faciliora, ac numero pauciora.

Responsio. Respondeo, quòd conueniens fuit in tempore euangelicę l. sacramenta institui, vt enim ostensum est lib. 3. eadem fuit fides iustorum qui fuerunt tempore l. scriptæ, cum fide iustorum in tempore l. euangelicæ, quamuis tunc de l. communi nõ esset cognitio fidei ita explicita sicut modo: cum ergo illi protestarentur, seu confiterẽtur fidem suam per sacramenta eis a Deo instituta, conueniens fuit, ꝙ etiam in l. euangelica instituerentur sacramenta fidem protestantiam, expressiora tamẽ quã prima, quia fides est magis explicita & vtiliora tanquam sanctitatem efficientia. Et quia l. noua est lex libertatis debuerunt esse faciliora & numero pauciora. Vnde Aug. 19. lib. contra Faustum ante mediũ dicit, quòd cum Christus suo aduentu sacramenta ve. l. impleuisset, ablata sunt, & alia instituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanquam iustitia fidei reuelata, & in libertatem vocatis filijs Dei iugo seruitutis ablato, quod duro & carni dedito populo cõgruebat.

Eadẽ sentẽtia habet ab. ipso argumẽto ad inquistiones ianuarij li. 1. c. 1.

Ad primũ. Ad hoc latius in fine tertij libri.

Ad primum in oppositum dicendum, quòd sacramenta no. l. nõ faciunt eam minus liberam, sed liberiorem, quia non sunt multa, & sunt satis leuia, & gratiam conferunt, per quam homo liberius & facilius legẽ obseruat.

Ad secundum.

Ad secundum dicẽdum, quòd gratia & virtutes sufficiunt ad curandum hominẽ formaliter, sicut sanitas corpus sanat. Vnde sicut nõ sequitur, sanitas sanat: ergo non debuit institui medicina conferens sanitatem, ita non sequitur, gratia sanat: ergo non debuerunt institui sacramenta gratiam conferentia, quia alio modo quam gratia sanant sacramenta, quia gratia formaliter, sacramenta aliquomodo effectiue, non sicut efficiens principale sed instrumentale.

ARTICVLVS III.

Consequenter quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum omnes cerimoniæ l. ve. erant sacramenta.

Secundo, vtrum sacramenta ve. l. erant rationabilia.

Tertio vtrũ curabat a corporali ĩmunditia.

Quarto vtrum in susceptione illorum sacramentorum conferretur gratia.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes cerimoniæ ve. l. erant sacramenta.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. dist 1. dub. 1 Scot ibidem q. 3. & 5.

Et videtvr quia omnes erant sacrę rei signa.

Item in noua l. sacramentum altaris est sacrificium: ergo similiter in ve. l. sacrificia erant sacramenta: ergo a simili omnes aliæ cerimoniæ.

In oppositum.

Contra, sicut potest colligi ex diuersis locis in l. veteri cerimoniæ ve. l. distinguebantur in sacra, & sacrificia, & obseruantias, & sacramenta, non omnes ergo cerimoniæ ve. l. erant sacramenta.

CON-

CONCLVSIO.

Sacramenti nomen si sumatur communiter sic omnes cerimoniæ vet. leg. erant sacramenta, si autem arctiùs nequaquam.

Responsio. Cerimonias vet. l. in tribus consistere, cultu scilicet colentibus & instrumentis colendi.

RESPONDEO, quòd cerimoniæ ve.l.ad cultum Dei ordinabantur. Circa quæ considerãda sunt tria, ipse cultus, & colētes, & instrumenta colendi. Ipse autem cultus specialiter consistebat in sacrificijs, quæ in Dei reuerentiam offerebantur. Instrumenta autem colendi pertinebant ad sacra, sicut erant tabernaculum, candelabrum, & arca, & mēsa, & vasa &c.

Circa colentes autem quatuor requirebantur, scilicet ipsorum institutio ad cultum diuinum, quæ quantum ad omnes fiebat per sacramentum circuncisionis, & quantum ad sacerdotes fiebat per eorum consecrationem.

Requirebatur etiam vsus eorum quæ pertinebant ad diuinum cultum, cuiusmodi quantum ad omnem populum erat esus agni pascalis, & esus eorũ, quæ comedebãtur cum eo ex l. præcepto, quantum autem ad sacerdotes oblatio victimarum, & esus panum propositionis, & aliorum quæ erant sacerdotum vsibus deputata.

Circa colentes quatuor scilicet institutio vsum remotio ac cleritu requisita fuisse.

Requirebatur etiã remotio aliquarum immunditiarum per quæ impediebantur a cultu diui o, & sic quantum ad populum erant institutę quędam purificationes a quibusdam exterioribus immunditijs, & expiationes a peccatis, spiritualiter autem quantum ad sacerdotes, & leuitas erat instituta ablutio manuum, & pedum, & rasio pilorum, & ista tria prædicta pertinebant ad sacramenta.

Est enim vocis in significationes diuisio secundum Sco.q. 3 ar.4. huius d.

Quartum etiam quod requirebatur erat singularis colentiũ conuersatio, quantũ ad cibos & vestimenta, & alia huiusmodi, & hoc pertinet ad obseruantias, per quas distinguebantur ab illis qui Deum non colebant. Accipiendo ergo sacramenta ve.l.stricte non omnes cerimonię erant sacramenta, sed quædam pertinebant ad sacra, quædam ad sacrificia, quædam ad obseruantias, quædam ad sacramenta. Sed extēdendo nomen sacramenti ad omne signũ rei sacrę omnes cerimonię v.l.erãt sacramēta.


Ad primũ. EX DICTIS patet solutio ad primum.

Ad secundum. Ad secundũ dicendum, quòd aliqñ ea, quæ multiplicantur in inferioribus, vniuntur in superioribus, vt declaratũ est li.2.sed sacramēta no.l.& sacrificia sunt perfectiora, quam sacramenta, & sacrificia ve.l.& ideo conuenientius fuit, quòd idem re esset sacramentum, & sacrificium in no.l. quod in veteri.

QVAESTIO II.

Vtrum sacramenta ve. l. erant rationabilia.

Primum.



ET VIDETVR quòd non, quia nihil est rationabile, quod pertinet ad leuitatem, sed comedere festinanter ad leuitatem pertinet: ergo irrationabile fuit illud, quod præceptum est Exod. 12.scilicet, quòd agnum paschalem comederent festinanter.

Secundum. Item non fuit necessarium, quòd in ve.lege magis præfigurarentur quædam sacramenta no.l.quam alia, sed in ve.l.non fuerunt aliqua sacramenta prefigurantia confirmationem, & extremam vnctionem: ergo non fuit rationabile instituere talia sacramenta, quæ præfigurarent alia.

Tertium. Item irrationabile videtur, quòd sacerdos per tactum illius rei, per quam alios mundat fiat immũdus, sed sicut habetur Numerorum. 19.per aquam expiationis in qua aspergebatur cinis vaccę ruffę expiabantur homines ab aliquibus immunditijs, & tamen qui tangebat illas aquas immundus erat: ergo illud sacramētum irrationabile fuit.

In oppositum. CONTRA, omne factum in sapientia est rationabile, sed Deus omnia illa sacramenta instituit in sapientia, dicit enim Psal. ad Deũ. 103. Omnia in sapientia fecisti: ergo omnia sacramenta ve.l. fuerunt rationabilia.

CONCLVSIO.

Attendantur circumstantię sacramentorum veteris legis, & ipsa rationabilia apparebunt.

Responsio. Rationabile bifariam aliquid factũ dici.

RESPONDEO, quòd aliquod factum dupliciter potest dici rationabile, vno modo quia de naturali dictamine rectæ rationis, sicut principia l.naturæ, & conclusiones, quæ sequuntur ex eis, & sic non omnia sacramenta ve.l. fuerunt rationabilia, quia non omnia fuerunt de dictamine l. naturæ.

Alio modo dicitur aliquid ratiõabile, quia nihil continet rationi contrarium, & ex rationabili causa, & modo debito pro tempore est institutum, vel factum, & sic omnia sacramenta ve.l.fuerunt rationabilia.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd festinantia in comedendo quando subest rationabilis causa nõ pertinet ad leuitatē, rationabilis autem fuit causa quare agnum in exitu eorũ de Aegypto comederunt festinanter, quia Aegyptij eos festinãter exire compellebant, & in rememoratione huius etiam postea in terra promissionis illum modum in comedendo agnum paschalem obseruabant. *Id ipsum ex hoc celebrãdo facient.*

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd in ve.l. rationabiliter fuerunt, quædam sacramenta præfigurantia aliqua sacramenta no.l vt circuncisio, baptismum, esus agni paschali Eucharistiã, purificationes ve.l.sacramentum pœnitentiæ, consecrationes pontificum, & sacerdotum, sacramentum ordinis, & tamen vt dicunt aliqui, rationabile fuit, quòd non essent in l. ve. *Gal. 4.* aliqua sacramenta præfigurantia confirmationem & extremam vnctionem, quia confirmatio est sacramentum plenitudinis gratię, cuius plenitudinis nondum tempus aduenerat. Extrema vnctio est immediata præparatio ad introitum gloriæ, cuius aditus nondum parebat, *Di. 19.* quia vt in 3.habitum est, per passionem Christi aperta fuit ianua paradisi, sed hæc ratio nõ multum

multum valet, quia quamuis in l. scripta non fuerit tempus plenitudinis gratiæ, nec tunc pateret aditus iu gloriam, non fuit tamen inconueniens vtrunque istorum in ve. l. præ figurari. Vnde & primum fuit forte præfiguratum per abundantiam mannę, & secundum per introitum filiorum Israel in terram promissionis: & ideo mihi videtur dicendum, quòd etiam confirmatio, & extrema vnctio præfigurata fuerunt in ve. l. quamuis non ita expresse, sicut alia sacramenta: confirmatio enim per laminã aureã cõsecratam in sanctificatione quæ pẽdebat super frontẽ, & extrema vnctio per hoc ꝙ de sanguine arietis immolati in consecratione sacerdotum tangebatur extremum auriculę dextrę, & pollex manus dextrę similiter, & pedis, de quibus duobus habetur Leuit. 8.

Confirmationem extremamque vnctionem prefigurantia.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, quòd illud ex rationabili causa fuit institutum. Fuit enim institutum contra peccatum idolatriæ quòd filij Israel commiserant in adoratione vituli: & ideo ad significandum esse immundum quicquid pertinet ad idolatriã ex quacunque parte fuit institutum, vt etiam sacerdos aspergens illa aqua contraheret aliquam legalem immunditiam, & ad hoc etiam, vt sacerdotes essent sub onere l. &, vt non superbirent de hoc, quòd alios sanctificabant, & ad significandum, ꝙ sacerdotes noui testamẽti propter maximam sacrificij sanctitatem, semper debent se minus idoneos reputare.

QVAESTIO III.

Vtrum sacramenta ve. l. curabant a corporali immunditia.

D. Th. 4 sẽ dist. 1. q. 5. Alex p. 4 q 3 m. 4. a. 2.

CONCLVSIO.

In lege veteri immundi ab immunditijs corporalibus per sacramenta legalia curabantur.

Respondeo, quòd sic, quia cęteris paribus quod rarum est carius est: ideo vt ea quę pertinebant ad cultum Dei in maiori reuerentia haberentur, instituta fuerunt multa impedimenta per quæ homines frequenter immundi reputabantur ad ea faciendum quæ ad cultum Dei pertinebant, ad quæ idonei erant qui illa impedimenta non incurrebant: & etiam illa quæ incurrerant postquam erant secundum l. mundati, vnde illa impedimenta erant quædam irregularitates legales, & hę dicebantur immũditiæ corporales a quibus per sacramenta legalia mundabantur. Vnde apostolus ad Hebr. 9. Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis: ratio autem quare sacramenta no. l. non ita emũdant ab irregularitatibus est hoc, quia in no. l. non sunt tot irregularitates, nec præiudicãt, nisi solis ministris ecclesię in quibus requiritur maxima idoneitas propter sacrorum sanctitatem.

Quare in ve. le. sepius immũdi habebantur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum in susceptione sacramentorum ve. l. conferebatur gratia.

Arg. 1. D. B. n. li 4. dist. 1. ar. 1. q. 5. D. Tho p. 3 q 62. ar. 6. & 4 sent. dist. 1. q 5. Scot. vbi supra.

Et videtvr, quòd sic, quia per opera quæ Deo sunt accepta confertur a Deo homini gratia, sed sacramenta ve. l. non erant minus digna quam sacramenta l. naturæ, quæ tñ Deo erant accepta: dicitur enim Ge. 4. ꝙ aspexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ergo in susceptione sacramentorum ve. l. conferebatur gratia.

Secundo.

Item Hugo primo lib. de sacra. parte. 11. ca. 1. Si quis sacramenta priora effectum sanctificationis habuisse negauerit nõ mihi recte sentire videtur.

Tertio.

Item vana est medicina, quæ nõ confert sanitatem: sed Deus nullam instituit animę vanam medicinam: cũ ergo ipse instituerit ve. l. sacramenta, tanquam animæ medicinas sanitatem animæ conferebant, quæ sine gratia esse non potest.

Quarto.

Item sacramenta virtutẽ habent a fide passionis Christi: sed fideles in ve. l. illam credebant implicite. vt in 3. li. ostensum est: ergo sicut in susceptione sacramentorum no. l. confertur gratia, ita conferebatur in susceptione sacramentorum ve. l.

Di. 25.

In oppositum. Et gal. 2.

Contra, ad Ro. 3. Ex operibus l. non iustificabitur omnis caro: sed sacramẽta erãt quædam opera l. ergo in susceptione illorum sacramentorum iustificans gratia non conferebatur.

Item apostolus ad Hebre. 10. dicit, ꝙ l. erat vmbram habens futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum, quod non esset verum si sacramenta ve. l. gratiam contulissent.

CONCLVSIO.

Sacramentorum veteris legis nullum, excepta circuncisione, gratiam tunc conferre ex opere operato asseritur, at ex opere operante sic, accedentibus enim cum charitate meritoria erat eorum deuota susceptio.

Prima opi. quæ non tenetur scilicet quod sã ex opere operato quam operante sacramẽta ve. l. cõferebãt gratiam.

Ad istam quęstionem dixerunt aliqui quòd in susceptione sacramentorum ve. l. conferebatur gratia, non tamen ita plene, nec ita directe, sicut in susceptione sacrorum no. l. cuius opinionis rationi videtur assentire Hu. primo lib. de sacra parte. 11. cap. 2. dicens, quòd mediantibus sacramentis no l. illa prioris tẽporis sacramenta sanctificabant, vt eadem esset salus, & his qui recta fide signa futurorum in illis venerati sunt, & his qui effectum salutis in istis percipiunt. Ponebant ergo isti, quòd illa sacramenta iustificabãt, non tantũ per modum meriti, sed etiã per modum sacramenti.

Sed hæc opinio non videtur concordare cum auctoritatibus Apostoli, neque sanctorũ, vnde communiter non tenetur.

Secũda opi. scilicet magister sequẽtis gilib. porrectanũ

Alii de quorum opinione Magister videtur fuisse, dixerunt, ꝙ illa non sanctificabãt neque per modum sacramenti, neque per modum

omnino extrema primæ, quæ etiam cõmuniter non tenetur 3. opi (quã sequitur doctor & communis schola) est media scilicet, quod ex opere operante & non operato cõferebant gratiam. Dempta circuncisione.

dum meriti, etiam si in fide, & in charitate fierent, quia imposuit ea dominus noster in seruitutem, & vt futuri figura essent.

Sed contra opera indifferentia quando fiũt ex fide & charitate proficiunt ad meritum: ergo multò fortius facere sacramenta, vel suscipere quæ Deus instituerat ad offerendum sibi valebant ad meritum.

Videtur ergo mihi dicendum, secundum communem opinionem, quòd illi qui ex fide & charitate exercitabant se in vsu illorum sacramentorũ merebantur, vnde prædictus vsus sacramenti eis valebat ad charitatis augmentum, & si exercitantes se in vsu eorum propter honorem diuinum charitatem non habebant: per tale tamen exercitium se de congruo ad susceptionem charitatis disponebant. Ex vi tamen illius sacramenti, inquantum sacramentum erat, nullam gratiam recipiebant: non enim inquantum sacramenta erant instituta ad gratiam conferendam, sed ad sacramẽta gratiam conferentia præfiguranda, & hoc modo procedunt argumenta ad secundam partem.

Ad primũ.

Ad primum argu. ad partem aliam dicendum, quòd munus habet acceptum fuit Deo sicut opus meritorium ex fide, & charitate factum, non tanquam sacramentum, loquendo de acceptione, quæ importat gratiæ gratum facientis collationem.

Ad secundum. Hic secundum Augu. ibi ponderandus est textus quare prius respexit ad abel et postea ad munera.

Ad secundum dicendum, quòd illa videtur fuisse opinio Hu. quæ modo communiter non teneretur. Vel potest dici, quòd ibi loquitur de sanctificatione, quæ per meritũ acquiritur.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, quòd sacramenta ve. l. non erant instituta tanquam medicinę sanitatem efficientes, sed tanquam suscipientes a remotis aliquomodo ad sanitatem disponẽtes, inquantum figurabant Christum, & eius passionem, cuius fides est medicina vtilis contra omnia generis humani peccata.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, quòd sacramenta virtutem habent ex fide passionis tanquam ex continuante ipsa sacramenta, sicut instrumenta quædam diuinæ institutioni tanquam eorum causæ principali. Sacramenta autem ve. l. a Deo instituta non fuerunt, vt per modum sacramenti sanctificarent, sed vt sacramenta sanctificantia figurarent: & ego bene concedo, quòd effectum figurandi in suscipientibus ea habebant per fidem.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum in susceptione sacramentorũ no. l. conferatur suscipienti gratia.

Secundo vtrum sacramentum sit illius gratię efficiens causa.

Tertio, vtrum a passione Christi sit in sacramentis virtus, seu efficacia.

Quarto vtrum virtutum & sacramentorum sit eadem gratia.

QVAESTIO I.

Vtrum in susceptione sacramentorum no. l. conferatur gratia.

Arg. 1. D. Bon li. 4. dist. 1. ar. 1. q. 5. D. Th p. 3. q 62. ar. 3. Scot. lib 4. dist. 1. q. 6.

ET VIDETVR ꝙ non, principalior enim est comparatio actionis ad agens, quam ad passum; ergo collatio sacramenti principalius comparatur ad conferentem, quàm ad suscipientem; sed ex vi sacramenti non confertur gratia conferenti: ergo multo minus suscipienti.

Secundo.

Item duo ęquales in bona voluntate debẽt recipere ęqualem gratiam: ergo si vnus illorum non posset inuenire, qui sibi ministraret sacramentum, & alius inueniret, non propter hoc reciperent inęqualem gratiam: sed hoc non esset verum si ex vi sacramenti aliqua gratia conferretur suscipienti.

In oppositum.

CONTRA, Magister in littera huius di. cap. 3. dicit de sacramentis no. l. quòd dãt salutẽ, & sumitur ab Aug. in expositione tituli Psal. illius, Vt quod Deus repulisti in finem in glo.

Item sacramenta no. l. distinguuntur a sacramentis ve. l. tanquam perfecta ab imperfectis, sed si in istorum susceptione non conferretur gratia non essent perfectiora, quam illa; quia illa ita significabant rẽ sacram sicut ista: ergo in susceptione istorum confertur gratia.

CONCLVSIO.

Nouæ legis sacramẽta ex opere operato gratiam conferuntur suscipienti qua Deo reconciliatur, & de seruitute diabolica liberatur.

Responsio. Aeterna præordinatio naturæ humanæ.

RESPONDEO, ꝙ Deus ab æterno præordinauit naturam humanam sibi in persona filij vniendam in tempore ad reconciliadum sibi genus humanum, & de seruitute diabolica liberandum, quod preuidebat in primis parentibus quid sibi erat facturus propter hominẽ lapsurum, & in diabolicam seruitutem casurum. Impletio autem illius præordinationis inter omnes res per tempus ortis illa summa gratia est, ꝙ homo in vnitate personæ coniunctus est Deo: & ideo tẽpus in quo fuit hoc impletũ ab Apost. vocatur Gal. 4. plenitudo tẽporis, quia tũc ostensa fuit humano generi diuinę gratiæ plenitudo, vnde rationabile fuit, vt l. in illo tẽpore data ab ore illius in quo Deus plenitudinem gratiæ posuerat, esset lex plenitudinis ad hominem reconciliandum, & de seruitute diabolica liberandum: sed quia hæc non possunt fieri sine gratia gratum faciente, ideo dicitur, & est l. gratiæ perfectionia, utem l. debet respondere sacramentorum eius perfectio, & ideo rationabile fuit vt in illa l. talia instituerentur sacramenta, in quorum susceptione conferretur gratia, qua homo Deo reconciliaretur, & de seruitute diabolica liberaretur: cum ergo prædicta lex sit l. no. sequitur, quòd in susceptione sacramentorum no. l. confertur gratia.

In tertio distin. 13.

AD

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd sacramentum sub ratione qua sacramentum est, magis respicit suscipientem, quam cõferentem: ablutio enim corporis in baptismo non sic habet rationem sacramenti per comparationem ad baptizãtem, sicut ad illum qui baptizatur, & non oportet, quòd ex vi sacramenti gratia conferatur ministranti, quamuis in ministrando, si digne ministrat, gratiam mereatur.

Ad secundum. Hic Sco. di. 4. q. 7. huius. Ad secundum dicendum, quòd duo ęquales in bona voluntate debent recipere ęqualem gratiam, quę datur propter meritum suscipientium. Non autem oportet hoc esse verum de gratia quæ datur ex vi sacramenti, tamen pro bona voluntate suscipiendi sacramentum confertur volẽti plus de gratia, quam si sacramentum desideratum non haberet vim gratiam conferendi.

QVAESTIO II.

Vtrum sacramentum sit efficiens causa illius gratiæ quæ confertur in sacramento.

Arg. 1. D. Bon li 4 dist 1. ar. 1. q 4. D. Tho. p. 3. q. 62. a. 1. 4 & 4 sen. d. 1. q 4. Scot. lib. 4 dist. 1. q 4. Alex p 4 q. 5 m. 3 ar. 5.



ET VIDETVR quòd sic: quia sacramenta no. l. continent gratiam, vnde in quadam collecta dicitur. Perficiãt in nobis, quæsumus domine tua sacramenta, quæ continent, sed non continent eam realiter in actu, sicut vas continet aquam, vel intellectus speciem intelligibilem: ergo continent eã in virtute, sicut causa continet effectũ: ergo per suã virtutem sunt gratiæ causa.

Secundo. Item si sacramenta no. l. non dicuntur conferre gratiam, nisi quia ea suscipiẽtibus Deus confert eam, tunc non iustificarent ex vi sacramenti, sed tantum per modum meriti, & sic a sacramentis ve. l. iustificando non differrent: ergo videtur, quòd illam gratiam quam conferunt efficiant.

Tertio. Item Aug. homel. 8. super Io. vltra medium, & habetur. 1. q. 1. detrahe. Vnde ista tanta virtus aquę, vt corpus tangat, & cor abluat: ergo videtur, quòd in sacramento sit virtus per quã efficit animæ ablutionem, quam nisi efficiendo gratiam facere non posset.

In oppositum. Primo. Contra primam op. CONTRA, Ber. in sermone de cęna domini. Sicut inuestitur canonicus per librum, abbas per baculum, episcopus per annulum, sic diuisiones gratiarum diuersis sunt traditę sacramentis, sed liber non est causa efficiẽs prębendę quę cõfertur, nec annulus episcopatus: ergo nec sacramentum gratiæ.

Secundo. Hic Fră de may. di. 6. huius. q. prima. Item sacramenta non sunt gratiæ causa efficiens ęquiuoca, quia effectus nobiliori modo est in tali causa, quam sit in seipso, sed gratia non est nobiliori modo in sacramento, quam in seipsa, nec causa vniuoca, quia talis causa cum suo effectu est eadem specie, sacramentũ autem & gratia non sunt eiusdem speciei, sed omnis causa efficiens est æquiuoca, vel vniuoca: ergo sacramẽtũ nõ est gratię efficiẽs causa.

Tertio. Item Aug. lib. 83. q. q. 4. dicit quòd quędam Deus est faciens per seipsum, quæ solo illo digna sunt, eique soli conueniunt, sicut est illuminare animas: cum ergo animæ illuminentur per gratiam, ipse solus per seipsum efficit eam in anima, quod non esset verum, si illius gratiæ esset sacramentum efficiens causa.

CONCLVSIO.

Causa si impropriæ, & largè sumetur, & sacramentum esse effectiua causa gratiæ non incõgruæ admittetur.

AD ISTAM quęstionem dicũt quidam, quòd sacramentum est gratiæ quæ suscipienti sacramentum confertur efficiens causa non principalis, sed instrumentalis: non tamen sicut attingens ipsam gratiam, sicut actio dolabrę formam, quæ fit in materia, sed sicut attingens quandam dispositionem ad gratiæ susceptionem. Inquantum enim est instrumentum diuinæ materię, est in eo spiritualis virtus, per quam attingit ipsam animam, & in ea causat dispositionem prędictam, & quòd hoc sit possibile per exempla declarant. Ignis enim corporalis in inferno, inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ, vim habet agendi in animam, quam alias non haberet, calor etiam in humano corpore, quamuis sibi relictus magis cibum consumeret, quam in carnem conuerteret, tamen inquantum est instrumentum animæ regentis corpus vim habet conuertendi alimẽtum in carnem. Fantasma etiam cum sit quid sensibile sensitiua interiori, inquantum est instrumentum intellectus agentis cooperatur ad causandum speciem intelligibilem in intellectu possibili, quam per suam absolutam virtutem facere non posset. Cum ergo hęc positio sit possibilis, & sit ad honorem sacramenti, & ad confirmandum illud quod tenetur de actione ignis æterni, & purgatorij, videtur, quòd sit rationalis & tenenda. *Prima opi. quam sequũtur S. Tho. Herue⁹, Petr. de pal. Petr. de Tarã. di præsent.*

ALII dicunt, quòd sacramentum non est gratiæ efficiens causa principalis, nec instrumentalis, nec aliquam dispositionem efficit in anima, sed pro tanto dicitur sacramentum nouę l. efficere gratiam, quia ex institutione diuina semper diuina virtus digne suscipientibus ea efficit eam: pro tanto ergo dicuntur conferre gratiam, quia semper habent concomitantem virtutem diuinam gratiam conferentem. *Secũda opi. quam sequũtur S. Bonauent. Scot. Durandus causa dubius & iste doctor.*

Quam opinionem muniunt per auctoritates & rationes. Dicit enim Aug. 15. de ciu. cap. 7. quòd spiritus operatur intrinsecus vt valeat aliquid medicina, quæ adhibetur extrinsecus.

Ad hoc etiam facit auctoritas Ber. expresse ad hanc partem allegata.

Prima ratio. Per rationem etiam sic arguunt, si sacramẽta tanquam instrumenta gratiam efficerent, vel dispositionem ad gratiam, in eis esset aliqua virtus, per quam hoc facerent, aut ergo corporalis aut spiritualis: nõ corporalis, quia virtus corporalis non potest proximum esse prin-

principium agendi in animã, nec spiritualis, quia spiritualis virtus non est immediatè in corporali subiecto: ergo in eis nulla virtus est per quam possint etiam tanquam instrumenta efficere gratiam, vel in anima dispositionem ad eam.

Vt exacte probat Frã ci. de may. di. 6. huius q. 3.

Secunda. Præterea si efficerent in anima aliquam dispositionem, aut hoc esset creãdo, aut educendo eam de potentia animæ, non primo modo, quia creatio non potest esse a creatura, nec sicut ab agente principali, nec sicut ab instrumentali: aliter enim probabilitatem haberet error dicentium, quòd prima intelligentia creata aliam creat in virtute causæ primæ: nec secundo modo, quia in baptismo non fit dispositio in anima ad recipiendum gratiam, nisi character, qui tamen non educitur de potentia animæ, sed creatur, vnde in anima dicitur imprimi.

5. Auic. 9. meta ca 4. quam Sco q prima hui9 di. refellit.

Tertia. Præterea cum panis trãsubstantiatur in corpus Christi non videtur aliqua probabilitas, quòd verba aliquam dispositionem faciant in pane ad illam transubstantiationem: nulla enim dispositio in pane ad illam transubstantiationem requiritur: ergo similiter illa sacramenta, quorum essentia cõsistit in vsu, nullam per aliquam virtutem, quæ sit in eis, faciunt in anima dispositionem ad gratiam.

Ad primũ. principale secũdum 2. opi. QVI VVLT tenere istam opinionẽ, quæ mihi videtur intelligibilior, potest dicere ad primum in oppositum, quòd sacramenta pro tanto dicuntur gratiam continere, quia semper collatio gratiæ concomitatur susceptionem eorum in instanti completionis suę, nisi fuerint impedimenta ex parte suscipientium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd sacramenta dicuntur conferre gratiam ex vi sacramenti, non quia per aliquam virtutem, quæ sit in eis ipsam efficiant, siue principaliter, siue instrumentaliter: sed quia in ipsorum susceptione diuina virtus ex immutabili eius ordinatione specialiter assistit in anima debito modo suscipientis, efficiendo gratiam per sacramenta suscepta, quia ad animæ curationem fuerunt instituta: non sic autem potest dici de sacramentis veteris l.

Ad tertium Ex dictis patet solutio ad tertium.

Ad primũ. primã opi. contra. QVI VVLT tenere primam opi. potest dicere ad primum contra eam, quòd illę similitudines, quas ponit Ber. intelligi debent in significando, non in modo causandi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd effectus est nobiliori modo in sua causa æquiuoca, loquẽdo de causa principali, non de instrumentali: non enim oportet causam instrumentalem, siue sit instrumentum causæ vniuocę, siue ęquiuocę, esse nobiliorem suo effectu: sacramenta autem non sunt, nisi causę efficientes instrumẽtaliter dispositionem ad gratiam, & quia sunt instrumẽta causæ æquiuocæ: ideo per reductionem etiam causæ dicuntur æquiuocę, & voco hoc causam principalem causam ęquiuocam, non quia non sit vera causa, sicut homo pictus dicitur homo ęquiuocè, vel sicut stella dicitur canis, sed quia ipsa & eius effectus non vniuocantur in aliquo vno.

Quandoque effectum nobiliorem esse sua causa æquiuoca.

Equiuoca causa quid?

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ solus Deus per se ipsum illuminat aĩas effectiuè, sicut principalis causa: sed dispositiuè etiã illuminat eas per aliud a se tãquam per instrumentũ operans in virtute accepta ab ipso principaliter mouẽte.

QVAESTIO III.

Vtrum a passione Christi sit in sacramentis virtus, seu efficacia.

ET VIDETVR quòd non, quia passio Christi transijt, & efficacia sacramentorũ manet, sed sicut dicit Auic. 6. meta. cap. 2. Vnaqueque causa est cum suo causato: ergo in sacramentis non est virtus, seu efficacia a passione Christi.

Arg. 1. D. Bon li. 3. d. 20. ar. vni co. q 4. D Tho p. 3. q 64. ar. 2. Scot. lib. 4. dist. 2. q. 1. Alex p. 4. q. 5. m 3. ar. 5. 2 phy. t. cõ. 37. 2 meta. T. com. 3.

Secundo. Item si esset in eis virtus a passione Christi, aut esset inquantum credita, aut inquantum credita & exhibita. Nõ primo modo, quia tũc sacramenta ve. l. habuissent virtutem iustificãdi ex vi sacramenti. Nec secundo modo, quia baptismus, & eucharistia fuerunt instituta ante passionẽ Christi, & a sua institutione habuerunt vim gratiã conferendi: ergo in sacramentis non est virtus a passione Christi.

In oppositum. CONTRA, Glo. super illud ad Ro. 5. Qui est forma futuri. Sicut ex latere illius dormientis assumpta est costa, vnde formata est Eua. sic ex istius idest Christi latere profluxerunt sacramẽta, scilicet aqua ablutionis, & sanguis redemptionis per quæ saluatur ecclesia.

Item Augu. 15. de ciui. capit. 26. loquens de ostio, quod fuit in latere arcę dicit. Profecto illud est vulnus quando latus crucifixi lancea perforatum est, hac quippe ad illum venientes ingrediuntur, quia inde sacramenta manauerunt, quibus credentes initiantur.

CONCLVSIO.

A solo Deo tamquam a causa principali, a Christi autem passione, tamquam à causa meritoria efficaciam habere sacramenta sine pauore affirmamus.

Responsio. Duplicem in instrumẽto virtutem extare. RESPONDEO, quòd in instrumento duplex est virtus, vna quę consequitur materiam eius & formam absolutè, & hæc inest ei ex sua cõditione, & sic virtus securis est a fabro: alia quæ non inest ei, nisi dum agens eo vtitur, & hæc inest ei a mouente, & sic virtus securis est a carpentatore: cum ergo sacramenta sint instrumenta diuinæ misericordiæ, non tamen in eis est virtus quam habent ex sua conditione, cuiusmodi est virtus lauandi in aqua: sed alia quæ eis inest tantummodo dum sunt in vsu, hoc est dum diuina misericordia eis vtitur actu, & hoc non est in eis absolutè, nec ex sua naturali conditione, sed a diuina virtute mouente.

uente. Loquendo de virtute primo modo dicta, virtus non eſt in ſacramentis a Chriſti paſſione, ſed virtus 2. modo dicta eſt in eis a paſſione Chriſti, ſicut a cauſa meritoria, & ab ipſo Chriſto, inquantum eſt Deus, ſicut a cauſa effectiua: a quo enim eſt effectus inſtrumenti, ab illo eſt inſtrumenti virtus ſecundo modo dicta, ſicut a carpentatore eſt ſciſsio facta per ſecurim, & virtus ſecuris quæ ſibi non conuenit, niſi dum eſt in vſu: effectus autem curationis animæ qui eſt per ſacramenta, vt per quædam inſtrumenta diuinæ miſericordiæ, eſt a Chriſti paſsione vt a cauſa meritoria, & a Deo vt a cauſa effectiua, vt in tertio lib. oſtenſum eſt: quia autem iſta ſecunda virtus non eſt in inſtrumento, niſi aliquo modo continuetur, vel coniungatur illi a quo virtus deriuatur, ideo in miniſtrando ſacramenta, requiritur fides eccleſię de Chriſti paſsione, qua ipſa ſacramenta aliquo modo continuentur ipſi paſſioni coniunctione, quæ eſt per intentionem explicitam, vel implicitam, vel per intentionem in ſpeciali, vel in generali.

Virtus sacram. in vſu a Chro cauſa meritoria, a Deo cauſa effectiua in eſt. Di. 19.

Ad primū. Nihil in acceptione diuina ſecundum Sco.

AD PRIMVM in oppoſitum dicendum, quòd & ſi ſacramenta non ſint ſimul cum paſſione Chriſti realiter, tamen ſimul ſunt in intentione per fidem eccleſiæ, quæ ad paſsionem Chriſti ſacramenta refert.

Ad ſecundum. Ab inſtanti cõceptionis Chriſtus habuit meritū paſſionis a ctu interiori, in quo principaliter conſiſtit meritum ſecūdum Sco. q. prima di. 2. huius.

Ad ſecundum dicendum, quòd baptiſmus completam virtutem ſuam habet a paſsione Chriſti vt a cauſa meritoria, inquantum credita & exhibita, a ſua tamē inſtitutione, quæ fuit ante paſsionem, habuit aliquam virtutē a paſſione Chriſti vt a cauſa meritoria de propinquo futura & expectata, & aliquo modo iam quaſi inchoata per pęnalitates quas pro nobis Chriſti aſſumpſerat, vnde baptiſmus ante Chriſti mortem virtutem habebat remittendi originale peccatum, & conferendi gratiam, ſed non tantum ſicut poſt eius mortem.

QVAESTIO IIII.

Vtrum virtute, & ſacramentorum ſit eadem gratia.

Art. 1. D. Bon li 4 diſt. 1. ar. 1. q 6. D. Tho. 4 ſent diſt. 1. q. 5 & p. 3. q. 62 ar. 2. & 4. Alex vbi ſupra m. 4. ar. 2 & 4. Et ſecundo de t. cõ. 55. 56. Secundo.

ET VIDETVR quòd non: Dam. lib. 3. capit. 15. dicit, quòd quorum natura eadem, horum actio eadem eſt: ergo quorum actio non eſt eadem, natura non eſt eadem, ſed gratiæ virtutum: & ſacramentorum non eſt eadem actio, quia gratia virtutum habilitat ad bene operādum, gratia ſacrorum ſanat: ergo non eſt eadem gratia.

Item in ſtatu innocentię erat neceſſaria gratia virtutum, non autem gratiam ſacramentorum: oſtenſum eſt enim quòd in illo ſtatu non fuerunt inſtituta aliqua ſacramenta: ergo non eſt eadem gratia vtrorunque.

In oppoſitum. T. com. 14.

CONTRA, Phil. 10. meta. Non contingit plura vni contraria eſſe, ſed vni, & eidem peccato mortali cōtraria eſt gratia virtutum & ſacramentorum: ergo non ſunt diuerſę gratiæ.

Item per eadem virtutem accedit mobile ad terminum ad quem, & recedit a termino a quo, ſed per gratiam virtutum mouetur anima ad bonum, & per gratiam ſacramentorum recedit a malo: ſanari enim eſt recedere a malo infirmitatis: ergo eadem eſt gratia ſacramentorum & virtutum.

CONCLVSIO.

Gratia ſacramentorum, & virtutum eadem gratia eſt in eſſentia, ſed illorum gratia eſt alterius rationis, quàm iſtarum.

Reſponſio. Vt tenet Scot. Fran. Bo 1.27. di. 22.

RESPONDEO dicendum, quòd ſiue gratia ſit realiter idem quod charitas, ſiue non, dico, quòd eadem eſt per eſſentiam gratiam ſacramentorum & virtutum, differens ſecundū rationem propter comparationem diuerſam ad effectus, quia gratia inquantum per ſacramentum confertur, directè & immediatè ordinatur ad ſanandum animam a morbo peccati, vel ad ſanitatem augendam: gratia autem virtutum, ideſt gratia, inquantū ab ea ſunt virtutes, ſeu inquantum eſt forma virtutum directè, & immediatè ordinatur ad bene operandum, & quia potentia non poteſt bene operari niſi fuerit ſana: ideo etiam gratia virtutum ex conſequenti reſpicit animæ ſanationem, ſi pręceſſit in ea infirmitas aliqua, & quia etiam ſanatio animæ diſponit potentias ad benè operandum: ideo gratia quæ confertur in ſacramentis ex conſequenti ordinatur ad bonam operationem.

Ad primū.

AD PRIMVM in oppoſitum dicēdum, ꝙ eadem eſt actio vtriuſque gratiæ, vt oſtenſum eſt, quamuis ad eam ſub alia ratione ordinetur vna gratia, quam alia.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum dicendum, quòd in ſtatu innocentiæ erat neceſſaria gratia ſacramentorum, non tamen inquantum confertur per ſacramenta, nec inquantum ordinatur ad ſanandum, ſed ad bene operandum.

Ad primū.

AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd quamuis vni ſub eadem ratione non poſsint eſſe plura contraria, tamen vni poſſunt eſſe contraria plura propter plures rationes quæ poſſunt eſſe realiter in vno. Vnde peccato inquantum eſt morbus animę, contrariatur gratia ſacramentorum: & inquantum prohibet potentiam a bene operando, contrariatur ei gratia virtutum.

Quomodo vni plura poſſunt contrariari, & quomodo nō.

Ad ſecundum dicendum, quòd non plus concludit, niſi quòd realiter eſt eadem gratia per eſſentiam, directè tamen & immediatè ordinari ad receſſum a termino a quo, & ad acceſſum ad terminum ad quem, poteſt eſſe cauſa differentiæ ſecundum rationem.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrū in paruulis in l. naturæ purgaretur originale peccatum per fidem parentum.

Secundo vtrum ſufficiebat ad hoc fides informis.

Tertio

Tertio vtrum fides sine aliquo signo exteriori.

Quarto quæ, & quot fuerunt sacramenta in l. naturæ, & a quo,& quando:& quo modo fuerunt instituta, & si erant adultis necessaria ad salutem.

QVAESTIO PRIMA.

Ar. 1. D. Bo. li. 4. di. 1. ar. 2. q. 1. D. Th. 4. sẽ. di. 1. q. 11. Sco. li. 4. di. 1. q. 7. Ale. p. 4. q. 2. m. 5.

PRIMO ostendo, ꝙ in paruulis in l. naturę nõ purgabatur originale peccatum per fidem parentum: quia sicut dicit Apostolus primæ ad Cori. 13. Maior est charitas, quàm fides: sed ꝑ charitatem vnius non purgabatur peccatum alterius: ergo nec per fidem.

Secundo. Item filius non damnabatur propter parentum infidelitatem: ergo videtur, ꝙ nec saluabatur per eorum fidem.

In oppositũ. CONTRA, Grego. lib. 4. Mora. citò post principium, & habetur de consecra. dist. 4. ꝙ apud nos, & recitat magister in littera, huius di. cap. 5. Quod apud nos valet aqua baptismi: hoc egit apud veteres pro paruulis sola fides.

CONCLVSIO.

Sicut aliena actione originale peccatum paruulo inerat in lege naturæ, sic tunc aliena fides ei subuenire debeat.

Respon. RESPONDEO, peccatum originale est in paruulo, non ex actione propria: sed ex aliena: rationabile ergo fuit, vt ei posset subuenire fides aliena cõtra originale peccatum, qui non habet vsum li. ar. cum non sibi possit fides propria subuenire: & ideò concedendum est, ꝙ in paruulis in l. naturæ delebatur originale peccatum, non tantum per fidem parentum carnalium: sed etiam quorumcunq; aliorum dirigentium fidem Christi implicitam, vel explicitam ad paruuli salutem: & quamuis peccatum originale non sit actum, nec cõtractum per actum, proprij subiecti, tamen cõtrahitur per actum generatiuæ naturæ infectæ per malum actum primi parentis. Et quia dirigens suam fidem ad salutem paruuli, eis subueniebat per modum meriti de cõgruo, & meritum proprie loquendo in actu cõsistit, ideò non sufficiebat ad remittẽdum originale peccatum fidei habitus: sed requirebatur ad hoc fidei actus, & quia directio actus fidei ad paruulum est per intentionem: ideò requirebatur intentio applicans illum actũ ad paruuli mũdationem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicẽdum, ꝙ quamuis charitas sit fide nobilior: tamen q̃a fides est fundamentum, & homo primo per eã eleuatur supra suam facultatem naturalem: ideò sibi magis concessa est illa prærogatiua, quàm charitati, & etiam vt facilius inueniretur remedium pro paruulo: quia plures fidem habent, quàm charitatem.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, quòd non valet, pronior enim est Deus ad miserandum, quàm ad condemnandum, & etiam quia motus fidei subueniebat paruulo, non per sui comparationem ad credentem: sed ad obiectum, quod est salutis principalis causa: obiectum autem infidelitatis efficere non potest, nec damnationem, nec salutem: quando infidelitas est respectu obiecti creati: vt cum aliquis idolatra credit in idolum: quando autem est respectu Dei, vt cum aliquis credit in Deo vnitatem nõ Trinitatem, sicut per hoc bonitas obiecti non leditur: ita non vult Deus, ꝙ per talem motum alicui alij præiudicetur, quàm proprio subiecto.

QVAESTIO II.

Vtrum in paruulis in l. naturæ sufficiebat ad purgandum originale peccatum fides informis parentum.

Ar. 1. D. Bon. ubi sup.

ET VIDETVR ꝙ non: plus enim valet fides ꝓprio subiecto, quàm alieno. Sed motus fidei informis, non potest iustificare propriũ subiectũ: ergo multo minus fides informis parentum poterit iustificare paruulum.

Secundo. Item fides parentum iustificabat paruulum per modum meriti: sed fides informis semper fuit inefficax ad merendum: ergo fides informis parentum, nũquam potuit iustificare paruulum.

In oppositum. CONTRA, certa contra peccatum debent esse remedia: sed nullus est certus vtrum formatam fidem habeat: quia vt dicitur Ecclesia. 9. Nemo scit vtrũ odio, vel amore dignus sit: ergo ad delendum originale peccatum in paruulis, non requirebatur in parentibus fides formata.

CONCLVSIO.

Paruulis in lege naturæ ad purgandum orginale peccatum parentum, sufficiebat fides informis, eorum saluti intenta.

Respon. Fides comparatur ad obiectum, & ad subiectum. RESPONDEO, ꝙ fides cõparatur ad obiectum, & ad subiectum: ex prima comparatione non est in fide informitas: sed ex secunda: non enim est sua informitas ex patte obiecti, sed ex parte subiecti: fides autem parentũ paruulis subueniebat per comparationẽ ad obiectum, quod est salutis cã, non ex sui comparatione ad subiectum: & ideò ad purgandum in paruulis originale peccatum fides informis parentum sufficiebat, maximè cum illum effectum non haberet per modum meriti de condigno, sed de congruo.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum, cum dicitur ꝙ plus valet fides subiecto proprio, quàm alieno, etcæt. dico, quòd verum est, cæteris paribus: sed plus requiritur ad purgandum peccatum actuale mortale, cum factum sit voluntate propria, quàm ad purgandum originale, quod contractum est ex actione aliena: si in subiecto autem fidei infor-

mis semper est mortale peccatum actuale: nõ ꝙ semper sit actus peccandi: sed quia causatũ est per propriæ voluntatis actum.

Ad secundũ. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis fides informis sit inefficax ad merendum de condigno, non tamen est inefficax ad merendum de cõgruo: maxime remissionem originalis peccati, quæ facilius obtinetur, quàm remissio actualis.

QVAESTIO III.

Vtrum in l. naturæ sufficiebat ad purgandum in paruulis originale peccatum, fides sine aliquo signo exteriori.

Ar. 1. D. Bon. vbi sup q. 2. D. Tho. vbi sup. Sco. vbi su. Ale. vbi su.

ET VIDETVR, ꝙ non; si solus interior motus fidei suffecisset: cũ ita potuisset esse respectu paruuli nondũ nati, sicut respectu nati: potuissent per fidem parentum paruuli in vtero matris purgari a peccato originali, quod falsum est.

Secundo. Item si sola fides sine exteriori signo suffecisset: paruuli nati de parentibus fidelibus nũquam remedio contra originale carere potuissent: cum ergo multi modo de parentibus fidelibus nati moriantur antequam illud hẽant remedium: melioris conditionis fuissent paruuli in l. naturæ, quam in l. euangelica; quod falsum est.

In oppositũ. CONTRA, Grego. 4. Mor. & habetur in litera huius dist. cap. 5. dicit, ꝙ pro paruulis sufficiebat sola fides.

Et hẽtur de consf. dis. 4. Quod apud nos. AD istam quæstionem dicunt aliqui, ꝙ cũ motu fidei interiori requirebatur exterius signum ad confitendum fidem interius, cum. n. in l. euangelica semper requiratur aliquod exterius signum de l. cõmuni ad deletionem originalis in paruulo, & requirebatur etiam in l. scripta: videtur, ꝙ similiter requireretur in l. naturæ.

Istã opi. tenet Sco. loco alle. Ad Gre. dicit, quod loquebatur de fide protesta in sacrificijs & nõ de solitaria. Sed hæc opinio expressè est contra auctoritatem Gre. allegatam in opponendo.

Alia est opinio communior, & dictis Greg. consona, scilicet, ꝙ sufficiebat interior motus fidei per intentionem directus ad salutem paruuli, sine aliquo exteriori signo; cum non inueniatur ad purgationem originalis peccati præceptum fuisse aliquod signum exterius adhiberi.

Et secundum hanc opi. oportet concedere, ꝙ ille motus fidei interior subueniebat paruulis, non per modum sacramenti, sed per modũ meriti congrui: cuius insufficientiam semper Deus, ex sua benignitate supplebat.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicunt aliq. ꝙ paruulus dum est in vtero matris adhuc est quasi vna caro cum matre, p̃p cõtinuationem eius ad eam, & iõ quia adhuc separatus nõ est ab infectionis suę radice, quã in ventre matris contraxit: ideò nũquam de l. communi potuit paruulis in vtero matris regenerari.

Sed ratio parum videtur valere, vt ostendetur inferius di. 4. q. 3. articuli secundi, in solutione argumenti primi.

ET IDEO alij dicunt, ꝙ aut per fidem parentum poterant regenerari in vteris maternis, aut si non, dicunt ꝙ huius ratio est: quia Deus non ordinauit, vt per parentum fidem in vteris maternis regenerarentur: quò fuit cõgruum propter imperfectionem status l. naturæ, quem non decebat tantæ efficaciæ, & perfectionis remedium. *Negatiuam tenẽt.*

Ad secundum dicendum, ꝙ nõ fuissent tũc paruuli melioris conditionis, quàm modo: qa quamuis modo non ita in promptu sit remedium, sicut tunc; tamen remedium perfectius est. Vnde & paruuli modo cum a peccato originali purgantur maiorem gratiam recipiũt, quàm reciperent in l. naturæ, & propterea nõ sufficiebant nasci de fidelibus parentibus ad deletionem originalis peccati: sed oportebat ꝙ aliquis per intentionem dirigeret actum fidei ad salutẽ paruuli, eo modo quo superius dictum est.

QVAESTIO IIII.

Ar. 1. D. Bon. vbi sup. q. 3. D. Th. 4. sẽ. d. .q. 2. Ale. p. 4 q. 2. m. 5 ar. 2 Sco. li. 4. di. 1. q. 3.

QVAERITVR, quæ & quot fuerunt sacramenta in l. naturæ; & a quo, & quando, & quomodo fuerunt instituta, & si erant adultis ad salutem necessaria.

CONCLVSIO.

In lege naturæ adultis necessaria erant, sed non absolutè ipsa sacramenta, per inspirationem, ferè statim post hominis casum, à Deo instituta: quæ tunc plura, his tribus fuerunt, decimis scilicet, sacrificijs, & oblationibus in arctius sumatur eorum nomen.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sacramenta dicãtur sensibilia signa: a Deo tempore l. naturæ, & nõ ante instituta ad significandum rem sacram per homines ministranda, & ab eis frequentanda: sic dico, quòd in l. naturæ, non fuerunt nisi tria sacramenta, scilicet decimæ, sacrificia, & oblationes; quę tangit Hugo primo lib. de sacra. parte 11. capitul. 3. Matrimonium enim quamuis fuerit in l. naturę: non tamen tunc primo fuit institutum, nisi inquatum est in remedium concupiscentiæ: in statu enim innocentiæ fuerat primo institucum, inquantum erat ĩ officium, vt habetur Gen. 2. Quamuis in l. naturæ fuerunt virtutes pœnitentiæ: non tamen propriè loquendo fuit pœnitentiæ sacramentum: vt patebit, cum ageturi nferius de pœnitentia. Quamuis etiam in l. naturæ fuerit sacerdotium; non tamen propriè fuit ibi ordinis sacramentum; licet enim fuerit potestas ordinata a Deo, ad offerendum aliquid in significatione rei sacræ; non tamen erat distincta a seculari potestate: vnde vt habetur Genes. decimoquarto. Melchisedech rex Salem, sacerdos erat Dei summi, vbi dicit Glosam, quòd aiunt Hebræi, omnes primogenitos, *In l. naturæ nisi 3. sacrificia.* *Multa alia in l. naturæ erãt sacrifi cia attamẽ non erãt sacram.*

a Noe

a Noe, vsque ad Aaron pontifices fuisse,dicit etiam Glo. super illud Gen. 27.Vestibus Esau valde bonis, ꝙ tradunt hebræi primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale:quo induti victimas offerebant antequam Aaron eligeretur in sacerdotem. Non inuenitur etiam ꝙ de domini mandato ad hoc consecrarentur per aliquod sensibile signum. Quamuis etiam circuncisio instituta fuerit ante legem scriptam: tamen magis petinebat ad sacramenta l.scriptæ, quam l.naturæ,inquantum fuit quædam dispositio ad suscipiẽdum l.scriptam:& ad distinctionem populi, cui lex erat danda,vnde Hugo li.de sacr. par.14.c.3. Per sacramenta circuncisionis facta est quædam præparatio ad suscipiendũ legem. Et infra eodem cap.

Antiquus ille populus primum per circuncisionem significatus est, postea per l. informatus. Vnctio etiam lapidis, quem vnxit Iacob: de quo habetur Gen. 28. quamuis fuerit in tempore l.naturæ, & fuerit figura consecrationis altaris, vel ecclesiæ, non tamen fuit sacramentum modo superius dicto, & licet probabile sit, ꝙ Iacob illud fecerit ĩspiratione diuina, nõ tamen Deus hoc instituit pro illo tẽpore hominibus obseruandum & frequentandum. Quamuis etiam diluuium baptismũ præfigurauerit, secundum sententiam beati Pet. prima Canonica.s.c.3. Et Dama.li.4.cap.1.nõ debet numerari inter sacramenta l.naturæ accipiendo sacramentum,modo superius dicto: quia quamuis significauerit rem sacram, non tamen fuit a Deo institutum,tanquam per homines ministrandum, & ab eis frequentandũ. Immolatio etiam Arietis, pro Isaac, de qua Gen. 22. Quamuis immolationem Christi significauerit: tamen loquendo de sacramento modo prædicto: sacramentum non fuit: quia & si Deo inspirante factum fuit ad significandum rem sacram, tamen tunc Deus non instituit,ꝙ extunc homines sic facerent,& frequentarent.Oblatio etiam primitiarum sub oblationibus comprehensa est.

Extendẽdo sacramentũ plur quam 3.in l.enim fuisse sacramenta.

Si autem extendatur nomen sacramenti ad omnem signum rei sacræ generaliter, sic in l. naturæ plura fuerunt sacramenta,quã illa tria superius denominata:quorum per decimationem significabatur peccatorum remissio: per sacrificia carnis mortificatio: per oblationẽ boni operis exhibitio: per sacrificia etiã quæ consistebant in immolatione animalium,prę figurabatur Christi futura passio,& significabatur ꝙ ille, cui offerebatur dñs erat vitæ, & mortis. Prædicta autem sacramẽta a Deo fuerũt instituta.Vnde Hucto primo li. de sac.par. 11.c.3.Probabile est hoĩem ad hæc exercenda a principio,a Deo instructũ,& eruditũ fuisse. In quo patet ẽt qñ fuerunt instituta: quia qua si statim post lapsum: quod notat Hugo in verbis ꝓpositis, cũ dicit a principio.Modus etiã, quo Deus illa instituit, fuit inspirãdo hoĩbus, ꝙ in sacramẽtis talibus se exercerent. Vnde Hugo vbi prius.Cõijcimus, ꝙ Deus hoĩem a principio ad hæc exercenda cõsilio erudiuit. Adultis autem prædicta sacramenta necessaria fuerunt aliquo mõ, & aliquo modo nõ: sicut.n.modo non est nobis necessaria ad salutẽ nostræ fidei professio in aliquo signo sensibili,pro quolibet tempore, & in quolibet casu: necessarium tñ est loco, & tempore: sic dico aliquo modo a simili, ꝙ non erat de necessitate ad salutem in l. ve. ꝙ homines exercitarent se in aliquibus sacramentis: quamuis esset eis exercitatio vtilis & meritoria: vnde Hugo primo li.de sacr.par.11.c.3. Neque enim æstimãdum est illa prima naturalis l.sacramenta, siue decimas, siue sacrificia, siue oblationes, ita homini ex necessitate indicta: vt qui ea nõ executus fuisset reatum præuaricationis incurreret: quemadmodũ ille, qui fideliter coleret meritum deuotionis suæ inueniret:vnde cum aliquod prædictorum sacramentorum in remissione originalis peccati, siue pro paruulo,siuẽ pro adulto adhibebatur,non illius sacramenti virtute, sed fidei a peccato mundabantur: tamen loco, & tempore erat eis necessarium ad salutem suam, fidem in aliquibus signis sensibilibus exterius profiteri, & sic potest intelligi verbum Grego.quod adducit magister in littera.Prædicta autem confessio fiebat per oblationes,sacrificia, & decimatiões: quia per oblationes significabatur Deus omnium creator,per sacrificia redemptor,per decimationes remunerator. In hoc enim,ꝙ homo sibi retinebat nouem partes & decimam, quæ perfectionem significat, offerebat Deo: significabat in se imperfectionẽ esse,& in Deo perfectionem a Deo expectari debere.

Modus institutionis superiorũ.

ARTICVLVS VI.

Ista pars est incidentalis secundũ omnes.

CONSEQVENTER quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum, conueniens fuerit circuncisionis institutio.

Secundo vtrum conueniens fuerit modi celebrandę circuncisionis ordinatio.

Tertio vtrum suscipienti circuncisionẽ conferret gratiam circuncisio.

Quarto vtrum conueniens fuerit circuncisionis cessatio,seu euacuatio.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum fuerit conueniens circuncisionis institutio.

Ar. 1. D. Bo. li.4. d.1.ar. 3. q.1. D. Th.p.3. q.70. Sco.li.4.di. 1. q. 6. Ale p. 4.q. 4.m.2.ar.1

ET VIDETVR, quòd non: quia vt tactum est libro 2.dist.73. peccato originali non debetur pœna sensibilis: sed in circuncisione est pœna sensibilis: ergo non fuit conueniens institui

tui remedium cõtra originale, quod haberet annexam sensibilem pœnam.

Item quanto medicina est facilior, tãto est melior: sed facilior erat medicina in l. naturę contra peccatum originale, quàm circũcisio: ergo melior non fuit, nec conueniens circuncisionem instituere primo remedio dimisso.

In opposi-tum. CONTRA, Gen. 17. Deus instituit circũcisionem: sed omnis institutio facta a Deo cõueniens est: ergo conueniens fuit circuncisionis institutio.

CONCLVSIO.

Congruum admodum fuit circuncisionis sacramentum, tùm ratione morbi, tùm ratione temporis, tùm ratione personæ.

Respon. RESPONDEO, ꝙ conueniens fuit institutio circuncisionis ratione morbi, contra quem instituta fuit circuncisio: & ratione temporis in quo instituta fuit: & ratione personę, cui primo data fuit: morbus enim contra quẽ istituta fuit circuncisio, erat peccatum originale, quod expresse repræsentabat circũcisio, & quantum ad causam, & processum, & effectum. Contrahitur enim peccatum originale, per propagationem libidinosam: quam cãm circuncisio representabat ratione membri, in quo fiebat; quod deseruit virtuti generatiuæ. *Ordo Ansel. & est quasi circulus.* Processus autem fuit circularis: quia primo persona corrumpit naturam, deinde natura personam: quem processum repræsentabat circuncisio per circularem pelliculę incisionem. Effectus est superabundantia concupiscentiæ, quam representabat superfluitas pellis, quę remouebatur per circuncisionem. Et quia illa pellis ab illo membro separabatur: ideò nõ tãtum causa & processus, & effectus originalis peccati: sed etiam eius deletio per circuncisionem significabatur. Eius etiam institutio ratione temporis conueniens fuit: erat enim quædam dispositio ad suscipiendum l. ad distinguendum populum: cui danda erat lex ab alijs populis, & ideò antequam lex daretur debuit institui. *Instituta fuit secundũ Sco. 400. annos ante le. Mosaycam.* Fuit etiam instituta ad significãdum populum, & ab alijs populis distinguendum: qui esset Deo populus peculiaris, & suo cultui specialiter mancipandus. & ideò cõueniens fuit, vt instrueretur tempore Abraæ, qui specialius post diluuium se diuino cultui mancipauit: vnde exiuit de terra sua, & de cognatione: vt se ab infidelibus separaret, vt habetur Gen. 12. a quo erat descensurus populus, qui l. scriptam erat suscepturus, & de cuius genere nasciturus erat Sanctus sanctorum.

Hic Da li 4 suarũ sententiarum, inquit circunc. est signum determinat. s a gẽtibus cum quibus conuersabatur. Ex prædictis patet, ꝙ conuenientius fuit dari circuncisionem Abraæ, quàm alij personæ: quia non instituebatur circuncisio per se, nisi pro populo, qui l. erat suscepturus, & diuino cultui specialiter mancipandus, cuius primus pater se notabiliter, & specialiter ab infidelibus distinguẽs, & separans fuit Abraã, de quo dr̃ ad Ro. 4. Signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium, per accidẽs tamen valuit multis alijs, inquantum transtulerunt se multi ad ritum eorum.

AD PRIMVM, in oppositum cum dicitur, ꝙ peccato originali nõ debetur pœna sensibilis, &c. dico, ꝙ non est verum, de pœna tẽporali, quæ est vtilis ad salutem: sed de æterna, quæ ad salutem est inutilis. *Ad primũ*

Ad secundum cum dicitur, ꝙ quanto medicina est facilior, tanto melior, &c. dico: ꝙ verum est cæteris paribus, quamuis autem medicina in l. naturæ contra originale esset facilior circuncisione: non tamen ita distincte notificabat conditiones illius morbi, sicut circuncisio: vnde quamuis circuncisio fuerit difficilior, tamen fuit vtilior. *Ad secũdũ.*

QVAESTIO II.

Vtrum conueniens fuerit modi celebrandi circuncisionem ordinatio.

ET VIDETVR, quòd non: quia vt habetur Iosue 5. Populus, qui natus est in deserto, per quatuor annos in itinere latissime solitudinis, incircuncisus fuit, & postea circuncisi sunt a Iosue in Galgala: sed illa dilatio circuncisionis non legitur eis imputata fuisse in peccatum: ergo non fuit cõueniens ordinatio, quòd fieret circuncisio die octauo: quia trãsgressio conuenientis ordinationis peccatum est. *Arg. 1. D. Bon li 4 dist 1. par. 2. dub 5. & 6. ar. 3 q. 2. D. Th. 4. sẽ. dist. 1 q. 8. Alex. p 4. q. 4. m. 6. per totum.*

Item in institutione circuncisionis nõ mandauit Dominus eam fieri, cum aliquo determinato instrumento: ergo ordinatio modi celebrandi circuncisionem cum cultro lapideo, non fuit conueniens: sed magis videtur fuisse adinuentio. *Secundo.*

CONTRA, modum celebrandi circuncisionem, quantum ad membrum, & quantum ad diem, Deus ordinauit: vt habetur Gen. 17. vt habetur etiam Iosue 5. Ait Dominus ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel: cum ergo quicquid ordinatur a Deo sit conueniens: conueniens fuit modus celebrandi circuncisionem, & quantum ad membrum, & quantum ad diẽ, & quantum ad instrumentum. *In opposi-tum. Habetur di. 35. c ab exordio 16. q. 2. & hoc dĩximus de cõsec. dis. 4. c. baptizati.*

CONCLVSIO.

Culter lapideus, diesque octauus circuncisionis, signato admodum conuenerant, sed magis quã quod uis horum in eius membro virili circuncisionem fieri expediebat rationibus plurimis.

RESPONDEO, quòd conueniens fuit ordinatio modi celebrandi circuncisionem; conueniens enim fuit, quòd celebraretur in membro deseruienti generatiue, vt patet per rationes dictas in præcedenti qõne, & etiã in signum debilitationis cõcupiscentiæ: & in detestationem sacramẽtorum veneris, & priapi: in qui-

in quibus illa pars corporis honorabatur.

Conuenienter etiam fuit ordinatum, vt fieret die octauo: quia ante puer erat nimis tenellus, & ex hoc nimis grauiter lędi potuisset. Ne autem parentes, quorũ amor per processum temporis crescit ad filios, subtraherent filios circuncisioni compatientes eis, propter acumen doloris, quod erat in circuncisione, noluit Deus, ꝙ vltra diem octauum differretur, nisi dispensatiue, & in casu necessitatis. Fuit etiam ad hoc ratio mystica, quam tãgit Hugo primo li. de sac. par. 12. c. 2. dicẽs. Octonarius, in sacra scriptura, aliquando tempus resurrectionis significat, quod post præsentẽ, quæ septem diebus currit vitam, sequitur aliquando tempus gratiæ in quo quasi post sabbatum legis, æterna bona Deo seruientibus promittuntur. Merito igitur circuncisio iussa est fieri octaua die: vt ostenderetur, ꝙ in tempore gratię, corda circũcidenda erant ꝑ emũdationem iniquitatis, & in tempore resurrectionis corpora, per depositionem corruptionis, & hanc rationem sententialiter videtur tãgere magister in littera. Eam autem fieri cum cultro petrino necessarium nõ fuit, neq; quãtum ad obligationem præcepti, neque quantum ad efficaciam sacramenti, nisi aliquando in casu speciali ad significandum, ꝙ per petrã vniuersis abscinderetur ab electis corruptio: vt enim dicit Hugo 1. li. de sac. par. 12. c. 2. Cultellus de petra factus, Christum significabat, de quo dicit Apostolus primę ad Cor. 10. Petra erat Christus.

Mẽbrum & tempus circuncidẽdi.

Ad primũ. Ad Primvm, in oppositum dicendum, ꝙ cum illis quos circuncidit. Iosue in Galgala fuit dispensatum inspiratione diuina dupli ci de causa: vt non tenerẽtur circuncidi in deserto, scilicet: quia vt hr̃ Num. 9. quando nubes eleuabatur de tabernaculo debebant proficisci, & quia non præsciebant futuram eleuationem nubis, & nõ potuissent sine nimio grauamine proficisci, quando de nouo essent circuncisi, ideo dispensatum fuit cum eis, vt non tenerentur circuncidi in deserto, & etiam qa dum erant in deserto, in quo alij non habitabant cum eis, sufficienter erant ab alijs populis distincti. Quod autem dictum est dilationẽ circuncisionis nõ fuisse eis imputatam in peccatum, referendum est ad illos, qui hoc ex l. contemptu non fecerunt, sicut accipi potest, ex glo. Augu. ibidem.

Al. nume.

Ex dictis in corpore quæstionis patet, quid dici debeat ad secundum. Vtrum autem in aliquo casu liceret præuenire diem octauum, & quare mulieres nõ circuncidebantur, in expositione littere declarabitur.

Latius ex Lyra.

Ad secundum. Argumẽtum ad partem aliam, propter hoc quod dicitur in allegata auctoritate: circuncide secundo filios Israel, expositione indiget: quia hoc non refertur ad eandem personam: sed ad eundem populum, in quo quidam erant circuncisi, & quidam non sicut potest accipi ex glosa ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum suscipienti circuncisionem conferat circuncisio gratiam.

Et videtvr, ꝙ non. Glo. super illud ad Ro. 4. Et signum accipit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei. Et habetur in littera huius d. s. c. pen. in circuncisione peccata remittebãtur, sed nec gratia ad bene operandum per eam præstabatur, nec virtutes dabantur, vel augebantur.

Arg. 1. D. Bon. vbi su. q. 3. D. Th p. 3. q. 71. ar. 4 Sc. vbi sup. Alex p. 4. q. 4 m. 7. ar. 4

Item circuncisio non conferebat, nisi quod significabat: sed non significabat nisi peccati remissionem: ergo ita per eam peccatũ remittebatur, quod gratia non conferebatur. *Secundo*

Item Glo. Matth. 3. super illud verbum Io. ad Christum. Ego a te debeo baptizari: dicit idest a peccato originali mundari: sed Ioã. fuerat circuncisus: ergo per circuncisionem peccatum originale non tollebatur: ergo nec per eam gratia conferebatur: quia gratia simul non potest stare in anima, cum originali peccato.

Contra, magister in littera huius dist. cap. 4. & habetur de cõsecr. distin. 4. Ex quo. Et sumptum est ab Augu. li. 2. de nuptijs, & concupiscentia ad Valerium comitem, longè ante medium: ex quo instituta fuit circuncisio in populo Dei ad purgationẽ, valebat magnis & paruulis originalis, veterisque peccati: sicut baptismus ex illo cępit valere ad innouationem hominis: ex quo institutus est: sed per baptismum, nõ tantum remittitur culpa: sed etiam confertur gratia: ergo in circuncisione gratia conferebatur. *In oppositũ.*

Item illud quod est formale in peccato opponitur gratiæ: sicut priuatio habitui, & sicut tenebra lumini. Sed impossibile est auferri priuationem, nisi restituatur habitus, & tenebram, nisi per lumen: ergo per circuncisionẽ peccatum originale aufertur: quia alias fuisset medicina inutilis, sequitur ergo ꝙ per eã gratia conferebatur.

CONCLVSIO.

Per circuncisionem ne dum originale peccatum, tunc tolli, verum & gratia conferri, attamen caracter non imprimi asseueratur, quicquid sentiant nõnulli.

Respondeo, ꝙ ꝑ circũcisionẽ nõ tãtũ tollebatur peccatũ originale: sed ẽt cõferebatur gr̃a, character tñ in aĩa nõ imprimebatur Quod aũt ꝑ eã tolleretur originale peccatum patet per auctoritatem ad hoc allegatam, & ꝑ hoc ꝙ ad ipsum tollendum fuit a Deo specialiter instituta: quia tamen vnum peccatũ mortale sine alio tolli non potest: ideò si ille, qui per circuncisionem a peccato originali mũdabatur commiserat aliqua peccata mortalia, ab il

Responsio. Sco. tenet ꝙ conferebat gratiam ex vi circuncisionis D Th. quod conferebatur gratiã, nõ ex vi circunc. locis alleg.

ab illis etiã mundabatur: non tamen sicut modo fit per baptismum: quia illa peccata actualia non tollebantur per circuncisionem, quantum ad pœnam temporalem peccato debitam: sed tantum quantum ad culpam, per baptismũ autem tolluntur quantum ad vtrumque.

Huius opinionis fuit Magister in quo loco nõ tenetur, tamen Sco q. 6. huius ii primæ tri pliciter ipm interpretatur

Voluerunt tamen aliqui defendere, ꝙ p eã gratia non conferebatur: cuius opinionis videtur magister fuisse saltem secundum verborum suorum apparentiam. Pro qua opinione sic potest argui peccatum originale formaliter est carentia debitæ iustitiæ originalis, secundum sententiam Ansel. in li. de concept. Vir. non longè ante finem: sed Deus poterat dimittere homini illud debitum, nihil conferendo sibi: sicut creditor potest remittere suo debitori debitum, nihil aliud conferendo sibi: ergo per circũcisionem poterat a Deo peccatum originale remitti, absque hoc, ꝙ gratia conferretur: sed nullus ponit gratiam per circuncisionem fuisse datam, nisi propter remissionem originalis.

Sed hoc opinio est irrationabilis: quia anima de immunda, non potest fieri munda, nisi per aliquam mutationem, non per mutationem Dei: ergo per mutationem factam in ea; sed si Deus sine collatione alicuius doni remisisset animæ debitum habendi originalem iustitiam, per hoc non fuisset aliqua mutatio facta in anima, secundum aliquod absolutũ; ergo nec secundum aliquam relationem: quia in relatione non est mutatio per se, & immediate, vt habetur 5. phy. ergo nõ poterat a peccato originali mundari, nisi recipiendo grãm.

T. c. 10.

Hanc opin. quã sequitur Tho. & quãplurimi alij de proprio ordinata Dei, & de facto cõ cedit Sco. sed de proprio absol. (vt ista op. tenet) Negat rõnes istius & S. Tho soluit, Aureolus id ipsum, & Frã facius. Idem sentit Var. di. 4. huius oppositũ probat Sco & Frã.

Dicendum ergo, ꝙ per circuncisionem cõferebatur gratia gratum faciens: quia aliter si circuncisus fuisset mortuus statim post circũcisionem, aut fuisset damnatus sine omni peccato, quod absurdum est: aut sine gratia, dignus fuisset vita æterna, quod esse non potest: magis tamen per se ordinabatur ad peccati remissionem, quàm ad gratiæ collationem Per eam enim gratia non conferebatur ex vi sacramenti: nisi quia aliter causare non poterat deletionem originalis peccati. Quod autẽ non imprimeret characterem, nisi in carne: rationabile fuit, quia character imprimitur ad distinguendum statum fidei; status autem fidei in illo populo erat quasi per successionem generis: pauci enim alij, quàm illi, qui descenderunt de Abraam per Isaac, & Iacob, erant fideles comparatiue loquendo, & ideò conuenientius erat, in illis distingui statum fidei per characterem carnalem, quàm per spiritualẽ. Circuncisionem autem non impressisse characterem in anima probatur per hoc: quia circũcisi venientes ad fidem Christi baptizabãtur: nec tamen duos characteres dicuntur habuisse, & tamen characterem in baptismo recipiebant.

Ad primũ.

Ad Primum in oppositũ dicẽdũ, ꝙ verbum magistri ad hoc, vt hẽat veritatẽ sic debet intelligi, ꝙ circũcisio primo, & p se nõ ordinabatur ad cõferẽdũ grãm, nec p eam, ita plene conferebatur sicut in baptismo.

Ad secundum.

Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ circũcisio quamuis primo, & expressius significaret peccati originalis deletionẽ: tñ ex cõsequenti significabat gratiæ receptionem, sine qua peccatũ deleri non poterat.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicẽdũ, ꝙ per circũcisionẽ non aperiebatur ianua paradisi, & quia clausa fuerat p peccatũ primorum parẽtũ: a quibus deriuatum est originale peccatũ, iõ illius ianuæ aperitio dicta est in illa Glo. ab originali peccato mundatio, quæ aperitio futura erat, per Christi passionem.

QVAESTIO IIII.

Vtrum conueniens fuerit circuncisionis cessatio, seu enacuatio.

Ar. 1. D. Bo. li 4. d 1. p. 2 ar. 3. per totũ. D. Tho. 4. sent. d 1. q. 10. Ale vbi su. m 9.

Et videtvr, ꝙ nõ: quia vt habetur Gen. 17. Data fuit in fœdus sempiternum.

Secundo.

Item si debuisset cessare: cessasset post Christi passionem: cessassent etiã & alia legalia sacramenta: cum circuncisio esset principalius sacramentum inter alia, cum confert gratiam, & alia non: sed vt habetur Act. 16. Paulus circuncidit Timotheum. Et 21. ꝙ purificatus, secundum legem intrauit templum: purificatio etiam manet vsque nunc: ergo vr. ꝙ nec circuncisio, nec alia sacramenta legalia cessare debuerunt.

Tertio.

Item præceptum manet, quousq; sit reuocatum: sed non legimus ꝙ Deus præceptum de obseruatione legali reuocauerit: imò ꝙ venerit implere l. Math. 5. ergo adhuc manet p̃ceptum de obseruatione omnium legalium.

In oppositum.

Contra, Gal. 5. Si circũcidamini Christus vobis nihil proderit.

Hebr. 4. & 5.

Item ad Hebræos 4. & 5. Translatio sacerdotio necesse est, vt & l. translatio fiat. Sed in Christo fuit translatum sacerdotium legale: ergo l. vetus transferri debuit in nouam, & si sic: conueniens fuit circuncisionem cessare.

Itẽ Act. 15. dixit Petrus contra aliquos: qui volebant legalia cum euangelio debere seruari. Quid tentatis Deum imponere iugum sup ceruicem discipulorũ, quod neq; nos, neq; patres nr̃i portare potuimus: sed p grãm dñi nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodũ & illi: ergo nõ tantũ circuncisionis: sed etiã aliorũ legalium cessatio conueniens fuit.

CONCLVSIO.

Decuit in aduentu perfectioris, vt imperfectiorum cessatio fiat, quo magis circuncisio, & legalia ad Christum, vsque data fuere.

Ad declarationẽ huius quæstionis. Primo declarandum est, quare coueniens fuit cessatio circuncisionis.

Secun

Secundo, quare cessatio aliorum legalium. Tertio, quo tempore cessauerunt.

Conuenientē circun. cessationi fuisse.

QVANTVM ad primum, sciendum est, ꝙ conueniens fuit circuncisionis cessatio: quia sicut dicit Apostolus prima ad Cor. 13. Cum autem venerit quod perfectum est. euacuabitur quod ex parte est: sed baptismus est medicina perfectior, quàm circuncisio, quātum ad significationem, & quantum ad gratiæ collationem, & etiam quantum ad ampliorem sui extensionem, significat enim sanationem morbi expressius, & confert gratiam abundātius, & est etiam sacramentum communius: quia sibi non propriat, nec sexum, nec gentem. Vnde Apostolus, Gal. 3. Quicūque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis non est iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina, omnes vos, vnum estis in Christo Iesu.

Rationabilē aliorum legalium cessationē extitisse.

Quantum ad secūdum sciēdum, ꝙ aliorum etiam legalium cōueniēs fuit cessatio, & propter eorum significationem & imperfectionē, & humani generis eruditionem pleniorem. Instituta enim fuerūt ad significādum futurā gratiam noui testamēti, quæ postquam aduenit talis præfiguratio cessare debuit: quia nō cōuenit, ꝙ res significetur futura, quæ pſens est, & hāc rationem alio modo tāgit Apostolus, ad Hebr. 10. cum dicit. Vmbram habēs, idest bonorum futurorum, &c. Imperfecta ēt erāt: quia gratiam quam significabāt nō cōferebāt, & ideò eorum obseruatio cōuenienter fuit mutata in obseruationē sacramentorum euāgelicæ l. quæ gratiam cōferūt, nō tantum significāt. Vnde Apostolus ad Heb. septimo. Reprobatio quidem fit præcedētis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: quia etiam genus humanum tempore l. datæ, parū erat eruditum. Vnde pro illo tempore paruulis comparabatur, Gal. 4 postea per processum temporis in aduētu Christi, erat plenius eruditum, & ideò l. scripta, quæ fuerat sicut pedagogus paruulorum, Gal. 3. mutari debuit ī l. quæ cōueniēs esset, statui plenius eruditorū. Vnde Apostolus, Gal. 4. Nos cum essemus paruuli sub elemētis, mūdi eramus seruiētes, at vbi venit plenitudo temporis, &c.

Idē fere sēsit Tho. oppositum vult Sco. di. 3. q. 4. Alter. Frā. di. & q. eisdem.

Quātum ad tertium, sciēdum ꝙ vsq; ad passionem Christi legalia virtutem suam habuerūt, & seruari debuerūt: sed in passione Christi vim suam amiserūt, cui attestatur quod dicit Saluator imminēte pūcto mortis suæ, vt habetur Io. 19. Cōsumatum est: tamē post passionem ante tempus diuulgati euāgelij licitū fuit illis, qui de iudæis cōuertebātur ad fidem seruare legalia, nō spem ponēdo in eis: sed ad vitādum scādalum; & vt lex cum honore deduceretur ad tumulum, ne quasi, ac si semper fuisset mala videretur repudiari, post tempus vero diuulgati euāgelij, nulli fuit licitum illa legalia obseruare.

Ad primū.

AD PRIMVM, in oppositum dicēdum, ꝙ circūcisio dicitur data fuisse ī fœdus sempiternum, ratione rei, quam significat, & quę eis succedit: sicut fides potest dici semper manere ratione visionis quæ sibi succedit in patria.

Ad secundum.

Ad secūdum dicēdum, ꝙ Paulus circūcidit Thimoteum, & purificatus secūdum l. intrauit templum, nō quia tūc circūcisio, & illa purificatio aliquam vim haberēt: sed hoc fecit ad vitādum scādalum iudæorum, quod sibi facere licuit: quia nōdum erat euāgelium diuulgatū, maxime quia Thimoteus erat de matre iudęa. Vnde Titum quia simpliciter erat gētilis circūcidere noluit, vt in circūcisione Timothei ostēderet sacramēta legalia, nō tāquam sacrilegia debere damnari: & in hoc ꝙ Titum circūcidere noluit, ostēderet ea, nō tāquam necessaria debere appeti, & hæc accipi possunt, ex sentētia glo. super illud ad Gal. 2. neque ad horam cessimus subiectioni. Dicēdum etiam, ꝙ purificatio remanet: quia secūdum se, est aliquid cōueniēs ad cultum Dei, pro omni tempore: quia satis aperte significat deuotionem ad Deum, quæ semper habenda est.

Hoc nihil ēt admodum resolute ostendit Sco. vbi sup.

Ad tertiū.

Ad tertium dicēdum, ꝙ dominus facto necessitatem obseruādi legalia reuocauit, exhibēs illam veritatem, quam prius in figura pręceperat obseruādam, ꝙ autem apostoli post Christi passionem prohibuerūt gētibus abstinere a suffocato, nō fuit nisi ad tempus ad vitādum scādalum illorum, qui de iudæis cōuertebātur ad fidem, qui propter desuetudinē talia abhominabātur, sicut videmus, ꝙ si aliquis vult socialiter, alij cōuenire abstinet ab his, q̄ alius abhominatur: fornicationem autem prohibuerūt, sicut per se malum, illa. n. prohibitio non debuit computari inter legales: quia hoc nō loquimur de legalibus, nisi secundum ꝙ a moralibus sunt distincta: moralia enim nullo tempore cessare debuerunt.

Actuū 15.

Exēplū val ae moraliū.

Obseruātia cerimōiales

CIRCA literam. Obseruātiæ cerimoniales, hæ sunt quædam facta, quę secūdum se nō habēt rationem manifestam vtilitatis, & obseruātiæ sacramētorum legalium hac de causa cerimoniales dictæ sunt, & potest hoc vocabulum dici a charis, quod est gratia, & me ne quod est defectus, quasi defectū habentes gratiæ, eo ꝙ eā nō cōferebāt. Vel a ceris. i. luminaribus, quæ adhibebātur in solemnitatibus iudæorū. Inq natione quā l. mūdat huius irregularitates ītroductę erāt ad reuerētiā tēpli. Sine medio Deū videbat, sine medio, s. enigmaticō, loquēdo de enigmate, qđ ex pctō causatū est, nō tñ de l. cōi videbat sine medio speculi creaturæ. Duo sunt in qb cōsistit sacrm. s. res, & verba, sub verbis cōprehēdi debet inrētio pferētis. Pactū meū irritū fecit, s. in paradiso terrestri in Adam. Vel vult dicere, ꝙ pactum de circuncisione non est obseruandum in non circuncisio. Ingruēte necessitate mortis, ante octauum diem circuncidebāt, & ꝙ hoc verū sit, vide-

Cerimonia vnde dicitur.

Sensus illius pactū me. irri. fecit.

videtur Hugo primo li. de sacramentis parte 12. cap. 2. Si qui sub lege tempore suo sacramentum circuncisionis non percepissent ad salutem, tamen remedium eis operatum est, si illud postmodum suscipiendo priorem negligentiam correxerunt; ergo pari ratione efficaciam suam poterat habere ante diem octauũ, idest casu necessitatis.

Sed contra Hugo eo. cap. dicit, quòd illi, q ante octauum diem decesserant, saluabantur in fide parentum; quia ante octauum diẽ non debebant circuncidi.

Circuncisio nã 8. die cu ius opposită sentit Vor. di præsenti Contra magistrum tacet iste, & cõis opi & est tertius locus.

Ad concordiam istorum, videtur mihi dicendm, quòd si ante octauum diem circuncidebant ingruente necessitate mortis, ꝙ circũcisio suum habebat effectum, tamen si ipsum non circuncidebant, timentes ne circuncidẽdo mortem accelerarent pueri saluabantur in fide parentum. Vnde non est consentiendum magistro in hoc quod dicit, huius di. cap. vlti. quòd tales peribant sicut paruuli, qui modo moriuntur ante baptismum, noluit. n. Deus, puerum obligari ad circuncisionem ante octauum diem, propter nimiam teneritudinẽ corporis eius, non est tamen simile de præueniendo, & de supplendo, quod neglectum est. Quicunque enim transgressus est præceptum, reuerti debet ad illud implendum, quàm citius potest.

Quare mulieres nõ circuncidebãtur.

SI AVTEM quæritur, quare non circuncidebantur mulieres. Respondet Hug. eodem capi. dicens, ꝙ sacra scriptura per masculinũ sexum animam, per muliebrem vero carnem significare solet, vt ostenderetur, quòd illa exterior circuncisio animabus sanctificationem contulit: sed carni non abstulit corruptionem.

Alia etiam ratio est: quia mulieris membrũ generatiue deseruiens non est aptum circuncisioni, sicut virile membrum. Præterea corruptio naturæ, per quam peccatum originale contrahitur principalius fuit a viro, quàm a muliere: vt enim habitum est li. 2. si Adam nõ non peccasset etiam postquam Eua peccauerat, proles eius peccatum originale non contraxisset. Plura alia, quæ aliqui exponunt super litteram inuenies in quæstionib. exposita.

De sacramentis nouæ legis,

DISTINCTIO II.



IAM ad sacramenta nouæ legis accedamus: quæ sunt, Baptismus, Confirmatio, Panis benedictionis, idest Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Coniugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam adiutricem conferunt, vt Baptismus: alia in remedium tantùm sunt vt Coniugium: alia gratia & virtute nos fulciunt, vt Eucharistia, & Ordo.

Quare mox post hominis casum non fuerunt instituta.

Si verò quæritur, quare non fuerint hæc sacramẽta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia, & salus: dicimus non ante aduentum Christi, qui gratiam attulit, gratiæ sacramenta fuisse dãda, quæ ex ipsius morte, & passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit, antequam homo de lege naturali, & scripta conuinceretur, quòd neutra iuuare posset. *Aug. lib. 1. par. 1. c. 8.*

Quod sacramentum Coniugij fuit ante peccatum.

Fuit tamen coniugium ante peccatum institutum non vtique propter remedium ad sacramentum, sed ad officium: post peccatum verò fuit ad remedium contra carnalis concupiscentiæ corruptelam; de quo suo loco tractabimus. *Idẽ ibidem, cap. 13. Gen. 2. d*

De Baptismo.

Nunc verò de Baptismi sacramento videamus, quod inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptismum Christi Ioannes suo baptismo prænunciauit: qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu, Sicut ipse ait. Ego baptizo vos in aqua, id est in pœnitentiam. Sola enim corpora abluebat: a peccatis verò non mundabat. Baptismus Ioannis erat in pœnitentiam, non in remissionem: baptismus verò Christi in remissionem. Quia Ioannes baptizans hõmines, ad pœnitentiam vocabat, & quos baptizabat, pœnitere docebat, secundum illud, Veniebant ad Ioannem in Iordanem, confitentes peccata sua. Sed in baptismo Ioannis non dabatur peccatorum remissio, quæ data est in Christi baptismo. *de baptismo Ioannis. Matth. 3. e De differentia bapt. Ioã & Chri. Act. 19. a Ioan 1. d Matth 3. b Marci 1. e Luc 3. b Quare dictus sit baptismus Ioãnis.*

Quid vtilitatis habuerit baptismus Ioannis.

Ad quid ergo vtilis erat baptismus Ioãnis? Quia homines vsu baptizandi præparabat ad baptismum Christi. Sed quæritur, quare dictus est baptismus Ioannis: sicut Veritas dicit, Baptismus Ioannis vnde est? Quia ibi Ioannis operatio visibilis tantũ erat exterius lauantis, non inuisibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen & illa Ioannis operatio a Deo erat, & baptismus ille a Deo erat, non ab homine: sed hominis dictus est, quia nihil ibi gerebatur quod non ageret homo. Si verò quæritur, an sacramentum fuerit: satis potest concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat enim baptismus Ioannis rem sacram, scilicet baptismũ Christi, qui non tantum est pœnitentiæ, sed & remissionis peccatorum. *Matt. 21. e*


De forma baptismi Ioannis, & de baptizatis ab eo.

Hic considerandum est, si baptizati a Ioanne iterum baptizati sunt baptismo Christi, & qua forma verborum vsus sit Ioannes. Illi qui baptizati sunt a Ioanne, nescientes spiritum sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur. Vnde Hieronymus super Ioelem. Qui dicit se in Christum credere, & non credit *Act. 19. a* *A 2. c. in fine, tom. 6.*

dit in spiritum sanctum, nōdum habet claros oculos. Vnde baptizati a Ioanne in nomine venturi, idest domini Iesu, quia dixerunt, sed neque si spiritus sanctus est audiuimus, iterum baptizabantur, imò verum baptisma accipiebant. Illi verò qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & patrem & filium & spiritum sanctum credebant, non post baptizati fuerunt, sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, spiritum sanctum receperunt. Alij verò qui non ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi, vt prædictum est. Vnde Hieronymus: Qui spiritum sanctum nesciebant cum baptismum a Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt baptismo Christi, vt prædictum est, ne quis ex Iudæis, vel gentibus putaret aquam sine spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiam Ambrosius in 1. libro de spiritu sancto. Quidam negauerunt se scire spiritum sanctum, cum baptizatos se dicerent baptismo Ioannis, qui in aduenientis Iesu, non in suo baptizauit nomine. Isti ergo quia nec in Christi nomine, nec cū fide spiritus sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismi sacramentum, baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed innouatum.

Erronea. Magi. opinio. Actu. 8 c In epist. ad Oceanu, de vnius vxoris viro, post medium to. 2. Ad pricipio to. 2. v Act. 19. a C. 3. ī prin. to. 2.

DISTINCTIO II.



VPERIVS magister determinauit de sacramētis in generali, & de circuncisione in speciali, quæ fuit remedium contra peccatum originale in ve. l. hoc determinat in speciali de sacramentis l. no. & diuiditur in duas partes.

Continuatio.

Secūda dis. partitio.

Primo determinat quædam præambula ad ipsa sacramenta.

Secundo de ipsis sacramentis di. sequenti. ibi. (Post hoc videndum est.)

Prima in duas.

Primo determinat de quibusdam præambulis ad sacramenta l. no. communiter.

Secūdo de quodam præambulo ad sacramētum baptismi specialiter, idest de baptismo Io. ibi. (Nūc vero.)

Prima in duas.

Primo ponit numerum sacramentorum, & efficaciam in generali.

Secundo mouet quæstionem, & soluit de tēpore institutionis eorum ibi. (Si vero quæritur.)

Et ista in duas.

Primo mouet quæstionem de tempore institutionis sacramentorum no. l.

Secundo ostendit quare fuit similis institutio coniugij, & aliorum. ibi. (Fuit tamen.)

Illa pars ibi incipit. (Nunc vero.) diuiditur in partes tres.

Primo determinat de baptismi Ioan. ad baptismum Christi differentia.

Secūdo de eius efficacia. ibi. (Ad q̄d ergo.)

Tertio de eius sufficientia. ibi. (Hic considerandum est.

CIRCA hanc distinctionem querendū est principaliter de duobus.

Primo de sacramento no. l. in generali.

Secundo de baptismo Ioan. in speciali.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum, omnia sacramenta no. l. fuerint instituta in remedium contra aliquē defectum.

Secundo vtrū debuerunt institui ante Christi passionem.

Tertio vtrū, omnia instituta fuerint a Deo immediate.

Quarto de eorum numero & ordine.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum omnia sacramenta no. l. fuerint instituta in remedium contra aliquem defectum.

ET VIDETVR, q̄ non, quia matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, in quo nullus erat defectus, nec culpæ, nec pœnæ.

Ar. 1. D. Bo li. 4. d. 2. du. 11. & ar 1. per tot

Item omnis defectus, aut est pœna, aut culpa: sed non fuerunt instituta contra defectum pœnæ: quia gratia quæ datur in eis pœnæ non opponitur: nec contra defectum culpæ: quia existentes in culpa, saltem mortali non debēt recipere sacramenta: ergo non fuerunt contra defectum instituta.

D. Th 4 sē. dist . q 1. A le p 4 q. 5 m. 2 ar. 2 §. 2. Secundo

CONTRA, secundum Hu. li. 1. de sacr. par. 8. cap. 12. Sacramenta no. l. sunt medicamenta perfecta: sed omne medicamentum est contra aliquem defectum institutum: ergo omnia sacramenta contra aliquem defectum instituta sunt.

In oppositum.

CONCLVSIO

Sacramenta omnia in remedium alicuius spiritualis defectus instituta fuisse iure asseritur.

RESPONDEO, illud, quod alicuius perfectionem adhibetur, quo ille non indiguisset, secundum ordinem institutionis suæ naturæ; adhibetur ei contra aliquem defectum; sed sacramenta no. l. adhibentur ad hominis perfectionem, quibus tamen non indiguisset, si seruasset ordinem institutionis suę naturæ: ergo adhibentur contra aliquem hominis defectum culpæ, vel pœnæ, vel contra vtrumque, Si enim homo remansisset in statu naturæ integræ ad eius perfectionem non requireretur, nisi Deus influens, & gratia, & virtutes ab ipso influxæ.

Responsio. Si in integritate naturæ homo stetisset sacramētis nō indiguisset.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, q̄ matrimonium in statu innocentiæ, propriæ loquendo, non fuit sacramentum, nisi largè vocando sacramentum signum rei sacrę, nec fuit institutum in remedium: sed tantum in officium, in no. autem l. institutum est in remedium contra defectum concupiscentiæ, inquantum excusat virtutis generatiuæ actum, qui

Ad primū.

qui extra matrimonium non excusatur a peccato mortali, si fiat ex pleno voluntatis consensu.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod sacramenta nõ tantum sunt in remedium cõtra peccatum ipsum expellendo: sed illa quæ nullus debet recipere, qui credit se nõ habere gratiam, sunt in remedium a peccato præseruando, contra etiam pœnam a peccato causatam, sicut est ad malum pronitas, & ad bonum difficultas, bene sunt aliqua sacramenta directè: quia gratia quæ datur in eis minuit pęnam prædictam, in quantum illa pœna est disponens ad peccatũ, & ex peccato causata.

QVAESTIO II.

Vtrum sacramenta no. l. debuerunt institui ante Christi passionem.

Arg. 1. D. Bon. vbi su q. 2. D Th 4. sẽ. dist 2 q. 4. Sco. li 4. di. 2. q 1. Alex. vbi sup.

ET VIDETVR quod sic: quia prudens, & fidelis medicus, statim adhibet ĩfirmo vtiliorem medicinam: cũ ergo Deus sit prudentissimus & fidelissimus medicus, statim post hominis lapsũ, debuit sibi adhibere vtilissimam medicinam: extũc ergo debuerunt institui sacramẽta no. l. cum sit vtilissima medicina.

Secundum. Item sacramenta no. l. cum cõferant gratiã statim debuerunt dari, cum fuit tempus plenitudinis gratiæ: sed illud tempus incepit a natiuitate Christi, secũdum Apost. ad Gal. 4. ergo ex tunc debuerunt sacramenta nou. le. institui.

At vbi vẽit plenitudo gratiæ.

In oppositũ. CONTRA, effectus non debet præcedere causam: sed virtus sacramẽtorum est a passione Christi: ergo nõ debuerũt institui, nisi post Christi passionem.

Secundum. Item sacramẽta no. l. non debuerunt institui, quandiu sacramẽta ve. l. fuerunt in suo vigore: sed vsque ad passionem Christi tenebantur iudæi ad sacramentorum legalium obseruationem de necessitate: ergo sacramenta no. l. institui nõ debuerunt ante Christi passionẽ.

Tenet Sc & Frã. op. de tempore.

CONCLVSIO.

Sacramentorum euangelicorum institutio ante Christi passionem, haud fieri debuit, quò perfectiori statu, & infirmiori perfectior adhiberetur medicina.

Responsio RESPONDEO, quòd sacramenta no. le. non debuerunt institui ante Christi passionẽ, sicut enim dicit Hu. 1. li. de sacr. par. 8. c. penul. ex quo homo a statu primæ incorruptionis lapsus in corpore per mortalitatem, in aĩa propter iniquitatem cogitare cępit continuò Deus reparãdo sacramẽtis suis, medicinã p̃parauit, quæ quidem prout ratio postulabat, & causa diuersis temporibus, & locis ad curationem illius exhibuit aliqua ante l. aliqua sub l. aliqua sub gratia, cum enim sacramenta l. gratiæ sint perfecta, institui non debuerunt in le. naturæ, nec in l. scripta, & propter statum morbi, & infirmi: a principio enim morbi debent dari remedia minus perfecta: & in perfectu, perfectiora: & in statu perfectissimo, perfectissima. Et quia morbus peccati, circa illud tempus, quo Christus prædicare incepit vehementer inualuerat, ideò tunc primò debuerũt institui sacramenta l gratiæ, quæ sunt perfectissima, hoc etiam exigebat status infirmi: primo enim conueniens fuit, vt per sacramenta l. naturæ, quæ erant imperfectissima, respectu sequentium, manuducerentur homines ad modum paruulorum, ad recognoscendum defectum suæ ignorantiæ: & postea in tempore l. scriptæ, tanquam prouectiores instruerentur per sacramenta in significãdo expressiora ad cognitionem infirmitatis suæ, vt sic desiderarent medicinam illuminantem contra defectũ ignorantiæ: & fortitudinem, contra vehemẽtiam concupiscentiæ: per Christi autem prędicationem fuerunt multo plenius instructi, de vtroque, & ideò tunc fuit tempus instituendi sacramenta no. l. quæ conferunt gratiam illuminantem contra ignorantiam, & reprimentem concupiscentiam.

Ex quo hõ cepit ægrotare cepit Deus congruis tpib cõgruẽtes medi p̃nas præparare.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, quòd statim a principio morbi, Deus adhibuit vtilissimam medicinam, per comparationem ad statum morbi, & infirmi omnibus pensatis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd plenitudo gratiæ incepit in Incarnatione: sed incepit ĩfundi in Christi baptismo, & prædicatione, & ideò ante non debuerunt institui sacramenta, decuit enim vt ante sacramentorum institutionem esset populus instructus per Christi prædicationem, institui tamen debuerunt ante Christi passionem, decens enim fuit, vt illa institueret, dum simul erat viator, & comprehensor.

Ad primũ. AD PRIMVM, ad partem aliam dicendum, quòd post quàm incepit prædicare, iã erat passio aliquo modo, quasi præsens, propter eius propinquitatem, & passuri præsentialitatem, & assumptam pœnalitatem.

Tenet Sco. d præsenti. q 1 ab instãti conceptionis actu interiori Christũ habuisse meritum passionis

Secundum. Ad secundum dicendum, quòd maior est falsa, ab institutione enim sacramentorũ no. l. vsque ad Christi passio. simul concurreret sacramenta legalia, & euangelica, omnes enim res in suis confinijs, aliquomodo similitudinem habent, & ideò quia illo tempore euangelica erant in sui initio, & legalia, prope suũ finem, conueniens fuit, vt in modico tempore simul currerent.

QVAESTIO III.

Vtrum omnia sacramenta no. l. instituta fuerint a Christo immediatè.

Ar. 1. D Th. p. 3. q 64 ar. 2. D. Th 4. sẽ. di. 2. q. 4. Sco vbi su Ale. p. 4 q. 5. m. 2. ar. 1.

ET VIDETVR, quod non: non enim inuenitur, quod instituerit extremam vnctionem: sed Iaco. eam instituisse videtur, vt patet per illud, quod dicitur Ia. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat p̃sbyteros ecclesiæ, & orent super eum vngentes

tes oleo, in nomine domini.

Secundo.

Item non legitur vbi instituerit confirmationem: sed inuenitur, ꝙ apostoli instituerit, quod patet Act. 8. cum dicitur, tunc ponebãt manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

In opposi- tum.

CONTRA, quę ab hoĩe instituuntur per hominem possunt destitui: sed sacramenta ꝑ hominem non possunt destitui: ergo nec a puro homine fuerunt instituta.

Item ad legislatorẽ pertinet ponere fundamenta l. sed sacramenta sunt fuudamenta l. no. ergo cum Christus fuerit legislator omnia sacramenta l. no. instituit immediatè.

CONCLVSIO.

Omnia equidem à Christo fuerunt instituta, quãuis non omnia promulgata, & dispensata.

Prima opi.

RESPONDEO, ad istam quæstionem, dixerunt aliqui quædam sacrã fuisse a Christo immediate instituta, quædam mediantib. apostolis, sicut confirmatio, & extrema vnctio. Quod de extrema vnctione videtur expresse sentire magister in littera. di. 23. ca. 2. Hu. li. 2. de sacr. par. 2. cap. 2.

Alex. de A les 4. parte summ. tenet pmãm instituta in fuiss. Iac 5. confitemini alterutrum. 2. opi. D. Tho.

Alij dicunt omnia a Christo immediate instituta fuisse: quia cum ex sua institutione habeant virtutem: conueniens fuit ea institui ab eo solo immediate, a quo habent sanctificandi virtutem, quę eis dari non potuit ab aliquo homine puro.

Ad primũ

QVI vult tenere hanc opinionem, potest dicere ad primum in oppositũ, ꝙ legitur Christum instituisse sacramentum extremæ vnctionis: vt habetur Mar. 6. in hoc, ꝙ discipuli vngebant oleo multos ægros, & sanabantur, & non est probabile, ꝙ hoc fecissent, nisi accepissent a Christo. Vnde verbum magistri, & verbum Hu. qui videntur sentire contrarium, vt allegatum est in corpore quæstionis: exponi debent de institutionis promulgatione, vel de institutionis memoratione.

Ad secũdũ. Idẽ vult S. Th. di 3 q. 1 & Frã dis prælenti. q 1. Sco. di in illo Ioãn. 2. accip ss S. Bo di. 7. q. 1 tenet qđ ꝑ apostolos.

Ad secundum dicendum, ꝙ legitur Christum instituisse sacramentum confirmationis in hoc ꝙ scriptum est Mar. 10. quòd paruulis sibi oblatis, vt tangeret eos, imponebat manus, & benedicebat eos. Vnde cum Apostoli manus imponebant vtebantur sacramento iã instituto. vbi autem immediate instituerit sacramentum pœnitentiæ, dicetur inferiùs. distinctio. 23.

Primum. Respon. D. Bo lib. 4. dist. 2. ar. 1. q. 3 Sco. vbi su. Ale. p. 4. q. 5. m. 7. ar 2 D. Tho p. 3. q. 65. ar. 1. & 4. sen. di. 2. q. 2.

QVAESTIO IIII.

Vtrum sacramenta no. l. fuerint septem? & quis eorum ordo.

CONCLVSIO.

Ex defectibus, quos expellunt, ex virtutibus, quibus coadiuuant, ex actibus gratiæ, quam conferunt; liquet septena sacramenta à Christo ritè fuisse instituta.

RESPONDEO, sacramenta sunt septem, & modo debito ordinata: sacramenta enim gratiam conferunt, & sunt in remedium contra defectum, & in adiutorium ad bonum, & ideò eorum numerus sumi potest, & ex parte defectuum contra quos sunt, & ex parte boni, quod promouent, & ex parte gratiæ, quam conferunt.

Primo sic. duplex est defectus. s. culpaliter, & pœnaliter.

Primus triplex, scilicet culpæ originalis, cõtra quam principaliter est baptismus: & culpa actualis mortaliter, contra quam est pœnitentia: & culpa venialiter contra quam est extrema vnctio.

Defectus pęnaliter est quadrupliciter, scilicet ignorantia in ratione, contra quam est ordo: inclinatio ad malignitatem in voluntate, contra quam est eucharistia: infirmitas in irascibili, contra quam est confirmatio: concupiscentia in concupiscibili, contra quam est matrimonium.

Secundo sic: ad actum fidei adiuuat baptismus: ad actum spei, vnctio extrema: ad actum caritatis eucharistia: ad actum prudentiæ, ordo: ad actum fortitudinis, confirmatio: ad actum iustitiæ, pœnitentia: ad actum temperantiæ, matrimonium, & sic septenarius sacramẽtorum respondet septenario virtutum.

Tertio modo sic. Triplex est actus gratiæ. s. purgare, perficere, illuminare. Vnde Dion. 7. ca. angelicæ hierar. dicit, ꝙ purgatorio, illuminatio & pfectio est diuinæ scientię assumptus: quia scientia est per gratiam, necessarius autẽ est triplex purgationis actus: vnde respectu originalis peccati, ad quem actum institutus est baptismus: alius respectu culpæ actualis: ad quem actum est pœnitentia instituta: tertia respectu mali meritorio modo se habentis, qđ est concupiscentia, ad quem institutum est matrimonium.

Actus illuminationis est duplex, vnus in via per gratiam, ad quem institutus est ordo: alius in patria per gloriam, ad cuius immediatã dispositionem instituta est vnctio extrema.

Actus perfectionis est duplex, vnus ad resistendum terribili malo: ad quem instituta est confirmatio: alius ad perficiendum in bonũ, ad quem instituta est eucharistia.

Idem dico. c. 10. cælestis hierar.

Ordo prædictorum sacramentorum sic potest accipi: quamuis enim bonum commune intentione præpõi debeat bono singularis ꝑsonæ, secundum sententiam philosophi. 1. Ethi. c. 1. vnde in via generationis prius est bonum singularis personæ, sicut prius est homo, quàm domus, & domus prior ciuitate, & pars generaliter prior toto: & ideò quo ad nos sacramenta quæ pertinent ad bonum personæ ꝑ ordinantur ordini: & matrimonio, quæ pertinent ad bonum commune, & inter illa, quæ pertinent ad bonum personę prior est baptismus, quia est sacramentum intrantium: vltimũ est extrema vnctio, quia est sacramentũ exeuntium. Confirmatio, eucharistia & pœnitentia,

sunt

sunt sacramẽta progredientium: inter q prior est confirmatio: quia est ad gratiæ ĩ baptismo collatæ conseruationem: secũdo eucharistia, quia est ad gratiæ conseruatæ augmentationẽ: tertio est pœnitentia, quia est ad gratiæ admissæ recuperationem: Inter sacramenta quæ sũt ad bonum cõmune, prius est ordo, quàm matrimonium: quia per ordinem matrimonij sacramentum dispensari debet.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæuntur quatuor.

Primo vtrum, baptismus Ioan. erat sacramentum.

Secundo, a quo fuit institutus.

Tertio vtrum, conferebat gratiam.

Quarto vtrum, illo baptismo, baptizati remanserunt obligati ad recipiendum Christi baptismum.

QVAESTIO PRIMA.

Arg. 1. D. Bo. li. 4. d. 2. ar. 2. D. Tho. 4. sent. d. 2. q. 5. Sco li. 4 di. 2. q. 2. Ale p. 4 q. 6. m. 2. PRIMO ostendo, quòd baptismus Io. non erat sacrm. Aug. lib. 5. de baptismo contra Donatistas, lõgè ante me dium, dicit, q Io. baptizabat baptismo non diu mansuro: sed quantum satis esset, ad parandum viam Domino: sed præparatorium ad viam Domini nõ erat sacramentum: sed dispositio ad susceptionem sacramentorũ eius: ergo batismo Io. non erat sacramentum.

Secundo Item Glo. super illud Io. 3. erat Ioã. baptizans. Quantum cathecumenis nondum baptizatis, prodest doctrina fidei, tantum proficit baptismus Ioan. ante baptismum Christi: sed prædicta doctrina non est sacramentum: ergo baptismus Io. non erat sacramentum.

In oppositum. CONTRA, sacramentum est sacræ rei signum: sed baptismus Ioann. erat sacræ rei signum, erat enim signum baptismi Christi: qa erat via & præparatio ad ipsum, vt habetur in Glo. super illud Io. 3. Et baptizabat: ergo erat sacramentum.

CONCLVSIO.

Ioannis baptismum sacramentum fuisse admitti potest, si largè sumatur sacramenti nomen.

Respons. RESPONDEO, quòd si extendamus nomen sacramenti ad omne signum rei sacræ, sic baptismus Ioan. erat sacramentum: quia expresse repræsentabat Christi baptismum: qui est res sacras suscipientem: si autem restringamus nomen sacramenti ad id, quod est sacræ rei signum & causa, sic non erat sacramẽtum: quia non conferebat gratiam ex vi sacramenti, vt in 3 q. ostendetur. Vnde respectu baptismi Christi debet dici fuisse sacramentale: qa fuit quædam dispositio, & præparatio ad illius baptismi susceptionem, & pro tanto potest dici pertinuisse ad no. I. per reductionem. *Baptismum Io. large se l non strictè sacramentũ fuisse.*

Ad arg in oppositum. Argumentum ad partem secundam procedit de sacramento, secundum q extenditur ad omne signum rei sacræ.

Ad alia. Alia duo ad partem primam procedunt de sacramento, secundum q est sacræ rei signum & causa.

QVAESTIO II.

Vtrum a quo Io. baptismus fuit institutus.

Ar. 1. D Bo. vbi sup. q. 1. Ale. vbi su. m. 8. ET VIDETVR, q a Deo: quia ille facit rem cuius auctoritate fit. Vnde ille Angelus qui Moysi loquebatur in psona Dei, dixit. Ego sum Deus patris tui. Exo. 3. Sed Io. baptizauit auctoritate Christi: vnde vt videtur Io. primo. Io. dicit. Qui misit me baptizare in aqua, &c. ergo Christus Io. baptismum instituit.

Secundo. Item vt habetur Matth. 21. Christo quærenti de baptismo Ioan. vtrum esset ex cælo, aut ex hominibus: iudæi qui libenter impedissẽt: non fuerunt ausi dicere, quòd ex hominibus: ergo non fuit ab homine institutus.

In oppositũ. CONTRA, si non fuisset institutus a Io. sed tantummodo baptizasset auctoritate Christi, nõ debuisset dici baptismus Io. qa baptismus, quo auctoritate Christi baptizabant eius discipuli: non dicebatur baptismus alicuius discipuli, cum ergo ille baptismus specialiter diceretur baptismus Io. ab ipso institutus fuit.

CONCLVSIO.

A Deo auctoritatiuè, à Ioanne ministerialiter institutus fuit baptismus hic.

Respon. Aliquid a Deo institui bifariã occulte s. et expresse. RESPONDEO, q diuina institutio alicuius rei duplex est: quædam expresse a Deo: quædam occulta mediante ministro, cui soli committitur potestas instituendi: alij tamen potest conuenire potestas exequendi, vel cui soli committitur potestas instituendi: & exequendi: primo modo fuit institutus baptismus Christi ab ipso Christo. Secundo modo fuerunt instituta sacramenta legalia, Deus enim illa instituit per Moysen: sed institutorũ executio non fuit soli Moysi commissa, plures. n. alij illa sacramenta ministrauerũt: tertio modo fuit institutus baptismus Io. a Deo, auctoritate enim Dei Io. illum baptismum instituit, & sibi soli fuit executio reseruata. Vnde institutio illius baptismi nõ fuit, nisi ad tempus vitæ Io. Baptistæ.

Ad ar. g. ad primã partem. Argumenta ad partem primã non plus concludunt, nisi quòd baptismus Ioan. fuit institutus a Deo, & hoc verum est: fuit tamen institutus mediante Ioan. tanquã singulari ministro, & institutionis & executionis.

Ad partem secundam. Ad argumentum ad partem aliam dicendũ, quòd quamuis baptismus Io. institutus fuerit a Deo, modo prædicto: tamen rectè dictus est baptismus Ioann. eo quòd ipse solus fuit minister primariæ institutionis, & executionis illius baptismi: & quia ab ipso erat totum quod in illo baptismo fiebat ratione operis operati: quia sic per illum baptismũ nihil inte-

interius in anima fiebat: sed baptismus Christi, quo baptizauerunt eius discipuli non fuit ipsis mediantibus a Deo institutus: sed immediatè a Deo, nec ab ipsis erat interior operatio, quæ per baptismum Christi in suscipiente fiebat.

QVAESTIO III.

Vtrum baptismus Io. conferebat gratiam.

Ar. 1. D. B. ubi su. q. 2. D. Tho. vbi sup q 6. Al. vbi su. m. 4.

ET VIDETVR, ꝙ sic: quanto sacramenta fuerunt legi euangelicæ propinquiora, tanto fuerunt magis accidentia ad perfectionem, vnde digniora fuerunt sacramenta l. scriptæ, quàm l. naturæ: sed baptismus Io. fuit propinquior l. euangelicæ, quàm circuncisio: cum ergo circuncisio gratiam conferret: multo fortius baptismus Ioan.

Secundo. Item Matth. primo dicitur, ꝙ Io. fuit baptizans in deserto in remissionem peccatorum: sed remissio peccatorum non est, nisi per gratiam: ergo baptismus Ioann. gratiam conferebat.

In oppositū. CONTRA, Glo. super illud Luc. 3. prædicans baptismum pœnitentiæ: dicit ꝙ Io. dare non potuit baptismum, quo peccata soluerentur: sed baptismo quo confertur gratia, soluuntur peccata: ergo baptismus Io. gratiam conferre non poterat.

Secundo. Item in illo baptismo in quo Christus interiùs non baptizat non confertur gratia: sed taliter erat baptismus Ioan. vnde de consecr. di. 4. Aliud, & est sumptum ab Aug. super Io. tractа. 5. vsus fi. Si quos baptizauit Iudas nō sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioan. iterum sunt baptizati: ergo in baptismo Io. non conferebatur gratia. Potius Homelia.

CONCLVSIO.

Baptisma Ioannis gratiam quidem minimè conferebat, nec caracterem imprimebat, sed tantum Christi baptisma significabat, ad ipsumque disponebat.

Responsio. Tripliciter dici baptismus Io. ex q. 2. præsen. tis di. repor tatorum. Sco. agnosco.

RESPONDEO, ꝙ tantum habuit baptismus Io. de virtute, & non plus, quantum sibi dare voluit principaliter instituens causa: institutus autem fuit a Deo, sicut a principali causa, vt patet ex quæstione præcedenti tantum: ergo habuit de virtute, & non plus quātum sibi Deus dare voluit: Deus autem noluit sibi dare virtutem gratiam conferēdi, nec characterem imprimendi, non danda enim est pparationi virtus, quę postea est in medicina futura: baptismus autem Io. fuit quædam præparatio ad baptismum Christi, & per ipsum fuit quædam assuefactio hominum ad baptismum Chtisti recipiendum, & ideo nec characterem imprimebatur, nec gratiam conferebat: sed baptismum Christi significabat, & quo ad hoc erat aliquo modo sacramentum, & ad eius susceptionem præparabat: & quo ad hoc erat sacramentale, & erat materia merendi, quo ad illos, qui ipsum in fide, & deuotione suscipiebant, vnde Matth. 3. dicit. Ego q̄dem vos baptizo in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, & sequitur, vos baptizabit in spiritu sancto.

AD PRIMVM, in oppositum dicendū, ꝙ maior veritatē habet de accessu ad perfectionē, quātum ad expressionem significādi, & sic baptismus Io. fuit perfectior, quā circuncisio: expressiùs enim, quàm circuncisio baptismū Christi significauit: vnde si baptismus Io. non fuisset institutus, nisi ad significandum baptismum Christi, non fuisset superflua eius institutio, eo ꝙ per ipsum significabatur expressius baptismus Christi, quàm fuit significatus in l. ve. tamen vt visum est in corpore quæstionis, non fuit institutus causa significandi tātum. Ad primū.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ibi non dicitur ꝙ Io. esset baptizans in remissionem peccatorum: sed ꝙ erat baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorū: idest baptismum Christi, in quo erant remittenda peccata: vnde Glo. super illud Luc. 3. prædicans baptismum pœnitentiæ. dicit, non ait dans baptismum pœnitentiæ: sed prædicans.

QVAESTIO IIII.

Vtrum baptismus Ioan. baptizati remanserunt obligati ad recipiendum baptismum. Christi.

ET VIDETVR, quòd non: magister in littera huius di. c. vltimo. Qui spē posuerunt in baptismo Io. & patrem & filium, & spiritum sanctum credebant, non post baptizati fuerint: sed impositione manuum ab apostolis super eos facta spiritum sanctum acceperunt. D. Bo. vbi su q. 3. D Tho. vbi su q 8. Sco. vbi su. Ale. ubi su. m. 7.

Secundum. Item in receptione sacramentorum, quod datur, non est iterandum: sed aliquid omittitur, postea est supplendum, extra de clerico per saltum promoto: cum ergo in baptismo Ioan. daretur ablutio exterior non fuit iteranda: sed interior supplenda. ca. vnico in deo sacramentis non iterādis ca. 1. vbi sumitur hoc maxima vbi omissum est aliquid caute supplendum est.

In oppositum. CONTRA, de consecra. distinct. 4. Aliud & sumptum est ab Aug. super Ioan. Tract. 5. versus finem. Si quos baptizauit Iudas, non iterum sunt baptizati. Et quos baptizauit Ioann. iterum sunt baptizati.

Secundū. Item Augustin. quinto lib. de baptismo cōtra donatistas, longè ante medium: Dominus Iesus Christus tali baptismo mundat ecclesiam: quo accepto nullum alterum requiratur. Ioā. autem tali baptismo prætingebat: quo accepto esset etiam baptismum dominicum necessarium.

CON-

CONCLVSIO.

Cum baptisma Ioannis ad Christi baptisma, quædam tantum esset præparatio, baptizatis illius baptismate baptismatis istius necessaria profectò erat susceptio, quicquid in hoc senserit Magister.

Respon. RESPONDEO, cum baptismus Ioã esset quædam præparatio ad baptismum Christi, sicut ad medicinam sanatiuam: ideò sicut accepta præparatione, nihilominus est infirmo necessaria medicina, sic illis, qui baptismum Ioann. susceperant, necessaria erat baptismi Christi susceptio, sicut benè ostendunt auctoritates allegatæ ad hanc partem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illa opinio magistri, quæ modo communiter non tenetur, nec facit pro illa opinione, illud quod habetur Act. 8. quòd Petrus, & Ioãnes non baptizauerunt illos, qui in Samaria receperant verbum Dei: sed tantummodo imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum: quia illi baptizati erant a Philippo, in nomine Iesu Christi: vt patet per text. ibidem: expresse autem inuenitur Act. 19. ꝙ baptizatos baptismo Io. Paulus baptizauit baptismo Christi.

Quartus locus vbi magister non tenetur in isto 4.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd maior non est vera de eis, quæ in sacramento ita connexa sunt, quòd neutrum sine alio concomitantem possit effectum habere sacramenti: sic autem se habent in baptismo ablutio, & forma verborum: vnde si hodie aliquis ablueret puerum, & die crastina diceret formam verborum non esset puer baptizatus, nisi iteraretur ablutio.

Interpretatio. CIRCA litteram. Alia ad remedium tantum sunt: vt coniugium, quod non est, sic intelligendum, quòd ibi non cõferatur grã: sed quia gratia, quæ ibi confertur principalius ordinatur ad præseruandum a peccato futuro, quàm ad purgandum a peccato iam commisso. Ex ipsius morte, & passione virtutem sortita sunt, hoc expositum est in quæstionibus. Inter nouæ gratiæ sacramenta, primum est huius reddita est ratio in quæstionibus. Illi, qui spem non imposuerunt, & cæt. Et hoc fuit opinio Magistri, quæ modo communiter non tenetur. Motiuum autem magistri ad hoc ponendum fuit: quia Ioann. baptizabat in nomine venturi, vt dicit magister huius distinctio. capitulo vltimo. Et ita Ioann. implicite baptizabat in nomine Iesu Christi.

Quid sit baptismus.

DISTINCTIO III.



POST hæc videndum est, quid sit baptismus, & quæ sit forma, & quãdo institutus, & causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, i. ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum præscripta. Si n. ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum; sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum: non vtique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Augustinus, Verbo baptisma consecratur, detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde est hæc tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo: nõ quia dicitur, sed quia creditur? Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo, & elemento. Ergo etsi alia desint quæ ad decorem sacramenti instituta sunt, nõ ideò minus est verum sacramentum & sanctum, si verbũ sit ibi, & elementum. Nam & in hoc sacramento, & in alijs quædam solent fieri ad decorem, & honestatem sacramenti, quædam ad substantiam, & causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum & elementum, cætera ad solennitatem eius pertinent.

Super Ioãnem. tract. 80. tom. 9. Ex serm. de cataclysmo c. 3. to. 9.

De forma baptismi.

Sed quod est illud verbum: quo accedente ad elementum, fit sacramentum? Veritas te docet, quæ huius sacramenti formam tradens ait discipulis. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptisma consecratur, & hæc est forma verborum, sub qua traditur baptismus. Vnde Bonifacio Episcopo Zacharias Papa, ait. Firmissimè præceptum est in synodo Anglorum, qui cunque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, ꝙ sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est: quia si mersus in fonte baptismi, quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus christianus non est, nisi in nomine patris, & filij, & spiritus sancti fuerit baptizatus. Legitur tamen in actibus Apostolorum, Apostolos baptizasse in nomine Christi: sed in hoc nomine, vt exponit Ambr. Tota Trinitas intelligitur. Intelligitur enim cùm Christum dicis, & pater à quo vnctus est, & ipse qui vnctus est, & spiritus sanctus per quem vnctus est. Vnde Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, A quodã Iudæo multos baptizatos asseritis, & quid inde agẽdum sit consulitis. Hi profectò si in nomine sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum † legimus, baptizentur, baptizati sunt: vnum enim idemque est, vt exponit Ambrosius.

Mat. vlt. d

De consec. di. 4. c. in synodo.

Act. 8. c. 10. g & 19 a

Lib. 1. de spiritu sancto. ca. 3.

De consec. di. 4 ca A quodam.

Gratianus sic hẽt, legimus. baptizati sunt, (vnctienim idemque è, vt exponit Amb.) rebaptizari non debẽt.

Si in nomine Patris tantum vel spiritus sancti possit tradi baptismus.

Hic quæritur, an baptismus esset verus, si diceretur

tur in nomine patris tantùm, vel spiritus sancti tantum: vt cum dicitur in nomine Christi. Ambr. videtur dicere, si fidem mysterium Trinitatis teneatur, & vna persona tantum nominetur, plenum esse sacramentum, & econuerso si tres nominentur, & nõ rectè de aliquo illorum sentiatur, vacuum fieri mysterium Trinitatis. Ait enim sic, Vbi non est plenum baptismi sacramentum, nec principium, nec species aliqua baptismi æstimatur. Plenum autem est, si patrẽ, & filium, & spiritum sanctum fatearis. Si vnum neges, totum subrues: & sicut si vnum in sermone comprehendas, vel patrem, vel filium, vel spiritum sanctum, fide autem, nec patrem, nec filium, nec spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam licet patrem, & filium, & spiritum sanctum dicas, & patris, vel filij, vel spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Cum enim

Ibidem paulò post. Ioan. 8. c. Actu. 1. a dicitur in nomine Christi, per virtutem nominis impletum est mysterium; nec à Christi baptismate spiritus separatur: quia Christus baptizauit in spũ.

Quæstio Ambrosij.

Amb. li. 1. de spũ sctõ. cap 3. Solutio. Nunc consideremus, vtrum sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam spiritu sancto tantum nuncupato, nihil desit ad mysterij plenitudinem. Rationem sequamur; qui vnũ dixerit, Trinitatem signauit. Si Christum dicas, & patrem à quo vnctus est filius, & ipsum qui vnctus est, scilicet filium, & spiritum sanctum, quo vnctus est, designasti. Scriptum est enim, hunc esse Iesum à

Actu. 10. Psal. 3. Nazareth, quem vnxit Deus spiritu sancto. Et si patrem dicas, filium eius, & spiritum oris eius pariter indicas: si tamen id etiam corde comprehendas. Et si spiritum sanctum dicas, & Deum patrem à quo procedit, & filium eius cuius est spiritus, nuncupasti. Vnde vt rationi copuletur autoritas. Dominus dicit,

Actu. 1. a Matth. 3. c Vos autem baptizabimini in spiritu sancto: ex quo indicat nos rectè posse baptizari in spiritu sancto.

Marci 1. b Perstringit præmissorum intelligentiam cũ determinatione cuiusdam dicti.

Ex his apertè intellexisti, in nomine Christi verũ

Erronea magistri sñia. baptisma tradi: vnde nihilominus insinuari videtur, verum baptisma dari posse in nomine patris tantùm vel spiritus sancti tantum: si tamen ille, qui baptizat, fidem Trinitatis teneat, quæ Trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis peruersè credens, & errorem inducere intendens, vnum de tribus tantùm nuncupet, non impleuit mysterium. Quod verò ait, nominatis tribus vacuum esse mysterium, si baptizans minuat potestatem patris vel filij, vel spiritus sancti, idest si malè sentiat de potentia alicuius horum, non credens vnam potentiam trium: intelligendum est hoc super eum qui non intendit, nec credit baptizare: qui non tantum caret fide, sed etiam intentione baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine Trinitatis, quæ ibi intelligitur. Tutius est tamen tres personas ibi nominare, vt dicatur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: non in nominibus, sed in

Amb. lib. 1. de spũ sancto. cap. 5. nomine, idest in inuocatione, vel in confessione patris, & filij, & spiritus sancti. Inuocatur enim ibi tota Trinitas, vt inuisibiliter ibi operetur per se, sicut extrà visibiliter per ministerium. Si autem dicatur in nominibus, non est ibi sacramentum: quia non seruatur forma baptismi.

De institutione baptismi.

De institutione baptismi, quando cœperit, variæ sunt æstimationes. Alij dicunt tunc esse institutum, Ioan. 3. a cùm Nicodemo Christus ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, &c. Alij dicunt institutionem baptismi factam, cum Apostolus dixit. Ite, Matt. vlt. d docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed hoc dixit eis post Luc. 10. a & b. resurrectionem, præcipiens eis de vocatione gentiũ: Matt. 10. a & b quos ante passionem binos miserat ad prædicandum in Iudæa, & ad baptizandum, dicens. In viam gentium ne abieritis. Iã ergo institutus erat baptismus: quia baptizabant simul & prædicabant.

De forma in qua baptizauerunt Apostoli, ante passionem Christi.

Si verò quæritur in qua forma tunc baptizauerunt Apostoli, sanè dici potest, in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma, in qua baptizauerunt posteà gẽtes: quæ ante passionem potest intelligi fuisse tradita, licet non sit scriptum. Non ergo tunc illam formam prius Christus tradidit, cum ad euangelizandum gẽtibus misit: sed quam antè tradiderat, mittens eos in Iudæam post iterauit cum ad gentes misit. Commodius ergo dicitur institutio facta, quando Christus à Ioanne baptizatus est in Iordane: quod dispensauit, non quia mundari voluit, cum sine peccato fuerit, sed quia contactu mundæ carnis suæ vim regeneratiuam contulit aquis: vt qui postea immergeretur, inuocato nomine Trinitatis, à peccatis purgaretur. Tunc ergo institutus est baptismus Christi in quo Aug. ser. 2. dominicæ 1 tra octaua Epiphaniæ. Trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interius hominem baptizat.

Quare in aqua tantum fiat.

Celebratur autem hoc sacramentum, tantum in aqua, non in alio liquore, vt ait Christus. Nisi quis Ioan. 3 a renatus, &c. Ideoq; vniformiter id fieri in aqua præ Ambr. circa illud Ro ma 6. Itaet uos in nouitate uitæ. cipitur, vt intelligatur, quòd sicut aqua sordes corporis ac vestis abluit, ita baptismus maculas animæ sordesque vitiorum emundando abstergit. Vel ideo, vt nullum inopia excusaret: quod posset fieri, si in vino, vel oleo fieret: & vt communis materia baptizandi inueniretur apud omnes: quod aqua significauit quæ de latere Christi manauit: sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non ergo in alio li- Ioann. 19. f quore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

De immersione, quoties fieri debeat.

De immersione verò si quæritur, quomodo fieri debeat, præcisè respondemus, vel semel, vel ter, pro vario more ecclesiæ. Vnde Grego. De trina immer- Leã lro Episcopo, epist. 41. li. 1. registri, & habetur de cõse di. 4 trina immersione. sione baptismi nil verius responderi potest, quam quod vosipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit ecclesiæ sanctæ consuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentijs vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismo ter, vel semel immergere: quia & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & quia in vna potest diuinitatis singularitas designari. Nos verò qui tertiò immergimus, etiam triduanæ sepulturæ sacramentum

signa-

signamus. Secundum hoc licet non modo ter, sed etiam semel tantùm immergere. Ibi tamen duntaxat semel licet, vbi consuetudo ecclesiæ talis existit, Si quis verò id facere incipiat vbi consuetudo talis non est, vt semel tantum mergendum asserat, reprehensibilem se constituit. Vnde Haymo. In suo sensu abundabat Cyprianus, cum semel mergebat in baptismo paruulos: qui quod intelligebat, studiosè implebat bonis operibus abundando: licet in hoc nescius delinqueret; sed quia bonis operibus abundabat, postea correptus à Deo abundauit altiori sensu, ter illos mergendo. Ecce habemus quia deliquit, qui semel mersit. Sed hoc ideo, quia aliter se habebat consuetudo illius ecclesiæ, vel quia vnam tantum faciēdam mersionem asserebat. De trina mersione Augu. ait. Postquam nos credere promisimus, tertiò capita nostra in sacro fonte demersimus: qui ordo baptizandi duplici mysterij significatione celebratur. Rectè enim tertiò immersi estis, qui accepistis baptismum in nomine Trinitatis. Rectè tertiò immersi, quia accepistis baptismum in nomine Christi, qui die tertia resurrexit à mortuis. Illa enim tertiò repetita immersio typum dominicæ exprimit sepulturæ. Constat ergo baptizandos tertiò debere immergi, & tamen si semel tantum immergantur, verum baptisma accipiunt. Et qui semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo ecclesiæ obsistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

Super illud ad Rom. 14.

Vnusquisq; in sensu suo abundet.

Habetur de cō. di 4. vbi sic legitur. Postquā uos credere promisistis, ter tiò capita vestra.

Rom. 6. a

Quando circuncisio amisit vim suam.

Solet etiam quæri, si circuncisio amisit statim vim suam ab institutione baptismi. Ad quod dicimus, in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circuncisio perdidit vim suam, ita quòd postea non profecit, sed potius obfuit obseruatoribus suis. Sed vsque ad oblationem veræ hostiæ potuit prodesse. Si enim ante passione legalia finem habuisse, non ea imminente vetus Pascha cum discipulis manducasset.

Ioan 19 f vbi dicit, cō summatum est.

Matt. 26. b Lucæ 22. a Marc. 14. b Ioan. 13. b

De causa institutionis baptismi.

Causa verò institutionis baptismi, est innouatio mentis, ut homo qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptismi renouetur: quod fit depositione, vitiorum, & collatione virtutum. Sic enim fit, quisque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit fœditatem: appositio virtutum, affert decorem: & hæc est res huius sacramenti, scilicet interior munditia.

An baptismus aperuit cęlum: quod non aperuit circuncisio.

Si quæritur, vtrum baptismus aperuit cælum, quod non aperuit circuncisio: dicimus quia nec baptismus, nec circuncisio regni nobis aditum aperuit, sed hostia Saluatoris: quæ si tempore circuncisionis oblata fuisset, illius temporis homines in regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti, iustificatio est.

DISTINCTIO III.



SVPERIVS determinauit magister de sacramentis in generali, & de circuncisione in speciali, & de quibusdam pambulis ad sacramenta no. l. hoc determinat de sacramentis no. l. in speciali. Et diuiditur in partes 7. *Cōtinuatio.*

Primo determinat de baptismo. *Diuisio.*

Secundo de confirmatione di. 7. ibi. (Nūc de sacramento confirmationis.

Tertio de sacramento eucharistiæ di. 8. ibi. (Post sacramentum.)

Quarto de sacramento pœnitentiæ. dis. 14. ibi. (Post hæc de pęnitentia.)

Quinto de sacramento vnctionis extremæ, di. 23. ibi. (Prætermissa.)

Sexto de sacramento ordinis distin. 24. ibi. (Nunc ad considerationem.)

Septimo de sacramento matrimonij, di. 27. ibi. (Cum alia sacramenta.)

Prima diuiditur in quatuor.

Primo determinat de baptismo, quantum ad ipsum sacramentum secundum se. *Tota baptismi materia quatuor partes amplectitur principales.*

Secundo quantum ad suscipientem. dis. sequenti. ibi. (Dicendum est hoc.)

Tertio quantum ad ministros. distinctio. 5. ibi. (Post hoc sciendum.)

Quarto quantum ad vsum baptizandi. distinct. sexta. ibi. (Nunc quibus liceat, &c.)

Prima in 7.

Primo determinat de baptismi quidditate ostendens in quibus consistit.

Secundo de baptismi forma. ibi. (Sed quod est.)

Tertio de institutione. ibi. (De institutione.) *Tertiæ dist. diuisio.*

Quarto de materia. ibi. (Celebratur autē.)

Quinto de baptizandi vsu. ibi. (De immersione.)

Sexto de euacuatione circuncisionis. ibi. (Solet.)

Septimo de causa īstitutionis baptismi. ibi. (Causa vero.)

Secunda istarum diuiditur in partes tres.

Primo determinat de forma baptismi, quātum ad omne tempus.

Secundo de forma baptismi, pro tempore primitiuæ ecclesiæ tantum. ibi. (Legitur tamen.)

Tertio incidenter mouet, & soluit quædam dubia circa formam verborum. ibi. (Hic quæritur.)

Illa pars, quæ incipit. De institutione: diuiditur in duas.

Primo determinat de institutione baptismi secundum opinionem alienam.

Secundo secundum opinionem propriam. ibi. (Si vero quæretur.)

CIRCA hanc distinctionem quærendum est principaliter de quinque.
Primo de baptismi quiditate.
Secundo de eius forma.
Tertio de materia. Quarto de vnitate.
Quinto de institutione.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.
Primo vtrũ baptismus sit ablutio ĩ aqua.
Secundo vtrũ sit ablutio actiua, vel passiua.
Tertio vtrum sint conuenientes baptismi diffinitiones.

QVAESTIO I.

Vtrum baptismus sit ablutio in aqua.

Arg. 1. D.Bo.lib 4. dist 3 ar.1. q.1. D Tho.p.3. q.65. ar. 1. Scot. lib 4 dist.3. q. 1. Alex.p.3.q. 8 m.3.ar.2. § 3.

ET VIDETVR quòd non, quia ablutio in aqua non est aqua, sed sicut dicit Hug.2. lib. de sacrament.parte 6. cap. 2. Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei: ergo baptismus non est ablutio in aqua.

Secundo. 4.top ca.2. 6. meta. T com. 30.

Item totum non est sua pars, sed baptismus est totum ad ablutionem, & verbum, quia de essentia baptismi non est tãtum ablutio, sed ẽt verbũ: ergo baptismus nõ est ablutio in aqua.

Tertio.

Item species panis, & vini sunt ipsum sacramentum Eucharistiæ, non vsus earum: ergo a simili, baptismus est aqua non vsus eius.

In oppositum.

CONTRARIVM dicit Magister, in littera huius di.cap. 1.

Secundo.

Item effectus baptismi est interior animæ ablutio: sed ablutio corporis exterior expressiua repręsentat interiorem animæ ablutionem quam aqua: ergo baptismus magis est ablutio in aqua quam aqua.

CONCLVSIO.

Aqua interiorem ablutionem cum significet, & efficiat, vt abluens dumtaxat, ablutio rectius quam aqua dicetur baptismus.

Responsio. Tria de integritate baptismum exacta.

RESPONDEO, de integritate baptismi tria sunt, scilicet materia, & forma verborum, & aliqualis vnio istorum ad quam concurrit intentio baptismi. Materia duplex est, scilicet remota quæ est aqua, & propinqua, scilicet ablutio in aqua, quia aqua non significat nec causat interiorem ablutionem, nisi secundum ꝙ est abluens, & quia de re artificiali conuenientius prædicatur materia propinqua, quam remota, & baptismus est quasi quid artificiatũ: ideo conuenientius dicitur, quòd baptismus est ablutio in aqua, quam quòd baptismus sit aqua abluens.

Ad primũ.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd quamuis dici possit, ꝙ baptismus sit aqua sanctificans, tamen conueniẽtius dicitur ablutio in aqua ratione iam dicta.

Ad secundum. T.com. 13. Sed caue vt supra dixi vnde Sco.d. presenti q.

Ad secundum dicendum, ꝙ secundum philosophum 2.phy. Natura artificiatorum est ex parte materiæ, & ideo conuenienter dicitur Lectus est lignũ, statua est es, & a simili, aliquo modo, cum baptismus sit quid artificiatũ potest eius materia prædicari de eo.

Sco refellit hoc in trini.

Ad tertium dicendum, quòd non est simile, quia species panis, & vini immediatè repræsentant rem manentem quam continent, scilicet species panis corpus Christi, & species vini sanguinem: corpus autem Christi, vel sanguis non est actio, vel passio: sed baptismus repræsentat aiẽ interiorem ablutionẽ, quę est animæ passio, quæ expressiùs repręsentat per corporis ablutionem, quam per aquam abluentẽ.

QVAESTIO II.

Vtrum baptismus sit ablutio actiua, vel passiua.

Arg. 1. D.Bon. vbi supra. dub.2.

ET VIDETVR quòd actiua, effectus enim eius est anima mundare, & hoc est agere: sed interius agere magis repręsentatur per exteriorem ablutionem actiuam, quam per passiuam: ergo baptismus magis est ablutio actiua, quã passiua.

Secundo.

Item passio inquantum passio nihil efficit, sed per exteriorem ablutionem quæ est baptismus efficit sanctitas in anima: ergo baptismus non est ipsa ablutio passiua, sed actiua.

Tertio. Hæc maxima quicquid tenet tantũ in essentialiter ordinatis Scp. ai. 19. primi. q 2. C.de pas.

Item quicquid est causa causæ, est causa causati: sed ablutio actiua est causa ablutionis passiuæ, quia sicut dicit auctor.6. principiorum. Passio est effectus illatioque actionis: ergo cã est interioris ablutionis mediatè, vel immediatè: sed siue sic, siue sic, sacramentum est.

CONTRA, ablutio non habet rationem sacramenti nisi inquantum per eam causatur, & significatur ablutio interior, quod ei non conuenit, nisi inquãtum est in abluto, sed inquantum est in abluto est passio: ergo ablutioni non conuenit ratio baptismi, nisi inquantum est passio.

CONCLVSIO.

Per vtranque baptismus describi potest, at potissimum per passiuam ablutionem ratione cuius immediatiùs respicit baptizatum.

Responsio.

RESPONDEO, ꝙ ablutio exterior inquantum est in abluto est passio, inquãtum est ab abluente est actio, secundum enim Philosophum 3.phy. Actio & passio radicãtur in vno motu, & superaddunt relationes diuersas, scilicet passio relationem ad illud a quo illud est. Simili modo dico de interiori ablutione. Est enim passio inquantum est in anima, quæ abluitur: & actio inquantum est ab abluente, & repręsentat exterior ablutio, inquantum est actio, interiorem, inquantum est actio, & ablutio exterior, inquantum est passio, interiorem, inquantum est passio: interioris ergo ablutionis tam actiuæ, quam passiuę ablutio exterior est signum, & etiam causa: ablutio enim interior non tantum inquantum est passio, sed etiam inquantum est actio, per sacramentum causata est: & ideo sacrũ baptismi non tantum dici ipsam ablutionem exteriorẽ inquantum est passio, nec tantum inquantum est actio, sed comprehendit rationem vtranque, quamuis immediatius respiciat batizatum ratione ablutionis passiuę, quam actiuę.

t.cõ. 19.20. Caueant scotistæ.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd effectus ablutionis exterioris est non tãtum interior ablutio actiua, sed etiam passiua, & magis, quia animam abluere ordinatur ad ipsam esset ablutam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis passio inquantum passio nihil efficiat, tamen inquãtum per passionem actio applicatur ad passum, sine quã applicatione non sequeretur effectus, cõuenit passioni esse causam effectus: Cã sine qua non. & sic dicimus, quòd motus inquantum est in mobili calefacit ipsum, & tamen inquantum est in mobili passio est, & aliqualiter modo simili ablutio exterior passiua causa est ablutionis interioris nõ tantũ possiue, sed etiã actiue.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd non plus aliquid concludit, nisi quòd in ratione baptismi includitur actiua ablutio, & hoc verum est.

Ad aliam partem. Ad argumentum ad partem aliam dicendum, quòd per hoc non concluditur, quòd ablutio non habeat rationem sacramenti inquãtum passio est, sed quòd sine illa non esset sacramentum, & hoc est verum.

QVAESTIO III.

Vtrum sint conuenientes baptismi diffinitiones.

Art. 1. D. Bon. vbi sup. dub. 1. D. Th. 4. sē. dist. 3. q. 1. Scot vbi su. Alexan vbi supra m. 1. 2. phy T. com 12. ET VIDETVR quòd non: in diffinitione enim quam ponit Magister, scilicet, quòd baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum praescripta, id quod est materiale in baptismo ponitur in recto, & illud, quod est ibi formale ponitur in obliquo: qđ videtur incõueniẽs, cũ forma sit principalior, quã materia.

Secundo. Item sacramentum est in genere relationis signum, signum enim relatiue dicitur ad signatum, sed diffinitio non est conueniens in qua 6. top. per totum. non ponitur genus rei. Cum ergo in praedicta diffinitione non ponatur relatio, inconueniens diffinitio videtur.

Tertio. Item in illa quae ponitur. 4. lib. de art. fidei quae est baptismus, est ablutio aquae per inuocationem trinitatis sanctificatae, peccati ablutionem significans, non exprimitur ratio causandi, quae tamen est essentialior baptismo, quam ratio significandi.

Quarto. Item in quacunque aqua potest celebrari baptismus: ergo male dicitur ablutio aquę sanctificatae, quia nõ omnis aqua est sanctificata.

Quinto. 7. meta T com. 26. cõ eiusdem. T. com. 12. Item materia remota non praedicatur de artificiato, quamuis enim bene dicatur, statua est es, non tamen dici potest, statua est materia prima, cuius tamen essentia manet in ere: ergo diffinitio Hu. quam ponit. 2. lib. de sacra. par. 6. ca. 2. quę superius posita est prima quęst. huius di. incõueniẽs est, quia in ea dicitur baptismus est aqua quae est materia eius remota.

CONCLVSIO.

Hae de baptismi sacramento definitiones optimè assignatae comperiuntur, eo modo inquam, quo sacramento huic conuenit definiri.

Responsio. RESPONDEO, quòd praedictę diffinitiones sunt conuenientes eo modo quo baptismo conuenit diffiniri, & differunt. 3. praedictae diffinitiones in hoc, ꝙ diffinitio Magistri datur per materiam proximam, quae est ablutio corporis exterior, & per formam quae tangitur in hoc quod dicitur. Sub forma verborum praescripta, & per efficientẽ quae datur intelligi in hoc quod dicitur, Facta. Diffinitio autem sumpta de. 4. lib. de articuli fidei datur per materiam proximã cum dicitur. Ablutio, & remotam, cum dicitur, Aquę: & per formam cum dicitur. Per inuocationem trinitatis sanctificante: & per finem non principalem cum dicitur, Peccati ablutionem, significans, principalius enim ordinatur baptismus ad purgãdum quam ad significandum: diffinitio autem datur per materiam remotam, cum dicitur. Baptismus est aqua, & per finem cum dicitur. Diluendis criminibus, & per formam cum dicitur, Sanctificata per verbum: & per efficiens cum dicitur, Dei. Quod autem dixi istas diffinitiones esse conuenientes intelligi debet secundum exigentiam materiae, quia non inuenirentur in qualibet istarum praecise conditiones illę quae requirentur ad potissimam diffinitionem secundum artem Phil. 2. posteriorũ. Conuenientia diffinitionum baptis.

AD PRIMVM dicendum, quòd quamuis in naturalibus forma sit principalior, quam materia, in artificialibus tamen est ecõuerso, secũdum quòd videtur sentire Philos. 2. phys. Sed quia in artificialibus, sub rõne qua sunt artificialia principalior vr̃ forma, quã materia, põt dici aliter ad arg. ꝙ in prędicta diffinitione forma ponit in obliquo ad significandũ eã per modũ differẽtię, q̃ imponitur a forma. Si. n. diceremus, homo est aĩal habens aĩam intellectiuã, significaremus, ꝙ hõ est aĩal rationale. T. com. 2. & deinceps. 6. top & 7 meta. T. com. 7.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ quamuis signum sub ratione qua signũ sit in genere relationis, non tamen id quod est signũ: illud. n. quod est circulus nõ est in genere relationis: hic autem diffinitur baptismus secundum id quod est.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendum, ꝙ si in illa diffinitione exprimeretur ratio causandi esset perfectior, quam tñ non expressit, quia cõis opinio est, ꝙ sacramẽta nouę legis efficiunt, quod figurãt.

Ad quartum. Ad quartum dicendũ, ꝙ ibi non loquitur, nisi de sanctificatione, quę conuenit aquae per inuocationem trinitatis in actu baptizandi.

Ad quintum. De praedicatione causali. Ad 5. dicendũ, ꝙ illa prędicatio. Baptismus est aqua, non est pdicatio per essentiã, sed per causam: maior aũt arg. intelligenda est de prędicatione per essentiam: de artificiato aũt praedicari põt prędicatione causali materia remota, quamuis non remotissima, quę est materia prima: dici. n. põt de statua aurea, ꝙ est argentum viuũ coagulatum ex vi sulfuris mundi optimi rubore clari habentis vim igneitatis simplicis non vrentis: haec enim est materia auri, vt habetur 3. metheoror. & ex consequenti est materia statuae aureae, quamuis remota. Infine.

AR-

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secũdo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum mediantibus verbis sit virtus sanctificandi in aqua.

Secundo vtrum ordinatio ad sanctificandum sit forma baptismi.

Tertio vtrum in his verbis, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, ita consistat forma baptismi præcisè, quod non liceat aliquid subtrahere, vel addere, seu per quemcunque modum alium immutare.

QVAESTIO I.

Vtrum a Deo mediantibus verbis sit virtus sanctificandi in aqua.

Arg. 1. D.Bo.lib.4. dist.3 ar.1. q.2. Scot. lib. 4. dist.3. q.2. Alex.p.4.q. 8.m.3.ar.3.

ET VIDETVR quod non: nihil enim recipit virtutẽ mediante aliquo a quo non patitur, quia recipere est quoddam pati: sed aqua nullo modo patitur a verbis: ergo mediantibus verbis non est in aqua virtus sanctificandi.

Secundo. Item si virtus sanctificandi sit in aqua mediantibus verbis, hoc esset aut tanquam medium remotum, aut tanquam proximum. Non primo modo, quia si verba essent medium remotum oporteret dare inter verba, & aquam medium proximum mediante quo deriuaretur prædicta virtus ad aquam, quod non videmus. Nec secundo modo, quia medium proximum tangit extremum, verba autem tangunt aquam: ergo nullo modo est virtus sanctificandi in aqua mediantibus verbis.

Tertio. Item quanto agens est principalius, tanto operatur immediatius, quod patet, quia Deus qui est agens principalissimum immediatissimè operatur in omni effectu, sed principalius agens in sanctificando sunt verba, quam ablutio: ergo immediatissimè operantur circa baptizatum: non ergo mediante ablutione, quod verum non esset si in ablutione esset virtus sanctificandi a Deo mediantibus verbis.

In oppositum. CONTRA, Aug. homel. 8. super Ioan. vltra medium, & recitat Magister huius di. cap. primo. Et Gratianus, prima q. prima. Detrahe. Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo: ergo pro verbum est virtus sanctificandi in aqua.

Item Hu. primo lib. de sacra. parte. 9. capit. 2. Accedit verbum sanctificans ad elementum & fit sacramentum. Et parum ante eodem capit. dicit, quòd sacramentum habet virtutem sanctificandi ex apposita verbi, vel signi benedictione: ergo per verbum sanctificatur aqua, & vim habet sanctificandi.

CONCLVSIO.

Licet & exteriorem ablutionem nedum verba requirat sacramentum istud ad sanctificationis effectum, à verbis tamen immediatius quam ab ablutione corporis exteriori habet sanctificandi virtutem.

Responsio. RESPONDEO quòd quãdo aliquis motor ad aliquem effectum adhibet instrumentũ constitutum ex duabus naturis diuersis, quarum vna propinquior est motori, & maiorem habens aptitudinem naturalem ad effectum illum producendum mediante illa virtus motoris deriuatur ad partem aliam, & est principalior in causando effectum quam alia, sic autẽ est in proposito: sacramentum enim baptismi cõstituitur ex ablutione in aqua, & verbis quę sunt diuersę naturæ, & sunt verba in repræsentando propinquiora Deo, qui est principalis motor, quam ipsa ablutio, quia expresiùs repræsentat Deum sanctificantem, & animæ sanctificationem, quam ipsa exterior ablutio: si enim nunquam fuisset sacramentum baptismi institutum, tamen inuocatio trinitatis esset aliqualis dispositio, quamuis non per modum sacramenti ad sanctificationem illius pro quo inuocaretur, quod non sic potest dici de ablutione. Et ideo virtus Dei qui motor est principalis in sanctificando, immediatiùs, & principaliùs attingit verba, & mediantibus verbis ipsam exteriorem corporis ablutionẽ, & sunt verba principaliora in sanctificando, quam ipsa exterior ablutio, quamuis sine ea nullum possent habere per modum sacramenti sancti ficationis effectum. (Accomodatum exemplum de motore & instrumẽto ex duabus naturis constituto.)

Ad primũ. Vt Tho. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd secundum illos qui ponunt in sacramento virtutem per quam efficiunt in anima aliquam dispositionem ad gratiã posset dici, quod extendendo nomen passionis ad omnem receptionem, aqua patitur a Deo mediantibus verbis: secundum autem aliam opinionem nõ oportet dicere, quòd aqua aliquid recipiat, sicut nec nummus aliquid recipit cum statuitur precium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd verba secundum aliquos non sunt medium proximum mediante quo virtus sanctificandi deriuatur ad ablutionem, sed intentio baptizantis, quæ verba intentionaliter vnit ablutioni, nec oportet, quòd ipsum medium, siue sint verba, siue intẽtio realiter vniatur ablutioni ad hoc quòd ipsa virtus sanctificandi deriuetur ad ablutionem, sufficit enim vnio intentionalis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd maior non est vniuersaliter vera, quamuis veritatem habeat de agente quod est Deus, qui sicut est agẽs primum, ita est vnicuique rei immediatissimum.

Vel potest dici, quòd non sequitur, quòd si verba non operentur immediate dispositionẽ ad sanctificandum, quòd non operantur mediante ablutione. Deus enim immediate operatur in omni actione. Et tamen in multis operationibus operatur creatura mediante. (Caute distinguendo de 2. principali agente secundum S. o. q. 1. huius 4.)

QVAESTIO II.

Vtrum ordinatio ad sanctificandum sit forma baptismi.

Arg. 1. Scot. vbi supra. ET VIDETVR quod non, quia vnius sacramẽti nõ est nisi vna forma, sed verba sunt

forma baptismi:non ergo est ordinatio ad sanctificandum.

Secundo. 2. phy. t. cō. 12. 7 meta ph. T. cō 8. 7. meta. T. com. 49. Item forma plus habet de esse, quam materia. Sed ordinatio ad sanctificandum cum sit relatio minus habet de esse, quam ablutio, & verba:ergo non est baptismi forma.

Item vnius sacramenti non est nisi vna forma,quia vnitas rei est per formam. Sed ordinatio in verbis ad sanctificandum alia est ab illa, quæ est in ablutione: ergo ordinatio ad sanctificandum non est sacraméti forma,quia cum non sit ratio quare vna prædictarum ordinationum magis sit forma sacramenti, quā alia, oporteret quòd illę duę essent formę, & sic baptismi esset duplex forma.

In oppositum. 2. phy. t. cō. 12. CONTRA, omnis forma siue naturalis, siue artificialis est in sua materia. Sed verba nō sunt in ablutione, nec econuerso: ergo neutrum est alterius forma. Sed nō est dare aliud quod possit habere rationem formę, nisi ordinatio ad sanctificandum: ergo talis ordinatio est baptismi forma.

Secundo. Item sic videtur se habere in sacramento baptismi ordinatio ad sanctificandum, sicut in dictione ordinatio ad significandum. Sed ordinatio ad significādum est dictionis forma, & vox eius materia: ergo similiter in sacramēto baptismi ordinatio ad sanctificandum est eius forma, & ablutio & verba sunt materia.

CONCLVSIO.

Verba sunt forma baptismatis tanquam totius integralis pars principalior, ordinatio verò ad sanctificādum ipsius veluti forma vltima, & completiua.

Responsio. Baptismum bifariā posse summi. RESPONDEO, quòd baptismus potest accipi pro ipsa ablutione,& verbis secundum se, & absolute, vel pro ipsis, & sub illa ratione qua sunt baptismi sacramentum.

Primo modo ordinatio ad sanctificandum non est essentialis forma baptismi, sed accidētalis:accidit enim ablutioni, & verbis, quòd ordinentur ad sanctificandum.

Secundo modo dicendum, quòd si accipiatur forma pro parte principalior totius integralis, secundum quem modum dicitur,tectū esse forma domus,sic ista verba, Ego baptizo te &c. sunt forma sacramenti baptismi, quia cum integratur ex ablutione, & verbis, verba sunt pars principalior,quam ablutio, vt videri potest in quæstione præcedenti. Si autem accipiatur forma pro eo quod primo resultat ex vnione partium integrantium,secūdum quem modū dicimus esse formam domus, id quod primo resultat ex ordinata coniunctione fundameti parietis & tecti, sic verba non sunt forma sacramenti baptismi,sed ablutio, & verba materia sunt respectu formæ prædictæ, sicut fundamentum paries & tectum sunt materia formæ domus,sed hoc modo forma baptismi cōpletiua, & vltima ad quam refertur, seu ordinatur ad significandum, est ordinatio ad significandum: ex vnione enim ablutionis, & verborum,& virtute institutionis baptismi resultat quędam ordinatio ad specialem significandi modum, quæ est in composito ex ablutione,& verbis sicut in subiecto:quæ quamuis accidat ablutioni, & verbis,inquantū sunt res tales,tamen est de eorum ratione, inquantum sunt baptismi sacramentum,sicut quamuis isti voci,quę est,panis,accidat significatio:tamen est de eius ratione, inquantum sacramentum est nomen:de ratione enim nominis est significatio, non accipitur autem hic ordinatio pro ordinantis actione, nec pro ordinatis passione, sed pro virtute qua baptismus dispositiuè sanctificat,seu pro eius ordinatione ad sanctificandum. H. consule Scot.

AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex dictis in quæstione. Ad primū.

Ad secundum dicendum, quòd maior non est vera de forma artificialiū, plus.n.habet de esse aurum,quā eius figura,per quā est statua. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, quòd sicut ad integritatem materiæ baptismi requiruntur verba & ablutio, ita ad integritatem formæ requirūtur illæ duę ordinationes per intētionē vnitę. Ad tertium.

Vel potest dici, quòd vna ordinat ad aliā, & ideo ex illis potest constitui vna forma: sic videmus quòd ideo pater,& mater sunt vnum generationis principium, quia illud quod est ex parte matris ordinatur ad illud quod est ex parte patris. Ad quartum.

Ad argumenta ad partem aliam patet quid dicendum ex dictis in corpore quęstionis. Ad aliam partem.

QVAESTIO III.

Vtrum in his verbis, Ego baptizo te in nomine patris, & Filij, & spiritussancti, ita consistat forma baptismi præcise, quòd non liceat aliquid substrahere, vel addere, seu per quemcunque alium modum immutare.

Arg. 1. D. Bo lib 4. dist 3 ar. 2. per totum. D Th. 4. sēt. dist. 3 q 2. Scot. lib. 4. dist 3 q. 2. Alex p 3. q. 8 m. 3. ar. 3. per tot. ET VIDETVR quòd non,quia baptizando principalior est Deus, quam minister. Sed non exprimitur ipse Deus sicut baptizans: ergo nec necessarium est exprimere ministri personam.

Secundo. Item in verbo primæ personæ intelligitur hoc pronomē,ego:sed baptizo est verbum primæ personæ: ergo licitum est subtrahere hoc pronomen ego.

Tertio. Item Christus tradens discipulis formam baptismi. Matth. vltimo, non expressit personam ministri: ergo quicquid spectat ad significandum ministri personam licet a forma prędicta subtrahere.

Quarto. Item superfluum est dirigere verba ad non intelligentem. Sed puer qui baptizatur non intelligit: ergo a prædicta forma licitum est remouere hoc pronomen te.

Quinto. Item Ambrosius primo libro de spiritu sancto:capit. 3. & recitat magister in littera huius distin. capit. 3. Si fide ministerium trinitatis teneatur, & vna persona tantum nominetur plenum est sacramentum: ergo licitum est de forma

forma prædicta subtrahere verba significantia filium,& spiritum sanctum.

Sexto. Item verbum sanctum non minuit virtutem alterius verbi sancti:ergo prædictis verbis licitum est addere aliqua verba sancta, vtpotè. Et in honore beatæ Mariæ virginis, & omniū sanctorum.

Septimo. Itē interpositio non mutat verborū substantiam,nec ergo virtutem:ergo circa verba prędicta licet facere interpositionis mutationē.

Octauo. Item idem significatur per genitorem & genitum,sicut per patrem & filium:ergo loco patris & filij licitum est dicere genitoris, & geniti,licitum est ergo circa prędictam formā aliquid mutare,ponēdo vnum verbum pro alio.

Nono. Item græci verum conferunt baptismum, & tamen loco istorum verborum baptizo te, dicunt baptizetur seruus Christi: ergo licitum est aliquid immutare,ponendo verba pro verbis.

Decimo. Item de consecra. distin. 4. Romanus a quodam,dicit Nicolaus Papa de baptizatis a quodam iudęo,quòd si in nomine trinitatis,vel tātum in nomine Christi baptizati sunt, non debent rebaptizari:ergo pro istis verbis patris, & filij, & spiritussancti, licitum est ponere nomen trinitatis, vel Christi.

Vndecimo. Item de consecrat. distinctione. 4. Retulerunt dicit Zacharias Papa de sacerdote, qui propter imperitiam latinę linguæ dixit, Ego baptizo te in nomine patria,& filia,& spiritus sancta, quòd si non intēdebat errorem introducere,verum contulit baptismum:ergo licet in forma baptismi aliquid immutare per verborum corruptionem.

Duodecimo. C. 1 in fine. Item secundum Philosophum 2. Perihermenias. Nomina, & verba transposita idem significant. Sed eadem significatione manente manet eadem verborum virtus: ergo licitum est facere mutationem in verbis prædictis ea transponendo.

In oppositum. CONTRA, extra de baptismo,& eius effectu cap. primo. Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine patris,& filij,& spiritussancti,& non dixerit, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, non est puer baptizatus: ergo hæc forma baptismi est de necessitate seruāda. Ego baptizo te in nomine Patris,& Filij,& spiritussancti.

CONCLVSIO.

Formam hāc aut subtractione, aut additione, aut interpositione, aut variatione, aut corruptione, aut transpositione verborum mutatio aliqua minimè decet, quinimmo id agens peccatum incurrit mortale, in hisque talis fieri mutatio potest, quòd tollatur, & non tollatur sacramenti virtus.

Responsio. 6. modis mutari posse verba quæ a phylo. 5. RESPONDEO, quòd circa verba prædicta sex modis potest fieri mutatio, scilicet subtrahendo, addendo, interponendo, verbum pro verbo ponendo, verba corrumpendo, & verba transponendo, nullo prædictorum modorum licitum est baptizanti facere scienter, & voluntariè mutationem circa verba prædicta, quocunque enim prædictorum modorū faciat baptizans mutationem circa prædicta verba peccat,& nulli licet aliquid facere cum peccato. Sed quolibet prædictorum modorū potest fieri taliter mutatio, quod non tollitur sacramenti virtus:& taliter, quòd virtus sacramenti non remanet. Phy. 5. com. 7. 9. 18. potest sumi.

Quod primo declarādū est in subtractione.
Secundo in additione.
Tertio in interpositione.
Quarto in verbi pro verbo positione.
Quinto in verborum corruptione.
Sexto in verborum transpositione.

Subtractione. QVANTVM ad primum sciēdū est, quòd si subtrahitur aliquid de esse formæ,non remanet virtus baptismi. Et quia tota ista pars. In nomine Patris, & Filij, & spiritussancti, p quā exprimitur principalis baptizans, & sanctificatur elementum,est de esse formæ, ideo si de hoc subtrahatur aliquid non remanet virtus baptismi. In illa autem parte formæ quæ est. Ego baptizo te,sunt aliqua pertinentia ad essentiam formæ, scilicet expressio actus baptizandi,& personę baptizatę, eo quòd ad illam terminatur baptizandi actus. Vnde si aliquod prædictorum subtrahatur non remanet virtus baptismi,expressio autem ministri non videtur esse de essentia formæ quam Christus tradidit in baptismi institutione, quia a ministro baptismus non habet virtutē. Vnde gręci personam ministri non exprimunt, & tamen verè baptizant.

Sed auctoritate ecclesiæ exprimimus in baptizando ministri personam ad maiorem expressionem. Vnde si baptizans eam non exprimeret nō propter hoc tolleretur virtus baptismi, sed grauiter peccaret, quia institutio ecclesiæ obligat baptizantem. Scilicet mortaliter si scienter.

Additione. QVANTVM ad secundum sciendum, quod circa huius consideranda sunt duo, vnum ex parte addentis, aliud ex parte additi: si enim addens illud quod addit intendat esse de essentia formę volens baptizare in alia forma, quam baptizat. Ecclesia tollitur virtus baptismi, quia ad hoc quod remaneat baptismi virtus requiritur, quod baptizans intēdat facere quod facit ecclesia, vt inferius in eadem di. patebit. Si etiam illud quod additur est corruptiuum formę,non remanet virtus baptismi, vt si postquam dictum est. Et spiritussancti, addatur hæc determinatio creati, vel minoris quam pater,& fi. Si autem addens nō intendat mutare ritum, vel formam ecclesiæ, & illud quod addit non est corruptiuum formæ,non tollitur per hoc virtus baptismi. Vnde si baptizans terminata forma qua vtitur ecclesia, superaddat istud, Et beata Virgo adiuuet te, vel aliquid consimile: vel si in principio formæ addat nomen proprium post

post hoc pronomen Ego, dicendo: Ego Ioannes baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritussancti non tollitur virtus baptismi.

Interpositione. QVANTVM ad tertium sciendum, quod cum actus baptizandi sit actus vnus si fiat interpretatio talis, quæ corrumpat vnitatem actus, & maxime si corrumpat continuitatem intentionis baptizans, non remanet virtus baptismi. Vnde si baptizãs postquam dixit. Ego baptizo te in nomine patris, interponat vnam longam narrationem, vel vadat ad faciendum aliquod negocium, & postea reuertens dicat, & filij & spiritussancti, nõ est puer baptizatus. Si autem interpositio sit modica, ita scilicet quod non discontinuet intentionem baptizãtis neque actum, secundum vsum communem & interpositum nõ sit formę corruptiuum, nõ propter hoc impeditur virtus baptismi. Vnde si baptizans postquam incepit actum tussiat, vel dicat, taceatis, vel aliquod simile, & postea perficiat, non propter hoc impeditur virtus baptismi.

Verbi verbo positione QVANTVM ad quartum sciendum, quod si accipiatur verbum pro sua materia, quæ est vox, ponere verbum pro verbo, non impedit virtutem baptismi, quia in qualibet lingua licitum est baptizare: quamuis malè faceret latinus si baptizaret in lingua gręca, vel hebręa, nisi aliquo casu imperitiam linguæ latinę incurrisset, & in alijs linguis esset peritus. Si autem accipiatur verbum pro sua materia, & forma simul, vel pro sua forma tãtum, quum forma verbi sit significatio, ponere verbum pro verbo existente de essentia formæ impedit virtutem baptismi, quia talis mutatio corrumpit formam.

Corruptione. QVANTVM ad quintum sciendum, quod si corruptio verborum sit talis, quòd non remaneat eadem significatio, nec secundum institutionem primę impositionis, nec secundũ accommodationem vsus impeditur virtus baptismi. Si autem sit talis, quòd quamuis non remaneat significatio secundum institutionẽ impositionis primæ, & remaneat secũdum accommodationem vsus: tunc si non fiat talis corruptio ex malitia, vel ex derisione, sed propter imperitiam illius linguę in qua baptizat, vel propter aliquod impedimentum linguæ, non propter hoc impeditur virtus baptismi.

Tranpositione. QVANTVM ad sextum sciendum, quòd si fiat talis trãspositio, quæ mutet sensum orationis, quem habet ex vi ordinis verborum impeditur virtus baptismi, vt si dicatur: Ego patris & filij baptizo te in nomine spiritus sancti, quia ex vi istius ordinis verborum sensus est. Ego qui sum patris, & filij, &c. & hoc quod dico, In nomine, non accipitur, nisi respectu spiritussancti. Et si dicatur: Ego baptizo te in nomine patris, & cætera, quia ex vi verborum non est sensus, quòd ego baptizem te, sed aliquid in te per nomen patris &c. Si autem transpositio non mutat significationem orationis, quam habet ex vi ordinis verborum: tunc dico, quòd si non fiat ex malicia, sed ex ignorantia, non impeditur virtus baptismi. Si autem fiat ex malitia impeditur baptismi virtus, propter defectum intentionis in baptizante, qui formã Ecclesiæ intendit mutare.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd ipse Deus, qui est principaliter baptizans exprimitur cum dicitur, In nomine patris & filij, & spiritussancti. *Ad primũ.*

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis hoc pronomen Ego, intelligatur in hoc verbo baptizo, tamen ecclesia ordinauit, quòd exprimeretur ad euidentius ostendendum determinationem intentionis baptizantis: vnde in eius expresione non est nugatio, quia non est inutilis, & quia expressum non amplius intelligitur in verbo, sicut nec nasus in simo, cũ dicitur nasus simus.

Ad tertium dicendum, quod non plus concludit, nisi quod expresio ministri non est de essentia formæ, quam determinat Christus in baptismi institutione, tamen Christus expressit personas ministrorum in hoc quòd eis loquebatur in secunda persona: tunc tamen baptismum non instituit, sed præcepit eis, quòd baptizarent secundum formam prius institutam. *Nam nugatio est vnius & eiusdem in eadẽ parte orationis inutilis repetitio vide Scot. q. 15. vniuersalium.*

Ad quartum. Ad quartum dicẽdum quum dicitur, quòd superfluum est dirigere verba ad non intelligentem, dico, quod non est verum de verbis, quæ non tantum sunt significatiua, sed etiam causatiua, cuiusmodi sunt verba in quibus cõsistit forma baptismi.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quòd illud verbum Ambro. debet intelligi in casu necessitatis, vt si post nominationem patris moreretur puer ante subiunctionem filij, & spiritussancti, piè credendum est quòd Deus suppleret, vnde talis debet in cymiterio sepeliri: si autem antequam omnia verba complerentur impediretur baptizans, ita vt complere nõ posset, puer iterum esset baptizandus præsupposita hac cõditione, si tu non es baptizatus. *Prima opi. & rationabile.*

Ad sextum & septimũ. Ad sextum & septimum patet quid dici debeat per prædicta in corpore quæstionis.

Ad octauũ. Ad octauum dicendum, quòd per nomen patris, & nomen filij significantur ipsę personę principaliter, per genitorem autem & genitum significantur principaliter notionales actus. Et ideo si prætermisis patre & filio diceretur. In nomine genitoris, & geniti, non esset baptismus.

Ad nonum. Ad nonum dicendum, ꝙ expresio personę ministri non est de essentia formæ, quam tradidit christus in baptismi institutione, vt superius habitum est, quamuis autem expresio actus baptizandi, & personæ quæ baptizatur sint de essentia formæ: non tamen modus exprimendi, vnde Græci personam quæ bapti-

ptiza-

ptizatur exprimunt in tertia persona, & in nominatiuo casu. Nos autem in secunda persona, & in casu accusatiuo, & actum baptizandi exprimunt per modum coniunctiuum, vel optatiuum, & in tertia persona. Nos autem per modum indicatiuum, & in prima persona: & quamuis rationem habeant congruam quare sic exprimunt, nos tamen nostri modi exprimendi habemus rationem conuenientiorem: personam enim ministri non exprimunt ad excludendum errorem illorum, qui attribuebāt efficatiam baptismi ministro, de quo habetur
Et capit. 1. prima Cor. 3. Actum autem baptizandi exprimunt modo superius dicto, ad significandum, quod efficacia baptismi desideratur, & expectatur a Deo, ex quo patet ratio quare persona quæ baptizatur ab eis exprimitur modo superius dicto, nos autem personam ministri exprimimus ad hoc, vt sit significatio formę euidentior, & completior: & actum baptizandi modo indicatiuo ad significandum, quòd per verba efficitur quod significāt, & est etiam noster modus exprimendi tutior, quia traditus est nobis a sancta Romana ecclesia, pro qua orauit Christus vt non deficiat fides eius: cum dixit Petro, Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, vt habetur Lucæ 22.

Ad decimum. Ad decimum dicendum, quòd illa auctoritas sic debet intelligi, quòd exprimatur trinitas, non hoc nomine quod est trinitas, sed nominibus exprimentibus personas, quæ sunt in trinitate, & illud quod dicitur, In nomine Christi, referri debet ad statum primitiuę ecclesiæ, in quo de speciali consilio, scilicet sancti baptizabant discipuli in nomine Christi, vt eius nomen in maiori haberetur reuerentia. Vel potest dici, quòd in nomine Christi intelligitur vnctus & vngens, & a quo vngitur, & ita tota trinitas, & ideo propter dubium vtrum esset baptizatus, vel non, qui in nomine Christi baptizaretur, dicit Papa, quòd non esset rebaptizandus, quod est intelligendum absolutè, quia si modo sic aliquis baptizaretur, deberet rebaptizari sub conditione.

Ad vndecimum. Ad vndecimum patet, quid dicendum est ex dictis in corpore quæstionis.

Ad duodecimum. Ad vltimum dicendum, quòd illud verbum Philosophi intelligendum est de nomine substantiuo & adiectiuo suo, vnde ponit ibidem
Vide hoc Sco. di. præsenti q 2. in fine. exemplum, dicēs: quòd idem significat homo albus, & albus homo: ita etiam dici potest de verbo, & suo adiectiuo, quod natum est antecedere & sequi verbū: idem enim significat currit bene & bene currit, accipiendo enim verbum vniuersaliter pro quacunque transpositione dictionum in oratione non esset verum, quia aliquando transpositio significat sensum contrarium, exemplum. Surrexit non est hic. Si enim transponendo dicas. Hic est non surrexit, est significatio contraria significationi primæ.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum aliquid aliud ab aqua sit materia baptismi.

Secundo vtrum aqua artificialis sit conueniens materia baptismi.

Tertio vtrum aqua alij elemento mixta sit conueniens materia baptismi.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquid aliud ab aqua sit materia baptismi.

ET VIDETVR ꝙ sic: dicitur enim Mat. 3. de Christo. Ipse autē baptizabit vos in spiritu sancto & igne: ergo ignis est cōueniēs materia baptismi. *Arg. 1. D Bon li 4 dist. 3. par. 2. ar. 1. q 1. D. Tho. 4. sent dist 3. q 3 & p.3. q.66 ar. 3. Scot. lib. 4. dist. 3 q 3. Alex. p 4 q. 8 m.3 ar. 2.*

Item baptismus est sacramentum cōmunissimū & principium spiritualis vitę, sed aer est elementū communissimum, cuius qualitates sunt caliditas, & humiditas, quæ maxime cōferunt ad vitam, secundum Philosophum. lib de morte & vita: ergo aer est materia baptismi. *Secundo. Potius li de lógi. & bre. vitæ.*

Item baptismus est quędā similitudo sepulturę Christi, vnde Apostolus. Ro. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte, sed sepultura communiter fit in terra: ergo terra est conueniens materia baptismi. *Tertio.*

Item vinum magis est abstersiuum putredinis, quam aqua, & magis generatiuum spirituum, & clarificatiuum: cum ergo baptismus sit ad abstergendū peccati putrediné, & ad regenerandum animam quæ est spiritus, & clarificandū, cōueniens materia baptismi est vinū. *Quarto*

CONTRA, Io. 3. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest introire in regnū Dei: ergo materia baptismi non est nisi aqua. *In oppositum.*

Item, tantum est materia baptismi illud in quo Christus baptizatus fuit, sed Christus fuit baptizatus in aqua, vt habetur Mat. 3. ergo nihil aliud ab aqua est materia baptismi.

CONCLVSIO.

Quia aqua suis proprietatibus quā elementū aliud, baptismi effectū repræsentatiua est magis, in ea quā in alio quoquā, sacramētū hoc fieri cōducibilius fuit.

RESPONDEO, ꝙ nihil aliud ab aqua est materia baptismi, compręhendendo sub aqua ablutionem quę fit in ea, & loquendo de baptismo, secundū ꝙ distinguitur a baptismo flaminis & sanguinis: sacramenta enim virtutem habent ex sua institutione, baptismus autem nō fuit institutus nisi in aqua, quia sicut dicit Hu. 1. lib. de sac. parte. 9. c. 2. Debet omne sacramētum similitudinem quādam habere ad ipsam rē cuius est sacramentū, secundū quā habile sit ad eandē rē suam repręsentandā. Inter omnes autē res sensibiles de facili haberi possibiles, & hominibus cōmunes, quæ cōditiones debēt ęsse in materia baptismi propter eius necessitatē & cōmunitatē: aqua est magis repręsentatiua effectuū baptismi ratione naturæ, & rōne vsus. Aqua enim naturaliter est frigida, rōne cuius repręsentat fomitis repressionē. Est etiā na- *Responsio.* *Baptismū fieri in aqua conducibile esse ex aquæ six affectionibus.*

naturaliter humida humiditate apta ad abluẽdum, ratione cuius repręsentat a sordibus peccati purgationẽ. Est etiã materialiter diaphana, ratione cuius repræsentat gratiæ illuminationem. Quia etiam quantum ad vsum est multum vtilis, & repræsentat sacramentum baptismi esse in effectu valde vtile. Et quia est ad habendum valde facilis repræsentat sacramẽtum baptismi esse quantum ad obseruantiam facile. Et quia & quantum ad vsum est multum communis repræsentat sacramentum baptismi, quantum ad necessitatem esse commune. Et propter prædicta Christus nõ nisi in aqua sacramẽtum baptismi instituit, quibus potest superaddi ad hoc aliqua congruitas, quam tãgit Dam. lib. 4. cap. 5. dicens. Quia consuetudo erat hominibus aqua lauari, & oleo vngi, coniugauit & aquam & gratiã spiritussancti, & fecit illud lauacrum regenerationis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd ibi accipitur ignis metaphorice, scilicet pro angustia passionis, quã Christus propter peccata nostra sustinuit.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, quòd quamuis aer sit elemẽtum communissimum, & habeat qualitates maxime vitales, tamen non habet proprietatem ablutiuã sicut aqua: effectus autem ad quẽ primo & principaliter ordinatur baptismus est ablutio animæ a culpa.


Ad tertium Ad tertium dicendum, quòd sic patet per litteram sequentem ibidem, & per gl. similitudo illa attenditur quantum ad effectum tantum, quia sicut Christus in sepultura vetustatẽ mortalitatis deposuit, & resurgendo nouitatem immortalitatis assumpsit, sic in baptismo ab anima remouetur vetustas culpę, & ei confertur nouitas gratiæ. Præterea terra non habet proprietatem ablutiuam, vt aqua.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd quamuis aliquę sordes melius possent abstergi per vinum quam per aquam, tamen ablutio eius non ita repræsentat effectum baptismi sicut ablutio aquę, quia non est ita communis, nec ita facilis ad habẽdum, & aliquem odorem relinquit in cute corpori non conuenientem, quod non facit ablutio aquæ.

QVAESTIO II.

Vtrum aqua artificialis sit conueniens materia baptismi.

Arg. 1. D. Bon vbi sup. sub. 2. D. Th. ibid. art. 4. Scot. vbi supra. Alex. vbi supra. T. com. 11.



ET VIDETVR quòd sic. In omni aqua eadem specie cũ naturali aqua potest fieri baptismus. Sed aliqua aqua artificialis, vtpote rosacea, est eadem specie cũ naturali aqua: vtriusq; enim sunt eædem proprietates, quæ sunt frigiditas, humiditas, perspicuitas: & per proprietates innotescit nobis rei species, quia sicut dicit Philosophus 1. de anima. Accidentia maximam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est: ergo aliqua aqua artificiali est conueniens materia baptismi.

Secundo. Item aqua rosacea non est quid compositum ex elementis, quia omne tale est magis grossum, quam quęcũque naturalis aqua: aqua autem rosacea non est grossior quacunque naturali aqua: restat ergo quòd sit elementum, & constat, quòd non est aliud ab elemento aquæ: ergo idem quod prius.

Tertio. T. com. 38. Item secundum Philosophum 1. de generatione. Miscibilia postquam ex eis constitutum est mixtum rursus possunt separari. Sed quod est in põa naturæ potest per artificium reduci ad actum mediante opere naturæ, secundum quem modum malefici Pharaonis fecerunt dracones & ranas, vt habitum est in lib. 2. distin. 7. ergo per artificium potest fieri aqua eadem specie cum naturali, sed omnis talis est conueniens baptismi materia. *Exo. 7.*

In oppositum. T. com. 50. CONTRA, Philosoph. 4 metheo. circa finem. Ars debilior est quam natura, nec sequitur eam licet multum elaboret: ergo per artificium non potest fieri aqua eadem specie cum naturali: ergo nulla artificialis aqua est baptismi materia.

Nõ habetur ibi sed in fine libr. de mineralibus expresse. Item Philosophus vbi prius. Sciant artifices alchimiæ species rerum transmutari nõ posse: ergo per artem de re quæ est alterius speciei cũ aqua non potest fieri vera species aquę. Sed nihil est materia baptismi nisi vera aqua: ergo nulla aqua artificialis est baptismi materia.

CONCLVSIO.

Sicut in elemento communissimo cuiusmodi est aqua, tanquam sacramẽtum necessitatis, ita in aqua naturali quæ communior est fieri debet sacramentum istud.

Responsio. Aqua de naturali & artificiali non nisi equiuoce pdicatur secundum Scot. RESPONDEO, ꝙ nulla artificialis aqua est baptismi materia, quia Chrs non instituit baptismum in aliqua artificiali aqua: sed in naturali tãtum, quia baptismus institutus, fuit vt sacramentũ necessitatis quantũ ad oẽs: & ideo Chrs ipsum instituere voluit in aqua quæ faciliter posset haberi, & communiter ab omnibus tam pauperibus, quam diuitibus, quod non est verum de aliqua aqua, nisi naturali.

Ad primũ, & secundũ de anima T. com. 33. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd minor est falsa, secundum enim Dama. lib. 3. cap. 15. Natura rei cognoscitur per suam actionem naturalem: naturalis autem actio aquę rosaceę est alia ab actione naturalis aquę: naturalis enim aqua effectiuẽ est humida, aqua vero rosacea corpus exiccat, vnde & constringit in sapore etiam & odore a naturali aqua distinguitur, sua frigiditas & perspicuitas: quamuis enim hoc non semper percipiatur per sensum, alterius tamen modi sunt, quam frigiditas & perspicuitas naturalis aquę.


Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd aqua rosacea est composita ex 4. elementis, & est grossior in substantia quacunque naturali aqua, si esset separata ab omnibus partibus cuiuslibet alterius elementi, quamuis propter eius admirationem cum aliquibus partibus terreis aliqua

qua sit grossior aqua, quam rosacea.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ si aliquid naturaliter resoluitur in elementa, aut in aliud mixtum transmutatur, oportet prius ordine naturæ redire ad materiam, secundum Philosophi *T. com. 14.* sententiam 8. metaphysic. talis autem resolutio nõ fit in mixto, de quo fit artificialis aqua per quod apparet, quod illa non est in speciẽ naturalis aquæ.

QVAESTIO III.

Vtrum aqua alij elemento, vel elementato mixta sit conueniens materia baptismi.

Arg. I. Doctores vbi supra. ET VIDETVR ꝙ sic: quia omne illud in quo est virtus naturalis aquæ est materia baptismi, sed in quolibet mixto est virtus naturalis aquę: *T. com. 84.* dicit enim Philos. 1. de generatione, ꝙ virtus miscibilium saluatur in mixto: ergo aqua cuicunq; sit mixta est cõueniẽs materia baptismi.

Secundo. Item vt superius habitum est, aqua quæ emanauit de latere Christi significauit baptismum: sed illa fuit mixta sanguini, dicitur enim Ioã. ꝙ exiuit sanguis, & aqua: ergo aqua alij rei mixta, est conueniens materia baptismi.

Tertio. T. com. 2. in princ. Item aqua permixta est semper partibus terreis: quapropter dicit Phil. 2. metheoro. ꝙ omnis vapor est duo vapores: ergo nunquã fit baptismus, nisi in aqua mixta.

In oppositum. T. com. 82. & 84. CONTRA, secundum Philos. 1. de generatione. Essentiæ miscibilium non remanẽt actu in mixto, sed in potentia: sed non est conueniẽs materia baptismi, nisi aqua quæ est in actu: ergo aqua alij rei mixta non est baptismi materia.

Item aqua paludosa, siue lutosa non est conueniens baptismi materia, cum non mundet, sed inquinet: sed hoc non videtur esse, nisi propter mixtionem aquæ cum terra: ergo aqua alij elemento mixta non est conueniens baptismi materia.

CONCLVSIO.

In quauis alia materia ab aqua baptismus celebrari non debet, etiam in aqua liquore alio commixta, nisi illa intantùm dominaretur, quòd salua maneret species aquæ.

Responsio. Dupliciter esse mixtionẽ propriã alterãtem, & spẽ in propriam secũdum iuxtã positionem secundum Sco. et istius sequaces. primo de generat. RESPONDEO, ꝙ aquam alij rei admisceri dupliciter potest intelligi: vno modo vere, & proprie secundum quem modum ex miscibilibus cõstituit aliquid vnum per essentiam, & aqua sic mixta non est materia baptismi: quia talis aqua non est aqua in actu, sed in potentia.

Alio modo improprie, & per quandam apparentiam, secundum quem modum miscentur illa quorum minimæ partes secundum sensum sunt iuxta se inuicem positæ, & actualiter alteratæ, saluis eorũ essentijs, quæ mixtio propriè dicitur confusio: & in aqua sic mixta potest fieri baptismus, quia salua manet species aquæ: & ideo quamuis aqua maris alterata sit propter admixtionem grossorum vaporũ terrestrium adustorum, quæ permistio secundum sententiam Phil. 2. metheoro. est causa salsedinis in mari, & aqua lixiuij per sui colationem per cineres, & aliquæ aliæ aquæ propter eorũ transitum per venas sulphureas: tamen quia in eis salua manet species aquæ in eis potest celebrari baptismus. *T. com. 90. T c 1 circa medium.*

In vrina autem cum sit sanguinis colatura, & in vesica debito modo cocta, cum habeant vim nutriendi, quam non habet simplex elemẽtum secundum Philosophum 2. de generatione, non manet salua species aquæ: & ideo non sunt debita baptismi materia, nec etiam salina, extra de baptismo, & eius effectu. Non vt apponeres. *T. com. 50.*

AD PRIMVM in oppositum dicẽdum, ꝙ pro tãto virtus miscibilium dicitur saluari in mixto: quia in eo sunt qualitates participãtes aliquam virtutem qualitatum elementarium: & aliquo modo eis conformes, nõ tamen sunt eiusdem speciei cum illis. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ aqua quę exiuit de latere Christi, quamuis simul cũ ea sanguis exierit: veram tamen habuit aquæ naturam ad probandum Christum habuisse corpus verum non fantasticum, vt ponunt Manichæi. *Ad secundum. Extra de celeb. missarũ in qua dicitur vt aco. optime.*

Ad tertium dicendum, ꝙ mixtio aquæ cum aliquibus partibus terreis non est vera mixtio, sed confusio: salua enim manet species elementi vtriusque. *Ad tertiũ.*

PRIMVM arg. ad partem aliam procedit de mixtione verè, & propriè dicta. *Ad aliam partem. Hic Sco. resolutius.*

Ad secundum dicendum, ꝙ in luto non manet salua species aquæ: & ideo in luto non potest celebrari baptismus: aqua autem paludosa materia baptismi esse potest: quia quamuis inquinet corpus accidentaliter propter eius confusionem cum immunditijs grossis: tamen in ea saluatur species aquæ, cui ex sui natura per se cõuenit humiditas ad abluendum: & etiã aliquo modo manet in ea actu proprietas ablutiua, quod ideo dico, quia si in aqua nullo modo remaneat actu proprietas ablutiua, vt glacie, grandine, & niue, quamdiu sic disposita est, non potest in ea celebrari baptismus.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum de necessitate vnius actus baptizandi sit ministri vnitas.

Secundo, vtrũ ablutionis, & prolationis verborum simultas.

Tertio, vtrum aspersionis, vel immersionis trinitas.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum de necessitate vnius actus baptizandi sit ministri vnitas.

Arg. 1. D.Th p.3. q 67.art.6. Scot. lib 4. dist 6 q.2. Alexã p.4. q. 8. m. 7. art 7.

ET VIDETVR ꝙ non: quia si duorũ vnus sit mancus,& alter mutus,si mutus puerum immergat, & mãcus verba proferat, videtur esse baptismus, quia neuter eorum vtrunque facere posset: vnde probabile videtur,quòd ambo possunt succurrere saluti paruuli.

Secundo. T. com 7. & 48.49.

Item secundum Phil.5. phys. Magis dependet motus a termino ad quem, quã a termino a quo: sed vno actu baptizandi plures possunt baptizari:vt enim habetur Act. 2. Apostoli vna baptizauerunt die circiter tria millia,quod facere non potuissent, si per se quemlibet immersissent: ergo similiter vno actu baptizandi possunt plures baptizari.

In oppositum. Secundum Priscianũ.

CONTRA, omne plurale geminat suũ singulare: ergo cum duo dicunt,nos baptizamus te,sensus est.Ego baptizo te:& ego baptizo te, quod est cõtra formam, quia per iterationem exprimitur pluralitas actuum baptizandi.

CONCLVSIO.

Vnitas etsi necessaria sit respectu ministri, non est tamen necessaria respectu sacramenti.

Responsio.

RESPONDEO, ꝙ de necessitate vnius actus baptizandi, est ministri vnitas ad vitandũ peccatum ex parte baptizantis, nisi forte in casu necessarij essent plures ad puerum abluendum:non est autem de necessitate ad efficaciã sacramenti:modus enim exprimẽdi baptizandi actum,& personę ministri expressio sunt de necessitate efficaciæ sacramenti: sunt enim ex traditione Ecclesiæ: vnde non videtur efficaciæ sacramenti repugnare, puerum a pluribus simul ablui.

Ad primũ.

AD PRIMVM dicendum,ꝙ in casu posito puer de l.cõmuni baptizatus non esset:quia quamuis de l. communi determinatus modus exprimendi baptizandi actum nõ sit de necessitate efficaciæ sacramenti: tamen exprimere actum esse ab illo a quo non est,derogat efficaciæ sacramenti: sic autem esset in casu proposito, quia baptismus est ablutio: si ergo ille qui verba profert non abluit, exprimit actum baptizandi esse ab illo a quo non est, siue exprimat in singulari,siue in plurali.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, ꝙ non plus cõcludit, nisi ꝙ vnitas ministri requiritur de necessitate ad efficaciam sacramenti: non enim debent plures baptizari simul, nisi in casu necessitatis, minus tamen indecens est plures simul baptizari ab vno, quam vnum a pluribus.

Ad aliam partem.

Ad argumentum ad partem aliam dicendum, quòd maior non est vera de plurali primæ personæ,sed de plurali secundæ, & tertiæ. Vnde cum dico, nos baptizamus, non est sensus: Ego baptizo,& ego baptizo: sed ego,& ille baptizamus.

QVAESTIO II.

Vtrum de necessitate vnius actus baptizandi sit ablutionis,& prolationis verborum simultas.



ET VIDETVR ꝙ non: quia cum actus baptizandi sit necessarius ad salutem,modus conferendi debet esse certissimus,& tutissimus:sed hoc non esset si ad vnum actum baptizandi de necessitate requireretur ablutionis, & prolationis verborum simultas,quia difficile esset semper simul inchoare, & simul terminare: ergo non requiritur talis simultas.

Arg. 1. Scot. vbi supra. Alexã. p.4. q 8. m. 3. ar.4.

Item ex materia prius existenti,& forma postea introducta potest vnum constitui:ergo similiter ex ablutione priori, & prolatione verborum posteriori,potest vnus actus baptizandi constitui.

Secundo.

CONTRA, ad vnitatem rei magis requiritur suarum partium simultas in re,quã in intentione:sed ad vnum baptizandi actum de necessitate requiritur simultas ablutionis,& prolationis verborum in baptizantis intentione: ergo multò fortiùs requiritur eorum realis simultas in tempore.

In oppositum.

CONCLVSIO.

Ablutionis,prolationisque verborum, & in intentione, & in executione baptismi ministro necessaria est simultas, attamen si eodem tempore pœnitùs sacerdos non ablueret,ac verba proferret:nesciret proindè hæc tarda molimina summi sacerdotis gratia.

Responsio. Simultatẽ verborum, ablutionisque trifariã intelligi.

RESPONDEO, ꝙ verba,& ablutionem simul esse tripliciter potest ĩtelligi, s.aut per realem essentiam vnius in alio,aut per eorum coexistentiam in intentione,aut in tẽpore:simultas secundum modum primum nõ requiritur, quia nec possibilis est, quia sic verba non sunt nata esse in ablutione,nec ecõuerso:sed simultas modo secundo requiritur de necessitate explicitè, vel implicitè, inquantum necessarium est,ꝙ abluens, & verba proferens intendat circa puerum facere,quod facit Ecclesia. Simultas autem modo tertio aliquo modo requiritur de necessitate,& aliquo modo non.Necessarium enim est,ꝙ baptizans sic abluat,& verba proferat, ꝙ secũdum communem vsum illa duo videãtur pertinere ad actum vnum, quod non esset verum,si in mane ablueret, & in sero verba proferret,vel econuerso: non tamen est necessarium, ꝙ simul punctaliter vtrũque incipiat,& terminet:sed sufficit,ꝙ prolatio verborum incipiatur antequam ablutio terminetur, vel econuerso: debet tamen baptizãs ista facere simul, quanto magis potest bono modo.

Et est necessarium secũdum Sco. distinc.6.q.3. huius.

EX DICTIS patet solutio ad primum.

Ad primũ.

Ad secundum dicendũ, ꝙ non est simile de cõstitutione ex partibus permanentibus,& successiuis, quia in permanẽtibus vna pars prius facta potest aliam expectare, non sic autem in successiuis:ablutio autem & verborum prolatio res successiue sunt.

Ad secundum.


Ad

Ad aliam partem. Ad argumentum ad partem aliam satis patet quid dicēdum per ea, quæ dicta sunt in corpore quæstionis, & inferius magis explanabitur, cum quæretur, vtrum ad integritatem baptismi de necessitate requiratur intentio baptizantis.

QVAESTIO III.

Vtrum ad vnitatem actus baptizandi sufficiat immersio vna.

Arg 1. D.Bon lib. 4.dist.3.p 2.ar.2.q 1. D.Th p.3. q.66.art.8. Scot.vbi supra. Alexā p.4. q.8.m.3. art.4. Secundo. In oppositum.



ET VIDETVR ꝙ non: de consecrat. distin.4.Postquam vos. Recte tertio immersi estis, qui accepistis baptismum in nomine sanctæ trinitatis.

Item Magist. in littera huius dist. c. antepen. Constat baptizandos tertiò debere immergi.

CONTRA, de consecr. dist.4 de trin.& recitat Magister in littera huius dist. ca. antepen. Repræhēsibile esse nullatenus potest infantem in baptismate, vel ter, vel semel immergere: ergo sufficit immersio vna.

Item eadem dist. propter vitādum. Propter vitandum schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum simplam teneamus baptismi mersionem: ergo puer non debet mergi, nisi semel.

CONCLVSIO.

Et ter, & semel licitè fieri potest iuxtà ecclesiarum varias consuetudines, licèt congruentior immersio videatur trina, quàm vna.

Responsio. RESPONDEO, ad melius vidēdum, quæ circunstant hanc quæstionem.

Primo declarandum est, vtrum sit necessarium puerum ablui immergendo.

Secundo, quæ pars est abluenda si totū corpus ablui non potest.

Tertio, quòd nō præiudicat efficaciæ sacramenti, puerum immergere semel tantum.

Quarto quis modus debet obseruari in immergendo.

Quando necessitas immergendi. QVANTVM ad primum sciendum, quòd circa hoc obseruanda est consuetudo Ecclesiæ: vbi enim cōsuetum est abluere immergendo, baptizans si abluat non immergendo peccat grauiter, nisi quando imminet necessitas, quæ potest imminere, vel propter manuum baptizantis debilitatem, si non sit alius qui supplere possit, & velit actum baptizandi secundum consuetudinem illius Ecclesiæ, vel propter pueri infirmitatem, vel quia non est totus natus, vel propter sufficientis quātitatis aquæ penuriam. Vbi autem consuetudo est Ecclesię abluere non immergendo, ibi sic obseruandū est etiam absque aliqua alia necessitate.

Quæ pars immergenda. Quantum ad secundum sciēdum, ꝙ si totum corpus nō posset ablui, abluenda est pars principalior, vt caput, & maxime facies, quia in ea vigent sensus. Vnde reputatur hominis sepultura vbi sepultum est caput. ff. de religiosis, & sumptibus funerum. l. cum in diuersis, & post caput pectus, quia sedes cordis est quasi in pectore: si tamen ambæ istæ partes non possunt ablui, magis abluenda esset facies, quā pectus, quia ibi magis manifestæ sunt operationes animæ. Vnde credo, ꝙ si caput pueri baptizaretur antequā alia pars corporis exeat, quod aliquando faciēdum est propter periculum mortis pueri, baptizatus est: si autē manus, vel pes abluatur antequam aliqua alia pars appareat, volunt aliqui dicere, ꝙ puer baptizatus esset, quia anima est in qualibet parte corporis tota. Communiùs tamen tenetur ꝙ de l. communi non esset baptizatus, quamuis forte diuina pietas in tali casu baptismi vicem suppleat. Et ideo semper quando periculum mortis imminet abluendum est illud de puero, quod potest ablui, siue sit parum, siue sit multum. *Et Scot. di. 4. q. 3.*

Quotupliciter immergere. Quantum ad tertium sciendum, ꝙ immergendo semel, vel ter, seruanda est ecclesiæ consuetudo. Vnde vbi consuetum est immergere ter grauiter peccat, qui immergit semel tantum: sed non propter hoc impeditur sacramenti efficacia, quia sicut ī tribus mersionibus personarum trinitas, ita in vna potest diuinitatis vnitas designari: vt habetur de consecrat. dist. 4. de trina. Conuenientior tamen est consuetudo de immergendo ter; propter expressiorem trininatis repræsentationem, & tridui sepulturæ Christi: cuius typum exprimit trina immersio, vt habetur ead. dist. Postquam vos.

Modus. Quantum ad quartum sciēdum, ꝙ sacerdos debet puerum tenere per latera, & versa facie ad aquam debet immergere primo, ita ꝙ habeat caput versus Orientem: secundo versus Aquilonem: tertio versus Meridiem, ad significandum reformationem totius imaginis, quæ initiatur per fidē in rationali, quod significat conuersio capitis pueri ad Oriētem, a qua parte est origo illuminationis medij, & initiū motus cęli, sicut a dextera eius. Et ꝓmouetur per spem in irascibili, quod significat cōuersio capitis pueri ad Aquilonem, vbi dicitur esse per quandam similitudinē quasi pes cęli, & in hoc repræsentat soliditatem irascibilis per spem. Ibi etiam secundum Philos. 2. metheororum, est mare altius, & significat irascibilis per spei eleuationem. Consumatur autem prædicta reformatio per charitatem in concupiscibili, ꝙ repræsentat conuersio capitis pueri ad Meridiem vbi est magna caliditas: & superiùs cęli, secundum Phil. 2. cę. & mun. nulla aūt trium immersionum fieri debuit verso capite pueri ad Occidentem, quia ibi est luminis occasus, & sinistra cęli, secundum Phil. 2. de cęlo, & mūdo. *2. cæli. T. com. 15. T. com. 1. T. com. 15. Sed caue.*

Ad argum. AD argumenta ad partem primam dicendum, ꝙ non procedūt per comparationem ad efficaciam sacramenti, sed ad baptizantem vbi est consuetudo ter immergendi: planum est enim, quòd si ibi tantum semel immergeret grauiter peccaret, sicut expressum est in littera.

Ad aliam partem. Primum argumentum ad partem aliam nō plus concludit, nisi ꝙ salua baptismi efficacia & sine peccato de immergendo ter, vel semel

est

est consuetudo Ecclesiæ obseruanda: vnde Magister in littera huius dist. cap. penult. Ibi duntaxat semel mergere licet, vbi consuetudo Ecclesiæ talis existit.

Ad secundum dicendum, ꝙ per simplã non intelligit vnam, sed vniformem, secundum gl. ibidem volens dicere, ꝙ baptizãtes in immergendo debent se conformare consuetudini Ecclesiæ.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum Christus instituerit baptismũ ante suam passionem.

Secundo, vtrum homines fuerunt obligati ad susceptionem baptismi ante passionem.

Tertio, vtrum homines fuerunt obligati ad susceptionem baptismi statim post Christi resurrectionem.

De ratione autem cessationis circuncisionis, & aliorum sacramentorum legalium, & de tempore quo cessauerunt, dictum est superius distinct. 1. q. vltima.

QVAESTIO I.

Vtrum Christus instituerit baptismum ante suam passionem.

Arg. 1. *D Bon. vbi sup. dub. 1.* ET VIDETVR ꝙ non: quia post resurrectioné dixit: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *Scot. lib 4. dist 3. q. 4.* In quibus verbis videtur baptismum instituisse: ergo non instituit ipsum post suam resurrectionem. *Alexã. p. 4. q. 8. m. 2. ar. 3.* *Matth. vlt.*

Secundo. Item quamdiu durat lex vna nõ debet alia institui, quæ sibi succedere debet: sed virtus sacramentorum legalium durauit vsq; ad Christi passionem, vt superius habitum est dist. 1. & dicit Magister in littera: ergo ante Christi passionem non debuit baptismus institui.

Tertio. Item extra de baptismo, & eius effectu. Maiores. § Caute tamen. Per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricari culpa remittitur: ergo vim non habuit vsq; post Christi passionem: sed statim cum fuit institutus habuit vim suam: ergo non fuit institutus vsque post Christi passionem.

In oppositum. CONTRA, plus est instituere rem facto, quam verbo: sed Christus ante suam passionem baptizatus fuit a Io. vt habetur Matt. 3. ergo tunc fuit institutus baptismus.

Secundo. Item illo tempore fuit institutus baptismus quo Christus ipsum sanctificauit: sed Christus quando fuit baptizatus sanctificauit baptisma secundum Damasc. lib. 4. c. 1. Vnde etiam dicit glos. super illud Lucæ 3. Iesu baptizato. Quod baptizatur Dominus non mundari indigens, sed tactu mundæ carnis aquas mundãs vt vim habeant abluendi: ergo ante passionem Christus baptismum instituit.

CONCLVSIO.

Christus ante passionem suam baptismum instituendum insinuauit, sed huius instituti vsus, & obseruatio post passionem innotuerunt.

RESPONDEO, ꝙ Christus baptismi sacramentum: primo instituendum insinuauit: secundo instituit: tertio institutum obseruari præcepit. *Responsio.*

Primum fecit facto, quãdo a Io. baptizatus fuit, & verbo, cum Io. 3. dixit Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. *Baptismum a Christo insinuatũ institutum, & obseruatum fuisse.*

Secundũ fecit facto quando baptizauit per discipulos suos, qui de mandato eius baptizare cęperunt. Vnde Io. 3. Venit Iesus, & discipuli eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Et verbo quando misit discipulos suos binos, & binos ad baptizandũ & prędicandum, de qua missione hr̃ Lucæ 10.

Tertium factum fuit signo, s. cum de latere Christi fluxit aqua, de quo habetur Ioã. 19. Et verbo quãdo post resurrectionem dixit discipulis suis: Ite docete omnes gentes baptizantes eos In nomine Patris, & Filij, & S. S. Mat. vl. Ante aũt Christi passionem baptismum fuisse institutum, dicit Hug. 2. lib. de sacr. p. 6. c. 4.

AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ maior falsa est: sicut enim dicit Hug. in præallegato. c. oportuit, vt & illa, quæ fienda erant nequaquam subito, vel præcipitanter, sed paulatim, & quasi cum quadam reuerentia dimitterentur, vt ostenderentur bona fuisse in tempore suo, & similiter quæ incipienda erant nõ subito in auctoritate assumerentur, sed cum mora, & grauitate inchoarentur, ne velut aliena, & pręter rem aliunde inductam subito putarentur: ideo durante adhuc virtute circuncisionis conueniens fuit baptismum institui, non tamen ipsum præcipi obseruari ad necessitaté salutis. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, quòd quamuis maiorem vim habuit baptismus post Christi passionem, quam ante: tamen ante passionem habebat efficaciam: ex vi tamen passionis credita implicitè, vel explicitè, & quasi iam inchoatę propter eius propinquitatem, & passuri pręsentialitatem, & assumptam pœnalitatem. *Ad tertiũ.*


Ad argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ quando Christus baptizatus fuit a Io. non instituit baptismum, sed instituendum insinuauit in aqua, inquantum in aqua baptizatus fuit: & in nomine trinitatis, inquantum in suo baptismo apparuit persona Patris in voce, & persona Filij in carne, & persona Spiritus sancti in columbæ specie: nec tũc aliam virtutem regenerandi contulit aquis, nisi quòd extũc ordinata fuit aqua ad hoc, vt in ea instituetur regenerationis sacramentum, si tamẽ haberetur illa aqua, quæ corpus Christi tetigit debe-

deberet seruari in maxima reuerentia, vt reliquiæ sanctissimæ propter mũdissimam, & sanctissimam carnem, quam tetigit.

QVAESTIO II.

Vtrum homines fuerint obligati ad susceptionem baptismi ante Christi passionem.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supr & 4 sent. dist. 3. quest. 5 Ale. vbi su.



ET VIDETVR ꝙ sic: quia ante suã passionem, dixit illud verbum scriptum Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire regnum Dei.

Secundo. Item Hugo 2. de sacram. par. 6. ca. 4. dicit, ꝙ ante passionem ipsa circũcisio in statu suo ad remedium suscipiebatur: & tamen etiam tunc baptismus sine periculo salutis non contenebatur ab his quibus prædicabatur.

In opposi- tum. CONTRA, Damasc. lib. 4. c. 1. dicit, ꝙ Christus irrigauit nos ex facta, & inquinata eius costa fonte remissionis, aquam quidem in regenerationem, & ablutionẽ peccati, & corruptionis: ergo non habuit efficaciã baptismus quousque fluxit illa aqua de latere Christi: sed antequam haberet efficaciam non fuerunt homines obligati ad baptismi susceptionem: ergo non fuerunt homines obligati ante Christi passionem.

CONCLVSIO.

Cum lex de baptismo suscipiendo post Christi tantum passionem innotuerit, etiam obligatorium hominibus hoc sacramentum, nisi deinceps fuit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ante Christi passionẽ non erant homines obligati de necessitate salutis ad baptismi susceptionem: lex enim non obligat quousq; promulgata sit: lex autem de suscipiendo baptismo Christi, proprie loquendo, promulgata non fuit ante Christi passionem, quia etsi discipuli Christi ante passionẽ de eius mandato baptizauerunt, tamen ad hoc non publicabant illud, vt necessarium ad salutem: nec enim congruum fuisset, vt si respectu eiusdem morbi homines de necessitate ad salutem essent obligati ad susceptionem duorũ remediorum, quorum quodlibet per se sufficiebat ad curationem morbi: vsque autem ad passionem tenebantur Iudæi de necessitate salutis ad circuncisionem, quia vsq; tunc circuncisio in suo statu fuit, & vim purgandi habuit.

Limita hãc regulam, cum Sco di stin præsen si. q. 4.


Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ per illud verbum Christus non imposuit necessitatem suscipiendi baptismum, sed imponendam prædixit: non enim dixit, qui non est regeneratus ex aqua, &c.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ aliud est baptismum contemnere, aliud non suscipere: sine enim periculo salutis non cõtemnebatur, quia iam habebat virtutem iustificandi, tamen sine periculo virtutis salutis poterat nõ suscipi ab illis etiam quibus prædicabatur propter rationem dictam in corpore quæstionis.

Ad aliam partem. Ad argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ realis fluxus illius aquæ de latere Christi non fuit causa virtutis baptismi: sed signum ꝙ virtutem habebat a fide passionis illius de cuius latere fluebat: maiorem tamen efficaciam habuit baptismus, postquam passio illa fuit realiter exhibita, quam ante.

QVAESTIO III.

Vtrum homines fuerint obligati ad susceptionem baptismi statim post Christi resurrectionem.



ET VIDETVR ꝙ sic: quia promulgata lege obligantur homines ad eius obseruationẽ: sed Christus cito post suam resurrectionem baptismũ suscipiendum præcepit, cum dixit: Ite docete omnes gentes, &c. Mat. vlt. quod fuit eius susceptionem promulgare: ergo extunc fuerunt homines obligati ad baptismi susceptionem. *Arg. 1. D Tho. vbi supra. Alex. ibid.*

Item circuncisio non habuit efficaciam, nisi vsque ad passionem, secundum Hu. 2. lib. de sacram. p. 6. c. 4. sed semper fuit necessarium ad salutem aliquod remedium contra originale peccatum: ergo statim post passionem Christi fueruut omnes saltem Iudæi obligati ad suscipiendum baptismum Christi, cum extunc aliud remedium efficax contra originale peccatum non haberent. *Secundo.*

CONTRA, Ioan. 15. dicit Christus: Si nõ venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: sed non statim post Christi resurrectionem fuit omnibus annunciatum præceptum de suscipiendo baptismum: ergo non omnes fuerunt obligati statim post Christi resurrectionem ad suscipiendum baptismum. *In oppositũ.*

CONCLVSIO.

Promulgatio præcepti baptismatis non statim omnibus nota, nec illicò omnes obstringebat ad susceptionem sui.

RESPONDEO, ꝙ non omnes homines fuerunt obligati ad susceptionem baptismi statim post resurrectionem: nullus enim tenetur de necessitate obseruare legem antequã promulgata sit, nec etiam post promulgationem quousque sibi innotescit, nisi defectus eius sit in causa, quare nõ statim innotuit sibi promulgatio legis: lex autem de necessitate suscipiendi baptismum, nõ statim fuit promulgata post Christi resurrectionem: quia non statim dixit illud verbum, Matth. vlt. Ite docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Illa etiam promulgatio non statim omnibus fuit nota. Et tamẽ fuerunt multi quorum defectus non fuit in causa tardationis illius notitiæ, sed postquam eius promulgatio per vniuersum orbem fuit diffusa secundum illud Ps. In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ: oẽs fuerunt obligati ad baptismi susceptionẽ. *Responsio.* *Psal. 18.*

AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis. *Ad primũ.*

Ad

Ad secundum.

Ad secũdum dicendum, ꝙ post Christi passionem ante notitiam promulgationis de obseruatione baptismi erat remedium contra originale peccatum fides parentum, quãtum ad paruulos, vel fides propria, quantum ad adultos. Vnde quamuis secundum Hug. eodem ca. tunc circuncisio sine periculo salutis non contemneretur ab his, quibus finis eius nondum manifestabatur, tamen per eius susceptionem non iustificabantur, sed per fidem.

Textus examinatio.

CIRCA litteram. Sub forma verborũ praescripta, s. a Domino, quae scripta est Matt. vlt. Non quia dicitur tantum supple: Sed quia creditur ab aliquo, s. quia sufficit tantùm fides Ecclesiae. De substantia huius sacramenti sunt verbum, & elementum, & supple intentio baptizantis. Plenum est fidei sacramentum, verũ est in credendo, sed non dicit, ꝙ hoc sufficiat ad baptismũ, vel exponas, vt expositum est in quaestionibus. Nec a Christi baptismate spiritus separabatur. i. a baptismate, quod in nomine Christi. In nomine Christi verum baptisma tradi, hoc intelligendum est pro tempore primitiuae Ecclesiae, cuius ratio reddita est in quęstionibus. Commodiùs dicitur institutio facta quando Christus a Io. baptizatus est: hoc debet accipi institutio, quantũ ad determinationem materiae, in qua instituendus erat baptismus, & quantum ad figurationem formae. Inuocato nomine trinitatis: hinc arguũt aliqui, quòd Ioã. in baptizando Christum trinitatem inuocauit. Nisi in aqua supple naturali.

Quod alii suscipiunt sacramentum & rem: alii sacramentum, & non rem: alii rem, & non sacramentum.

DISTINCTIO IIII.



HIC dicendum est, aliquos suscipere sacramentũ, & rem sacramenti: aliquos sacramentum, & non rem: aliquos rem, & non sacramentum. Sacramentum & rem simul suscipiunt omnes paruuli, qui in baptismo ab originali mundantur peccato: quamuis quidam diffiteantur illis qui perituri sunt paruulis in baptismo dimitti peccata, innitentes illi verbo August. Sacramenta in solis electis efficiunt, quod figurant: non intelligẽtes illud ita esse accipiendum, quia cùm in alijs efficiant sacramenta remissionem, non hoc eis faciunt ad salutem, sed solis electis. Nam quòd omnibus paruulis in baptismo remittatur peccatum per baptismum, August. euidenter dicit. A paruulo, inquit, recenter nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibetur a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tantùm originali, maiores verò etiam omnibus quae malè viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt, nisi enormitas vitae impediat, id est, fictio. Adulti verò qui cum fide baptizantur, sacramentum, & rem suscipiunt.

Lib. 2. de baptis. par.

In Ench. c. 43. tom. 3. Et habetur de consecr. dis. 4. A paruulo.

De fictè accedentibus.

QVI verò sine fide, vel fictè accedunt, sacramentum, non rem suscipiunt. Vnde Hierony. Sunt lauacra gentilium, haereticorum: sed non lauant ad salutem. In Ecclesia etiam qui non plena fide accipiunt baptisma, non spiritum, sed aquam suscipiunt. Aug. etiam ait: Iudaeis omnibus communia erant sacramenta: sed non communis omnibus erat gratia, quae est virtus sacramentorum: ita & nũc communis est baptismus omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi, idest ipsa gratia. Item, Omnis qui iam suae voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat eum veteris vitae nouam non potest inchoare. Ab hac poenitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunes sunt. His alijsque testimonijs apertè ostenditur, adultis sine fide, & poenitentia vera in baptismo non conferri gratiam remissionis: quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Si quis ergo fictè accedit, non habens veram cordis contritionem, sacramentum sine re accipit. Videtur tamen August. dicere quòd etiam fictè accedenti, qui etiam habet odium fraternum, in ipso momento quo baptizatur, omnia condonentur peccata, & post baptismum mox redeant. Sed non hoc asserendo dicit, imò hanc opinionem, & praemissam sententiam conferendo. Ait enim sic, His qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur: quia spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum: aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur: vt etiam illud verum sit, Quotquot in Christo baptizati estis, &c. & illud, Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum: vt induat eum Christum sanctitas baptismi, et exuat cum Christum pernicies fictionis. Nam redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est, apertè Dominus docet, in illo seruo, a quo Dominus dimissum debitum petijt, quia ille conseruo dimittere noluit. Sic, non impeditur baptismi gratia, quò minus omnia peccata dimittantur, etiam si fraternum odium in eius cui dimittuntur animo perseuerat. Soluitur enim hesternus dies, & quicquic superest, & soluitur etiam ipsa hora momentumque ante baptismum, & in baptismo. Deinceps autem continuò reus incipit esse non solum consequentium, sed etiam praeteritorum dierũ, horarum, momentorum, redeũtibus omnibus quae dimissa sunt. Hoc autem, vt praediximus, non sub assertione dixit: quod ostenditur ex eo quod ait in eodem lib. sic. Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata, aut nõ sunt dimissa eligant quod voluerint. Ecce apertè cernis, si tamen attendis, id dixisse Aug. non asserendo, sed quaerendo, & aliorum opinionem referendo. Idem enim ait, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cùm illa fictio veraci confessione recesserit, quae corde in malitia perseuerante, peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Non ergo fictè acce-

Ad illud 16 cap. Ezech. In aqua nõ est lota. Et citatur in glo. ibidem.

In psal. 77. in princip.

Aug. lib. de poenitentiae medicina, c. 2. tom. 9. Et citatur de consecr. dist. 4 c. Omnis qui.

Lib. 1. de baptis. contra Donat. cap. 12. tom. 7. De cõs. dis. 4 cap. Quo Deus, in fi.

Sap. 1. e

Matth. 18.

In initio capitis 12. De cõs. dist. 4. c. Ostenditur illos. circa med. ibidẽ, & de cõs. dis. 4. c. Tunc valere.

accedenti peccata dimittuntur.

Quomodo intelligatur illud, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

QVAERITVR ergo, quomodo illud accipiatur, *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Potest dici, quòd qui in Christo, id est in Christi conformitate baptizantur, s. vt moriantur vetustati peccati, sicut Christus vetustati pœnæ, induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent. Potest & aliter solui: duobus enim modis Christum induere dicimur, vel assumptione sacramenti, vel rei perceptione. Vnde August. Induunt homines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsque ad vitæ sanctificationem, atque illud primum bonis, & malis potest esse cõmune: hoc autem est proprium bonorum, & piorum. Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt, vel secundum sacramenti perceptionem, vel secundum vitæ sanctificationem.*

Galat 3.d

Rom 6.a

Ephes 4 c

Lib. 5. de bapt. contra Donatistas, c. 24. tom. 7

De illis qui suscipiunt rem, & non sacramentum.

SVNT & alij, *vt suprà posuimus, qui suscipiunt rem non sacramentum. Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Iesu, etsi non sacramentum, rem tamen accipiunt. Vnde August. Quicunque non percepto regenerationis lauacro pro cõfessione Christi moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Audistis, quòd passio pro Christi nomine suscepta, supplet vicem baptismi. Nec tantum passio vicem baptismi implet, sed etiam fides, & contritio, vbi necessitas excludit sacramentum, sicut apertè docet August. dicens, Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leue documentum assumit. Quod etiam atque etiam ego considerans, inuenio, non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem conuersionemque cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neque enim ille latro pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. Quantum ergo valeat, etiam sine visibilis baptismi sacramento, quod Apostolus ait, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tũc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et baptismus quidem potest esse vbi conuersio cordis defuerit: conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest: nec vllo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cùm Dei sacramentum contemnitur. Ecce hic habes, non solùm passionem, sed etiam fidem, & contritionem conferre remissionem, vbi nõ contemnitur sacramentum: vt in latrone illo ostenditur, qui non per passionem, sed per fidem saluatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinum. Retractauit quidem exemplum, sed nõ sententiam. Ait enim, In quarto libro de baptismo, cùm dicerem vicem baptismi posse habere passionẽ, non satis idoneum posui illius latronis exemplũ; quia vtrum non fuerit baptizatus, incertum est. Constat ergo, sine baptismo aliquos iustificari, & saluari. Vnde Ambros. de Valentiniano, Ventrem meum doleo, vt prophetico vtar eloquio: quia quem regeneraturus eram, amisi: veruntamen gratiam, quam ille proposcit, non amisit.*

Li. 13. de ciuit. Dei, ca. 7. & Bern. in episto. ad Hug. quæ est 77. ante medium.

Lib. 4. cõtra Donatist. c. 22. in initio tom. 7.

Lucæ 23. f

In episto. ad Iubaianũ, circa finem. Et de conse. dist. 4 c. Baptismus uicem.

Roma. 10. b

Aug. ibidẽ. cap. 25.

Libr. 2. Retrac. ca. 18.

Ca 22. contra Donat.

Lib de obitu Valentiniani paulò antè mediũ, tom. 3.

Hier. 4. c

Quæ videntur obuiare prædictis.

HIS autem videtur obuiare *quod Dominus dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare regnum cœlorum: quod si generaliter verum est, non videntur esse vera superius posita. Sed illud intelligendum est de illis qui possunt, & contemnunt baptizari. Vel ita intelligendum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, i. ex ea regeneratione quæ fit per aquam, & spiritum sanctum, non saluabitur. Illa autem regeneratio fit, non tantum per baptismum, sed etiam per pœnitentiam, & sanguinem. Vnde auctoritas dicit, ideo Apostolũ pluraliter dixisse fundamentum baptismatum, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in pœnitẽtia. Hoc autem non ideo dicit, quòd sacramentum baptismi fiat, non nisi in aqua, sed quia ipsius virtus, i. sanctificatio, datur non modo per aquam, sed per sanguinem, vel pœnitentiam interius. Ratio etiam id suadet: si enim non valentibus credere paruulis sufficit baptismus, multò magis sufficit fides adultis volentibus, sed non valentibus baptizari. Vnde August. Quæris quid sit maius, fides, an aqua: non dubito quin respondeam, fides. Si ergo quod minus est, sanctificare potest, nonne quòd maius est. i. fides? de qua Christus ait, Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Sed dicunt aliqui, nullum adultum in Christum credere, vel charitatem habere sine baptismo, nisi sanguinem fundat pro Domino, subdita introducentes testimonia. Aug. ait, Ex illo tempore quo Saluator dixit, Nisi quis renatus fuerit, &c. absque sacramento baptismi, præter eos qui in Ecclesia sanguinem fundunt, aliquis vitam æternam accipere non potest. Item, Nullum catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio: vbi tota sacramenta baptismi complẽtur. Item, Baptizatis tantum iter salutis esse credimus. Sed quod in his minus dixit, in alijs capitulis suprapositis suppleuit. Et ideo hæc sic intelligenda sunt, vt soli habentes tempus baptizandi excipiãtur: si enim aliquis habens fidem, & charitatem voluerit baptizari, & non valet necessitate præuentus, supplet omnipotentis benignitas quod sacramento defuerat. Dum enim soluere potest, nisi soluat, tenetur: sed cum iam non potest, & tamen vult, non imputat ei Deus, qui suam potentiam sacramentis nõ alligauit. Quod verò inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam insit, apertè August. tradit super Leuit. dicens, inuisibilem sanctificationem quibusdã adfuisse, & profuisse sine visibilibus sacramentis: visibilem verò sanctificationem, quæ fit sacramento visibili, sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse: nec tamen visibile sacramentum ideo contemnendum est, quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari non potest.*

Ioan. 3. a

Bern. epist. 77. quæ est ad Hug.

Glos super epist. ad Hebr. 6. a

De vnico baptismo. Et Hugo. lib. 1. par. 9. ca 4.

Ioann. 11. c

Libr. de fide ad Petrum, capit. 3.

Ioan. 3. a

Aug. de ecclesiast. dogmatib. c. 74.

Ibidem.

Ca. 84. to. 4

Hinc

Act.10.a Hinc Cornelius, & qui cum eo erant, iam spiritu sanctificati baptizati sunt. Nec superflua iudicanda est sanctificatio visibilis, quia inuisibilis præcessit. Sine visibili ergo inuisibilis sanctificatio esse potest, et prodesse: visibilis autem, quæ fit sacramento tenus, sine inuisibili prodesse non potest, cum ista non sit omnis illius vtilitas. Act.8.c Simoni Mago visibilis baptismus non profuit, quia inuisibilis non adfuit: sed quibus inuisibilis adfuit profuit, nec tãtum valet fides aliena paruulo, quantum propria adulto. Paruulis enim non sufficit fides Ecclesiæ sine sacramento: qui si absq; baptismo fuerint defuncti, etiam cum deferuntur ad baptismum, damnabuntur: sicut multis sanctorum auctoritatibus comprobatur. Ad quod hoc vnum sufficiat: Lib de Fide ad Pe c.27 Habetur de consec dist. 4 cap Firmissime. August. ait, Firmissimè tene, paruulos, qui vel in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriũtur, vel de matribus nati sine sacramẽto baptismi de hoc sæculo transeunt, æterno supplicio puniẽdos: quia etsi propriȩ actionis peccata non habuerunt, originale tamen peccatum traxerunt carnali conceptione. Et sicut paruuli qui sine baptismo moriuntur, infidelium adscribuntur numero: ita qui baptizantur, fideles dicuntur: qui a fidelium consortio non separantur, cum orat Ecclesia ꝓ fidelibus defunctis. Epist ad Bonif. quæ est 23. tom.2. Fideles ergo sunt non propter virtutem, sed fidei sacramentum. Vnde De consec. dist.4. cap. Nihil est aliud. August. Paruulum etsi nondum fides illa quæ etiam in credentium voluntate consistit, iam tamen fidei ipsius sacramentum, idest baptismus, fidelem facit, sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentum.

Quid profit Baptismus his qui cum fide accedunt.

*Solet etiam quæri de illis qui iam sanctificati spiritu, cum fide & charitate ad baptismum accedunt, quid eis conferat baptismus. Nihil enim eis videtur præstare, cum per fidem, & contritionem iam remissis peccatis iustificati sint. Ad quod sanè dici potest, eos quidem per fidem, & contritionem iustificatos, idest, a macula peccati purgatos, & à debito æternæ pœnæ absolutos: tamẽ adhuc teneri satisfactione temporali, qua pœnitentes ligantur in Ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt, & à peccatis, si qua interim post conuersionem contraxerunt, mundantur, & ab exteriori satisfactione absoluuntur: & adiutrix gratia, omnisque virtus in eo augetur, vt verè nouus homo tunc dici possit: fomes quoque peccati in in eo amplius debilitatur. Ideo Hieronym. dicit, ꝙ fides quæ fideles facit in aquis baptismi datur, vel nu*Matt.25.c *tritur: quia non habenti aliquando ibi datur: & iam habenti, vt plenius habeat, datur: sic & de alijs intelligendum est. Qui ergo mundus accedit, ibi fit mũdior: & omni habenti ibi amplius datur. Quod verò omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Ambrosius ostendit super illum locum. Sine pœnitentia sunt do*Ad Ro.11. Et de consec dist.4 Sine pœnitentia. *na Dei, & vocatio, dicens, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum, & planctum, vel aliquod opus: sed & omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu, vel planctu accipiendum est: nam sine interiore nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones, & afflictiones, s. sordes pœnitentiũ ibi dimittuntur. Multum ergo confert baptismus, etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum, quasi ramus a columba portatur in arcã:* Genes.8.b *antè intus erat iudicio Dei, sed nũc etiam iudicio ecclesiæ intus est. Cùm verò in baptismum peccatum deleatur, & satisfactio exterior non imputetur, quȩritur, Cur pœnalitas, cui pro peccato addicti sumus, non tollatur. Hoc ideo tradunt fieri viri sancti, quia si a pœna homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi pretium, non æternem regnũ. Ideo soluto reatu peccati, temporalis pœna tamen manet: vt illa vita studiosius quæratur, quæ erit à pœnis omnibus aliena. Ideo etiam manet, vt sit fideli, & certandi materia, & vincendi occasio: qui non vinceret, si non pugnaret: nec pugnaret, si in baptismo fieret immortalis.* Isid.li.1.de summo bono, cap.14. Vide Aug. li.13. de ciuitate Dei, ca.4. Et lib.2. de pecca.meri. et remissio. c.33.&34.

Cuius rei baptismus, qui datur iam iusto, sit sacramentum.

SI quæritur, cuius rei baptismus ille sit sacramẽtum, qui datur iam iusto: dicimus sacramentum esse, & rei, qua præcessit. i. remißionis ante per fidem datæ, & remißionis temporalis pœnæ, siue peccati si habetur, quod interim committitur, et nouitatis ac omnis gratiæ ibi præstitæ. Omnis etenim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando præcedere sacramentum, cùm aliquando etiam longè post sequatur, vt in illis qui fictè accedunt: quibus, cum postea pœnituerint, incipiet baptismus prodesse in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis, quam pœnitendo habent. Sed si nunquam pœniterent, nec à figmento recederent, cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei quæ ibi fieret, si non eorum enormitas impediret.

Si paruulis datur in baptismo gratia, qua possunt in maiore ætate proficere.


Solet etiam quæri, si paruulis in baptismo datur gratia, qua cum tempus habuerint vtendi libero arbitrio, poßint benè velle & † currere. credere. *De adultis enim qui digne recipiunt sacramentum, non ambigitur quin gratiam operantem, & cooperantem perceperint: quæ in vacuum eis cedit, si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerint: qui merito peccati gratiam, appositam perdunt. Vnde dicuntur contumeliam spiritui sancto facere, & ipsam à se fugare,* 2.Cor.6.a Hebr.10.f *De paruulis verò, qui nondum ratione vtuntur, quȩstio est, an in baptismo receperint gratiã, qua ad maiorem venientes ætatem, possint velle, & operari bonum. Videtur quòd non receperint: quia gratia illa charitas est, & fides, quæ voluntatem præparat, & adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem, et charitatem? Si verò gratiam non receperint, qua bene operari possunt, cùm fuerint adulti, non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data, nec per illam possunt modo boni esse, nisi alia addatur: quæ si non additur, non est eorum culpa, quia iustificati † sunt a peccato.* non sunt. *Quidam putant gratiam operantem, & cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere, non in vsu: vt cùm ad maiorem venerint ætatem, ex munere sortiantur vsum, nisi per liberum arbitrium vsum muneris extinguant peccando: & ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratiæ,*

quod

quòd mali fiunt: qui ex Dei munere valentes habere vsum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, & vsum prauum elegerunt.

DISTINCTIO IIII.

Continuatio.



VPERIVS determinauit Magister de baptismo quantum ad ipsum sacramentum secundum se: hic determinat de ipso, quantum ad suscipiẽtes. Et diuiditur in duas partes.

Diuisio.

Primo ponit diuersos modos suscipiendi baptismum.

Secundo determinat de qualibet. ibi. (Sacramentum, &c.) Et ista in duas.

Primo determinat de diuersis modis suscipiendi baptismum.

Secundo de effectu eius in suscipientibus. ibi. (Solet quæri.) Prima in tres.

Primo determinat de illis qui suscipiunt sacramentum, & rem.

Secundo de illis qui suscipiunt sacramentum, & non rem. ibi. (Qui vero sine fide.)

Tertio de illis qui suscipiunt rem, & non sacramentum. ibi. (Sunt & alij.) Et ista in duas.

Primo determinat veritatem.

Secundo remouet contrarietatem. ibi. (His autem.)

Illa pars, quæ ibi incipit. (Solet quæri.) Diuiditur in duas.

Primo determinat de effectu baptismi in adultis.

Secundo in paruulis. ibi. (Solet etiam.) Prima in duas.

Primo determinat de effectu.

Secundo de significatione. ibi. (Si quęritur.

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de quatuor.

Primo de diuersitate suscipientium baptismum.

Secundo de diuersitate baptizantium.

Tertio de diuersitate effectuum.

Quarto proponentur aliqui casus de susceptione baptismi.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo, vtrum paruuli quando baptizantur recipiant effectum baptismi.

Secundo, vtrum ficti recipiant effectum baptismi.

Tertio, vtrum iam iustificati teneantur ad baptismi susceptionem.

Arg. 1. D. Bo. lib. 4. d. 4. dub 1. D. Tho. p. 3. q. 69. ar. 6. & 4 sen. di. 4. q. 6. Scot. lib. 4. dist. 4. q. 2. Alex. p. 4. q. 8. m. 7 ar. 1. T. com. 24. & 26.

QVAESTIO I.

Vtrum paruuli recipiant effectum baptismi.

ET VIDETVR ꝙ non: quia secundũ Philosophum 2. de anima: Actus actiuorum sunt in patiente disposito: sed in paruulis nulla pręcessit dispositio ad susceptionem effectus baptismi: ergo baptismus non potest causare suum effectum in paruulis.

Secundo. Item quicunque habet habitum fidei si adsit vsus lib. arb. faciliter exit in actum credendi, sed paruulus baptizatus veniens ad ætatem adultam, non faciliter exit in actum credendi, nisi primo fuerit in fide instructus, & ad credendum assuefactus: ergo habitum fidei qui includitur in baptismi effectum paruulus cum baptizatur non recipit.

In oppositum. CONTRA, Magister in littera huius dist. cap. 1. dicit, ꝙ sacramentum, & rem simul suscipiunt omnes paruuli qui in baptismo ab originali mundantur peccato.

CONCLVSIO.

Paruulis cum adsit virtus Christi passionis cum fide Ecclesiæ saltem, nihil impedimenti est, quin effectus baptismi recipere queant.

Responsio. Quinque effectus baptismi. RESPONDEO, ꝙ paruuli in baptismo recipiũt effectum baptismi, quia effectus baptismi sunt peccati purgatio, gratiæ collatio, pœnę remissio, characteris impressio, & fomitis repressio, de quibus inferius dicetur: hæc aũt paruuli recipiunt in baptismo: quia anima nata est prędictos effectus suscipere: & in paruulis nihil est quòd eorum susceptionem possit impedire, & fides Ecclesiæ non efficiendo aliquam qualitatem in paruulis: sed ex diuina ordinatione eos ad prædictorum susceptionem disponit, & ille qui principaliter baptizat, idest Deus liberaliter influit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa propositio debet intelligi de actiuo limitatæ virtutis, & de effectu completiuo: quia primam dispositionem naturæ rei superadditam potest agẽs facere limitatæ virtutis: Deus autem a quo sunt principaliter effectus baptismi est agens illuminatæ virtutis: minor etiam argumenti vniuersaliter intellecta, falsa est, qa fides Ecclesiæ aliquo modo ad susceptionem effectuum baptismi disponit, vt visum est.

Ad secundum. Habitus infusus nõ acquisito de lege communi potest exire in actum. Ad secundum dicendum, ꝙ ad faciliter exeundum in actum credendi, non tm̃ requiritur habitus fidei, sed etiam articulorũ cognitio: & etiam assuefactio de lege communi, quia actus credendi, non tantum est actus fidei, sed etiam intellectus, qui ex assuefactione in actum, qui principaliter est per fidem, facilius exit: tamẽ cęteris paribus baptizati venientes ad ætatem adultam, facilius exeunt in actum credendi, quam si non fuissent baptizati.

QVAESTIO II.

Vtrum ficti recipiant effectum baptismi.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 4 ar. 2. q. 2. D. Tho. p. 3. q 69 art. 9. Scot. vbi supra q. 5. Alexã. vbi supr. art. 2.



T VIDETVR ꝙ ficti illi recipiunt effectum baptismi qui veraciter ipsum recipiunt. Sed 1. q. 1. Sicut ficti, cuiusmodi sententia accipi potest ab August. primo libro contra Donatistas non multum longe post medium dicit, quòd ficti veraciter

citer non ficte recipiunt: ergo recipiunt baptismi effectum.

Secundo. Item qui non recipiunt baptismi effectum sunt rebaptizādi, quod probo per simile, quia illi qui non recipiunt absolutionis effectum, sunt iterum absoluendi: sed illi qui fictè recipiunt baptismum non sunt rebaptizandi: ergo recipiunt effectum baptismi.

Tertio. Item si aliquid posset impedire effectum baptismi, hoc maximè esset peccatum: sed peccatum non impedit, immo per baptismū expellitur: ergo fictio nō impedit effectum baptismi.

In oppositum. CONTRA, Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: sed effectus baptismi est donatio. sp. s. quia in baptismo datur eius donū: ergo ficti non recipiunt effectum baptismi.

Item Magister in littera huius distinct. cap. primo. Qui sine fide, vel fictè accedunt sacramentum non rem suscipiunt, sed res baptismi est effectus baptismi: ergo ficti non recipiunt effectum baptismi.

CONCLVSIO.

Quamuis ficti respectu receptionis nullum recipiant Baptismi effectum, ficti tamen respectu dispositionis non gratiam, sed characterem duntaxat recipiunt.

Responsio. Quis fictus. RESPONDEO, ꝙ fictus dicitur ille qui aliquid aliud prętendit exterius, quam habeat in corde, quod dupliciter potest intelligi, scilicet, aut respectu receptionis sacramenti, vt cum aliquis simulat se velle recipere ablutionem, vt sacramentum; & tamen non intendit eam recipere, nisi iocosè, non inquantum sacramentum est. Aut respectu dispositionis ad receptionem sacramenti, vt cū aliquis, vel verbo, vel signo simulat se esse dispositum interius ad sacramenti susceptionem: & tamen indispositus est, aut quia non credit, aut quia sacramentum contemnit, aut quia in proposito mortaliter peccandi, seu in peccato mortali remanendi persistit.

Primo modo loquendo de fictis, quamuis August. lib. 7. contra Donatistas prope finem, non determinet, vtrum essent tales baptizati, vel non: sed diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum super hoc implorādum, quod etiam habetur de consecrat. distinct. 4. solet etiam: dicendum tamen videtur tales nō recipere baptismi sacramentum, in quo concluditur, quòd nullum effectum baptismi recipiunt, quod certum est, scilicet si ille qui baptizat non intendit illam ablutionem facere, vt sacramentum, sed tātum causa ludi, sicut dicit Gloss. super allegatum Decretum: sed vt dicit Gloss. ibidem, si baptizans intendit baptizare qualemcunque intentionem baptizatus habeat, recipit sacramentum, quod non est verum, vt inferius ostendetur.

Secundo modo loquendo de fictis dicendum, ꝙ recipiunt baptismi sacramentū: vnde non sunt amplius baptizandi: recipiunt. n. effectum sacramenti indelebilem. i. characterem, qui est sacramētum, & res: sed effectum qui est res, & nō sacramentum. i. gratiam remissionis peccatorū durante fictione non recipiunt: recedente tamen fictione, quia character est immediata dispositio ad gratiā baptismalem, sicut organizatio corporis ad aīæ susceptionē: recipiunt gratiam baptismalem, per quā remittuntur peccata; sicut videmus, ꝙ aer quamuis aliquando ad præsentiam luminaris non illuminetur propter indispositionem alicuius obstaculi: tamē ipso remoto, quia ratione diaphaneitatis est receptiuus illuminationis statim illuminatur: remissionē tamen pęnę debitæ peccatis post receptionē sacramēti commissis nō recipiunt ex vi sacramenti. Sacramētum enim baptismi per se respicit culpam pręcedentem, non sequentē. Vnde peccata mortalia post receptionem sacramenti commissa in eis nō delentur virtute sacramenti baptismi, nisi per accidens, quia gratia baptismalis nō potest stare cūm aliquo mortali peccato: & ideo deleri nō possunt mortalia ante susceptionem sacramenti commissa, quinetiam delentur illa, quæ susceptionem sacramēti sunt secuta: sed quia venialia simul stare possunt cū gratia, ideo recedente fictione illa, quæ secuta sunt sacramēti susceptionē non delentur ex vi sacramenti baptismi, quamuis deleri possunt ex vi pęnitentiæ.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ intelligendum est de vera receptione sacramenti, quod patet: quia immediate subiungitur, sic neq; eorum baptisma reprobatur: gratiam tamen remissionis peccatorū, qui est effectus baptismi durante fictione non recipiunt. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa, si intelligatur de effectu, qui est peccati remissio, nec valet probatio, quia absolutio aliquā indelebilem dispositionem ad gratiam nō imprimit, sicut imprimit sacramentum baptismi. *Ad secundum.*

Ad tertium dicunt aliqui, ꝙ quamuis peccatum mortale repugnet gratię susceptę, quia cū illa simul stare non pōt, tamē gratiæ suscipiendæ magis repugnat fictio, quā peccatum: sicut opacitas superueniēs aeri, magis repugnat suscipiendo lumini, quam tenebra: sed hæc solutio non est conueniens: fictio. n. peccatum est. *Ad tertiū.*

Dicendum ergo sic ad argumentum, ꝙ peccatum mortale actuale impedit de lege cōmuni effectum baptismi, quo ad remissionem culpæ, & infusionem gratiæ si non adsit, vel pręcesserit aliqua displicētia peccati in speciali, vel in generali. Peccatum autem mortale originale, nō ita repugnat infusioni gratiæ, sicut actualis fictio, nec sicut habitualis per actum propriæ voluntatis causata.

Argumenta ad partem aliam non procedunt de re, quæ est res, & sacramentum, sed de re, quæ non est sacramētum cuiusmodi est gratia baptismalis. *Ad aliam partem.*

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrū iā iustificati teneantur ad susceptionem baptismi.

Ar. 1. D.Bon.li.4. di.6. pa.2. ar.1. q.2. D Tho.p.3. q.68.ar.1 Sco.li.4.di. 4. q 6. Al..vbi su. ar.1.§.6. Secundo. Tertio.

ET VIDETVR, ꝙ non. Matth.9. Nō est opus valentibus medicus, sed male habentibus: ergo cum iam iustificati sint valentes, & baptismus sit medicinæ, non tenentur ad susceptionē baptismi.

Item non legimus in scriptura, ꝙ beata Virgo, apostoli & Io. Baptista fuerint baptizati, & tamē probabile est, ꝙ si fuissent baptizati hoc in scriptura inueniretur.

Item baptizati baptismo Christi, ante passionem non tenebantur circuncidi, quamuis adhuc circuncisio suam haberet efficaciam, & in iustificando, & in obligando: ergo similiter iustificati per circuncisionem, non fuerunt postea obligati ad suscipiendum baptismū Christi, nec ante nec post passionem.

Quarto. Item nullus obligatur ad recipiendum baptismum, in quo baptismus nullum potest habere effectum: sed tales sunt iam iustificati, secundum enim quod potest accipi ex sentētia Glo. super illud ad Ro. 4. Signaculum circuncisionis. circuncisio iam iustificato nullā gratiam conferebat: ergo videtur a simili, ꝙ nec baptismus: ergo videtur ꝙ iustificati non tenentur ad eius susceptionem.

In opposit. CONTRA, Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritus.s. non potest introire in regnum Dei.

Item Ioan. Baptista, quamuis in vtero matris iustificatus fuerit, tamē dixit Christo. Ego a te debeo baptizari, vt habetur Mat.3. Cornelium etiam iustificatum Petrus baptizauit, vt habetur Act. 10. Hæc autem non fuissent, nisi iustificati tenerentur ad baptismi susceptionē

CONCLVSIO.

Teneri iustificatus ad baptisma, nedum vt per susceptionem iudicetur inter fideles ab ecclesia militante, verum etiam vt per characterem ab ecclesia triūphante, iure decernitur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ iustificati, qui baptismū non susceperunt tenentur ad susceptionem baptismi, cuius ratio est: quia quāuis aliqua res instituatur propter ea quæ accidunt, vt in pluribus, si tamen generaliter lata est, non tantum tenentur ad eius obseruationem habentes illud, propter quod lata est: sed etiam non habentes, quamuis autem lex de suscipiendo baptismum fuerit instituta propter habentes originale peccatum: tamen generaliter lata est, & ideò ad eius obseruationem tenentur, non tantum illi, qui non sunt ab originali peccato purgandi, sed etiam illi, qui vel per sanctificationem in vtero, vel per baptismum flaminis sunt a peccato originali purgati & iustificati.

Præterea quamuis baptismus fuit principaliter institutus ad peccati originalis purgationē, ex cōsequēti tamē fuit īstitutus a fideliū ab īfidelib. distinctionē, q̄ fit ꝑ susceptionē baptismi quantum ad iudicium ecclesiæ militantis, & propter characterem baptismalem quantum ad iudiciū ecclesiæ triumphantis, & ideo iam iustificati per viam aliam tenentur ad susceptionem baptismi, vt per susceptionem exterioris sacramenti inter fideles esse iudicentur ab ecclesia militante, & per characterem baptismalem quem non recipiunt iustificati in vtero, vel per baptismum flaminis ab ecclesia triumphante. Vnde Aug. li. 4. de baptismo contra donatistas non multum ante finem. Nemo debet in quolibet ꝓfectu interioris hoīs si forte ante baptismum vsque ad spiritualem intellectū pio corde profecerit, contēnere sacramentum, quod ministrorum opere corporale adhibetur, & infra prope finem loquens de cōuersione cordis & baptismo aquę, dicit, quòd cum ex voluntate alterum horum defuerit reatu hominem inuoluit.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd baptismus non tantum est medicina, sed etiam signū distinctiuū fideliū ab infidelibus. *Ad primū.*

Præterea iam iustificati adhuc habent infirmitatē ratione sequelę peccati, & fomitis quā infirmitatem minuit susceptio sacramenti.

Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Glo. super illud Io. 13. qui lotus est, his verbis intelligimus baptizatos Apostolos, & si non legamus vbi, vel quando similiter potest dici de beata Virgine, & de beato Io. Baptista. *Ad secundum. De Apostolis idē tenet Scot. & de beata vir.*

Ad tertium dicendum, quòd maior est falsa nisi intelligatur de illis qui non erant de populo Israel, quos nō obligabat præceptum de susceptione circuncisionis, nisi forte Christus illos qui suum baptismum suscipiebant ab obligatione circuncisionis absolueret. Rationabilius tamen credendum est, quòd nullus dispensauerit super hoc, cum ipsemet qui in nullo obligabatur, voluerit circumcidi. *2. aperit viā*

Ad quartum dicendum, quòd maior est falsa, iam enim iustificati si postea baptizantur, quamuis non recipiant effectum baptismi qui est peccati purgatio, tamen recipiunt alios baptismi effectus, qui sunt characteris impressio fidelium ab infidelibus distinctio, gratiæ augmentatio, pœnæ remissio, & formitis maior repressio. Iam enim iustificati per sanctificationem in vtero, vel per contritionem antequam baptizarentur non habent characterem, & si secundum Dei iudicium sint distincti ab infidelibus, non tamen secundum iudicium ecclesię militantis. Iustificatio etiam per contritionē & si deleat culpam, nō tamen semper neque vt in pluribus remittit totā pœnā actualibus peccatis debitā, nec valet ꝓbatio minoris, vt dicitur extra de baptismo & eius effectu. Maiores §. cauet, plus hodie baptismus cōfert Christianis quā quodā iudęis circuncisio contulisset. *Ad tertium*

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quęrēdū est de secūdo principali. Et circa hoc quęrūtur tria.

Primo vtrum martyrium, & contritio sint baptismata.

Secundo vtrum baptismus cõtritionis, seu pœnitentiæ suppleat in adultis vicem baptismi aquæ.

Tertio vtrum baptismus sanguis, vel martyrij suppleat vicẽ baptismi aquæ in paruulis.

QVAESTIO I.

Vtrum martyrium & contritio sint baptismata.

Ar. 1. D. Bon. li. 4. di. 4. pa. 2. ar. 1. q. 3. D Tho p 3. q. 66. ar 11 & 12. & 4. sent. dist. 4. q. 10. Sco. li 4. di 4. q 6. Al. p 4. q 8 m. 9 ar. 4.

ET VIDETVR, ꝙ non: alia enim sacramenta no. l. non plurificantur, non enim sunt plura genera sacerdotiorum, & sic de alijs: ergo a simili, nec sunt plura genera baptismatum.

Secundo. Item baptismus est sacramentum nou. l. sed martyrium, & contritio non sunt sacramenta no. l. q̃a non significant ex institutione, nec sanctificant ex aliqua verborum benedictione, quæ tamen conueniunt sacramentis no. le. vt superius visum est: ergo non sunt baptismata.

In opposit. CONTRA, Dama. li. 4. capit. 1. numerat octo baptismata, inter quæ nominat pœnitentiam, & martyrium.

CONCLVSIO.

Baptisma propriè non est nisi vnum, at martyrium, & pœnitentia impropriè, & communiter dicuntur baptismata.

Respon. Et si octo baptismata i. propriè numerentur vnum pprie tamen in ecclesia solum habetur.

RESPONDEO, ꝙ largè loquendo de baptismate: dicendum ꝙ quadrupliciter potest accipi, vno modo pro signo nostri baptismi: alio modo pro dispositione ad nostrũ baptismum: tertio modo pro re conueniente cũ nostro baptismo ĩ causando principalem eius effectum: quarto modo, pro re conueniente cũ nostro baptismo, quantum ad eius effectum secundarium.

Primo modo fuerunt tria baptismata, q̃ ponit Dama. vbi supra. s. baptisma diluuij: quod significauit nostrum baptisma, quantũ ad saluationem spiritualis vitæ, in saluatione humani generis facta per arcã, & de hoc, prima Pet. 3. secundum transitus maris rubri, qui præfignificauit nostrum baptismum, quãtum ad liberationem a seruitute diaboli: de hoc prima ad Corin. 10. trium ablutiones quæ fiebant in lege, quæ præfigurauerunt nostrum baptismũ, quantum ad ablutionem peccatorum, quæ fit per Christum.

Secundo modo fuerunt 2. baptismata, quæ ponit etiam Dama. vbi prius. s. baptismus Io. qui baptismus homines disposuit ad susceptionem nostri baptismi: & baptismus, quo Christus baptizatus fuit, per quem ordinata fuit aqua, vt esset materia nostri baptismi.

Tertio modo sunt duo baptismata. s. pœnitentia & martyrium, per quæ remittitur peccatum.

Quarto modo dicitur baptismus, quo baptizati fuerunt Apostoli die Pentecostes, de quo hr̃ Act. 2. proprie aũt accipiẽdo baptisma non est, nisi vnum. vnde Apost. ad Eph. 4. Vnus dñs, vna fides, vnum baptisma, vnde sic loquendo martyrium, & pœnitentia nõ sunt baptismata.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis sicut baptismus, & ideò non oportuit, ꝙ herẽt aliqua supplentia, quoniam susceptionem sacramenti articulus necessitatis excludit.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ procedit de baptismo no. l. proprie dicto.

Ad aliã partem. Argumentum ad partem aliam procedit de baptismate communiter dicto.

QVAESTIO II.

Vtrum baptismus contritionis, seu pœnitentiæ suppleat in adultis vicẽ baptismi aquæ.

Arg. 1. D. Th. 4. di. 4. q. 10 Sco. vbi s. Alex. ibid.

ET VIDETVR, ꝙ non: Necessariũ est ad salutem, vt fideles ab infidelibus distinguãtur: sed hæc distinctio est per characterem, quem cõtritio nõ imprimit: ergo nõ supplet vicem baptismi.

Secundo. T. com 46. Vide Sco in prin. dist. 2. q. 7.

Item oẽs res eiusdem speciei per eundẽ modum generantur, vnde secundum Commen. 8. phy. Generata per putrefactionem, non sunt eiusdem speciei, cum generatis per propagationem: ergo a simili oẽs res eiusdẽ speciei regenerabiles per eundem modum regenerantur: cum ergo non sit dicendum, nullum regenerari per baptismum, sequitur ꝙ nullus regeneratur sine baptismo.

In opposit. Cap. 22. CONTRA, Augu. li. 4. de baptismo, contra Donatum, non multũ longè ante finẽ, & decretorũ. de conse. di. 4. baptismi vicẽ: & Magister in littera huius di. ca. 3. dicunt, contritionem cordis supplere vicem baptismi, quando baptismi mysterium non contemptus religionis: sed articulus necessitatis excludit.

CONCLVSIO.

Quo ad mortalium culpæ remissionem supplet pœnitentia baptismi vicem, cum optatur, & nequit haberi: quò ad alios verò effectus nequaquam.

Respon. RESPONDEO, ꝙ contritionem supplere vicem baptismi dupliciter potest intelligi, scilicet, aut quantum ad peccati remissionem, tam originalis. s. quàm actualis, aut quantũ ad alios effectus baptismi.

Primo modo contritio, seu pœnitẽtia supplet vicẽ baptismi si desideratur, & haberi nõ possit. Vnde Glo. super illud Io. 3. Nisi quis renatus fuerit. Si necessitas impedit volũtas sufficit: aliter enim hoĩ viatori habenti vsum li. ar. posset contra suam voluntatem præcludi via salutis, quod falsum est.

Secundo modo contritio non supplet vicẽ baptismi: quia nec characterem imprimit, nec semp, nec vt ĩ plurib. totã pænã tpalẽ debitã, ꝓ actuali pc̃ō remittit, si etiã cũ cõtritiõe adest baptismi susceptio gratia amplior datur, & inclinatio fomitis magis minuitur.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicẽdũ, ꝙ distinctio fideliũ ab infidelibus, scd̃m diuinũ iudi-

iudicium semper est de necessitate salutis, sed non secundum iudicium militantis Ecclesiæ, quando signum distinctiuum non pôt haberi.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ non est simile de generatione, & regeneratione, quia generatio est opus naturæ, cuius determinati, & limitati sunt modi operandi: sed regeneratio principaliter est opus Dei, qui regenerare potest hominem quocunque modo sibi placuerit.


Præterea qui per contritionem regeneratur aliquo modo per baptismum regeneratur, inquantum regeneratur in virtute desiderij baptismi.

Longo processu habet in Sco. dist. 2. q. 7. Præterea dicendum, ꝙ maior arg. secundum August. falsum est: dicit enim 3. lib. de trinitate, cap. 9. multa sunt animalia, quæ coeundo alia pariunt, cum illa nullis coeuntibus parentibus orta sint.

QVAESTIO III.

Vtrum baptismus sanguinis, vel martyrij suppleat vicem baptismi aquæ in paruulis.

Arg. 1. D. Tho. vbi supra. Alex ibidẽ 5. contra Donatistas, cap. 12.



ET VIDETVR ꝙ non: de consecrat. dist. 4. Si baptizata, & sumptum est ab August. lib. 2. de baptismo paruulorum, quasi æque distanter inter med. & finem. Qui natus non fuerit non potest renasci, ex quo conuincitur neminem in suo parente potuisse renasci cum nondum sit natus: sed hoc nõ esset verum, si martyrium suppleret vicem baptismi: quia cõtingere potest, quòd ad persequendum fidem tyrannus occidat puerum in vtero matris: ergo martyrium in paruulis non supplet vicem baptismi.

Secundo. Item si martyrium in paruulis suppleret vicem baptismi, aut esset per modum meriti, aut per modum sacramenti, nõ primo modo: quia nullus meretur in patiendo, nisi inquãtum voluntarie, seu patienter sustinet passionẽ: in paruulis autem non est vsus lib. arb. nec secundo modo, proprie enim loquendo martyrium nõ est sacramentum: ergo nullo modo supplet in paruulis vicem baptismi.

Tertio. Item continentia de qua dicit Sapiens, Ecclesiast. 26. quòd non est digna ponderatio eius, non supplet vicem baptismi: ergo a simili, nec martyrium.

In oppositum. CONTRA, August. libro 13. de ciuit. Dei, cap. 7. & recitat Magister in littera huius dist. cap. 3. Quicunque non percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantũ si abluerẽtur sacro fonte baptismatis.

Circa principium. Item baptismus excellentior, quam baptismus aquæ excellenter potest supplere eius vicem: sed sicut dicit Gloss. super illud Iud. 6. Humiliatusque est Israel. Baptisma sanguinis solum est, quod nos puriores reddit, quam aqua baptismi: ergo excellenter, & vicem baptismi supplere potest.

CONCLVSIO.

Supplet, sed non pœnitùs; siquidem per ipsum fit peccati remissio, at non characteris impressio.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ baptismus sanguinis in paruulis vicem supplet baptismi, quantũ ad principalem baptismi effectum, qui est peccati remissio per gratiam Dei: quantum autẽ ad illum effectum, qui est sacramentum, & res, s. characterem: non supplet vicem baptismi ipsum characterem imprimendo: quia in sic baptizato loco characteris in vita æterna est aureola martyrij. Ratio autem quare supplet vicem eius, quantum ad principalem effectum, & non quantum ad alium est, quia vterque baptismus efficaciam habet a merito passionis Christi, cui per martyrium magis cõformatur homo realiter, quam per baptismũ aquæ, quãuis in signo sit è conuerso, loquendo de signo significante ex institutione, qua propter omnibus pẽsatis melior est baptismus sanguinis, quam aquæ. Vnde Gloss. vbi prius dicit, ꝙ baptisma aquæ acceptum valde pauci immaculati vsq; ad exitum vitæ custodiũt: hoc verò qui baptizatus est vltra peccare non potest: & parum post, per illud baptisma peccata præterita purgantur: per istud etiam futura perimuntur.

Baptismum sãguinis excellẽtiorem esse aquæ baptismate.

Pet. de Taran libr. 4. dist. 6. proble. 2. q. 1. AD PRIMVM in oppositum dicunt quidam, ꝙ nullo modo per effusionem sanguinis, nec per viam aliam de lege communi potest puer in vtero matris a peccato purgari, quia adhuc non habet plene esse distinctum a causa sui morbi. Alijs autem videtur hoc solutio nõ valere duplici de causa. Vna est, quia etiam cum natus est, est anima coniuncta causæ proximæ sui morbi, scilicet carni infectæ.

Alia est, quia infectio carnis est ex semine patris non matris, quod probant per hoc, ꝙ si Adam non peccasset, postquam iam Eua peccauerat proles eius, peccatum originale non contraxisset. Ideo eis pie, & rationabiliter videtur dicendum ad argumentum, ꝙ quamuis puer in vtero matris baptismo aquæ baptizari nõ possit, quia ibi ipsum sensibile sacramentum suscipere non potest: & quia ibi Ecclesiæ militanti ignotus est: tamen quia ad ipsum effusio sanguinis pertingere potest, & Deo notus est, qui principaliter baptizat, per effusionẽ sanguinis illatam pro fide, ab originali peccato purgari potest: vnde auctoritas Aug. intelligẽda est de renasci per susceptionem baptismi aquæ.

Idem tenet Scot. dist 4. quæst. 3.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd martyrium in paruulis supplet vicem baptismi non ex vi meriti proprij, sed ex vi meriti Christi, cuius efficacia adest susceptioni martyrij, & ita martyrium paruulum iustificat tãquam sacramentum, quantum ad sacramenti realitatem, quãuis non sit ex institutione significatiuum, sicut sacramentum proprie dictum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ illa continentia, de qua ibi loquitur sapiens est continentia ab omni illicito includens iustificationem: vnde illa est effectus baptismi.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum effectus baptismi sit deletio omnis culpæ.

Secundo, vtrum remissio totius pœnæ peccato debitæ.

Tertio, vtrum effectus baptismi æqualis sit in quolibet suscipiente.

QVAESTIO I.

Vtrum baptismi effectus sit deletio omnis culpæ.

Arg. 1. D.Bo.lib 4. dist. 3 p. 1. art. 1. q. 1. D Tho.p.3. q 69. ar 8. & 4. sen. di. 4. q. 5. Scot. lib. 4. dist. 4. q. 5. Alex. p. 4. q. 8. m. 8. ar. 2.



ET VIDETVR ꝙ non: quia adultus accedens ad baptismum, aut pœnitet de suo peccato, aut non pęnitet. Si primo modo nõ deletur eius peccatum per baptismum, sed per pęnitentiam. Si secundo modo non deletur eius peccatũ, quia fictus accedit: ergo in suscipiente baptismum non deletur peccatum ex vi baptismi.

Secundo. Item de consecrat. distin. 4. Omnis qui iam. Et sumptum est ab Aug. lib. de pęnitentia, non multum longe post principium, & recitat Magister in littera huius dist. cap. 1. Omnis qui iã voluntatis suę arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi pęniteat eum veteris vitæ, nouam inchoare non potest: sed omnis vere pęnitens iustus est: ergo in suscipiente baptismum modo debitò nullũ peccatum potest deleri per baptismum, quia in tali suscipiente nullum peccatum est.

Tertio. Item quãdiu anima causæ peccati, quod in ea est, est coniuncta, ab illo per baptismũ purgari non potest, quia manente causa remanet effectus, secundum ꝙ dicit Auic. 6. metaphys. suæ, cap. 2. sed caro corrupta causa est originalis peccati: ergo homo ab illo per baptismum purgari non potest. *5. in actu. 2. physic. T. com. 37. 5. me aphy. T. com. 1.*

In opposi-tum. CONTRA, Augu. in enchirid. cap. 26. & extra de consecrat. distin. 4. paruulo, & recitat Magister in littera huius dist. c. 1. vult expresse, quòd baptismus deleat omnem pęnam.

CONCLVSIO.

Baptismi virtus ea est, vt dignè suscipienti omne peccatum deleat tùm originale, tùm actuale, illud quidem per se, hoc verò comite contritione.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in modo debito suscipiente baptismum, effectus baptismi est remissio omnis culpæ: sicut enim agẽs naturale formam sibi contrariam corrumpit in materia, & disponens ad eam, relinquit naturalem aptitudinem in materia ad formam similem formæ iam corruptæ, & deducit de eadẽ materia formam sibi similem, & dispositiones ad eam reddentes materiam minus aptam, vel minus facilem ad hoc, vt transmutetur ad formam similem corruptæ: sic aliquo modo per quandam similitudinem agit Deus in anima suscipientis baptismum, ipso baptismo, sicut instrumentali agente mediãte, corrumpit enim formam sibi cõtrariam, scilicet peccatum mortale, tam originale, quam actuale, si sunt in suscipiente baptismum: & peccatum veniale, inquantum est dispositio ad mortale, nisi suscipiẽs baptismum sit in actuali proposito venialiter peccãdi, vel in veniali peccato iam commisso persistendi: relinquit tamen in subiecto aliquam inclinationem ad peccandum, & in illo subiecto imprimit formam sibi similem, scilicet gratiam, & dispositionem ad eam, scilicet characterem, per quæ inclinatio ad peccandum diminuitur, non tamen destruitur totaliter de lege communi.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ pęnitentia potest considerari tripliciter: vno modo pro interiori contritione formata gratia: alio modo pro sacramento pœnitentię: tertio modo pro displicentia peccati commissi, sine proposito committẽdi, quamuis adhuc informi: primo, & secundo modo loquendo de pœnitentia, non præexigitur vt necessaria ad susceptionem effectus baptismi, sed sufficit quòd accedens ad baptismum sit pœnitens pęnitentia tertio modo dicta, & est necessarium ad plenariam susceptionem effectus baptismi, si ille qui est baptizatus est adultus: planum est enim, quòd in paruulo non requiritur pœnitentia, nec formata, nec informis. Dicendum ergo, quòd accedens ad baptismum pœnitentes pęnitentia informi nõ accedit fictus, & quòd sua pęnitentia, formata est per susceptionem baptismi. *Ad primũ. Pœnitẽtiam tripliciter dici, & quæ ad baptismũ necessaria.*

Ad secundum dicendum, quòd procedit de pœnitentia se extendente ad informem pęnitentiam. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, quòd in peccato originali duo sunt, scilicet concupiscentia, quæ est materialis in originali peccato. Et carentia originalis iustitiæ debitæ haberi, quæ est formaliter originale peccatum, vt videri potest ex his, quæ dicta sunt lib. 2. Concupiscentia, & carẽtia originalis iustitiæ in anima sunt ex corruptione carnis, quia per eam anima inclinatur ad concupiscendum aduersus spiritus, & impeditur in anima susceptio iustitiæ originalis: debitum autem habendi iustitiam originalem non est ex carne, & hoc remittitur per virtutem baptismi, ad quod sequitur, quòd carentia originalis iustitiæ, quæ erat peccatum ante baptismum, non est post baptismum: quamuis autem non tollat concupiscentiam impedientem carnis corruptione remanente: tamen eam ita diminuit, vt non dominetur animæ. *Ad tertiũ. Dist. 30.*

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum effectus baptismi sit remissio totius pœnæ peccato debitæ.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. D. Tho. vbi supra ar. 2. & 3. Scot. ibidē. Alexā. vbi supra.



ET VIDETVR ꝙ non: Anselm. 1. lib. Cur Deus homo, ca. 12. Si peccatum non punitur, inordinatum dimittitur, sed Deus nihil relinquit inordinatum: ergo Deus nullum peccatum dimittit impunitum, quod non esset verū, si per baptismū remitteretur omnis pęna peccato debita.

Secundo. Item de consecrat. distin. 4. Per baptismum, & sumptum est ab Aug. lib. 1. de baptismo paruulorum prope finem. Non illud præstatur adultis in baptismo, nisi forte miraculo Dei, vt lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur, & non sit: sed illa repugnantia legi mentis pęna est peccati, quia in statu innocentiæ non erat: ergo per baptismum non tollitur omnis pœna peccato debita.

Tertio. In princip. Item August. lib. 13. de trinitate, ca. 16. Omnia sæculi huius mala, dolores, laboresque hominum veniunt de peccato, & maxime de peccato originalis meriti: sed istæ pœnæ non tolluntur per baptismum, vt docet experientia: ergo per baptismum non remittitur illa pęna, sed per passionem.

Quarto. Item baptizatis ante Christi passionem adhuc erat ianua paradisi clausa: sed illa clausio erat pęna peccati: ergo per baptismum nō remittitur omnis pœna peccato debita.

Quinto. Item Iudæis venientibus ad baptismum indicenda est pęnitentia ac continentia 40. dierum, vt habetur de consecratio. distinctione 4. Ne quod absit.

In opposi-tum. CONTRA, de consecrat. distinct. 4. Per baptismum. In baptismo quicquid ab homine dictum factum, & cogitatum est totum aboletur, & quasi factum non habetur: sed non haberetur quasi non factum, si puniretur: ergo per baptismum omnis pœna peccato debita remittitur.

Psalm. 31. Item sm̄ Gl. super illud Psal. Quorum tecta sunt peccata. In baptismo ita sunt tecta peccata, quòd Deus non vult ea punire, quod non esset verum, nisi per baptismum remitteretur omnis pœna peccatis debita.

Item similis sententia habetur de consecra. distinctio. 4. Sine pœnitentia, & idem habetur in Gloss. Ambros. super illud ad Roman. 2. sine pœnitentia.

CONCLVSIO.

A pœna quauis, vel æterna, vel temporali hominem baptismus liberum reddit, per quam paradisi aditus ei posset prohiberi.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quamuis Christus per meritum passionis suæ omnibus ianuam paradisi aperuerit plenarie, quantum ad sufficientiam, quod nullus alius homo facere potuisset: tamen per baptismum, inquātum est instrumentum diuinæ misericordiæ, quo primò homo efficitur particeps meriti passionis Christi, & membrum Ecclesiæ, cuius caput est Christus, & quo tanquam speciali signo conformatur baptizatus Christi passioni in immersione, & eius resurrectioni in eleuatione de aqua: aperitur baptizato plenarie ianua paradisi, quantum ad efficaciam. Vnde secundum auctoritatem Bedæ, quam superius adduxit Magister distinct. 1. cap. 5. Inter alias differentias inter circuncisionem, & baptismum vna est, ꝙ tempore circuncisionis circuncisi ianuam regni cœlestis nondum intrare poterant, & modo homines hoc possunt per baptismum: sic autem baptizato ianuam paradisi aperire est remouere omne illud quod animā baptizati separatam a corpore potest ab ingressu paradisi prohibere simpliciter, vel ad tempus. Quæ autem animam separatam simpliciter prohibēt ab ingressu paradisi duo sunt, scilicet mortale peccatum, tam originale, quam actuale, & obligatio ad pœnam æternam. Quæ autē prohibent ad tempus duo sunt, s. peccatum veniale, & obligatio ad pœnam temporalem. Illa enim superna Ierusalem libera est ab omni seruitute culpę, & pęnę, dicente Apostolo ad Gal. 4. Illa quæ sursum est Ierusalem libera est: ergo per baptismum non tantum deletur in baptizato omnis culpa: sed etiam sibi remittitur omnis obligatio ad pęnam æternam, siue sit debita originali peccato, siue actuali: & omnis pęna temporalis debita actuali peccato, quia si illam non expleret baptizatus in vita, ista teneretur eam explere per æquiualentiam in alia: & ita per illam posset eius anima separata prohiberi ad tempus ab ingressu vitæ æternæ, non tamen per baptismum remittitur omnis pœna temporalis pro originali peccato debita, quia cum illa terminetur cum hac vita, non potest per illam anima baptizati a corpore separata prohiberi ab ingressu paradisi, nec simpliciter, nec ad tempus: & præterea pęna prædicta est baptizato dum viuit occasio, vt postea feliciùs ingrediatur vitam æternam: quia sicut dicit Augustinus libro 13. de trinitate, capit. 16. Prosunt ista mala, quæ fideles piè perferunt, vel ad emundationem peccata, exercendam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam, vt illa vbi erit beatitudo vera atque perpetua, & desideretur ardentiùs, & instantiùs inquiratur.

Peccatum mortale obligationem, quā ad æternam pœnā simpliciter ingressū paradisi prohibere: veniale autem & oblig. ad pœnam tēporalem ad tempus duntaxat.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd Christus per passionem suam sufficienter exoluit pęnam peccatis, quæ remittūtur in baptismo. Vnde in persona Christi potest exponi illud verbum Ps. Quę non rapui tūc exoluebā. Psalm. 68. Vnde Isa. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras, & infra: Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum, i. pęnas debitas in iniquitatibus nostris, & quia per baptismum homo primo efficitur Christi membrū: Eod. cap.

ideo per baptismum est particeps totius efficaciæ passionis Christi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illa pœna minuitur per baptismum: ratio autem quare non totaliter tollitur, in corpore quæstionis dicta est.


Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex dictis in quæst.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ baptismus modo aperit cęli ianuam baptizato, quantum ad efficaciam, quamuis hoc non posset facere ante passionem, quia particularis remotio cautioris clausionis prædictæ, quantum ad efficaciam dependet ex vniuersali remotione illius clausionis, quantum ad sufficientiam, quæ per Christi passionem facta est.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ illa pœnitentia non indicitur Iudæis propter sacramenti inefficaciam, sed propter eius reuerentiam, & Iudæorum recipientium baptismum probationem: vnde eis non indicebatur post susceptionem baptismi, sed ante: & quamuis sic obseruaretur quondam, tamen modo nõ oportet hoc obseruari secundum quot videtur dicere Gl. ibidem, quod intelligo, vbi non est consuetudo contraria.

QVAESTIO III.

Vtrum effectus baptismi æqualis sit in quolibet suscipiente.



Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 3. D. Tho. p. 3. q. 69. ar. 8. & 4. sen. di. 4. q. 7. Scot. lib. 4. dist. 4. q. 7. Alex. p. 4. q. 8. m. 8. ar. 3.

ET VIDETVR ꝙ sic: magis dependet effectus baptismi a conferente, quam a suscipiente: sed effectus baptismi nullo modo sunt inæquales, propter inæqualitatem conferentium, vt inferius ostendetur: ergo nec propter inæqualitatem suscipientium sunt æquales in omnibus.

Secundo. Item effectus baptismi est baptizatum restituere perfecte in innocentia: sed perfecta innocentia est ęqualis in omnibus in quibus est: ergo effectus baptismi est æqualis in quolibet suscipiente.

Tertio. Item Christus æqualiter pro omnibus passus est: quia vt habetur Act. 10. Non est personarum acceptor Deus, sed vt habitum est superius, efficacia baptismi est a virtute passionis Christi: ergo effectus baptismi in omnibus suscipientibus eum æqualis est.

In oppositum. CONTRA, Damasc. lib. 4. cap. 1. Peccatorum remissio omnibus similiter per baptisma datur: gratia autem spiritus. s. secundũ proportionem fidei, & præparationis: sed non omnes suscipientes baptismum sunt æqualiter præparati: ergo non omnes recipiunt æqualiter gratiam per baptismum.

Item debilitatio fomitis est effectus baptismi: sed fomes non æqualiter debilitatus est in omnibus baptizatis, vt experiẽtia docet: ergo effectus baptismi non est æqualis in omnibus.

CONCLVSIO.

Cum paruulorum baptisma suscipientium de se eadem sit conditio, etiam baptismatis effectus de cõmuni lege in omnibus paruulis est æqualis, at adulti vnius & alterius, nec non istius ac paruuli varia conditio in causa est, quid non in omnibus est æqualis effectus baptismi.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ per baptismum remouetur malum culpæ, & malum pœnæ, & confertur bonum gratiæ: & sic quantum ad primũ effectus baptismus æqualis est in omnibus paruulis, quia non est maius peccatum originale in vno, quam in alio, vt 2. lib. ostensum est, nec magis ad pœnam obligatur vnus, quam alius, & etiam quantum ad secundum: de lege enim communi omnes in baptismo æqualem gratiam recipiunt, quia in ipsis nulla præcedẽs dispositio requiritur, sed pro dispositione est in eis fides Ecclesiæ. Cum ergo omnes paruulos qui baptizantur æqualiter recipiat fides Ecclesiæ, & meritum passionis Christi, a quo efficaciam habet baptismus: sequitur, ꝙ omnes paruuli in baptismo æqualẽ gratiam recipiunt de l. communi, & ęqualem fomitis repressionem, quia illa est per characterem, & gratiam. Si autem loquimur de adultis inter se, vel per comparationem ad paruulos: sic dico, ꝙ nõ in omnibus est æqualis effectus baptismi, nec quantum ad remotionem mali, nec quantum ad collationem boni: in paruulis enim delet solũ originale, & pœnam eis debitam: in adultis autem delet originale, & actuale, & remittit obligationem pœnæ debitæ, tam originali, quã actuali. In vno etiam adulto plura delet peccata, quam in alio, quia plura inuenit: quia etiam adulti nõ æqualiter ad susceptionem gratiæ se disponunt, & ab eadem virtute est effectus maior in materia magis disposita: ideo non omnes adulti in baptismo ęqualem gratiam recipiunt: & ex consequenti, nec æqualem fomitis repressionẽ: & quia vnicuique magis prodest fides, & dispositio propria, quam aliena: ideo cęteris paribus maiorem gratiam recipiunt adulti in baptismo, quam paruuli.

Dist. 30. 31

Sco simpliciter negat, hoc patet de S. Nicolao, vide ipsum dist. præsenti. q. 7.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior non est vera de conferente ministerialiter: tota enim virtus baptismi est a Deo qui principaliter baptizat, qui quantum est ex parte sua æqualiter operatur effectum baptismi in omnibus baptizatis, quantum est de lege communi: ad maioritatem autem, vel minoritatem effectus confert dispositio suscipientis maior, vel minor.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd innocentia dicit carentiam mali culpæ, & ista æqualis est in omnibus baptizatis, quantum ad terminum ad quem, non tamen quantum ad terminum a quo, quia a pluribus malis liberatur per baptismum vnus, quã alius, quia plura mala inuenit in vno, quam in alio.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex iam dictis in quæstione.

Ad aliam partem. ARGVMENTVM primum, ad partem aliam bene concludit.

Ad

Ad secundum dicēdum, quòd quamuis per baptismum repressio fomitis non sit æqualis in adultis, tamen in paruulis æqualis est, quantum est ex parte gratiæ, quia ęqualem gratiam recipiunt, nec est intelligendum quin postea venientes ad ætatem adultā, & in æquali gratia remanentes inæqualiter concupiscere possint, sed hoc est ratione complexionis: quamuis enim phlegmatico, & sanguineo detur æqualis gratia concupiscētiam reprimēs, tamen magis vigebit concupiscentia in sanguineo, quam in phlegmatico ceteris paribus.

Sane intellige vt liat Sco. di. pre senti. q 7.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quærendum est de quarto principali. Et circa hoc de tribus casibus fit triplex quæstio.

QVAESTIO I.



VTRVM infantulus, qui inueniatur expositus, & a quo, vel a quibus sit expositus pęnitus ignoratur, nec cū eo signum inuenitur, seu testimoniū quòd baptizatus sit, baptizandus sit absolute, vel sub conditione.

CONCLVSIO.

Vtique baptizandus est, at sub conditione quidem ne baptismi iteratio fieret.

RESPONDEO, quòd talis baptizandus est, de consecra. di. 4. Paruulos, & infra. Si nulla, quod recitat etiam Magister in littera di. 6. capit. 3. & quia non est certum eum non esse baptizatum, ideo propter reuerentiam sacramenti, & ad vitandum præiudicium irregularitatis, quam incurreret paruulus si bis absolute baptizaretur, ideo baptizandus est sub conditione: extra de baptismo, & eius effec. capit. 2. vbi dicitur. De quibus dubium est, an si baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmissis. Si baptizatus es non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & spiritussancti, amen.

Idem tenet Sco. ea. di.

QVAESTIO II.

Vtrum aliquis existens super pontem non potens habere aquam ad baptizandum puerum quem timet cito moriturum, si intendens prouidere salūti pueri proyciat eum in aquam intentione baptizandi, & proferens verba, in quibus consistit forma, & postea puer aliquo casu euadat, vtrum inquam sit baptizatus.

ET POSSET videri aliquibus, quòd sic, quia fuit debita forma, & debita materia, & debita intentio.

Cum isto tenet Sco. di. presenti q. 3 Robertus vero Olchot & Pe. de aliaco. q. 2. sui 4. tenēt in casu necessitatis paruulū baptizari.

CONCLVSIO.

Negatiuum decernitur huiusmodi problema, & rationabiliter quidem.

RESPONDEO, ꝙ vt mea fert opinio talis baptizatus non est, quia propria materia baptismi est ablutio in aqua, qui autem aqua abluitur primo aqua cooperitur in toto, vel in parte, & postea discooperitur, vnde ꝑpter baptismum primum repręsentat Christi sepulturam, & propter secundum resurrectionem, quamuis autem puer in casu prædicto per actum illius qui ipsum proiecit in aquam immergatur, non tamē est actus ordinatus ex sui natura ad hoc, vt puer abluatur, sed ad hoc, vt submergatur, & si aliquo casu per alios, vel per illum eundem proijcientem se in aquam post puerum ad liberandum eum puer extrahatur de aqua non propter hoc esset baptizatus, quia illa immersio, quantum fuit ex sui natura non ordinabatur ad eleuationem pueri de aqua, sed ad submersionem.

QVAESTIO III.



VTRVM Aliquis existens super puteum, ad cuius aquam non potest attingere manu, nec vas habet cū quo possit haurire, sed habet calathum, & chordā, si per chordam dimittat puerum in calatho in aquam, & extrahat baptizare intendens, & verba in quibus consistit forma baptismi exprimens, vtrum inquam puer sit baptizatus.

CONCLVSIO.

His omnibus pensatis puer verè est baptizatus, dummodo aqua ipsius corpus abluerit.

RESPONDEO, quòd sic, dummodo calathus sit talis, quòd aqua subintrauerit ad abluendum corpus pueri, quia quòd baptizans tangat illum quem baptizat immediate, vel aliquis alius non est de essentia baptismi, & in prædicto casu est immersio, & eleuatio de aqua, & est immersio talis quæ ex sui natura nō ordinatur ad pueri submersionē, sed ad eius de aqua eleuationē, quod patet per hoc, quia ille qui eum dimisit semper tenet eum, cum chorda ad eleuādi ter, si tamē occurreret prædicta necessitas deberēt pāni dimitti in aqua, & postea extractis deberet aqua exprimi super corpus pueri sub forma verborum debita, & cum intentione baptizandi.

Idem tenet Sco. de puero in coria inuoluto.

CIRCA litteram: Non spiritumsanctum, per gratiam gratum facientem. Nisi pęniteat eum veteris vitæ, &c. hic accipitur pęnitētia large, scilicet, prout se extendit ad contritionem informem, quæ ab aliquibus vocatur attritio. Non habens veram cordis contritionem. Hic accipitur vera contritio extenso nomine, vt prius. Vt induat eum Christum sancti tas baptismi, idest, vt sanctitas baptismi ipsum baptizatum induat Christum. Redire dimissa peccata. Non est intelligendum, quòd nunquā peccatum dimissum, idem ibi numero redeat, quomodo autem redire dicatur exponetur in tractatu de pęnitentia. Sed non sententiā, scilicet qua dixerat sine baptismate in necessitate posse aliquem saluari. Non satis idoneum posui illius latronis exemplem. Nota, quòd ille latro, & si nō fuerit martyr, quantum ad causam, fuit tamen quantum ad voluntatem. Quē regeneraturus eram amisi, nec tamen in hoc

Textus enarratio.

Cōi. 11.

peccauit

peccauit Ambro. quia non distulit eum baptizare per negligentiam, sed quia consuetudo ecclesiæ tunc hoc requirebat vt diu cathecumini seruarentur, & solebant expectari solennitates ad baptizandum, vnde de cõsecra. di.4. De cathecuminis, & cap. Venerabilis, dicitur, quòd in solennitate paschali, & Pentecoste cathecumini baptizentur, nisi aliter faciendum sit propter vrgentem necessitatem: melior tamen est cõsuetudo statim baptizare propter tres rationes, scilicet propter periculum mortis, & propter infestationes dęmonum, qui possunt minus in baptizatis, quam non baptizatis cęteris paribus. Et quia quamdiu homo paruulus est, certum est in ipso non posse esse aliquid quod impediat baptismi effectum Et est baptismus in aqua, in sanguine, & in pœnitentia.

Melius statim baptizare quam differre 3. ratione.

Quæritur quis sit melior omnibus pensatis. Respondeo, quòd isti baptismi inter se se habent sicut excedentes, & excessi. In imprimendo enim characterē baptismus aquę alios duos excedit, quia characterem non imprimunt, & in hoc, quòd per ipsum pluribus potest subueniri. Subuenit enim adultis, & paruulis, & tempore persecutionis, & pacis. Baptismus autem sanguinis alios duos excedit in hoc, quòd non potest inquinari sordibus secundis. Vnde Dama. lib.4. capit. primo, dicit, quòd valde venerandus est, inquantum secundis vltra non inquinatur sordibus, & statim in vitam introduci æternam. Baptismus autem pœnitentiæ alijs duobus inferior est in hoc, quòd non semper totam pœnam remittit, immo raro hoc accidit, per quemlibet autē aliorum remittitur tota pęna: tamen in hoc alios duos excellit, quòd in habente vsum li. ar. nullus aliorum sine illo ad salutem prodest. Omnibus autem pensatis si distinguatur interior deuotio cõtra ipsam corporis passionem, vel ablutionem in adultis, planum est, quòd ipsa pœnitentia, in qua compræhendo deuotionē, quia sine ista non prosunt alia ad salutem, & ipsa sine aliquo aliorum in casu necessitatis prodest, melior est. Si autem ipsa comparetur ad alia duo prout sunt in paruulis in quibus nulla requiritur pęnitentia, tunc dico, quòd pęnitentia potest esse ita exilis in adulto, quamuis sufficiens, quòd non recipit totam gratiam, sicut paruus in baptismo aquę, vel sanguinis. Si autem consideretur pęnitentia in suo summo, tunc credo simpliciter, quòd adultus per baptismum pœnitentiæ quando non potest habere, nec baptismum aquę, nec sanguinis, maiorem recipit gratiam, quam paruuli per baptismum aquę, vel sanguinis. Et quia ille baptismus simpliciter est melior in quo plus datur de gratia: ideo concedo, quòd interior deuotio cõsiderata in suo summo, melior est quā baptismus aquę, vel sanguinis, secũdum quòd distinguitur contra eam, & post ipsum baptismus sanguinis est melior. Si autem baptismus sanguinis, & aquę considerentur vt includentes interiorem deuotionem, tunc quilibet eorum est melior, quam interior deuotio tantum, & baptismus sanguinis baptismo aquę.

Comparatio triũ baptismatum.

Quæris quid sit maius, fides an aqua, non dubito quin respondeatur fides, si ergo quod minus est sanctificare potest, nonne quod maius est, idest fides: hoc confirmat quod dictum est de præeminentia baptismi contritionis super baptismum aquæ. Ex illo tempore idest postquam fuit institutum, & promulgatum, quod ibi fuit prædictum, cum dicit Saluator, nisi quis renatus, &c. Baptismi tota sacramenta implentur, non tamen quantum ad impressionem characteris. Suam potentiam sacramētis non alligauit, scilicet sic intelligēdo, quòd per aliam viam potest sanctificare, quam per sacramenta. Non posse prodesse, scilicet manente fictione. Aeterno supplicio puniendos, hic appellat æternum supplicium non pœnam sensus, sed carentiam visionis Dei. Fidelium consortio non separantur cũ orat ecclesia pro fidelibus defunctis, quod non est sic intelligēdum, vt indigeant, quòd pro eis oretur, sed quia orationes quæ pro existentibus in purgatorio sunt suffragia, pro illis sunt gratiarum actiones. Non propter virtutem, idest actum virtutis. Sed fidei sacramentum, idest propter susceptionem baptismi, & impressionem characteris. Quidam putant gratiam operantem & cooperantem, &c. Hæc opinio simpliciter vera est.

Quid maius fides an aqua.

Quod baptismus aquæ sanctus est a bono, & a malo, datus bono, vel malo.

DISTINCTIO V.

Post hæc sciendum est, sacramentum baptismi à bonis, & à malis ministris dari, sicut à bonis, & à malis sumitur. Nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec minus bonus qui per minus bonum datur, nec malus qui per malum datur, nec maius munus datur in baptismo dato à bono, nec minus in baptismo dato a malo, sed æquale: quia non est munus hominis, sed Dei. Quod totum subditis declaratur testimonijs: August. ait, Baptismus talis est, qualis ille in cuius potestate datur, non qualis est ille per cuius ministerium datur. Item, Prorsus fieri potest, vt aliqui verum habeant baptisma, & non habeant verā fidem. Item. Si inter bonos ministros, cùm sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur: nullo modo malus est qui etiam per malum datur: quia idem baptismus datur: & ideo per ministro dispares Dei munus est æquale: quia non illorum,

Super Ioã. tract. 5. ante medium. De vnico bap. contra Pet cap. 11 Aug. lib 3. cõtra Cresc. gram ca. 6. Super Ioã. tract. 6. c. 1.

Trac. 5. sup. Io. post medium. Matth. 32. Ioan. 1. e. Ibidem, paulo post. lorum, sed eius est. Idem, Cum baptizat malus, illud quod datum est, vnum est, non impar propter impares ministros, sed par & æquale, propter hoc, Hic est qui baptizat. Item, Ego dico, & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si autem noluerint esse iusti qui sedent in cathedra Moysi, securum me facit magister meus, scilicet Christus: de quo spiritus sanctus dicit. Hic est qui baptizat. Item, Quos baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Si quos ergo baptizauit ebriosus, homicida, adulter, si Christi erat baptismus, Christus baptizauit. Non timeo adulterum, nec ebriosum, nec homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic est qui baptizat. Item, Homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur. Item, Si in hæresi quacunque, vel schismate quisquam in nomine Patris & filij & spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit, sed salutem, quæ virtus est sacramenti, non habebit, si extra ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad ecclesia redire, non vt sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere, sed vt in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra ecclesiam nequit prodesse. Ibi enim cuique prodesse potest baptismus, vbi potest prodesse elemosyna, scilicet in ecclesia. Item Isidorus, Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei sub ministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat. In his perspicuè cernis, baptismum verum bonis & malis dari, & à bonis, & à malis, & ipsum tamen æquè sanctum esse, & munus eius æquale in bonis, siue à bonis, siue à malis baptizentur.

Ibidem, paulo inferius. Lib. de Fide ad Petrum, cap. 4 versus finem. Isid. in decretis, tit. de sacra bapt. De Consec. dist. 4. capit. Romanus.

De potestate Baptismi, & ministerio.

QVIA ministerium tantùm habent, non potestatem baptismi, Potestatē enim sibi Dominus retinuit. Quod nouit Ioannes, cùm vidit columbam descendētem super Christum. Vnde Augustinus, Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non nouerat? Potestatem dominici baptismi in nullum hominem à Domino transituram, sed ministerium planè transiturum, potestatem à Domino in neminem, sed ministerium in bonos & malos. Non exhorreat columba ministerium malorum, respiciat potestatē Domini. Quid facit ibi minister malus, vbi bonus est Dominus? Neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister, cū diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit, purum est. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur, sed hortus fructus plurimos affert. Habent ergo non modò boni, sed etiam mali ministerium baptizandi, sed neutri potestatē baptismi. Ministeriū enim dedit Christus seruis, sed potestatē sibi retinuit: quā, si vellet, poterat seruis dare, vt seruus daret baptismum suum tanquam vice sua. Et potestatem suā constituere poterat in aliquo, vel in aliquibus seruis suis, vt tanta uis esset in baptismo serui, quanta est in baptismo domini: sed noluit: ne seruus in seruo spem poneret. Baptizat seruus vt minister, baptizat dominus tanquam potestatem habens: quam si daret seruis, vt scilicet ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismi quot serui: vt sicut dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Quod ne fieret, retinuit sibi dominus potestatem baptismi, seruis autem ministeriū dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare, rectè dicit: sed tanquam minister baptizat: & ideo non differt, siue bonus, siue malus baptizet. Inde etiā nemo dicit, Baptismus meus, cùm tamen dicat, Euangelium meum, prudentia mea, licet sint hæc à Deo: in quibus differentia est. Alius enim alio melius operatur in euangelizando: & alius alio prudētior est. Alius autem alio magis minusve baptizatus, siue ab inferiori, siue à superiori baptizetur, dici non potest.


Ioan. 9 ca. 1 Trac. 5. sup Ioan. cap 1. De Concef. dis 4 Baptismus talis. Ibid. paulo postmedium 1. Cor. 3. b Ibidem. Hier. 17. Ibid. & li. 5 de Bapt. contra Donatist. cap. 14.

Quæ fuit potestas Baptismi, quam potuit Christus dare seruis.

HIC quæritur, quæ sit illa potestas baptismi, quā Christus sibi retinuit, & potuit dare seruis. Hæc est, vt plurimi volunt, potestas dimittēdi peccata in baptismo: sed potestas dimittēdi peccata, quæ in Deo est, Deus est. Ideo alij dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui seruorum: quia nulli potuit dare vt esset quod ipse est, vel vt haberet essentiam, quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse. Dicunt enim, si hanc potētiam alicui dare potuit, potuit ei dare creaturas creare: quia non est hoc maioris potentiæ, quā illud. Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem qua ipse potens est, sed potentiam creatam, qua seruus posset dimittere peccata, non tamen vt autor remissionis, sed vt minister, nec tamen sine Deo autore: vt sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio haberet interius mundare: & sicut illud facit Deo autore, qui cum eo & in eo operatur illud exterius, ita interius mundaret Deo autore, qui eius verbo velut quodam ministerio vteretur. Ita etiam posset Deus per aliquem creare aliqua, nō per eum tanquam autorem, sed ministrum, cum quò & in quo operaretur: sicut in bonis operibus nostris ipse operatur & nos: nec ipse tantùm, nec nos tātum, sed ipse nobiscum, & in nobis: & tamen in illis agendis ministri eius sumus, non autores. Ita ergo potuit dare seruo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est, vt in mundatione interiori seruus cum domino operaretur, non seruus sine domino, nec dominus sine seruo, sed dominus cum seruo, & in seruo: sicut in exteriori ministerio dominus operatur cū seruo & in seruo. Vnde & dominus dicitur sanctificare, & seruus: sed dominus inuisibili gratia, seruus visibili sacramento. Vnde Augustinus super Leuitic. Dominus ait, Ego Dominus qui sanctifico. Et de Moyse etiam dictum est, Et sanctificabis eum. Sed Moyses sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium, Dominus autem inuisibili gratia per spiritum, vbi est totus fructus visibilium sacramentorum. Sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nil prosunt. Si quis hoc melius aperire poterit, non inuideo.

Hic Magister non recipitur. 1. Cor. 3. Ca 84. to. 4. Leuit. 12. Exodi 16. c.

DISTINCTIO V.



SVPERIVS determinauit Magister de baptismo quantum ad ipsum sacramentum secundum se, & inquantum ad suscipientes: hic determinat de ipso, quòd tum ad ministros, & diuiditur in partes tres.

Primo ostendit, quòd baptismus æque sanctus est datus a malo, sicut a bono.

Secundo reddit rationem. ibi (Quia ministerium tantum.)

Tertio quærit quæ sit illa potestas, quam Christus dare potuit ministris in baptizando, & in ministrãdo, & noluit. ibi. (Hic quæritur.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de quatuor.

Primo de potestate baptizandi.

Secundo de quodam effectu illius potestatis, qui est characteris impræsio.

Tertio de collatione baptismi a malo ministro.

Quarto de collatione baptismi a bono.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo quæritur vtrum Christus inquãtum homo possit peccata remittere in baptismo.

Secundo vtrum Christus ministris sacramentorum contulerit potestatem cooperandi ad emundationem.

Tertio quæ est illa potestas baptizandi quã Christus dare potuit ministris, sed noluit.

Quarto vtrum Christus conferre potuit potestatem creandi alicui creaturę.

QVAESTIO I.

Vtrum Christus inquantum homo possit peccata remittere in Baptismo.

Arg. 1. D Bo. lib. 4. dist. 5. ar. 3. q. 2. D. Th. 4 sen. dist. 5 q. 1. Alex. p. 4 q. 8 m. 5. ar. 3.

ET VIDETVR quòd sic, quia Math. 9. dicit Saluator, vt autẽ sciatis quia filius hominis potestatem habet dimittendi peccata, &c.

Secundo. Item Io. primo. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto: sed spiritu s. descendit super Christum, inquantum homo est, & baptizare in spiritu s. est remittere peccata: ergo Christus in baptismo potest peccata dimittere, inquantum homo.

Tertio. Item maius est expellere diabolum, quàm eius effectum: fortior est enim causa, quàm effectus: sed peccatum est effectus diaboli: vnde Sap. 2. dicitur. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Cum ergo Christus inquantum homo potestatem habuerit demones expellendi, quod patet: quia discipulis suis illam dedit, multo fortius inquantum homo potest expellere peccatum.

In opposi-tum. CONTRA Aug. Homil. 83. super Ioann. versus fi. loquens de creatione iustorum, & iustificatione impiorum dicit, quod si vtraque est ęqualis potentiæ, hæc maioris est misericordiæ: sed Christus inquantum homo non habet potentiam creandi: ergo nec iustificandi.

Item August. lib. 83. qq. q. 53. Soli Deo conuenit illuminare animas, sed in remissione peccatorum in baptismo illuminatur anima: ergo solus Deus potest peccata remittere.

CONCLVSIO.

Christus, vt Deus, potestatem habet dimittendi peccata in baptismo effectiuè, vt homo verò meritoriè & ministerialiter.

Remissionẽ in baptismo quatuor fieri posse intelligi. RESPONDEO, quod largissime accipiendo nomen remissionis: remissio peccati in baptismo quadrupliciter potest intelligi esse ab aliquo, scilicet effectiue, meritorie, ministerialiter, & hoc, vel sacramentum instituendo, vel institutum administrando.

Primo modo a Christo inquantum est homo non potest esse remissio peccatorum, sed sic est ab ipso inquantum est Deus.

Secundo modo est ab eo inquantum est homo, quia inquantum est homo propter suam passionem meruit, vt in baptismo remittantur peccata.

Tertio modo ẽt est ab eo inquantum est homo, quia inquantum est homo ministerialiter sacramentum instituit in quo remittuntur peccata. Ipse enim inquantum Deus fuit institutionis principali causa.

Quarto modo est remissio peccatorum a ministris ecclesiæ, & de tali remissione dixit Christus discipuli, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Io. 2. Sed sic improprie dicitur aliquis remittere peccatum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illa auctoritas intelligitur de filio hominis ratione diuinæ potentiæ, vt patet per glo. ibidem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd ibi dicitur Christus baptizare inquãtum Deus, quamuis spiritus sanctus super ipsum descenderit ad ostendendum in eo plenitudinem gratiæ inquantum est homo.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd dæmones expellebat inquantum Deus, & propterea humana natura Christi magis erat capax potestatis expellendi dæmonem a corpore, quam peccatum ab anima: quia primum non requiritur infinitatem potentiæ, sed secundum, eo quòd secundum fieri non potest, nisi per gratiæ infusionem, quæ non producitur in esse nisi per creationem, nec peccatum in homine est effectus diaboli, sed voluntatis proprię, non enim est a dæmone nisi suadendo, & inclinando.

Argumenta ad partem aliam procedunt de remittendo peccatum effectiuè.

QVAESTIO II.

Vtrum Christus ministris sacramentorum contulerit potestatem cooperandi ad emundationem interiorem.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 1. D Th. ibidē q. 1. Alex vbi supra ar. 2. T. com. 53. 54 & 3. phi. c. 8.

ET VIDETVR quòd sic, secundum Philosophum lib. 1. de generatione, quæ cōmunicant in materia agūt, & patiunt abinuicem, sed omnes animæ cōmunicant in principio possibili, quod est eis loco materiæ: ergo possunt agere & peti ad inuicem: ergo anima ministri potest cooperari ad emundationem interiorem animę illius cui sacramentum ministrat.

Item corpus potest corporari ad interiorē corporis emundationem: ergo a simili, anima ad animæ emundationem.

In oppositum. Et primo de generatione. c. 43.

CONTRA, omne quod vere cooperatur ad interiorem animæ mundationem, oportet quòd tangat eam: oportet enim, quòd virtus agentis simul sit cum patiente, sed nulla subiecta creata simul potest esse cum anima, quia vt dicitur de ecclesiasticis dogmatibus cap. 5. Illabi menti illi soli possibile est qui eam creauit: ergo nulla creatura cooperari potest ad animæ emundationem.

De quo in 2. di. 8.

CONCLVSIO.

Baptismi ministris potestatem cooperationis in ablutione interiori Christus nequaquam contulit, nisi per dispositionem quandam.

RESPONDEO, quòd aliquem posse cooperari ad emundationem interiorem dupliciter potest intelligi, aut ipsam emundationē interiorem attingendo, aut ad eam aliquo modo disponendo.

Primo modo Christus non contulit potestatem ministris sacramentorum cooperandi ad emundationem interiorem, quia illa fieri non potest nisi per gratiam, quæ non producitur in esse, nisi per creationem. Nulla autem creatura capax est potentiæ per quam posset attingere actum creandi, siue per se creādo, siue creātem adiuuando, sicut vnus iuuat alium ad nauem trahendum, siue instrumentum creantis essendo: virtus enim quam instrumentum recipit a principali motore proportionatur rei factæ, & modo faciendi: sed creatura non est capax virtutis quæ proportionetur distantiæ nō entis ad ens, cum sit infinita, & nulla creatura capax sit nisi virtutis finitę: finitum autem nō proportionatur infinito.

opinio communis.

Secundo modo Christus contulit ministris sacramentorum potestatem cooperādi ad emūdationem interiorem, quia potestatem habent conferendi sacramentum quo ex institutione diuina disponitur suscipiens ad sui interiorem emundationem, sicut agens naturale inquantum est Dei instrumentum disponendo, & organizando corpus dispositiue cooperatur ad animæ infusionem, quamuis in multis sit dissimile.

Oppositum tenet Sco. q. 1. huius 4. & Frā di. 1. q. 11. secūdi.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd maior intelligēda est de materia in quā sunt formæ generabiles, & corruptibiles per naturā, qualis non est actualitas ipsius animæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd nō est simile, quia formæ corporum quæ mundātur sunt generabiles, & corruptibiles per naturam, excepta anima intellectiua, quæ incorruptibilis est naturaliter, & tamen est corporis humani substantialis forma.

QVAESTIO III.

Arg. 1. D. Bo. ibidē. D Tho. vbi supra 43. Scot vbi supra. Alex. p 4. q. 8. m. 5. ar. 1.



VTRVM aliqua fuerit potestas baptizandi, quam Christus dare potuit ministris, sed noluit, & quæ sit illa.

CONCLVSIO.

Creationis, & cooperationis potestates in baptizando Christus nemini tribuit, nec tribuere quiuit, quæ exterioris est ministerij, alteram, & potuit, & dedit: excellentiæ verò, inuocationis, ac institutionis reliquas potuit quidem, sed iurè noluit.

RESPONDEO, quòd potestas in baptizando multipliciter distingui consueuit: vna in posse create gratiam per quam anima mundatur. Secunda in cooperando ad eius gratiæ creationem. Tertia excellentiæ. Quarta inuocationis. Quinta institutionis. Sexta ministerij exterioris. Prima potestatem nulli dare potuit. Sextam dedit. Tertiam dare potuit: potuit enim dare talem potestatem alicui, vt plus de gratia Deus illi conferret, quem baptizaret, quam alij baptizato ab alio, sed hanc partem excellētiæ dare noluit, ne spes salutis in homine poneretur. Quartam similiter dare potuit: potuit enim facere, vt in nomine Petri, vel Pauli verus celebraretur baptismus, sed noluit ne baptismus diuideretur, & ne credi posset, q per virtutem puri hominis inuocati suscipiēs sacramentum interius mundaretur. Quintam similiter dare potuit: potuit enim facere, vt aliquis homo suum proprium baptismum institueret ad eius susceptionem, & suscipiens diuina virtute mundaretur, sed noluit, ne auctoritas sui baptismi minueretur. Secundam secundum magistrum dare potuit, sed hoc nō est verum, vt patet ex quæstione præcedenti. Vnde in hoc communiter opinio magistri non tenetur. Si enim verum dicere magister difficile esset improbare errorem Auicē. & quorūdam aliorum dicentium, quòd intelligentia creata aliam creauit in virtute causę primę, tanquam instrumētū eius, quæ tamē opinio est erronea.

In fine huius distin. & est quintus locus in quo nō tenetur. 9. meta. c. 4. auer. 12 meta cō 18.

QVAESTIO II.

Vtrum Christus conferre potuit potestatem creandi alicui creaturæ.



VERITAS huius quæstionis sufficienter habetur per illam, vtrum aliquid possit creari ab aliquo principio crato, quæ determinata est lib. 2. dist. 1. & etiam per ea quæ dicta sunt in 2. q. distin. presentis, & ideo de ista nūc supersedeo vt repetitio inutilis euitetur.

ARTI-

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secū do principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum character sit aliquid absolutū in anima.

Secundo vtrum sit in animæ essentia.

Tertio vtrum possit deleri.

Quarto vtrum character per quodlibet sacramentum imprimatur.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum character sit aliquid aqsolutum in anima.

Ar. 1. D. Bo li. 4. di. 6. ar. 1. q. 1. D. Th 4. sē. di. 4. q. 1. Sco li. 4. di. 6. q 10. Ale. p. 4. q. 8. m. 8. ar. 1.

ET VIDETVR ꝙ non: qa secundum philosophum secundo Ethi. capit. 5. In anima non sunt nisi tria, potētiæ, passiones, & habitus, quod est intelligendum de rebus absolutis, & actibus exceptis: sed character non est potentia animæ: qa non est a natura: nec est a passio, quod patet inducenti per omnes passiones: nec est habitus, qa in omni potenti peccare potest corrūpi habitus per contrarios actus: character autem vt inferius ostendetur, indelebilis est: planum est etiam, ꝙ non est actus: ergo non est aliquid absolutum in anima.

Secundo. Item character non est necessarius in anima ad distinguendum fidelem ab infideli: qa sufficienter distinguitur, quantum ad iudiciū ecclesiæ militantis per susceptionem sacramēti exteriùs, & quantum ad iudicium ecclesiæ triumphantis per susceptionem gratiæ interiùs, nec ad disponēdum ad gratiam: qa sicut dicit Augu. 14. de Trini. cap. 8. eo ipso anima imago Dei est, quo eius capax, & particeps esse potest, quod non esset verum, nisi ex natura sua disposita esset ad suscipiendum gratiā, sine qua Dei particeps esse non potest. Nec ad bene operandum: qa ad hoc sufficiunt gratiæ & virtutes, quæ conferuntur in baptismo: superfluū ergo esset ponere characterem in aīa, si diceret, quid absolutum.

Tertio. Item si character diceret, quid absolutum, cum non posset esse nec substantia, nec quantitas, sequeretur ꝙ esset in genere qualitatis: sed hoc non est verum, quod patet discurrenti per singulas species: non enim est in prima specie: qa non est dispositio, cum illa sit de facili mobilis, & character sit indelebilis, nec habitus: vt probatum est in primo arti. nec in secunda specie, qa non est naturalis potentia, vel impotentia: nec in tertia, qa non infert passionem sensui, nec oritur ex aliqua passione: ergo nō est passibilis qualitas: nec in quarta specie, qa illa qualitas est in quantitate, character autem non est in aliqua quantitate: restat ergo, ꝙ non sit aliquid absolutum.

Quarto. Item sicut videtur se habere consecratio ecclesiæ ad eā, ita cōsecratio hoīs ad ipsum: sed per consecrationem ecclesiæ, non causatur in ea nisi quædam relatio ad cultum diuinū: ergo similiter ꝑ cōsecrationē hoīs ī susceptione sacrī nō cātur ī eo, nisi q̄dā relō ad Dei cultū.

In oppositū. CONTRA, Dama. li. 4. cap. 1. dicit, ꝙ per baptismum sit nobis regeneratio, & sigillum, per sigillum intelligens characterem: sed sigillum est aliquid absolutum: ergo character in anima est aliquid absolutum.

Parte 3. Quo oculi hæc aūt inspici dēant, vide Sco. di. 6. q. 9. huius. Item Dio. cap. 2. Eccl. Hierar. vltra mediū dicit, ꝙ aduenienti ad baptismum donatur a summo sacerdote sacrum signaculum: sed per hoc non videtur posse intelligere, nisi characterem: sed sacrum signaculum non potest esse, nisi quid absolutum: quia sacrare relationis actus esse non potest: dicitur autem sacramentum a sacrando: ergo character est aliquid in anima absolutum.

T. C. 19. Itē scd̄m philo. 5. phy. in ad aliq̄d nō est motus, neq; mutatio: ergo ꝑ baptismū nō pōt ī aīa causari relatio ad fidei cultū, nisi mediāte aliquo absoluto, sup quod fundatur: sed illud nō possumus ponere grām: qa quāuis illa corrūpatur ꝑ pc̄m, tn̄ baptismus remanet ordinatus ad fidei cultū. Restat ergo ꝙ illud absolutū su ꝑ qđ fundatur ordinatio illa sit character.

CONCLVSIO.

Characterem esse quid absolutum, aut respectiuum cum neutrū sit impossibile vtrumq; potest sustineri.

Prima opi. ponēs charcter. relatiuum. AD ISTAM quæstionem dicunt quidam ꝙ character nō est aliq̄d absolutū ī aīa: sed sola relatio ordinis ad aliquam sacram passionem, vel actionem.

Contra. Sed cōtra hoc arguitur sic, scd̄m cōem doctorū Theologiæ opinionē, & scd̄m qđ ex snīa Dio. pōt trahi, character significat, disponit, distinguit, assimilat. Significat. n. grām gratū faciētē, & ēt aīam disponit ad eius susceptionē. Vnde a doctorib. dr̄ sacrm̄ ablutionis interioris, q̄ est ꝑ gratiā, ꝑ respectū ablutionis exterioris. Distinguit ēt illū, q̄ sacrm̄ baptismi recepit ab illo, q̄ nō recipit. Assimilat ēt aīam Deo, q̄ ipsum imprimit. Tū qa per ipsum est ī aīa q̄dā participatio diuinę ptātis, alia ab illa q̄ est ꝑ natutā, & ab illa, q̄ est per grām gratū faciētē: tū qa character est q̄dā similitudo grǣ, q̄ gratia aīam Deo assimilat, inquātū est suæ imaginis forma, nō vr̄ aūt conueniēs ponere, ꝙ soli relationi ista cōueniāt, sicut alicui rei absolutè cū relatione: qa relatio, q̄ importatur per signū, & relatio q̄ ē ī dispōe ad illud ad ꝙ dispo nit, & relatio quæ est inter distinctos, & relō similitudinis fundate eē vn̄r sup aliq̄d absolutū

Præterea cum per susceptionem cuiuslibet sacramenti causetur in anima suscipientis aliqua relatio ad aliquam sacram passionem, vel actionem, in susceptione cuiuslibet sacramenti imprimetur character, quod falsum est: quia in susceptione sacramentorum aliorum a sacramento baptismi, & confirmationis, & ordinis non imprimitur character, videt ergo quod

ꝙ non sit ponendum, ꝙ character in anima solam importet relationem. Et quamuis prædictæ rationes forte non multum cogerent illum, qui vellet defendere supradictam opinionem: contra quam sunt, & communi oppositioni contraire, tamen quia prædictæ rationes probabiles sunt, & Dama. & Dion. earum cōclusio concordare videtur: vt patet in eorum auctoritatibus allegatis in opponendo ad partem secundam, & etiam cōmuni opinioni doctorum in Theologia, ideò concedo, ꝙ character non importat solam relationem: sed aliquid absolutum, super quod fundantur relationes, quæ importantur per signum dispositiuum, distinctiuum, & assimilatiuū: sed qd sit illud in speciali, non intendo hic ostendere, nisi loquendo de charactere baptismali tā tum, de quo dico ꝙ est quædam qualitas spiritualis in anima distinctiua illius, qui suscepit fidei sacramentum ab illo, qui sacramentum fidei non suscepit. Non dico habentis habitū fidei a non habente: quia in habendo habitum fidei possunt conuenire habens baptismalem characterem, & non habens: baptizatus enim baptismo flaminis hēt habitum fidei, non tamen characterem baptismalem, si non potuit hēre baptismum aquæ. Est etiam significatiua gratiæ, tanquam similitudo eius. Vnde quāuis sit res sacramenti exterioris, est tamen sacramentum gratiæ. Est etiam ad gratiam gratum facientem dispositiua, quamuis enim anima ex natura sua sit apta nata recipere gratiam, tamen ex hoc non sequitur, ꝙ sit ad hoc disposita dispositione, qua sit idonea, vt sibi gratia infundatur, maxime propter sui vnionem ad infectam carnem. Multi enim sunt ad aliquid suscipiendum apti nati, & etiam potentes, qui tamen ad hoc non sunt idonei. Per characterē autem est anima idoneè disposita ad gratiæ susceptionem: nisi aliquid repugnans gratiæ obsistat. Vnde & prius ordine naturæ infunditur in baptismo, quàm gratia, supposito ꝙ educatur in esse per creationem: & si ducitur de potentia animæ per aliquā vim sacramentis collatam, sicut instrumentis a Deo, tanquā a principali agente, adhuc prius ordine naturæ causatur per baptismum fomitis, quàm gratia infundatur. Per prædictam etiam qualitatem est represѕio, & homo potens ad suscipiendū alia sacramenta, ita, ꝙ sine illa nullum aliud sacramentum posѕit suscipi. Vnde extra de presbytero non baptizato. Veniens. Si quis in presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur. Et quo ad hoc potest dici, ꝙ est quædam supnaturalis potentia ad omnium aliorum sacramentorum susceptionem.

Vt facit Sc vbi su. q 10 hic doc. cause incedit iste.

Neidum relationē importare characterē verumetiā absolutum, & si in speciali non termi netur.

Ad primū. Ad Primvm, in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas philosophi ītelligitur de his quæ sunt in anima, vel esse possunt per virtutē naturæ: character autem est supernaturalis potentia, vt visum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ gratia, cum sit delebilis in via, & posѕit esse in illo qui baptismum aquæ non suscepit: non esset sufficiens signum distinctiuum dedicati ad cultum Dei ꝑ baptismi susceptionem a non dedicato per illum modum: ostensum est etiam, ꝙ nō est idē posse suscipere gratiam, & esse idoneè dispositum ad eandem: quamuis etiam per gratiam, & virtutes posѕit homo exire in opera meritoria, & reprimere inclinationem fomitis, ne dominetur, tamē ipsam represѕionem cū adiutorio characteris cæteris paribus efficacius facere potest.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ cum character sit quidam supernaturalis potentia reducitur ad secundam speciem qualitatis: quæ est naturalis potentia, vel impotentia animæ, sicut habitus virtutum infusarum reducuntur ad primā speciem qualitatis, in qua sunt virtutes acquisitæ.

Vel potest dici, ꝙ sic corruptibilia, & incorruptibilia non sunt in eodem genere, secundum philosophum 10. Meta. & multo fortius, nec in eadem specie, ꝙ similiter qualitates naturales, vel acquisitæ non sunt in eodem genere cum infusis: vnde potest dici, ꝙ character, quamuis non sit in aliqua specie qualitatis naturalis, de quibus loquitur philosophus: tamē inquantum est supernaturalis potentia, habet similitudinem cum secunda specie: & inquantum est dispositio ad gratiam, habet aliquam similitudinem cum prima specie: & inquantum est quædam spiritualis animæ configuratio, ratione cuius est signum distinctiuum, habet aliquam similitudinem cū quarta specie: nec hoc reputes absurdum, quia perfectiones in inferioribus multiplicatæ sunt in rebus superioribus, per modum excellentiorem, & magis vnitæ: vnde in natura summa omnes perfectiones aliarum rerum sunt excellentiori modo in infinitum, & omnes in ea realiter summe vnum.

T. C. 26.

Contra totā hanc litterā habes Sco. vbi su. q 10

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ si inter consecrationem ecclesiæ, & consecrationem hominis per baptismum sit aliqualis similitudo, quantum ad ea quæ geruntur exterius: similitudo tamen est multiplex & magna, quantum ad ea quæ fiunt in anima suscipientis sacramentum interius.

QVAESTIO II.

Vtrum character sit in animæ essentia.

Et videtvr ꝙ sic: potentia est immediate in essentia animæ: sed vt visum est ex præcedenti quæstione, character baptismi est supernaturalis potentia: ergo est immediate in animæ essentia. Itē in eodē est dispositio & habitus: sed grā q̄ est habitus ad quē disponit character: ē īmediate in essentia animæ: ergo & character.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 3. D. Tho. ibi q. 11. Sco. ibi. q. 11. Ale. vbi su. Secundo.

Contra,

In oppositum. CONTRA, character est quidam animæ configuratio, sed configuratio animæ non est secundum essentiam, sed secundum potentias: ergo est immediate in aliqua potentia animę, sicut in subiecto.

CONCLVSIO.

Character haud in anima est immediatè, sed mediante aliqua potentia, & præcipuè cognitiua.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ character est in animæ essentia, sed non immediatè: immo mediā te potētia hoc est dictu, quòd est in anima sub ratione quà potens est, quod ideo dico, quia potentia animæ vltra essentiam animæ nihil ponit nisi relationem, vt planiùs ostensum est lib. 1. quòd autem character primo sit in potētia, patet per hoc, quia est supernaturalis potentia, ad quod sequitur, quòd sit perfectio naturalis potentiæ: sicut videmus, quòd gratia quæ est quędam accidentalis, & supernaturalis essentia est perfectio immediate ipsius essentiæ animæ in esse secundo, secundum opinionem quæ ponit gratiam differre realiter a charitate secundum aliquid absolutum. Magis autem debet poni in intellectu, quàm in voluntate, quia est qualitas distinctiua baptizati a non baptizato, & significatiua gratiæ, vt est fidei forma, & etiam est ad eam dispositiua, & potestas suscipiendi alia sacramenta, sicut visum est ex quæstione præcedenti. Est etiam qualitas illuminatiua, vnde secundum Dio. 3. capit. ecclesiast. hierar. Quamuis omnia sacramenta illuminationem habeant, tamen specialiter baptismus illuminatio dicitur: qualitas autem distinctiua consecrati ad cultum fidei a non consecrato, & significatiua gratiæ, vt est fidei forma, & ad eandem dispositiua rationabiliter poni debet in illa potentia in qua est fides: hęc autem est intellectus, vt in 3. libro ostēsum est: qualitas etiam spiritualiter illuminatiua, cum illuminatio pertineat ad cognitionem, poni debet in potentia cognitiua, quæ est intellectus. Qualitas etiam quæ est fundamentum omnium hierarchiarum operationum, & passionum iu ecclesiastica hierar. rationabiliter poni debet in illa potentia in qua est totius spiritualis edificij fundamentum, hoc autem est intellectus. In illo enim est fides quæ totius est spiritualis ędificij fundamētum, probabiliter: ergo baptismalis character poni debet in potentia intellectiua.

Di. 3. parte 2. arti. 2. q. prima.

Item tenet San. Bo. Th. & Alexan. Scot. vero vbi sup. q. vltim. tenet quod est in voluntate.

Dist. 23.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd maior vera est de naturali potentia, super naturalis tamen est in naturali.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd character est dispositio ad gratiam, inquantum per ipsam formatur fides: & ideo magis est in potentia in qua fides est quam in volūtate, in qua est gratia secundum dicentes gratiam realiter re absoluta idem esse cum charitate, vel in essentia, in qua immediatè est gratia secundum aliquos dicentes realiter secundum aliquid absolutum differre gratiam a charitate.

QVAESTIO III.

Vtrum character possit deleri.



Arg. 1. D. Bon. ibidem q 5. D. T. 4. sen. dist. 4. q. 3. Scot. vbi supra q. 10. Alex. ibidē.

ET VIDETVR quòd sic, ab eodem agente scilicet Deo, & in eodem subiecto, scilicet in intellectu est character, & fides, sed fides est delebilis: ergo a simili, & character.

Secundo. Item Glo. super illud psal. Erubescant reuereantur, dicit, quòd malitiæ characterem sancti prædicatores confundunt igne cęlesti: ergo a simili veritatis fidei characterem falsi doctores, & prædicatores destruere possunt doctrina fallaci.

Tertio. Item dispositio ad gratiam corrumpi potest per ea quę disponunt ad contrarium gratię, sed vt superius habitum est, character est dispositio ad gratiam: ergo corrumpi potest per mala opera quę disponunt ad contrarium gratię, idest ad peccatum mortale.

In oppositum. CONTRA, sacramenta quę non imprimunt characterem iterantur, quia effectum indelebilē non imprimunt, vt pęnitentia, eucharistia, matrimonium, & extrema vnctio: illa vero quę imprimunt characterem non iterātur, scilicet baptismus, confirmatio, ordo: ergo videtur, quòd imprimant aliquem effectum indelebilem, sed effectus eorū qui est gratia est delebilis: ergo videtur, quòd alius effectus eorum, scilicet character indelebilis sit.

Hæc Sco. d. 6. q. 7.

Item secundum Aug. lib. 2. contra epistolā Parmeniani vltra medium. Sacramento semel suscepto nūquam eo quis carebit, sed hoc non potest intelligi de sacramento exteriori, quia illud transit: ergo oportet, quòd intelligatur de sacramento interiori, qui est character: ergo est indelebilis.

CONCLVSIO.

Cum character qualitas sit omnis repugnantiæ expers, subiectoque incorruptibili indelebiliter ex diuina ordinatione impressa, per absolutam Dei potentiam dumtaxat deleri potest.

Prima opi. quia character est indelebilis. AD ISTAM quęstionem dicunt aliqui, quòd impręssio characteris est per quandam animę rationalis sanctificationem, prout sanctificatio dicitur deputatio ad aliquid sanctū: ad hanc autem sanctificationem non magis actiuè operatur anima sanctificāda, quam oleum, vel chrisma ad sui sanctificationem, nisi, quòd homo se subijcit tali sanctificationi per consensum, non autem res prędictę, quia lib. ar. carent: & ideo qualitercunque anima varietur per proprias operationes nunquam characterem amittit sicut chrisma, vel oleum nunquam sanctificationem perdunt, qualiter cunque transmutentur, dummodo non corrumpantur. Sed hoc ratio sufficere non videtur, quia ex consecratione olei chrismatis nō causatur in eis aliquid absolutum, sed quędam relatio ad terminatum vsum fundata su-

Confutatio.

per

per sanctum esse consecrationis ex institutione diuina vel ecclesiastica: character autem dicit aliquid absolutum in anima, vt visum est. Ideo alijs videtur alia ratio indebilitatis characteris assignanda. Dicunt enim, quòd quia character non datur ad actum alicuius virtutis, vel scientiæ, non habet cōtrarium aliquod vitium, vel ignorantiam: & ideo per aliquem actum intellectus, seu voluntatis corrumpi nō potest. Sed hæc opinio adhuc plenè non satisfacit, cum enim supradictum sit, quòd dispo nit ad gratiam, vt est fidei forma, & ex consequenti disponit ad virtutis actum. Ideo potest alio modo, & planiùs assignari ratio indelebilitatis suæ: nulla enim qualitas simpliciter corrumpitur nisi per corruptionem subiecti, vel dispositionis, quam præsupponit in subiecto, vel per actionem sui contrarij, vel quia agens non continuat eam in esse: character autem qualitas simplex est, cuius immediatum subiectum est intellectus, qui incorruptibilis est, & nullam in ipso intellectu præsupponit dispositionem corruptibilem: Deus etiam qui ipsum impræsit, ipsum non vult destruere, sed ad eius permanentiam adest præsto influentia Dei, sine qua nulla creatura potest in esse manere. Nulla etiam actio cuiuscunque potentiæ animæ contrariatur eidem, quia ex natura sua non determinat potentiam aliquam ad aliquem determinatum actum, vel passionem, ed ex ordinatione diuina: quamuis enim significare gratiam, vt est fidei forma, & distinguere dedicatum ad cultum Dei a non dedicato, conueniat ei ex natura sua aptitudinaliter, tamen quòd actu sit determinatus ad talē actum significandi, & distinguendi, hoc nō est ex sua natura, sed ex ordinatione diuina: sicut quamuis sensibilis ablutio ex natura sua habeat aptitudinem ad repræsentandum interiorem ablutionem, & ad distinguēdum interius ablutum a non abluto: tamen quòd actu sit determinata ad sic significandum, & distinguendum, hoc sibi conuenit ex institutioue diuina, sicut patet per Hu. primo lib. de sacra. parte. 9. capit. 2. Disponere etiam ad gratiam, vt est fidei forma, & reprimere fomitem, & reddere hominem potentem ad suscipiendum alia sacramenta, non sibi cōueniunt ex natura sua, sed ex ordinatione diuina: ordinauit. n. Deus, vt homini, cuius intellectus hoc signaculo signatus est, gratiam conferat diuina misericordiæ, nisi in sic signato sit aliquid incompossibile gratiæ, quod concupiscentiam in eo reprimat, & quod suscipere possit alia sacramenta: sicut si rex ordinasset, quòd quicunque inueniretur signatus aliquo determinato signo ab ipso dato, ei aliquod munus conferret, & aduersarios eius reprimeret, & ipsum potentem iudicaret ad suscipiendum nobilia officia regni, illud signum diceretur dispositio ad illud munus, & potestas reprimendi inimicos suos, & suscipiendi prædicta officia.

Secunda opi. *Contra.* *Prima opi.* *Aliquam qualitatem corrūpi posse quadrifariam.*

Ex dictis patet solutio ad primum in oppositum: fides enim ex natura sua determinat intellectum ad actum, cuius actus contrarius potest esse in potentia intellectiua. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, quod per characterem malitiæ, qui apoc. 13. dicitur character bestiæ, intelligitur peccatum mortale, cui contrariatur gratia: characteri autem baptismali nihil potest esse contrarium in anima, quia a diabolo nihil potest in anima imprimi, nec per actiones ipsius animæ potest in se causari aliquid contrarium characteri, vt in quæstione ostensum est: Deus etiam non vult animam suo signo signatam signo opposito cōsignare. *Ad secundum.*

Ad tertium cum dicitur, quòd dispositio ad gratiam corrumpi potest per ea, quæ disponunt ad gratię contrarium, &c. Dico, quòd nō est verum de eo, quod nō disposuit ad gratiā, nisi ex diuina ordinatione, cuiusmodi dispositio est character, vt in quæstione ostensum est. Potest etiam dici, quòd aliquid ex natura sua disponit ad aliquam formam determinatam, nec tamen corruptibile est per formam contrariam illi formæ, nec per dispositiones ad eam: diaphaneitas enim est dispositio in aere ad luminis susceptionem, nec corrūpitur per tenebram, nec per dispositiones ad tenebras: quantumcunque enim sit aer nubilosus, manet in eo naturalis aptitudo ad luminis susceptionem, quæ remotis impedimentis, & luminari præsente statim ornatur lumine: vnde nō mirum si talem dispositionem supernaturalē respectu gratiæ potest Deus intellectui imprimere: hæc autem dispositio est character. *Ad tertiū.*

QVAESTIO IIII.

Vtrum character per quodlibet sacramentum imprimatur.

Et videtvr ꝙ sic: secundum sententiam Dio. 2. cap. ecclesiast. hierar. Character traditur baptizato a diuina beatitudine: sed omnia sacramenta ordinantur ad diuinam beatitudinem: ergo videtur, quòd diuina beatitudo, qua ratione imprimit characterem baptizato, eadem ratione imprimat in cuiuslibet sacramenti susceptione. *Arg. 1.* *D. Bon. vbi sup. q. 4* *D. Tho. ibidem q. 4.* *Scot. vbi supra.* *Alex. ibidem.*

Item in quolibet sacramento est aliquid quod est sacramentum, & non res: & aliquid quod est res, & non sacramentum: & aliquid quod est res, & sacramentum: sed illud quod est res, & sacramētum est character, sicut patet in baptismo, quia character est res ablutionis exterioris, & est sacramentum gratiæ, per quam est ablutio interior: ergo quodlibet sacramentum characterem imprimit, vt videtur. *Secundo*

Item per quodlibet sacramentum Deo configuramur, & ab infidelibus distinguimur: sed distinctio, & configuratio fiunt per characterem, quia vt visum est, character est signum distin- *Tertio.*

In oppositum. stinctiuum, & configuratiuum: ergo quodlibet sacramentum imprimit characterem.

In oppositum. CONTRA, Christus fuit baptizatus, vt habetur Mat.3.& est sacerdos, iuxta illud Psal. Tu ex sacerdos in æternum, sed ipse non dicitur characterem haberet: ergo nec baptismus, nec ordo imprimunt characterem.

Item sacramenta quę imprimũt characterẽ non iterantur, quia character indelebilis est. Sed aliqua sacramenta sunt iterabilia: ergo non omnia imprimunt characterem.

CONCLVSIO.

Non in virtutibus, nec in sacramentis alijs character imprimitur, sed in tribus solum nõ iterabilibus.

Responsio. RESPONDEO, quòd non per quodlibet sacramentum imprimitur character, nec etiam per actus virtutum: character enim est signum spirituale indelebile distinctiuum, & spiritualis potestas indelebilis deputata ad aliquod sacramentum, & hęc communia sunt cuilibet characteri. Quia signum, ideo ordinauit Deus, quòd non conferretur nisi in aliquo sensibili signo, & ideo non confertur in actibus virtutũ. Quia spirituale, ideo noluit Deus quòd conferretur in sacramentis carnalibus. i. sacramentis veteris testamenti. Quia indelebile, ideo noluit Deus, quòd conferretur in sacramentis iterabilibus, vt dicunt quidam: sed hæc ratio non est conueniens, non enim, quia sacramentum est iterabile, ideo non imprimit characterem, sed quia non imprimit characterem est iterabile: ratio ergo quare quædam sacramenta characterem imprimunt, & quędam non, videtur mihi accipienda penes diuersitatem potestatis spiritualis deputatę ad aliquod sacramentum, & penes diuersitatem distinctionis: potestas enim spiritualis ad aliquod sacramentum deputata, aut est passiua, qua scilicet potest homo esse particeps sacramentorum spiritualium in suscipiendo: aut est actiua, & hoc dupliciter, quædam ad ducendum sacramenta spiritualia in notitiam aliorum, & maxime infidelium per fidei Christi constantem confessionem. Alia ad ministrandum sacramenta spiritualia credentibus. Prima potestas datur in baptismo, per quam deputatur homo ad hoc, vt possit suscipere alia sacramenta. Secunda datur in confirmatione. Tertia in ordine, & ideo sola ista tria sacramenta imprimũt characterem: per alia enim sacramenta est homo deputatus indelebiliter ad aliud sacramẽtum spirituale suscipiendum, vel confirendũ, vel ministrandum. Per primam potestatem distinguitur totus exercitus militantis ecclesiæ ab exercitu contrario. Per secundam distinguuntur deputati ad certamen spirituale contra fidei persecutores a communi populo, sicut in exercitu ordinato ad corporale bellum distinguuntur milites a peditibus. Per tertiam distinguuntur duces ab alij, ordinati enim ad ministrandum sacramenta deputati sunt, vt sint aliorum duces. Et quia hæc triplex distinctio sufficit in exercitu bene ordinato, ideo ex parte qua character consideratur, vt signũ distinctiuum non fuit conueniẽs ipsum imprimi nisi in sacramento baptismi, & confirmationis, & ordinis.

Rationem quare quædam sacramenta imprimũt characterem, & quædam non suscipi penes potestatis distinctionisque diuersitatem.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd character non imprimitur in susceptione sacramenti a diuina beatitudine, quia illud sacramentum ordinet hominem ad diuinam beatitudinem tantum, sed etiam, vt per susceptionem illius sacramenti suscipiens habeat potestatem alia sacramenta veraciter suscipiẽdi, vel constanter coram aduersarijs fidem cõfitendi, vel prudenter administrandi. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, quòd non oportet, quòd illud quod est res, & sacramentum sit character in quolibet sacramento, sed imprimentibus characterem tantum, quid autem sit res, & sacramentum in alijs sacramentis osten detur in tractando de quolibet eorum. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, quòd non distinguimur per quodlibet sacramentum tanquam existentes in aliquo statu fidei speciali, qui status sunt tres, vt ostẽsum est in corpore quęstionis. *Ad tertiũ.*

Præterea, per alia sacramenta nõ distinguimur distinctione & configuratione indelebili, secundum quem modum distinguimur, & configuramur per baptismum, confirmationem, & ordinem.

AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd Christus non fuit baptizatus nisi baptismo Io. qui non imprimebat characterem. Si etiam fuisset baptizatus baptismo quẽ instituit non suscepisset anima eius characterem baptismi, quia vt visum est, character est quædam potestas ad suscipiendum alia sacramenta, quæ Christum recipere non decebat, quia fuisset superfluum: ipse enim inquantum homo accepit a Deo in instanti conceptionis suæ omnem plenitudinem potestatis, cuius fuit capax ad fidem defendendum, & postmodum sacramenta instituendum, & eis efficaciam meritoriè dandum, & conferendum, & ideo non indiget charactere confirmationis, nec ordinis, quia sine charactere habet altiori modo sacerdotij potestatem. *Ad aliam partem.* *Qua de re in Christo impressus nõ fuit character.*

Secundum bene concludit.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur quatuor.

Primo vtrum baptismus possit tradi ab homine malo.

Secundo vtrum ab Angelo malo in specie hominis apparente.

Tertio vtrum malus homo baptizãdo mortaliter peccet.

Quarto

Quarto vtrum illi qui recipiunt scienter baptismum ab homine malo mortaliter peccet.

QVAESTIO I.

Vtrum baptismus possit tradi ab homine malo.

Arg. 1. D. Bon li. 4. dist. 5. ar. 2. q. 1. D. Th. 4. sen. dist. 5. q. 5. Scot. lib. 4. dist. 5. q. 1. Alex. p. 4. q. 8. m. 7. ar. 2. ET VIDETVR quòd non: quia de consecra. distin. 4. Baptismus intra. Item ego dico, & sumptum est ab August. super Ioannem, trac. 5. quasi æque distanter inter medium, & finem, & recitat magister in littera huius dist. capit. 1. Iustos oportet esse per quos baptizatur: ergo non potest tradi baptismus ab homine malo.

Secundo. Item membrum mortuum nō potest influere in alia membra, sed malus homo est membrum mortuum: ergo non potest influere in alia mēbra, quod non esset verum si ab eo verus potest tradi baptismus.

Tertio. Item si posset baptismus tradi ab homine malo, tunc tantum reciperet in baptismo baptizatus a malo, sicut a bono, quia vterque reciperet totam virtutem sacramenti, sed inuenitur quandoque baptismus traditus ab homine bono habens efficaciam quam non habet traditus ab homine malo, sicut patuit in sancto Syluestro qui in baptizando Constantinū non tantum eum mundauit interius, sed etiam exterius a corporali lepra: ergo videtur, q nō potest tradi verus baptismus ab hoīe malo.

In oppositum. CONTRA, de conse. distin. 4. Si inter, & recitat Magister in littera huius dist. capit. 1. Nullo modo malus est baptismus qui per malum datur.

Homilia. 1. Item eadem distin. Cum baptizat, & sumptum est ab Augu. super Io. trac. 6. longe ante medium, dicitur, quòd non datur impar baptismus propter impares ministros, quod verū non esset si nō posset tradi ab homine malo.

CONCLVSIO.

Cum ministri malitia haud efficatiam auferat sacramento, non magis à bono, quam à malo proficit datus suscipienti baptismus.

Responsio. RESPONDEO, quòd ab homine malo verus potest tradi baptismus, ita quòd inquantum ad ea quæ sunt essentialia sacramento nō plus proficit datus baptizato a bono ministro quam a malo, quia baptismus non habet suam efficaciam a ministro, sed a Deo: & ideo non oportet, quòd sit formatus simili forma illi quæ confertur baptizato in baptismo. Vnde quamuis minister nō sit bonus, tamen baptizatus bonitatem recipit per baptismum traditū ab eo. Vnde de consecra. di. prędicta. Baptismus infra. Non timeo, & sumptum est ab Augu. super Io. trac. 5. versus finem, & recitat Magister in littera huius dist. capit. 1. Non timeo adulterum ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, hic est qui baptizat. (Homelia.)

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illa auctoritas intelligenda est debito congruitatis, non necessitatis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quātum ad hoc simile est de membro corporis naturali mortuo, & de homine malo: quia sicut illud membrum non potest in alia membra influere in virtute sua, sic nec malus homo. Sed ministrando baptismum nihil influit, nisi ministraliter, quod non est influere in virtute sua: Deus. n. est qui totā virtutē sacramenti influit.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd quantum ad ipsum sacramentum tantum valet baptismus traditus a malo, sicut a bono. Sed quantum ad sacramētalia, sicut sunt oñes, & huiusmodi potest plus valere baptismus traditus a bono homine, quam a malo, quantum ad aliquos accidentalis effectus, quos non recipit essentiali virtus baptismi, sicut est curatio a lepra, & huiusmodi, quos tamen effectus consequitur raro.

QVAESTIO II.

Vtrum baptismus posset tradi ab angelo malo in specie hominis apparente.

Arg. 1. D. Bo. lib. 4. dis. 5. ar. 1. q. 1. D. T. 4 sen. dist. 5. q. 6. Scot. lib. 4. dist. 6. q. 1. Alex. p. 4. q. 8. m. 6. ar. 4

CONCLVSIO.

Vt quid hoc in dubium vertere, cum etiam bonus nequeat de lege communi?

Nedum angelum malum non posse baptizare verū nec bonum de l. communi. RESPONDEO, quòd non: quia nullus baptizare potest, nisi sibi sit a Deo potestas baptizandi concessa: hæc autem potestas non est concessa angelo malo, quia non fuit congruum propter quinque rationes. Ille enim a quo est sacramētorum virtus scilicet Christus, Deus est & homo: & ideo congruum fuit vt potestatem baptizandi non concederet de lege communi nisi hominibus, qui sibi sunt similes in natura humana. In sacramentis etiā est sensibile signum, & spiritualis virtus: & ideo non fuit congruum esse ministrum sacramētorum nisi hominem, quia est compositus ex natura sensibili, & spirituali.

Secunda ratio. Præterea cum baptismus sit sacramentum necessitatis, nec confertur, nisi illis qui possunt pertinere ad ecclesiam militantem, non fuit congruum eius administrationem concedi illis quorum communis conuersatio non est cum hominibus sensibiliter cognita, & qui non pertinent ad ecclesiam militātem. Et istę tres congruitates se extendunt ad declarandum, non tantum quare non fuit congruū hāc potestatem angelo malo concedi, sed etiā, nec angelo bono de lege communi.

Tertia ratio. Præterea ad baptizandum requiritur intentio faciendi quod facit ecclesia. Non est autē probabile, quòd diabolus hoc vellet facere, cum sit aduersarius ecclesiæ, & inimicus nostræ salutis.

Quarta ratio. Præterea congruum non est ministrum sacramenti esse illum, qui nullam conuentionē habet cum Christo, a quo virtutem habent sacramenta: sed angelus malus nullam conuentionem habet cum Christo. Vnde Glo. super 2. ad. Cor. 6. Quæ est conuentio Christi ad belial? Belial interprætatur apostata, cum quo

quo Christus non conuenit, quia ille omnia male: Christus autem omnia bene agit, & ideo non fuit congruum sibi concedi potestatem baptizandi de lege communi, nec de speciali mandato.

QVAESTIO III.

Vtrum malus homo baptizando mortaliter peccet.

Arg. 1. D. Bo. lib. 4 dist. 5. dub. 1. D. Tho. 4. sent d. 5. q. 5 Scot lib. 4. dist. 5. q. 2. Alex p. 4. q. 8. m. 6. ar. 2.

ET VIDETVR quòd non: quia homo quātumcunque malus tenetur, puerum baptizare, in articulo necessitatis? Sed homo faciendo illud ad quod tenetur non peccat mortaliter: ergo malus homo baptizando non peccat mortaliter.

Secundo. Item sacerdos ex officio suo tenetur pueros baptizare: ergo si malus sacerdos baptizādo peccaret mortaliter, cū sibi puer præsentatur ad baptizandum, non posset vitare peccatum mortale, quia aut renueret facere quod ex officio suo facere tenetur, aut faceret quod tenetur non facere.

In oppositum. CONTRA, magis obligantur ad munditiam ministri sacramentorum no. l. quam obligarentur ministri sacramentorum ve. l. Sed illi qui in ve. l. immundi sacramenta tractabant mortaliter peccabant. Vnde Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quę consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immūditia, peribit coram domino: ergo multo fortius mali homines baptizando mortaliter peccant.

An proph a nentur mō- de sacramē ta testis heu testis hac no- stra perdita tēpestas & tales vñ Za- bulon com- putantur. prima q. i. si iustus.

Item contaminare sacramentum est peccatum mortale, sed minister malus baptizando, quantum in se est contaminat sacramentum, idest ostendit vile & contaminatū. Vnde Glo. supra illud. Leui. 22. Non contaminent nomē sanctificatorum mihi, dicit. Non ostendant vile & contaminatum viliter tractando: ergo malus homo baptizando mortaliter peccat.

CONCLVSIO.

Quia baptismus est sacramentum necessitatis, si necessitas vrgeat hic baptizans mortaliter nō peccat.

Responsio. Caue quia quotidie in practica.

RESPONDEO, malus homo, aut baptizat cum solennitate, vt minister ecclesiæ cui hoc competit ex officio: & sic dico, quòd mortaliter peccat baptizando si peccatum suum mortale recolit, & non pęnitet. Vt enim dicitur iū Glo. super illud Leuit. 27. Qui accesserit mundus ad mundam debet accedere, & de consecra. di. 4. Baptismus, infra. Ego. Iustos oportet esse tāti iudicis ministros si ministrare iuste voluerint. Aut baptizat sine solēnitate in articulo necessitatis, sicut aliquando faciunt vetulæ, & sic non peccat mortaliter.

Ad primū. ET SIC procedit primum argumentum ad partem primam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis sacerdos renuendo puerum baptizare mortaliter peccaret, quia per ordinationem Ecclesiæ ad baptizandum tenetur esse paratus, vt probari potest per illud quod habetur de consecratione distinctione quarta. Omnis presbyter: tamen ex hoc non sequitur, quòd non possit vitare peccatum mortale, quia ipse potest de suo peccato pęnitere, & sic potest sine peccato baptizare.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam procedunt de illo qui baptizat cum solennitate, vt minister ecclesiæ.

QVAESTIO IIII.

Vtrum recipientes baptismum scienter ab homine malo peccent mortaliter.

Arg. 1. Scot vbi supra. D. Th. 4. sen. dist. 5. ar. 2. q. 2.

ET VIDETVR q. sic, de consecra. di. 4. Quamuis, & sumptum est ab Aug. ad Orosium. q. 59. Quamuis vnum sit baptismum hæreticorū qui in nomine patris, & Filij, & spiritussancti baptizant, & Ecclesiæ catholicæ, tamen qui foris ecclesiā baptizantur non sumunt baptismum ad salutem, sed ad perniciē: ergo mortaliter peccant.

Secundo. Item qui cooperantur peccanti mortaliter peccant mortaliter. Sed qui scienter suscipiunt baptismum ab homine malo cooperantur peccanti mortaliter, quia ille in baptizando mortaliter peccat, quod non faceret si nullus ab eo baptismum susciperet: ergo scienter suscipiens baptismum ab homine malo, peccat mortaliter.

Tertio. Item scienter recipiens baptismum ab illo qui non vult baptizare, nisi propter precium mortaliter peccat, quia talis committet symoniam: ergo saltem in aliquo casu recipiens baptismum ab hoīe malo, mortaliter peccat.

In oppositum. CONTRA, a bono domino licitum est recipere bonum donum per malum ministrum. Sed vt dicitur de consecra. distin. 4. Romanus, Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizas, sed spiritum Dei subministrare gratiā baptismi, licet paganus sit qui baptizat: ergo gratiam baptismi, licitum est recipere per ministerium hominis mali.

Homelia. Item eadem di. Baptismus, infra, Non exhorreat columba misterium malorum, respiciat domini potestatem, quid tibi facit minister malus vbi bonus est dominus, & sumptum est ad August. super Ioann. tractatu. 5. parum ante medium.

CONCLVSIO.

Sicut malus minister si baptizat necessitate vrgente non peccat, sic nec baptisma ab eodem ab ecclesia præciso recipientes si necessitas cogat.

Responsio. S. Th. d præ senti 4 ar. 2 q. 2. expresse tenet oppositum Scot. vero. q. 2. mediū tenet

RESPONDEO, quòd cum baptismus sit sacramentum necessitatis ad salutem, in necessitatis articulo licitum est ipsum a quocunque homine recipere quantumcunque malo, cuiuscunque sit conditionis aut sexus: excepto autem necessitatis articulo recipiens baptismum scienter ab homine malo præciso ab ecclesiā simpliciter, vel ad tempus peccat mortaliter, quia quantum in se est contemptibilē reddi sententiam ecclesiæ, quod scienter sine

ne mortali peccato non poteſt fieri, ſi autem accipiat ſcienter ab homine malo non præciſo ab eccleſia ſimpliciter, vel ad tempus non peccat, maxime ſi ſuſcipiat a tali qui ſibi ex officio conferre tenetur. Nullus enim peccat in recipiendo quod ſibi ab alio debitum eſt.

Ad primũ. ARGVMENTVM primum ad partem primam procedit de malo homine ab eccleſia præciſo.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, quòd minor eſt falſa, quia iſte petit quod ſibi debitum eſt. Ille autem poteſt hoc reddere non peccando, quia poteſt pęnitere. Vnde petens baptiſmum ipſum non inducit ad peccandum, ſed magis ad pęnitendum.

Ad tertium dicendum, quòd baptizandus aut eſt puer, aut adultus: primo modo ille qui offert puerum ad baptiſmum nullo modo debet dare precium ſacerdoti, vt conferat baptiſmum paruulo, ſed in illo caſu ipſemet debet puerum baptizare ſi præſto non ſit alius ſacerdos qui puerum modo debito baptizare velit. *Vide Scot ad hoc vbi ſupra.* Quia tamen aqua non eſt ſacramentum, licitum eſſet emere aquam ſi ſacerdos aquam ſuã nollet dare gratis: non tamen aquam ſanctificatam, nec oporteret, quia talis aqua non eſt de neceſsitate baptiſmi. Si autem non poteſt haberi aqua ſanctificata, nec haberi poteſt gratis, dicunt quidam probabiliter, quòd in illo caſu poteſt pro illa pecunia dari ab illo qui offert puerum ſine vitio ſymoniæ, quia talis redimit vexationem iuris pueri cuius in hoc caſu iure naturę, & diuino eſt illa aqua quantum ad baptizandi vſum, & hoc concordat pietati, & rationi. Si autem baptizandus eſt adultus, & nõ inueniat qui ipſum velit baptizari ſine precio, ſufficiat ſibi baptiſmum flaminis.

Ad aliã partem. Argumenta ad partem aliam procedunt de ſuſcipiente baptiſmum in articulo neceſsitatis, vel a ſacerdote ſuo malo ab eccleſia nõ pręciſo ſimpliciter, nec ad tempus.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum non habens ordinem poſsit baptizare.

Secundo vtrum non baptizati poſsint baptizare.

Tertio vtrum idem homo poſsit ſeipſum baptizare.

Quarto vtrum bonus angelus poſsit baptizare.

QVAESTIO I.

Vtrum non habens ordinem poſsit baptizare.

Arg. 1. D. Bon li. 4. diſt. 5 ar. 1. q. 1. D. Th. 4. ſēt. diſt. 5 ar. 2. q. 1. Alex p. 4. q. 8. m. 6 ar. 1

ET VIDETVR quòd non: quia de cõſecrat. diſt. 4. Conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe traditum, eiuſque miniſterium.

Secundo. Item quamuis ſacramentum pęnitentiæ ſit ſacramentum neceſsitatis, non tamen poteſt abſoluere niſi ſacerdos: ergo a ſimili, nec baptizare.

Tertio. Item ad ſolos prælatos pertinet in eccleſiam militantem introducere, vel ab ea excludere, ſed per baptiſmum introducitur baptizatus in eccleſiam militantem: ergo ad ſolos prælatos pertinet baptizare.

In oppoſitum. CONTRA, vt habetur Ioan. 3. Diſcipuli Chriſti baptizabant, & tamen nondum acceperant claues eccleſiæ, ordinati enim fuerunt ſacerdotes in cęna, vt inferius oſtendetur.

Item de conſec. diſtin. 4. Mulier. Mulier quãuis docta, & ſancta viros in conuentu docere & alios baptizare non pręſumat, niſi neceſsitate cogente: ergo in caſu neceſsitatis non ordinatus poteſt baptizare.

CONCLVSIO.

In neceſsitatis articulo cuilibet baptizare licet, extra quem caſum, ſolus ſacerdos poteſt, at ſi etiam nec ordinatus baptizet, ſacramentum confert, ſed mortaliter peccat.

Reſponſio. RESPONDEO, ꝙ quia baptiſmus eſt ſacramentum neceſsitatis ad ſalutem, poteſtas conferendi verum baptiſmum cõceſsa eſt cuilibet homini in caſu neceſsitatis, ſicut in tali caſu licitum eſt baptiſmum celebrare in aqua non ſanctificata. Caſu tamen neceſsitatis excepto non debet baptizare niſi ſacerdos, nec niſi in aqua ſanctificata: ſi tamen tunc non ordinatus baptizaret, ſiue in aqua ſanctificata, ſiue non ſanctificata, verum baptiſmum conferret, ſed mortaliter peccaret: ordo enim miniſtri, & ſanctificatio aquæ, alia ab illa qua in actu baptizandi ſanctificatur per inuocationem trinitatis non requiruntur de neceſsitate ad eſſentiam baptiſmi, nec ad hoc, vt ille qui baptizatur recipiat efficaciam ſacramenti. *Caueantmu liercule obſtetrices.*

Ad primũ. AD PRIMVM argumentum dicendum, quòd illa auctoritas intelligitur excepto caſu neceſsitatis, vt patet per litteram ibidem.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, quòd nõ eſt ſimile, quia ſacramentum pęnitentiæ non eſt tantę neceſsitatis ſicut baptiſmus: poteſt enim adultus ſaluari per virtutem pęnitentiæ ſine ſacramento pęnitentię, ſi non poſsit talem inuenire qui ſacramentum pœnitentiæ ſibi miniſtrare poſsit, & velit.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod maior intelligenda eſt de introdutione in eccleſiam ex officio, ad alios tamen poteſt pertinere ex permiſsione in caſu neceſsitatis.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam nihil plus cõcludunt, niſi qnòd non ordinatus poteſt baptizare ſine peccato in articulo neceſsitatis, & hoc eſt verum etiam in aqua ſanctificata ſi alia haberi non poſsit, alias non.

QVAESTIO II.

Vtrum non baptizati posſint baptizare.

Arg. 1. D. Tho vbi ſupra. Scot. lib. 4. diſt. 5 q. 1. Alex vbi ſupra art. 3. §. 4.

ET VIDETVR ꝙ non, quia non ordinati non poſſunt alios ordinare: ergo a ſimili, non baptizati nō poſſunt alios baptizare.

Secundo.

Item minus eſt ſacramentum ſuſcipere quã conferre, quia minus eſt pati, quam agere: ſed non baptizati non poſſunt ſuſcipere alia ſacramenta, vt ſuperius viſum eſt: ergo nullum ſacramentum poſſunt conferre.

Tertio.

Item ſine naturali potentia nullus poteſt in actionem naturalem; ergo a ſimili ſine ſupernaturali potentia, nullus poteſt in actionem ſupernaturalem, ſed vt ſuperius viſum eſt, character baptiſmalis eſt ſupernaturalis potentia, & iuſtificatio per baptiſmum eſt ſupernaturalis actio: ergo nullus ſine charactere baptiſmali poteſt alium iuſtificare per bapiſmi adminiſtrationem.

In oppoſitum.

CONTRA, de conſe. diſt. 4 A quodã: Reputãtur baptizati a iudęo ſi baptizati fuerunt in nomine ſanctę trinitatis.

Item eccleſia reputat baptizatos illos qui baptizati ſunt a paganis, vt habetur ea. di. cap. Romanus.

CONCLVSIO.

Dum formam ſeruet, & quod intendit eccleſia intendat baptizans non baptizatus, & neceſsitas imminet, verè baptiſmus eſt.

Reſponſio.

RESPONDEO, ꝙ ſiue baptizatus homo ſiue nõ baptizatus aliquem baptizet in forma eccleſiæ, & intendens facere quod facit eccleſia, verè baptizat: tamẽ conuenientius eſt, quòd baptizandus baptiſmum recipiat a baptizato, quam a non baptizato, nec aliter poteſt fieri ſcienter ſine peccato baptizãdi ſi adultus eſt, niſi articulus probabilis neceſsitatis per ęſtimationem illius aliter fieri requirat.

Ad primũ.

AD PRIMVM in oppoſitum dicendum, quòd non eſt ſimile, quia ſacramentum ordinis maioris eſt dignitatis, quam baptiſmus, nec eſt tantę neceſsitatis: & ideo poteſtas ordinem conferendi non ſic eſt conceſſa, vel promiſſa quibuſcunque hominibus, ſicut poteſtas conferendi baptiſmum.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut nõ baptizati non poſſunt ſuſcipere alia ſacramenta, ita non poſſunt alia ſacramenta a baptiſmo conferre.

Ad tertiũ

Ad tertium dicendum, quòd character baptiſmalis eſt ſupernaturalis potentia ad alia ſacramenta ſuſcipienda. Et quo ad hoc eſt ſupernaturalis potentia paſsiua. Et ego bene cõcedo, quod ſine illo nullum aliud ſacramentum ſuſcipi poteſt, tamen non eſt ſupernaturalis potentia ad ſacramentum baptiſmi conferendum, & ideo ſine illa aliquis ſacramentum baptiſmi conferre poteſt.

QVAESTIO III.

Vtrum idem homo poſsit ſeipſum baptizare.

Arg. 1. D Bon lib. 4. diſt. 5. ar. 1 q. 2. col. laterali. D Tho. vbi ſupra. Scot. lib. 4. diſt. 6 q. 4. Alexã. vbi ſupr. art. 8.

CONCLVSIO.

Quia alius debet eſſe baptizans, & alius baptizatus, nemo vtique poteſt baptizare ſeipſum.

RESPONDEO, ꝙ non. Vnde ſicut dicitur ex. de baptiſmo, & eius effec. Debitum, inter baptizantem, & baptizatum debet eſſe diſcretio, ſicut ex verbis domini colligitur dicentis Apoſtolis. Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & ſpirituſſancti. (Mat. vltimo.) Vnde ibidem dicit, quòd Iudęus qui ſeipſum baptizauerat eſt ab alio baptizandus, vt oſtendatur, quòd alius eſt qui baptizatur, & alius eſt qui baptizat, ad quod deſignandum ipſe Chriſtus non a ſeipſo, sed a Ioanne voluit baptizari, & (Mat. 3. Mar. primo. Luce. 3. Ioan primo) infra: Sicut in carnali generatione qua proles ex viro, & fęmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, & alius qui carnaliter gignitur, ſic in ſacramentali generatione qua ſoboles ex aqua, & ſpirituſſancto renaſcitur, alius eſſe qui generat, & alius qui ſpiritualiter generetur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum bonus angelus poſsit baptizare.

Arg 1. D Bon. vbi ſup. D. Tho. vbi ſupra Scot. vbi ſup.

CONCLVSIO.

Nequaquam poteſt de lege communi.

RESPONDEO, quòd de l. communi non conuenit angelo baptizãdi poteſtas, ſicut oſtẽſum eſt ſecunda quæſtione articuli præcedentis, quia tamen bonus angelus nunquam baptizaret niſi ex ſpeciali mãdato domini: ideo ſi certum eſſet quòd bonus angelus aliquẽ baptizaſſet ille non eſſet baptizandus. Vnde Baſilica quã dedicauit ſanctus Michael in monte Gargano, nõ fuit poſtea ab homine dedicata.

Litteræ enodatio.


CIRCA litteram. Si quos baptizauit ebrioſus. Non eſt hoc intelligendũ de ebrioſo actu exiſtente in ebrietate, ligante ſimpliciter rationis vſum, quia talis non poſſet habere intentionem baptizandi, ſed de aſſueto ad ebrietatẽ, non tamẽ quãdo baptizat exiſtẽte ebrio, vel non habente ebrietatem, quæ totaliter impediat ratiõis vſum. Si in hęreſi quacũque, &c. hoc expoſitũ eſt in quæſtionibus. Nõ hominẽ indicat q. baptizat, ſubminiſtrare, ſcilicet gratiã Chriſti interius. Vnde ſequitur. Sed ſpiritum Dei, &c. Munus enim æquale in bonis: ſiue a bonis ſiue a malis baptizarẽtur, hoc ĩ quæſtionibus eſt expoſitum, quod per illum fluit purum eſt, id eſt, quod fluit per miniſterium illius. Ne ſeruus in ſeruo ſpem poneret, ſ. tanq̃ in remuneratore: poteſt. n. homo ſpẽ ponere in homine tãquam in adiutore. Tot eſſent baptiſmi quot ſerui, ſcilicet denominatione, & eſſet ſchiſma in eccleſia. Ita in miſterio haberet intus mũdare, hoc effectiuè intelligendo falſum eſt. Poſſet Deus ꝑ aliquẽ cauſare, hoc ſimpliciter falſum eſt, vt oſtẽſum eſt in q. & opinio Magiſtri in iſto paſſu communiter non tenetur.

Defectus magiſtri.

Quibus

Quibus liceat baptizare.

DISTINCTIO VI.



NVNC quibus liceat baptizare addamus. De hoc Isidorus ait, Constat baptismum solis sacerdotibus esse traditum: eiusque ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum absque Episcopo vel presbytero, nisi his procul absentibus, vltima lãguoris cogat necessitas: quod etiam laicis fidelibus permittitur. Item ex concilio Carthaginensi quarto: Mulier, quamuis sancta, baptizare non præsumat, nisi necessitate cogente. De illis verò qui ab hæreticis baptizantur, vtrum rebaptizandi sint, quæri solet. Ad quod breuiter dicimus, quia quicunque sit qui baptizet, si seruatur forma à Christo tradita, verum baptismum dat: & ideo qui illum sumit, non debet rebaptizari. Vnde Beda, Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio & Trinitatis inuocatio videatur annullari. Item August. Quãuis vnum sit baptisma & hæreticorum, scilicet eorũ qui in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizant, & ecclesiæ catholicæ, tamen qui foris ecclesiã baptizantur, non sumunt ad salutem baptismum, sed ad perniciem, habentes formam sacramẽti, virtutem autem eius abnegantes: & ideo ecclesia eos non rebaptizat, quia in nomine trinitatis baptizati sunt: & ipsa est forma sacramenti. Item, Rebaptizare hæreticum, qui hæc sanctificationis signa perceperit, omnino peccatum est: catholicum verò immanissimũ scelus est. Ex his apertè colligitur, quod qui etiam ab hæreticus baptizati sunt, seruato charactere Christi, rebaptizandi non sunt, sed tantum impositione manus reconciliandi, vt spiritum sanctum accipiant, & in signum detestationis hæreticorum. Sunt tamen nonnulli doctorum, vt Cyprianus, & alij quidam, qui dicere videntur, ab hæreticis nõ posset tradi baptismum, & eos esse rebaptizandos cùm veniunt ad ecclesiã, qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis verũ est, qui extra formam ecclesię baptizare præsumunt. Cyprianus tamen ibi à veritate deuiasse videtur: qui ait de hæretico, Quomodo sanctificare aquam potest, cùm ipse immundus est, & apud quem spiritus sanctus non est, cùm Dominus dicat in lege, Quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt? Quis potest dare quod ipse non habet? Hoc ergo ex ignorantia eum dixisse Augustinus innuit, dicens, Martyrem Cyprianum gloriosum, qui apud hæreticos vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita vsque ad triumphum martyrij secuta sunt, vt & charitatis, qua excellebat, luce obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatem, & hæreticorum iniquitatem agnoscimus, ideo Cypriano meliores sumus: sicut nec Petro, quia gentes Iudaizare non cogimus.

Li.2.de officijs ecclef. c.24. — *Cap.100. De cõse. di. 4. c. Mulier* — *In 3.c.Lũc. Et de cõse. dist. 4. cap. Siue.* — *Ad quæst. Orosij, quæst. 59. tom.4. Et de cõse. dist 4. cap. Quamuis.* — *Epist.12.li. 1. tractãs il lud Ezechie lis 34.* — *Aspergã vos aquã mũda Nume. 19. d. & Leui. 5.7.& 11.* — *De vnico baptis. c.13 tom.7.* — *Gal.2.c.*

Quod nullus in vtero materno baptizatur.

HOC etiam sciendum est, quòd licet ter immergatur propter mysterium Trinitatis, tamen vnum baptisma reputatur. Illud etiam ignorandum non est, quòd in materno vtero nullus baptizari potest, etiam si mater baptizetur. Vnde Isidorus, Qui in maternis vteris sunt, baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum nõ potest renasci, neque regeneratio in eum dici potest, quem generatio non præcessit. Item Augustin. Non potest quisquam renasci antequam natus sit. Si verò opponitur de Hieremia et de Ioanne Baptista, qui ab vtero sanctificati leguntur, quod etiam de Iacob qui damputant: dicimus, si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio, hoc in miraculis diuinæ potentiæ esse habendum, vt Augustinus ait, ambiguè super hoc loquens: Si vsque adeò, inquit, in illo puero acceleratus est vsus rationis & voluntatis, vt intra materna viscera iam posset agnoscere & credere: quod in alijs paruulis expectat ætas vt possint, in miraculis habendum est diuinæ potentiæ, nõ ad humanæ trahendum exemplum naturæ. Nam quando voluit Deus, etiam iumentum locutum est. Item, De Hieremia legitur, Priusquam exires de ventre, sanctificaui te. Illa tamen sanctificatio qua efficimus templum Dei, nõ nisi renatorum est. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. Vnde illa sanctificatio potest secundum prædestinationem accipi. Ecce videtur dubitanter loqui: qui etiam in eodem dicit, Nõ dictum est quia credidit infans in vtero, sed exultauit: nec Elisabet dicit, Exultauit in fide, sed exultauit in vtero meo. Et potuit esse ista sanctificatio, tantæ rei à maiori cognoscendæ indicium, non à paruulo cognitæ. Absque assertione de hac sanctificatione loquitur, non definiens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio, an sit signum futuræ rei, an veritas iustificationis per spiritum factæ. Sed melius est vt dicamus illos præter communem legem in vteris iustificatos, & gratia præuentos, dimissis omnibus peccatis: quod etiam multis sanctorum testimonijs edocetur.

Hier. in 4. c. ad Ephes. Et de cõs. d. 4. c. eodem modo. — *Li.1.de.sũ. bono, c.24. Et de cõ. d. 4. c. Qui in maternis.* — *Ad Darda. epis.57. paulo post medium.* — *Nume.12.c Ibidem, post medium.* — *Hier 1. b Ibid. nõ ita procul a fine.* — *Ibidem circa medium* — *Lucæ. 1.e* — *Amb. et Bedæ super. 1 ca. Lucæ.*

Si baptismus sit verbis corruptè prolatis.

QVAERI etiam solet, si corruptè proferantur verba illa, an baptismus sit. De hoc Zacharias Bonifacio scribit, Retulerunt mihi nuncij tui, quòd fuerit sacerdos in eadem prouincia, qui latinam linguam penitus ignorabat: & dum baptizaret, nescius latini eloquij, infrigens linguam diceret, Baptizo te in nomine patria & filia & spiritus sancta: & proper hoc considerasti rebaptizare. Sed si ille qui baptizauit, non errorem inducens vel hæresim, sed pro sola ignorantia Romanę locutionis, infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire vt denuò baptizetur.

In epis. que incipit. Reuerẽdissimo & sanctissimo. — *De cõse di. 4. c. Retulerunt.*

Leo Papa.

PRAETEREA sciendum est, quod illi de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domesticos, vel vicinos, à quibus baptizati fuisse doceantur,

Ad Rustic. epist quæ est numero 9. cap.15.

Et de conse. dist. 4. cap. Si nulla.

ceant, agendum est vt renascantur, ne pereant: in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit vt videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur, quia non temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.

De illo qui pro ludo immergitur, an sit baptizatus.

Li. 7 contra Dona. c. 53. Et de cõs. d. 4. Solet etiã quæri.

SOLET *etiam quæri de illo qui iocans, sicut mimus, commemoratione tamẽ Trinitatis immergitur, vtrum baptizatus sit. Hoc autem Augu. non definit, ita inquiens, Si totum ludicrè, & mimicè, & ioculariter ageretur, vtrùm approbandus esset baptismus qui sic daretur diuinum iudicium per alicuius reuelationis † miraculum oratione implorandum esse cẽserem. Videtur tamen sapientibus non fuisse baptisma: vt cùm aliqui in balneum vel in flumen merguntur in nomine Trinitatis, non est tamen baptismus, quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc & in alijs sacramentis sicũt forma est seruanda, ita & intentio illud celebrandi est habenda. Illud etiam non te moueat, quod quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, vt per spiritum ad vitã regenerentur æternam, sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatem, non enim propter ea illi non regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.*

† oraculum, habet Aug.

Aug. ad Boni. epist. 23. in medio.

Quod duo tempore erant in quibus baptizabantur homines.

Leo Papa in epist. ad vniuersos per Siciliã cõstitutos, quæ est 4. in ordine.

AGNOSCENDVM *est etiam, in bapizandis electis duo tempora esse seruanda, scilicet pascha & pentecostem, vt in sabbato paschæ vel pentecostes baptismi sacramentum celebretur. Qui verò necessitate mortis vel periculi vrgentur, omni tempore debent baptizari.*

De responsione patrinorum.

Et habet̃ de cõse. dis. 4. c. Duo tẽpora & c. Si qui necessitate.

PORRO *cuncti ad baptismum venientes, fidẽ suam profiteri debent, & exponere ad quid petendũ venerint ad ecclesiam. Vnde etiam à baptizãdo quæritur, Quid venisti ad ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet, Fidem, id est sacramentum fidei, & doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus, respondet se credere in patrem & filium & spiritum sanctum. Si autem paruulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respõdet. Vnde Isidorus, Paruuli alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui vel credere nesciunt, sicut etiam pro ęgris, mutis, vel surdis, alius profitetur dum baptizantur: sic & de pœnitentibus agendum est. Si verò pro eo qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet, sicut dictum est, Aetatem habet, pro se loquatur. Si vero quæritur ex quo sensu pro paruulo dicatur, Credo, vel fidem peto: dicimus de sacramento fidei id esse intelligendum, quod respondetur petere cum defertur ad ecclesiã, & habere cùm baptizatur, vt sit sensus cùm dicitur, Fidem peto, id est, sacramentum fidei præsto sum recipere: Credo, id est, sacramentum fidei suscipio, quod est, hic paruulus præsto est sacramentum fidei accipere. Vnde Augustin. Nihil est aliud credere, quam fidem habere: & ideo cum respondetur credere paruulus, qui fidei nondum affectum habet, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum. Sed adhuc quæritur, ex quo sensu pro paruulo respondeatur, Credo in Deum patrem, & in Iesum Christum, & in spiritum sanctum. Nunquid de sacramento fidei, an de fide mentis ibi agitur? Si de sacramento, cur nominatim distinguuntur personæ? Si verò de fidei affectu, quomodo verum est, cum eo paruulus careat? An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit, sicut & omnibus põpis diaboli spondetur abrenũciare, quod si non seruauerit factus adultus, tenebitur ipse, vel sponsor? Sanè dici potest, ibi sponderi pro paruulo, quòd ad maiorem ætatem si venerit, & pompis diaboli renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione paruulus pro quo fit, tenebitur, non sponsor, si tamen vt cautio impleatur, quantum in se est operam dederit, quia exigitur à patrino diligens circa eum pro quo spopondit, solicitudo. De hoc Augusti. Certissimam emisistis cautionem, qua renunciare pompis diaboli spopondistis.*

Li. 2. de officies, ca 24 De conf di. 4. c. Paruuli Aug lib 4. cont. Dona. ca 24. Et de conf. dist. 4. cap. Cùm p paruulis.

Epis. ad Bonif 23. in fine. Et de cõs dist 4. Nihil est aliud.

Li 2. d sym. ad catechu. cap. 1. & 2. & lib. 4. ca. 1. Et de cõs. dist. 4. Prima igitur.


De Catechismo & Exorcismo.

ILLA *autem interrogatio & responsio fidei fit in catechismo, cui additur exorcismus. Ante baptismum enim fit catechismus, & exorcismus: post catechismũ sequitur exorcismus: vt ab eo qui iam fide instructus est, aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de Græco dicitur in latinũ adiuratio: Cathechismus, instructio. Catechizare est instruere, vt de symbolo ac rudimentis fidei: Exorcizare est adiurare: vt, Exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est signum vel collatio. Signum, quia eo fideles ab infidelibus discernuntur: collatio, quia ibi totius fidei sufficientia & integritas est collata. Catechismus & exorcismus neophytorum sunt: magisque sacramentalia quam sacramenta dici debent. Neophytus nouitius interpratatur, vel rudis: & dicitur neophytus, nuper ad fidem conuersus, vel in disciplina religiosæ conuersationis rudis. Hæc ergo præcedunt bapismum, non quòd sine istis non possit esse baptismus verus, sed vt baptizandus de fide instruatur, & sciat cui debitor fiat deinceps, & vt diaboli potestas ĩ eo minuatur. Vnde Rabanus, Ante baptismum, catechizandi debet in homine præuenire officium, vt fidei catechumenus accipiat rudimentum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Augustin. Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam contendat eos subuertere, ne baptismum consequantur. Non ergo in infantibus creatura Dei exufflatur vel exorcizatur, sed diabolus, vt recedat ab homine.*

De institutione cleri. cor. c. 25. Et ha. de cõs d. 4. Ante baptismum.

Li. 1. d sym. ad cat. ca. 1. Et ha. de cõsec. dist. 4 Sicut nostri.

DISTINCTIO VI.



SVPERIVS determinauit Magister de baptismo quantum ad ipsum sacramentum secundum se: & quantũ ad suscipientes, & quantum ad ministros, & hic determinat de ipso quantum ad baptizandi vsum secundum ritum solennem ecclesiæ.

Continuatio.

Et

Et diuiditur in partes quatuor.

Diuisio. Primo determinat de eis, quæ requiruntur ex parte ministri.

Secundo de eis, quæ requirũtur ex parte suscipientis. ibi. (Hoc etiam sciendum est.)

Tertio de illis, quæ requiruntur ex parte sacramenti. ibi. (Quæri etiam.)

Quarto de eis, quæ requiruntur ex parte sacramentalium. ibi. (Porro cunctis.)

Et ista vltima in duas.

Primo determinat de interrogatione, & responsione patrinorum.

Secundo de catechismo, & exorcismo baptizandorum. ibi. (Illa autem interrogatio.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de sex.

Primo de his, quæ requiruntur ex parte baptizantis.

Secundo de his, quæ requiruntur ex parte baptizandi.

Tertio de coactione non baptizatorum ad baptismum.

Quarto de ritu baptismi.

Quinto de ritu cathechismi.

Sexto de ritu exorcismi.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo, vtrum in baptizante requiratur fides ad hoc, vt possit verum baptismum conferre.

Secundo, vtrum intentio.

Tertio, vtrum intentio pure in habitu sufficiat.

QVAESTIO I.

Vtrum in baptizante requiratur fides ad hoc, vt verum possit conferre baptismum.

Arg. I. D. Bo. lib. 4. dis. 5. ar. 1. D. T. 4. sen. d. 6. a. 1. q. 3. Scot. lib. 4. dist. 5. q. 1. Alex. p. 4. q. 8. m. 6. ar. 3.

ET VIDETVR ꝙ sic, quia dicit Aug. super Ioã. homel. 80. & habetur 1. q. 1. Detrahe. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum: & paucis interpositis sequitur: non quia dicitur, sed quia creditur: ergo requiritur fides in baptizante.

Secundo. Item magis dependet esse rei, & eius virtus a causa efficiente, quam a subiecto: sed ad hoc vt recipiatur virtus baptismi, requiritur fides in baptizãdo: ergo multo fortius in baptizãte.

Tertio. Item in baptizando principalior est baptizans, quam paruulum offerens: sed in offerẽte requiritur fides, quia pro paruulo respondet, Credo: ergo multo fortius in baptizante.

In opposi-tum. CONTRA, de consecr. dist. 4. A quodam: dicit Nicolaus Papa de baptizatis a quodam Iudæo, quòd si in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, rebaptizari non debent.

CONCLVSIO.

Quia non ex baptizantis, sed ex Christi merito baptismus efficaciam habet, ideo seruatis ijs, quę ad baptismum requiruntur; etiam ab infideli verum sacramentum confertur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ fides nõ requiritur in baptizante ad hoc, vt verum conferat baptismũ: nec ad hoc, vt ille qui baptizatur recipiat baptismi effectum, etiam illũ qui est res, & non sacramentum, hoc est iustificationem: quia sicut dicitur dist. prædicta. Baptismus, & sumptũ est ab Augustino, tract. 5. super Ioã. ferè æque distanter inter principium, & medium. Baptismus talis est, qualis est ille in cuius potestate datur, nõ qualis est ille per cuius ministerium datur. Et quia baptismus a quocunque ministretur, in potestate Christi datur: ideo baptismus ab ĩfideli administratus, verus baptismus est, seruatis alijs, quæ ad baptismum requiruntur: & nisi sit impedimentum in illo qui baptizatur, plenè habet in eo suum effectum. Fidem in baptizante necessario non requiri. Vel ho.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ hoc verbum, creditur, ibi nõ refertur ad baptizante, sed ad Ecclesiam militantem: aliàs dixisset, non quia dixit, sed quia credidit. Ad primũ.

Ad secundum dicendum, ꝙ maior non est vera de efficiente ministerialiter, sed de efficiente principaliter: ille autem qui sacramentum administrat non est principalis causa effectus baptismi, sed ministerialis. Si tamen infideles recipientes baptismum intendit recipere, quod Ecclesia intendit ministrare: credens tamẽ in particulari, quòd nihil fit, recipit characterem baptismalem, sed non gratiam gratum facientem. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ non requiritur fides personalis in offerẽtibus paruulum ad baptismum, sed sufficit fides Ecclesiæ. Vnde offerens paruulum ad baptismum, non respondet pro persona sua quando dicit, Credo: sed in persona pueri vt sit sensus, credo, idest sacramentum baptismi præsto sum recipere. Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Vtrum in baptizante requiratur intentio.

Arg. I. D. Bon. lib. 4. dist. 6 ar. 2. q. 1. D. Thom. 4. sent. dist. 6. ar. 1. q. 2. Scot. lib. 4. dist 6. q. 5. Alex. p. 4 q. 8. m. 3. ar. 1.

ET VIDETVR ꝙ non: quia ebriosus potest baptizare. Vnde de consecrat. dist. 4. Baptismus. Non timeo ebriosum, sed ebriosus non potest habere intentionem faciẽdi, quod facit Ecclesia: quia tunc non habet vsum lib. arb. non ergo requiritur intentio in baptizante.

Secundo. Item non minus necessaria est fides, quã intentio: quia qui nihil credit facere, nihil intendit facere, sed vt habitum est in quæst. præcedenti, in baptizante non requiritur fides de necessitate: ergo nec intentio.

Tertio. Item in agente instrumentaliter ad sui directionem, non requiritur alia intẽtio, quam intentio principalis agentis: sed ille qui administrat baptismum est instrumentale agens, & Christus principale: ergo non requiritur alia intentio, quam intentio Christi.

In oppositũ. CONTRA, Magister in littera huius dist. cap. 4. in hoc, & in alijs sacramentis, sicut forma est seruanda, ita intentio celebrandi illud est habenda.

Item secundum Philosoph. 2. phys. Effectus qui T. com. 49. & inde.

qui eueniunt præter intentionem sunt a casu, sed effectus baptismi non sunt a casu, quia eueniunt, vt in pluribus: ea enim quæ eueniunt a casu, eueniunt raro, secũdum Philos. vbi prius: ergo ad effectum baptismi requiritur intentio baptizantis.

CONCLVSIO.

Quò realiter seiuncta intentione vniantur ad ipsius baptizandi purgationem necessaria est intentio baptizantis.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ad hoc, vt verus conferatur baptismus, necessaria est baptizantis intentio: quando enim aliqua plura concurrunt ad vnum effectum: oportet ꝙ aliquo modo vniantur. Ad sanctificationem autem illius qui baptizatur requiritur ablutio exterior: & verba quæ realiter vnita non sunt, requiritur etiã baptizans: & ideo necessaria est intentio baptizantis per quam ablutio, & verba intentionaliter coniungãtur inter se, & cum illo qui baptizat, & omnia ista cum fine qui est purgatio illius qui baptizatur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est idem dicere ebriosum, & actu ebriũ. Ebriosus enim est assuetus ad ebrietatem, etiã si actu non sit ebrius: & ideo quamuis ebrius ebrietate totaliter vsum rationis tollente non possit habere intentionem faciendi, quod facit Ecclesia: tamen ebriosus pro illo tempore quo non est actu ebrius, vel si est ebrius, & non est ebrietas tollens rationis vsum, totaliter potest habere intentionem hanc.

Ad secundum. Ad secundum cum dicitur, ꝙ qui nihil credit facere, nihil intendit facere, &c. dico, ꝙ aliquid potest credi, & intendi in vniuersali, quãuis non intendatur, nec credatur in particulari, sicut secundum Philosophum 2. priorũ. *Cap. 20.* Aliquis potest credere, ꝙ omnis mula sit sterilis: & tamen potest existimare, ꝙ hæc mula habeat in vtero: a simili dico aliquo modo, ꝙ quamuis infidelis in baptizãdo, nihil credat baptismum vniuersale, nec intendat vt valeat in particulari: immo contrarium, tamẽ in hoc quòd credit facere, & intendit quod facit Ecclesia, credit, & intendit aliquid facere in vniuersali, & hæc intentio sufficit. *Idem Scot. & ferè omnes alij.* Vnde bene dicunt dicentes, ꝙ quantum ad intentionem baptizantis sufficit, ꝙ intendat facere circa illum qui baptizatur illud quod facit Ecclesia.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior non est vera, nisi de instrumento, quod non potest habere propriam intentionem: de instrumento autem quod habere potest eam, quemadmodum seruus est, qui secundum sententiam Philosophi in lib. politicorum, est organum, vel instrumentum animatum, non est verum: tale autem instrumentum administrat baptismum.

QVAESTIO III.

Vtrum sufficiat in baptizante intentio purè in habitu.



ET VIDETVR ꝙ sic: magis sufficit intentio bona in habitu, quam intentio mala in actu: sed aliqua mala intentio in actu sufficit, quia vt dicitur de consecrat. dist. 4. Non illud, & sumptum est ab August. in epistola ad Bonifacium episcopum, circa medium, & recitat Magister in littera huius dist. cap. penult. Nec te illud moueat, ꝙ quidam non ea fide ad baptismum percipiẽdum paruulos ferant, vt gratia spirituali ad vitam regenerentur ęternam: sed quia eos putãt hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem: non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intẽtione offeruntur: ergo multò fortiùs bona intentio baptizantis purè in habitu sufficit ad baptismũ. *Arg. 1. D. Tho. vbi supra. Scot. ibidẽ. quæst. 6.*

Item virtus motiua non exequitur motũ in homine, nisi ad imperium voluntatis: sed homo itinerans non semper est in actu volẽdi itinerare, quia velle sequitur intelligere: & planũ est, ꝙ non semper actu cogitat de via sua: ergo intentio in habitu sufficit ad productionem effectus. *Secundò, 8. physic. T. com. 29. 3. de aĩa. T. com. 50. & deinceps*

In oppositum. CONTRA, Auctor. 6. principiorum, dicit. Passio est effectus illatioque actionis: ergo ad effectum ad quẽ causandum requiritur intentio, necessaria est intentio, quæ est actio: sed intentio pure in habitu non est actio: ergo non sufficit ad hoc, vt causetur effectus purgationis in illo qui baptizat.

Item sic se habitus ad habituatũ, sicut qualitas ad qualificatum: sed qualificatus per suam qualitatem nunquam producit effectum, nisi mediãte actione suæ qualitatis: ergo similiter, nec habens intentionem baptizandi in habitu potest producere aliquem effectum, nisi mediante actu habitualis intentionis.

CONCLVSIO.

Etsi actualis necessaria non sit intentio, habituali non sufficiente, virtualis tamen coexigitur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ loquendo de intentione pure in habitu, & ĩ particulari, & in vniuersali: & in principio, & in medio, & in fine non sufficit intentio purè in habitu, quia ex tali intentione nõ procederet aliquis actus, & ex cõsequenti, nec effectus: sed loquendo de intentione purè in habitu respectu effectus in particulari, existente tamẽ in actu respectu effectus in vniuersali, dico, ꝙ sufficit ad conferendum verum baptismum, & efficaciã eius illi qui baptizatur: etiam si non fuerit in actu, nisi in principio: quia in virtute actualis intentionis, quæ fuit in principio cum alijs, quæ ad hoc requiruntur, valet illud quod postea sequitur: aliter incertissimum esset qui verè essent baptizati, & magnum immineret periculum baptizantibus in baptizando: tamen si baptizans non est diligens in applicando intentionem suam secun-

cundum quòd decet ad ipsum actum a pecca to non excusatur.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ baptizans intendendo facere quod facit Ecclesia non habet intentionem malã, sed in hoc ꝙ non intẽdit purgationem a peccato, sed tantum sanitatem corporalem, vel aliquid aliud temporale habet intentionem malam: sed intentio sua quo ad hoc, nec ad baptismum proficit, nec officit. Si autem tantummodo nocet adulto, aut non intendenti per baptismũ consequi, nisi temporalem rem: & si conferatur sacramentum, quantum ad impressionem characteris, supposito, quòd intendat Ecclesiæ recipere sacramentum, non tamen ei confertur remissio peccatorum durante tali intentione.

Ad secundum. De ista virtute motiua clarius vide Scot. dis. pñsenti. q. 6. Ad secundum dicendum, ꝙ voluntas per actum suum facit aliquam impressionem in virtute motiua, quæ durat ad tempus, etiam actu voluntatis non manente, qua expirante virtus motiua non exequeretur motum amplius, nisi renouaretur imperium voluntatis. Frequẽter tamen manet homo in actuali voluntate itinerandi, quod ipse non aduertit. Vnde quãdo ex forti intentione, ita se cõuertit ad aliud, quòd non actu cogitat de suo itinere, nec in vniuersali, nec in particulari, cessante impressione, quæ facta fuerat in virtute motiua per præcedentem voluntatis actum, statim cessat motus.

Ad aliam partem. Argvmenta ad partem aliam nõ plus concludunt, nisi quòd requiritur intentio in actu in vniuersali, vel in particulari, saltem in principio actus, & hoc est verum.

ARTICVLVS II.

Consequenter quęritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum paruuli in vtero materno possint baptizari.

Secundo vtrum in adultis requiratur vsus rationis.

Tertio, vtrum in adultis habẽtibus vsum rationis quando baptizãtur requiratur intentio ad hoc, vt recipiant sacramẽtum baptismi.

QVAESTIO I.

Vtrum paruuli in vtero materno possint baptizari.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4 dist. 6. p. 2 ar. 1. q. 1. D. Thom. 4. sent. dist. 6. ar. 1. q. 1. et p. 3. q. 68 art. 11. Scot. lib. 4. dist. 4. q. 3. Alex. p. 4 q. 8. m 7. ar. 1.



Et videtvr ꝙ sic: quia secũdum Apostolum ad Rom. 5. potentius est donum Dei, quam Adæ delictum: sed per delictum Adæ puer in vtero peccato inficitur: ergo multo fortius in vtero per donum Dei, quod datur in baptismo a peccato mundatur.

Secundo. Item quamdiu puer est in vtero, est aliquid pertinens ad matrem, sicut fructus ad arborẽ, quamdiu est in arbore: ergo videtur, ꝙ cũ baptizatur mater prægnãs simul puer baptizatur.

Tertio. Item instituta de ingenuis, cum ancilla prægnãs manumittitur, puer etiam cum matre manumittitur: ergo a simili, cum mulier prægnãs per baptismum a seruitute peccati liberatur, fętus illius liberationis particeps efficitur.

In oppositum. Contra, Apost. 1. Corint. 15. Non prius quod spirituale est, quam quod animale: sed quousque puer nascatur de vtero non habet distincte esse suum animale: ergo nec ante potest per baptismum recipere esse spirituale.

Item Isid. lib. 1. de summo bono, cap. 24. Pueri cũ matre baptizari non possunt, quia qui adhuc natus secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest.

CONCLVSIO.

Cum paruuli nondum nati noti nondum sint Ecclesiæ militanti, membrorum cuius est baptisma conferre, in vteris matrum baptismo aquæ baptizari nequaquam possunt, baptismo sanguinis sic.

Responsio. De B. Virgine tenet firmiter Ecclesia, de reliquis Ier. 1. Lucæ 1. Esaias item, Esa. 49. Dominus ab vtero, &c. Petr. de Tarand. dis. præsenti. q. 1. Hic latius Scot. dist. 4. q. 3. q̃ quasi ad verbum est ista. Respondeo, ꝙ quamuis paruuli in materno vtero diuina virtute possint sanctificari secundum quem modum fuit sanctificata beata Virgo, Ieremias, & Io. Baptista: possunt etiã baptizari baptismo sanguinis, cum pro fide interficiuntur in maternis vteris, etiam si nõ feratur intentio interficiẽtis, nisi ad interfectionem matris: tamen baptismo aquæ nõ possunt in maternis vteris baptizari, quia nondum noti sunt militanti Ecclesię, cuius membra bona, vel mala sacramentum administrant, nec possunt circa eos ministerium exercere: oportet enim ꝙ caro illius qui baptizatur secũdum totum, vel partem immediate abluatur. Vnde si puer totaliter inuolutus in vno corio in aqua immergeretur, secundum formam verborum debitam, non propter hoc baptizaretur: dicere autem ꝙ ideo baptizari non possunt: quia adhuc non habent esse distinctum a causa suę infectionis, vt aliqui dicunt, superius reprobatum est dist. 4. in illa quæstione, Vtrum baptismus sanguinis suppleat vicem baptismi aquæ in paruulis, in solutione argumenti primi. Et adhuc reprobari potest per duas alias rationes. Vna est, quia ex illo dicto sequitur, ꝙ per nullam viam posset aliquis in vtero regenerari. Alia est, quia paruulus existens in vtero matris, iam habet distinctum esse a matre secundum animam in qua est peccatum originale.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ potentius est donum Christi, quãtum ad sufficientiam, quam delictum Adæ: non tamen quantum ad efficaciam: non enim gratia transit in omnes, sicut culpa: sed hoc est propter indispositionem suscipientium: paruulis autem in maternis vteris, vt iam ostensum est, nõ sunt dispositi ad suscipiendum donum gratiæ, per baptismi aquæ ministerium.

Ad secundum. Similitudinem arboris soluitur Sc. vbi supra. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis puer secundum corpus existẽs in materno vtero sit matri coniunctus: tamẽ omnino distinctus est ab ea secundum animam rationalem, quę subiectum est peccati, & sanctificationis: & ideo mutationes factæ circa matrem, quantum ad corpus redundare possunt ad corpus pueri: vnde & sibi in materno vtero per nutritionẽ matris

tris

tris ministrantur necessaria corporali vitæ: Quia etiam manumisso respicit corpus, ideo manumittitur cum matre, quamuis si libera cō ceperit: & deinde ancilla facta pariat puer nascitur liber, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero est: sed quia sanctificatio respicit animam: ideo non oportet, quòd sanctificetur cum matre.

Ad tertiū. Vide Scot. vbi supra. Et sic patet solutio ad tertium.

Argumenta ad partem aliam non procedūt de spiritualitate, & regeneratione, quæ fit duobus modis primis: sed Apostolus loquitur de spiritualitate, quæ erit per gloriosam resurrectionem. Et Isidor. de regeneratione per baptismum aquæ.

QVAESTIO II.

Vtrum in adultis requiratur vsus rationis ad suscipiendum baptismum,

Arg. 1. Scot. lib 4 dist. 4. q 4 D. T 4 sen. d 4. a. 3 q. 1 Alex. p. 4. q. 8. m. 7. ar. 2



ET VIDETVR quòd sic: quia matrimonium fit sine consensu, qui esse nō potest sine rationis vsu: sed per susceptionem baptismi anima despōsatur Deo: ergo ad hoc requiritur rationis vsus.

Secundo. Item magis potest impediri virtus baptismi ex parte suscipientis, quam ministri: quia malitia ministri non impedit effectū baptismi, vt ostensum est: sed requiritur rationis vsus in baptizante: ergo multo fortius in suscipiente.

In oppositum. CONTRA, extra de baptismo, & eius effectu: maiores adulti dormientes, & amētes possunt baptizari.

CONCLVSIO.

Adultus qui nunquam vsus est ratione, nec vsurus speratur, est baptizandus, si verò habeat lucida interualla, nisi graue immineret periculum, tunc est dilatio facienda.

Responsio RESPONDEO, ꝙ sicut ad susceptionem formæ elementaris in materia non est necessaria cooperatio ex parte materiæ, sed quantum est ex parte sua sufficit, ꝙ non sit in ea aliquid prohibēs illius formæ susceptionem, sic ad suscipiendum sacramentum baptismi, & rē eius non est necessaria per se aliqua actio ex parte suscipientis: sed sufficit, ꝙ in eo nō sit aliquid prohibens prædictorum susceptionem: prohibens autem non est, nisi peccatum mortale actuale, de quo homo non est contritus, nec attritus: & ideo si aliqui adulti fiant carentes vsu rationis antequam mortaliter peccauerint si baptizantur recipiunt sacramentum, & rem sacramenti. Si autem antequam fiāt furiosi, vel obdormiant mortaliter peccauerunt committendo, vel omittendo: & non fuerūt de illo peccato, nec contriti, nec attriti, si baptizantur nō suscipiunt rem sacramenti, quamuis sacramētum susciperent si illo tempore quo furiam intrauerunt, vel obdormierunt, intentionem suscipiendi sacramentum actu, vel habitu habebant: tamen quantumcunque constaret, ꝙ talem intentionem habuisset, non debet aliquis baptizare dormientem, vel furiosum habētem lucida interualla dum actu est in furia, sed expectandum est furiosi lucidum interuallum, & dormientis vigilia, & qui cōtrarium facit peccat, nisi secūdum suum iudicium probabiliter immineat periculum: si tales differat baptizare: quantum autem ad furiosum non habētem lucida interualla, nulla est dilatio facienda.

AD PRIMVM dicendum, ꝙ non est simile de matrimonio, quod contrahitur inter animam, & Deum per susceptionē baptismi: & de matrimonio, quod contrahitur inter virum, & mulierem: quia in secundo necessarius est consensus per se: in primo autem non est, nisi in adultis habentibus vsum rationis: in illis enim requiritur consensus actu, vel habitu. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, ꝙ maior est vera, habendo aspectum ad peccatum baptizantis, & suscipientis baptismum: sed habendo aspectum ad intentionem, non est verum, quia intentio baptizantis per se requiritur ad essentiam sacramenti, eo modo quo superius ostensum est: non sic autem intentio suscipientis, nisi in adultis habentibus vsum rationis: in illis enim requiritur actu, vel habitu in speciali, vel in generali. *Ad secundum.*

AD ARGVMENTVM ad partem aliam dicendum, ꝙ sicut ibidem dicitur: dormientes amentes si prius, quam amentiam incurrerēt, aut dormirent in contradictione perstiterant, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare si fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt sacramenti.

QVAESTIO III.

Vtrum in adultis habentibus vsum rationis quando baptizantur requiratur intentio ad hoc, vt recipiant sacramentum baptismi.

ET VIDETVR ꝙ non: de consecrat. dist. 4. Solet etiam: in gloss. dicitur, ꝙ si baptizans intendit baptizare qualemcunque intentionem baptizatus habeat, recipit sacramentum. *Arg. 1. D. Bo. lib. 4. dis. 6. ar. 2. q. 1. ad arg. D Tho. p. 3. q 68 art. 7.*

Item ad suscipiendum sacramentum baptismi non requiritur in suscipiente aliqua dispositio positiua, sed sufficit, ꝙ non sit in eo dispositio repugnans susceptioni sacramenti: alias enim paruuli non reciperent baptismi sacramentum: sed in adulto, qui non intendit recipere baptismi sacramentum: nec tamen intendit non recipere, non est dispositio repugnās susceptioni sacramenti: ergo si talis abluatur ab intendente conferre baptismi sacramentum, recipit sacramentum. *Secundo.*

CONTRA, magis dependet baptismi sacramentum a suscipiente, quam à ministrante, quia effectus baptismi impeditur propter malitiam suscipientis, & nō propter malitiam ministrantis, vt declaratum est dist. præcedenti, in illa quæstione, Vtrum baptismus possit tradi ab homine malo: sed vt visum est in 2. q. præced. artic. requiritur intentio in baptizante: ergo requiritur in suscipiente baptismum. *In oppositum.*

CON-

CONCLVSIO.

Cum adulti Ecclesiam militantem non intrent inuiti, nec ex aqua, & spiritu sancto renascantur nisi volentes, intentionem saltem habitualem suscipiendi baptismum eos habere oportet.

Responsio. RESPONDEO, quod quamuis in adultis habentibus vsum rationis, dum exteriùs abluuntur sub forma verborum debita ab intendente ministrare baptismi sacramētum, posset Deus, cum sit omnipotens, imprimere characterē baptismalem ex speciali dispensatione, nulla existente in eis intentione, neque actu, neque habitu ad suscipiendum sacramentum: tamen de lege communi ad hoc, vt characterem baptismalem recipiat, requiritur in eis intentio actu vel habitu ad suscipiendum sacramentum: per susceptionē enim characteris baptismalis intrat homo Ecclesiam militantem, seu ascribitur exercitui Ecclesiæ militātis: ad hoc autem vt homo intret Ecclesiam militantem, & ascribatur exercitui eius, requiritur eius consensus actu, vel habitu si est in statu in quo consentire possit: probabile enim est, quòd ad hoc plus requiratur ab illo qui consentire potest, quam ab illo, qui consentire non potest: sicut videmus, quod in cathechismo pro paruulo respondent patrini: & tamen sicut dicit Magister huius distin. c. vlt. si adultus est, debet respondere pro seipso, & de consecr. dist. 4. Cum pro paruulis, & sumptum est ab Aug. 4. li. de baptismo contra Donatistas, versus finem: si pro eo qui respondere potest, alius respōdeat, non itidem valet. Ex qua regula illud Euangelij dictū est, quod omnes cum legitur naturaliter monet, ætatem habet pro se loquatur. Et statim post: Nemo ex aqua, & spiritusancto renascitur, nisi volens, quod non de paruulis, sed sciolis, & adultis, & suæ voluntatis arbitris intelligēdum est. Ad hoc autē non est necessaria semper determinata intentio in actu, quia quandoq; sufficit intentio in habitu. Si enim aliquis verum cathecuminum non actu cogitantem de susceptione sacramenti baptismi, sed de re alia, nudum ablueret sub forma verborum debita intendens sic ministrare baptismi sacramentum, ille cathecumenus reciperet characterem baptismalem: quamuis enim intentio in habitu tantum non sufficiat ad causandum effectum: potest tamen esse sufficiens dispositio ad suscipiendum: maior enim actualitas requiritur in agente, quam in patiente, cum res agat per suā actualitatem, & patiatur per suam passibilitatem: quandoque tamen intentio in actu determinate, requiritur per accidens, s. vel ad remouendum prohibens, vel quando non consentire in actu, & non consentire in habitu sese comitantur: si enim in accedente ad baptismum est actu, vel habitu intentio non recipiendi sacramentum baptismi, cuiusmodi intētio prohibet sacramenti susceptionem, necessarium est illam intentionem expelli per contrariam intentionem in actu ad hoc, vt ille recipiat sacramentum baptismi. Si etiam accedens ad baptismum admoneatur diligenter, vt actu consentiat, requiritur, quod cōsentiat in actu ad hoc, vt tunc recipiat verè sacramentum: quia si tūc non consentiret in actu: tunc etiam nō consentiret in habitu: hic enim accipimus consentire in habitu in aliquam rem quando homo sic dispositus est, quòd si actualiter, & deliberate recogitat de illa re, quòd actu cōsentit in illam.

Ioan. 9. Circa hanc q. consule Sco. dis. præsenti, q. 6.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illa glos. teneri non debet.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd maior falsa est de adultis habentibus vsum rationis dum baptizantur, sicut patet ex dictis in corpore q.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo, vtrum infideles adulti non baptizati sint cogendi ad suscipiendum baptismum.

Secundo, vtrum illi qui coacti suscipiunt baptismum recipiant characterem baptismi.

Tertio, vtrum paruuli Iudæorum, & paganorum sint inuitis parentibus baptizandi.

QVAESTIO I.

Vtrum infideles adulti non baptizati cogendi sint ad suscipiendum baptismum.

Arg. 1. ET VIDETVR quòd sic: quia Lucæ 14. dicitur: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

Item August. in epistola ad Vincentiū longe ante medium, Mea primitus sententia non erat, nisi neminem esse cogēdum, & parū post: Sed hæc opinio mea, nec contradicentiū verbis, sed demonstrantium superabatur exēplis, & aliquantulum infra: Terror legum intantum profuit, vt plures dicant gratias Deo, qui vincula nostra dirupit, & nos ad pacis vinculum transtulit.

D. Bon. lib. 4 distinc. 4. ar. 2. q. 1. D. Thom. 4. sent. dist. 6. ar. 1. q. 2. Scot. lib. 4. dist. 4. q. 4. Alex. p. 4. q. 8. m. 7. ar. 2. Secundo.

In oppositum. CONTRA, Decretorum, dist. 45. Qui sincera. Qui sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere blandimentis debent, non asperitatibus studere.

CONCLVSIO.

Nullus adultorum infidelium coactione directa ad baptisma suscipiendum cogendus est, indirecta autem, & inducente vtique.

RESPONDEO, homines non sunt cogendi ad aliquid agendum exterius, vel dicendū, vel patiendū: quia non prodest coactis, nec Ecclesiæ in virtute alicuius boni actus ad quem cogi non possunt, nisi per prædictam coactionem redderentur proniores, siue promptiores ad illum bonum actum; aliàs enim supradicta coactio penitùs inutilis esset, sed homines confiteri ore exteriùs se velle baptismū sacramenti suscipere, & ipsam ablutionem exteriorem suscipere non prodest eis, nec Ecclesiæ, nisi in virtute interioris actus volūtatis, ad quem cogi

Ista opi. est cōmunis cuius oppositū Durandus, & Sco. dist. 4. q. vlt. cū seq. tenet.

gi non possunt, quod aliter non prosit suscipientibus, planum est, quòd etiam aliter non prosit Ecclesiæ: patet, quia plus possunt nocere Ecclesiæ infideles occulti, quam manifesti, quia sub simulatione christianitatis veros Christianos faciliùs seducunt, & peruertũt: per coactionem etiam ad prædictos actus exteriores non redduntur proniores ad bonũ actum voluntatis interiorem, & exterioribus actibus concordantẽ: quia sicut homo naturaliter refugit coactionem, ita naturaliter refugit, vel minus diligit ad quam videt se cogi. Vnde Decret. dist. 45. c. supra allega. Postquam dictum est, quod non debent adduci ad fidem asperitatibus, subiungit, ne mentem eorum procul pellat aduersitas, ergo infideles adulti non baptizati nõ sunt cogendi ad suscipiendum baptismum. Et hoc expresse habetur Decretorum supradicta dist. De Iudæis: vbi dicitur: De Iudæis pręcipit sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre: sunt tamen compellendi a fidelibus, si facultas adsit, vt fidẽ non impediant blasphemijs, vel malis suasionibus, vel apertis persecutionibus. Et propter hoc fideles Chri contra infideles frequenter iusta bella mouent, nõ quidem vt eos ad credendum cogant.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, quod illa auctoritas intelligitur, non de compulsione de qua hic loquimur, sed de efficaci admonitione, & rationabili inductione.

Vel potest dici, quod illa compulsio accipitur pro illa compulsione qua Deus per aduersitates aliquos peccatores cõuertit. Vnde Gl. Qui mundi huius aduersitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, a præsentis vitæ desiderijs corriguntur, quid nisi compulsi intrant.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod in illa auctoritate Aug. loquitur de hæreticis, qui baptismũ susceperunt: & de talibus infidelibus aliter dicẽdum est, quia isti compellendi sunt seruare fidem, quam in baptismo susceperunt, vt declarabitur inferiùs, cum quæretur de hæreticis.

QVAESTIO II.

Vtrum illi qui coacti suscipiunt baptismum recipiant characterem baptismi.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. D. Tho ibi. Scot. vbi sup. Alex. ibidẽ. Et videtur quod sic: Decretorum dist. 45. de Iudæis dicitur, quod qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi Principis. Si Zizebuzi, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & gratiam baptismi suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini extitisse participes: oportet etiam vt fidem, quam vi, vel necessitate susceperunt tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur.

Secundo. Item idem habetur ab Innoc. III. extra. de baptismo, & eius effectu. maiores. §. Item quæritur: vbi prædictum Decretum allegatur.

In oppositum. Contra, extra. eod. c. & §. vbi prius dicitur, quòd ille qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti.

CONCLVSIO.

Quanquam coactione absoluta non imprimitur character, conditionata tamen imprimi fatetur.

Responsio. Respondeo, quod duplex est coactio, quædam absoluta, quædam conditionalis. Qui primo modo coacti exteriorem ablutionẽ suscipiunt, quantumcunque abluens eos baptizare intẽdat, & seruet debitam formam verborum, nec rem, nec characterem baptismi suscipiũt, & sic intelligitur auctoritas decretalis allegata ad partem secundam. Qui autem secundo modo coacti baptizantur, si intendunt, quod circa eos fiat, tam exteriùs, quam interius illud quod circa illos qui simpliciter, & voluntarie baptismum suscipiunt facit ministerialiter Ecclesia, vere recipiunt baptismi characterẽ. Vnde extra. in decretal. & §. præallegatis, dicitur, quod is qui terroribus, atque supplicijs violenter trahitur, & ne detrimentum incurrat baptismi suscipit sacramentum: talis, sicut & is, qui fictè accedit ad baptismum, characterem suscipit Christianitatis impressum: & ipse tanquã conditionaliter volẽs, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ: quia vt dicitur in apparatu ibidẽ voluntas sic coacta est voluntas, & sic intelliguntur auctoritates allegatæ ad primam partem. Si tamẽ ille qui sic cogitur non consentiat interiùs, quod aliquid fiat in eo, nisi sola lotio exterior, non intendens, nec in generali, nec in speciali, nec in actu, nec in habitu: sed actu renuẽs, vt interiùs fiat in eo illud quicquid fit, quod i illis fit qui simpliciter, & volũtariè, & in fide Ecclesiæ baptismum recipiunt, non credo, quod recipiat characterem baptismalem. Quia tamen Ecclesia talem pręsumeret consensisse interiùs propter consensum exteriorem, talis cogi debet ad fidei Christianæ obseruationem.

QVAESTIO III.

Vtrum paruuli Iudæorum, & paganorum sint inuitis parentibus baptizandi.

Arg. 1. D. Tho. p. 3. q 68. ar. 10 Scot. lib. 4. dist. 4. q. 9. Et videtur quod sic: Magis subueniendum est homini contra periculum mortis spiritualis, quam contra periculum mortis corporalis: sed si aliquis non subueniret homini si posset cõtra periculum mortis corporalis, peccaret: cum ergo paruuli Iudæorum, & Paganorum sint in periculo mortis spiritualis, nisi inuitis parentibus baptizentur: videtur, quòd sint inuitis parentibus baptizandi, vt sic eis subueniatur contra periculum mortis spiritualis.

Secundo. Item paruulus est magis sub dominio Dei, quam parentum carnalium: ergo iustum est, vt subtrahatur a parentibus carnalibus, vt superiori domino per baptismum consecretur.

In oppositum. Contra, Nemini facienda est iniuria: sed Iudæis, & Paganis fieret iniuria si paruuli co-

eorum baptizarentur ipsis inuitis, quia quamdiu carent vsu lib. arb. sunt quasi parentũ possessio, & de iure sub eorum cura: ergo nõ sunt inuitis parentibus baptizandi.

CONCLVSIO.

Ecclesiæ consuetudo non habet quòd paruuli infidelium inuitis parentibus baptizentur.

Sco. vbi sup. soluit hæc omnia.

RESPONDEO, ꝙ non est consuetudo in Ecclesia, nec esse debet, vt paruuli Iudæorum, & Paganorum inuitis parentibus baptizẽtur: quia aut baptizati restituerẽtur parentibus ad nutriendum, aut non: si sic, parentes eos inducerent, & assuefacerent ad suos errores, & ad fidei Christianæ contemptum: ita vt postquam essent adulti contemnerẽt fidei Christianæ sacramentum, quod ignorantes, & inuitis parentibus suscepissent, quod esset ad sacramenti fidei dehonorationem. Si autẽ non restituerentur parentibus, esset periculũ, ꝙ parentes clam eos interficerent, ne fierent Christiani. Et præterea fieret eis iniuria, quia ius habent in corporibus eorum, quamdiu vsu lib. arbit. carent: postquam autem vsum habent liber. arb. incipiunt esse sui, & tunc possunt si cõsentiunt inuitis parentibus baptizari.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est alicui subueniendum contra periculum mortis corporalis contra ius, vt autem visum est: si paruuli Iudæorum, & Paganorum baptizarentur inuitis parentibus, & eis non restituerent, hoc esset contra ius: & si baptizati eis restituerentur hoc esset ad fidei dehonorationem, vt dictum est.

Ad secundum. Ad secundum posset dici secũdum aliquos, quòd & si esset consuetudo in Ecclesia, vt Deo consecrati nutrirentur de facultatibus Ecclesiæ, nec restituerentur parentibus: tunc bonum esset eos inuitis parẽtibus baptizare, & per baptismum eos superiori Domino consecrare, sed consuetudo Ecclesiæ non est talis.

Aliter ad secundum. Aliter potest dici ad argumentum, ꝙ quamuis paruuli magis sint sub dominio Dei, quam parentum carnalium: vult tamen Deus, quòd parentibus maneat ius saluum, quod habẽt in corporibus paruulorum suorum, quo iure eis manente saluo baptizare eos ipsis inuitis magis esset, vt in pluribus ad dehonorationem sacramenti fidei, quam honorem, vt patet ex dictis in corpore quæstionis.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum baptismus sit iterabilis.

Secundo, vtrum ille qui bis baptizatur sit irregularis.

Tertio, vtrum consuetudo de expectando conferre baptismum vsque ad sabbathum Paschæ, vel Pentecostes fuerit rationabilis.

QVAESTIO I.

Vtrum baptismus sit iterabilis.



ET VIDETVR quòd sic: sacramentum enim Eucharistiæ, quod est nobilius, est iterabile.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4 distinc. 6. ar. 1. q. 6. D. Thom. 4. sent. dist. 6. ar. 2. q 1. & par. 3. q. 66. ar. 9. Scot. lib. 4. dist 6. q. 7. Alex. p. 4 q. 8 m. 11.

Secundo. Item principalior effectus baptismi est gratia, quam character: ergo multo magis baptismus debet iterari propter gratiæ amissibilitatem, quam non iterari propter characteris indelebilitatem.

In oppositum. CONTRA, Hug. 2. lib. de sacram. p. 6. c. 13. Valde rationabili diffinitione à sanctis Patribus institutum est, vt qui semel baptismi sacramentum percepisse cognoscitur nulla ratione illud iterato accipiat.

Item C. ne sanctum baptisma iteretur. l. prima. Eorum condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes Christiani nominis sacramenta sortitos: alio rursus baptismate non purificant, sed incestant lauacri nomine polluentes.

CONCLVSIO.

Characterem irreiterabilem esse pluribus rationibus persuaditur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ baptismus non est iterabilis: ordinauit enim Deus, vt in eodem homine nullum effectum habeat, nisi semel, quod rationabile fuit, & cõgruum propter quatuor.

Primo, quia morbus contra quem est principaliter, scilicet originale peccatum non potest esse in eodem homine, nisi semel.

Secundo, quia imprimit effectum indelebilem, scilicet characterẽ, quo anima semper est disposita ad gratiæ susceptionem, nisi causaue rit in seipsa aliquid incompossibile gratiæ, quod est peccatum mortale.

Tertio, quia remittit omnem culpam, & omnem pœnam: & ideo si plures posset habere suum effectum in homine, esset peccatoribus incitatiuum delinquendi.

Quarta rõ, secundum Scot. minime concludat di. præsenti. q. 7. Quarto, quia significat Christi mortem, qui non est mortuus, nisi semel.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd sacramentum Eucharistiæ circa eandem materiam in numero, non est iterabile. Eadem enim hostia non est consecrabilis, nisi semel. Et ideo quamuis sacramẽtum Eucharistiæ ab eodem homine pluries possit suscipi: non tamen ex hoc sequitur, quòd circa eandem materiam iterabilis sit essentia sacramenti, quia consistit in hostiæ consecratione, non susceptione: essentia autem baptismi consistit in ablutione sub debita verbornm formá, & intentione.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, quòd quamuis gratia sit principalior, quam character secundum se, & absolute: tamen non est ita proprius effectus baptismi: per alia enim sacramenta gratia habetur, sed per solum sacramentum baptismi habetur baptismalis character.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum baptizatus se baptizatum ignorans, postea faciens se sine conditione baptizari, sit irregularis.

Arg. 1. Scot. vbi supra q. 8. ET VIDETVR ꝙ non: pro eodem facto illicito magis debet puniri agẽs, quam patiens: sed non inuenitur in iure canonico, quòd baptizãs alium quem nescit baptizatum, & tamen baptizatus est, sit irregularis: ergo multo minus baptizatus se nesciens baptizatum, si iterum baptismum recipit, est irregularis.

Secundo. Item nullus debet esse irregularis per alienum factum, ad quod ipse non cooperatur, nec consilio, nec auxilio, nec fauore: sed hoc non esset verum, si baptizatus se baptizatũ nesciens fieret irregularis secundo suscipiendo baptismum: quia petens baptismum potest ab aliquo dormiens baptizari: vnde si die crastina fieret irregularis suscipiendo baptismum, fieret irregularis occasione baptismi facti, ad quod non esset cooperatus: videtur ergo quòd talis non esset irregularis.

In oppositum. CONTRA, magis cauetur Episcopis, quãtum ad statuta pro quorum transgressione incurritur sententia excommunicationis, aut suspensionis ipso facto, quam inferioribus. extra de sentent. excommunic. Quia periculosum: ergo similiter magis debet caueri irregularitati eorum, quam inferiorum. Sed C. Nec sanctum baptisma iteretur. l. 1. dicitur: Antistitẽ qui sanctitatem baptismatis illicita vsurpatione geminauerit, sacerdotio indignum esse cẽsemus: ergo multo fortius subditus in quo iteratur baptismus, est irregularis.

CONCLVSIO.

Sic ignoranter rebaptizatus, si postquam sciuit, ratum habuit, est irregularis; si autem non ratum habuit, & hæc fuerit ignorantia facti, irregularis nequaquam efficitur.

Prima opi. AD ISTAM quæstionem dicũt quidam, quòd secũdo suscipiens baptismum, quamuis ignoret se prius fuisse baptizatum irregularis est. Vnde de consecrat. distinct. 4. Quibis. Qui bis ignoranter baptizati sunt non indigẽt pro eo pœnitere, nisi ꝙ secundum canones ordinari nõ possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat: quod ideo additum est, quia imminẽte necessitate, cum tali dispensandum est, s. per Episcopum. Cum illo tamen, qui scienter se faceret rebaptizari, non posset Episcopus dispensare. Fuit autem hoc statutum propter baptismi reuerentiam, & in detestationem iniuriantium sacramento.

2. opinio. Alij dicunt, ꝙ talis nõ esset irregularis, quia quamuis hoc olim fuerit obseruatum in odiũ rebaptizantium: modo tamen possunt promoueri, quia ignorãtia facti omnino excusat eos.

Alij dicunt prędictum decretũ debere intelligi de ignorãtia iuris, quæ nõ excusat. Et hæc sumpta sunt ex gl. super locum prædictum.

Opin. quam sequitur Sco. dist. præsenti q. 8 admodum resolute. Sed contra hanc opinionem secundam videtur esse quod dicitur in prædicto decreto, ꝙ non indigent pro eo pœnitere, quod non esset verum, si cum ignorãtia iuris haberẽt sciantiam facti, vt probari potest per ea, quæ dicuntur in c. immediate sequenti.

Secundum primam. Ad primũ. QVI vult tenere primam opinionem, quæ magis videtur consonare textui, potest dicere ad primum in oppositum, ꝙ maior intelligenda est de pęna, quæ infligitur pro peccato: irregularitas autem in casu supradicto non infligitur sic secundo baptizato pro sua culpa: vt patet per textum præallegati decreti, sed pro sacramenti reuerẽtia, & vt homines sint diligentiores in sollicite cauendo ab his, quæ sunt in iniuriam sacramenti. In talibus autem pœnis quãdoque magis cauetur superioribus, quam inferioribus, eo quòd irregularitas periculosior est in eis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ aliquando punitur quis propter factum alienum, ad quod nihil est cooperatus, vt habetur 1. q. 5. c. 1. Et præterea per hoc, ꝙ petijt baptizari cooperatus est ad secundam baptismi susceptionem, quãuis post hoc dormiens fuerit baptizatus.

Secundum secundam. Ad primũ. QVI vult tenere partem aliam potest dicere ad primum in oppositũ, ꝙ lex illa loquitur de rebaptizante scienter, vt patet per litteram sequentem. Et præterea non ligat, non enim pertinet ad Imperatorem pœnam irregularitatis infligere: scienter tamen rebaptizantem esse irregularem, si publicum est, probari potest per illud quod habetur extra de apostatis. Ex litterarum.

Ad secundum. Ad decretum autẽ quod adducitur pro opinione alia, potest dicere, sicut dictũ est in corpore quæstionis, vel intelligatur de illis, qui cum postea sciuerint ratum habent.

QVAESTIO III.

Vtrum consuetudo de expectando conferre baptismum vsque ad sabbathum Paschæ, vel Pentecostes fuerit rationabilis.

Arg. 1. D. Bo. lib. 4. dist. 6. p. 2. dub. 5. D. Th. 4. sẽ. dist 6 ar. 2. q. 1. Alexã p. 4. q. 7. m. 3. ar 3. infi. Secundo. ET VIDETVR ꝙ non: vt habitũ est, baptismus reprẽsentat passionẽ Christi: ergo magis debuit determinari dies passionis, quam sabbatum.

Item de consecr. dist. 4. Nunquam. Nũquam aliqua baptismi purgare peccata credentium posset, nisi tactu dominici corporis sanctificata fuisset: Sed Christus baptizatus fuit in die Epiphaniæ, secundum ꝙ tenet Ecclesia: ergo videtur, quòd illa dies maxime determinari debuit ad conferendum baptismum.

In oppositum. CONTRA, ecclesiastica statuta non fiunt sine rationabili causa: sed Ecclesia illos duos dies determinauit ad conferendum baptismũ, vt dicit Magister in littera huius dist. cap. 4. & habetur de consecrat. dist. 4. Duo tempora: & c. de cathecuminis: & ca. venerabilis: ergo illa consuetudo fuit rationabilis.

CONCLVSIO.

Hæc duo tempora expectare, rationabilis consuetudo fuit, at si periculum imminet, alijs etiam temporibus baptizare licet.

RESPONDEO, quod quamuis modo sit melior consuetudo statim baptizare, quàm expectare prædicta tempora, propter tres rationes quæ superius positæ sunt, di. 4. super expositione litteræ: tamen pro illo tempore, quo hoc fuit institutum, & obseruatum, fuit rationabilis consuetudo, scilicet propter reuerentiam sacramenti: semper tamen in necessitatis articulo licitum fuit in alijs temporibus baptizare. Vnde de consecr. di. 4. Hi, qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, naufragij vrgentur, omni tempore debent baptizari: simile etiam habetur c. sequenti. Magis autem determinati fuerunt dies prædicti, quàm alij: quia per immersionem homo significatur consepeliri Christo: per eleuationem de aqua resurgere cum Christo. In die etiam Pentecostes receperunt discipuli Spiritūsanctum abundanter, qui est efficiens causa effectus baptismi.

Non sunt excusandi a peccato, qui propter pōpam differūt paruulorū baptismum.

Ad primū. AD PRIMVM, in oppositum dicendū, quod baptismus repræsentat passionem Christi, in hoc, quod repræsentat Christi sepulturā. Et ideo ad solemnem baptismi celebrationem magis debuit determinari dies sepulturæ, quàm passionis, maximè quia in vespere illius diei incipit solemnitas Resurrectionis.

Ad secūdū. Ad secundum dicendum, quod in die baptismi Christi pro tanto dicuntur aquæ virtutem accepisse sanctificandi: quia extunc determinatæ fuerunt ad hoc, vt in tali materia instituere tur baptismus. Virtus autem baptismi est effectiuè a spiritusancto, & meritoriè a passione Christi: in effectu autem principaliùs est efficiens, quàm materia: & ideò magis debuerūt determinari ad solemnissimam celebrationē baptismi prædicti dies, quàm dies Epiphaniæ: & etiam ad excludendum errorem dicentium non debere baptizare, nisi in illa die, qua Christus baptizatus est, qui repræhenduntur: de cons. di. 4. Si quis.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum paruuli debeant cathechizari.

Secundo vtrum cathechismus ante baptismum debeat fieri.

Tertio vtrum cathechizare sit officium sacerdotis.

QVAESTIO I.

Vtrum paruuli baptizandi debeant cathechizari.

ET VIDETVR, quod non: frustra enim adhibetur instructio illi, qui non est receptibilis disciplinæ: sed pueri nō sunt receptibiles disciplinæ: ergo nō debent cathechizari: cathechizare enim est instruere.

Arg. 1. D. Bo. li. 4. dist 6. p. 2. ar. 3. q. 1. D. Tho. 4. sen. di. 6 ar. 2. q. 2. & 3. & p. 3. q. 71 ar. 4. Ale. p 4. q. 7. m. 3. ar. 2.

Item secundū Dio. de ecclesiastica Hierar. cap. 2. ante medium: professio christianæ religionis, requiritur in cathechismo: sed illam puer profiteri non potest, nec alius pro eo: quia nullus per votum alterius obligatur.

In oppositū. CONTRA, Ecclesia baptizandos paruulos cathechizat.

CONCLVSIO.

Vt baptismi vnitas ostendatur, vtq; adulti per se ipsos, paruuli verò per patrinos christiani instituti obseruationem se animaduertant pollicitos, nedùm illos, sed & istos magnopere decet cathechizatio.

RESPONDEO, quod paruuli baptizandi debent cathechizari: quamuis enim cathechismus, propter adultos fuerit institutus, tamen propter expressius exprimendum vnitatem baptismi, sunt etiam cathechizandi paruuli: quamuis tunc nullam possint apprehendere instructionem, & etiam propter maiorem baptismi solemnitatem, & vt patrini qui respondent pro paruulo, melius sciant super quibus postea debeant informare paruulum, & etiam vt paruulus fidem & religionem christianam diligentiùs, & reuerentiùs custodiat per hoc, quod sciat se eam fuisse professum per alium in baptismo.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis.

Ad secundum. Ad secundū dicendū, quod quamuis puer tunc non possit profiteri, tamen alius profitetur pro eo: & quantum ad illud quod præsens est. Vnde cum patrinus respondet: Credo, in persona paruuli, sensus est, idest sacramenta fidei prestò sum suscipere. Et quantum ad illud quod futurum est, vt sit sensus, quādo veniā ad adultam ætatem actu credendo fidei consentiam. Ea autem quæ de necessitate sunt, potest patrinus pro paruulo promittere, & per suam promissionē ipsum obligare, cooperante ad hoc bono, quod paruulus recipit per patrinum.

QVAESTIO II.

Vtrum cathechismus ante baptismum fieri debeat.

ET VIDETVR, quod non: quia prius oportet puerum generari, quā possit instrui: ergo a simili prius debet regenerari, quàm cathechizari.

Arg. 1. D. Tho. 4. sē. dist. 6. ar. 2. q. 2. & p. 3. q. 71. ar. 1. Ale. vbi su. ar. 1.

Itē sancta doctrina non debet proponi immūdis. Vnde Matth. 7. Nolite sanctum dare canib. Sed illi, qui cathechizatur, proponitur sctā doctrina:

ctrina: ergo prius debet mundari per baptismum, quàm cathechizetur.

In oppositum. CONTRA, vt habetur Matth. vltimo, cum dominus præcepit discipulis suis, ꝙ docerent omnes gentes, & baptizarent: primo nominauit actum docendi, quàm baptizandi.

CONCLVSIO.

Quò baptizandi sint, & de credendis instructi, & vltrò ad Dei mandata exequenda deuincti, & ad baptismi susceptionem magis dispositi, vt baptismũ cathechismus præcederet, congruum fuit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ cathechismus ante baptismum debet fieri. Vnde de consec. dist. 4. Ante baptismum: & recitat Magister in littera huius di. Ante baptismum cathechizandi debet hominem præuenire officium, vt fidei primum cathecumenus accpiat rudimentum.

Ioan. 9. Item in eodem cap. Christus prius cęci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit, & sic ad aquas Syloe misit: quia prius debet baptizandus de fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismum credulus admitti, vt sciat cuius gratiæ in eo est particeps: & cui iã debitor fiat deinceps.

Ad hoc etiam est ratio: quia vt ex prædicta auctoritate patet, per cathechismum disponitur homo, vt sit magis idoneus ad baptismi susceptionem: sed dispositio præcedere debet illud ad quod disponit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est simile de generatione, & regeneratione: quia instructio non potest reddere generandum magis idoneum ad hoc, vt generetur: instrui enim præsupponit esse: sed cathechizatio reddit hominem magis idoneum ad hoc, vt generetur per baptismum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est de immundis, qui pertinaciter fidei resistunt, & qui sanctam doctrinam, quantũ possunt offuscare in conspectu audientium parati sunt, nec eam curant audire, nisi vt superficialiter inueniant calumniandi occasionem: non est ergo intelligenda auctoritas de immundis qui ad susceptionem fidei se disponunt, vel disponi permittunt.

QVAESTIO III.

Vtrum cathechizare sit officium sacerdotis.

Arg. 1. D. Tho. p. 3. q. 71. ar. 4. & 4. sent. di. 6. ar. 2. q. 2. Ale. vbi su. ar. 3.

CONCLVSIO.

Cathechizatio quæ baptismi susceptionem præcedit sacerdotis munus præcipuum esse videtur, ea verò quæ baptismum sequitur, patrini, ac Prælati.

Sicuti triplex instructio, ita triplex cathechizatio assipulatur. RESPONDEO, quòd cum cathechizatio idem sit quòd instructio largè accipiendo cathechizationem distingui potest de cathechizatione, sicut de instructione.

Triplex est autem instructio.

Vna ad conuersionem infidelium.

Alia ad dignius suscipiendum baptismi sacramentum, quæ ex vsu appropriate, dicitur cathechizatio.

Tertia ad instruendum baptizatum. Omnes istæ instructiones, quamuis fieri possint p sacerdotes, tamen prima maxime eis conuenit: quia ad eorum officium pertinet fidem prædicare: iuxta illud Aggęi secundo. Interroga sacerdotes legem.

Secunda etiam quamuis antiquitùs fieret, per diacones, quando adulti ad baptismum veniebant, & magna instructione indigebant, ne impedirentur sacerdotes a maioribus, circa quæ erant occupati, tamen quia quicquid potest diaconus potest sacerdos, etiam talis cathechizatio ad sacerdotem pertinet, & maxime modo, quia consuetum est. Vnde de cõsec. di. 4. Cathechismi. Cathechismi baptizãdorum a sacerdotibus vniuscuiusq; ecclesiæ possunt fieri, sicut in hac sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore ministerium exhibemus, nostri famulatus solemniter fieri comprobantur.

Tertia pertinet ad patrinos in particulari, quamuis pertineat ad prelatum in communi. Vnde Magister in littera, huius dist. c. pen. Exigitur a patrino diligens circa eum, pro quo respondet sollicitudo.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrũ per exorcismum, potestas diaboli a baptizando expellatur.

Secundo quid illa significent, quæ fiunt, qñ baptizandus exorcizatur.

Tertio quid illa significent quæ fiunt in solemnitate, quæ post baptismum celebratur.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum per exorcismum potestas diaboli a baptizando expellatur.

ET VIDETVR, ꝙ nõ: quia per exorcismum non expellitur potestas diaboli a corpore baptizandi: quia nõ sunt dæmoniaci, nec ab eorum anima, quia super animam diabolus nullam habet potestatem: ergo nullo modo a baptizando per exorcismum expellitur potestas diaboli. *Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. D. Th. 4. d. di. 6. ar. 3. q. 3. & p. 3. q. 71. ar. 3. Ale. p. 4. q. 7. m. 2. ar. 1.*

Item non expellitur effectus, nisi expulsa causa: sed peccatum est tota causa quare diabolus habet in homine potestatem: ergo cum per exorcismum non purgetur baptizandus a peccato, per ipsum nõ expellitur potestas diaboli a baptizando.

Item si per exorcismum potestas diaboli a baptizando expellitur, aut hoc est per naturalem

lem exorcismi virtutem, aut per diuinam institutionem, nō primo modo: qa naturalis virtus sensibilium rerum, nullam vr̄ hẽre sup spiritum separatum virtutem. Nec secūdo modo qa cum sacr̄m nouæ legis sit sacræ rei signum, & causa ex diuina īstitutiōe, iam exorcismus nō esset sacramētale, sed sacr̄m, quod est falsū, & cōtra Aug. 10. de ciuitate, cap. 22. Vera pietate hoies Dei aeream potestatem inimicam, cōtrariamque pietati, exorcizando eijciunt, non placando.

Item de cōse. di. 4. siue. Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniūt sacr̄m: nō fontē vitæ prius adeāt, q̄ exorcismis, & exufflationib. clericorū sp̄us immūdus ab eis abigatur.

CONCLVSIO.

Per exorcismum ex Dei decreto potestas diaboli, à baptizando expellitur quodammodo, arctatur enim ne aut paruulum occidat, aut adultum ita fortiter vexet.

Prima opi. AD istam quæstionem dixerūt aliq̄, quòd exorcismi naturali virtute repellūt ab illo, q̄ exorcizatur diabolicam potestatem, quod nitūtur declarare auctoritate & ratione, vt enim hr̄ 1. Reg. cap. 16. Dauid citharizādo reprimebat potestatem mali sp̄us a vexatione Saulis. Virtuosior autem est vox ꝓlata ab hoie, quā sonus citharæ. Ratione etiam arguūt: oīs effectus participat aliqd de virtute suæ causæ: causa autem vocis humanæ est compositū ex corpore, & aīa: ergo ī voce hoīs est aliqd & de virtute animæ, & de virtute corporis. Vnde vna, & eadem vox ꝓlata ab vno, est virtuosior, quā prolata ab alio, cui attestatur verbum Hier. dicētes in epistola ad Paulinum, capit. 2. hēt nescio qd latentis energie viuæ vocis actus: dicunt ergo ꝙ quamuis exorcismus non possit arctare dęmonis potestatem ratione corporalis virtutis tātum, potest tamen ratione virtutis animæ, & faciendo in baptizando aliquam dispositionem, ꝑ quam magis est dispositus ad patiendum a dęmone, & etiam directe agēdo in ipsum dęmonem, non obstante, ꝙ fortior sit naturalis eius virtus, quàm naturalis virtus animæ: sicut enim ignis, quamuis sit potentior terra, tamen agens in eam debilitatur ab eius virtute, inquantum ratione suæ materiæ inferior est forma terræ, sic dęmon ratione sui possibilis potest pati a virtute vocis, quæ est in ea ab actiuo ipsius animæ, & ideo, & si per naturalem virtutem vocis non possit totaliter vinci potestas dęmonis, potest tamen debilitari per eam.

Pulcherrima imaginatio, quam Platonici sequerentur, & ex Boetio in principio suæ musicæ potest suffragari.

Contra. SED CONTRA, hoc arguitur sic, anima exorcizantis per naturalem virtutem non potest facere aliquam impressionem in anima intellectiua paruuli, nec in sensitiua: qa in articulo excommunicato a domino Stephano Parisiensi episcopo continetur, quòd intelligentiæ superiores imprimunt in inferiores, sicut vna anima intellectiua imprimit in aliam: & in animam sensitiuam, nec in corpore, vt. n. ostensum est lib. secūdo, dist. septima, q. penul. Diabolus per suam virtutem naturalem, non potest immediatè transmutare istas res materiales, nisi ad situm & ad formam artificialem: nō potest ergo exorcismus per naturalem virtutem animæ exorcizantis aliquam dispositionem causare in paruulo, per quam magis sit indispositus ad suscipiendum demonis actionem. Et si hæc virtus non potest agere in paruulum, multo minus potest agere ī dęmonem.

Cap. 7. circa fi.

Præterea exorcismus plus potest ratione significationis, quàm ratione vocum, significatio enim est dictionis forma, & vox materia: dictio enim est vox significatiua, sed significatio vocis non potest naturaliter agere in aliū, nisi mediante appręhensione illius. Cum ergo paruulus significationes vocum non appręhēdat, voces exorcizantes nihil agere possunt naturaliter in paruulum: non potest etiam significatio vocum naturaliter mouere motione coactiua voluntatem appręhendentis, qa ipsam non mouet, nisi mediante vi cognitiua, quia non potest cogere voluntatem, & ex cōsequenti, nec virtutem executiuam: ergo significatio vocum, quæ dicuntur in exorcizando, non possunt naturaliter arctare dęmonis operatiuam potestatem.

Videtur ergo mihi dicendum ad quæstionem, quòd per exorcismum, non virtute naturali, nec supernaturali in ipso, sicut in subiecto existente: sed virtute diuina sibi ex decreto diuinæ misericordiæ assistēte potestas diaboli a baptizando expellitur, sic intelligendo, quòd arctatur potestas diaboli, per comparationem ad illum, nec cæteris paribus tantum, possit de cætero contra illum, quantum posset si exorcizatus non esset, maximè in impediendo baptizandum a susceptione baptismi, & eius effectus, & ideo exorcismus præcedit baptismum. Quando tamen ex aliquo casu baptizatur aliquis nō exorcizatus debet post, baptismum exorcizari, si superuiuat, propter baptismi solemnitatem, & ad seruandum modum baptizandi consueti vniformitatem: & etiam quia exorcismus, non tantum ante baptismum: sed etiam post baptismum habet efficaciam in reprimendo diabolicam potestatem, quam diabolus accepit super hominem, per peccatum. Vnde de consecratio. distinc. quarta. Sicut nostis, & sumptum est ab Augustin. primo libro, de Symbolo, non multum post principium, non creatura in infantibus exorcizatur, aut exufflatur: sed ille sub quo sunt, qui sub peccato nascuntur. Quamuis autem in paruulo post baptismum non sit peccatum, tamen in eo remanet habitualiter fomes peccati.

Opinio propria.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis diaboli super animam nullam habeat potestatem immediatè violentandi eam, tamen propter peccatum magnam potestatẽ accipit, ponendi multa impedimenta contra hominis salutem, nisi a Deo reprimeretur immediatè, vel mediante ministerio angelorum sanctorum: ad repressionem autem illius potestatis ordinatur exorcismus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis potestas, quam diabolus habet super hominem sit propter peccatum, tamen executio illius potestatis est a demone, & ita virtus diuina arctando ipsum demonem prohibet multas impugnationes, quas diabolus faceret contra hominem, nisi reprimeretur eius potestas: & propter hoc ordinatus est exorcismus ad reprimendum potestatem impugnandi ab interiori, & aqua benedicta ad reprimendum potestatem impugnandi ab exteriori.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex dictis in corpore quæstionis, non enim per exorcismum cõfertur gratia, sed remouentur impedimenta consecutionis gratiæ: & ideò non est sacramẽtum, sed sacramentale. *Ad ante. primæ opi.* Ad illud quod de primo Reg. adducebatur ꝓ alia opinione in corpore quæstionis, dicit Glo. ibidem. Dauid in cithara sua malignum spiritum cõpescuit, non ꝙ tanta vis esset chordarum in cithara: sed in signo crucis Christi, quæ de ligno, & chordarum extensione gerebatur: quæ iam tunc demones effugabat.

Potest tamen, & aliter dici, ꝙ ille malus spiritus non erat permissus vexare Saul vexatione, de qua ibi loquitur scriptura, nisi excitando intemperatum, & excessiuum melancholiæ motum: quoniam virtus animæ confortata per illam harmoniam, quam faciebat in cithara, ad hoc specialiter habentem aspectum temperabat, & reprimebat.

Ad rõnem. Ratio etiam parum valet: quia spiritus cũ sint incorruptibiles, per suas virtutes non sic possunt suas naturas in inuicem transmutare, nec earum naturales virtutes, sicut generabilia, & corruptibilia possunt suas naturas, & earum virtutes mutuo transmutare.

QVAESTIO II.

Arg. 1. D. Bon. vbi D. Th. ibid. Ale vbi su.

Quid illa significant quæ fiunt, quando baptizandus exorcizatur, & quæ sit forma exorcismi.

CONCLVSIO.

Quæ in baptizandi exorcismo fiunt, sic significantia esse videntur, vt nullum eorum mysterio vacet, forma verò exorcismi per ea, quæ circa baptizandũ a sacerdote fiunt, perficitur.

Mystica figuratio exorcismi. RESPONDEO, secundum Hug. 2. lib. de sacram. parte 6. cap. 10. Forma exorcismi, in hunc modum perficitur. Signatur primo baptizandus crucis signaculo in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in auribus, in ore, vt totius corporis sensus hoc signaculo muniantur: cuius virtute omnia sacramenta complẽtur, & omnia diaboli figmenta frustrantur: postea datur sal benedictum in os eius, vt sapientia cõditus fętore careat iniquitatis, & vltra non putrescat a vermibus vitiorum. Deinde exufflatur malignus spiritus, vt spiritus spũ pellatur: postea tanguntur ei aures, & nares cum saliua, vt tactu supernæ sapientiæ aures aperiantur ad audiendum verba Dei, & nares similiter ad discernendum odorem vitę, & mortis, hoc est sacramẽtum apertionis, quod Dominus significauit, quando aures, & os tetigit surdi, & muti dicẽs, effeta quod est adaperire: vt habetur Mar. 7. His completis, venit sacerdos ad fontem, & consecratur fons, in nomine patris, & filij, & spiritussancti: vt sanctitas sacramenti non ex eo, qui ministrat, sed ex eo qui sanctificat constare sciatur, traditur etiam nouæ vitæ auditoribus symbolum fidei, in quo apostolicæ doctrinæ forma consistit. Postremo oblatus ad baptismum paruulus, & interrogatus a sacerdote, si abrenũciet sathanæ, & omnibus operibus eius, atque omnibus pompis eius, per ora gestantium: respõdet hoc verbum, abrenuncio: vt qui aliena iniquitate obligatus est, aliena fide, & confessione soluatur: si autem est adultus, respondet per seipsum: post abrenunciationẽ factam inungitur oleo sacro in pectore, vt tunc muniatur aduersus hostem, ne ei deinceps immunda, & noxia persuadere possit: vngitur, & inter scapulas, vbi vigor portandi oneris est, vt fortitudinem accipiat ad portandum onus domini. Deinde interrogatus, si credat in Deum patrem & Filium, & Spiritumsanctum, vnam esse ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, & vitam æternam: sub hac fidei responsione, trina immersione a sordibus vetustatis abluitur nouum indutus hominem. In ecclesijs autem, in quibus est consuetudo aliquid omittere eorum, quę narrata sunt in forma exorcismi, vel aliter ordinare, seruanda est consuetudo: quia illa non pertinent ad essentiam baptismi.

QVAESTIO III.

Vtrum ea quæ fiunt in solemnitate, quæ post baptismum celebratur aliquid significent.

CONCLVSIO.

Verticis vnctio, vestis candida, capitis tegumentum, ac cæreus accensus professionem, regenerationem, dignitatem, vitamque baptizati ducendam significant.

RESPONDEO, quòd secundum Hug. eo. libro, & ea. parte, cap. vndecimo, postquam bapti-

baptizatus a fonte ascendit sacro chrismate, in fronte vngitur, vt spiritum Christi participando meritò, deinceps christianus appelletur cohæres regni, & gloriæ, sacra vnctione effectus. Deinde traditur christiano vestis cādida, vt qui primæ natiuitatis decorē vetustatis pannis offuscauerat, habitu regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tetigitur etiam eius caput sacro velamine post vnctionem sacram, vt intelligat se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri. Ad vltimum datur cęreus accensus in manu eius, quatenus implere doceatur euangelicum illud, quod dicitur Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est. Nec est credendū, ꝙ cathechismus, & exorcismus, quæ fiunt ante baptismū, & ea quæ fiūt post baptismum sint necessaria ad essentiam baptismi: quia sine illis vere conferri potest baptismus: sed pertinent ad sacramenti solēnitatem, & peccaret sacerdos hæc omittens casu necessitatis excepto.

Textus elucubratio. CIRCA litteram, solis sacerdotibus esset traditum, supple ex officio, si seruatur forma a Christo tradita, supple cum materia, & intentione debita. Signa percepit, idest characterem baptismalem, qui est signum gratiæ, & exterius sacramentum: seruato charactere Christi, idest seruata forma, & intentione, per quæ character imprimitur. Nemo renascitur nisi prius nascatur, hoc intelligendum est de renascendo per sacramenti susceptionem. Agendum est, vt renascantur ne pereant: quia in illo casu contemnerentur, si remedium non quærerent. Videtur tamen sapientibus, etcæte. verum est, quod dicit hic Magister: vbi sic iocantes intentionem baptizandi non habent: alioquin si habent intentionem baptizandi, & illi qui abluuntur intentionem actu, vel habitu in speciali, vel in generali baptismum suscipiendi, baptismus esset, quod expressum est prima quæstione prima. Spiritussanctus. §. Ecce quando. Pompis.

Pompa. Pompa dicitur a pompen Græce, quòd est publice Latine ostentari. *Neophytus.* Neophytus dicitur a neos, quod est nouum: & phytos, quod est fides, quasi nouus in fide, vel a phytos, quod est quærere, quasi nouus quęsitor. Ante baptismum fit cathechismus, & exorcismus.

CONTRA, ergo prius debuisset Magister determinare de his, quàm de baptismo.

RESPONDEO, quòd non: quia cathechismus & exorcismus sunt propter baptismū, & Magister secutus est ordinem intentionis, non executionis.

De Confirmatione.

DISTINCTIO VII.




NVNC de sacramento Confirmationis addendum est, de cuius virtute quæri solet. Forma enim aperta est, scilicet verba quæ dicit episcopus, cum baptizatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentum ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ipsis Apostolis legitur peractum, nec ab alijs, quàm ab illis, qui locum eorum tenent, perfici potest, aut debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habetur, & vacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed non chrismate signare in fronte. Virtus autem huius sacramenti est, donatio spiritus sancti ad robur, qui in baptismo datus est ad remissionem. Vnde Rabanus. A summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato: vt roboretur per spiritum sanctum, ad prædicandum alijs illud quod ipse in baptismo consecutus est. Item, Om s fideles per manus impositionem Episcoporum post baptismum accipere debent spiritum sanctum, vt pleni Christiani inueniantur. *Eusebius papa epi. 3. ad episco. Campa. & Tusciæ Et de conf. dist. 5. cap. Manus Greg. lib. 3. epi. 9. Et de conf. dist. 4. cap. Presb. De inst. cle. li. 1. ca. 31. de conf dis. 5. ca Nouissimè. Vrbanus 1. Pap. epi. 2. Et de confe. dis. 5. cap. Omnes fideles. Circa medium. Et de confe. dist. 5. c. De his verò.*

Melchiades in Epistol. ad Hispaniarum Episcopos, cuius initium, Dilectissimi, &c.

Scitote vtrunque esse magnum sacramentnm: sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut a maioribus datur. Ecce maius dicit sacramentum confirmationis: sed fortè non ob maiorem virtutem & vtilitatem, quam conferat, sed quia a dignioribus datur, & in digniore parte corporis fit, scilicet in fronte: vel fortè, quia maius augmentum virtutum præstat, licet baptismus plus ad remissionem valeat. Quod videtur innuere Rabanus, dicens, in vnctione baptismi spiritum sanctum descendere ad habitationem Deo consecrandam, in hac vero eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis & virtutis venire in hominem. Hoc sacramentum tantum à ieiunijs accipi, & ieiunijs tradi debet, sicut & baptismus: nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec Baptismus, vel Ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria, quod fieri putatur, quando non iterandum iteratur. Sed vtrum aliqua, vel nulla iterari possint, quæstio est. Nam de Baptismo, & Ordine, quòd non debeant iterari, apertè Augusti. dicit, Vtrumque sacramentum est, & quadam consecratione datur, illud quidem cum qaptizatur, illud vero cum ordinatur. Ideoque in ecclesia catholica vtrumque non licet iterari: quia neutri facienda est iniuria. Quod indubitanter etiam de Confirmatione tenendum est. De alijs verò, vtrum iterari valeant, vel debeant, postea differemus. *Lib. 1. de insti. cle. c. 31 Et de confe. dist. 5. c. Nouissimè. De conf. di. 5. c. Vt episc. & proximis duobus. Li. 2. cō. epi. Parme. ca. 15. to. 7. Et habe 1. q. 1. c. Quod quidam dicūt.*

DISTINCTIO. VII.

Cõtin uatio Textus.



SVPERIVS determinauit Magister, de sacramẽto baptismi, hic determinat de sacramento confirmationis, & diuiditur ĩ partes quinque.

Diuisio.

Primo determinat de huius sacramenti forma.

Secundo de ministro. ibi. (Quod sacrm̃.)

Tertio de virtute. ibi. (Virtus autem.)

Quarto de comparatione huius sacramẽti ad baptismum ibi. (Scitote.)

Quinto de ritu conferendi hoc sacramentum. ibi. (Hoc sacramentum.)

CIRCA hanc distin. de 7. principaliter est quærendum.

Primo de huius sacramenti essentia.

Secundo de ministrante.

Tertio de suscipiente.

Quarto de effectu.

Quinto de eius dignitate.

Sexto de modo conferendi.

Septimo de tenente illum qui confirmatur.

De huius sacramenti præfiguratione habitum est supra dist. prima. q.2. ar, 3. in solutione argumenti 2. De eius etiam institutione habitum est supra di.1. q.3. ar. primi, & ideo de istis non oportet hic facere quæstiones.

ARTICVLVS I.

CIrca primum quærutur duo.

Primo vtrum chrisma sanctificatum sit huius sacramenti determinata materia.

Secundo vtrum hæc verba: signo te signo crucis, confirmo te chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & spiritussancti amen sint huius sacramenti conueniens forma.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum chrisma sanctificatum sit huius sacramenti determinata materia.

Arg. I. D. Bon. li4. di. 7. ar. I. q. 2. D. Th. 4. sẽ. di. 7. ar. I q. 2. & p. 3. q. 72. ar. 2. Sco. li. 4. di. 7. q. I. Ale. p. 4. q. 9. m. 2. ar. I

ET VIDETVR ꝙ non, determinatio enim materiæ sacramenti nõ est nisi ab instituente: sed Christus, qui hoc sacramentum instituit non legitur huius sacramenti determinasse aliquã materiam: ergo huius sacramenti nulla est determinata materia.

Secundo

Item Apostoli in confirmando non vtebantur chrismate: sed manum impositione, vt habetur Actuum 8. sed nullum sacramentum cuius determinata est materia, conferri potest sine materia sua: ergo huius sacramenti nulla est determinata materia.

Tertio.

Item formarum, vel naturalium, vel artificialium, non est determinata materia: forma enim cuiuslibet elementi, potest esse in cuiuslibet elementi materia: quia quodlibet est in quolibet impotentia: forma etiam statuæ fieri põt in auro, argẽto, vel cupro: sed forma sacri est artificialis: ergo nullius sacramenti est determinata materia.

In oppositũ.

CONTRA, extra: de sacra vnctione. paragrapho. Quia vero: dicitur de baptizato, ꝙ post baptismum chrismate sancto vngatur.

Item Magister in littera, huius dist. cap. I. dicit, ꝙ in conferendo hoc sacramentum episcopus illum, quem confirmat, sacro signat chrismate.

Item: extra de sacra vnctione, cap. pastoralis, dicit Papa de illo, qui quando fuit confirmatus fuit per errorem nõ chrismate: sed oleo delinitus, ꝙ cautè supplendum est, ꝙ incautè fuerat prætermissum: ergo chrisma necessariũ est ad hoc sacramentum.

CONCLVSIO.

Ad signandam in hoc sacramento gratiæ diuinæ pinguedinem per oleum, & bonæ famæ odorem per balsamum, Confirmationis materia remota iurè est chrisma sanctificatum.

I. q. I. determ be.

RESPONDEO, ꝙ chrisma sanctificatum est huius sacramenti determinata materia: cũ enim confirmatio sit sacramentum, vt supius habitum est, accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum: infra, vt nomine elementi intelligatur materia, oporteret huius sacramẽti aliquam esse materiam. Et quia materia debet repręsentare sacramenti effectum, & huius sacramenti, vt postea videbitur sit determinatus effectus, decuit huius sacramenti determinatam esse materiam: vt autem habetur extra: de sacra vnctione, quia vero: in fronte vngitur baptizatus, vt liberè cõfiteatur, quod credit: quia corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Et infra, paragrapho, per frontis: dicitur, ꝙ per cõfirmationem spiritussancti, datur augmẽtum, & robur, hæc aũt includũt interiorem cõscientiæ nitorem, per purã fidẽ. Oleũ aũt cum sit pingue, & cõuenientissimum ignis pabulum, & nitidum, conueniẽter repræsentat gratiæ pinguedinẽ, charitatis feruorẽ, & fidei interiorẽ nitorẽ. Balsamũ aũt cum sit maximè odoriferũ, & a corruptione præseruatiuum, cõueniẽter repræsentat bonũ odorẽ famæ fidei, qui diffunditur per confessionem oris, qua audiẽtes pręseruantur a corruptione erroris. Et ideo huius sacramenti determinata materia est ex oleo, & balsamo cõfecta. Et qa ꝓprietates olei ꝑfectiùs ĩueniũtur ĩ oleo oliuę, q̃ ĩ alio, vnde &, anthonomasicè oleũ dr̃, chrisma quod est hmõi sacri determinata materia, debet esse cõfectum, non ex quocũq; oleo, sed ex oleo oliuarũ & balsamo: & quia hanc materiam Christus, tactu mundissimæ carnis suæ non sanctificauit, facto eam determinans ad hoc sacramentum, sicut facto determinauit aquam ad baptismum, & panem, & vinum ad Eucharistiæ sacramentum: sed inspiratione, vel præcepto, ideo episcopi non valentes solo tactu suo, hanc materiam consecrare, eam consecrant per bene-

Ro. 10.

Mar. 10.

benedictionem. Ad hoc etiam facit: quia hoc sacramentum non est tantæ necessitatis, vt baptismus: & quia huius administratio est personis dignioribus reseruata.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicitur Ioan. penul. Multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Vnde quãuis scriptum nõ sit, credo, ꝙ determinauit huius sacramenti materiam inspiratione, vel prę cepto: quamuis in confirmando non vteretur materia: quia in ipso est, & erat plenitudo potestatis.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, ꝙ quia per impositionem manuum Apostolorum dabatur spiritussanctus in signo visibili: ideo ipsi ex inspiratione speciali illo signo visibiliter loco materiæ vtebantur in confirmando. Auctoritate tamen Christi tradiderunt ecclesiæ, modũ confirmandi cum chrismate, quamuis non inueniatur scriptum. Sic enim dicit Dama. lib. 4. ca. 4. Apostoli non scripta, multa tradiderunt nobis. Extra de cele. mis. c. cũ marthæ.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ ea corpora, quæ non transmutãtur in inuicem habent formas indeterminatas materijs. Vnde forma cęli nõ posset esse in materia elementi, nec forma elementi in materia cęli: & ideo cum sacramenta non transmutentur in inuicem, dicunt habere determinatam materias.

Caute hoc. Præterea, quamuis forma artificialis, secundum se posſit esse in diuersis materijs, tamen forma artificialis ordinata ad aliquem determinatum effectum requirit determinatam materiam. Vnde turris ordinata contra impugnationem, quæ est per ignem, requirit materiam non combustibilem: similiter dico, ꝙ cũ istud sacramentum ordinatum sit ad aliquem terminatum effectum, habere debuit determinatam materiam.

QVAESTIO II.

Vtrum hæc verba, signo te signo crucis: confirmo te chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & spiritussancti, amen: sit huius sacramenti conueniens forma.

Ar. I. D. Bon. vbi sup. q. 1. D. Tho. p. 3. q. 72. ar. 4. Sco. vbi su. Al. ibi. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: verba sunt ad sanctificãdum materiam: sed materia huius sacramenti est sanctificata: ergo confirmans nõ debet proferre aliqua verba sanctificationẽ importãtia.

Secundo. Item circa formam non licet aliquid immutare: sed non omnes vtuntur eisdem verbis: quidam enim dicunt. Consigno te: alij dicũt: chrismate sanctificationis: ergo supradicta verba non sunt forma huius sacramenti.

Tertio. Item baptismus magis repręsentat passionẽ Christi, quàm confirmatio: sed baptizando nõ nominatur signum crucis: ergo multo minus nominari debet in sacramẽto confirmatiõis.

In oppositũ. Contrarium tenet ecclesiæ consuetudo.

CONCLVSIO.

Quia per hæc verba innotescit, & finis ad quem ordinatum est sacramentum, & sacramẽtalis actus, & materia, & effectus, & causa principalis sanctificans, ipsa vtique confirmationis forma congruenter sunt.

RESPONDEO, ꝙ si loquamur de forma sacramenti proprie dicta, sic forma confirmationis, inquantum est sacramentum, est aliquid resultans ex intentionali vnione chrismatis, & supradictorum verborum, & huius totius ordinatione ad sanctificandi actum, & hæc ordinatio est ad determinatum sanctificandi modum, & respectu huius formæ aggregatum ex chrismate, & supradictis verbis per intentionem confirmationis in generali, vel in speciali implicitè vel explicitè est materia: sicut aggregatum ex fundamento, tecto, & pariete, est materia respectu formæ domus, quæ resultat ex vnione formæ istorum. Si autem loquamur de forma, secundum aliquam similitudinem, qua principalior pars totius integralis dicitur forma totius: vt tectũ forma domus: sic supradicta verba sunt forma conueniens huius sacramenti: exprimunt enim finem ad quem est sacramentum, scilicet cõfessionẽ crucis Christi, in hoc quod dicitur, signo te signo crucis: & illud quod est sacramentum, & non res, cũ dicitur chrismate: & illud quod est res, & sacramentum. s. characterem confirmationis, cum dicitur: confirmo te. s. sacramentum cõfirmationis administro: & illud quod est res, & non sacramentum, cum dicitur, salutis: & causam sanctificantem cum dicitur, in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Expresſio tamẽ signi crucis, quamuis sit de essentia formæ, non tamen modus exprimendi per hoc verbũ signo: & ideo non corrumpunt essentiam sacramenti dicentes: consigno. Similiter quamuis significatio huius, quod est res, & non sacramentũ sit de essentia formæ, non tamen modus exprimendi per verbũ salutis, & iõ non corrũpunt essentiã sacri dicẽtes chrismate sãctificatiõis, quia per sanctificationem significatur salus. Formam cõfir. bifariã sumi posse.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ sicut instrumentum duplicem habet virtutem, vnam ante vsum, aliam in vsu, quam recipit a motore: sed huius sacramenti materia duplicem habet sanctificationem. Vnam quæ in ea remanet etiam sine vsu: & aliam quæ nõ est in ea nisi in vsu. Et hac sanctificatione sanctificatur, per hæc verba, quæ dicit episcopus: in nomine patris, & filij & spiritussancti, amẽ. Alia autem sanctificatur per verba quæ dicit episcopus, quando conficit chrisma.

Ad secundum. Ad secundum patet solutio ex dictis in corpore quæstionis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis baptismus magis repręsentet passionẽ Christi, q̃ cõfirmatio: tamen quia confirmatio specialiter datur ad illius passiõis exteriorẽ cõfessionẽ, ideo

ideò in hoc sacramento magis nominatur signum crucis, quàm in baptismo.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secūdo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primò vtrum soli episcopi possint confirmare.

Secūdo vtrum episcopi degradati possint confirmare.

QVAESTIO I.

Vtrum soli episcopi possint confirmare.

Arg. 1. *D. Bon. vbi sup q. 3.* *D. Th. ibid. ar. 11.* *Sco. vbi su.* *Ale. p. 4. q. 9. m. 5. ar. 1*

ET VIDETVR q non: quia dist. 95. Peruenit, & recitat Magister in littera huius dist. c. 1. habetur, q Grego. scripsit Ianuario episcopo, quòd ad vitandum scandalum presbyteri in frontibus baptizatos chrismate tangerent: ergo alij, quā episcopi possunt confirmare.

Secunda Item quilibet potest agere secundum formam quam habet: sed aliquis non episcopus habet characterem confirmationis: ergo alij, quàm episcopi possunt confirmare.

Tertio. Item maius est corpus Christi consecrare, quàm cōfirmare: sed quilibet sacerdos potest consecrare: ergo quilibet sacerdos potest cōfirmare.

In oppositū. CONTRA, extra de sacra vnctione: paragrapho, per frontis. Cum ceteras vnctiones simplex sacerdos, vel presbyter valeat exhibere hanc non nisi summus sacerdos, i. episcopus debet conferre.

Item de consecra. dist. 4. presbyteri, presbyteri baptizatos infantes signare in frōtibus sacro chrismate non presumant.

Item aliquis nō sacerdos, nō potest ex commissione Papę sacramentum Eucharistiæ conficere: ergo multo fortiùs nec hominem confirmare.

CONCLVSIO.

Cum solis Apostolis in primitiua ecclesia, nec alijs confirmare licuerit, etiam episcoporum tantum hoc munus esse videtur, cum illorum isti sint successores.

RESPONDEO, quòd soli episcopi cōfirmare possūt, ex ordinaria potestate: qa vt dicitur extra, de sacra vnctione, paragrapho, per frōtis, de solis Apostolis, quorum vicarij, idest successores sunt episcopi, legitur, quòd per manus impositionē dabant spiritumsanctum, vt Actuum Apostolorum lectio manifestat: q-dam etiam Glo. super illud Actuum 8. Imponebāt manus super illos: dicit de Philippo, q Samariæ euāgelizabat, & si Apostolus esset manus imponere posset, vt spiritumsanctum acciperēt, quod solis episcopis licet. Simplex tamē sacerdos cōfirmare posset ex domini Papę commissione: vt bene probatur per decretum ad hoc in primo argumēto, huius qstionis allegatum. Cum enim potestas cōferēdi sacramēta pertineat ad veritatem doctrinæ, cōtra quam propter quodcūque scādalum nihil est cōcedēdum, nūquam Grego. cōcessisset, q presbyteri ad vitādum scādalum cōfirmarēt, nisi in hoc secūdum veritatem concedere potuisset. Vnde nō bene dicūt dicētes ipsum cōcessisse, vt sacerdotes chrismarēt in frōte, qua si verè cōfirmarēt ad vitādum scādalum, sicut aliquādo aliquis accipit panem benedictum; vt videatur Eucharistiam sumere.

Ista est cōis sntia Theologorum Canonistæ autē varij sunt in c. de his, & duob. sequētib. de conf. di. 5.

Ad primū. EX DICTIS patet solutio ad primum.

Ad secundum. Ad secūdum dicēdum, q maior vera nō est nisi de actione, ad quam ordinatur illa forma. Sed character cōfirmationis nō ordinatur ad hoc, vt eius subiectum in aliquo possit imprimere similem characterem: sed ad hoc, vt constāt confiteantur Christi passionem.

Ad tertium Ad tertium dicēdum, q nō valet: sicut nec istud: maius est generare hominem, quàm asinum, sed homo potest generare hominem: ergo asinum, aliquando enim potestas ordinatur ad effectum superiorē, q non ordinatur ad effectum inferiorem, quādo inferior rem non presupponit superior.

Ad aliā partem. Duo prima ad partem aliam procedunt de ordinaria potestate.

Ad tertium Ad tertium dicēdum, quòd non est simile: qa potestas cōficiēdi sacramētum Eucharistię fundatur ex ordinatione diuina super characterem sacerdotalem, q nulli dari potest, nisi fiat sacerdos; sed potestas cōfirmādi fundatur: vt quidam dicūt, super dispositionem vicarij Christi, q sicut disposuit, quòd oēs episcopi cōfirmare possunt, ita disponere posset, vbi & quando exigeret ratio, quòd sacerdotes, nō episcopi cōfirmare possent: qa sup corpus Christi mysticum, quod est ecclesia, habet Papa plenitudinem potestatis, q̄uis per comparationem ad cōficiēdum corpus Christi verum, potestas Papę nō excedit potestatem simplicis sacerdotis. Videtur tamē quibusdā probabiliter, quòd nō sacerdos, etiam ex commissione Papę sacramētum cōfirmationis cōferre nō posset, gratia enim descendit in corpus mysticum, cuius caput est Christus, per ipsius Christi meritum. Et ideo ordinauit Christus, vt potestas conferendi sacramentum confirmationis, eo quod per eius susceptionem dignè ipsum suscipiēti cōfertur abūdanter augmētum gratię ad confitēdum constāter crucifixionem veri corporis Christi, depēdeat ex potestate conficiendi corpus Christi verum, quam potestatem nō habet, nisi sacerdos. Nec te moueat ad discredēdum, quod dictum est: quia in sacra scriptura non inuenitur expressum: quia sicut dicit Damascen. lib. 4. cap. 4. Apostoli multa nō scripta tradiderunt nobis.

Non sacerdotē confi. cōferre nō posse etiā com missione Papa.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum degradati episcopi possint confirmare.


T VIDETVR quòd sic, a nullo potēti baptizare potest per hominem auferri potestas baptizādi, nec a potenti conficere potestas conficiendi: ergo a simili, nec a potenti confirmare potestas confirmandi: ergo episcopi per degradationem potestatem illam non amittunt.

Ar. I. D. Bon. vbi sup.

Secundo. Item, qui potest aliqd priuatus aliqua potestate ad tempus, posset illud idem priuatus illa potestate pro semper: sed episcopi suspensi, q sunt priuati episcopali potestate ad tempus, possunt cōfirmare ad tempus, q̄uis hoc facere nō debeāt: ergo illud idem possunt degradati, qui episcopali dignitate simpliciter sunt priuati.

In oppositū. CONTRA, episcopus degradatus non est episcopus, sicut nec princeps iure exheredatus est princeps: sed nullus nisi episcopus confirmare potest, nisi ex papali commissione: ergo degradati episcopi cōfirmare nō possunt.

CONCLVSIO.

Episcopo degradato non licere vnquam confirmandi potestatem exercere rationabile est.

AD ISTAM quæstionem dixerunt aliq ꝙ cum potestas confirmandi fundetur super dignitatem, q̄ episcopo acqritur, ex sua consecratione, & illa dignitas ab eo auferri non possit per hominem; qa dignitatem apostolatus omnes apostoli, quorum episcopi sunt successores, immediatè acceperūt a Christo, episcopi degradati confirmare possunt, q̄uis hoc facere non debeant: qa eis prohibitus est simpliciter illius potestatis vsus.

Ista est potior ex dictis in praecedenti q. Alij dicunt, ꝙ episcopi degradati cōfirmare non possunt, nec de iure, nec de facto: qa vicario Christi, concessa est a Christo potestatis plenitudo ordinādi de corpore Christi mystico, quod est ecclesia, & eius membris, secundum quod exigit ratio recta: super autem suū verum corpus nullam sibi concessit potestatē nec etiam super illos, q sacramentum baptismi non susceperunt, quod est ianua, qua intratur in ecclesiam militantem, concessit aliquā potestatem directè. Vnde Apostolus 1. ad Corin. 5. Quid est mihi de ijs, q foris sunt iudicare? vnde Glo. i. Quid mihi attinet iudicare de ijs, q foris sunt, i. extra ecclesiam, & parum post, ac si dicat, non attinet ad me in his iudicare: sed de his, q intus in ecclesia sunt professione, & nomine; nonne vos iudicatis? vtique, & parum post. Eos, qui foris sunt Deus, tantum iudicabit, non nobis commisit, vt eos nunc iudicemus: & ideo qa potestas episcopalis directè respicit corpus Christi mysticum, & eius membra, potestas autem conficiendi sacramentum Eucharistiæ directè respicit corpus Christi verum, & potestas baptizandi, non tantum respicit illum, q est ecclesiæ membrū; sed etiam illum, q nec est, nec fuit ecclesiæ militantis membrum, vicarius Christi potest ab episcopo auferre potestatē episcopalem, nec tamen ab homine potestatem baptizandi, nec a sacerdote potestatem conficiendi.

Ad primū. ET sic patet solutio ad primum in oppositum.

Ad secūdū. Ad secundum dicendū, ꝙ differentia est inter suspensionem & priuationem: qa per priuationem tollitur potestas: sed per suspensionem prohibetur potestatis vsus, & ideo si episcopus suspensus confirmat, dico ꝙ verè confirmatum est: sed sic confirmando mortaliter peccat: qa vtitur potestate cuius sibi prohibitus est vsus. Qui autem tenent opinionem aliam, quæ videtur rationabilior, dicunt ꝙ episcopus degradatus est episcopus: sed prohibitus est sibi potestatis vsus pro semper.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum susceptionem sacramenti possit impedire voluntatis abusus.

Secundo vtrum infantilis ætas, & fœmineus sexus, & priuatio vsus linguæ impediant susceptionem huius sacramenti.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum susceptionem huius sacramenti possit impedire voluntatis abusus.

Ar. I. Quid abuti in prima di. pri. ET VIDETVR, ꝙ non: abuti enim voluntate est referre aliquid ad finē indebitum; sed quocunque fine aliquis velit suscipere hoc sacramētū, verè hoc sacramentum suscipit. Sicut aliquis recipiens baptismum propter aliquod temporale remedium, sicut propter finem, nihilominus suscipit sacramentum baptismi: ergo volūtatis abusus impedire non potest huius sacramenti susceptionem.

Item ad contrarium illius ad quod non potest cooperari voluntatis rectus vsus non potest cooperari eius abusus: sed rectus vsus voluntatis, nihil cooperatur ad huius sacramenti susceptionem; quia puer carens voluntatis vsu confirmari potest: ergo ad impediendum huius sacramenti susceptionem, nihil potest voluntatis abusus.

CONTRA, qui intendit hoc sacramētum nunquam suscipere abutitur voluntate: sed intentio nunquam suscipiendi hoc sacramētum impedit sacramenti susceptionem ipsa durante: ergo huius sacramenti susceptio impediri potest per voluntatis abusum.

CONCLVSIO.

Nedùm confirmationis effectus, sed & ipsius confirmationis susceptio prohiberi potest per voluntatis abusum.

RESPONDEO, sicut dicit Augu. primo libro de doctrina Christiana, parum post principium.

cipium. Vsus voluntatis illicitus: abusus est, cum ergo per illicitum volunlatis vsum, ꝙ est in volendo quodcunque mortale peccatum, prohibeatur homo suscipere rem huius sacramenti. s. gratiam gratum facientem, & per illicitum voluntatis vsum, qui est intẽdere nunquam suscipere hoc sacramentum, prohibeatur homo suscipere illud, quod in isto sacramento est sacramentum & res, quod est character, per voluntatis abusum potest prohiberi huius sacramenti susceptio, non tantum effectus illius, qui est res, & non sacramentum.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ non tantummodo abuti voluntate est velle aliquod bonum, propter finem indebitum: sed etiam velle malum, vel non velle bonum, qđ homo tenetur velle. Qui autem intendit nunquam hoc suscipere sacramentum, non vult, quod debet velle, & vult quod nõ debet velle.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ in illo, qui sua voluntate potest vti ratione & abuti, cooperatur ad huius sacramenti susceptionem rectus voluntatis vsus, vel per se, vel saltem inquantum remouet prohibens. s. intentionem non suscipiendi sacramentum.

QVAESTIO II.

Vtrum susceptionem huius sacramenti possit impedire infantilis ætas, vel fœmineus sexus, & priuatio vsus linguæ.

CONCLVSIO.

Sexus, vel ætas, vel vsus linguæ priuatio huius sacramenti susceptionem impedire minimè possunt.

RESPONDEO, cum character confirmationis sit signum distinctiuum militum spiritualium deputatorum ad constantem passionis Christi confessionem, & hæc militia conuenire possit, non tm̃ viris: sed & mulieribus, vt patuit in Virginib. sacris, q̃ ꝓ cõfessione fidei Christi martyriũ susceperunt. Posset & cõuenire infantibus, non tamen in ętate infantili, sed ꝓ illa ætate, ad q̃ producendi sunt. Muti etiam per signa cõfiteri possunt crucẽ Christi, ideo huius sacramenti susceptionem, non impedit infantilis ætas, nec fœmineus sexus, nec priuatio vsus linguæ. Et quia certum est, ꝙ infantes non possunt habere obicem fictionis, ideò certiùs est, ꝙ suscipiant sacramẽtum & rem sacram, quàm ille, qui cõfirmatur adultus. Quapropter, quo ad hoc melius est hoc sacramentum, citò cõferre baptizatis, quàm expectare adultam ætatem.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER queritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum in collatione huius sacramenti character suscipienti imprimatur.

Secundo vtrum eidẽ gratia gratum faciens conferatur.

QVAESTIO I.

Vtrum collatione huius sacramenti imprimatur character suscipienti.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. di. 7. ar. 2. q. 2. ad arg. D. Tho. vbi su. ar. 5. Sco. li. 4. di. 7. q. 4. Ale. p. 4. q. 9. m. 5. ar. 7. Quinto meta. t. non habente com. ET VIDETVR, ꝙ non: quia aut esset eiusdem speciei, cum character baptismali, aut alterius: non primo modo: quia duo accidentia eiusdẽ speciei, non possunt simul esse in eodem subiecto: nec secundo modo, quia cum duorum accidentium specie diuersorum, vnum non dependeat ab alio, posset suscipi sacramentũ confirmationis non suscepto baptismo, quod falsum est.

Secundo. Item hoc sacramentum, datur ad spirituale pugnam: sed illa est communis omnibus christianis: cum character sit signum distinctiuũ, igitur non imprimitur in hoc sacramento.

In oppositum. CONTRARIVM tenet communis opinio ecclesiæ, & doctorum.

CONCLVSIO.

Sicut in baptismo imprimitur character ad distinguendum populum Dei, à non populo Dei: sic in confirmatione pariter, vt distinguatur christianus pugil à debili, & infirmo characterem imprimi, necesse est.

RESPONDEO, ꝙ in collatione huius sacramenti imprimitur character suscipienti, & quia huiusmodi ratio sufficienter adducta est superius distinctio. 5. q. 4. art. 2. ideo non hic repeto.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ iste character est alterius speciei, quàm character baptismalis, quod patet: quia ordinatur ad specialem effectum. Et cũ arguitur, ꝙ duorum accidentium specie diuersorum vnũ non dependet ab alio: dico, ꝙ falsum est, maximè quando vnum est in potentia passiua, ad alterius susceptionem, vt autem ostensum est supra, character baptismalis, est supernaturalis potentia, qua potest baptizatus alia suscipere sacramenta.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, ꝙ pugna spiritualis, contra aduersarios propriæ salutis omnibus est communis: sed pugna contra aduersarios communis fidei est fortioribus specialis.

QVAESTIO II.

Vtrum suscipienti confirmationem gratia gratum faciens conferatur.

Arg. 1. D. Bo li. 4. di. 7. ar. 2. q. 2. D. Th. p. 3. q. 72. ar. 7. Ale. p. 4. q. 9. m. 3. ar. 3. Quod est cõtra philo. 5. phys. per totum. ET VIDETVR, ꝙ non: quia aut illa gratia est eadem, cum gratia baptismali, aut non: si sic: ergo mutatio esset ad illud, quod iam habitũ est: si non: ergo duæ gratiæ gratum facientes essent in homine, quod falsum est: quia omnes gratiæ gratum facientes, eiusdem speciei ĩ eodem subiecto esse non possunt.

Secundo. Item gratia gratum faciens, est contra culpam: hoc sacramentum est contra pœnam, scilicet contra pusillanimitatem: ergo in isto sacramento non oportet conferri gratiam gratum facientem.

In opposi-tum. CONTRA, extra, de sacra vnctione paragrapho, per frontis. Per cõfirmationem datur spiritussãctus ad augmẽtum, & robur: sed spiritussanctus nõ datur simpliciter homini, nisi per gratiam gratum faciẽtem: ergo suscipienti cõfirmationẽ gratia gratũ faciens cõfertur.

CONCLVSIO.

In sacramento hoc proculdubio gratia gratum faciens gratiam acceptam amplians, & confirmans suscipienti confertur, qua fit de iam grato magis gratus, & de iam amico, magis Dei amicus.

RESPONDEO, ꝙ suscipiẽti cõfirmationem gratia gratum faciẽs cõfertur, per omnia enĩ sacramẽta nouæ l. est emũdatio ab his, quæ repugnãt sanctitati, vt ostẽdi potest ꝑ ea, quæ superiùs dicta sunt. dis. 1. q. 1. ar. 4. Per sacramẽta autem imprimẽtia characterem est vltra hoc deputatio ad quædam officia specialia sanctitatis, vt patet per ea, quę dicta sunt supra. di. 5. q. 4. ar. 2. emundatio autem ab his, q̃ sanctitati repugnãt fieri nõ potest, nisi per gratiam gratum faciẽtem, nec sine illa est aliquis idoneus, vt deputetur ad sanctitatis officia: & ideo cum per susceptionem sacramẽti cõfirmationis imprimatur suscipiẽti character, per quem homo deputatur ad specialem officium sanctitatis, duplici ratione infunditur gratia gratum faciens suscipienti confirmationem, eo modo quo suscipi debet.

Ad prim. Potest dici, quod augmẽtatur, secũdũ ipsum ĩ princip. di. 17. AD PRIMVM, in oppositum dicẽdum, ꝙ ex gratia quę infunditur suscipiẽti cõfirmationem: & illa quam iam susceperat per baptismum cõstituitur vna gratia per essentiam, sicut ex complemẽto, & completo constituitur vnum numero per essentiam.

Ad secũdũ. Ad secũdum dicẽdum, quòd gratia gratum faciẽs, nõ est tãtum contra culpam: sed etiam contra pęnam derelictam ex culpa, seu dispo nentem ad eam: talis autem pœna est pusillanimitas.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum huius sacramenti susceptio sit necessaria ad salutem.

Secundo vtrum, hoc sacramentum sit dignius sacramento baptismi.

QVAESTIO I.

Vtrum susceptio huius sacramenti sit necessaria ad salutem.

Arg. 1. D. Bo. li. 4. di. 7. ar. 3. q. 2. D. Th. 4 sẽ. di. 7. ar. 1. q. 1. Sco. li. 4. di. q. 2. Ale. vbi su. ar. 1. ET VIDETVR, quòd sic: quia de consecr. di. 5. Omnes fideles per manus impositiones episcoporum sanctũ spiritũ, post baptismũ accipere debent, vt pleni christiani inueniãtur: sed homini necessariũ est ad salutẽ, vt sit plenus christianus: ergo susceptio huius sacramẽti est necessaria ad salutem.

Secundo. Item eadem di. Spiritussanctus. Victuris necessaria sunt confirmationis auxilia.

Tertio. Item in tertia, interdicta nõ debẽt sacramẽta ministrari, nisi illa quæ sunt necessitatis: sed extra. de sen. excõ. Responso. paragrapho. Pręterea. dicit dominus Papa: quòd sicut in ciuitate interdicta possunt baptizari pueri, & sic confirmari: ergo susceptio confirmationis necessaria est ad salutem.

In opposit. CONTRA, gratia gratum faciens sufficit ad salutem: sed in baptismo datur gratia gratum faciẽs: ergo baptismus sine confirmatione sufficit ad salutem.

Item de cõsecr. dist. 5. Spiritussanctus. Regeneratio per se saluat mox in pace veri seculi recipiendos: ergo ad hoc non est necessaria confirmationis susceptio.

CONCLVSIO.

Huius sacramenti susceptio non simpliciter, sed secundum quid est necessaria ad salutẽ, nisi ab adultis contemnatur, tunc enim huius sacramenti contemptus, pœnitentia non interueniente, eis esset damnabilis.

RESPONDEO, quòd susceptio sacramẽti cõfirmationis paruulis baptizatis, nõ est necessaria ad salutem, sic intelligẽdo, quòd sine eius susceptione saluari nõ possint: quia vt habetur de cõsec. di. 5. Spiritussanctus: continuò trãsituris sufficiũt regenerationis beneficia. Sic etiam loquẽdo de necessario, nõ est ꝑ se necessaria adultis huius sacramenti susceptio, quamuis eis ad maiorem victoriæ perfectionem sit necessaria: vnde vbi prius. Victuris necessaria sunt confirmationis auxilia: cõtemptus huius sacramenti adultis, nisi pœniteant, est damnabilis. Tunc autem contempto res reputari debent, quãdo habita bona, & sufficienti opportunitate suscipienti hoc sacramentum ipsum suscipere renuunt, aut notabiliter negligunt. Et sic intelligi debet illud Hu. 2. li. de sacra. parte 7. cap. 3. Timendum est his qui per negligentiam amittunt episcopi præsentiam, & non suscipiunt manus impositionem, ne fortè propterea damnentur, s. nisi pœnitus pœniteant: quia festinare debuerunt, dum potuerunt. Contemptores huius sacramenti.

Ad primũ. AD PRIMVM, dicendum, quòd illa auctoritas de plenitudine christianitatis intelligenda non est, quantum ad necessitatem: qa sic sunt pleni christiani per baptismũ: sed quãtum ad supererogationem: vel dic, ꝙ hoc referendum est ad illos, qui hoc sacramentum suscipere contemnunt. Vnde: extra de sententia excom. Responso. paragrapho. Præterea. in Glo. Sine confirmatione non est plene Christianus, qui eam contemnit.

Ad secundum. Ad secundum patet solutis ex dictis in quęstione.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd maior est falsa. Morientibus enim si digne pœniteant, potest dari Eucharistia; extra de pœn. & remiss.

ꝙ in

ꝙ in te, & tempore interdicti. Et de sententia excommunicationis. Permittimus. Permittimus ecclesiarum ministris, semel in hebdomada tempore interdicti: non pulsatis campanis voce submissa ianuis clausis excommunicatis & interdictis exclusis missarum solemnia celebrare causa conficiendi corpus domini, qđ decedentibus in pœnitentia non negatur.

Ad aliã partem. Qualiter autem procedant argumenta ad partem aliam videri potest ex dictis in qõne.

QVAESTIO II.

Vtrum sacramentum confirmationis sit dignius sacramento baptismi.

Arg. I. D. Bo. li. 4. di. 7. du. 3. D. Tho. vbi sup. & Sco. ibidem q. 3. Ale. vbi su. m. 4. ar. 2. Secundo. ET VIDETVR, ꝙ sic. Magister in littera, huius di. cap. 2. dicit de confirmatione, respectu baptismi, ꝙ maiori veneratione tenenda est, sicut a maioribus datur.

Item de conse. dist. 5. Nouissimè. Et recitat Magister in littera huius dist. c. 2. In vnctione baptismatis, dicitur spiritus descendere ad habitationem Deo consecrandam. In hac etiã eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis, & virtutis venire in hominem.

In oppositum. CONTRA, illud sacramentum est nobilius quod habet meliorem effectum: sed baptismus est huiusmodi: quia per ipsum remittitur omnis pœna, & omnis culpa, non sic autem per cõfirmationis sacramentum: ergo dignius est sacramentum baptismi, quàm confirmationis.

CONCLVSIO.

Baptismum confirmatione digniorem esse simpliciter, confirmationem verò baptismo secundum quid asseuerare licet.

Respon. RESPONDEO, illud sacramentũ dignius est, quod digniorem habet effectum, dignitas autem sacramenti maximè secundum suã virtutem pensanda est, per cognitionem: ergo dignitatis effectuũ deuenire possumus in cognitionem dignitatis sacramentorum. Dignissimus autem effectus cuiuslibet sacramenti est gratia, gratia autem tantò est dignior, quãtò est maior: quia quantò est melior, tantò est dignior: & quantò melior, tantò maior. Et econtra: quia secundum Aug. lib. 6. de Trinitate. cap. 8. In his, quæ non mole magna sunt: idem est maius esse, quod melius esse: illud ergo sacramentum dignius est, in cuius susceptione, maior gratia confertur, maior autem confertur simpliciter in susceptione baptismi, quàm confirmationis, tamen quia per susceptionẽ baptismi, primò efficitur homo membrũ Christi, & de eius regno, quod est militans ecclesia: vt enim videmus reges, secundum rectum rationis iudicium ampliorem gratiam faciũt illis, super quos de nouo regnare incipiunt, quàm alijs, tum quia expressiùs baptismus, quàm confirmatio repræsentat mortem Christi, per quam Christus nobis gratiam meruit: dignius ergo sacramentum simpliciter est baptismus, quàm confirmatio, quamuis secundum quid sit econuerso: quia eius administratio reseruata est dignioribus personis, & in digniori materia celebratur. Quorum ratio est: quia non est tãtę necessitatis sicut baptismus. Et quia proximus finis ad quem datur, non est ita communis, sicut ille ad quem datur baptismus: & quia chrisma expressiùs repræsentat huius sacramenti effectum, quàm minus nobilis materia.

Ad primũ. EX DICTIS patet solutio ad primum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ gratia confirmationis, si accipiatur precisè pro illo gradu gratiæ, qui superadditur per confirmationem gratiæ baptismi. Quia tamen ex illo, & gratia præcedenti fit vna gratia per essentiam maior quàm erat gratia baptismi per se, propter hoc dicitur spiritumsanctum in confirmatione venire cum omni plenitudine sanctitatis in hominem.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quęritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur duo. Primo vtrum hoc sacramẽtum sit iterabile. Secundo vtrum inuncto fieri debeat in fronte.

QVAESTIO I.

Vtrum hoc sacramentum sit iterabile.

Arg. I. D. Bon. vbi su. dub. 6. Sco. ibi. q. 4. Ale. p. 4. q. 9. m. 5. ar. 7. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia medicina est iterabilis, quæ est cõtra iterabilem morbum: sed pusillanimitas contra quam est confirmatio, est iterabilis morbus: ergo iterabilis est cõfirmatio.

Item hoc sacramentum non est dignius, q̃ sacramentum vnctionis extremæ, minus enim nobilis virtus, est fortitudo, quàm spes: vt autem superiùs habitum est, dist. 2. q. 4. ar. primi. extrema vnctio est ad iuuandum actum spei, & confirmatio ad adiuuandum actum fortitudinis: sed extrema vnctio potest iterari: ergo multò fortiùs confirmatio.

In oppositũ. CONTRA, de conse. di. 5. dictum est. Nobis visum est eandem confirmationem, sicut nec baptismum iterari minimè debere.

CONCLVSIO.

Quia confirmatio effectum indelebilem imprimit ob id ipsam iteratio minimè decet.

Respon. RESPONDEO, quòd sacramentum cõfirmationis cum effectum imprimat indelebilem, scilicet characterem iterari non debet, sicut dicit Magister in littera, huius distincti. cap. 2. Vnde his confirmatus scienter irregularis est. De his etiam confirmato ignoranter dicas, vt superius dictum est de bis ignoranter baptizato: confirmatum etiam reconfirmans scienter, si publicum est, irregularis est, sicut superius dictum est de baptismo. *Opinionem tenet Sco. de irregularitate q. vlt. di. præsenti.*

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, quòd quamuis pusillanimitas in homine, sit iterabilis, non tamen illa cuius fuit causa ori

ginale

ginale peccatum: contra illam autem est directè hoc sacramentum. Vel potest dici, quòd quis sit morbus iterabilis, non propter hoc est iteranda medicina, quæ interiùs imprimit virtutem sufficientem contra morbum: talis autem medicina est omne sacramentum imprimens characterem.

Ad secundum. *Inter extremam vnctionem, & confirmationē.* Ad secundum dicendum, quòd maior est falsa, nec valet eius probatio: quia quamuis extrema vnctio sit per appropriationem adiuuandum actum nobilioris virtutis, quàm confirmatio, tamen quia non tantum cooperatur ad actum spei, quantum confirmatio ad actum fortitudinis, non potest concludi, quòd sit confirmatione nobilior, immo ad sensum videmus, quòd fortiori debilius adiutorium datur.

Præterea, extremam vnctionem dicere esse in adiutorium spei, & confirmationem in adiutorium fortitudinis dictum est per appropriationem, non per proprietatem, quodlibet enim sacramentum adiuuat quamlibet virtutem.

QVAESTIO II.

Vtrum inunctio chrismatis in confirmatione fieri debeat in fronte.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. dub. 4. D. Tho. p. 3. q. 72. ar. 9. Sco. li. 4. di. 7. q. 1. Ale. vbi su. ar. 6. ET VIDETVR, quòd non: de consec. distinctio. 5. Spiritussanctus chrismate confirmamur ad pugnam: sed aptitudo ad pugnandum magis pēdet, ex bona dispositione cordis, quàm capitis. Cum ergo hoc locus corporis, sit quasi in pectore, magis debet vnctio fieri in pectore, quàm in fronte.

Secundo. Item extra: de sacra vnctione, paragrapho. Per frontis: dicitur, quòd in confirmatione datur spiritussanctus ad robur. Robur autem est in neruis, & ossibus. Cum ergo secundum Auicen. 3. lib. de animalibus, capit. 1. Nerui oriantur a corde, & non a capite, magis debet fieri vnctio confitmationis in pectore, quā in fronte.

In oppositum. CONTRA, extra de sacra vnctione, paragrapho. Quia vero. In fronte inungitur baptizatus, vt libere confiteatur quod credit.

CONCLVSIO.

Cum frons sit verecundiæ, ac timoris sedes; & ad hæc expellenda in Christi nominis confessione, confirmationis sacramentum summopere valeat, debet hoc sacramentum in fronte dari.

Respon. RESPONDEO, quòd cum hoc sacramentum ordinetur ad constanter, & sine erubescentia fidem confitendum, maximè quantum ad articulum mortis Christi in cruce, & signa timoris, & erubescentiæ, maximè appareant in fronte, propter sui propinquitatem ad organum imaginatiue, ideo ille, qui confirmatur inungitur chrismate in modum crucis in fronte: vt sibi ostendatur, quòd confiteri crucem Christi debet, sine erubescentia, & timore. Et sic ex dictis videri potest, *Ad essentiā huius sacramenti quinque concurrere.* quòd quinque concurrunt ad huius sacramenti essentiam, scilicet sanctificatum chrisma: supradicta verborum forma, ex parte ministri, dignitas pontificalis, vel commissio papalis sacerdoti facta, & intentio debita: ex parte autem suscipientis requiritur pars corporis determinata, scilicet frons. Quod autem dicit Magister huius distin. cap. 2. hoc sacramentum a ieiunis tantum debere tradi, & non aliter, nisi cogatur necessitas: & illud de con sec. dist. 4. vt episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuū spiritumsanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus, non pertinet ad sacramenti essentiam: tamen peccat episcopus faciens contrarium. Illud ēt quod dicitur e. distinct. vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis moneantur cōfessionem facere prius, non refertur ad sacramenti necessitatem, sed reuerentiam. Et ad hoc vt suscipientes sacramentum meliùs sint dispositi ad suscipiendum sacramenti rem, scilicet gratiam, quod patet per litteram sequentem.

Notandum etiam, quòd frons confirmati debet ligari, quousque desiccetur, ne frons inuncta aliquas sordes subtrahat, & etiam secundum Hugo, secundo lib. de sacram. parte septima, cap. vlt. Confirmatum decet non lauare caput, vsque ad 7. dies, propter septem dona spiritussancti. Et quia ecclesia septem diebus celebrat aduentum spiritussancti in discipulos.

Ad primū. AD PRIMVM, in oppositum dicendum quòd quamuis robur ad pugnam magis sit ex corde, quam capite: cum signa timoris magis appareant in fronte, quàm in pectore. Attamen aptior est homo ad constanter standum in bello, & vincendum per bonam discretionem, quæ multum dependet ex bona organorū capitis dispositione, quàm per calorem, & spiritus qui sunt in corde. Vnde Prouerbiorum vigesimoquarto. Cum dispositione initur bellum, & Ecclesiast. 8. Sapientia hominis lucet in vultu illius.

Ad secundum. Ad secundum dici potest, quòd plus valet ad bellum sapientia, quàm corporis robur, & robur etiam mentis plus videtur dependere, secundum aliquos, ex bona dispositione capitis, quàm corporis: sed quicquid sit de hoc, tamen hoc certum est, quòd signa mentis robustæ, magis appareant in fronte, quàm in pectore.

ARTICVLVS VII.

CONSEQVENTER quæritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum ille qui confirmatur debeat teneri.

Secundo a quot, & qualibus debeat teneri.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum ille, qui confirmatur debeat teneri.

Arg. 1. D. Tho. p. 3. q. 72. ar. 16 Ale. p. 4 q. 9. m. 5. ar. 3 ET VIDETVR, ꝙ non: quia teneri signum est debilitatis in eo, qui tenetur: sed in susceptione huius sacramenti homo fortificatur: non ergo est conueniens, vt tunc teneatur.

In opposi- tum. CONTRARIVM tenet consuetudo Ecclesiæ.

CONCLVSIO.

Confirmandus vti adhuc spiritualiter imbecillis, & puer, ab alio tenetur, quousque confirmationis sacramento roboretur.

Respon. RESPONDEO, cum hoc sacramentũ detur ad robur, eo ipso, ꝙ homo ad susceptionem eius accedit, ostendit, ꝙ sufficiens robur standi per se habere non præsumit, & ideo ad hoc significandum institutum fuit, vt ab altero teneretur, si tamẽ aliquis cõfirmatur absq; hoc, quòd ab alio teneatur, sacramentum suscipit, quamuis hoc fieri non debeat, nisi necessitas aliqua hoc exigat.

Ad argum. AD argumentum in oppositum dicendũ, ꝙ quamuis per susceptionem huius sacramenti homo fiat fortis, tamen accedit tanquam debilis: & hac tentio illa repræsentat.

QVAESTIO II.

D. Tho. vbi sup. Alex. ibid. *Vtrum ab vno, vel à pluribus, & à quibus debeat teneri ille qui confirmatur.*

CONCLVSIO.

Teneri ab vno debet, vel à pluribus, si sic locorum expostulat consuetudo, verùm non confirmatus, aut patrinus confirmandum non teneat, nisi necessitas instet.

Respon. RESPONDEO, ꝙ institutum fuit, ꝙ nõ teneretur, nisi ab vno, eo ꝙ cognationes spirituales matrimonia impediunt. Vnde de consec. di. 4. non plures. Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, q̃ vnus siue vir, siue mulier. In confirmatione id ipsum fiat, tamen vbi est consuetudo, quòd plures teneant, non est prohibendum: quia hoc potest cooperari ad amicitiæ nutrimentum: non autem debet teneri ab illo, qui nõ est cõfirmatus, sicut nec in baptismo, debet homo teneri ab illo, qui non est baptizatus: de consecra. dist. 4. in baptismate, si tamen contrariũ fiat, quamuis fieri non debeat, casu necessitatis excepto, nihilominus ille, qui baptizatur, vel confirmatur vere suscipit sacramentum.

Non debet etiam teneri a monacho, nisi sit monachus. Vnde de consecra. distinc. 4. non licet. Non licet Abbati, vel monacho, de baptismo suscipere filios, nec commatres habere, per sacramentum autem confirmationis, contrahitur spiritualis cognatio. 30. q. 4. Si quis vnus, tamen prædicta ad sacramenti necessitatem non referuntur, potest autem teneri vir a muliere, & econuerso, quamuis magis deceat virum a viro teneri. In casu etiam necessitatis potest teneri ab illo, qui ipsum tenuit in baptismo. Vnde de consecrat. dist. 4. In cathechismo. In cathechismo, & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus fieri potest, si necessitas cogit, non est tamen consuetudo Romana, sed ꝑ singulos singuli sint, ad hoc, scilicet, vt cum pluribus amicitia cõtrahatur.

Et c. sequenti. Et li. 6. c. fi. de cog. spi.

Litteræ interpretatio CIRCA litteram. Virtus huius sacramenti est donatio spiritussancti ad robur.

Contra: in susceptione Eucharistiæ datur spiritussanctus ad robur. Iuxta illud psal. Et panis cor hominis confirmet. Psal. 103.

Respon. RESPONDEO, in susceptione confirmationis roboratur anima per spiritumsanctum ad tolerantiam mali: in susceptione Eucharistiæ ad constantiam boni: vel per primum anima roboratur in fide, per secundum in charitate, quod per appropriationem intelligendum est.

De sacramento altaris, & Eucharistia.

DISTINCTIO VIII.



POST sacramentum baptismi, & confirmationis sequitur Eucharistiæ sacramentum. Per baptismum mundamur: per Eucharistiam in bono consummamur. Baptismus æstus vitiorum extinguit, Eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excellenter Eucharistia dicitur, idest bona gratia: quia in hoc sacramento non modò est augmentum virtutis, & gratiæ: sed ille totus sumitur, qui est fons, & origo totius gratiæ. Cuius figura præcessit, quando manna pluit Deus Patribus in deserto, qui quotidiano cœli pascebantur alimento. Vnde, Panem angelorum manducauit homo. Sed tunc qui panem illum manducauerunt, mortui sunt. Iste verò panis viuus, qui de celo descendit, vitam mundo tribuit. Manna illud de cœlo: hoc super cœlum. Illud scaturiebat in diem alterum reseruatum, hoc ab omni corruptione alienum. Quicunque religiose gustauerit, corruptionem non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri, vbi submersis Aegyptijs liberati sunt Hebræi, ita hoc cœleste manna non nisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit, Hæc esca cœlestis fideles huius seculi desertum transeuntes in cœlum subuehit. Vnde rectè viaticum appellatur: quia in via nos reficiens, vsque in patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in manna significatio dominici corporis. Hæc duo sacramenta demonstrata sunt, vbi de latere Christi sanguis & aqua profluxerunt; quia

Amb li. de ijs, qui myster. initi. c. 8. tom. 4. Exod. 16. c Psal. 77. Ioan. 6. d Amb. ibid. cap. 9. Exod. 16. c Ioan. 19. f

quia Chsistus per sanguinem redemptionis, & aquã ablutionis nos redimere venit à diabolo,& à peccato: sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore,& per aquam maris rubri ab Aegyptijs liberauit. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostẽdit vbi panem & vinum Abrahæ obtulit. Vnde, vt ait Ambro. intelligi datur, anteriora esse sacramenta Christianorum, quàm Iudæorum.

Exo.12.b Exo.14.g Gen 14.d De sacr. li. 1.c.4.et li. 4.c.3.to.4.

De institutione sacramenti.

Hic etiam alia consideranda occurrunt, quatuor, scilicet sacramentum, institutio, forma,& res. Sacramentum Dominus instituit, quando post typicũ agnum corpus, & sanguinem suum discipulis in cœna porrexit, Vnde Eusebius Emisenus. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat, vt die cœnæ sacramentum nobis corporis, & sanguinis consecraret: vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium.

Mat. 26. In sermo.de corp.& sanguI domini. Et de cons. dist. 2.cap. Quia corpus.

De forma.

Forma verò est, quam ipse ibidem edidit.dicens, Hoc est corpus meum:et pòst,Hic est sanguis meus. Cùm enim hæc verba proferuntur, conuersio fit panis, & vini in substantiã corporis,& sanguinis Christi, reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambrosius, Sermone Christi hoc conficitur sacramentum: quia sermo Christi creaturam mutat: & sic ex pane fit corpus Christi,& vinum cum aqua in calicẽ missum,fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Consecratio quibus fit verbis? attende quæ sunt verba, Accipite,& comedite ex eo omnes:hoc est corpus meũ. Et iterum:Accipite,& bibite ex hoc omnes; hic est sanguis meus. Per reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratio præmittitur pro populo, pro Regibus. Item Augustinus. Credendum est quòd in illis verbis Christi sacramenta cõficiantur:reliqua omnia nihil aliud sunt, quam laudes, vel obsecrationes fidelium,& petitiones. Ecce quæ sit institutio & forma huius sacramenti. Vbi consideratione dignũ est, quare illud sacramentum post cœnam dedit discipulis. Dominus igitur Iesus ad inuisibilia paternæ maiestatis migraturus, celebrato cum discipulis typico pascha, quoddam memoriale eis commendare volens, sub specie panis, & vini corpus & sanguinem suum, ita eis tradidit, vt ostenderet legis veteris sacramenta: inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacrificium in morte sua terminari, ac legis nouæ sacramenta substitui: in quibus excellit mysterium Eucharistiæ. Ideo etiam post alia dedit, vt hoc vnum arctius memoriæ discipulorum infigeretur,& ab ecclesia deinceps frequentaretur. Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, vt post alios cibos sumatur: sed potius à ieiunis sumi oportet, sicut Apostolus docet, vt singulari reuerentia diiudicetur, idest discernatur ab alijs cibis, quod Dominus Apostolis disponendum reliquit. Vnde Augusti. Apparet, cum primo acceperunt discipuli Eucharistiam, nõ eos accepisse ieiunos; non ideo tamen calumniandũ est vniuersæ ecclesiæ, quòd a ieiunis sumitur semper. Placuit enim spiritui sancto, vt in honore tanti sacramẽti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret, quàm alij cibi:ideo vbique mos iste seruatur. Non.n. quia post cibos dedit Dominus, ideo pransi, vel cœnati illud accipere debent, vt illi faciebant, quos Aposto. redarguit. Nam Saluator, quò vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apost. per quos ecclesias dispositurus erat, reseruauit docendum.

Matth. 16. Lib.4.de sacra.c.4.to.4.& de cõs. dist.2. Panis est. Amb. ibid. cap. 5. Ibidẽ,ca. 4. 1.Thim.2 a De conf.di. 2.c. Verum sub figura, & Aug.epi. 59. to. 2. Eucharistiæ sacram. cur post cœnam institutum. 1.Cor.11.e Ad Ianua. ep.118. circa fi. to. 2. De cõse. di. 2. ca. Liqui ‑ apparet. 1.Cor.11.d

De sacramento & re.

Nunc quid ibi sacramentum, sit & quid res, videamus. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Forma ergo panis & vini quæ ibi videtur, est sacramentum, idest signum sacræ rei, quia præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire. Tenent ergo species vocabula rerum, quæ antè fuerunt, scilicet panis, & vini. Huius autem sacramenti gemina est res, vna scilicet contenta & significata, altera significata & non contenta. Res contenta & significata, est caro Christi, quàm de Virgine traxit, & sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata, & non contenta, est vnitas ecclesiæ in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi, & sanguis. Vnde Hieron. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis, vel illa quę crucifixa est & sepulta: & sanguis, qui militis lancea effusus est, vel illa spiritualis ac diuina, de qua ipse ait. Caro mea verè est cibus,& sanguis meus verè est potus, et, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam æternam. Sunt ergo hic tria distinguenda, vnum quod tantum est sacramentum: alterum, quod est sacramentum & res: et tertium, quod est res,& non sacramentum. Sacramẽtum & non res, est species visibilis panis & vini: sacramentum & res, caro Christi propria,& sanguis: res & non sacramentum, mystica eius caro. Porrò illa species visibilis, sacramentum est geminæ rei: quia vtramque rem significat,& vtriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis præ cæteris cibis corpus reficit & sustentat, & vinum hominem lætificat, atque inebriat, sic caro Christi interiorem hominem, plus cæteris gratiæ spiritualiter reficit & saginat. Vnde, Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Habet etiam similitudinem cum re mystica, quę est vnitas fidelium, quia sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinũ in vinum confluit: sic ex multis fidelium personis vnitas ecclesiastica constat. Vnde Apostolus. Vnus panis & vnum corpus multi sumus, &c. Vnde Augustinus, Vnus panis,& vnum corpus ecclesia dicitur, pro eo, quòd sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Hoc mysterium pacis,& vnitatis nostræ Christus in sua mensa consecrauit. Qui accipit hoc mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non accipit hoc mysterium pro se, sed contra se. Cuius etiã sacramentum est corpus Christi proprium de Virgine sumptum: quia vt corpus Christi ex multis membris

Aug. de ci. Dei, li. 10. c.5.to.5 & de cons di. 2.c. Sacrificium, de cõsec.dist.2.c. Species. Rom. 8.f. Cõmẽ ad 1. ca. epist. ad Eph. in medio. to 9.& habe. de cõ. dist. 2. cap. Dupliciter. Ioan. 6.f Psal.103. Psal. 22. 1.Cor.10 d In serm. ad infantes, ad altare de sacramẽto.& in serm. 28 ad fratres in eremo. De conf.di. 2.ca Quia passus.

Ephes. 4. a An. de blasphemia spiritusancti. Verba sunt in glossa. I Cor. II. Exo. 25. a

membris purissimis, & immaculatis constat, ita societas ecclesiastica, ex multis personis à criminali macula liberis consistit. In cuius rei typo facta est arca Domini de lignis setim: quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ similia.

DISTINCTIO VIII.

Cōtinuatio.



Superius determinauit Magister de sacramento baptismi, & sacramento confirmationis: hic determinat de sacramento Eucharistię. Et primo quo ad eius esse.

Secundo quo ad eius fieri, dist. II. ibi. (Si autem quæritur qualis sit.)

Diuisio. Prima in tres.

Primo determinat de hoc sacramento, secundum se.

Secundo per comparationem ad suscipientem, dist. 9. ibi. (Et sic duæ.)

Tertio ostendit verum corpus Christi contineri sub panis specie, idest sub accidentibus panis, dist. 10. ibi. (Sunt idem alij.)

Prima in 3.

Primo determinat de huius sacramenti dignitate.

Secundo de eius institutione. ibi. (Hoc ēt.)

Tertio de eius integritate. ibi. (Nunquid ibi.)

Prima in duas.

Primo ostendit huius sacramenti dignitatem per eius efficaciam.

Secundo per eius figuram. ibi. (Cuius figura.)

Illa pars in qua determinat de eius institutione diuiditur in duas.

Primo ostendit qua hora, & sub qua forma, Christus hoc sacramentum instituit.

Secundo quare Ecclesia in celebrando horam illam non custodit. ibi. (Ideo etiam.)

Huius dist. partitio. Illa pars, in qua determinat de huius sacramenti integritate diuiditur in duas.

Primo assignat ea, in q̃bus hoc sacramentū consistit.

Secundo explanat ea, & breuiter recolligit ibi. (Sunt igitur.)

Circa hanc distinct. quærendum est principaliter de tribus.

Primo de huius sacramenti institutione.

Secundo de confectione.

Tertio de forma.

ARTICVLVS I.

Circa primum, quæruntur quatuor.

Primo vtrum, species panis, & vini cōsecratæ, sint sacramentum nouæ l.

Secundo vtrum sint vnum sacramentum.

Tertio vtrum, hoc sacramentum fuerit conuenienter præfiguratum.

Quarto vtrum conuenienter institutum.

QVAESTIO I.

Vtrum species panis, & vini consecratæ, sint sacramentum nouæ legis,

Et videtur, q̃ non: q̃a vt superius habitum est, sacramentum est, ex similitudine repræsentās: sed species panis, & vini consecratæ nō habent similitudinem cum corpore Christi, & sanguine, cum species illę sint accidentia, & accidens sit a substantia dissimile: ergo non sunt sacramenta no.l. Art. D. Bon. li. 4 di. 8. par. 1 ar. 2. q. 1. D. Th. 4. di. 8. ar. 1. q 1. Sco. li. 4. di. 8. q. 1. Ale p. 4. q. 10. m. 3. ar. 3.

Secundo. Item panis est totum homogeneum corpus Christi est etherogeneum: ergo nō est species panis, ex naturali similitudine repræsentans corpus Christi. Et ex consequenti, nec est eius sacramentum.

Tertio. Item sacramentum no.l. illius rei, cuius est signum est causa. Sed prædictæ species nō sunt causa veri corporis Christi, & sanguinis, nec corporis mystici: ergo non sunt sacramentū nouæ le.

In oppositū. Contra, de consecr. di. 2. In sacramentorum: dicuntur prædictæ species esse sacramentum.

Item e. dist. non oportet: habetur idem.

CONCLVSIO.

Species hæ cum signa sint corporis Christi veri, sub illis veraciter, realiterque contenti, nec non ipsiusmet corporis mystici: nedùm nouæ legis sacramentum sunt, sed sacramentorum omnium longè præstantissimum.

Respon. Respondeo, q̃ species panis, & vini, post consecrationem factam a sacerdote, sub forma verborum, & intentione debita, sūt sacramentum no. l. quia signum & causa rei sacrę est sacramētum no. l. sed prædictæ species sunt signum duplicis rei sacræ: est enim species panis signum corporis Christi veri, quod est res sacra, sub ipsa specie verè contenta. Est etiam signum corporis Christi mystici, quod est res sacra, scilicet sancta ecclesia: quę tamen non est sub ipsa specie realiter contenta. Species etiam vini, est signum veri sanguinis Christi, qui est res sacra, & sub specie pręd icta veraciter contenta: q̃a quamuis etiā hoc sacramentum non sit causa essentiæ corporis Christi absolute, tamen est causa essentiæ eius sub illa specie, & causa essentiæ sanguinis, sub specie vini, q̃uis etiam non sit cā hominum ipsorum, q̃ sunt ecclesiæ membra, tamen est instrumentalis cā fidei, & charitatis, per quas veniuntur ad vnius corpis mystici cōstitutionē: & iō cā est corpis mystici, q̃tum ad eius formā, q̃uis non q̃tum ad eius materiam. Ex dictis patet, q̃ pdictæ spēs nō tm̄ sunt sacrm̄ no. l. sed & sacramētum inter alia altissimum, inquantum in se veraciter, & realiter continent sanctitatis auctorem, & patet, q̃ prædictæ species sunt sacramentum tātum, & corpus Christi verum sacramentum, & res. Res, scilicet

Duplicis rei viui & sanguinē signa extare.

Inter alia sacramenta hoc altissimum extare.

respectu

respectu speciei panis, & sacramentum respectu corporis mystici: quia sicut corpus Christi constat ex purissimis, & diuersis membris, sic corpus Christi mysticum ex diuersis personis per fidem, & charitatem purificatis: hoc autẽ corpus est res, & non sacramentum, nisi velles dicere, ꝙ corpus Christi mysticũ Ecclesiæ militantis sit sacramentum corporis mystici Ecclesiæ triumphantis. Et sicut dictum est de corpore Christi per comparationem ad speciem panis, sic intelligas de sanguine eius per comparationem ad speciem vini.

Ad primũ. Quod est cõtra Philos. 1 de anima. T. com. 11. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ accidens, & si sit a substantia dissimile in essentia, & naturali aptitudine essendi: ex hoc tamen non sequitur in accidente possit esse naturalis aptitudo ad repræsentandum substantiam: aliter enim per accidentia non posset deueniri in cognitionem substantiæ, & non tantum repræsentant accidentia substantiam, quã apta nata sunt informare, sed etiam illa cuius ista est repræsentatiua. Et ideo quia substantia panis repræsentat corpus Christi in essendo, inquantum conficitur ex purissimis granis, sicut corpus Christi constat ex purissimis membris, & in effectu, inquantum reficit corporaliter, sicut corpus Christi reficit spiritualiter: ideo species panis repręsentat corpus Christi.

Ad secundum. Et ex hoc patet solutio ad secundum.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex dictis in corpore quæstionis.

QVAESTIO II.

Vtrum species panis, & vini consecrati sint vnum sacramentum.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. D. Tho. vbi sup. & p. 3. q. 73. ar. 2. Sco. vbi su. Alex. ibidẽ. art. 1. ET VIDETVR quòd non: quia sacramentum est sacræ rei signum: ergo plura sacrę rei signa, sunt plura sacramenta: sed species panis, & species vini sunt plura sacræ rei signa: ergo sunt plura sacramenta.

Secundo. Cap. de nomine. Item quamuis secundum Philosoph. 1. periher. nomen sit vox significatiua: tamen plures voces vnum significantes, sunt plura nomina, vt ensis, & gladius: ergo a simili, quamuis species panis, & vini sint signa eiusdẽ rei, inquantum sub qualibet continetur totus Christus, tamen sunt plura sacramenta.

In oppositum. CONTRA, sacramentum vnitatis maxime debet esse vnum: sed hoc sacramentum est vnitatis sacramentum, quę est per fidem, & charitatem in corpore mystico: ergo hoc sacramentum est vnum.

CONCLVSIO.

Prædictæ species sacramentum vnum sunt vnitate integritatis, non autem indiuisibilitatis.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ prædictæ species panis sunt vnum sacramentum vnitate integrata ex pluribus relatis ad aliquid vnum: referuntur enim ad vnam rem significatam, non sub eis contentam, quæ est corpus Christi mysticum, & ad vnam rem significatam, & sub eis realiter contentam, s. ad ipsum Christum: quia quamuis species panis primo repræsentet corpus, & species vini sanguinem: quia tamen sanguis, & corpus Christi separata non sunt inter se, nec a Christo, ideo ex consequenti quælibet dictarum specierum repræsentat, & continet totum Christum. Referuntur etiam tanquam signum, & causa ad vnam spiritualem refectionem integram, quæ ad similitudinem integrę refectionis corporalis, quæ compræhẽdit cibum, & potum, cõsistit in potatione intellectus per fidei illustrationem, & in cibatione affectus per charitatem. Ad cuius refectionis integritatem significandam voluit Christus in hoc sacramento contineri sub specie cibi, & potus, vt esset in hoc integra significatio rei, quam in suscipiente efficit: ex duabus ergo speciebus constituitur vnum integrum signum.

Ad primũ. Habetur in sabbato quatuor temporum Septẽbris. In oratione post communionem omnipotẽs qui viuorum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis species panis, & vini sint plura signa, tamẽ ex his integratur vnum completum signum, ad quod significandum dicit Gregor. in quadam collecta. Perficiant in nobis Domine tua sacramenta quod continent, ad significandum plures partes huius sacramenti. Et in alia dicit: Vt hoc tuum sacramentum nõ sit nobis reatus ad pęnam: ad significandum, ꝙ ex illis vnum integrum constituitur signum.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, quòd plures voces idem significantes plura sunt nomina: quia nominis forma non est res significata: sed significatio, quæ in pluribus vocibus plurificatur, quamuis respectu vnius rei, nec sunt ordinatæ ad simul significandum illam rem, quia quælibet per se completæ significat eam, aliter non possent verè dici plura nomina: sed species panis, & vini institutæ sunt ad simul significandum, tanquam vnum integrum signum, vnam rem non contentam, & vnam contentam, & vnam effectam.

QVAESTIO III.

Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter præfiguratum.

Arg. 1. D Bo. lib. 4. dist. 8. a. 1. quæst. 1. D. Tho. vbi supra. Alexã p 4. q. 10. m. 1. art. 1. T. com. 10. ET VIDETVR ꝙ non: secundum Philos. 5. physic. mutationis, non est mutatio: ergo a simili, nec signi est signũ: sed hoc sacramentum est signum: ergo non est præfiguratum.

Secundo. Raritas facit preciositatem. 59. dist. c. si officia. 93. legimus, versus finem. Item quanto res est rarior, tanto cęteris paribus est preciosior. Vnde gloss. super illud primo Reg. 3. cap. Sermo Domini erat preciosus, dicit, quia rarus: sed figura huius sacramenti debuit esse multum preciosa: ergo multum rara: inconueniens ergo fuit ipsum multipliciter præfigurari.

In oppositum. CONTRA, hoc sacramentum præfiguratum fuit per panem, & vinum, quæ obtulit Melchisedech Abrahæ, vt habetur Gen. 14. in glo. ibidẽ, & per altare, quod ędificauit Abraham ad immolãdum Isaac, de quo hr Gen. 22.

Vnde gloss. ibidem. Hæc est figura nostri altaris in quo consecratur corpus Christi, & sanguis. Cum ergo istæ præfigurationes factę fuerint per consilium spiritussancti, qui nihil inconueniens consulit, conuenienter hoc sacramentum præfiguratum fuit.

CONCLVSIO.

Dignitatis, vtilitatis, difficultatisque ratione præfiguratum est, & præfigurari debuit sacramentum istud.

Responsio. RESPONDEO, quòd ad ostēdendum huius sacramenti dignitatem, & vtilitatem conueniens fuit ipsum pręfigurari, non tantum vna figura, sed multiplici: & etiam propter eius difficultatem ad credendum conueniens fuit homines per multiplicem figuram ad ipsum credendum manuduci.


Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis immediate non sit mutationis mutatio, nec sicut subiecti, nec sicut termini: vt ibi Philos. ostendit: tamen mutatio mediante alio terminatur ad mutationem, vt generatio mediante genito ad geniti mutationem terminatur: a simili dico, quòd signi potest esse signum, inquantum signum significat rem absolutam, quæ significat, & sic istud sacramentum fuit præfiguratum. Vel dicendum, & melius ꝙ non est simile de mutationibus quas facit natura, & ratio: actus enim voluntatis immediatè potest respicere actum cognitionis: & ideo institui potuit, non tātummodo signum aliud significans, sed etiam significatio immediatè significans aliam significationem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ argumentum non plus concludit, nisi ꝙ non fuit conueniēs eandem figuram pluribus vicibus reiterari ad præfigurandum hoc sacramentum, quam exigeret dignitas, & arduitas sacramenti: hæc autem exigebantur, vt præfigurarentur pluribus figuris, quæ ipsum præfigurarent sub rationibus diuersis. Vnde per oblationem Melchisedech fuit præfiguratum, quantum ad species sensibilis panis, & vini, quantum ad rem contentam per esum paschalis agni, quantum ad rem in suscipiente effectam per manna: per qđ etiam præfiguratum fuit res contenta, inquantum dupliciter reficiens suscipientem.

QVAESTIO IIII.

Vtrum hoc sacramentum conuenienter fuerit institutum.

Arg. I. D. Bon. vbi sup a 2 q 1 D Th 4 sē. dist. 8 ar 1. q. 3. & par. 3. q. 73 ar 5. Scot. vbi supra. q. 3. Alex. ibidē. m. 2. ar. 1.



ET VIDETVR ꝙ non: quia nihil cōuenienter instituitur, in cuius constitutione aliquid contra rationem implicatur: sed in constitutione huius sacramenti multa contra rationem implicata videntur, s. accidentia esse sine subiecto, & ꝙ maius contineatur in maiori, & ꝙ vnus homo ab homine manducetur, & multa alia: ergo inconueniens eius institutio fuit.

Secundo. Item hoc sacramentum viaticum dicitur: ergo ab illo tempore quo homines fuerūt in via debuisset hoc sacramentum institui: inconuenienter ergo fuit institutum, cum eius institutio non fuerit tempore conuenienti.

Tertio. Item hoc sacramentū est memoriale passionis Christi. Vnde sacramento instituto, postea subiunxit Christus: hoc facite in meam cōmemorationem. Luc. 22. ergo non fuit conueniēs hoc sacramentum institui ante passionem. Matth. 26. I. Cor. 11.

In oppositum. CONTRA, sicut generato necessarium est ministrari alimentum ad sustentationem vitę, & augmenti: sic regenerato per baptismū conueniens fuit sacramētum institui ad conseruationem, & augmentationem vitæ spiritualis receptæ per baptismum: tale aūt est sacramētum Eucharistię, in quo continetur fons spiritualis vitæ: ergo conuenienter fuit institutum.

Vbi supra. Item Christus hoc sacramentum instituit, cuius nulla actio potuit, nisi conueniens esse.

CONCLVSIO.

Quò anima spirituali vita gratiæ nutriretur, ac perficeretur, debuit hoc sacramentum institui.

Responsio. Accōmodata analogia. RESPONDEO, quòd sicut animæ vegetatiuæ, quæ est formale principium naturalis vitæ generabilium, & corruptibilium Deus indidit potentiam generatiuam, per quam res viuens efficitur: & augmentatiuam per quam genitum augmentatur, & roboratur: & nutritiuā, per quam nutritur, & in esse conseruatur quādiu viuit: vnde secundum sententiam Philo. 2. de anima, animalia semper nutriuntur. Ita aliquo modo a simili, conueniens fuit Deū inter sacramenta instituere tria: per quorum vnum anima efficiatur viuēs vita spirituali, & supernaturali, & hoc est sacramentum baptismi. Et per aliud in viuente spiritualiter vita spiritualis augeatur, & roboretur, & hoc est confirmationis sacramentum. Et per aliud viuens spiritualiter in vita spirituali nutriatur, & perficiatur, & hoc est sacramentum Eucharistiæ. Quapropter eius susceptione indiget viuens vita spirituali, quę est vita gratię, quamdiu est in statu, in quo illam potest amittere, hoc est toto tempore naturalis vitæ. T. com. 34. & inde.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ minor est falsa: accidentia enim esse sine subiecto, eo modo quo sunt in hoc sacramento: & maius cōtineri in minori, eo modo quo corpus Christi continetur sub specie panis: & hominem manducari, eo modo quo Christus a sumente sacramentum manducatur, & alia quæ in hoc sacramento contra rationem videtur, non sunt secundum rei veritatem contra rationem rectam, quamuis huius cognitio nostram naturalem facultatem transcendat, sicut inferius specialius declarabitur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis ante aduentum Christi fuerint homines in via: tamen ante Christi aduentū non fuit conueniēs hoc sacramentum institui, & ratione rei cōtentæ, quę est ipse Christus, qui nō debuit realiter contineri sub specie panis, & vini antequam esset

esset de Virgine natus:& ratione rei significātenon contentæ,quæ est spiritualis vnitas corporis mystici,quia ante Christi aduentum homines carnalius sapiebant,quam post, tamen semper habuerunt adiutorium conueniens secundum exigentiam temporis,& status, vt superiùs ostensum est.

Ad tertiū. Conuenientia temporis huius sacramenti. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis hoc sacramētum sit memoriale passionis Christi:tamen cōuenientius fuit ipsum institui ante passionem, quam post, vt ab eis recedens, quantum ad esse corporale visibile, cum eis remaret, quantum ad esse sacramentale, vt hoc sacramentum instituendo facto discipulis ostenderet suam passionem de proximo imminere. Conueniētius etiam fuit, vt institueretur post cęnam, quam ante: quia in passione sua, quæ tunc imminebat,vetus sacrificium erat terminandum: & quia memoriale datum ab amico amicis,cū ab eis corporaliter,& visibiliter recedit,solet fortiùs imprimi memorijs amicorum,& diligentiùs,& reuerentiùs custodiri.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo,vtrum hoc sacramentum ante prandium debeat confici.

Secundo,vtrum deficiēte vno sacerdote in ministrando ministerium, per sacerdotem alium debeat suppleri.

Tertio, vtrum hoc sacramētum a ieiunis solum debeat sumi.

Quarto, vtrum licitum sit statim comedere post susceptionem huius sacramenti.

QVAESTIO I.

Vtrum hoc sacramentum debeat confici ante prandium,vel post cœnam.

Arg.1. D.Th.4.sē. dist.8.ar.1. q.4. Scot.vbi supra. Alexā p.4. q.10.m.5. art.2.§2. Secundo. ET VIDETVR ꝙ non: In operando enim debemus nos cōformare Christo tanquam exemplari, iuxta illud Exodi 25. Inspice, & fac secundum exemplar,quod tibi in monte mōstratum est. Sed Christus hoc sacramentum post cęnā confecit:ergo & a nobis debet confici post cęnam.

Item hoc sacramentum est memoriale passionis Christi: sed expresſius repræsentat causa confectum post cęnam,quam ante prandiū: quia passio Christi quasi statim post cœnam incepit:ergo post cœnam debet confici.

In oppositum. Et de consec. dist.2.liquido. CONTRA, 7.q.1.Nihil. Nullus post cibū, potumque quemlibet minimum sumptū missas facere præsumat: sed hoc sacramētum non debet confici,nisi in Missa: ergo nō debet confici post cœnam,sed ante prandium.

CONCLVSIO.

Minister,sacramentum,crucifixio ante prandium Missam facere expetunt.


Responsio. RESPONDEO, ꝙ hoc sacramentum non debet confici post cęnam, sed ante prandium propter maiorem sobrietatem ministri,& maiorē reuerentiam sacramenti,& expresſiorem repræsentationem passionis Christi: quamuis enim cito post cęnam fuerit captus, tamen inter tertiam, & sextam fuit crucifixus.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ in operando debemus nos cōformare Christo in operibus in quibus a nobis voluit imitari,non in alijs:non enim,quia ambulauit super aquas debemus conari,vt super aquas ambulemus: noluit autem a nobis imitari in conficiendo sacramentum Eucharistiæ post cęnā, quia fuit ratio quare hora illa fuit conueniens hoc sacramentum institui, quæ non conuenit ad hoc, vt a nobis post cęnam debeat confici.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, quòd minor est falsa,vt patet ex dictis in corpore quæstionis.

QVAESTIO II.

Vtrum deficiente vno sacerdote in ministrando ministerium, per sacerdotem alium deberet suppleri.



Arg.1. D.T.p.3.q.83.ar.6. Ale.p.4.q.10.m.4.ar.2.in fine. ET VIDETVR ꝙ sic: 7.q.1.Nihil. Censuimus conuenire, vt cū a sacerdotibus Missarum tēpore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidit cuiuslibet euentus, quo cęptū nequeāt consecrationis explere mysterium,sit licitum Episcopo, vel presbytero alteri consecrationem exequi cępti officij.

In oppositum. CONTRA, mysterium vnitatis non videtur debere perfici, nisi ab vno: sed hoc sacramentum est mysterium vnitatis: ergo non videtur debere perfici,nisi ab vno.

CONCLVSIO.

Si presbyter cœptum nequeat explere mysterium, presbyter alter incœpti officij consecrationem exequi potest.

Prima opi. AD ISTAM quæstionem dicūt aliqui, ꝙ si sciatur vbi primus sacerdos deficit,alius sacerdos ibi debet inchoare,& totū perficere: si vero nescit vbi defierit a capite dēt inchoare.

Sed contra,esto ꝙ certum sit,ꝙ quando defijt iam dixerat,hoc est: tunc secundum illam opinionē debet alius sacerdos dicere corpus meum,& vltra procedere,quod absurdum est.

Nota, quia casus notabilis est. Videtur ergo mihi dicendum ad quæstionē, ꝙ si nesciatur vbi primus sacerdos defierit,debet hostia cum reuerentia reseruari, quia nescitur,vtrum sit consecrata, vel non:& alia accepta hostia debet alius sacerdos mysteriū a capite inchoare. Si autem certum esset primū sacerdotem antequam deficeret consecrasse corpus,& sanguinem: credo,ꝙ alius sacerdos posset vbi ille defecit incipere, & Missam perficere:nec oportet a capite inchoare,& sic potest intelligi Decretum ad partem primam allegatum. Si autem certum esset primum consecrasse corpus,& non sanguinem, deberet alia hostia accipi, & totum a capite inchoari: quia consecratio corporis,& sanguinis ad vnū pertinet sacramētum,quod ab vno debet perfici: & hostia per primū sacerdotē consecrata,

cum sub illa vere sit corpus Christi, cum consecratio corporis, consecrationem sanguinis non expectet, vt inferius ostendetur, deberet solenniter reseruari, aut per secundum sacerdotem sumi.

Ad argum. AD argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ mysterium vnitatis maxime consistit in confectione corporis, & sanguinis, & hoc non nisi ab vno debet fieri. Sed ꝙ vna Missa a duobus sacerdotibus in casu necessitatis perficiatur, non repugnat vnitati corporis mystici. Vt enim dicit præallegato Decreto, cum simus omnes in vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat.

QVAESTIO III.

Vtrum sacramentum solum a ieiunis debeat sumi.

Arg. 1. Scot. lib. 4. dist. 8. q. 3. D. T. p. 3. q. 80. ar. 8. Alexã p. 4. q. 11. m. 2. art. 4.

ET VIDETVR quòd non: de conse. dist. prima. Sacramenta. Sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario quo cęna Domini celebratur: ergo illo die licet post cęnã sumere hoc sacramentũ.

Secundo. Item non est consuetum hoc sacramentum sumi a ieiunis, nisi propter sobrietatem sumentis, & reuerentiam sacramenti: sed potus aquæ vel aliquid simile, nec est contra sobrietatem suscipientis, nec contra reuerentiam sacramenti: ergo ab aliquo non ieiuno potest sumi.

In oppositum. CONTRA, de consecrat. dist. 2. Liquido, & sumptum est ab Aug. lib. 1. ad inquisitiones Ianuarij, fere æque distanter inter medium, & finem: & recitat Magister in littera huius dis. c. 3. Placuit spirituisancto, vt in honore tanti sacramenti prius mos Christiani Dominicũ corpus intraret, quam exteri cibi: ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur.

CONCLVSIO.

A ieiunis dumtaxat ieiunio naturæ sumi debet, excepto mortis periculo.

Responsio. RESPONDEO, quòd corpus Christi non debet sumi, nisi a ieiunis ieiunio naturæ, quod dicitur a priuatione cuiuslibet alimenti, quo quis ieiunus dicitur quousque aliquem cibũ, vel potum sumpserit, etiam si postea in die plu ries comesturus sit: & hoc institutum est, & consuetum propter reuerentiam sacramenti. In casu tamen necessitatis imminente mortis periculo, potest hoc sacramentum post cibos alios sumi: quia etiam si sacerdos ante Missam lauat os suum ob sacramenti reuerentiam, & casu aliqua gutta intrauerit stomachum, non credo, ꝙ propter hoc tenetur dimittere Missam celebrare, maxime in die soléni: quia hoc nõ videtur impedire dignam pręparationem presbyteri, neque reuerentiam sacramenti, & de similibus simile iudicium habeatur. Nec est acquiescendum dicentibus, ꝙ illi qui post dictum Matutinum in sero bibit, non est licitum sequenti die celebrare, nisi prius iterum dicto Matutino: hoc enim non inuenitur statutum: sufficit enim quòd digestum sit, quod sumpsit in sero antequam celebret, siue de nocte dormierit, siue non. Si autem de die in mane, ita modicum sciẽter accipiat, quam digestum sit plenarie ante horam tertiæ, non tamen debet celebrare, quia sic obseruat cõsuetudo approbata, quæ est optima legum interpres: extra de consuet. Cum dilectus. *Nota.*

Limita verum si gutta sit parua secundum S. Tho. dist. præsenti.


Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illud Decretum abrogatum est per alia capitula, & per contrariam consuetudinem secundum apparatum ibidem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd potus aquæ scienter sumptus, & si non esset contra sumentis sobrietatem: esset tamen cõtra eius dignam præparationem, & contra sacramenti reuerentiam: ideo enim hoc sacramẽtum ante omnem cibum, & potum debet sumi, vt ostendatur, ꝙ sumens hoc sacramentum rei contentæ in hoc sacramento super omnia debet vniri.

Auctoritas ad partem aliam intelligi debet casu necessitatis excepto.

QVAESTIO IIII.

Vtrum licitum sit statim comedere post sumptionem huius sacramenti.



Arg. 1. D. Tho. vbi sup. ad arg. vltimum. Alexan. vbi supra.

ET VIDETVR ꝙ non: de consecra. dist. 2. tribus. Qui residua corporis Domini, quæ in sacrario sunt relicta consumunt, non statim ad accipiendos communes cibos conueniant.

Secundo. Item eod. cap. si mane Dominica portio editur vsque ad Sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt. Et si tertia, vel quarta hora acceperunt, ieiunent vsque ad vesperum.

Contrarium tenet consuetudo.

CONCLVSIO.

Hoc cibo cælesti refectus, ab alijs cibis aliquantulum abstinere debet.

Responsio. Panor in c. ex parte, extra de cele. Missarum. RESPONDEO, ꝙ post sumptionem sacramenti Eucharistiæ propter reuerentiã eius quæ sibi est exhibenda, non tantum sumendo, sed iam sumpto debet suscipiens aliquãtulum postea a cibis alijs abstinere, ne illæ sacræ species, quæ quamdiu in forma remanẽt propria, corpus Christi continent commisceãtur cum illis: quia tamen citò illæ species transmutantur, nõ oportet diu ab alijs cibis abstinere post huius sacramenti sumptionem.

Ad auctor. Ad auctoritates in oppositum dicendum, quòd intelligendæ sunt de debito honestatis, non necessitatis.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur quatuor.

Primo, vtrum forma consecrationis panis cõsistat in his verbis pręcisè: hoc est enim corpus meum.

Secundo, vtrum forma consecrationis sanguinis præcisè consistat in his verbis: hic est enim calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti

menti mysteriū fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Tertio, vtrū virtus transubstantiatiua prius respiciat sacerdotem, quam verba.

Quarto, vtrum vna forma sine alia suam habeat operationem.

QVAESTIO I.

Vtrum forma consecrationis panis consistat præcisè in verbis prædictis.

Arg. 1. D.Th. 4.sē. dist. 8. ar. 2. q. 1. Scot. lib. 4. dist. 8. q. 2. ET VIDETVR q̄ non: quia in sacramentis baptismi, & confirmationis minister loquitur verbo primæ personæ, dicens: Ego baptizo, & confirmo: ergo videtur, quòd in forma huius sacramenti non debet hoc verbum est, poni, cum sit verbum tertiæ personæ.

Secundo. Item per formam consecrationis panis, trāsubstantiatur substantia panis in corpus Christi: ergo in forma magis debet poni verbum operatiuum, sicut hoc verbum fit, vel transubstantiatur, quam verbum substantiuum, cuiusmodi est hoc verbum est.

Tertio. Item corpus in quod transubstantiatur substantia panis, non est corpus sacerdotis proferentis verba, sed Christi: ergo magis est debita forma: hoc est enim corpus Christi, quam hoc est enim corpus meum.

Quarto. Item nullus Euangelistarum ponit hanc coniunctionem enim: sed ipsi sufficienter narrauerunt veritatem de sacramenti forma: ergo hæc coniunctio enim, non est de forma consecrationis panis.

Quinto. Item hoc pronomen hoc, cum sit pronomē demonstratiuum, aut demonstrat accidentia panis, aut substantiam, aut corpus Christi: sed siue demonstret panis accidentia, siue substantiam, falsa est propositio, quia corpus Christi vere dici non potest, nec de accidentibus panis, nec de substantia eius. Si etiam demōstret corpus Christi, falsa est propositio, propter implicationem falsam: quia tunc implicaretur sub illis speciebus esse corpus Christi, statim ipso pronomine nominato, & hoc est falsum, quia non est ibi corpus Christi quousque oratio perfecta est: ergo quicquid demonstret illud pronomen semper oratio falsa est: sed oratio falsa non potest esse huius sacramenti forma, cum sit sacramētum veritatis: ergo in prędictis verbis non consistit forma consecrationis panis.

Sexto. T. com. 10. Item secundum Philos. 8. metaph. diffinitioni nihil potest addi, vel ab ea subtrahi sine mutatione speciei, sicut numero nulla vnitas potest addi, aut subtrahi quin mutetur species *T. com. 34. & inde.* numeri: sed secundum sententiam Philosophi 7. & 8. metap. Illud quod indicat diffinitio est *T. com. 10. Cap. 22.* forma: ergo formæ nihil potest addi, aut ab ea subtrahi manente eadē specie: sed verbis prædictis Lucas addit, quod pro vobis tradetur, nec tamen formam consecrationis panis mutat: ergo in supradictis verbis præcisè nō consistit forma consecrationis panis.

Item per virtutem verborum, quæ Christus *Septimo.* instituit ad consecrandum panem, est corpus Christi sub specie panis: sed per virtutem istorum verborum, hoc est enim corpus meum, non est corpus Christi sub specie, quia causa non est per suum effectum, sed esse corpus Christi sub specie panis causa est veritatis prædictorum verborum: secundum enim sentētiam *C. de substātia, & post præd. ca. de priori.* Philos. lib. prædicamentorum, ex eo q̄ res est, veritas in propositione affirmatiua est: ergo prædicta verba non sunt illa, quæ Christus instituit ad panem consecrandum.

CONTRA, extra de celeb. missæ. Cum marthæ. §. Ex eo. credimus, q̄ forma verborum, sicut in canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperunt successores: *In oppositum.* ergo in verbis prędictis positis in canone Missæ, de quo ibi loquitur, consistit forma, quam Christus instituit ad transubstantiandum panem in corpus suum.

Item consecratio panis fit per aliqua verba, sed non inuenimus alia verba ab istis per quæ possit transubstantiari panis in corpus Christi: ergo in verbis supradictis forma consecrationis consistit.

CONCLVSIO.

Hæc quinque verba forma præcisè istius sunt sacramenti, sequentia verò ac præcedentia sacramento, haud essentialia sunt, sed potiùs ad ipsius solemnitatem, & suscipientis præparationem, veluti nec isthæc coniunctio (enim) formæ huic essentialis videtur, etsi grauiter peccaret omittens.

RESPONDEO, q̄ præcisè in his verbis, *Responsio.* hoc est corpus meum, consistit forma consecrationis panis: hæc autem coniunctio, enim, *Ponitur at ad cōtinuādum ne illa verba, quæ sunt de forma proferātur sine præcedētibus.* non est de essentia formæ, sed ponitur ibi ad notandum ordinem consecrationis ad vsum materiæ consecratæ, qui vsus non est etiam de essentia sacramenti: verba etiam quæ in canone Missæ præcedunt, & sequuntur non sunt de essentia formæ. Vnde si sacerdos omitteret *Oppositum tenet Scot. dist. præsenti. q. 2.* omnia alia, quæ sunt in canone, & in Missa, & diceret tantum ista verba, hoc est corpus meum: super materiam debitam, & cum intentione debita, vere consecraret: tamen omittendo alia grauiter peccaret tanquam contemptor Ecclesiæ ordinationis, & reuerentiæ sacramenti: ea enim, quæ in canone Missæ antecedunt prædicta quatuor verba: & totum officiū Missæ ab Ecclesia ordinata sunt ad reuerentiam huius altissimi sacramenti, & ad debitam suscipientis præparationem: hæc etiam coniunctio, enim, quamuis non sit de essentia formæ, tamen sine peccato non potest scienter omitti, maxime vbi est antiqua consuetudo, q̄ ponatur: prædictæ autem formæ conuenientia in solutione argumentorum patebit, vbi tota difficultas tangitur quæstionis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ hoc sacramentum est sui institutoris speciale memoriale: in hoc etiam sacramẽto nihil facit minister, nisi verba proferre: huius etiam sacramẽti excellentia inter alia magis est supra rationem humanam. In sacramento autem baptismi, & confirmationis minister cum prolatione verborum facit aliquid pertinens ad essentiam sacramenti, vt baptizans exteriorem ablutionem, confirmans in fronte vnctionem: hæc etiã sacramenta non sunt ita specialia memoralia sui institutoris, nec intantum sunt supra humanam rationem, sicut hoc sacramentum: & ideo forma huius sacramẽti profertur in persona Christi, propter quod ponitur verbum tertiæ personæ: sed formę baptismi, & confirmationis aliquo modo proferuntur in persona ministri, quapropter ponuntur in eis verba primæ personæ.

Excellentia huius sacramenti quadruplici nota ostẽditur a Scot. dist. præsenti q. 1. clariue.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ corpus Christi est in hoc sacramẽto, sine sui mutatione: & ideo magis ponitur ibi verbum substantiuũ, quo significatur transubstãtiationis terminus, quã operatiuum, quo significaretur fieri transubstantiationis, maxime: quia cum corpus Christi ibi non sit, nisi per transmutationem substantiæ panis in ipsum, exprimendo ipsum ibi esse significatur hoc per transubstantiationem esse factum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ minister loquitur in persona Christi: & ideo sicut Christus quando sacramentum hoc instituit, dixit hæc verba, hoc est corpus meum: quod decentius fuit, quam si dixisset, hoc est corpus Christi: ita decentius est, vt forma sit, hoc est corpus meum, quam hoc est corpus Christi: nec propter hoc potest dici, ꝙ sacerdos dicat falsum, sicut nec Angelus loquẽs Moysi in persona Dei falsum dixit dicendo: Ego sum Deus Abraam.

Exod. 20.

Ad quartum. Ad quartũ patet solutio ex dictis in quęst.

Ad quintum. Ad quintum dicunt aliqui, ꝙ illud pronomen nullam facit demõstrationem, quia sacerdos profert illa verba quasi materialiter: quãuis enim proferat illa verba, quæ sunt significatiua, nõ tamen significatiue, quia recitat ea, sicut a Christo dicta, quod habet per litteram præcedentem in canone. Sed Christus illa verba significatiue protulit, demõstrans per illud pronomẽ suum corpus, quod iam erat sub specie panis quando illa verba dixit, quia antequam illa verba diceret transubstãtiauerat panem in corpus suum, quod videtur apparẽter posse probari per ordinem verborum in Euangelio, & in canone Missæ: vtrobique enim pręponitur verbis supradictis hoc verbum benedixit. Vnde dicunt illi, quòd verba supradicta iam præcesserat benedictio, qua consecrauerat. Cui opinioni concordat dominus Innocentius Papa lib. de officio Missæ, parte 3. cap. 6. & 14.

Goff. Pictauienfis 4 p. summæ dis. præsenti. Gherardus Odon d. præsenti. Franciscus di. præsenti

Contra opi. Sed quamuis hæc opinio in superficie multum videatur concordare his, quę dicuntur in Euangelio, & in canone Missæ, tamen in rei veritate non concordat. Si enim Christus antequã protulerit verba supradicta confecit, hoc fuit, aut sine verbis, aut cum verbis. Non primo modo, quia aliter sine verbis cõficere deberemus. Nec secũdo modo, quia cum illa verba nesciamus, conficere non possemus. Non enim dici potest, ꝙ per verba supradicta nos debere conficere instituerit, & per illa confecerit, quia ad hoc non habetur auctoritas, neque ratio: imo magis cõtra rationem videtur, ꝙ vnum sacramentum per duas formas verborum fuisset confectum, per vnam ab auctore, & per aliam a ministris. Restat ergo quòd Christus per supradicta verba confecit, & tunc remanet eadem difficultas in videndo quid demonstrauerit pronomen quando Christus confecit.

Tenet Gerard⁹, quod cũ aliis verbis. Idem Franciscus d. præsenti. q. vnica art. 5.

Ratio autem qua aliqui nitũtur prædictam opinionem improbare dicentes, ꝙ si verba dicerentur a ministro, tanquam recitante verba ab alio dicta, per illa non posset confici: quia tunc non accederent ad materiam, nõ est conueniens: quia sicut videmus, ꝙ homo recitando verba Christi, vt ab eo dicta, mouet corda audientium: sic potuisset Christus instituere, ꝙ sacerdos recitãdo verba prędicta a Christo esse dicta, posset sacerdos cõficere cum ipsam narrationem intenderet ad materiam referre.

Ratio quorundam cõtra primam opin. incongrua.

Alia opin. Alij dicunt ad argumentum, quòd pronomen demonstrat significatum per panem, vt sit sensus hoc, idest significatum per hãc hostiam est corpus meum.

Contra. Sed contra, hoc modo nõ significaretur corpus Christi futurum, vel esse sub specie, nec in ipsum aliquid transubstantiari, & quia sacramenta debent significare suum effectum: prædicta opinio est inconueniẽs, & maxime quia videtur fauere errori, quorundam hæreticorum dicentium, corpus Christi non esse in sacramento altaris, nisi sicut in signo.

3. solutio. Alij dicunt, quòd pronomen demonstrat corpus Christi, vt contentum sub specie, vt sit sensus: illud quod est contentum sub hac specie, est corpus meum, & hoc est verum: quia vt ipsi dicunt, significationes omnium partium illius orationis referuntur ad illud instãs quo prolatio eius completur, in quo instanti, sub illa specie est corpus Christi: quia prædicta oratio in illo instanti efficit, quod significat. Est enim enunciatio non tantum significatiua, sed sibi etiam virtus assistit rei significatæ operatiua. Quod autem demonstratio ipsius pronominis ad illud instãs referri debeat, probatur sic. Ad illud tempus referũtur significationes partium enunciationis, ad quod referuntur, inquantum sunt partes ipsius enunciationis, in quam prima conuertitur, sed ista conuertitur in hanc, corpus meum est hoc, quod est cõtentum sub hac specie: sed constat, quòd in ista demon-

demõstratio pronominis refertur ad vltimum instans prolationis enunciationis: ergo similiter, & in prima.

Contra. Sed contra, significatio orationis prolatæ consistit ex significationibus partium eius successiue prolatarum: ergo significationes partium præcedunt completam significationem orationis totius: cum ergo significatio huius pronominis hoc, sit in demonstrando, statim cum est completa, eius prolatio demõstrat aliquid pręsens, vel futurum de proximo, vel vtrunque: non expectat ergo ad demonstrandum illud instans in quo completur prolatio orationis totius.

Ista ratione Sco. arguit contra Richard.

Præterea secundum prędictam opinionem, corpus Christi esse sub specie panis, esset causa veritatis in prædicta oratione, quod esse nõ potest: quia per veritatem orationis prædictæ est corpus Christi sub illa specie: & iterum quãuis in eodem instanti compleatur orationis prolatio, vt sit corpus Christi sub panis specie, tamen prius completur ordine naturę orationis prolatio, quam corpus Christi sit sub illa specie.

Præterea, ratio adducta pro illa opinione non valet: quando enim aliqua oratio explicita in sui subiecto aliquã orationem implicat: ipsa implicatio debet poni ex parte subiecti propositionis in quam cõuertitur. Vnde istius propositionis, illud quod continetur sub hac specie, est corpus meum, non est ista conuersa: corpus meũ, est illud quod continetur sub hac specie, vt argumentum supponebat, sed hæc, illud quod est corpus meum, continetur sub hac specie.

4. opinio. Alij dicunt, ꝙ illud pronomen demonstrat, non substantiam panis determinate, nec corpus Christi determinate, sed illud quod est cõmune manens in principio trãsmutationis, & in fine, vt sit sensus, contentum sub hac specie, non determinãdo corpus Christi, nec substantiam panis, est corpus meum.

Contra. Sed cõtra, nulla indefinita est vera, nisi pro aliquo determinato verificetur. Si enim hæc est vera, homo prędicat, oportet, ꝙ pro aliquo homine determinato verificetur: ergo si ista indeterminata, contentum sub hac specie, est corpus meum, est vera: oportet, ꝙ verificetur pro aliquo determinate contento. Tunc quæro quid est illud. Si dicas, ꝙ panis, hoc esse non potest. Si dicas, ꝙ corpus Christi, tũc ante completam prolationem enunciationis trãsubstantiatio facta est, quod falsum est.

Opin. Doctoris, quam Scot. conatur refellere, sed ardua est positio Scot.

Videtur ergo mihi dicendum, ꝙ istud pronomen hoc, facit demonstrationem ad intellectũ, & ad sensum simul. Sic intelligendo, ꝙ demonstrat aliquid quod est obiectũ intellectus, & aliquid quod est obiectum sensus: primum in recto, secũdum in obliquo, vt sit sensus, hoc, idest aliquid sub hac specie sensibili, non restringendo existentiam sub hac sensibili specie ad aliquam determinatam temporis differentiã: significatio enim nominis, siue substantiui, siue adiectiui nõ restringitur ad aliquam temporis differentiam. Vnde secundum Donatum, tempus non est de accidentibus nominis, & quia suppositio nominis fundatur super eius significationem, ita ꝙ nihil supponit, nisi in quo saluatur significatum summi, & quodlibet tale suppositum eius est: ideo per hunc terminum substantia, potest supponi substantia, quæ est, vel fuerit, vel erit. Cum ergo secundũ Donatum, ideo dicatur pronomen, quia ponitur pro nomine: demonstratum per istud pronomẽ hoc, potest intelligi aliquid præsens, vel de propinquo futurum sub hac specie: secundum enim Donatum pronomini non accidit tẽpus. Nec dici potest, ꝙ restringatur per verbum præsentis temporis ad supponendũ tantum pro aliquo, quod præsens est sub illa specie, cum verbum futuri temporis restringere non possit terminum ad supponendum pro re futura tãtum, cuius ratio est: quia quamuis res significata per verbum, sit immediate vnita rei significatæ per suppositũ, tamen significat per modum distantis. Idem autem significatum per modum distantis nõ restringit quod significatum per modũ indistantis restringit. Cum enim dicitur, homo est albus, iste terminus homo non restringitur ad supponendum pro albis tãtum, sicut cum dicitur homo albus. Cum ergo sacerdos in persona Christi proferat hãc propositionem, hoc est corpus meum, sensus est, aliquid sub hac specie præsens, vel de propinquo futurum est corpus meum. Et hoc simpliciter verum est, quia quamuis hæc disiunctiua ratione huius partis: aliquid pręsens sub hac specie, non sit vera, nisi secundum loquendi vsum: quo aliquid statim conuertendum in rem aliam dicitur esse res illa: vt aqua statim cõuertenda in aerem, dicitur aer: & humor statim conuertendus in carnem, dicitur caro, tamen ratione alterius partis disiunctiuæ ex vi locutionis vera est. Orationi enim assistit virtus operans in fine propositionis rem significatam per eam. Disiunctiua autem simpliciter est vera, si altera pars eius vera est, & indefinita, vel particularis simpliciter est vera, cuicunque supposito, per substantiuum conueniat prædicatum.

Significationem nominis non restringit ad vllam differentiam tẽporis.

Pronomen non posse restringi.

Ad sextum. Ad sextũ dicendum, ꝙ Phil. ibi loquitur de additione rei essentialis, non accidentalis. Illud autem quod Lucas addit non est de essentia formæ, vt ex superius dictis videri potest.

Ad septimum. Ad septimum cum dr̃, ꝙ corpus Christi esse sub specie panis, causa est veritatis p̃dictorum verborũ, &c. dico, ꝙ non est verum: sed corpus Chr̃i statim fore sub specie panis, cã est illius veritatis, quia sensus illius orationis est: illud qđ statim erit sub hac specie est corpus meũ, & per veritatẽ huius orationis, corpus Chr̃i sub illa specie est: postquã aũt cõsecratio facta est,

si tunc dicatur, hoc est corpus Christi, intentione enunciandi tantum: huius orationis veritas dependet ex existentia corporis Christi sub illa specie.

QVAESTIO II.

Vtrum forma consecrationis sanguinis Christi præcise consistat in his verbis: hic est enim calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist 8 p. 2 ar. 1. q. 2. D. Thom. 4. sent. dist. 8. ar. 2. q. 2. Scot. lib 4. dist. 8. q 2. Cap. 22. Cap. 26.



T VIDETVR quòd non: quia nullus Euangelistarum ponit talem formam: Lucas enim dicit, hic est calix noui testamēti in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. Et Matthæus dicit, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis fundetur in remissionem peccatorum: Ergo forma consecrationis sanguinis non consistit in his verbis supradictis.

Secundo. Item Græci dicuntur conficere sub his verbis, Hic est sanguis meus noui testamenti pro vobis, & pro multis effusus in remissionē peccatorum: ergo si Græci verè consecrant, forma consecrationis sanguinis, non consistit pręcisè in verbis supradictis.

Tertio. Itē sangnis Christi pro omnibus effusus est: ergo magis debet poni in essentia formæ pro omnibus, quam pro multis.

Quarto. Item baptismus magis ordinatur ad remissionem peccatorum, quam sacramentum Eucharistiæ: sed in forma baptismi non ponitur hæc determinatio, in remissionem peccatorum: ergo nec hic debet poni.

Quinto. Item calix non cooperatur ad transubstantiationem vini in sanguinem: ergo non est de forma, per quam fit talis transubstantiatio.

Sexto. Item in forma consecrationis panis significatur corpus in recto: ergo a simili, hic debet significari sanguis in recto.

Septimo. Item in nullo Euangeliorū ponitur hoc vocabulum, æterni: ergo non est de forma consecrationis vini.

Octauo. Item sicut baptismus per appropriationē, est sacramentum fidei: ita hoc est sacramentum charitatis: ergo in forma magis debet poni mysterium charitatis, quam fidei.

Nono. Item de forma consecrationis panis nō est, quod pro vobis tradetur: ergo a simili, de forma consecrationis vini non est, qui pro vobis effundetur.

In oppositum. CONTRA, supradicta verba in canone Missæ sunt posita pro forma consecrationis vini.

CONCLVSIO.

In his verbis, (Hic est calix,) vsque ibi (in remissionem peccatorum) inclusiuè formam consecrationis sanguinis Christi præcisè consistere probabiliùs est concludendum.

AD ISTAM quęstionem dicunt aliqui, ꝙ de forma consecrationis vini non sunt omnia verba supradicta, quia in illis solū verbis consistit huiusmodi forma, per quę exprimitur trāsubstātiatio vini in sanguinem: hoc autem exprimitur sufficienter per hæc verba, hic est calix sanguinis mei. Vnde dicunt, ꝙ in his verbis pręcisè consistit forma cōsecrationis vini.

Hanc opin. sequtur Frāciscus vbi sup. c 4. 2. opi. est S. Tho. di. presenti. ar. 2. q. 2. & est communis sententia. Scot autem tenet esse incertum.

Alijs autem videtur, ꝙ cum forma sequentia, vsque in remissionem peccatorum, inclusiue, non constituāt nouam orationem, sed sunt determinatio prædicati, quia sunt de essentia formæ consecrationis vini: & ita secundum istos in his verbis, hic est calix, vsque ibi, in remissionem peccatorū inclusiue, consistit præcisè essentia formæ consecrationis vini: ita ꝙ non licet addere, vel minuere, trāsponere, vel interponere, variare, vel corrūpere verba, nisi sicut superius dictum est in forma baptismi. Quę aūt pręcedunt pertinent, vel ad sacramenti vsum, seu reuerentiam. Ea etiam quæ sequuntur ad reuerentiam sacramenti ordinata sunt: huius autem formę congruitas, & expositio in argumentorum solutione patebit.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicit Innocentius, extra de celeb. Miss. Cum martę: multa tam de verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Et ita etiam ipsi Euangelistæ mutuo inter se suppleuisse legūtur, quę ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa. Vnde cum tres Euangelistæ posuerint, hoc est corpus meū, solus Lucas adiecit, quod pro vobis tradetur: quod referendum est ad consecrationem panis. Et cum Matthæus, & Marcus dicat pro multis, Lucas dicit pro vobis: Matthæus autem in remissionem peccatorum, adiunxit: hoc dictum est ad cōsecrationem vini. Vtrum autem per verba similia, quæ dicunt Euangelistæ, verè consecraretur vinum si dicerentur: dicunt aliqui, ꝙ non, quia non intendebant præscribere consecrationis formam, sed narrare facti historiam.

Cap. 22. Cap. 26. Cap. 14.

An per quālibet for. traditā ab Apostolis possint confici.

Alij quibus consentio contrarium, dicunt, quia idem dicunt in sententia, cum forma superius dicta. Vnde secundum istos per quamlibet formam traditam ab Apostolis, vel Euāgelistis posset confici, quia omnes sunt eadem forma, quantum ad sententiam: alias Græci non conficerent, quod falsum est: tamen non debemus conficere, nisi per verba supradicta, propter consuetudinem, & traditionem Ecclesiæ. Et quia Petrus illam formam Romanæ Ecclesiæ tradidit, cuius traditionem tenere securissimum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd Græci conficiunt in forma, quam eis tradidit Paulus, quę eadem est in sentētia cum illa, quam nobis tradidit Petrus.

Ad tertiū. Ad tertiū dicendū, ꝙ quamuis sanguis Christi pro omnibus sit effusus, quantū ad sufficientiam: non tamen omnes recipiunt illius sufficiētię efficaciam propter eorum indispositionem: & ad hoc significandū nō dicitur ibi pro om-

omnibus,sed pro multis. Et ne suspicari posset quòd illi multi nõ referrentur, nisi ad gentem Iudęorum: ideo postquam dixit pro vobis,loquẽs discipulis suis qui erant de gente Iudęorum subiunxit, & pro multis,scilicet de genere gentilium.

Ad quartum. Ad quartum dicendum,quòd hic non ponitur remissio peccatorum,vt proprius effectus huius sacramẽti, sed vt effectus passionis,quæ exprimitur per consecrationem sanguinis.

Ad quintum. Ad quintum dicendum,quòd quamuis calix non cooperetur ad transubstantiationem vini in sanguinem,tamen continet illud quod transubstantiatur, & postea illud in quod fit transubstantiatio. Et magis dicitur calix sanguinis,quam sanguis meus,quia ibi datur sub specie potabili: sanguis autem de sui ratione non dicit aliquid potabile: & ideo debuit ibi aliquid poni quo homines vtuntur ad potum. Sciendum tamen, quòd ibi accipitur continens pro contento: sicut si diceretur, hic est scyphus vini.

Ad sextum. Ad sextum dicendum, quòd quia potus in vase continetur, non sic autem panis, ideo in consecratione sanguinis debuit vas poni, & hæc fuit ratio significandi sanguinem in obliquo, vt patet ex solutione præcedentis argumenti.

Ad septimum. Ad septimum dicendum, quòd quamuis hoc vocabulum, æterni,a nullo euangelista sit expressum, tamen habetur ex sententia verborum eorum. Vnde Inno. de cele. mis. Cum marthę. Vnde nouum id est vltimum esse describitur inde æternum,idest perpetuum comprobatur, nouissimum, & enim hominis testamentum immobile perseuerat, quia testatoris obitu confirmatur.

Ad octauũ. Ad octauum dicendum, quòd charitas prę supponit fidem,& effectus charitatis effectum fidei. Et ad hoc significandum magis dicitur effectus mysterium fidei, quam mysterium charitatis.

Ad nonum. Ad nonum dicendum,quòd in consecratione corporis non ita exprimitur passio,sicut in consecratione sanguinis:& ideo in eius consecratione non ita ponitur aliquid exprimens passionem, sicut in sanguinis consecratione. Eo enim ipso, quòd sanguis consecratur pro se,ostenditur fuisse effusus a corpore, quod factum fuit per passionem. Secundum prædicta sic expone orationem. Hic est calix sanguinis mei,idest hic est sanguis meus in calice. Vnde Matthęus, & Marcus dicunt, hic est sanguis meus noui testamenti,supple dedicator secundum glo. super dicta verba Matthęi. Vetus enim testamentum dedicatũ fuit sanguine hyrcorum,& vitulorum: nouum autem testamentum sanguine Christi, Mysterium fidei, idest habens secretam & absconditam intelligentiã per fidem tenendam. Vnde Inno. extra de cele. mis. Cum marthę. §. Ex eo. dicitur mysterium fidei,quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur: & aliud cernitur, quam credatur: enim species panis,& vini,& creditur veritas carnis,& sanguinis Christi,ac virtus vnitatis, & charitatis. Qui pro vobis,& pro multis,hoc expositum est in solutione argumentorum, in remissionem peccatorum,idest ad legem, vel propter repromissionem peccatorum: quia vt dicit glo. super illud verbum, impossibile est sanguinem hyrcorum peccata auferre.

Expositio verborum consecrationis sanguinis.

QVAESTIO III.

Vtrum virtus transubstantiatiua principalius respiciat sacerdotem,quam verba.

ET VIDETVR quòd non: quia virtus transubstantiatiua principalius respicit id quod est de essentia sacramenti,quam illud quod non est. Sed verba sunt de essentia sacramenti, sacerdos autem non, quia de essentia compositi non sunt nisi materia, & forma: sacerdos autem huius sacramenti non est forma, nec materia: ergo virtus transubstantiatiua magis principalius respicit verba,quam sacerdotem. *Arg. 1. D.Tho. vbi sup. q 3. 2. phy.*

Secundo. Item virtus sanctificandi illum qui baptizatur principalius respicit verba, quam baptizãtem: nulla enim virtus ad illum effectum ordinata est in baptizante,nisi per verba: ergo a simili, virtus transubstantiatiua in hoc sacramento principalius respicit verba quam sacerdotem.

In oppositum. CONTRA, per verba non fit transubstantiatio,nisi sint a sacerdote prolata: cum ergo anima sacerdotis magis sit capax virtutis quã verba,principalius respicit prædicta virtus sacerdotem,quam verba.

C. Quinto. Item quando dominus operatur aliquem effectum mediante instrumento animato, cuiusmodi est seruus, secundum Philosophum primo politicorum,& inanimato,virtus domini principalius respicit instrumentum animatum,quam inanimatum: sed in transubstantiatione sacerdos se habet, sicut instrumentum animatum,& verba sicut inanimatũ: ergo virtus domini principaliter operantis, respicit principalius sacerdotem,quam verba.

CONCLVSIO.

Virtus transubstantiatiua simpliciter principalius respicit sacerdotem quam verba,at ratione transitus ipsorum verborum è contra.

Responsio. RESPONDEO, quando plura instrumenta per ordinem se habentia concurrunt ad eũdem effectum,vt manus, & penna ad scribendum: virtus principalis motoris principalius respicit illud instrumentum,quod est sibi propinquius, & mediante quo aliud instrumentũ mouetur. Vnde virtus scribentis principalius respicit manum,quam pẽnam. Ad transubstantiationem autem concurrunt plura instrumenta per ordinem se habentia,scilicet sacerdos, & verba, quorum sacerdos est propinquior principali agenti,quia sibi est similior,& eius repræsen-

representat personam. Est etiam prolationis verborum causa. Et ideo concedendum, quòd virtus transsubstantiatiua simpliciter principalius respicit sacerdotem, quam verba.

Virtutem trāſ principalius respicere sacerdotem. Præterea sacerdotem respicit permanenter ratione characteris, qui in sacerdote permanent: verba autem sicut sunt transeuntia respicit transeunter non per aliquem transitum ex parte virtutis, prout est in principali agente, sed per trāsitum ipsorum verborum, secundum quem tamen prędicta virtus respicit principalius verba, quam sacerdotem, inquantum verba magis de propinquo se habent ad effectum, quam sacerdos. Secundum quem modū etiam dici potest, quòd virtus scribētis etiam principalius respicit pennam, quam manum.

Ad primū. Secundum quosdam. Ad primum in oppositum dicunt quidā, quòd ex parte sacerdotis est aliquid quod est de essentia sacramēti, scilicet intentio, qua aliquo modo vniuntur ea ex quibus integratur sacramentum: non enim de ratione totius integralis sunt partes integralis tantum, sed etiam vnio earum.

Contra. Sed contra, vnio partium, aut est actio, aut est passio, aut relatio, aut vnitas ex partibus vnitis constituta. Sed intentio sacerdotis non est vnio tertio modo, vel quarto modo dicta: non enim est constituta ex partibus sacramenti, nec relatio illarum partium ad se inuicem. Restat ergo quot sit vnio actio, aut vnio quæ est passio: sed vnio actio, & vnio passio nō sunt de essentia totius integrati ex partibus vnitis, quamuis terminetur ad vnitatem totius, quæ realiter non differt ab ipso toto, sed ratione tātum: vnio enim passio, & vnio actio videntur præcedere ordine naturæ vnitatem totius ex partibus vnitis cōstitutam. Restat ergo, quòd intentio sacerdotis non sit de essentia sacramenti, est tamen necessaria ad sacramenti cōfectionem: frequenter enim aliquid est necessarium ad causandum aliquē effectum, quod non est de essentia illius.

Intentionē sacerdotis non esse de essentia sacramēti, & si necessaria.

Ad argum. Secundum se. Dicendum ergo ad argumentum, quòd maior est falsa, siue intelligatur de virtute trāsubstantiatiua principaliter, siue de transsubstantiatiua instrumentaliter: principalis enim virtus operatiua principalius respicit causam efficientem, etiam instrumentalem, quam illud quod est de essentia rei perfectę per illam virtutem: principalius etiam respicit sacerdotē, quam verba, potestas sacerdotalis fundata super characterem sacerdotalem, quæ est causa ministerialis, per quam a sacerdote conficitur sacramentum: quamuis proprie loquendo non sit de sacramenti essentia, sicut nec causa instrumentalis efficiens est de essentia rei factæ.

Ad secundum. Ad secundum potest solui per interemptionem maioris, vel potest dici, quòd non est simile de baptizante, & conficiente, quia in conficiente hoc sacramentum est specialis potestas ordinata ad conficiendum, scilicet character, quæ non requiritur in baptizante.

QVAESTIO IIII.

Vtrum vna forma sine alia suam habeat operationem.

Arg. 1. D. Thō. vbi supra. Et videtvr quòd non: pars totius heterogenei separata a partibus alijs non habet principalem operationem totius, nec eius partem. Sed hoc sacramentum est totum heterogeneum, cū sit ex diuersis partibus constitutum: ergo neutra pars huius sacramenti sine alia habet sui sacramenti principalem operationem, nec eius partem, quod non esset verum si transsubstantiaretur panis in corpus ante transsubstantiationem vini in sanguinem.

Secundo. Item sicut se habet effectus ad effectum, ita operatio ad operationem: sed effectus formæ consecrationis panis non est sine effectu consecrationis vini, quia corpus non est sine sanguine: ergo nec operatio vnius formæ est sine operatione alterius.

In oppositum. Contra, nisi vna forma haberet operationem suam sine alia, falsum diceret sacerdos dicendo, hoc est corpus meum, maxime si cōsecratio sanguinis non sequeretur.

Item ante adoratur consecrata hostia, quā dicat sacerdos verba per quæ transsubstantiatur vinum in sanguinem, quod non sustineret ecclesia nisi vere transsubstantiaretur panis in corpus ante transsubstantiationem vini in sanguinem.

CONCLVSIO.

Quælibet harum formarum completa ac perfecta cum sit vna absque altera, suam habere operationem dicenda est.

Responsio. Respondeo, quòd vna forma sine alia suam habet operationē, quia quælibet prædictarum formarū per se forma completa est: forma autem completa super completam materiam cum intentione ministri debita completam habet operationem.

Ad primū. Ad primvm in oppositum dicendum, quòd maior intelligenda est de toto heterogeneo, quod est vnum per naturalem continuationem: hoc autem sacramentum non est tale totum, sed assimilatur toti heterogeneo, quod est vnum per artificialem aggregationem, cuius quælibet pars aliquā habet propriam operationem, ex quibus omnibus aggregatur operatio totius.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, quòd corpus Christi quamuis non sit sine suo sanguine, propter naturalem cōcomitantiam, hoc tamen est per vim sacramenti primo, & per se, quia ex vi sacramenti non est sub forma panis nisi corpus: quamuis alia sit ibi per concomitantiam, similiter ex vi sacramenti primo, & per se non est sub specie vini nisi sanguis, quamuis ibi sint corpus, & anima per cōcomitantiam. Et ideo non

non oportet, quòd operatio vnius formæ coexpectet alterius formæ operationem.

Textus limitatio Sãguinem de latere Christi fluxum eucharistiã, & pænitentiã signi ficare. Intentio magistri circa formam.

CIRCA litteram. Hæc duo sacramenta demonstrata sunt, &c.

Nota, ꝙ sanguis qui fluxit de latere Christi significauit sacramentum eucharistiæ, inquantum ibi est sanguis Christi sub vini specie: & sacramentum pęnitentię, inquantum est pænalis purgatio: quia quamuis in effusione illius sanguinis corpus Christi pœnam non senserit, quia iam mortuum erat, tamen de lege communi effusio sanguinis pęnalitatem significat. Forma est quam ipse ibidem edidit dicens, hoc est corpus meum, & post, hic est sanguis meus. Hic nota, quòd secũdum quosdam Magister nõn intendit hic præcise dicere formam consecrationis vini: melius tamen est, vt dicatur, quia per hæc verba, hic est sanguis meus, idem intelligitur, sicut per ista, hic est calix sanguinis mei. Vnde si illa ponerentur loco istorum eadem esset virtus, tamen fieri non debet propter institutionem ecclesiæ, & consuetudinem. Cum enim hæc verba proferuntur. Hic nota, quòd per formas prædictas possunt dici consecrari panis, & vinum, inquãtum per formam quę dicitur super panem, substantia panis transubstãtiatur in rem sacram, quæ est corpus Christi: & per formam quæ dicitur super vinum, transubstantiatur substantia vini in rem sacram, quę est sanguis Christi. Potest etiã dici species consecrari, inquãtum per prædictas formas efficiuntur cõtinentes rem sacram, vna corpus, alia sanguinẽ: possunt etiam dici consecrari corpus, & sanguis inquantum per transubstantiationes, quæ fiũt per formas prædictas, deputantur ad nouum, & specialem sanctificandi modum: quamuis enim Christus sine sacramento sanctificet hominem in eum credẽtem, tamen hoc facit alio modo, quam vt est sub sacramento, quia primo modo dat Christus homini sanctitatẽ propter suam operationem tanquam propter dispositionem congruam: sed secundo modo vltra hoc dat sibi sanctitatem ratione rei susceptę, & quia magis proprie dicitur consecrari quod transmutatur in rem sacram, quam illud quod deputatur ad vsum sacrum, quodlibet istorum magis dicitur consecrari, quam illud quod efficit continẽs tantum rem sacrã: ideo substantia panis, & vini magis proprie dicitur cõsecrari per formas prædictas, quam corpus & sanguis, & ista quam species panis, & vini. Reliqua vero ad laudẽ Dei dicũtur. Hic nota, ꝙ quamuis non sint de essentia sacramenti, tñ nõ debent omitti propter ordinationem, & reuerentiam sacramenti, per hoc tamen quod dicit Magister, hic est sanguis meus, intelliguntur compræhendi omnia verba quę sequuntur vsque in remissionem peccatorum inclusiue, secundum opinionem, quæ ponit illam esse de essentia formæ. Sicut ex multis granis. Nota quòd vna est multorum granorum adunatio, racemus vnum granum, botrus congregatio vuarum, glarea humor racemi, vinacium folliculus in quo cõtinetur glarea, & arillus est granellum quod est in racemo, quod alio nomine dicitur asinus.

Species consecrari.

De racemo, & botro aliter dic.

De duobus modis manducandi.

DISTINCTIO IX.



ET SICVT duæ sunt res illius sacramenti, ita etiam duo modi manducandi: vnus sacramentalis: scilicet quo boni & mali edunt: alter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde August. Quid est Christum manducare? non est hoc solùm in sacramento corpus eius accipere: multi enim indignè accipiunt: sed in ipso manere, & habere ipsum in se manentem. Spiritualiter enim manducat, qui in vnitate Christi & ecclesiæ, quam sacramentum significat, manet. Nam qui discordat à Christo, nec carnem Christi mãducat, nec sanguinem bibit: etsi tantæ rei sacramentum ad iudicium sui quotidie accipiat. Spiritualem manducationem August. distinguens à sacramentali, ait, Vt quid paras ventrem & dentem? crede, & manducasti, Credere enim in eum, hoc est comedere † panem & vinum. Qui credit in eum, manducat eum. Item, Quomodo manducandus est Christus? Quo modo ipse dicit, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si in me manet, & ego in eo, tunc bibit, qui verò in me nõ manet, nec ego in illo, & si accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. Item, Nulli ambigendum est, tunc quenquam corporis & sanguinis Domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur: nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam illum panem edat & calicem bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille in hoc quod illud sacramentum signat, inuenitur. In illo enim sacramento corpus, & sanguinem suum nobis commendauit: quod & fecit nosipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus. Itẽ, Qui discordat à Christo, non manducat carnem eius, nec sanguinem bibit, etsi tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi quotidie accipit.

Ho. 26. sup Ioan. & li. Sentẽ. Pros. c. 339. Et habetur de cons. dist. 2. ca. Quid est Christum. Tra. 25. super Ioan. Ibi. hac. 26.

† panem vinum, habet Augusti. De verbis domini, ser. 11. Et de cõs dist. 2. ca. Quid est Christum. Aug. ad infantes ad altare d sacr. Et de cons. dist. 2. cap. qa passus.

Aug. li. sententen. Prot. c. 339. Et de con. dis. 2. c. Qui discordat.

De errore quorundam, qui dicunt à bonis tantum corpus Christi sumi.

HAEC verba & alia huiusmodi, vbi de spirituali manducatione agitur, quidam obtuso corde legentes, erroris caligine inuoluti sunt adeò, vt præsumpserint dicere, corpus & sanguinem Christi à bonis tantum sumi, & non à malis. Sed indubitanter tenendũ est, à bonis sumi non modò sacramentaliter, sed & spiritualiter: à malis verò tantùm sacramentaliter, id est sub sacramento, scilicet sub specie visibili, carnẽ Christi de Virgine sumptam, & sanguinem pro nobis

fusum

fusum sumi: sed non mysticam: quæ tantum bonorum est. Quod subditis probatur testimonijs. Greg. Est qui dē in peccatoribus & indignè sumentibus vera Christi caro, & verus sanguis, sed essentia, non salubri efficientia. Item Aug. Multi indigne accipiunt corpus Domini: de quibus Apos. ait, Qui manducat & bibit calicē Domini indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Per quod docemur, quàm sit cauendum, malè accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum malè accipitur bonum, sicut econtra, Apostolo factū est bonum, cùm bene accipitur malum, scilicet dū stimulus satanæ patienter portatur. Ergo & mala pro sunt bonis, sicut angelus satanæ Paulo, & sancta ob sunt malis: bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Vnde qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: nō quia res illa mala est, sed quia malus malè accipit quod bonum est. Idem, Indignè quis sumens corpus Christi, non efficit vt quia malus est, malum sit quod accipit, vel quia non ad salutem accipit, nil accipiat. Corpus enim & sanguis Domini nihilominus erat in illis, quibus ait Aposto. Qui manducat indignè, &c. His alijsque pluribus apertè ostenditur, quòd etiam à malis verum corpus Christi & sanguis sumitur, sed sacramentaliter, non spiritualiter.

Ca 1. lib. 2. expositionis 1. Reg. circa medium. Super Io. tra. 26. post medium, to. 9. 1. Cor. 11. f

2. Cor. 12. c

Aug tra. super Ioan. 6. post mediū.

Aug. lib. 5. contra Donat. cap. 8. 1. Cor. 11. f

De intelligentia quorundam verborum ambiguorum.

Hom. 26. super Ioā quo ad sentētiā: & in glos. ad illud. Cor. 2. Quotiescunque.

SECVNDVM hos duos modos sumendi, intelligentia quorundam verborum ambiguè dictorum distinguenda est. Ait enim Augustinus, Bonus accipit sacramentum & rem sacramenti, malus verò sacramentum & non rem. Sacramentum hic dicit corpus Christi proprium, de Virgine natum, rem verò spiritualem Christi carnem. Bonus ergo vtramque Christi carnem accipit: malus verò tantùm sacramentum, id est corpus Christi sub sacramento, & non rem spiritualem. Item, Non manducans manducat, & manducans non manducat: quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & econuerso. Et qui manducant spiritualiter, veritatem carnis & sanguinis dicuntur sumere, quia ipsam efficientiam habent, id est remissionem peccatorum: pro qua videtur orari cum dicitur. Perficiant in nobis Domine, quæsumus, tua sacramenta quod continet, vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Rerum veritatem dicit ipsam efficientiam, quasi dicat, Per hæc sacramenta præsta, vt sicut sacramentaliter carnem Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel petit sacerdos, vt Christus qui nunc sub specie panis & vini sumitur manifesta visione, sicut in essentia diuinitatis est quandoque accipiatur:

Constat ergo, à bonis & à malis sumi corpus Christi: sed à bonis ad salutem, à malis ad perniciem.

In complēda missæ. De cōs. dis. 2. cap. Species.

DISTINCTIO IX.



SVPERIVS determinauit Magister de sacramento eucharistiæ secundum se, hic determinat de ipso in cōparatione ad suscipientes.

Et diuiditur ī tres partes. Primo de modis manducandi corpus Christi determinat veritatem. Secundo refellit quorundam errorem ibi. (Hæc verba.) Tertio explanat quarundam auctoritatum dubiarum intentionem ibi. (Secundum hos duos.)

CIRCA hanc dis. quærenda sunt tria principaliter.

Primo de manducatione huius sacramenti ex parte rei manducatę.

Secundo de manducantibus.

Tertio de ministrantibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum in hoc sacramento corpus Christi manducetur veraciter.

Secundo vtrum vtiliter.

Tertio vtrum omnis ipsum manducans sacramentaliter, ipsum manducet spiritualiter.

QVAESTIO I.

Vtrum in hoc sacramento corpus Christi manducetur veraciter.

ET VIDETVR quòd non: quia dicitur Matth. 15. Omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur: hoc autem nullo modo vere dicitur de corpore Christi: ergo veraciter non manducatur.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 9 a. 1. q. 1. D. Thom. 4. sent. dist. 9. ar. 1. q. 1. Scot. lib. 4. dist. 10. q. 1. Alex. p. 4 q. 11. m. 1. ar. 1.

Item de consecr. distin. 2. tribus. §. Tanta. in glo. quam cito species dentibus teritur tam cito in cœlum rapitur corpus Christi. Sed nihil vere manducatur, nisi saltem descendat in stomachum: ergo corpus Christi veraciter non manducatur.

Secundo.

CONTRA, Io. 6. dicit Saluator. Caro mea vere est cibus. Sed frustra est cibus nisi verè manducetur: ergo caro Christi verè manducatur.

In oppositum.

Item de consecra. dist. 2. Ego Berengarius, dicitur verum corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi in veritate manibus sacerdotum tractari, & frangi, & fidelium dentibus atteri. Sed cibus qui a dentibus atteritur verè manducatur: ergo corpus Christi verè manducatur.

CONCLVSIO.

Corpus Christi verum sub specie realiter contentū non manducatione carnali, sed sacramentali veraciter manducatur, tali enim verè manducatur illa species sub qua verū Christi corpus realiter continetur.

RESPONDEO, q in sumptione huius sacra-

In sumptione sacram.

si triplicem manducationem intelligi carnalem secundũ sacramentalem & spiritualem. sacramenti est quædam manducatio carnalis, qua comestum masticatur, & in stomachum trahitur, & postea digeritur, & vltimo in substantiam manducantis conuertitur, & sic verè manducatur illa species sub qua realiter continetur verum corpus Christi. Et est alia sacramentalis, qua corpus verum sub specie realiter contentum sumitur, sed sic sumptum corporaliter non masticatur tantum, nisi species tam diu in ore masticētur, ꝙ per digestionem ibi factam corrumpatur in eis forma propria: sed descendat in propria forma in stomachũ, corpus Christi in stomachum descendit per descensum speciei sub qua continetur, quamdiu in ea specie forma propria saluatur, sed per virtutem manducantis non vnitur manducanti, sed per ipsum manducans vnitur spiritualiter Christo capiti, si dignè manducat. Est ibi etiam manducatio spiritualis, qua dicitur manducari corpus mysticum, quæ nihil aliud est quã spiritualiter incorporari corpori mysticum, quæ nihil aliud est, quam spiritualiter incorporari corpori mystico per fidem & charitatem, vel magis incorporari per augumentum fidei, & charitatis, quæ manducatio non conuenit indigne suscipientibus sacramẽtum.

Ad primũ. AD PRIMVM argumentum ad partem primam dicendum, quòd procedit de manducatione carnali qua species manducatur.

Aliqui tamen negant species in stomachũ descendere, sed hi dicunt contra sensibilem experientiam.

Alij dicunt, quòd emittuntur per sudorem non per secessum, quæ opinio tangitur in glo. de consecra. distin. 2. tribus. Tanta: sed vaticinio sunt, cum enim cibus non emittatur per secessum, nisi primo sit à forma propria transmutatus, indignum nõ videtur, quòd aliquid impurum si in illis speciebus fuit, per secessum emittatur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illa glo. intelligenda est quando tamdiu species masticatur, quòd per digestionem quæ fit in ore nõ remanet in sua forma, secundum enim Auic. li ro. de animalibus c. de digestionibus. Membrana in lingua, & in palato est eiusdem naturę cum interiori stomachi tunica, & ideo communicat cum ea in opere.

Ad aliam partem. PRIMVM argumentum ad partem aliam aut intelligendum est de manducatione spirituali, aut sacramentali, & spirituali simul.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illa attritio & fractio debet referri ad species, non ad verum corpus Christi. Sed quia ille Berengarius fuerat infamatus, quòd non credebãt corpus Christi realiter contineri sub specie, ideo ad sui purgationem per verba excessiua contrarium asseruit.

QVAESTIO II.

Vtrum Christus in hoc Sacramento manducetur vtiliter.

ET VIDETVR, quòd non nihil irrationabile, & inhumanum est vtile: sed comedere hominem & dominum suum irrationabile videtur, & inhumanum: ergo manducare corpus Christi non est manducantibus vtile. *Arg. 1. D. Bon. li. 4 di 12. p. 2. ar. 1. q. 2. & 3. D. Tho. p. 3 q. 79. ar 7. Scot. lib. 4. dist 8. q. 3. Alexã. p. 4. q. 10. m. 8. per totum.*

Item Ioan. 6. Caro non prodest quicquam: ergo nihil est vtile comedere Christi carnem.

CONTRA, ecclesia statuit, ꝙ omnes fideles, saltẽ semel in anno suscipiant corpus Christi: extra de pęnitentia, & remis. Omnis vtriusque sexus, ꝙ non instituisset, nisi talis manducatio vtilis esset. *Secundo. In oppositum.*

Item Ioan. 6. dicit Saluator. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.

CONCLVSIO.

Cum bona quamplurima afferat huius susceptio sacramenti Christum in eo à nobis sufficienter dispositis vtiliter sumi catholicorum ambiget nemo.

RESPONDEO, quòd a digne suscipiente hoc sacramentum Christus manducatur vtiliter, hæc enim manducatio manducanti reducit ad memoriam passionem Christi, fidem cõfirmat, spem auget, charitatem inflammat, dat vitam gratiæ, Christo vnit, manducãtem spiritualiter æterna consolatione reficit, ipsum roborat ad operationem boni, sustentat contra casum prouenientem ex propria infirmitate, munit contra demonis impulsum, remittit ardorem carnalis concupiscentiæ, purgat veniale peccatum, & quandoque mortale: vt infra eadem dist. declarabitur. Et hoc facit manducatio sacramentalis, inquãtum in sacramẽto est virtus operatiua spiritualis mãducationis, in manducante sufficienter disposito, & possunt hi 12. effectus significari p 12. fructus ligni vitæ: de quo habetur Apoc. vlti. & ad celeriorem istorum memoriam in tribus versibus collecti sunt. *Responsio. Duodecim fructus digne suscipiẽtes hoc sacramentum consequi.*

Versus.
Inflammat, memorat, sustẽtat roborat, auget,
Hostia, spem, purgat, reficit, vitã dat, & vnit,
Confirmatq; fidem, munit, fomitẽq; remittit.

AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ illud argumentum procedit de manducatione carnali. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est, secundum intellectum eorũ, qui putabant carnem Christi manducandam carnaliter, eo modo, quo alij cibi manducantur. *Ad secundum.*

QVAESTIO III.

Vtrum omnis manducans corpus Christi sacramentaliter, manducet ipsum spiritualiter. *Arg. 1. D. Bo. li. 4. di. 9. ar. 1. q. 1. D. Th. p. 3. q 80. ar. 1. & 4. sen. di. 9 ar. 1 q. 1. Sco vbi su. Ale. p. 4 q. 11. m. 1. ars. 1. 2.*

CONCLVSIO.

Nequaquam, sed bene dispositus duntaxat corpus hoc sacramentaliter sumens ipsum, & spiritualiter sumit.

RE-

Responsio. RESPONDEO, quòd manducare corpus Christi sacramentaliter dupliciter potest intelligi.

Manducare sacramentaliter bifariã. Vno modo pro manducare ipsum per manducationem speciei, quæ eius sacramentum est, & sub qua realiter continetur, secundum quem modum manducatur ab omni manducantem speciem prædictam, siue homine, siue bruto, nec tamen ex hoc sequitur, quòd brutum proprie loquendo, sumat corpus Christi sacramentaliter, quia quamuis sumat id quod est sacramentum, & corpus Christi sub ipso contentum, non tamen sumit ipsum sacramentum, sub ratione qua sacramentum est, quia nõ sumit ipsum sub ratione qua est signum veri corporis Christi realiter cõtinens ipsum: hoc autem aduerbium sacramentaliter magis proprie determinat sumptionem per comparationem ad sumentem, quam ad rem sumptam.

Alio modo manducare corpus Christi sacramentaliter, potest accipi pro manducare ipsum per manducationem speciei, quæ eius sacramentum est, & sub qua realiter continetur cum intẽtione generali, vel speciali implicita, vel explicita sumendi ipsum sub illa specie, secundum quem modum sumi potest sacramentaliter ab omni homine potenti habere intentionem prædictam, siue bono, siue malo: siue fideli, siue hæretico: sed quocũque modorum prædictorum potest manducari sacramentaliter absque hoc, quòd manducetur spiritualiter: & manducare enim ipsum spiritualiter, est ipsum credere, & per charitatem ei vniri, & eius corpori mystico incorporari. Multi autem corpus Christi accipiunt sub sacramento, & credendo ipsum ibi esse, qui tamen propter eorum indispositionem eo spiritualiter non vtuntur, nec eius corpori mystico per charitatem incorporantur. *Manducare spiritualiter.* Aliqui etiã ipsum manducant spiritualiter, qui ipsum nõ manducant sacramentaliter: quia multi credunt Christum sub species consecrata, & eius corpori mystico per charitatem incorporantur, qui tamen speciem corpus Christi continentem non manducant: quia quamuis sic ipsum manducare vtile sit ad salutem, non tamẽ est necessarium nisi semel in anno, sicut statuit ecclesia, vel in casu grauis infirmitatis in qua commodè potest haberi sacramentum. Et de hac spirituali mãducatione intelligitur illud, de consecra. distin. 2. vt quid, quod etiam recitat Magister, vt quid paras dentem, & vẽtrem, crede, & manducasti.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum existens in peccato mortali, peccet mortaliter suscipiendo hoc sacramentum.

Secundo vtrum contritus non confessus...

Tertio vtrum propter aliquid quod nõ est peccatum teneatur homo abstinere a susceptione huius sacramenti.

QVAESTIO I.

PRIMO ostendo, quòd existens in peccato mortali, non peccat mortaliter suscipiendo hoc sacramentum, de consecratione distinctione 2. Si non sunt tanta peccata, vt excommunicetur quis non se debet a medicina corporis, & sanguinis domini separare. Sed pro quolibet peccato mortali non excommunicatur homo, neque debet excommunicari, sed tantum pro mortali, cui annexa est contumacia. 11. q. 3. Nemo episcoporum alias enim nõ præcederet ammonitio excommunicationem: ergo aliquis in peccato mortali potest suscipere hoc sacramentum non peccando mortaliter. *Arg. 1. D. Bon. lib. 4 dist. 9 ar. 2. per totum D Thom. 4. sent. dist. 9. ar. 1. q 3. & p. 3. q. 80. S[...] lib. 4. dist 9. q. vni ca. Alex. p. 4 q. 11 m. 2. ar. 2.*

Secundo. Item suscipiens hoc sacramentum in peccato veniali nõ peccat venialiter, quia quodcunque peccatum est obligatio ab aliqua lege, sed in nulla lege prohibetur homo hoc suscipere sacramentum propter peccatum veniale tantum: ergo a simili, existens in peccato mortali suscipiendo hoc sacramentum non peccat faciendo illud ad quod tenetur. Sed quilibet fidelis vtriusque sexus tenetur semel in anno hoc sacramentum suscipere, vt superius est ostensum: sacerdos enim postquam consecrauit tenetur ipsum suscipere: de consecra. dist. 2. Relatum. Ergo in illo statu existens in peccato mortali non peccat mortaliter suscipiendo hoc sacramentum.

In oppositum. CONTRA, prima. Cor. 11. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Sed qui accedit cum mortali peccato accedit indigne: ergo talis sibi iudicium manducat, & bibit, quod non esset verum nisi per hoc incurreret mortale peccatum.

Item maius est sumere, quam tangere, vel aspicere: sed vt habetur secundo Reg. sexto. Oza percussus est, quia arcam domini tetigit indigne. Bethsamite etiam percusi sunt, quia arcam domini aspexerunt indignè, vt habetur primo Reg. 6. ergo multo fortius mortaliter peccat qui corpus domini sumit indigne.

CONCLVSIO.

Mortali peccato quicunque scienter obnoxius & illius non pœnitens, aut se mortaliter deliquisse existimans cum planè non deliquerit, at cum hac conscientia mensam hanc petat, peccatum mortale incurrit vtrunque, quem mortalis culpa si præterit, licet reuera peccauerit, non peccat si accedit adbibitis adhibendis.

Responsio. RESPONDEO, quòd sicut dicitur de cõsecra. distin. 2. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quam corpus, & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potentior est: sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente sumẽda, atque ab omnibus veneranda. Et ideo volens accedere ad hoc *Volentes accedere ad sacramentum hoc tenetur probare semetipsos.*

hoc sacramentum debet examinare conscientiam suam, secundum Apostolū prima ad Cor. 11. Et si videat se esse in peccato mortali, scilicet quia videt se non pęnitere de peccato mortali iam commisso, vel esse in proposito aliud committendi, & qui in tali statu hoc sacramentum suscipit mortaliter peccat propter irreuerentiam, quam fecit sacramento, & rei contentę sub sacramento, & rei significatę non contentę: & etiam quia est ecclesiastici præcepti trangressor. Ille etiā qui secundum rei veritatem nō est in peccato mortali, credit tñ esse, si cum tali conscientia hoc sacrm suscipit, mortaliter peccat, quia est reuerentiæ debitę sacro contemptor. Si autem non videt se esse in mortali peccato, neque credit & tamen est, aut hoc prouenit ex omissione debitę diligētiæ in examinando conscientiā: & tunc dico, quòd mortaliter peccat, non tamen ita grauiter, sicut prius, aut non prouenit ex omissione debitę diligentiæ, quam tenetur homo adhibere: sed quia homo de lege communi certus esse non potest vtrum pęniteat digne secundum illud Ecclesi. 9. Nemo scit vtrum odio, vel amore dignus sit, & sic accedens in peccato mortali ad susceptionē huius sacramenti non peccat mortaliter, sed consequitur remissionem latentis peccati. Aliter enim quandocūque homo hoc sacramentum susciperet, exponeret se periculo peccandi mortaliter, quod falsum est.

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, quòd de excommunicatione, quæ est exclusio a sacramentorum susceptione debet illud decretum intelligi, & quo ad hoc debet homo se reputare excommunicatum qui scit, vel credit se esse in peccato mortali.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd suscipiens hoc sacramentum in peccato veniali tantum, ideo non peccat, nisi sit aliud quod obsistat, quia peccatum veniale se compatitur cum effectu huius sacramenti: & quia de lege communi non potest esse homo sine peccato veniali, nisi forsitan ad modicum tempus: homo autem potest cauere a cōmissione peccati mortalis per totam vitam.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd ille qui in peccato mortali communicat in paschate, & sacerdos post consecrationem nō peccant, quia communicant, sed quia communicant indigni communione: tenentur enim communicare digne, nec propter hoc perplexi sunt, quia cum adiutorio Dei se possunt disponere per pœnitentiam, vt sint digni communicare.

Ad aliam partem. Primvm argumentum ad partem aliam bene concludit.

Ad secundum dicendum, quòd existens in peccato mortali videndo corpus Christi non peccat: aspiciendo enim ipsum nullam irreuerentiam facit sacramento: Bethsamitæ autem ideo percussi sunt, quia vt dicunt quidam, & refert glo. ibidem, nulli licebat videre arcam detectam, nisi pontifici. Vel potest dici etiam secundum glo. quòd percussi sunt, eo quòd indigni essēnt, vel indigne accessissent, vel non digne custodissent arcam: tangens autem corpus Christi in peccato mortali irreuerentiam facit sacramento, nisi in casu, quando scilicet hoc cum timore, & reuerentia propter aliquā necessariā causam, vt quando erigit hostiam iacentem in terra non existente præsente alio digniori ad tangendum eam, in quo casu laicus etiam hoc facere posset. Oza autem percussus fuit, quia archam temerarie tetigit, secundum sententiam glo. ibidem; dicit etiam ibi alia glo. quòd super humores est percussus quibus secundum legem arcam ferre debuit.

QVAESTIO II.

Vtrum contritus non confessus peccet mortaliter suscipiendo hoc sacramentum.

Et Videtvr, quòd non: Ille qui reconciliatus est Deo digne potest suscipere hoc sacramentum, sed per veram contritionem homo reconciliatur Deo ante confessionem: ergo extūc potest digne suscipere hoc sacramentum. *Arg. 1. Scot. lib. 4. dist. 9. q. 1.*

Item homo nō tenetur de necessitate confiteri, nisi semel in anno, sed sibi licitum est pluries in anno suscipere hoc sacramentum: ergo aliquando licite potest suscipere quamuis nō confiteatur. *Secundo.*

Contra, Richardus de potestate ligādi, & soluendi, c. 21. Si ante sacerdotis absolutionem criminosus ad communionem corporis Christi accedat, pro certo iudicium sibi mā ducat, & bibit: etiam si eum iam ante multum pęniteat. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Contrito confessoris copia carenti idonei, aut tempus sufficiens minimè nacto, aut fari nequeunti, si tunc ni communicet scandalum immineat, aut sui, aut populi, vel iam cœperit si sacerdos huius mysterium sacramenti, prorsus confessio sat est in voto, cæterum de mortali non confessus etsi contritus si accedit num non mortalis peccati reus erit?

Respondeo, ꝙ contritus non confessus intelligi potest dupliciter, aut de peccato veniali, aut de peccato mortali: Primo modo suscipiendo sacramentum non peccat mortaliter, quia de peccato veniali non est necessaria confessio, nisi quando non habet peccatum mortale: tunc enim cum teneatur semel in anno confiteri, oportet, quòd de venialibus confiteatur. *Responsio.*

Secundo modo distinguēdum est, quia aut habet copiam confessoris idonei, & tps sufficiens ad confitendū, loquelā liberam, aut nō. *Hic vt infra di. 17. dicā dic. Saluberrima doctrina.*

Primo modo dico, quòd suscipiendo hoc sacramentum mortaliter peccat, quia ad hoc quòd homo sit dignus hoc sacramentum suscipere requiritur, quòd reconcilietur Deo, & ecclesiæ, quę reconciliatio est per confessionem, & absolutionem.

Secundo

Secundo modo subdistinguẽdum est, quia aut imminet scandalum personę suæ, nisi communicet, aut populi, aut quia iam incępit sacramenti mysterium si sacerdos est. Et in quolibet istorum trium casuum licitum est sibi cõmunicare cum proposito confitendi. Si tamen non adest aliquis prædictorum trium casuum, tenetur expectare quousque habeat copiam confessoris.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd cum illa reconciliatione qua homo reconciliatur Deo per interiorem contritionẽ, requiritur, vt reconcilietur ecclesiæ si potest ante huius sacramenti susceptionem.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, quòd quamuis homo non teneatur, nisi semel in anno ordinarie confiteri, tamen possunt accidere casus propter quos tenetur pluries confiteri, inter quos vnus est plurificata susceptio huius sacramenti, si ille qui vult suscipere recolat se commisisse mortale peccatum, de quo nõ fuit confessus, & absolutus legitime. *De quibus infra.di.17.*

Ad aliam partem. Auctoritatis Ricardi ad partẽ aliã satis patet expositio ex dictis in corpore quæstionis.

QVAESTIO III.

Vtrum propter aliquid quod non est peccatum, teneatur homo abstinere a susceptione huius sacramenti.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4 dis. 12 p. 2 ar. 2. q 3. D Thom. 4. sent. dist. 9. ar. 1. q 4. Alex p. 4 q 11. m. 2. ar. 2.

ET VIDETVR quòd non, quia si aliquid aliud a peccato debet prohibere susceptionem huius sacramẽti, hoc esset immunditia menstruorum aut seminis fluxus, quia reputabantur immunditiæ in lege: sed menstrua non prohibent mulieres ab huius sacramenti susceptione, distin. 5. Ad eius, & a simili, nec seminis fluxus: ergo nulla alia immunditia a peccato prohibet huius sacramenti susceptionem.

Secundo. Item reconciliatus Deo, & ecclesiæ dignus est suscipere hoc sacramententum, sed immunditiæ quæ non sunt peccata non contrariatur reconciliationi prædictæ: ergo nec susceptionem huius sacramenti debet prohibere.

In oppositum. CONTRA, concubitus coniugalis sine omni peccato fieri potest, vt inferius ostendetur, sed ante eucharistię susceptionem aliquot diebus ab vxoribus proprijs est abstinẽdum, de consecr. distin. 2. Omnis homo: ergo est aliquid aliud a peccato prohibens huius sacramenti susceptionem.

CONCLVSIO.

Ab huius sacramenti perceptione ob illius reuerentiam etiam aliqua quæ peccatum non sapiunt hominem impedire videntur.

Responsio. RESPONDEO, quòd propter aliquid aliud, quod non est peccatum tenetur aliquando homo abstinere a susceptione huius sacramenti, propter ordinationem ecclesiæ, quæ propter sacramenti reuerẽtiam ordinauit hominem aliquando debere abstinere a susceptione huius sacramenti, propter aliqua quæ non sunt peccata: eo quòd impediunt, vel minuunt reuerentiam quæ debet obseruari in susceptione huius sacramenti, cuiusmodi est nocturna pollutio proueniens ex crapula, vel immunda cogitatione quæ præcessit in vigilia: quæ crapula, vel cogitatio si peccata mortalia fuerunt, vel probabile dubium est vtrum fuerunt, tunc pollutio ex eis proueniens, prohibet de necessitate huius sacramenti susceptionem: si autem certum est, vel probabile, quòd non fuerunt, nisi peccata venialia, tunc illa pollutio non prohibet, nisi de congruitate. Si autem proueniat ex naturæ superfluitate, vel infirmitate non credo, quòd prohibet. Et hæc probari possunt per ea, quæ dicuntur distinctione sexta. Testamentum: probabile etiam periculum vomendi huius sacramenti prohibet susceptionem. Et de similibus simile iudicium habeatur. Et potest dici quasi per quandam appropriationem, quòd prædicta minuunt reuerentiam quæ debet obseruari in susceptione huius sacramenti, ratione speciei consecratę. Et quia reuerentia quæ debetur corpori Christi exigit, vt ipsum suscipiens, diligenter recogitet quid accipit, quod infantes, & furiosi facere non possunt: ideo nõ debet dari infantibus neque illis qui semper fuerunt furiosi. Si autem furiosus antequam intraret furiam, hoc sacramentum petijt in debito statu, sibi postea in furia potest dari, nisi probabiliter timeatur, quòd illud proijceret, vel aliquam aliam irreuerentiam faceret sacramento. Et potest dici, quòd per appropriationem hæc impediunt reuerentiam quæ debet obseruari in susceptione huius sacramenti, ratione rei contentę. Et quia causa propter quã aliquis debet interdici, vel suspendi, vel excõmunicari, siue maiori excommunicatione, siue minori derogat realiter, vel secundum iudicium fori exterioris vnitati ecclesiæ, quę est corpus Christi mysticum, quod est res per hoc sacramentum significata, non tamen sub sacramento contenta: ideo interdicti, suspensi, excõmunicati etiam iniuste excluduntur susceptione huius sacramẽti, prædictę tamen pęnę sunt non peccata, quamuis prædictas pœnas contemnentes grauiter peccent. *Quando ex pollutione quis tenetur abstinere a cõmunione, & quando non.* *Furiosis & infantibus quare non datur.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd immunditia menstruorum non prohibet mulierem communicare, quia est immunditia pure naturalis. Si autem, vt dicitur ibidẽ ex veneratione magis suscipere non præsumit laudanda est, sed si percipit non est iudicanda. Simili modo potest dici de illa infirmitate, quæ Leuit. 15. vocatur fluxus seminis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis reconciliatus Deo, & ecclesiæ sit dignus simpliciter, potest tamen contingere casus, in quo non debet hoc recipere sacramẽtum propter eius reuerentiam. Vel potest dici, quòd non est inconueniens, quòd aliquis sit dignus simpliciter,

pliciter, & tamen indignus secundum quid.


Ad aliam partem. Ad argumentum ad partem aliam dicendum, quòd illud decretum non loquitur de debito necessitatis, sed congruitatis: mulier tamen debitum petenti reddere tenetur secundum glo. ibidem.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur tria. Primo vtrum sacerdos peccet, qui scienter dat hoc sacramētū existēti in peccato mortali. Secundo vtrum peccet, hoc sacramentum dando hystrionibus & magis. Tertio vtrum sacerdos hoc sacramentum dare debeat illis qui de crimine sunt suspecti.

QVAESTIO I.

Vtrum sacerdos peccet qui scienter dat sacramentum hoc existenti in peccato mortali.



Arg. 1. D Bo. lib. 4. dist. 9. a. 2. quæst. 4. D. Th. 4. sē. dist. 9. ar. 1. q. 5. Alex vbi supra ar. 3. Extra de re sti spo sæpe contingit. ET VIDETVR quòd sic: quia quāuis lex dicat, quòd petenti debitum sit reddendum, tamen ille peccat qui gladium apud se depositū reddit petenti, si sciat, quòd petens illum eodem interficere se proponat: ergo a simili, quamuis ius canonicum dicat, quòd sacerdos suo subdito petenti ministret hoc sacramentum, peccat ministrando, quando scit illum hoc petere in malum suum, quod facit omnis petens in peccato mortali.

Secundo. Iob. 10. & 30. Item vilior res est peccator, inquātum peccator, quam lutum: sed si sacerdos proijceret scienter corpus Christi in lutum mortaliter peccaret: ergo multo fortius mortaliter peccat, quando ponit ipsum in ore illius quē scit ipse esse in mortali peccato.

Tertio. Item mortaliter peccaret medicus, qui sciēter daret medicinam infirmo, qua esset interficiendus: ergo cum grauior sit mors spiritualis, quam corporalis, multo fortius sacerdos mortaliter peccat dando hoc sacramentum illi quem scit esse in peccato mortali, quia talis recipiēdo hoc sacramentū mortaliter peccat.

In oppositum. CONTRA, de consecra. dist. 2. non prohibeat. Non prohibeat dispensator pingues terræ, idest peccatores secundum glo. ad mensam domini manducare.

Item. 1. q. 1. Christus: Christus quid fecit nobis qui traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam eucharistiam confectam manibus suis in ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis traderet, quasi dicat, in hoc exemplum nobis reliquit.

Item 7. q. 1. Aduersitas: in fine dicitur, quòd quamuis Christus sciret Iudam esse furem, tamen ad prædicandum eum misit, & ei eucharistiam dedit: docens in ecclesia tolerari malos: ergo exemplo Christi licitū est sacerdoti dare eucharistiam illi quem scit esse in peccato mortali.

CONCLVSIO.

Peccatori notorio, vel publicè, vel occultè petenti deneganda est Eucharistia, occulto autem & publicè petenti nequaquam.

Respons. RESPONDEO, quòd ille quem sacerdos scit esse in peccato mortali, aut non petit eucharistiam sibi dari, & tunc sacerdos dando peccat, aut petit: & tunc distingue, quia aut suū peccatum mortale est occultum, aut manifestum. Si manifestum, tunc sacerdos sibi dando eucharistiam peccaret, quia legitimam contra ipsum habet excusationem, vel exceptionem, quam sibi publice obijcere potest: & accipio hic manifestum non pro omni eo quod probari potest, quod magis proprie dicitur manifestabile, quam manifestum. Vnde si sacerdos sciret parochianum suum esse in crimine quod legitime contra ipsum posset probari, ita quòd illud crimen nescirent cum ipso nisi duo, vel tres testes, per quos hoc probare posset, non propter hoc deberet eucharistiam negare illi in publico petenti, quia iam inferret sibi pœnam ante criminis probationem, quod fieri non debet. 11. q. 3. Eorum qui. Sed accipio hic manifestum pro notorio. Est autem peccatum notorium, vel per sententiam, vel per confessionem factā in iure, aut euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari nō potest, extra de cohabitatio. clericorum, & mulierum, capitulo vltimo. Si autem peccatum suum est occultum, aut petit in occulto, & tunc sacerdos sibi dando peccaret, quia habet contra eum legitimam exceptionem quam sibi in occulto obijcere potest: & ipsum debet monere ne petat in publico, vt habetur de consecr. dist. 2. Non prohibeat. Aut petit in publico, & tunc sacerdos sibi dare tenetur, quia contra eum non habet legitimam exceptionem, quā ei in publico obijcere possit, extra de officio iudi. or. Si sacerdos.

Ad primū. AD PRIMVM dicendum, quòd non est simile, quia ius naturale quod est virtuosius iure positiuo, præcipit non reddere depositum in tali casu: non est autem sic in proposito: immo ius naturale dictat quot occultus peccator a prælato suo non publicetur. Vnde nec Christus publicauit peccatum Iudę, quousque ipse Iudas semetipsum manifestauit. Vnde extra, de offi. iud. or. Si sacerdos: si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicuius criminis, vel confessus fuerit & emendare noluerit, nisi iudiciario ordine quis probare possit, cū non debet nominatim arguere.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd non est simile, quia lutum corporale polluit illud quod in ipsum proijcitur, vnde species consecratas pollueret. Sed peccator recipiens corpus Christi nihil polluit nisi semetipsum.

Ad tertiū. Ad tertium dicēdum, ꝙ non est simile, quia talem medicinam negare infirmum non infamaret, nec populum scādalizaret, nec aliquod præiudiciū bono cōi faceret, quod fieret si iudici liceret punire, vel aliū diffamare pro sua volū-

voluntate iudiciario ordine prætermisso.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam procedũt de peccatore occulto petente in manifesto. Et caueat sacerdos ne sic petenti det hostiam non consecratam, simulans sibi dare corpus Christi, quia si hoc faceret grauissime peccaret: daret enim sibi & populo occasionem idolatrandi, quantum in se esset.

QVAESTIO II.

D Bon. vbi supra. D.T.p 3 q. 80. ar 6. Alex. vbi supra. ar. 2.

Vtrum sacerdos peccet dando hoc sacramentum hystrionibus, & magis.

CONCLVSIO.

Equidem, si hi notorij sint, & adhuc in artium suarum dedecore perseuerantes, secus si occulti, & eos rei tam scelestæ operam nauasse pœnituerit.

RESPONDEO, quòd solutio huius quæstionis ex solutione præcedẽtis manifesta est: tales enim ducunt illicitam vitam. Vnde de talibus dicitur, de consecra. di. 2. Pro dilectione. Puto nec maiestati diuinæ, nec euangelicę disciplinę congruere, vt pudor, & honor ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fędetur. Vnde nec talibus, nec cuicunque infami notorio, & manifesto danda est eucharistia, secundum etiam glo. ibidem. Si tamen vt dicitur sequenti. c. tales reuertãtur ad dominum eis gratia, vel reconciliatio non negetur: non est tamen sic intelligendũ, quòd statim debeat eis dari eucharistia, quia propter reuerentiam sacramenti, & vt probetur eorum conuersio nõ ficta, nòn debet eis dari vsque post peractam pœnitentiam, nisi aliquis articulus necessitatis, vel pietatis aliquãdo aliter fieri suaderet. *Scilicet penultimo.*

QVAESTIO III.

Vtrum sacerdos hoc sacramentum dare debeat illis qui de crimine sunt suspecti.

Arg. 1. D Thom. 4. sent. dis. 9. ar. 1. q 5. Alex vbi supra ar. 3.

ET VIDETVR ꝙ sic: 2. q. 1. Multi, & sumptum est ab Aug. lib. de pęnitentia, lõge ante fi. Noluit Deus hoĩem ab homine iudicari arbitrio suspitionis: sed si sacerdos non daret eucharistiam suspectis de crimine sicut alij, iudicaret eos arbitrio suspicionis: ergo videtur quòd eis debeat eucharistiã dare non obstãte suspicione.

Secundo. Et 2. q. 2. in scripturis. Item. 6. q. 1. Oues. Omnis suspicio potius est repellenda, quam approbanda, vel recipiẽda. Sed si sacerdos pro suspicione dimitteret eucharistiam dare suspectis, suspicione non repelleret, sed approbaret, vel reciperet: ergo videtur, quòd non debet dimittere dare eucharistiam alicui pro suspicione.

In oppositum. CONTRA, 32. q. 1: Dixit dominus. Vbicunque est fornicatio, vel fornicationis suspicio libere vxor dimittitur: ergo a simili, vbicũque est suspicio homo propter illam, sicut propter factum iuste repellitur: ergo sicut sacerdos non debet dare eucharistiam publice criminosis, ita nec publice de crimine suspectis.

CONCLVSIO.

Sicuti criminoso notorio vtcunque est denegandum, sic de suspecto eodem idem debet esse iudicium, dum sit violenta suspicio, idemque de suspecto occulto vti de itidem criminoso.

Responsio. Triplicẽ esse suspitionẽ: temerariam scilicet probabilem & violentam lyra Math. 7. & Alex. de alef. 2. parte q. 134 latius habet. RESPONDEO, sicut dicit glo. super capitulum vltimo allegatum: triplex est suspitio, temeraria, probabilis, violenta.

Suspicio temeraria dicitur, quæ ex irrationabili causa consurgit, cuiusmodi est illa quæ confecta est rumoribus maledicorum hominum, & obtrectatorum. 11. q. 3. In cunctis, & pro tali suspicione non debet sacerdos dimittere eucharistiam dare suspecto.

§ nolite. Extra de presump. ca in litteris & ca. sequenti 32 q. 1. dic. xit dominus scilicet ca. vltimo & ca c qualiter. Probabilis est, quę cõsistit ex probabilibus signis, propter hanc suspicionem non debet etiam sacerdos dimittere dare eucharistiam. 2. q. 1. Deus mala audita nullum audientium moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam credat. Sed ante audita diligenter inquirat, nec præcipitanter quid aliquis agat, & ita nullum ante veram, iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus.

Violenta est quę surgit ex suspicionibus violentis, vt si inueniatur suspectus cum suspecta, nudus cum nuda, solus cum sola in eodem lecto, loco, & tempore suspectis: & contra tales suspectos iudicandum est, sicut iudicaretur de facto. Vnde sicut publice criminoso sacerdos non debet dare eucharistiam, ita nec publice suspecto de crimine modo suspecto prædicto: secundum enim iura quatuor modis conuincitur homo de crimine, scilicet instrumentis, aut testibus, vel facti euidentia, extra de cohabi. cle. & mul. Tua. Et. 2. q. 1. Scelus quod lotharius, aut iuris interpretatione, vt quando quis sępe citatur & monetur, neque se purgat, nec comparet. 3 q. 9. decernimus, vbi sic dicitur. Manifestum est confutari de crimine eum qui indulto & totiens delegato iudicio purgandi se occasione non vtitur, aut violenta suspicione. 32. q. 1. Dixit dominus, & hæc no. 2. q. 1. c. 1. in glo.

Ad argu. Argumenta ad partem primam procedunt de suspicione temeraria, vel probabili.


Argumẽtum ad partem aliam procedit de suspicione violenta.

Littera examinatio. CIRCA litteram, Vt quid paras dentem & ventrem? supple tantum, quia hoc non sufficit, credere enim oportet. In illo enim sacramento, & corpus, & sanguinem suum commendauit nobis, quod & fecit nos ipsos. i. cuius significatum fecit nos ipsos, scilicet corpus Christi mysticum: corpus enim Christi verum in sacramento signum est corporis mystici. Vnde potest dici quòd ly, quod ibi facit relationem simplicem. Malus accipit sacramentum, & non rem, hoc non intelligitur de re cõtenta, quæ est corpus Christi verum: sed de re significata, & nõ cõtenta, quę est corpus Christi mysticum, quo ad formale eius principium quod est gratia.

De

De hæresi aliorum qui dicent corpus Christi non esse in altari nisi in signo.

DISTINCTIO X.



SUNT item alij, præcedentium insaniam transcendentes, qui Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum mentientes, audacius ac periculosius veritati contradicũt, asserentes in altari non esse copus Christi vel sanguinem, nec substantiam panis vel vini in substantiã carnis & sanguinis conuerti, sed ita Christum dixisse, Hoc est corpus meum, sicut Apostolus dixit, Petra autem erat Christus. Dicunt enim ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, id est in signo, & tantum in signo mãducari à nobis. Qui errandi occasionem sumunt à verbis Veritatis: vnde prima hæresis facta est ĩ discipulis Christi. Cùm enim diceret, Nisi quis manducauerit carnem meã, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam: illi non intelligentes dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire? & abierunt retrò. Illis discedentibus instruxit duodecim qui remanserãt. Spiritus est, inquit, qui viuificat: caro nihil prodest: verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Intellexisti spiritualiter, spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter, ẽt sic spiritus & vita sunt: sed tibi nõ sunt. Spiritualiter intellige quæ locutus sum. Nõ hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigẽt. Sacramentum aliquod vobis commendaui. Spiritualiter intellectum viuificabit vos, caro autem non prodest quicquam. Sunt etiam & alia, illorum insaniæ fomitem ministrantia. Ait enim Aug. Donec seculũ finiatur, sursum est Dominus, sed tamen etiam hic nobiscum est veritas Dominus. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco esse oportet: veritas autem eius vbique diffusa est. Item, Vna persona est Deus & homo: vbique per id quòd est Deus, in cœlo per id quod homo est. Christus dicit etiam, Pauperes semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. His alijsque vtuntur præfati hæretici in assertionem sui erroris.

[Margin: 1. Cor. 12. — Ioan 6. f — Aug. super ps. 54. et de cõs. dist. 2. cap. Prima quidem. — Aug. super ibid. ps. 98. Adorate scabellum. — Tract. 50. super Ioan. in fine. — Augus. ad Dardanum epi 57. non lõge à prin. — Matt. 26. a]

Determinatio præmissorum.

QVAE ex eadem ratione omnia accipienda sunt: non enim verbis his negatur, verum corpus Christi à fidelibus sumi, vel in altari esse: sed his Veritas Apostolo. & in eis nos instruxit, quòd ipsius corpus non per partes discerptũ, vt putauerunt illi discipuli qui retroierunt, sed integrum, nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma panis & vini corpus & sanguinem nobis traderet. Quem sensum August. confirmat dicens. Ipsum quidem, & non ipsum corpus quod videbatur, manducatur, ipsum quidem, inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Item, Et si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse in vno loco, scilicet visibiliter, in forma humana veritas tamẽ eius id est diuinitas, vbique est: veritas etiam eius id est verum corpus, in omni altari est, vbicunque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est, Pauperes semper habetis vobiscum: me autem nõ semper habebitis, secũdum corporalem præsentiam, scilicet qua cum eis conuersabatur. Similiter per id quòd homo est, in cœlo est, scilicet visibiliter: inuisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis & vini operitur. Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quæ verè est in altari. Sed quia in specie sua non apparet, inuisibilis dicitur. Ait enim Au. Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificium Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento & re sacramẽti, id est, corpore Christi, sicut & Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine, cùm Christus sit verus Deus & homo, quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, & ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesiæ duobus, sacramento, & re sacramẽti, id est, corpore Christi. Est ergo sacramentum, & res sacramenti, idem corpus Christi. Ecce inuisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operta sumitur & tractatur. Idemque corpus Christi, dixit esse sacramentum & rem: ex quo confirmatur quod suprà diximus. Deinde addit quod magis mouet lectorem: Caro, inquit, eius est, quàm sub forma panis opertam in sacramento accipimus, & sanguis eius, quem sub vini specie ac sapore potamus: caro videlicet carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis: carne & sanguine vtroque inuisibili, intelligibili, & spirituali significatur corpus Christi visibile & palpabile, plenum gratia & diuina maiestate.

[Margin: De cons. di. 2. cap. Non hoc. ex epi. Aug. ad Irenæum. — Aug. super Psal 98. loco præallegato. — Mat. 26. a — Extant hæc verba apud Lanfrancũ, non ita procul ante medium li. Et citantur de conse. dist. 2. ca. Hoc est. — De cõs. dis. 2. c. Hoc est.]

Quæ sit intelligentia præmissorum.

ATTENDE his diligenter: quia tropo quodam vtitur hic Augustinus, quo solent res significãtes rerum sortiri vocabula quas significãt. Hic enim visibiles species panis vocatur nomine carnis, & visibiles species vini nomine sanguinis. Inuisibilis verò & intelligibilis dicitur caro Christi, quia secundum illã speciem non videtur caro, sed intelligitur: ita & sanguis. Caro ergo inuisibilis dicitur esse sacramentum carnis visibilis, quia species panis, secũdum quam non videtur caro illa, est sacramentum carnis visibilis: quia carne inuisibili id est specie, secundũ quam caro Christi non videtur caro, significatur corpus Christi, quod est visibile & palpabile, vbi in sua forma apparet. Ita & de sanguine accipi debet. Quẽ sensum confirmat Aug. aperiens qualiter prædicta intelligenda sint, quia obscurè dixerat, consequenter dicens ita panem vocari corpus Christi, cùm verè sit sacramentum corporis Christi, quod in cruce positũ est, sicut ipsa immolatio, quæ fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, non rei veritate, sed significandi mysterio, & sicut sacramẽtum fidei dicitur fides. Satis responsum est hæreticis, & obiectionibus eorum, qui negant verũ corpus Christi in altari esse, & panem in corpus, vel vinum in sanguinem mystica

[Margin: De cõse dis. 2 Hoc est quod dicimus, para Sicut ergo.]

ca consecratione conuerti, dicentes, Quis audeat mā ducare dominum suum? Quis etiam audeat dicere, quotidie formari corpus Christi de materia vel substantia, quæ non fuit caro Virginis?

Autoritatibus probat verum corpus Christi esse in altari, & id in panem conuerti.

Mat. 26. c Amb. lib. de his q myst. Initi. ca 9. 4. Reg. 9 Gene. 1. & Psal. 32. b — HAEC *& his similia obijciunt illi, in diuino mysterio legem naturæ sectantes, quorum perfidiam subdita conuincunt testimonia. Ait enim Veritas, Accipite, hoc est corpus meum. Item Ambrosius. Si tantū valuit sermo Heliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit tantum sermo Christi, vt substantias mutet? De totius mundi operibus legitur, Quia ipse dixit, & facta sunt, &c. Sermo igitur, id est filius, qui potuit ex nihilò facere quod non erat, nō potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant?* † *Non enim minus est creare, quàm mutare nouas naturas rebus. Item, Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare cōsueuerat. Liquet ergo, quòd præter naturæ ordinem Virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus, ex Virgine est. Quid ergo hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse partus ex Virgine? Item, Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis, Amen, id est, verum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat. Item Augu. In specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est carnem & sanguinem honoramus, nec similiter pendimus has duas species, sicut ante consecratio pendebamus, Cùm fideliter fateamur, ante consecrationem panem esse, & vinum quod natura formauit, post consecrationem verò, carnem Christi & sanguinem, quòd benedictio consecrauit. Item Amb. Panis est in altari vsitatus, ante verba sacra, vbi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo autem potest quod panis est, esse corpus Christi? consecratione, quæ fit sermone Christi. Item, Si tanta vis est in sermone Domini, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erāt, & in aliud commutentur? Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis, consecratione verbi cœlestis, Item Aug. Sicut per spiritum sanctum vera Christi caro sine coitu creatur: ita per eundem ex substantia panis & vini idem corpus Christi & sanguis consecratur. Corpus Christi & veritas est, & figura. Veritas, dum corpus Christi & sanguis virtute spiritus sancti ex panis vinique substantia efficitur: Figuram verò est id quod exterius sentitur. Itē Eusebius Emisenus, Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo, secreta potestate commutat. Ex his alijsque pluribus cōstat, verum corpus Christi & sanguinem in altari esse, imo integrum Christum ibi sub vtraque specie: & substantiam panis in corpus, vinique substantiam in sanguinem conuerti.*

[Margin: † Nō enim minus est nouas reb. dare, quā mutare naturas Sic apud Ambro. — Ibidem. — Ibidem. — De cōse. dist. 2. Nos aūt. — Li de Sacr. 4. c. 4 & de conse. dis. 1. Panis est. — Ibidem. — In ser. quadā de verbis Euāg. cuius initiū. Veritas, quæ est Christus, ait sed non rep. in vulg exēplari & de conf. dist. 2. — Vtrum sub. In serm de corpore, & sang. Dom.]

DISTINCTIO X.



SVPERIVS determinauit Magister de hoc sacramento secū dum se, & per comparationē ad suscipientem: hic ostendit verum corpus Christi esse sub specie panis. *Continuatio.*

Et diuiditur pars ista in tres partes.

Primo magister ponit errorem illorum qui negant corpus Christi esse sub specie panis, & auctoritates quas illi adducebant pro se. *Diuisio.*

Secundo ponit earum solutionem. ibi. (Quę ex eadem).

Tertio ad confirmationem veritatis de essentia veri corporis Christi sub specie plures adducit auctoritates. ibi. (Hic & his).

Media diuiditur in duas.

Primo soluit auctoritates quas hæretici adducebant pro se.

Secundo explanat quandam auctoritatem adductam in aliarum auctoritatum solutione. ibi. (Attende.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de 7.

Et primo de esse corporis Christi sub sacramento.

Secundo de modo essendi.

Tertio de substantiæ panis cōuertibilitate.

Quarto de corporis Christi vt est sub sacramento mobilitate, & tangibilitate.

Quinto de cognoscibilitate.

Sexto de modo essentiæ partium corporis Christi sub partibus illius speciei.

Septimo de virtute per quam corpus Christi est sub specie.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum corpus Christi sit sub specie quantum ad veram eius substantiam.

Secundo vtrum quantum ad eius veram quantitatem.

QVAESTIO I.

Vtrum corpus Christi sit sub specie quantum ad veram substantiam.

ET VIDETVR ꝙ non: quia dicitur de consecra. dist. 2. Non hoc: & Magister in littera huius dist. ca. primo. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinē quē effusuri sunt qui me crucifigent. Sed si vere ibi esset substantia corporis Christi, manducaretur a manducante speciem: ergo non est ibi. *Arg. 1.*

Item eadem dist. prima, & Magister in litera huius dist. cap. 1. Donec seculū finiatur sursum est Dominus, sed si esset sub speciem esset inferius: ergo non est ibi. *Secundo.*

Item Mat. 26. Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, *Tertio.*

[Margin: D. Bon. lib. 4. dist. 10. ar. 1. q. 1. D. Th. 4. dist. 10. q. 1. & par. 3. q. 75. ar. 1. Scot. lib. 4. dist 10. q. 1 Alex. p. 4. q. 10. m. 7. ar. 3.]

sed si substantia eius vere esset sub specie, semper possemus eam habere: ergo non est ibi.

Quarto. 5. physico. T. com. 7. & inde. Item quod est alicubi vbi prius nõ fuit mutatum est, sed per verba quę dicit sacerdos substãtia corporis Christi non mutetur: ergo sub illa specie non est.

In opposi- tum. CONTRA, de consecr. dist. 2. Panis est in altari: vbi accesserit consecratio, de pane fit Christi caro.

Item eadem di. Hoc est, & recitat Magister in littera huius di. c. 2. Omnis res illarum rerum naturã, & veritatem in se continet, ex quibus conficitur: conficitur autem sacrificium ecclesiæ duobus, sacramento, & re sacramenti: idest corpore Christi: est igitur ibi sacramentum, & res sacramenti, idest corpus Christi.

CONCLVSIO.

Abeant in interitum, qui nimis impiè dixerint corpus Christi in sacramento tantum esse sicut in signo; & nos potiùs emori, quam aut pietati fidei, aut sacramenti dignitati derogare volentes sub specie ibi verè, & realiter contineri intrepidè asseramus.

AD ISTAM quæstionem respondeo, ꝙ in sacramẽto altaris substantia corporis Christi vere, & realiter cõtinetur sub specie panis: diuina enim virtus, quę de nihilo mundũ creauit, hoc instituere potuit, & instituere voluit, & quia voluit fecit, & hoc facere congruum fuit, quia in hoc manifestatur suæ potentiæ immensitas: hoc enim est tam admirabile, quòd trãscendit omnem facultatem naturę, & suę humilitatis profunditas in hoc quod voluit, ꝙ possemus suum corpus sacratissimum nostris manibus contractare, & eius inęstimabilis charitas, quòd in hoc a nobis visibiliter recedens nobiscum voluit verum corpus suum inuisibiliter remanere, & per hoc in volendo credere in humilitate exercitamus, & in virtute spei roboramur, & charitate amplius inflãmamur. Sũme ergo debent omnes catholici detestari, & persequi illum pessimum errorem impiorum qui dixerunt corpus Christi non cõtineri realiter in sacramento altaris, sed tantummodo ibi esse sicut in signo, quem errorem retractauit Berengarius Romæ coram 114. episcopis, vt habetur de consec. dist. 2. Ego Berengarius.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd soluitur per litteram sequentem: sequitur enim immediate. Ipsum quidem, & non ipsum: ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter, supple mãducabitis. Sed inuisibiliter, sub specie panis, & sanguinem inuisibiliter bibetis sub specie vini.


Ad secundum. Aliã interpretationẽ ex Sco. agnosce. Ad secundum dicẽdum, quòd soluitur etiã per litteram sequentem, immediate enim sequitur. Sed tamen hic etiam nobiscum est veritas domini, glo. ibidem, idest ipsum verum corpus in forma panis in altari. Sursum est: ergo visibiliter, hic autem nobiscum est in sacramento inuisibiliter, & cum hoc realiter.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd ibi voluit, dominus dicere, quòd non semper ipsum haberent secundum corporalem præsentiam visibiliter, sicut erat conuersatus cum eis.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd non oportet maiorem esse veram, quando aliquid est vbi prius nõ fuit per transubstantiationẽ alterius rei in ipsum: per hoc autem est corpus Christi realiter in sacramẽto altaris, vt inferius declarabitur. Vel potest dici, quòd non oportet, ꝙ illud quod est alicubi vbi prius non fuit, mutatum sit, nisi desinat esse vbi prius erat: corpus autem Christi cum incipit esse sub specie, sub qua prius non erat, non propter hoc desinit esse vbi prius erat. *Sco ponit in Christo aliquam mutationẽ q. præsenti in fi. primi ar.*

QVAESTIO II.

Vtrum corpus Christi sit sub specie quantum ad eius veram quantitatem.



ET VIDETVR, quòd non: vnam quantitatem esse maiorem alia, est ipsum continere, & excedere: ergo cum quantitas corporis Christi maior sit, quam quantitas hostiæ, ponere eam sub quantitate hostiæ videtur contradictionem includere. *Arg. 1. D. Bon. vbi supra. q. 2. D. Thom. 4. sent. dist. 10. q 2. & p. 3. q 76. ar. 1. Scot. vbi supra.*

Item omne quantum contentũ ab alio quanto est in eo, sicut in loco, & circunscribitur ab eodem: sed corpus Christi non est sub specie localiter, quia vt dicitur de consecra. distin. 2. Prima. Corpus in quo resurrexit dominus in vno loco oportet esse, nec circumscribitur a specie, quia quantitas ab alia circunscripta cõmensuratur eidem: ergo in sacramento altaris non est substantia corporis Christi cum sua vera quantitate. *Alex. vbi supra. Hec duo argu. sumũtur 4 phy. parte prima. Secundo.*

Item facilius est substantiam separare ab accidentibus, quam econuerso: quia accidentia dependent a substantia: cum ergo in hoc sacramento sint accidentia panis sine substãtia, vt inferius declarabitur: multo fortius ibi debet esse substantia corporis Christi sine accidente: quantitas autem accidens est. *Tertio. 1. physico. T. com. 39. 7. metaphy. T. com. 2. & idem.*

In opposi- tum. CONTRA, corpus Christi in sacramento altaris est corpus organicum viuẽs, sed tale corpus non potest esse sine quãtitate: ergo corpus Chr̄i est sub spẽ panis cũ sua naturali q̃titate.

Item quamuis esse substantiæ non dependeat ex accidente, tamen per accidens est suũ bene esse: sed corpus Christi nusquam debet esse sine bene esse: ergo corpus Christi non est sub specie panis sine quãtitate, cum inter alia accidentia sit immediatior substantiæ.

CONCLVSIO.

Sub speciebus etiam paruis corpus Christi in altari secundũ totam eius naturalem quantitatem contineri diuina id operãte virtute catholicè sentiẽdũ est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ corpus Christi cũ sua quãtitate realiter continetur sub specie panis in sacramẽto altaris, nec tñ quãtitas corporis Christi circunscribitur ab illa specie. Primum probatur ꝑ cõclusionẽ quęstionis præcedẽtis: cũ enim realiter ibi sit substãtia corporis Christi,

Primũ Corpus Christi quantum esse sub specie panis, licet non circunscriptiue vel licet nõ sub modo quãtitatiue

sti, quæ a sua quantitate naturali non separatur, sequitur ipsam quãtitatem ibi esse, & quia etiam corpus animæ coniunctum est, ibi etiã est anima. Vnde si aliquis consecrasset in triduo mortis Christi sub sacramento fuisset corpus sine anima, & quia ista non separantur a diuinitate ibi etiã est diuinitas. Sed substantia corporis est ibi primo, & per se & immediate: quia substãtia panis non trãsubstantiatur, nisi in substantiã corporis: quantitas autem & anima, & diuinitas ibi sunt per concomitantiam, quamuis si diuinitas non esset ibi per concomitantiã, tamen esset ibi tota propter simplicitatem, & immensitatem suam, per quæ vbique tota est sub specie: ergo sub specie panis totus est Christus cum sua quantitate: similiter sub specie vini, quia quãuis substantia vini non transubstantietur nisi in sanguinem, tamẽ quia sanguis vnitus est corpori, & corpus suæ quantitati, & animæ, & corpus, & anima diuinitati: ideo corpus, quantitas eius, anima, diuinitas sunt sub specie vini per concomitantiam, & ita sub specie vini totus est Christus.

Quo ad secundum. 4 phy. t. c. 41.

Quod autem quantitas corporis Christi non circunscribatur a quantitate speciei, declaratur sic: quantum circunscriptiue contentum ab aliquo, quanto ei commẽsuratur, ita quòd pars respondet parti: sed quantitas corporis Christi non commensuratur quantitati speciei, neque pars respondet parti, immo vt inferius ostendetur, est sub qualibet parte hostię tota: quãtum enim quod commensuratur alij quanto applicatur ei primo, & per se & immediate per suam quantitatem: hic autem est econuerso, quia quantitas corporis Christi est sub specie per suam substantiam quæ per se primo, & immediate sub illa specie continetur.

Ad primũ.

Ad primum in oppositum dicendum, quòd procedit de continentia circũscriptiua: sic enim ponere maiorem quantitatem contineri a minori contradictionem includit, vt autem ostensum est in corpore quæstionis, corpus Christi non circunscribitur a specie.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, quòd maior non est vera de quanto, quod continetur sub alio quanto ratione substantiæ primo, & per se, & immediate, & non ratione suæ quantitatis nisi per concomitantiam, sicut est in proposito.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicẽdum, quòd quamuis Deus posset substãtiam corporis Christi ab accidentibus separare, tamen non decebat, quòd fieret, sicut decet accidentia panis separari a substantia sua: non enim posset corpus Christi separari ab omni accidẽte remanente vita, quia anima non potest animare corpus, nisi organicum: organizatio autem substãtiæ corporis Christi sine quantitate esse non potest.

ARTICVLVS II.

Consequenter quæritur de secũdo principali. Et circa hoc quæruntur duo. Primo vtrum Dei filius possit facere corpus suum esse in illa specie, vt in loco, sub qua continetur in sacramento.

Secundo vtrum ipse possit facere corpus suum in pluribus locis simul.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus possit facere corpus suum esse in illa specie, vt in loco sub qua cõtinetur in sacramento.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 3. & D. Th. 4 sẽ. dist. 10. q. 3. & par. 3. q. 76 ar. 5. Sco. vbi su. q. 2. Alex. vbi supra.

Et videtvr quòd sic: quia omne quod cõtinetur ab alio, ita quòd neque excedit, nec exceditur est in eo vt in loco: sed sic se habet corpus Christi ad speciem sub qua continetur: ergo est in ea, vt in loco.

Item omne corpus, vel est locus, vel est in loco, sed corpus Christi vt contentum sub illa specie non est locus: ergo est ibi, vt in loco.

T. com 41. 4 phy. T. com. 43. In oppositum. 4. phy. T. com. 32.

Contra, omne quod est in loco nõ potest desinere esse in loco nisi mutetur, sed corpus Christi potest desinere esse sub specie absque hoc, quòd mutetur, sicut patet cum species corrumpitur: ergo non est in ea vt in loco, sed videtur, quòd si possibile fuisset hoc fieri, quòd Deus fecisset, quia magis fuisset in hoc manifesta potẽtia sua: ergo videtur, quòd facere non possit.

4 phy. T. com. 14.

Item si corpus Christi esset ibi vt in loco, aut vt in communi, aut in proprio: non primo modo, quia Deus non potest facere, quòd parua quantitas excedat maiorem: locus autem communis excedit locatum: neque secundo modo, quia Deus non potest facere, quod minor quantitas sit æqualis maiori: quantitas autem locati, & loci proprij æquantur: ergo Deus non potest facere vt corpus suum sit in illa specie, vt in loco.

CONCLVSIO.

Corpus Christi non esse de facto sub specie sacramentali vt in loco liberè fatemur, de possibili tamen cũ hoc euidentẽ non includat contradictionẽ, pars affirmatiua problematis istius videtur credẽdi magis.

Responsio.

Respondeo, corpus Christi non esse sub illa specie, vt in loco: verum est, quia corpus locatũ est in loco ratione quantitatis primo & per se: corpus vero Christi continetur sub prædicta specie ratione substantiæ primo & per se, vt in præcedenti quæstione habitum est. Vnde quantitas ibi non est nisi ex consequenti, & per concomitantiam, & per aliud a se, scilicet per substantiam. Vnde corpus Christi continetur sub illa specie quasi modo contrario ei quo locatum est in loco. Sed vt placet aliquibus, De' posset facere, vt ibi esset vt in loco, innitẽtes secundę rationi factę ad partem primã. Et quia videtur eis, quòd hoc posset Deus facere absque hoc, quòd circũscriberetur ab illa specie, quia sicut potest Deus conseruare causam influẽdo ad causę permanẽtiã, & non ad eius actionẽ, ita potest facere, ꝙ hęc species, sicut locus corpus suum contineret: & tñ respectu ipsius nõ haberet actionem, quę est circunscriptio, ita ꝙ in corpore illo non cãret

Prima opi. Scot. de possibili.

In c. vbi 2. opi. D. Thom. vbi quod secundum auctorem sex principiorum est circumsciptio corporis a loci circumscriptione procedens. Sed hoc alijs non videtur rationabile, quia aliquod corpus esse in alio, vt in loco, non est tantum contineri ab illo, sed ei commensurari, & ei configurari, vel locum sibi: corpus autem Christi commensurari quantitati modicę speciei, & ei configurari videtur includere contradictionem quantitate corporis Christi tota remanente: tamen corpus Christi est in loco speciei, vt in loco, non per se, sed per accidens, inquantum continetur sub specie quę per se est in loco, sicut anima per accidens est in loco corporis, vt in loco, inquantum est in corpore, quod per se est in loco: sed sicut ex hoc non sequitur, quòd anima sit in corpore vt in loco, ita ex dictis nō sequitur, quòd corpus Christi sit sub specie, vt in loco. 4. phy. T. c. 45.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd non oportet maiorem esse veram, nisi de eo quod continetur in alio circunscriptiuè & dimensionaliter: anima enim est in corpore vt in loco, & tamen ipsum non transcendit seu excedit substātialiter, cum non sit, nisi vbi est corpus, vel pars corporis, nec corpus excedit eam, cum sit in qualibet parte corporis tota: corpus autem Christi non continetur sub illa specie circunscriptiue, nec dimensionaliter.

Potest etiam dici, quòd minor argumenti est falsa. Vnam enim quantitatem excedere aliam est eam esse maiorem illa, & certum est, quòd quantitas corporis maior est, quam quātitas speciei, & nihilominus continetur sub illa per modum qui supradictus est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd non plus concludit, nisi quòd corpus Christi est in loco, & hoc est verum: quia illud idem corpus in numero quod sub specie continetur in cœlo est vt in loco. Sed hæc solutio magis est ad hominem, quam ad rem: posset enim Deus transsubstantiare substantiam panis in aliquod corpus non prius existens, quod esset sub illa specie modo simili, sicut est corpus Christi sub illa, & si ita esset illud corpus non esset sub illa specie, nec alibi vt in loco.

Dicēdum ergo, quòd quamuis corpus Christi sit in cęlo, vt in loco, tamen inquantum est sub sacramentali specie, nec est locus, nec in aliquo vt in loco per se, sed est in aliquo, vt in in signo signatum vere, & realiter continente: intelligenda est ergo maior argumenti ad hoc vt sit vera secundum ordinem, quem Deus in corporibus instituit secundum legem communem: Deus enim creare posset vnum lapidem non infra ambitum vltimi cęli, nec ipsum cœlum contingentem, sicut posset facere aliud cęlum non contentum ab isto, nec istud continens seu contingens, & si lapis sic crearetur, nec esset locus, neque esset in loco.

Ad aliam partem. PRIMVM argumentum ad partem aliam, quamuis concedit posset ratione principalis conclusionis, tamen maior falsa est: per destructionem enim loci posset locatum desinere esse in loco vbi erat, sine sui mutatione, sic & corpus Christi per corruptionem speciei desinit esse in aliquo vbi erat sine sui mutatione.

QVAESTIO II.

Vtrum filius Dei possit facere corpus suum esse in pluribus locis simul.

ET VIDETVR, quòd non: quia esse hic includit non esse alibi, & econuerso: ergo vnum corpus simul esse in pluribus locis includit contradictionem: Deus autem contradictoria simul esse vera facere non potest. D. Bon. vbi supra. D. Thom. 4. sent. dis. 10. ar. 1. q. 1. Scot. vbi supra.

Item esse in vno loco tantum conuenit corpori, eo ipso quòd limitatum est, sed Deus nō potest facere quin corpus sit limitatum: ergo non potest facere quin sit in vno loco tantum. Alex. vbi supra. Secundo.

Item Ansel. monol. cap. 21. Vnum totum nō potest simul esse in diuersis locis, sed corpus est vnum totum: ergo simul non potest esse in diuersis, sed quod non est possibile esse, nō est possibile fieri: & quod non est possibile fieri, Deus facere non potest. Tertio.

Item termini locati, & loci proprij simul sunt, sed quęcunque sunt simul cum eodem in numero simul sunt inter se, sicut quæcunque vni & eidem sunt ęqualia, inter se sunt ęqualia: si ergo Deus faceret vnum corpus in diuersis locis simul essent termini distantium locorū, quod contradictionem includit. Quarto. 4. phy. T. com. 34.

CONTRA, Hug. libro secundo de sacra. parte 8. cap. 11. dicit, quòd Deus potest facere vnum corpus in diuersis locis. In oppositum.

Item facit, quòd simul sit realiter contentū sub speciebus diuersis: ergo a simili potest facere, quòd simul sit contentum sub diuersis rebus, vt in diuersis locis.

CONCLVSIO.

Cum corpus Christi sub speciebus non contineatur definitiuè ipsum in diuersis locis simul sacramentaliter esse posse, nulli fidelium dubium est.

Responsio. RESPONDEO, corpus Christi esse sacramentaliter in diuersis altaribus simul, omnibus fidelibus certum est, quia vere, & realiter continetur sub diuersis speciebus, quæ sunt in diuersis altaribus. Sed vtrum Deus facere possit, quòd simul sit in diuersis rebus in qualibet, vt in loco proprio, siue localiter dubium est. Dicunt enim quidam, quòd nō, moti propter rationes ad primam partem inductas. Mihi autem videtur contrarium, sicut enim imaginabiliter videtur esse contra legem corporis, & loci, vt vnum corpus simul sit in locis diuersis etiam per diuinam potentiam, ita videtur esse imaginabiliter contra legem corporis, & loci, vt plures soliditates simul sint in eodem loco. Vnde omnes Philosophi hoc habuerunt pro impossibili, & tamen videmus, quòd duæ soliditates manentes distinctæ per Sco. secutus est istūcōtra totam viam communem 4 phy. T. com. 47. & 55.

distinctionem substantiarum corporearum, quarum sunt soliditates, possunt esse in eodé loco proprio simul per diuinam potentiam: facit enim corpus esse glorificatum in eodem loco proprio cum non glorificato: ergo videtur a simili, quòd simul possit facere vnum corpus in diuersis locis.

2 ratio. Præterea Deus posset transmutare dimensiones panis in dimensiones corporis sui, sicut substantiam in substantiam: non enim minus distinguitur substantia panis a substantia corporis Christi, quam dimensiones a dimensionibus, sed si hoc faceret, corpus Christi esset vbi fuit panis, non tamen sacramentaliter: ergo cum istam transmutationem simul posset facere in locis diuersis, sicut in diuersis locis simul facit transubstãtiationem substantiæ panis in substantiam corporis sui, posset facere corpus suum simul esse in diuersis locis non sacramentaliter.

3 ratio. Præterea sicut Deus transubstantiat substantiam panis in corpus suum, & posset transmutare dimensiones in dimensiones, ita posset diuersas partes aeris, quarũ quælibet esset æqualis dimensionibus corporis Christi, simul trãsmutare in corpus Christi, ita quòd substantiã in substantiam, & dimensiones in dimensiones, quod si faceret, corpus Christi simul esset in diuersis partibus aeris, & in locis.

4 ratio. Præterea effectum quem Deus facit mediante causa efficiente secunda, posset facere sine illa: quamuis autem transubstantiatio substantiæ panis in substantiam corporis Christi sit ratio, vt sub illa specie fiat p̃sens corpus Christi: non tamen videtur ratio, vt ibi maneat, quia transubstantiatio cum sit mutatio transit in præteritum: corpus autem Christi ibi remanet: non est ergo ratio formalis essentiæ corporis Christi sub illis speciebus trãsubstantiatio substantiæ panis in ipsum: sed magis videtur reduci ad rationem causæ efficientis præsentiæ corporis Christi sub illis speciebus, eo modo quo mutatio ad causam reducitur effectiuam: ergo sine omni transmutatione Deus posset facere corpus suum simul sub illis speciebus: ergo a simili, & in locis ipsarum specierum etiam si ibi non essent species.

5 ratio. Præterea ad hanc opinionem est auctoritas Hug. 2. lib. de sacramentis, parte 8. c. 11. dicentis. Non est mirum si mirabilis mirabilia operatur. Quomodo inquis corpus vnum eodem tẽpore est in diuersis locis similiter; noli mirari, qui locum fecit, & locum in corpore, & corpus in loco, & qui fecit vt corpus vnum in loco vno esset, fecit sicut voluit, & si voluisset aliter facere potuisset, nam & quando vult aliter facit. Et infra. Cogita facientem, & desinet esse mirabile quicquid illud fuerit, & si forte esse mirabile non desierit, tamen incredibile nõ erit, si factor omnipotens cogitatur non erit impossibile quicquid erit.

Istam positionem fortifica ex Sc. & Frãcisco.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, quòd esse hic non includit non esse alibi quando hoc fit per infinitam potentiam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd esse in vno loco tantum per finitam potentiam conuenit corpori eo ipso, quòd limitatum est. Vnde sicut non potest non esse limitatum, ita non potest simul esse in pluribus locis per virtutem finitam: sed ex hoc non sequitur quin hoc possit fieri per virtutem infinitam.

Ad tertiũ. Ad auctoritatem Ansel. dicendum, quòd vnum totum non posse simul esse in diuersis locis, intelligendum est per virtutem creatam.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd minor non est vera, nisi quando illud vnum, & idem in numero est in vno loco tantum: non enim oportet, quòd species sub quibus est vnum, & idem corpus Christi simul sint inter se.

ARTICVLVS III.


Consequenter quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum Deus posset conuertere substantiam panis in quantitatem corporis sui.

Secundo vtrum posset transmutare substantiã panis eandẽ in numero in corpora plura.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus posset transmutare substantiam panis in quantitatem corporis sui.



Arg. 1. Et videtvr ꝙ non: quia Deus nõ posset facere quantitatem maiorem contineri totam per se, & primo, & immediate sub minori. Sed si Deus posset conuertere substantiam panis in quantitatem corporis sui, posset facere, quòd quantitas corporis sui, quæ minor est, quam quantitas hostię, contineretur totam per se, & primo & immediate sub quantitate hostię, sicut substantia corporis continetur sub ea per conuersionem substantiæ panis in ipsum: ergo Deus substantiam panis non posset conuertere in quantitatem corporis sui.

Secundo. Item Boetius lib. de duabus naturis, & vna persona Christi, longe ante medium: substantia corporea in incorpoream conuerti nõ potest, nec econuerso: sed non magis distant substantia corporea, & incorporea, quam substantia, & accidens: ergo substantia panis in quantitatem corporis Christi, cum sit accidens, cõuerti non potest.

In oppositum. Contra, vt ostensum est in lib. primo, Deus potest facere quęcunque, non includunt contradictionem, sed substantia panis conuerti in quantitatem corporis Christi per diuinam potentiam non videtur includere contradictionem: ergo Deus illam conuersionem facere posset.

CONCLVSIO.

Christum posse cõuertere substãtiam panis in quãtitatem corporis sui diuinæ potentię non contradicit.

Responsio. Respondeo, ꝙ Deus posset conuertere

tere substantiam panis in quantitatem corporis sui si vellet: ꝙ enim substantia panis transmutetur per diuinam potentiam in substantiā corporis Christi, hoc non est propter conuenientiam substantiæ panis ad substantiam corporis Christi, quia in illa nihil remanet cōmune, neque fit transitus per aliquid commune. In illa autem conuersione, quæ est ratione cōuenientiæ aliquid commune remanet, vel saltem fit transitus per aliud commune. Sed hoc est per quandam posibilitatem, seu pasiuam potentiam, quæ a creatore est in creatura, per quam ipsa ita est obediens creatori, vt de ipsa per creatoris potentiam fieri posit quicquid placuerit suæ volūtati: nec oportet apponere hanc contradictionem, si contradictionem nō includit, quia voluntati creatoris placere non potest facere aliquid, quod contradictionē includat, eo ꝙ nullo modo rationem posibilis habet, vt in lib. primo ostensum est: hæc autem posibilitas non tantum est substātia panis ad hoc, vt posibilitas secundum se totam conuertatur in substantiam corporis Christi, per diuinam potentiam: sed etiā vt conuertatur in corporis eius quantitatem. Concedendum ergo ꝙ sicut substantia transmutatur in substantiā, ita posset Christus si vellet transmutare substātiam panis secundum se totam in quantitatem corporis sui, & quantitatem in quantitatem.

Dist. 43.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd si Deus transmutaret substantiam panis in quantitatem corporis sui, ex hoc non sequeretur, ꝙ tota quantitas corporis Christi contineretur per se, & primo, & immediate sub illa specie panis: quia aut Deus faceret illa transmutatione non obstante, ꝙ substantia corporis sui per se, & primo, & immediate contineretur sub illa specie: & quātitas substantia mediante, sicut est modo, aut ipsum corpus illam speciem excederet: non enim sic est posibile quantitatem maiorem totam cōtineri sub minori per se primo, & immediate, sicut substantiam maioris quantitatis totam contineri per se primo, & immediate sub quantitate minori.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ aut illud verbū intelligendum est de naturali cōuersione, aut si extenditur ad supernaturalem, intelligendū est de conuersione in qua manet aliquid commune, seu in qua est transitus per aliquid commune, non de illa in qua totum conuertitur in totum nullo communi manente.

QVAESTIO II.

Vtrum Deus posset transmutare substantiam panis eandem in numero in corpora plura.

Arg. 1. Scot. lib. 4. dist. 10. q. 2. ET VIDETVR ꝙ non: quamuis duę substantiæ, siue corporeæ, siue incorporeæ secundum diuersum modum existendi posint simul esse, vt spiritus separatus, & anima in corpore, & corpus glorificatum cum non glorificato: tamen duæ substantiæ secundum eundem modum existendi simul esse non possunt. Vnde duo corpora glorificata simul esse non possunt, nec duo corpora non glorificata: sed si substantia panis eadem in numero posset conuerti in plura corpora: plura corpora simul esse possent sub illa specie, secundum eundem existendi modū: ergo talem Deus conuersionem facere non pōt.

Secundo. T. com. 47. 53. 55. ·Item secundum Philosophum 4. physi. quā ratione duo corpora possent esse simul, eadem ratione infinita: sed Deus non posset facere, ꝙ infinita corpora simul essent sub vna specie panis per conuersionem substantiæ panis in ipsam: ergo nec posset facere, quòd substantia panis conuerteretur in duo corpora, quæ per illam conuersionem simul essent sub panis conuersi quantitate.

In oppositum. CONTRA; res contenta in loco quem totum non replet, nec aliquam eius partem non prohibet aliam rem simul esse cum ea in eodē loco. Vnde quia angelus existens in aliqua domo non replet eam totam, nec aliquā eius partem: ideo non prohibet alium angelum simul esse cum eo in eadem domo: sed corpus Christi contentum sub specie panis non replet eam totam, nec aliquam eius partem: ergo nō prohibet aliud corpus esse cum ipso sub eadē: qua ratione ergo potest conuerti in vnum, potest conuerti in plura.

CONCLVSIO.

Profectò posset, cum vnam eandemque panis substantiam in corpora plura, per diuinam potentiam transmutari, non contradicat.

Responsio. Opi. prima, & negatiua. AD ISTAM quæstionem forte aliqui dicerent, ꝙ Deus non posset transmutare substātiam panis eandem in numero in corpora plura, quia hoc non posset facere vnica cōuersione, eo ꝙ conuersiones plurificantur penes terminorum plurificationem. Nec pluribus conuersionibus successiue, quia substantia panis conuersa in corpus Christi, postea conuerti nō posset in corpus aliud, quia per primā conuersionem desinit esse, & illud quod non est in aliud conuerti non potest. Nec pluribus conuersionibus simul, quia imposibile est eādem rem in numero simul mutari, & secundum idē diuersis mutationibus eiusdem speciei ad diuersos terminos disperatos.

Opi. 2. & affirmatiua. Alijs autem videtur, ꝙ Deus posset eandem substantiam panis in numero simul conuertere in plura corpora: quælibet enim pars corporis Christi tota est sub quolibet parte hostiæ, vt inferius ostendetur, quod verum non esset, nisi pars eadem substantiæ panis conuerteretur in quamlibet partem corporis Christi: sed qua ratione substantia panis secundum eandem sui partē simul potest conuerti caput corporis Christi, & in pedes, & in alia membra: videtur, ꝙ posset conuerti per diuinam potentiam, si Deo placeret, in plura corpora simul.

Secundum secundam opin. QVI vul tenere hanc secūdam opinionem potest dicere ad primum in oppositum, ꝙ per diui-

diuinam potentiam duo corpora ſecundũ eũdem modum exiſtendi ſimul eſſe non poſſent. Vnde Deus poſſet facere miraculosè, vt vnum corpus glorificatum ſimul eſſet cum alio glorificato: & vnum non glorificatum, cum alio non glorificato.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ quamuis Deus non poſsit facere, ꝙ infinita corpora in actu ſimul eſſent ſub eadem ſpecie panis per conuerſionem panis in ipſa: tamen poſſet facere, ꝙ ſubſtantia panis cõuerteretur in plura corpora, quia infinitũ non poteſt eſſe in actu in creatura. Vnde cũ Philoſophus dicit, ꝙ qua ratione duo corpora poſſent eſſe ſimul, eadẽ ratione infinita, non accipit infinita pro infinito in actu: ſed voluit dicere, ꝙ nunquam tot eſſent ſimul in actu, quin adhuc poſſent eſſe plura.

Ad rationẽ propriam. AD rationem, quæ adducebatur pro alia opinione in corpore quęſtionis, poteſt dici, ꝙ Deus eandem ſubſtantiam in numero poteſt cõuertere ſimul in corpora plura, ſicut poteſt facere vnũ corpus ſimul eſſe in diuerſis locis: *Ex dictis ſuperius ad mentem iſtius teneo iſtam opin.* quamuis enim eandem rem trãſmutari in hoc corpus ſint contradictoria: tamen eãdem rem tranſmutari per diuinam potẽtiam in hoc corpus, & ſimul in aliud corpus non contradicũt: ſicut quamuis idem corpus eſſe hic, & non eſſe hic contradicunt: tamen idem corpus eſſe hic, & ſimul per diuinam potentiam eſſe alibi non contradicunt.

Secundum primã opin. Ad primũ. QVI vult tenere primam opinionem, poteſt dicere ad argumentum ad partem ſecundam, ꝙ quamuis angelus non repleat locum: tamen in eodem loco primo duo angeli ſimul eſſe nõ poſſunt: & præterea ſi detur, ꝙ duo corpora ſimul poſsint eſſe ſub quãtitate vnius hoſtiæ, eo modo quo ibi eſt corpus Chriſti: tamẽ ſubſtantia panis, ſecundum eãdem ſui partem in plura corpora ſimul conuerti non poſſet.

Ad rationẽ opin. AD rationem adductam pro ſecunda opinione in corpore quęſtionis, poteſt dici, quòd non eſt ſimile de conuerſione ſubſtantiæ panis ſecundum eandem ſui partem in plura membra vnius corporis, & in plura corpora: quia in plura mẽbra conuertitur ratione vnius corporis cuius ſunt partes: ſed non poteſt dari aliquid vnum ratione cuius ſimul conuerteretur in plura corpora.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quęritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum corpus Chriſti, vt contentum ſub ſpecie ſacramentali poſsit moueri.

Secundo, vtrum ibi poſſet immediate tãgi.

QVAESTIO I.

Vtrum corpus Chriſti, vt contentum, ſub ſpecie ſacramentali poſſit moueri.

Arg. 1. D.Bo li. 4. di. 11. ar. 2. q. 1. ET VIDETVR ꝙ non: quia aut poſſet moueri per ſe, aut per motum hoſtiæ. Nõ primo modo, quia omne quod per ſe mouetur eſt in aliquo, vt in loco. Nec ſecundo modo, quia tunc ſimul poſſet moueri, & quieſcere per motum hoſtiæ conſecratę, & alterius quietẽ, quod impoſsibile videtur. *D.Th. p. 3. q. 76. ar. 6. Scot. lib. 4. di 10. q. 6. Alexã p. 4. q. 10. m. 5. ar 3. §. 4.*

Item ſicut dicit Philoſ. 2. topicorum. Impoſſibile eſt cõtraria ſimul ineſſe eidem: ſed ſi corpus Chriſti poſſet moueri per motum hoſtiæ, cũ vna mouetur ſuperius, & alia inferius contrarijs motibus moueretur: ergo non poteſt moueri per motum hoſtiæ: ergo multo minus per ſe, vt videtur. *4. Phyſic. T. com. 31. Secundo. Cap. 21.*

Tertio. Item ſi moueretur per motum hoſtiæ verſa hoſtia verteretur, quod falſum eſt: per motum ergo eius non mouetur, & minus per ſe, vt dictum eſt.

In oppoſitum. Cap. 21. CONTRA, Philoſ. 2. topicor. Mouentibus nobis neceſſarium, & quæ in nobis ſunt omnia ſimul moueri: ergo cum corpus Chriſti verè, & realiter cõtineatur ſub ſpecie, ipſa mota, oportet ipſum moueri: ſed nihil mouetur per motum alterius, quod non poſsit moueri per ſe, quia omne tale per ſe eſt in potentia ad aliud: ergo corpus Chriſti poteſt moueri per ſe, & motu hoſtiæ.

Secundo. Nam tunc contradictoria verificarentur. Item impoſsibile eſt idem corpus per ſe moueri, & non moueri ſimul, & ſecundum idem: ſed corpus Chriſti per ſe poteſt moueri in cęlo: ergo poteſt per ſe moueri in ſacramento, aliter poſſet contingere, quòd ſimul, & ſecundum idem moueretur, & non moueretur.

CONCLVSIO.

Corpus Chriſti, vt ſub ſacramentali contentum ſpecie, vitali motu per ſe, locali verò per accidens poſſe in hoſtia moueri, rectè dici poteſt.

Reſponſio. RESPONDEO, ꝙ corpus Chriſti, vt contentum eſt ſub ſpecie ſacramentali per ſe moueri dupliciter poteſt intelligi. Vno modo de motu qui nõ habet comparationem ad extra, ſicut motus vitalis, & delectationis: & in tali motu poteſt Chriſtus moueri etiam, vt eſt ſub ſpecie ſacramentali. Alio modo de motu qui non conuenit mobili, niſi per comparationem ad locum, cuiuſmodi eſt motus localis, & tali motu per ſe moueri non poteſt, vt eſt ſub ſpecie ſacramentali: quia quamuis corpus Chriſti, non obſtante, ꝙ ſit contẽtum ſub ſpecie panis ſit in cęlo, vt in loco: tamen inquantum ſub illa eſt, nec ibi, nec alibi eſt per ſe, vt in loco, nec per ſe habet aliquam habitudinem ad locum, quia tamen eſt in loco per accidens, quia ſpecies, in qua realiter continetur, in loco eſt per ſe: ideo per motum hoſtiæ localiter poteſt moueri: & ſic verè corpus Chriſti eleuatur, cum hoſtia eleuatur, & defertur ad infirmum, cum ad infirmum hoſtia per ſacerdotem defertur.

Ad primum. Eadem ſolutio habetur in 1. diſt. 8. an anima ſit tota in toto, &c. AD PRIMVM dicẽdum, ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ aliquid per accidens moueatur ſimul, & quieſcat, ſicut anima per accidens mouetur moto brachio, & per accidens quieſcit quieſcente pede. Sed hoc exemplum quidam

non

non approbat: quia quamuis anima sit tota in qualibet corporis parte, tamen, quia nō habet suum perfectum esse, nisi in toto: ideo non mouetur, nisi per motum totius: sed corpus Christi sub qualibet specie sacramenti habet suum esse sacramentale perfectum: & ideo ad propositum sufficiat ad præsens exemplum de sedente in cathedra in naui, qui per motum nauis mouetur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ motus quo corpus Christi mouetur sursum per motū speciei continentis, & motus quo mouetur deorsum per motum alterius speciei non conueniunt sibi, nisi per accidens: non est autem inconueniēs, ꝙ idem simul ad partes oppositas per accidens moueatur, vt si homo existens in equo in naui moueatur motu equi versus terminum oppositum termino ad quem tendit nauis.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis mota hostia per accidens corpus Christi moueatur: tamen ipsa versa non vertitur: quia quamuis partes ordinem habeāt in ipso corpore absolute, non tamen per comparationem ad speciē. Vnde dici non potest, quòd pedes habeat in vna parte hostię, & caput in alia, & sic de alijs membris: quia omnes partes simul sunt sub qualibet parte hostiæ, vt inferius ostendetur.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partem aliam patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad secundum dicendum, ꝙ aliquid per se moueri, vt est in loco, & illud idem non per se moueri, vt est in aliquo, non vt in loco nō contradicunt: quia negatio, & affirmatio, quamuis sint ex eodem, non tamē per comparationem ad eundem existendi modum.

QVAESTIO II.

Vtrum corpus Christi contentum sub specie sacramentali possit immediate tangi.

Arg. 1. D. T. 4. sen. dist. 12. art. 3. q. 2. Alexā p. 4. m. 7. art. 2. S. 1. 6. Physic. T. com. 2. ET VIDETVR quòd sic: magis tangūt se illa, quæ simul sunt secūdum se tota, quam illa quorum vltima tantum sunt simul: sed species panis, & corpus Christi simul sunt secundum se tota: quia corpus Christi realiter continetur sub specie: ergo species, & corpus Christi magis tangunt se, quam duæ soliditates, quarum vltima sunt tantum simul.

Secundo. Item si Deus crearet lapidem vnū extra vltimam superficiem cęli vltimi, nec ipsum tangētem, ille lapis nullam haberet habitudinem ad locum: tamen hoc non obstante, si posset cęlum perforari, posset protendi aliqua lancea, vsque ad ipsum qua tangeretur: ergo a simili, non obstāte ꝙ corpus Christi, vt contentū sub specie nullam habeat habitudinem ad locum, tangi potest per penetrationem speciei.

Tertio. Item si corpus Christi consecratum in cęna reseruatum fuisset sub sacramento, vsq; ad horam qua fuit clauis perforatum, sensisset dolorem ex illa perforatione causatum, quia & sub illa specie fuisset mortuum, quando mortuum fuit in cruce: sed sub illa specie prædictum dolorem non sensisset, nisi ab illis clauis ibidem perforatum fuisset: ergo inquantum est existēs sub sacramentali specie tangi potest.

Quarto. Item Deus non potuisset facere, quòd corpus Christi mortuum fuisset in sepulchro, & viuens sub sacramentali specie: ergo a simili, nō potuisset facere, ꝙ tactū fuisset in cruce quin etiam fuisset tactum sub specie, si vsque tūc sub sacramentali specie fuisset reseruatum.

In oppositum. CONTRA, si corpus Christi, inquantū est sub sacramentali specie posset tangi, maxime posset tangi ab ipsomet Christo: sed ibi Christus cum manu non potuisset tangere caput suum, vel aliam partem corporis: quia vt ostensum est in quæstione præcedēti, nullum potest ibi habere motum localem: ergo nullo modo potest ibi tangi.

Item si ibi posset tangi, ergo attingi posset a dentibus masticantium species, quod falsum est, quia tunc in cęna quando discipuli sui mālducauerunt ipsum sub sacramento, quādo adhuc corpus eius erat passibile, dolorem sensisset, quod tamen non est verum.

CONCLVSIO.

Quia in Christi corpore sub sacramentali specie dimensiones non sunt, nisi per concomitantiam, immediatè tangi non potest.

Responsio. RESPONDEO, quòd corpus Christi, vt contentum sub specie sacramentali nō potest immediate tangi sub illa specie: substantia enim corporea intellecta præter dimensiones, quamuis intelligatur, vt extensibilis, tamen intelligitur, vt non extensa. Vnde in non extendi assimilatur substantiæ spirituali creatæ: in extensibilitate autem differt, quia substantia spiritualis extensibilis non est.

Cum ergo corpus Christi sit sub specie primò, & per se ratione substantiæ, & dimēsiones non sunt ibi, nisi per cōcomitantiam: est enim ibi secundum modum similem illi modo quo substātia spiritualis creata per essentiam est in loco: nec tamē inter istos duos modos existendi est omnimoda similitudo: sed in hoc, quòd sicut substātia spiritualis creata per essentiam præsens est in loco, nec tamen a loco tangitur, nec aliquis homo quantumcumque penetret locum, potest essentiam eius tāgere, sic corpus Christi præsens est sub specie, nec tamen ab ea tangitur, nec aliquis homo quantumcumque penetret speciem corpus Christi, vt ibi est, potest tangere.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior non est vera, nisi de illis, quæ simul sunt secundum corporalis essentiæ modum, quantum ad vtrumque extremum: sic autem non est in proposito, vt visum est in corpore quæstionis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ex illa ratione sequeretur, quòd ille lapis non posset tangi ad quamcumque partem circunferentiæ illa lan-

cea derigeretur: & quantumcumque longitudo eius vltimam circunferentiam excederet: ille enim lapis esset nusquam, & ex consequenti non esset propinquior circunferentiæ, quam centro, nec remotior ab vna parte circunferentiæ, quam ab alia: quia nullam penitus habitudinem haberet ad quemcumq; locum: & ideo nulla esset ratio quare magis tangeretur a lancea transmissa per polum articum, quam trãsmissa per polum antarticum: nec intelligas, ꝙ velim dicere, ꝙ se non habeat alio modo corpus Christi ad speciem, quam ille lapis se haberet ad locum, quia de illo lapide non posset vere dici, ꝙ esset realiter præsens sub aliquibus alijs dimensionibus suis: sed vere dicitur verũ corpus Christi esse realiter præsens, & contentum sub sacramentali specie.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, ꝙ si corpus Christi sub sacramẽto fuisset reseruatum vsque ad horam qua fuit clauis perforatũ, & postea in cruce mortuum: dico, ꝙ existens sub specie sacramentali sensisset dolorem ex illa perforatione causatam, & postea fuisset mortuum, nec tamẽ vt ibi existens fuisset ab illis clauis perforatũ: sensus enim & doloris, & mors corpori conueniunt absolute, non per comparationem ad locum, sed aliquid perforari clauis rei non conuenit, nisi inquantum est habens habitudinem ad locum. Cum enim talis actio fit per motum localem, oportet illud in quod talis actio transit esse alicubi, vt in loco, vnde versus:

Pixide seruato poteris copulare dolorem.
Innatum, sed non illatus conuenit illi.

Ad quartum.

Ad quartum patet solutio ex iam dictis.

Ad aliam partem.

Ad primum ad partem aliam dicũt aliqui, ꝙ quamuis sub sacramento Christus non posit tangi ab alio: potest tamen tangi a se aliquo modo, & aliquo modo non: quia cũ corpus suum sit dimẽsionatum potest ducere manum ab vna parte ad aliam: hoc enim posset facere vnus homo si esset nusquam, supposito, ꝙ conseruaretur in vita: non posset tamen manũ elongare a corpore, & postea cõiungere, quia talis elongatio, & iterata coniunctio includũt distantiam, & ex consequenti dimensionem inter extrema: ad quod sequitur, quòd manus, & corpus applicarentur dimensionibus, vt ad locum, quod corpori Christi, vt est sub sacramẽtali specie non conuenit.

Optime de istis potest dici illud 3. Physicor. T. com. 75. fatuum est credere imaginationi.

Alij dicunt, ꝙ homo si nusquam esset non posset ducere manum ab vna parte corporis ad aliam, etiam tenendo eam semper corpori coniunctam: quia primus locus vbi erat manus relinqueret vacuus, & poneretur vbi prius nihil erat: sed ista ratio nihil valet, quia illa positione facta, manus non esset in loco, & sic nõ relinqueretur aliquis locus vacuus, & sicut manus iuncta pectori esset non in loco, ita iuncta ventri esset non in loco.

ARTICVLVS V.

Consequenter queritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum corpus Christi sub illa specie posit videri visione intellectuali.

Secundo, vtrum oculo corporali.

QVAESTIO I.

Vtrum corpus Christi sub specie possit videri visione intellectuali.

Arg. 1. D Bo. li. 4. dis 10 p. 2. ar. 2. q. 1. D. Th. p. 3. q 76. ar. 7. Scot. lib. 4. di 10. q. 8. Alexã. vbi su. a. 3. §. 8 Secunda.

Et videtur ꝙ nõ: quia visio intellectualis nõ est supra ratione: sed existentia corporis Christi sub prędicta specie est supra rationem: ergo ibi non potest intellectualiter videri.

Item intellectualis visio rei non præsentis per essentiam est per speciẽ: sed a corpore nullam habentem habitudinem ad locum, nõ potest res in loco existẽs recipere speciem. Cum ergo quicunque creatus intellectus sit in loco, & corpus Christi, vt existens sub specie nõ habeat habitudinem ad rem aliquam, vt ad locũ, nullus intellectus potest ab illo recipere speciem: & ex consequenti nullus intellectus creatus potest ipsum videre.

In oppositum. Visio a Scotistis accipitur pro cognitione intuitiua tantum.

Contra, omnis intellectualis cognitio, est intellectualis visio: sed corpus Christi esse sub sacramento ab intellectu cognoscitur: aliter enim hoc non possumus significare: quod enim non possumus intelligere, non possumus significare: ergo corpus Christi sub sacramento intellectualiter videtur.

CONCLVSIO.

Corpus Christi cum intellectui creato per essentiam, vel per speciem intellectui ipsum immediatè repræsentantem naturaliter præsens fieri nequeat, à nullo intellectu, nisi diuino sub sacramento per naturam videri potest.

Responsio. Tenet Scotus oppositũ loco allegato conclusione 2. & Franciscus a quibus non recedas, hi enim fuerunt perspicacioris ingenij.

Respondeo, ꝙ corpus Christi sub sacramento a nullo intellectu, nisi diuino videri potest per naturam, cuius ratio est, ad hoc, vt aliquid posit videri naturaliter ab intellectu creato: requiritur, ꝙ posit naturaliter fieri p̃sens intellectui per essentiam, vel speciẽ intellectui ipsum immediate repræsentantem, quia intellectualis visio, non est quæcunque intellectualis cognitio, sed immediata: requiritur etiam ꝙ sit ita proportionale naturali lumini intellectus, vt non transcẽdat eius facultatem: corpus autem Christi, vt existens sub specie sacramenti non potest naturaliter fieri præsens per essentiam nostro intellectui, nec per speciẽ ipsum immediate intellectui repręsentantem, quia a corpore non existẽte in re aliqua, vt in loco, nec locum aliquem tangente, non potest naturaliter species deriuari ad rem existẽtem in loco. Intellectus autem noster ab oculo corporali non potest recipere speciem naturaliter, nisi mediante aliquo organo corporeo, qđ est in loco. Modus etiam existentiæ corporis Christi sub sacramento transcẽdit facultatem natu-

naturalis luminis nostri intellectus: & ideo a nostro intellectu corpori vnito naturaliter videri non potest, nec etiam ab intellectu animę separatæ, nec ab intellectu angelico: quia quāuis secundum aliquos spiritus separatus posset quantum est ex vi naturæ suæ se facere prę sentem corpori existenti sub sacramento, eo ꝙ per nāturam non habet necessariam habitudinem ad locum, sed tantum per ordinem diuinum: tamē quia ille modus existendi transcendit facultatem naturalis luminis cuiuscunque intellectus creati: ideo si præsens ei esset relictus suo lumini naturali illum modum existendi videre non posset: quamuis autem excedat facultatem luminis naturalis, non tamen excedit facultatem luminis gloriæ. Vnde credo, ꝙ quicunque intellectus beatus modum existentiæ corporis Christi sub sacramento, & omnia quæ sunt fidei videt clare non tantum in verbo, sed etiam illa visione, quæ dicitur esse in proprio genere.

Tenet oppositū ex Sco.

Ad argum. ARGVMENTA ad partem primam procedunt de visione intellectuali, & lumine naturali.

AD argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ maior est falsa: cognitio enim intellectualis enigmatica, quæ est per fidem non est intellectualis visio, nec etiam cognitio discursiua visio dici debet.

Præterea, corpus Christi esse sub sacramento nō naturaliter a nobis cognoscitur, sed per doctrinam, & supernaturalem illustrationem.

QVAESTIO II.

Vtrum corpus Christi sub specie possit videri oculo corporali.

D. Bon. vbi supra. q. 2. D. Tho. vbi supra. Sco. vbi su. q. 9. Alex. vbi supra.

ET VIDETVR quòd sic: facilius est videre corpus Christi sub sacramento, quam illud quod non est: sed nos per naturam possumus videre illud quod non est. Vnde Auic. 6. naturalium, tractatu 4. cap. 2. possibile est describi in sensu communi vt audiat, & videat colores, & sonos qui non habēt esse extra: ergo multo fortius possumus videre corpus Christi sub sacramento.

Secundo. Item potētior est virtus oculi glorificati ad penetrandum, quam virtus corporis inanimati: sed virtus Lunę, quæ est corpus inanimatum penetrat totam terram: aliter enim in eadē hora in qua causat fluxum maris in quarta terræ sibi supposita non causaret in quarta opposita: ergo multo fortius virtus oculi glorificati, potest penetrare speciem, & attingere corpus Christi.

Tertio. Item oculus corporalis potest videre corpus, cuius specie informari potest: sed Christus, inquātum est Deus, potest oculo speciem imprimere corporis sui, vt est sub sacramento: ergo saltem miraculose potest videri ab oculo corporali.

In oppositum. CONTRA, aut corpus, & species viderentur sub æquali angulo, aut corpus sub maiori, non sub æquali, quia tūc corpus Christi, & species æquarētur in magnitudine: quæ enim sub æquali angulo, & æquali distantia videntur æqualia sunt. Si autem corpus Christi videretur sub maiori angulo, maior angulus contineretur sub minori, quod est impossibile.

Item potentior est intellectus non glorificatus, quam corporalis oculus etiam glorificatus: sed intellectus per naturam non potest videre corpus Christi sub sacramento, vt habitum est in quæstione præcedenti: ergo multo minus hoc potest etiam visus glorificatus.

CONCLVSIO.

Corporalis oculus corporis Christi in sacramento existentiam, nec naturali virtute, nec per gloriam, nec per miraculum valet intueri.

Responsio. RESPONDEO, quòd existentia corporis Christi videri non potest in sacramento oculo corporali naturali virtute, nec virtute gloriæ, nec etiam per miraculum. *Non potest naturali virtute.*

Primū declaratur sic: ad hoc vt oculus corporalis possit per naturā videre aliquod corpus requiritur, ꝙ ab illo corpore possit vsque ad oculum per naturam deriuari, similitudo illius corporis repræsentans ipsum oculo: talis autem species deriuari non potest per naturam, nisi in corpore existente in loco, & per medium corporale. Si enim vt dicit Philos. 2. de anima, vacuum esset inter cęlum, & terram, nihil omnino videremus. Sed corpus vt existens sub sacramento non est alicubi, vt in loco. Et ideo ab ipso ad oculum nostrum nō potest species naturaliter deriuari. Quod etiam nec per gloriam declaratur sic: Ad hoc enim vt oculus glorificatus videat, oportet ipsum esse informatum specie visibilis: sed per virtutem gloriæ oculus corporalis non potest abstrahere a corpore Christi existentis sub sacramento eius speciē: quia lumen corporale non potest attingere rem non habentem existentiā alicubi, vt in determinato loco, quam non habet corpus Christi, vt est sub sacramēto. Quod etiam nec per miraculum declaratur sic: Sicut enim oculus corporalis eleuari nō potest per quodcunque miraculum ad vidēdum existentiam substantiarum spiritualium, nec est possibile illā repræsentari expresse per quamcūq; speciem corporalem: sic cum corpus Christi sit sub sacramento ad similitudinē spiritualis existentiæ, inquātum est ibi primò, & per se ratione substantiæ: & quantitas non est ibi, nisi per concomitātiam, dici potest, ꝙ impossibile est corporalem oculum per quodcunque miraculū ad hoc sublimari, vt corpus Christi, quod est sub sacramento videat: impossibile est etiā talem speciem corporalē fieri, quæ sit illius existentiæ expresse repræsentatiua. Vnde si aliqñ apparet ibi species paruuli, vel frustū carnis: non credo, ꝙ illud sit corpus Christi: maiores enim sunt dimēsiones corporis Christi, quam illæ, quę ibi apparent, & si apparet vere ibi corpus

T. com. 74.

Nec per gloriam.

Nec per miraculum.

In istis duabus vltimis conclusionibus cōuenit S. Tho. dist. præsenti, artic. 4 q. 1. quibus contradicit Sc. dis. præsenti, q. vlt.

pus Christi non apparet, vt sub sacramẽto. Vnde credo, ꝙ illa apparẽtia paruuli, quæ ibi aliquando visa est, vel describitur in imaginatione, vel in sensu communi videntis, vel si est realiter extra: non credo, ꝙ illæ dimensiones fundentur in dimensionibus speciei panis: quamuis tunc non appareant, nec tũc debet sumi ab illo cui apparet, quia non apparet sub specie conuenienti humanæ refectioni.

Nota.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non possumus videre oculo corporali illud quod non est. Vnde illa visio de qua loquitur Auicẽ. non est vera visio, sed similitudo visionis, quæ accidit dormientibus: & aliquando vigilantibus excessu fortificationis imaginationis, seu ex reductione speciei visibilis ab imaginatione ad sensum communẽ, vbi est radix omnium sensuum particularium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ oculus non videt per protensionem virtutis visibilis vsq; ad rem visam, sed per multiplicationem speciei visibilis vsque ad visum. Et præterea si primo modo fieret visio adhuc radij visuales protendi non possent vsque ad corpus Christi, vt existens sub sacramento: quia illa virtus visualis protendi non posset, nisi mediante medio, cuius superficies non tangit corpus Christi, vt existens sub sacramento.

In li. de sensu, & sen.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd ad videndum nõ sufficit, quòd oculus informetur specie rei visibilis: sed cum hoc requiritur, quòd sit visibile præsens in determinata distantia, & habitudine ad visum.

Præterea, non est creabilis aliqua corporalis species, quę posśit corpus Christi, vt est sub sacramento repræsentare expresśe: sensus etiam nullo modo est sublimabilis ad hoc videndum, sicut nec ad videndum existentiam spiritualium rerum.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum virtute sacramenti sit corpus Christi sub qualibet parte hostiæ.

Secundo, vtrum sub quolibet indiuisibili ipsius hostiæ.

QVAESTIO I.

Vtrũ corpus Chr̄i sit totũ sub qualibet parte hostiæ.

Arg. 1. D. Bo. li. 4. distinct. 10. ar. 1. q. 5. D. Th. p. 3. q. 76 ar. 3. Alexã. vbi sup. §. 5. Secundo.



ET VIDETVR ꝙ non: quia partes corporis Chr̄i distinctæ sunt, & ordinatæ: sed si omnes essent simul sub qualibet parte hostię essent inordinatę, & confusę: ergo corpus Christi non est totum sub qualibet parte hostiæ.

Item intentio consecrantis non refertur ad quamlibet partem hostiæ, sed ad totam simul: sed intentio consecrantis requiritur ad hoc, vt ibi sit corpus Christi: ergo virtute cõsecrationis, quamuis sit totum sub hostia, non tamen sub qualibet eius parte.

Tertio. Item quamuis imago reluceat in qualibet parte speculi fracti: non tamen est tota in qualibet parte speculi integri: ergo a simili, quãuis corpus Christi sit totum in qualibet parte hostiæ fractæ, non tamen in qualibet parte hostiæ integræ.

CONTRA, Innoc. de offic. miss. parte 3. c. 9. Reor salua fidei maiestate, ꝙ vbi panis est consecratus sub tota specie, totum corpus existit: sic enim miraculosè totum corpus singulis partibus continetur. Et parum post sequitur: Qm̃ in quotcunque partes species diuidatur, sub singulis partibus totus est Christus. In oppositum.

Item corpus est ibi per hoc, ꝙ panis trãsubstantiatur in ipsum: sed quęlibet pars panis est panis cum sit totum homogeneum: ergo quęlibet pars panis transubstantiatur in corpus totũ, sed sub qualibet parte speciei erat pars substantiæ panis: ergo post transubstantiationem, sub qualibet parte speciei est corpus totum.

CONCLVSIO.

Vtiquè, sicut enim Christus in diuersis locis potest esse vnus, cur non etiam in singulis partibus potest esse totus?

RESPONDEO, ꝙ corpus Christi totum est sub qualibet parte hostiæ. Si enim pars, & nõ totum esset sub parte, sequeretur, quòd corpus Christi commensuraretur hostiæ: contentum enim cuius vna pars est sub vna parte continentis, & aliæ partes sub alijs partibus commensurantur continenti: corpus autem Christi speciei non commensuratur, vt superius habitum est: nec ex dictis sequitur corpus Christi in sacramento contineri ab infinitis: quia quamuis continuum sit diuisibile in partes sine fine, tamen cum sunt in continuo non habẽt actualem distinctionem inter se, nec sunt actu plura, sed vnum. Vnde nec dicimus animam esse in infinitis in actu, quamuis sit in qualibet parte corporis tota. Responsio. Ex Pontiano, c. de vbi.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ partes corporis Christi habent esse distinctum, & ordinatum in suo toto, sed non per cõparationem ad speciem continentem: vnde ex hoc nõ sequitur, quòd partes corporis sint inordinatæ, & confusæ. Ad primũ.

Ad secundum dicendũ, ꝙ cum intentio consecrantis fertur ad panem, & quælibet pars panis sit panis implicite, saltem fertur ad quamlibet partem panis. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ illud quod videtur in speculo non est imago, sed ipsa res. Vnde homo respiciens in speculo seipsum videt per lineam reflexam: & quia ab vna superficie continua, sit continua reflexio: ideo in speculo integro non videt nisi vnum. Cũ autem speculum fractum est, quia superficies discontinuata est, fiunt distinctæ reflexiones: & ideo vna res videtur plures res: non est ergo intelligendum, quòd species, quæ reflectebatur a superficie cõtinua per fractionem speculi distinguatur in duas, sed a qualibet parte speculi fra- Ad tertiũ. Hæc ex secunda perspectiue cognosce.

cti fit reflexio noua. Si autem corpus Christi nõ esset sub qualibet parte hostiæ ante fractionem, post fractionem non posset esse sub qualibet virtute fractionis illius.

Ad aliam partem. ARGVMENTA ad partem aliam concedenda sunt, & valent ad declarationem quæst.

QVAESTIO II.

Vtrum corpus Christi sit sub quolibet indiuisibili ipsius hostiæ.

D. Bon. vbi supra. D. T. 4. sen. dist. 10 q. 3 Alex. vbi supra. T. com. 107 T. com. 3.

CONCLVSIO.

Quia corpus Christi non est nisi sub ipsa specie, & partibus eius, ipsum esse sub quolibet indiuisibili ipsius hostiæ prorsus negandum est.

Responsio. RESPONDEO, quòd non: sicut secũdum Phil. 4. physic. Instans non est tempus, nec pars temporis, neque secundum ipsum 6. phys. Punctus est linea, nec pars lineæ: sic dico, ꝙ nec linea est superficies, nec pars superficiei, nec superficies corpus, nec pars corporis. Cum ergo corpus Christi sub sacramento non sit, nisi in ipsa specie, & partibus eius, non debet concedi, ꝙ sit in aliquo puncto, nec in superficie, nec in aliqua linea ipsius hostiæ, accipiendo punctum proprie, secundum ꝙ est aliquid simpliciter indiuisibile: & lineam secundũ ꝙ est longitudo sine quacunque latitudine: & superficiem secundum ꝙ est latitudo sine quacũque spissitudine. Concedendum est tamen corpus Christi esse sub superficie ipsius hostię, inquantum continetur sub illa specie: sed nõ est idem esse in superficie, & sub superficie contineri, nisi vocetur esse in superficie, esse infra ambitũ superficiei continentis, sicut dicimus, ꝙ spera ignis est in spera Lunę, quia continet̃ ab ea.

ARTICVLVS VII.

CONSEQVENTER quęritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum virtute sacramenti sacerdos posset quantamcumque materiam cõuertere.

Secũdo, vtrum virtute sacramenti posset vnam partem eiusdem hostiæ sine alia cõsecrare hostia continua remanente.

QVAESTIO I.

Vtrum virtute sacramenti sacerdos posset quantamcunque materiam conuertere.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4 dist. 10 p. 2. a. 1. q. 4 D. Th. p. 3. q. 74. ar. 2. & 4. sen di. 11. a. 2. q. 1. Alex p. 4 q. 10. m. 4. a. 2

ET VIDETVR quòd sic: quia sacerdos potest conficere tãtum de pane, quantum requiritur ad cõionem fidelium, non tantum eorum, qui tunc cõmunicare volunt, sed etiam eorum, qui postea volent: sed tantum posset mũdus durare, quod ad communicandum illos, qui communicare volunt, & volent, requireretur de pane tantum quantum modo est in mundo: ergo sacerdos virtute sacramenti posset cõuertere totum panem mundi.

Secundo. Item si esset determinata quantitas, vltra quam non posset, cum illa non sit nobis certa, incertum esset, quando sacerdos vere consecraret, quod falsum est.

In oppositum. CONTRA, si posset quantamcumq; materiam conuertere, tunc posset substãtiã totius panis mundi, & totius vini tollere, & sic facere ꝙ non esset in mundo, neque substantia panis, neq; substantia vini, quod absurdum videtur.

Item non est concessa sacerdoti potestas cõsecrandi, nisi conformet intentionem suam intentioni instituentis: sed Chr̃s instituens hoc sacramentũ non instituit ipsum ad hoc, vt esset cibus ventris, sed mentis: ergo sacerdos nõ potest conuertere panem vltra hoc, ꝙ requiratur ad spiritualem fidelium refectionem.

CONCLVSIO.

Tantam transubstantiare potest, quantam intendit, quæ corãm ipso sit, & ad quam forma sacramenti se extendat.

Responsio. Prima opi. est Alex. de Ales loco citato, quam sequuntur S. Bon hic, & Petrus de Taranta sio.

AD ISTAM quęstionem dicunt aliqui, ꝙ cum de integritate sacramenti sit intentio implicita, vel explicita faciẽdi, quod facit Ecclesia, seu illud quod sacramentum instituens intendebat, & Ecclesia non intendat transubstantiationẽ panis, nisi ad cõionem fidelium, & ad Christi passionem memorandũ: sacerdos tantum, & non plus potest transubstantiare de pane, quantum requiritur ad cõionem fidelium. Vnde vbi essent tot fideles communicãdi per vnum sacerdotẽ, ꝙ totus panis de foro ad hoc requireretur, ille sacerdos totum panem de foro simul posset transubstantiare. Si etiam sacerdos panem vellet transubstantiare ad hoc tantum, vt ipsum proijceret in lutum, vel vt aliqđ aliud dedecus fieret sacramẽto, dicunt, ꝙ talis non transubstantiaret, quia non est verisimile Christum dedisse potestatẽ sacerdoti in præiudicium, & irreuerentiam sacramenti, nec talem qualem sapiens dictaret non esse donandam, nec dictandam.

Contra. Sed contra hoc arguunt alij sic: Si sacerdos posset trãsubstantiare de pane tm̃, & non plus, nisi quantũ requiritur ad cõionem fidelium, aut hoc intelligitur de omnibus fidelibus, aut de fidelibus tm̃ qui per ipsum cõicandi sunt illa die qua cõfecit, aut de illis, & alijs simul qui per ipsum postea sunt communicandi: non primo modo, quia tunc existens in Ecclesia sua posset simul conficere panem ciuitatum multarum, quod irrationabile vr̃: nec secundo modo, quia vt dr̃ de consec. dist. 2. Presbyter. Presbyter Eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur: nec tertio modo, quia cum incertum sibi sit quot per ipsum communicandi sint, incertum esset, quantum de pane conficere posset.

Præterea, cum vna hostia sufficeret ad communicandum plures, cum sub qualibet parte hostiæ sit corpus Christi totum, si nõ posset de pane conuertere, nisi tantum quantum sufficit ad communionem illorum, quos habet cõmunicare, non posset pro quolibet conuertere hostiam vnam, quod falsum est.

Præ-

Præterea, si abluens puerum sub forma verborum debita, & intendens facere, quod facit Ecclesia, quãuis in speciali intendat sacramenti dedecus, & credat damnificare illum, quem baptizat, vere confert baptismi sacrm, vt patet ex superiꝰ dictis de baptismo: ergo similiter si sacerdos super debitã materiã dicat verborũ formam ad transubstantiandum institutam intendens explicite, vel implicite per hoc ibi esse corpus Christi, quamuis vlterius intendat sacramenti irreuerentiam, & dedecus, nec intendat illud sacramẽtum administrare fidelibus, nihilominus vere conficit, vt videtur. Illæ em̃ intentiones consequentes, s. intentio rememorandi passionem Christi, & communicandi fideles non sunt necessariæ ad essentiam sacri.

Secundæ opin quæ est S. Tho. dist. p ætensisuf fragatur iste Doctor. Videtur ergo alijs dicendum, ꝙ sacerdos tantum potest de pane transubstantiare, quantum transubstantiare intendit: dum tamen totum illud præsens sit corã ipso: existens enim in campis non posset transubstãtiare panem in Ecclesia, quia ad hoc nõ se extendit forma sacramẽti, quod patet per pronomẽ demonstratiuũ faciẽs aliquo modo demonstrationẽ ad sensum, quę est respectu rei pręsentis ipsi demonstrãti.

Ad primũ. Qui vult tenere hãc opinionem potest dicere ad primum in oppositum, ꝙ maior nõ est vera, quia vnus sacerdos nõ potest tot species panis demonstrare præsentialiter, quot requireretur ad communicandum omnes fideles.

Ad secundum. Ad secundũ patet solutio ex dictis, quia certum est nobis, ꝙ consecrare possumus totũ panem quem sensibiliter demonstrare pręsentem possumus. Si aũt sacerdos panem transubstantiet indiscrete, vel intendens aliquod dedecus sacramenti, virtutem sacramenti nõ impedit, sed aĩam suã lędit potestate sibi data abutẽdo.

Ad argumenta ad partem aliam patet solutio ex dictis in opinione.

Secundum primã opi. Qui vult tenere primam opinionem per ea, quæ in ea narrata sunt, satis patet via soluendi argumenta ad vtramque partem.

QVAESTIO II.

Vtrum virtute sacramenti sacerdos posset vnam partem eiusdem hostiæ sine alia consecrare hostia continua remanente.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ non: Sacerdos non potest consecrare panem, qui non est in actu, sed in potentia tãtum: sed partes hostiæ continuæ non sunt in actu. Si em̃ partes in continuo essent in actu, quodlibet continuum actu esset plura tota: ergo nõ potest consecrare aliquam partem hostiæ, nisi consecrando hostiam totam.

Secundo. Item tota substantia panis vnius hostiæ est sub qualibet parte vnius hostiæ, quia substãtia panis per se est inextensa: sed quod per se est non extensum, non extenditur per aliud accidens superueniens ei natura posteriùs eo: sed consecrare hostiam est substantiam panis sub quantitate contentam in corpus Christi conuertere: ergo si sacerdos posset vnã partem hostię sine alia consecrare, eadẽ substantia panis conuerteretur simul in corpus Chri, & non cõuerteretur, quod contradictionem includit.

In oppositum. SED contra, si sacerdos teneret duas hostias in manu, & intẽderet consecrare vnam, & non aliam, consecraret vnam sine alia: ergo a simili, si intendat consecrare vnã partem hostiæ, & non aliam, consecraretur vna, & non alia.

CONCLVSIO.

Ad vnam hostiæ partem determinatè si præcisè feratur consecrantis intentio, affirmatiua pars credi potest.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ aut sacerdos intẽderet consecrare vnam partem hostiæ determinatè, vtpote determinatè illam, quæ esset ad dexteram, vel determinatè illam, quæ esset ad sinistram, aut intenderet cõsecrare vnam medietatem tantum, non deferendo intentionem suam determinatè ad vnam signatam.

Primũ est in dubium, secũdũ quotidie practicatur. Primo modo credo, ꝙ posset virtute sacramenti consecrare vnam medietatem sine alia: quia cum ad consecrationem materiæ debitæ, non tantum requiratur ordo in consecrante, & forma verborum debita: sed intentio faciendi super illam materiam, quod facit Ecclesia, non operabuntur verba, nisi super illã medietatem hostiæ, ad quam pręcisè fertur modo supradicto intentio consecrantis.

Secundo modo dico, ꝙ non consecraret vnam partẽ sine alia, quia virtus sacramenti nõ plus respiceret vnam partem, quam aliam. Vnde aut vtraque medietas cõsecraretur, aut nulla. Et quia non videtur, ꝙ vtraq; cõsecraretur, quia tunc consecraretur tota hostia: & ego pono, ꝙ non intendat consecrare totam hostiam, sed medietatem tm̃: videtur probabile, ꝙ in casu prædicto nulla pars prædictæ hostiæ consecraretur: reales enim operationes nõ sunt circa singularia vaga, sed circa singularia determinata: & ideo oportet, quòd intentio ad quã sequitur realis operatio, aliquid determinatum, & determinatè respiciat.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis partes continui non sint actu tota, sed in potentia, tamen sunt actu partes, & sunt in actu per actualitatẽ totius. Vnde non est intelligendum, ꝙ partes continui sint in potentia, sicut dicimus, ꝙ in materia aeris est forma ignis in potentia: existentes enim in continuo actualitatem habent, per quam sunt actu partes, & in potentia tota: vnde per solam diuisionem fiunt actu tota.

Sũt in actu existendo, po vere subsistendo.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ maior est falsa, loquendo de tota substantia panis indiuiduali: quãuis sub qualibet parte hostiæ saluetur tota species panis, eo ꝙ quælibet pars panis est panis. Cum aũt dicis, ꝙ illud quod est inextẽsum per se, non extenditur per aliquod accidens superueniens ei natura posterius eo: dico, ꝙ verum est, sicut per causam efficientẽ: sed tamen bene

bene extendi tur p aliud accidens, sicut p cau sam formalē:sicut.n. dicimus, ꝙ hō sit albus p albedinē,non sicut per cām efficientē : sed qa albedo est forma per q̄ est albus:sicut dicimus ꝙ sub̄a est extēsa,per quātitatē, non sicut per cām efficiētē : sed sicut per formā, per quā est extensa,hoc.n.accidēs cātur in sub̄a p hoc, ꝙ extendēs partes sub̄æ,simul existētes explicat extra se inuicē ipsas actualiter nō distinguēs.

Ad aliā partem. ARGVMENTVM ad partē aliā gr̄a cōclusionis concedendū est, quāuis illū,q̄ vellet tenere contrariū non cogeret: qa duarū hostiarū q̄libet est actu vnum totum, nec actualitas per quam vna est in actu dependet ab actualitate,per quā alia est in actu, partes aūt continui non sunt actu tota, & vna est actualitas totius, per quam oēs partes sunt in actu.

Litera uersus cursus. CIRCA litteram.Non hoc corpus,quod vī, idest corpus non sub hoc mō essendi, quē videtis.In vno loco esse oportet hoc, intelligēdum est de modo essendi,quo corpus Christi, est alicubi localiter, & supposita diuina ordinatione,q̄ ordinauit illud corpus non esse localiter,nisi in vno loco tm̄.Caro,videlicet carnis,& sanguinis sacrm̄ est sanguis.i. spēs panis sub qua continetur Chr̄i caro sacrm̄ est illius carnis:& spēs vini,sub qua continetur sanguis sacramentum est illius sanguinis.Carne,& sanguine.i.specie panis,& specie vini.Vtroq; inuisibili,& intelligibili spirituali,quod ideo dicitur:qa sub spē panis,& vini est corpus Christi,& sanguis, aliquo modo ad similitudinem existentiæ rei spūalis, inquantum est ibi rōne substantiæ primo & per se, & quantitas nō nisi per concomitantiam, & etiā qa ibi oculo corporali videri non potest Corpus Christi visibile, & palpabile.

Greg. Contra Greg. in homel.super illud Io. pen. Cum esset sero,&c. Corrūpi necesse est,qđ palpatur,& palpari nō pōt, qđ non corrumpitur.


Item nihil est palpabile,quod aliquo modo non resistit tangenti: sed corpus Christi cū sit glorificatum non resisteret cuicunque corpori:quia simul esse potest cum alio corpore.

Respondeo, verbum Magistri intelligitur, aut de palpabilitate corporis, pro illo statu, quo fuit corruptibile,quāuis modo non sit tale, nec in cęlo,nec sub sacr̄o,aut de palpabilitate, qua voluntarie ostendit se palpabilē ad ostendendū veritatē corporeæ naturæ,quæ tn̄ palpabilitas sibi conuenire non pōt, vt est sub sacr̄o.Illud autem verbum Gre.ibi allegatum intelligendum est de palpabilitate,q̄ est p quatuor qualitates:primas quæ sunt caliditas,frigiditas,humiditas,& siccitas: vel per qualitates causatas ex illis.

Quā nō palpabilitate cælum palpatur. Cœlum enim quamuis materialiter sit incorruptibile,alio modo palpabilitatis palpari posset si homo ī corpore corruptibili esset ita prope, ꝙ cū manu posset ipsum tangere.Si enim niteretur cum manu ipsum diuidere,vel manum intus ponere,sentiret, ꝙ cęlum resisteret ei:quia per nullam creatam virtutem posset diuidi: sed pp̄ hoc ꝓprie loquendo non est intelligendum de palpabilitate,quia non potest vere palpabile dici. De pane fit Christi caro,non est intelligendum,ꝙ panis sit materia corporis Christi : sed ꝙ sit istius conuersionis terminus a quo. Quædam aliæ auctoritates,q̄ sunt in littera exponētur, dist.seq.in q̄ōnibus:quia ibi allegabuntur.

De modo conuersionis.

DISTINCTIO XI.



Secunda pars principalis huius materiæ scilicet quo ad eius fieri,et primo de cōuersione. *I autem quæritur qualis sit illa cōuersio, an formalis,an substantialis, vel alterius generis : diffinire non sufficio.Formalē tamen nō esse cognosco:quia species rerū quæ ante fuerant remanent,& sapor, & pondus.Quibusdā esse videtur substantialis dicentibus sic substantiā conuerti ī substantiam, vt hæc essentialiter fiat illa. Cui sensui præmissæ auctoritates consentire videntur.*

Oppositio.

Sed huic sententiæ sic opponitur ab alijs. Si substātia panis, inquiunt,vel vini conuertitur substantialiter in corpus,vel in sanguinē Christi, quotidie fit aliqua substantia corpus, vel sangnis Christi, quæ ante non erat,& hodie est aliquid corpus Christi,quod heri non erat: & quotidie augetur corpus Christi, atq; formatur de materia, de qua in conceptione nō fuit factū.Quibus hoc mō responderi pōt: qa non ea rōne dicitur corpus Christi confici verbo cęlesti, ꝙ ipsum corpus in conceptu virginis formatū,deinceps formetur,sed quia substantia panis, vel vini, quæ ante non fuerat corpus Christi, vel sanguis, verbo cęlesti fit corpus,& sanguis.Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi, & sanguinē,quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia vini, fit sanguis Christi,nec tamen aliquid additur corpori, vel sanguini,nec augetur corpus Christi,vel sanguis.

Augu. in lib. sententiarum Prosperi.

Si verò quæris modum,quo id fieri possit,breuiter respondeo. Mysterium fidei credi salubriter potest,inuestigori salubriter non potest. Quod ergo corpus Christi, panis mutatione in id, non augmētatur, nec sanguis ex vini conuersione, eius voluntati,& potentiæ adscribatur, qui idem corpus de Virgine eduxit, fit ergo substantia illa ista sine eius augmento. Nec tamen concedunt quidam,ꝙ substantia panis aliquādo sit caro Christi, etsi fiat caro Christi, sicut farina facta est panis,& aqua facta est vinum, nec tamē dicitur, farina est panis, & aqua est vinum. Alij verò concedunt, illud quod erat panis vel vinum, post cōsecrationem esse corpus & sanguinem, non tamen sequitur, Panis est caro Christi, vel vinum est sanguis, quia substantia panis, vel vini, postquam facta est caro Christi,vel sanguis,non est substantia panis, vel vini,sed caro & sanguis. Ideo distinguendum

videtur, cum dicitur, substantia panis, vel id qđ erat panis, modo est corpus Christi. Manens. n. panis non est corpus Christi: sed mutata in id qđ facta est, est corpus Christi. Nec dicimus substantiam panis, vel vini materiā esse corporis, vel sanguinis Domini: qa non de ea, vt de materia formatur corpus, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Vnde Aug. Corpus Christi dicimus illud, qđ ex fructibus terræ acceptū, & prece mystica cōsecratū sumimus ī memoriā dominicæ passionis. Qđ cū per manus hoīs ad illā visibilē spēm pducatur, nō sanctificatur, vt sit tā dignū sacramentū, nisi operāte inuisibiliter spiritū Dei.

Lib. de Tri. 3 c. 4. in fi. Et de conse. di. 2. ca. Corpus.

Asserunt quidam dictum panem transire in corpus Christi.

Quidam verò sic dicunt cōuersionē illam esse intelligēdam, vt sub illis accidentibus, sub quibus erat prius suba panis, & vini, post consecrationem sit substantia corporis & sanguinis, sic tamē, † vt nō eis afficiatur, & sic asserunt dictum panē transire in corpus Christi, quia vbi erat panis, nunc est corpus Christi. Qđ si est, qd ergo fit de substantia panis & vini? Illi dicunt, vel ī præiacentē materiā resolui, vel in nihilū redigi. Alij verò putauerūt ibi substātiā panis & vini remanere, & ibidē corpus Christi esse, et sanguinē, & hac rōne dici illā substantiā fieri istam, qa vbi est hæc, est & illa, quod mirum est, & ipsam substantiam panis, vel vini dicunt esse sacramentū: sed ꝙ non sit ibi substātia, nisi corpus Christi, & sanguis, ex prædictis et subditis apertè ostenditur. Ait. n. Ambro. (Panem istum, quem sumimus in mysterio, illū intelligo vtique qui manu sancti spiritus formatus est in vtero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis. n. angelorum factus est cibus hominū. vnde Veritas ait. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: & iterum, panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ex his namque duabus sententijs apertè datur intelligi, quia panis ille & iste, nō duo, sed vnus panis: & vna caro, proculdubio vnum efficitur corpus. Illud veræ; illud sanè, quod sumptū est de Virgine, quod resurrexit, & in cælum ascendit. Item Gregorius, Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Christi mysterio angelorum choros adesse, summa, & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus, atque visibilibus fieri? Idem, Eodem momento, & in cælum rapitur ministerio angelorum: consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut diuinitas verbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus consecratur. Nec sunt tamen multa corpora Christi, sed vnum corpus, & vnus sanguis. Ideoque siue plus, siue minus, quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrimè sumunt. Post consecrationem ergo non est ibi substātia panis, vel vini, licet species remaneant. Est enim ibi species panis & vini, sicut et sapor. Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

Vt ex eis non efficiatur.

De conf. di. 2. c. Omnia quæ.

Ioan. 6. c.

Li. 4. dialo. c. 58. & de conf. di. 2. c. Quid sit sanguis.

Ibidē, apud Gratianū.

Quare sub alia specie.

Sub alia autem specie tribus de causis carnem, & sanguinem tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit, vt fides, scilicet haberet meritum, quæ est de his quæ non videntur, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Et iō ēt, nē abhorreret aīus quod cerneret oculus: quia non habemus in vsu carnem crudā comedere, & sanguinē bibere. Quia ergo Christū vorari dentibus fas nō est, in mysterio carnem & sanguinem nobis commēdauit: Et ēt ideo, ne ab incredulis religioni Christianæ insultaretur. Vnde Aug. Nihil rationabilius, quàm vt sanguinis similitudinem sumamus, vt & ita veritas non desit, & ridiculum nullum fiat a paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne veluti quidā horror esset cruoris, in similitudinē accipimus sacramentum. Ex præmissis iam liquet, quare sub alia specie, & quare sub ista hoc sacramentum dominus celebrauerit, et celebrari a nobis instituerit.

Greg. hom. 26 super Euang.

Aug. in ser. præalle. Et de conf. dif. 2. c. Vtrum sub figura. Amb lib. 4. de sac c. 1. & de conf. dist 2. ca. Panis est.

Quare sub duplici specie.

Sed quare sub duplici specie sumitur, cū alterutra totus sit Christus? vt ostenderetur totā humanā naturam assumpsisse, vt totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animā: quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusq; liberatio in nobis significetur. Valet enim (vt Ambros. ait) ad tuitionē corporis, et animæ, quod percipimus: quia Christi pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses. Caro, inquit, pro corpore vestro offertur, sanguis ꝓ anima: sed tamē sub vtraq; specie sumitur, quod ad vtrāque valet: quia sub vtraque sumitur ipse totus Christus. Sed si in altera tātū sumeretur, ad alterius tātū, idest aīæ, vel corporis, non vtriusq; pariter tuitionē valere significaretur. Sub vtraque specie tamē totus sumitur Christus: nec plus sub vtraq;, nec minus sub altera tantum sumitur. Eadem enim ratio est (vt ait Hilarius) in corpore Christi, quæ in manna præcessit, de quo dicitur. Qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui minus parauerat, habuit minus. Et licet sub vtraq; specie idem sumatur totus Christus, tamen non fit conuersio panis, nisi in carnem, nec vini, nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed vnum: quia sub vtraque specie idem sumitur. Neq; debet iterari sacramentum: quia benedictio nō reperitur super speciem eandem. Neque aliæ substātia in sacrificium veritatis offerri debēt: quia de alijs non potest consecrari corpus Christi, vel sanguis.

Commē. ad 11 c. epi. 1. ad Co. to. 4

Hila. papa, de conf di. 2 c. Vbi pars est

Exod. 16. d

Quare aqua admisceatur.

Aqua verò admiscenda est vino: quia aqua populum signat, qui per Christi passionem redemptus est. Calix ergo dominicus, iuxta Canonum præceptum, aqua, & vino mixtus debet offerri: qa videmus in aqua populū intelligi, in vino ostēdi sanguinē Christi. Cū ergo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credētiū plebs ei in quē credit copulatur, quæ copulatio aquæ & vini sic miscetur in calice Christi, vt mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

Ex 3. conc. Braca ca 1. Et de conf. dist. 2. cap. Cum omne.

Iulius Papa.

Si verò quæritur, an irritū sit qđ geritur, si aqua prætermittatur, audi quod sequitur in eodē canone.

Non

Nō pōt, inquit, calix domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunq; misceatur. Item Cyprianus Calix domini nō est aqua sola, aut vinū solū, nisi vtrūque misceatur, sicut nec corpus domini pōt esse farina sola, nec aqua sola, nisi vtrūq; fuerit adunatū, & panis vnius cōpage solidatū. Si quis tamē nō intēdēs introducere hæresim, obliuione, vel ignorātia aquā p̄termiserit, nō videtur esse irritū sacramētū, sed ille grauiter est corripiēdus. Nā, & Grecorū ecclesia non apponere aquā dicitur. Qđ ēt ex dictis Cypriani videtur posse colligi: ait. n. Si quis de antecessoribus nostris, vel ignorāter, vel simpliciter nō hoc seruauerit, qđ nos Dominus facere, & exēplo & magisterio docuit, pōt simplicitati eius indulgentia Domini venia concedi. Nobis vero non pōt ignosci, qui nūc a Domino instructi sumus, vt calicē domini cū vino mixtū, secundū qđ Dominus obtulit, offeramus. Ex hoc videtur, ꝙ si qs simpliciter, vel ignorāter vinū offerat sine aqua, sacramētū cōficiat. Aqua vero nullatenus sine vino pōt offerri in sacrificio, nec panis, nisi de frumēto, nec granū frumēti, nisi redactū fuerit in panē: qa Christus, & panē se dicit, & grano frumēti se cōparat. Qđ ergo suprà dictū est non posse vinū solū offerri, determinari oportet, recipit. n. exceptionē. Nō pōt nisi simpliciter, vel ignorāter fiat, vel nō pōt. i. nō debet. Quibusdā tamē videtur hoc generaliter verum. Colligitur etiam ex prædictis, ꝙ Christus vinū aqua mixtū dedit discipulis. Corpus verò tale dedit, quale tūc habuit. i. mortale, & passibile. Nūc vero sumitur a nobis immortale, & impassibile, nec tamē maiorē habet efficientiam. Eucharistia quoque intincta non debet dari populo, pro supplemēto communionis; qa non legitur Christus alicui discipulorum præbuisse panem intinctum, nisi Iudæ. Tunc vero non accepit Iudas corpus Christi, sed tantum panē, corpus verò & sanguinē Christi antè cū alijs discipulis pcepat.

Li. 2. epi. 3. Et de cōsec. dist. 2. cap. Sic in sanctificando. — *Eadem epis. Et de conse. dist. 2. cap. Scriptura.* — *Ioan. 6. d Ioan. 12. d* — *Quod nō debeat populo dari hostia intincta. De conf. di. 2. c. Cum oē Aug. ser. 28 ad fratres ī eremo.*

DISTINCTIO XI.

SVPERIVS determinauit Magister đ sacro eucharistię, quo ad eius esse: hic determinat de eo, quo ad eius fieri.

Et diuiditur in partes tres. Primo determinat magister de confectione.

Scđo de cōsequētibus ad cōfectionē di. sequēti. ibi. (Si aūt queritur de accidentibus.)

Tertio de ptāte conficientis, di. 13. ibi. (Solet etiam quæri.) Prima in duas.

Primo determinat de confectione, quantū ad actum transubstantiandi.

Secundo quantum ad materiā. ibi. (Sub alia autem specie.) Prima in duas.

Primo veritatem determinat.

Secūdo falsas opiniones reprobat. ibi. (Quidam vero.) Prima in duas.

Primo determinat, quid sciendum.

Secūdo qūo loquēdū. ibi. (Nec tñ cōcedūt.)

Illa pars in qua reprobat opiniones falsas diuiditur in duas.

Primo eas recitat.

Secundo reprobat. ibi. (Sed quod non sit.)

Illa pars, in qua determinat de confectione quantum ad materiam diuiditur in duas.

Primo deterīat de his, q̄ reqrūtur ad sacri eē

Secundo de eo, quod pertinet ad bene esse. ibi. (Aqua vero.) Prima in duas.

Primo ostendit, quare Christus voluit a nobis sumi sub illa specie.

Secundo quare sub duplici. ibi. (Sed quare sub duplici.)

Illa pars, quæ incipit. ibi. (Aqua vero.) diuiditur in duas.

Primo ostēdit quare aqua vino dēt apponi.

Secundo quomodo Eucharistia, populo debet dispensari. ibi. (Eucharistia quoque.)

CIRCA hāc di. qrēdū ē principaliter de 4. Prīo dę cōuersione, seu trāsubstātiatiōe.

Secundo de materia.

Tertio de aquæ appositione cum vino.

Quarto de sacramenti huius dispēsatione.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum, quæruntur sex.

Primo vtrum subā panis, & vini cōuertatur in corpus, & sanguinem Christi.

Secūdo vtrum, tota substantia panis cōuertatur in totam substantiam corporis.

Tertio vtrum, in ista conuersione annihiletur substantia panis.

Quarto vtrum illa conuersio fiat in instāti.

Quinto vtrum, illa conuersio sit mutatio.

Sexto vtrum sit mirabilior omnib. alijs mutationibus.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum substantia panis, & vini conuertantur in corpus, & sanguinem Christi.

ET VIDETVR, ꝙ nō: qa oē qđ conuertitur in aliqđ p̄existēs, cōuertit ī illud, vbi p̄existit. Vnde nutrimētū conuertitur in corpus, ī loco vbi est qñ nutrimentū ei aduenit: sed si subā panis cōuerteretur in corpus Chri, cōuerteretur ī aliqd p̄existēs in cęlo: ergo cōuerteretur in corpus Chri, put est in cęlo, quod īpossibile est; qa nulla res conuertitur, nisi vbi præsens est, panis autem in cœlo pręsens non est. *Arg. I. D. Bon. li. 4. di. 11. ar. 1. q. 1. D. Th. p. 3. q. 75. ar. 4. Sco. li. 4. di. 11. q. 3. Ale. p. 4. q. 10. m. 5. ar. 3.*

Itē oīs subā in quam alia conuertitur augetur: sed corpus Christi non augetur: ergo substantia panis in ipsum non conuertitur. *Secundo.*

Itē p̄dicta cōuersio nō est cōueniēs sacro, nec inq̄tū est signū: quia subā panis magis rep̄sentat corpus Chri, q̄ accidētia eius, nec īquātū est cā: qa cū Deus possit facere vnū corpus in diuersis locis: vt superius habitū est, & vnū corpus cū alio, posset facere corpus Chri esse sub spē panis, absq; transubstantiatione panis in ipsum: ergo superflua esset ipsa conuersio. *Tertio.*

Item talis conuersio probari nō pōt per rōnē, neq; cognoscitur per experientiam, neque probari potest per sacrę scripturę auctoritatē, nec forma sacri talē exprimit cōuersionē: ergo temerarium est talem ponere cōuersionē. *Quarto.*

CONTRA, Inn. de of. miſ. p. 3. c. 16. & 17. dicit, ꝙ panis tranſit in carnem.

Itē Hu. de ſacr. li. 2. p. 8. ca. 9. Vera panis, & vera vini ſubſtantia in verum corpus, & ſanguinem Chriſti conuertitur.

CONCLVSIO.

Eccleſia, ſcriptura, ac ſacræ Theologiæ conſulti ſubſtantiam panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti conuerti rationabiliter ſentiunt.

Reſpon. Scilicet 16. prima opi. AD ISTAM quæſtionem, vt refert dominus Inno. in c. primo prgallegato, dicunt quidam, ꝙ ea ratione dicitur panis conuerti ī corpus Chriſti: quia corpus ſub eiſdem accidentibus, loco panis incipit eſſe, ſicut dicitur a grāmaticis, ꝙ a mutatur in e, cū a pręſenti formatur ꝑteritū: vt ago egi: q̄a loco a, ponitur e.

Contra. Sed contra, ſic arguūt aliqui, corpus Chriſti efficitur ſub ſacramento, abſque ſui mutatione. Sed hoc eſſet impoſsibile, niſi per conuerſionem alicuius in ipſum: quia aliter per ſuum fieri ſub ſacramento ſe haberet, aliter nunc, quàm prius, quod eſt mutari. Cum ergo conuenientiùs ſit ſubām panis in ipſum conuerti, quàm in aliquod aliud, ſequitur ꝙ fiat ſub ſacramento ꝑ cōuerſionem panis in ipſū.

Opi. 2 ſ. fratris Ioann. Iacobita ordinis Prædicatorum. Alij dicunt, ꝙ manet ſubſtantia panis, & ꝑ virtutem diuinam efficitur corpus præſens ſub ſpecie panis, ſimul cū ipſa ſubſtātia panis.

Sed contra hanc opinionem eſt ratio adducta contra pręcedentem.

Sed quia illa ratio non multum cogeret tenentes opinionem contrariam prędictam: q̄a tunc interimerent minorem, & dicerent fortè, ꝙ quamuis corpus incipiat eſſe ſub ſpecie, ſub qua prius non erat, non ꝓp hoc mutatur, quamuis nihil conuertatur in ipſum: quia per hoc non deſinit eſſe vbi prius erat, & ſi vocetur mutari, nunc primo eſſe ſub ſpecie, ſub qua prius non erat, tunc etiam mutaretur ſi fieret, ibi per conuerſionem panis in ipſum.

Aliter contra opiniones. Et ideo aliter arguendum eſt contra opiniones prędictas.

Primo ſic: de pane, & vino dicitur in canone miſſæ, ꝙ fiat corpus, & ſanguis, Chriſtus ēt in inſtitutione huius ſacramenti non dixit. Hic eſt corpus meum: ſed hoc eſt corpus meū.

Præterea ſi ſubſtantia panis remaneret, vt dicit alia opinio, ſumens hoc ſacramentum ieiunus non eſſet: quia ſubſtantiam panis ſumeret, & ſic per ſtatutum eccleſiæ, quod eſt vt nullus ſacerdos celebret, niſi ieiunus, vni ſacerdoti non liceret bis ſumere hoc ſacramentum vna die: quod falſum eſt, quandoque. n. licitè in die celebrat duas miſſas.

Dicēdum ergo ad q̄onem, ꝙ ſubā panis cōuertitur in ſubām corporis Chriſti, & ſubā vini, in ſubām ſanguinis, hoc. n. tenet cōis Theologorum doctorum opinio, & merito: q̄a hoc ſacratiſsimæ fidei chriſtianæ concordat, & ſacræ ſcripturæ, & ſententiæ eccleſiæ: vt patet ꝑ ea q̄ contra aliam opinionem adducta ſunt: dicitur etiam de conſe. di. 2. Panis eſt, & ſumptū eſt ab Amb. li. de ſacra. ꝙ vbi acceſſerit conſecratio de pane fit Chriſti caro. *Extra de hac re. ad abolendam extra de ſumma Tri. c. firmiter credimus.*

Pręterea, de conſec. di. 2. Quia corpus, & ſumptum eſt ab Euſebio Miſſeno. Inuiſibilis ſacerdos, inuiſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui, verbo ſuo ſecreta poteſtate commutat, Magiſter etiam, di. 10. huius quarti, in fine, dicit ſubſtantiam panis in corpus, vinique ſubſtantiam, in ſanguinē cōuerti, & tertio c. 11. di. dicit ꝙ poſt conſecrationem non eſt ibi ſubſtantia panis, vel vini. Ex dictis expreſſe patet ſacram ſcripturam, & Eccleſiam. Ambro. & Euſebium Miſſenum, & Magiſtrum ſententiarum tenere ſubſtantiā panis in corpus Chriſti, & ſubſtantiam vini, in ſanguinem tranſubſtantiari.

Ad prim. AD PRIMVM in oppoſitum, cum dicitur ꝙ omne quod conuertitur in aliquod præexiſtens conuertitur in illud, vbi primò præexiſtit, &c. dico, ꝙ verum eſt, quando illud, q̄d conuertendum eſt coniunctum eſt rei, in quā conuertendum eſt, vt nutrimentum corpori. Sic autem non eſt in propoſito, vnde ſubā panis non conuertitur in corpus Chriſti, niſi vbi priùs erat ſubā panis. Impoſſibile eſt enim eſſe conuerſionem, vbi non eſt illud quod conuertitur.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ omnis ſubſtantia in quam alia conuertitur augetur, &c. dico, ꝙ non eſt verum, quando fit conuerſio, non ſecundum vnionem: ſed ſcd̄m tranſubſtantiationem, qualis eſt prędicta conuerſio: ſecundum enim Inno. de offi. miſ. par. 3. c. 16. Si enim natura poteſt conuertere nutrimentum in carnem, abſque hoc, ꝙ vbi ſit plus de eſſentia formæ carnis, quàm ante: vt dicūt aliqui innitentes philoſopho dicenti, 1. de generatione, ꝙ partes ſecundum formam manēt & partes ſecundum materiam fluunt, & refluunt, facile eſt credere, ꝙ diuina potentia, quæ infinita eſt, poteſt ſubſtantiam panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti cōuertere, abſq; hoc, ꝙ in corpore Chriſti ſit plus de ſubā, vel de quantitate, quàm ante.

Ad tertium. Ad tertiū dicendū, ꝙ dato, ꝙ Deus poſſet facere corpus Chriſti ſimul in pluribus locis ſine conuerſione alicuius rei in ipſum, non tamen eſſet ita congruum hoc fieri, ſicut per cōuerſionem ſubſtantiæ panis in ipſum: quia ſi ſubſtantia panis remaneret, ex hoc hęretici faciliter ſuadere conarentur, ibi non eſſe corpus Chriſti. Vnde communis opinio longè eſt remotior ab illo errore, quàm illa, quæ dicit ſubſtantiam panis remanere.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd talis conuerſio probari poteſt per rationem, ſuper fidem fundatam, vt viſum eſt, & etiam per ſacram auctoritatem, quia forma a Chriſto tradita, hoc oſtendit. Si enim ſub ſacramento eſſet corpus ſuum, abſque con-

conuerſione panis, in ipſum non dixiſſet. Hoc eſt corpus meum: ſed hic eſt corpus meum: q̃a dicendo. Hic eſt corpus meum demonſtraretur ſubſtantia panis, ſub ſpeciebus contenta.

QVAESTIO II.

Vtrum tota ſubſtantia panis, conuertatur in totam ſubſtantiam corporis.

Arg. 1. D Bon. li. 4 di. 11. ar. 1. q. 2. 4. D Th. p. 3. q. 75 ar. 2. Sco. li. 4. di. 11. q. 1. Ale. p. 4. q. 30. m. 5. ar. 3. ET VIDETVR, ꝙ non: forma ſubſtantialis panis, non conuertitur in materiam corporis Chriſti: q̃a in illam conuertitur materia panis, nec in formam, cum illa ſit anima intellectiua: ergo non conuertitur in ſubam corporis.

Secundo. Item ſecundum philoſophum 7. metap. ſecundum antiquam tranſlationem: materia de ſe, nec eſt qualis, nec eſt quanta: ſed pronomẽ demonſtratiuum non demonſtrat aliq̃d, niſi ſit quale, vel quantum: ergo non demonſtrat materiam: ſed nihil conuertitur, niſi quod ꝑ hoc pronomen hoc demonſtratur: cum ergo materia ſit de eſſentia panis, non conuertitur tota ſubſtantia panis in corpus Chriſti.

Tertio Item propinq̃or eſt materia formæ, & econuerſo, q̃ q̃titas ipſi ſubæ: ſed per tranſubſtantiationem panis in ſubam corporis eſt quantitas ſub ſacramento per concomitantiam: ergo multo fortius ſufficit conuerſio ſolius materiæ, vel formæ in ſolam materiam, vel formam corporis Chriſti, ad hoc, vt omnia alia ſint ſub ſacramento.

Quarto. Item illud eſt materia ſubę corporeę, quod primo recipit formam ſubalem corpoream: ſed quantitas eſt huiuſmodi, vt oſtendam: ergo quantitas panis eſt materia eius: ſed quantitas panis remanet poſt conſecrationem: ergo cũ materia panis ſit de eius ſuba, tota ſuba panis non conuertitur in corpus Chriſti, probatio minoris. Si forma ſubalis corporea primo reciperetur in non quanto, non dependeret eſſe ſubale compoſiti a quantitate, quod falſum eſt: q̃a aliter ſi Deus deſtrueret totam quantitatem mundi, poſſet tota ſubſtantia mũdi naturaliter remanere in ſuo ſubſtantiali eſſe, quod non videtur verum.

In oppoſitũ. T. c. 91. CONTRA, ſecundum philoſophum 1. Cę. & Mun. cum dico: hoc cęlum: ſignifico formam cum materia: ergo hoc pronomen hoc demonſtrat compoſitum ex materia, & forma: ſed illud conuertitur, quod per hoc pronomen hoc demonſtratur: ergo tota ſubſtantia panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti cõuertitur.

Item cum ſpecies ſit ſacramentum corporis Chriſti, immediate debet ipſum repręſentare. Sed ſi aliquid remaneret de ſubſtantia panis illud immediatius repræſentaret, quàm Chriſti corpus: ergo nihil de ſubſtantia panis debet remanere: ſed tota conuerti.

CONCLVSIO.

Illa tota in hanc totam prorſus conuertitur, illiuſque (accidentibus exceptis) remanet nihil.

Reſpon. RESPONDEO, ꝙ tota ſubſtantia panis, conuertitur in ſubſtantiam corporis Chriſti: ita ꝙ materia in materiam, & forma in formam, non illam, per quam corpus habet cõpletum eſſe: q̃a illa eſt anima intellectiua, ſed in formam corpoream incompletam, per quã corpus hẽt incompletum eſſe, etiam in gradu corporeitatis, quamuis autem Deus inſtituere potuiſſet, ꝙ corpus ſuum fieret præſens ſub ſacramento per conuerſionem ſolius formæ, vel ſolius materiæ panis in ipſum: vt oſtendebatur in opponendo, tamen magis voluit inſtituere, ꝙ hoc fieret per conuerſionem totius ſubſtãtiæ panis: quia hoc magis fuit congruũ, ꝙ tota ſubſtantia corporis, ibi ſit per conuerſionem materiæ, & formæ panis, quàm ꝙ forma eſſet ibi primo, & per ſe, & materia per cõcomitantiam, vel econuerſo. *Totam ſubſtantiam panis cate. & ſynca. conuerti in ſubſtantiã corporis Chriſti.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppoſitum patet ſolutio ex dictis in quæſtione.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ hoc pronomẽ hoc bene demonſtrat illud de cuius eſſentia non eſt quantitas, nec qualitas, dum tamen ſit ſub quantitate, vel ſub qualitate. Vnde vt ſuperius viſum eſt ly hoc, demonſtrat ſubſtantiam compoſitam pręſentem, vel quaſi ſtatim futuram ſub hac ſenſibili quantitate.

Ad tertium. Ad tertium patet ſolutio ex dictis in quæſtione.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ aliq̃, aliquando exiſtimati ſunt quantitatem eſſe materiam: ſed illa opinio eſt contra philoſophi auctoritatẽ, q̃ 7. metaphyſi. ſecundum nouam tranſlationem dicit, ꝙ de ſe materia non eſt qualis, nec quanta. Quantitas autem eſt quanta. Eſt etiã contra communem doctorum opinionem: eſt etiam contra experientiam: q̃a homo poteſt experiri, quòd cum aliquid condenſatur minor efficitur quantitas eius manente tota materia, quæ prius erat in eo: quia ſecundum philoſophum primo phyſico. Eſſentia materiæ cuiuſlibet rei, eſt naturaliter incorruptibilis, ſecundum ſe totam, & ſecundum quamlibet eius partem. *T. c. 8. Opinio ochã. T. c. 82.*

Præterea, materia eſt de eſſentia ſubſtantiæ corporeæ: ſubſtantia autem corporea, condenſari poteſt, manente tota ſubſtantia eius.

Præterea, experitur homo quantitatem eſſe quandam formam, actualiter enim viſum mouet: quamuis mediante colore; materiæ autem talis actio non poteſt competere, eſt enim principium pure paſſiuum, quantum eſt ex ſe. *2. de ãia. T. c. 64. 134. materia de ſe ignota 7. me.*

Contra etiam prædictam opinionem arguitur per rationem. Ex materia, & forma ſubſtantiali conſtituitur vnum per eſſentiam: *T. c. 35.*

sed ex q̄titate, & forma substātiali nō cōstituitur vnum per essentiā: est.n. quædam actualis natura, cui per se conuenit esse in specie eadem, quamuis sit diuersarum substantiarum in specie differentium, ex tali autem natura, & substantiali forma, non potest constitui vnū per essentiam.

Di. 12.

Dicendum ergo ad argumentum, ꝙ quantitas non est materia, nec vt dicunt aliqui, est præcedens ordine naturæ omnem formā substantialem in materia: hoc enim reprobatum est li. 2. Sed est accidens, quod immediatiùs inter omnia alia accidētia inest substantię corporeæ, nec tamen ex hoc sequitur, quòd absq; ea corpus, quod est substantia posset remanere in suo naturali esse: q̄a sic est ordo naturę a suo conditore institutus: vt sub̄a corporea a suis proprijs passionibus separari nō possit.

Sequitur Commen. de dimensionibus interminatis, 1. phys. com. 66. 4 phy. com. 15. de substantia orbis

Et preterea quamuis q̄libet quantitas prę-supponat in materia aliquam formam substantialem īcompletam, seu aliquem gradum formæ substantialis incompletum, tamen semper vel quandoq; completiua forma substātiæ corporeæ præsupponit ordine naturæ, in materia aliquam dimensionem, saltem interminatam, cuius completio, & terminatio pręsupponit ordine naturæ in materia completam formā. Completa autem forma destructa, vel separata compositum naturaliter resoluitur ad materiam: quia stabilitas existendi est in composito, per complementum.

Alterius partis.

Secundum argumentum ad partem aliam, quamuis gratia conclusionis posset concedi, tamen forma sua, non multum valet: quamuis enim ex institutione species panis immediatè repræsentet corpus Christi, vt sub ea cōtentum: tamen ex naturali sua aptitudine immediatiùs repræsentat substantiam panis, q̄uis non sit contenta sub ea: quia quamuis in hoc sacramento sit sine subiecto, tamen in ea remanet naturalis aptitudo ad essendum cum substantia panis: vt sit in subiecto.

QVAESTIO III.

Vtrum in ista conuersione annihiletur substantia panis.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. D. Th. p. 3. q. 75 ar. 3. Sco. vbi su. q. 3 4. Ale. vbi su. Secundo. 1. Periher.

ET VIDETVR, ꝙ sic. Illud de quo nihil remanet, annihilatum est: sed post conuersionem substantię panis in substantiam corporis Christi, nihil de substantia panis remanet: ergo per conuersionem annihilatur.

Item si vna contradictoriarū est vera, altera est falsa, & econuerso: sed per conuersionē substantiæ panis, in substātiam corporis Christi, hæc est falsa: sub̄a panis est aliquid: ergo eius contradictoria, ista. s. substantia panis est nihil, vera est.

In oppositum.

CONTRARIVM dicit Hu. 2. li. de sac. p. 8. cap. 7. & 9.

CONCLVSIO.

Licèt de panis substantia, nihil remaneat, ipsa tamen haud annihilari, sed in melius mutari, dicenda est.

Respon.

RESPONDEO, quòd quamuis post cōuersionem substantiæ panis in substantiā corporis Christi, nihil de substantia panis remaneat: tamen quia substantia corporis Christi, inquantum conuersa est substantia panis in ipsum aliquid est, annihilata non est, quod enim annihilatur, non conuertitur in aliquid, nec tamen de ipsa aliquid remanet: & potest poni aliquale exemplum, quamuis in pluribus dissimile, possibilitas enim ad formam concretam materiæ: vel secundum alios, quæ est ipsa materia conuertitur in ipsam formam, quæ secundum aliquos nominat partem substantiæ, quæ generatur, & secundum alios totam essentiam, nec post conuersionem remanet, nec tamen annihilatur: quia cōuersa est in formam, quæ aliquid est.

Resolutio hæc in Sco. hīs q. 4.

Ad prim.

AD PRIMVM in oppositum cum dicitur ꝙ illud, de quo nihil remanet annihilatū est, etcæt. dico, ꝙ non est verum, si in aliq̄d aliud conuersum est.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, quòd cōtradictoria istius, substātia panis est aliq̄d, est hæc, substantia panis non est aliq̄d: sed q̄uis hæc sit vera, sub̄a panis postquam conuersa est in corpus Christi, non est aliquid: tamen ex hoc nō sequitur, quòd sit annihilata: quia in aliquid est conuersa.

QVAESTIO IIII.

Vtrum illa conuersio fiat in instanti.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 5. D. Tho. vbi su. ar. 7. Sco. li. 4. d. 8 q. 2 Ale. vbi sup.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia aut in eodē instāti, in quo vltimo est sub̄a panis sub dimēsionibus suis, est sub eisdem corpus Christi, aut in alio, non in eodem: quia cum corpus Christi sit ibi per conuersionem substantiæ panis in ipsum, in eodem instanti substantia panis esset, & nō esset sub dimensionibus suis, quod est impossibile. Si in alio, cum inter quælibet duo instantia sit tempus medium, vt demonstratur, 6. phy. conuersio substantiæ panis in corpus erit in tempore, omnis enim conuersio est in tempore, inter cuius initium, & complementum est tempus.

T. c. 1. & inde.

Secundo.

Item sicut se habet fieri conuersionis ad suū factum esse, ita mensura vnius ad mensuram alterius: sed factum esse conuersionis est terminus sui fieri: ergo mensura facti esse est terminus mensuræ ipsius fieri: sed instans quod est mensura facti esse conuersionis, non est terminus, nisi temporis: ergo fieri conuersionis est in tempore.

Tertio.

Item dum panis cōuertitur in corpus Chri non est conuersus: q̄a sicut dicitur 1. Periher. quod sit non est: sed si panis conuerteretur in cor-

in corpus Christi, in instanti, simul cõuerteretur, & esset cõuersus: ergo non conuertitur in instanti.

Quarto. Item impossibile est trãsire distãtiam, nisi ĩ tempore, secũdum philosophum, 6. phy. Sed T. c. 15. maxima est distãtia inter subãm panis & corpus Christi: ergo impossibile est eam per cõuersionem transire in corpus Christi, nisi in tempore.

Quinto. Item cõuersio, q̃ fit per actionem successiuam non fit in instanti: sed hęc cõuersio fit p prolationem formæ, quæ successiua est: ergo non fit instanti.

In oppositũ. CONTRA, succesio in opere est, ꝓpter aliquam resistẽtiam patiẽtis ad agẽs, vt ꝓbari T. c. 17. potest p dicta philosophi 4. physi. sed nulla est resistẽtia panis ad virtutem diuinam, per quam fit conuersio: ergo illa conuersio successiua non est, ad quod sequitur, ꝙ fit in instanti.

C. de substãtia. Item secũdum philosophum li. prędicamẽtorum: substãtia nõ suscipit magis, & minus: sed quod nõ suscipit magis & minus, nõ potest successiue acquiri vel corrũpi: ergo substãtia panis non conuertitur successiue: sequitur ergo ꝙ in instanti.

CONCLVSIO.

Non successiua, sed instantanea est planè conuersio isthæc, cum a diuina virtute fiat, quæ non limitata, sed infinita est.

Respon. RESPONDEO, ꝙ illa cõuersio fit in instãti, omnis enim successio in mutatione causatur, vel ex resistẽtia mobilis ad motorem, vel medij ad motorem, vel ratione vtriusque, Com. 71. vt accipi potest a Commẽtatore sup 4. phy. & puto ꝙ sub resistẽtia ipsius medij dẽat comprehẽdi diuisibilitas spacij, p comparationem ad limitationem virtutis in motore. Vnde quamuis corporale medium angelo nõ resistat, tamẽ qa limitatæ virtutis est, nõ posset se trãsferre ab Oriẽte, in Occidẽtem, ꝑtranseũdo spacium in instãti, vt declaratum est, lib. 1. di. 37. Ar. 3. q. 3. Virtus autem cõuertẽs subãm panis, ĩ corpus Chisti, nõ est limitata: illa enim cõuersio fit p virtutem diuinam, q̃ infinita est: nec sibi resistit suqa panis: qa tota natura substãtiæ panis pfecte subditur diuinę virtuti, nec est aliquod mediũ, p quod ista cõuersio fiat: hic enim nõ hẽt locum ꝓprie loquẽdo, nisi in mutatione locali, panem enim nõ esse corpus Chri, nihil positiuum dicit, & tamẽ si esset medium, non oporteret, ꝙ causaret successionem in diuina operatione: Deus enim vnum lapidem transferre posset ab Oriẽte in Occidẽtem, per totũ medium in instãti, nõ enim oportet, ꝙ diuisibilitas medij causet successionem in mutatione Nedum de possibili, ve nisi cum hoc mutãs sit limitatę virtutis. Restat ergo quòd Deus potest cõuertere panem in corpus Christi conuersione nõ successiua, & quia conuenientius est, ex quo est possibile eam fieri sine successione, quàm cum successione, concedendum est illam non esse successiuam, & ex cõsequẽti eam fieri in instãti: sicut enim mutatio successiua est in tempore, ita non successiua est in instanti. *rumetiã de facto versio nẽ in instanti fieri concedendum esse.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicũt qdam, ꝙ in eodem instãti, in quo vltimo est suba panis sub dimensionibus suis, est primo corpus Chri sub eiusdem, nõ enim est inconueniens substantiam panis esse in illo instãti, inquantum est finis temporis præteriti, & non esse in eodem, inquantum est initium temporis futuri. *Prima solutio.*

Contra, sed causæ quia signum materiæ requiritur. Sed cõtra: qa cõtradictoria realiter nõ possunt esse in eodem instanti.

Alij dicũt, ꝙ in eodem instãti, ĩ quo vltimo est suba panis sub dimẽsionibus suis, nõ est primo corpus Christi sub dimẽsionibus eisdem, sed ĩ aliquo, quod est immediatum illi: quãuis enim ĩ tempore, quod est ĩ motu primi mobilis, sicut in subiecto, quod ꝓprie est tempus, nõ possit vnum ĩstãs immediate se habere ad aliud ĩstãs: tamẽ nõ sic est de instãtibus, quæ sunt termini ꝓpriarum mẽsurarum, q̃ extenso nomine temporis aliquãdo dicũtur tempora. Dicũt ergo ꝙ vltimum ĩstãs mẽsuræ propriæ existẽtiæ subæ panis sub dimẽsionibus suis, & primum ĩstãs mẽsuræ ꝓprię essentiæ corporis Christi, sub eisdem dimẽsionibus, ita se habẽt ꝙ ĩter ea nihil est medium: coexistunt enim ambo vni instanti mensuræ communis, sicut enim non est ĩconueniens plura puncta, quæ sunt termini linearum conuenientium in centro, conueuire ĩ ipso centro, cum tamen sit ĩdiuisibile, sic non est ĩconueniens plura ĩstantia mensurarum propriarum coexistere vni ĩstanti mensuræ communis. *Secunda solutio.* *Limita hãc litteram ex Sco. in tertio. di. 3. q. prima, & qua. q. 12.*

Tertia solutio. Alij dñt, ꝙ non est dare vltimum ĩstans, in quo vltimo sit suba panis, sub dimensionibus suis, quamuis permanentia sint ĩ suis terminis initialibus, nulla tamen res, siue permanens, siue successiua est in suo finali termino, cui concordat quod dicit philosoph. 8. physico. s. ꝙ instans est signum posterioris passionis. *T. c. 69.*

Ad secundum. Dicẽdum ergo ꝙ ĩ illo eodem ĩstanti ĩ quo primo non est substantia panis sub dimensionibus suis, est corpus sub eisdem, & hoc nullã implicat contradictionem.

Ad secundum dicendum, quòd immrimo tus finis istius conuersionis est nunc pedia panem in corpus Christi conuersum esse, & hoc differt a conuersione panis in corpus Christi, nisi sola ratione, & ego concedo, quòd instans quod est vtriusque mensura etiã aliquo modo differt ratione.

Ad tertium Ad tertium dicendum, quòd in his, quæ fiunt in instanti simul est fieri, & factum esse, quamuis prius ordine naturæ sit fieri,

quàm factum esse, philosophus enim in verbo præallegato loquitur de his, quæ fiunt successiue.

Ad quartū. Ad quartum solutum est ex dictis in quæstione.

Ad quintū. Ad quintum dicendū, ꝙ illa conuersio non fit per naturalem virtutem prolationis verborum: sed per virtutem diuinam, quæ verbis assistit ad efficiendum conuersionem in illo instanti, in quo est complementum prolationis verborum.

Ad aliam partem. Quamuis autem argumenta ad partem aliā debeant concedi ratione conclusionis: sed tamen ex vi formæ non concludunt, posset enim Deus, si vellet primo formam substantialem panis conuertere in corpus Christi, & postea materiam, vel econuerso.

QVAESTIO V.

Vtrum illa conuersio sit mutatio.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. D. Th. 4. sē. di. 11. q. 3. Sco. li. 4. di. 11. q. 1. Ale. vbi supra.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia nō est generatio: quia generatio non terminatur ad præexistens, nec corruptio, substantia enim panis non resoluitur in suam materiam, nec annihilatur, vt visum est, nec est augmentatio, nec diminutio, neque alteratio, nec secundum locum mutatio. Cum ergo secundum philosophum lib. prædicamentorum non sint plures species mutationis, videtur, ꝙ ista conuersio non sit mutatio.

Item in omni conuersione, quę est mutatio, illud in quod fit cōuersio dici potest fieri, vel factum esse de eo, quod in ipsum conuertitur, vel conuersum est. *In vltimo post prædicamento. & 5. physi. T. c. 7.* Sed non potest vere dici, corpus Christi fieri, vel factum esse de substātia panis: ergo substantia panis non conuertitur in ipsum per mutationem.

Tertio Item mutatio accidens est, omne accidens vel est, vel natum est esse in subiecto: sed hæc conuersio non est, nec nata est esse in subiecto aliquo: quia tota substantia panis, in totā substantiam corporis conuertitur: ergo hęc conuersio non est mutatio.

In oppositum. CONTRA, inceptio rei, & defectio sunt mutationes: sed per istam conuersionem substantia panis desinit esse panis: ergo hæc conuersio est cum mutatione: sed nō cum alia mutatione, quàm ipsa sit: ergo est mutatio.

Item maior est mutatio rei, quæ conuertitur in aliud, secundum se totam, quàm rei, quæ conuertitur in aliud, secundum sui partem: sed in ista conuersione substantia panis conuertitur, secundum se totam: ergo ista conuersio est maxima mutatio.

CONCLVSIO.

Extenso mutationis nomine, conuersio hæc supernaturalis mutatio dici potest, ea inquam, quæ à subiecto fit in subiectum.

T. spon. c. 7. RESPONDEO, secundum philosophum, 5. physi. Tres sunt naturales mutationis, scilicet ex non subiecto in subiectum, scilicet, ex ente in potētia, in ens actu simpliciter, & hęc est generatio. Et ex ente in actu simpliciter in ens in potentia, quam dicit philosophus ex subiecto in non subiectum, & hęc est corruptio. Et ex subiecto in subiectum, idest ex ente in actu in ens actu, sub qua comprehenduntur alteratio, loci mutatio, diminutio, & augmentū, quod fit per conuersionem nutrimenti in corpus. *Sicut tres sunt naturales mutationes, sic etiā sunt tres supernaturales.* Sic dico, ꝙ extendendo nomen mutationis, tres sunt supernaturales mutationes. Vna de nullo modo realiter ente in ens, & hęc est creatio, cui conuenit ratio mutationis, eo modo, quod dictum est in li. 2. dist. prima, & hæc inter mutationes naturales, magis assimilatur generationi. Alia ex ente in nullo modo ens, & hæc dicitur conuersio, seu annihilatio, quæ inter naturales mutationes magis assimilatur corruptioni. Alia est ex ente in actu secundum se totum in aliud ens actu, sicut est cōuersio substantiæ panis in substantiam corporis Christi, quæ inter naturales mutationes, magis assimilatur mutationi, qua nutrimentum mutatur in corpus, quod nutrimentū conuertitur in corpus præexistens in actu, & desinit esse, quod erat ante. *Inter naturalem mutationem, & istam conuersionem.* In multis tamen differunt ipsæ duæ mutationes: quia per transitionem nutrimenti in corpus, plus est de sub̃a in corpore, quàm ante: sed per transitionem substantiæ panis in corpus Christi, non est in eo plus de sub̃a, nec plus de quantitate, quàm ante, nutrimentum etiam, & si desinat esse illud quod ante erat, quantum ad formam, remanet tamen quantum ad materiam, hoc enim regulariter est in omnibus mutationibus naturalibus, ꝙ aliquid manet commune vtrique termino mutationis, secundum opinionē quę ponit materiam esse de essentia substantiæ, q̃ generatur, nec eam esse aliquid conuertibile in ipsam, sub̃a autem panis post conuersionē non remanet, nec quantum ad formam, nec quantum ad materiam. Vnde in hac mutatione non manet aliquid vnum in numero commune vtrique termino mutationis, quamuis autem in hac mutatione terminus ad quem, q est corpus Christi non mutetur, tamen panis mutatur: Sicut enim dicit Greg. 5. Mor. inter medium, & fi. mutari ex alio ad aliud ire est. *Mutari secundū Gre.* In hac autem conuersione substantia panis ex vno ad aliud vadit: quia a sui natura recedit, per hoc quod conuertitur in corpus Christi.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ verbum philosophi non est intelligendum, nisi de mutationibus naturalibus, hæc autem mutatio non est naturalis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior intelligenda est de mutationibus naturalibus, & tamen habet adhuc instantiam, corpus enim nō potest vere dici fieri, vel factum esse de illo nutrimento, ꝙ in ipsum conuertitur: si aūt inuenias

uenias alicubi dictum, panis fit corpus Christi, vel corpus Christi fit, vel factum est de pane, vel illud quod fuit panis, est corpus Christi, exponas, quia tales locutiones virtute sermonis sunt falsae: quia omnes includunt aliquid commune vtrique extremo manere. Istae autem locutiones, panis conuertitur, vel mutatur, vel transubstantiatur, vel transit in corpus Christi, sunt concedendae, tanquam simpliciter vere: quia non notant remanere aliquid commune vtrique extremo: sed tantum ordinem termini ad terminum, & mutationē vnius in alium, & ideò vt placet aliquibus: quia haec praepositio de, non semper tenetur materialiter: sed aliquando ordinaliter, vt cū dicitur: de mane fit meridies, ideo hęc, de pane fit corpus Christi, distinguenda est: quia si ly de, teneatur ordinaliter vera est: sed hoc nō valet: quia corpus Christi nec fit de substantia panis, sicut de materia, neque etiam fit post substantiam panis, quae conuertitur in ipsum sicut meridies fit post mane, de quo dicitur fieri.

Ansel. I mo nologion. c. 8 de illa praepositio de.

Ad tertiū. Ad tertium dicēdum, ꝙ ista mutatio vltra terminum a quo, & terminum ad quem nō dicit aliquid reale absolutum, & ideo non oportet, ꝙ sit in alio, quàm in termino a quo, & praeterea si esset accidens Deus posset facere illud esse sine subiecto, ita vt dependeret à sola habitudine terminorū, & a virtute diuina.

QVAESTIO VI.

Vtrum haec mutatio sit mirabilior omnibus alijs mutationibus.

Arg. 1. D. Bon. li. 4 di. 10. p. 2. ar. 1. q. 1. 2 D. Tho. vbi sup. Ale. vbi su.

ET VIDETVR, ꝙ sic: illa mutatio, qua nihil mutatur est omnibus alijs mirabilior: sed haec est huiusmodi, hac enim non mutatur corpus Christi, nec substantia panis, vt videtur: quia nec localiter mouetur, nec alteratur, nec augmentatur, nec minuitur, nec generatur, nec corrūpitur: quia nec resoluitur in materiam, nec annihilatur, vt superius habitū est, ergo hęc mutatio est omnibus alijs mirabilior.

Secundo. Item haec mutatio mirabilior est filij Dei incarnatione, est enim ad credendum difficilior. Vnde & plures illam credunt, quàm istā: sed incarnatio est mirabilior creatione, vnde dicitur in sancta ecclesia, ꝙ Deus humanę substantiae dignitatem mirabiliter condidit, & mirabilius reformauit: ergo haec mutatio mirabilior est incarnatio & creatione.

In oppositū CONTRA, de consec. dist. 2. Reuera, & recitat Magister in littera pręcedentis dist. c. 4. per creationem, & filij Dei natiuitatem de Virgine probatur possibilitas conuersionis substantiae panis in corpus Christi: sed si ille non essent mirabiliores, ista probatio non valeret: ergo mirabilior est creatio: & etiam filij Dei incarnatio, quàm haec mutatio.

CONCLVSIO.

Mutationes nonnullas ista simpliciter fuisse mirabiliores fatendum est, quae tamen secundùm quid illis mirabilior est nuncupanda.

Respon. Regula ad noscendum inter mutationes mirabiliorem.

RESPONDEO, ꝙ illarum mutationum, quarum est aequalis mensura, illa simpliciter mirabilior est, in cuius termino a quo minus est de possibilitate ad terminū ad quē, creationis autem & incarnationis, & istius mutationis sunt mensurae aequales, quaelibet enim facta fuit in instanti, & in termino a quo creationis, qui terminus est non aliquid, non est aliqua possibilitas ad aliquid. Sicut enim dicit Auic. primo methaphysic. cap. 5. si proprietas fuerit aliquid, aliud de quo illa dicitur erit aliquid, in termino autem ad quem ipsius incarnationis, qui terminus fuit natura humana, fuit sola possibilitas obedientiae ad hoc, vt vniretur personae filij Dei, in substantia etiam panis est possibilitas obedientiae ad hoc, vt conuertatur in corpus Christi: sequitur ergo ꝙ creatio sit mirabilior, quàm incarnatio filij Dei, & quàm conuersio substantiae panis in corpus Christi: quia etiam in incarnatione terminus ad quem, scilicet persona filij Dei magis excedit naturam humanam, quā corpus Christi substantiam panis, minor fuit possbilitas in natura humana ad hoc, vt vniretur personae filij Dei, vt natura supposito, quàm in substantia panis ad hoc, vt conoertetur in corpus Christi, & ideo incarnatio simpliciter fuit mirabilior, quàm conuersio panis in corpus Christi, hęc tamen alijs duabus mirabilior est, secundum quid, inquantum, scilicet terminus ad quem, est aliquid praeexistens, quod per conuersionem substantiae panis in ipsum non augetur, nec aliquo modo mutatur.

Hoc mihi est dubium.

Ad primū. AD PRIMVM, in oppositum dicendū, ꝙ minor est falsa, in hac enim conuersione substantia panis mutatur, & duplici mutatione, secundum aliquos: & quia desinit esse illud, quod ante erat, & quia conuertitur in illud, in quod ante conuersa non erat: quarum prima quamuis non sit corruptio, tamen magis assimilatur corruptioni, & secunda quamuis non sit generatio, tamē magis assimilatur generationi.

Vel dicendum melius, quòd prima assimilatur expoliationi nutrimenti a sua forma, & secunda cōuersioni nutrimēti in corpus Christi: haec autem mutatio sub aliqua nominatarum in argumento non continetur, vnde argumentum procedit ab insufficienti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ difficultas credendi, non tantum contingit ex maiori mirabilitate rei creditae, quantum est ex parte sua: sed etiam ex indispositione credentis propter vsum, & consuetudinem contrariam, quod ēt dicitur reparatio hominis mirabilior, q̄ eius conditio, nō concludit incarnationem eē simplici-

pliciter mirabiliorem creatione: qa restauratio hoĩs etiam cum incarnatione ĩcludit creationem gratiæ, nom .n. homines, quantum ad efficaciam reformantur, in quorum animabus gratia non creatur.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur sex.

Primo vtrum hoc sacramentum posſit confici de alia materia, quàm de pane, & vino.

Secundo vtrum, de alio pane, q̃ de pane facto de farina tritica coagulata per naturalem aquam.

Tertio vtrum, de pane fermentato.

Quarto vtrum, sanguis possit cõfici de alio vino, quam de vite.

Quinto vtrum, de quolibet vino vitis.

Sexto, quid debet facere sacerdos, si postquam inciperet canonem missæ perpendat esse materiam indebitam ministratam.

QVAESTIO I.

Vtrum sacramentum Eucharistiæ posſit confici de alia materia, quàm de pane, & vino.

Arg. 1. D. Bon. li. 4 di. 11. p. 2. ar. 1 q. 1. D. Th. p. 3. q. 74. ar. 1. Sco li. 4. di. 11 q 6. Ale. p. 3 q. 10. m. 4. ar. 1. T. c. 25.

ET VIDETVR, ꝙ sic: qa materia huius sacramẽti debet significare corpus & sanguinem Christi, & in ea cõuerti: sed hæc magis conueniũt carni, & sanguini, q̃ pani & vino, sunt enim similiores corpori, & sanguini Christi, & sicut dicit philosophus 2. de generatione. Inter habẽtia symbolum facilior est transitus: ergo hoc sacramentum confici potest de carne, & sanguine.

Secundo. Gen. 14. Exo. 12. Item sicut hoc sacramentum præfiguratum fuit in lege naturæ per panem, & vinum, ita in lege scripta, in qua magis claruit veritas, fuit præfiguratum per esum agni paschalis, & libamentã sacrificiorum: ergo conuenientius hoc sacramentum confici potest de carnibus, & materia libamẽtorum, quàm de pane, & vino.

Tertio. Item quia Christus se comparat pani, ideò hoc sacramentum confici potest de pane: ergo a simili cum se cõparet grano, vt habetur Io. 12. confici potest de grano: sed granum non est panis: corpus ergo Christi confici potest de alia materia, quàm de pane: ergo a simili, sanguis de alia materia, quàm de vino.

In oppositum. CONTRARIVM dicit Magister in littera huius dist. c. 5.

Item de consecr. dist. 2. cap. primo, habetur idem.

Item habetur idem ea. distin. Non oportet, & ca. sequenti.

CONCLVSIO.

Pane, ac vino aptior inueniri materia, nequaquam potuit, qua & sacramentum tractaretur nitidiùs, & corpus Christi verum, ac mysticum signaretur expresſiùs.

Respon. Sacramẽtũ hoc nõ posse cõfici nisi de pane, vino, & aqua. RESPONDEO, ꝙ hoc sacramentum non potest confici de alia materia, quàm de pane, & vino: quia Christus hoc sacramentum de tali materia confecit, & conficiẽdum instituit, quod fuit congruum, & ꝑp sacramenti celebrationem, & significationem: hoc enim sacramentum debet celebrari valde mundè, & ideo congruum est ipsum celebrari in pane, & vino, quæ mundiùs possunt tractari, quàm caro & sanguis animalium, vel aliæ materiæ conuenientes ad vsum humanum. In hoc etiã sacramento significantur quinque. s. res contẽta, quæ est corpus Christi verum: & res nõ cõtenta, sed significata per corpus Christi verũ, scilicet corpus Christi mysticũ, & Christi passio, & suscipientis hoc sacramentum spiritualis refectio, & salus corporis, & animæ, sicut dixit Magister in littera, huius dist. cap. 5. Panis autem & vinum ratione suæ constitutiõis, conuenientissime repręsentant corpus Christi verum & mysticum: quia sicut panis constituitur ex pluribus granis, & vinum ex plurib. acinis, vel racemis confluit, sic corpus Christi verum constitutum est ex pluribus membris, & corpus eius mysticum ex pluribus personis. (Quinque in hoc sacramẽto repræsentari.) Ratione etiam suæ præparationis conuenientissime repræsentat Christi pasſionem: quia panis in clibano, igne coquitur, & vinum torculari exprimitur, sic aliquo modo a simili corpus Christi fuit igne pasſionis, quasi decoctum, & in cruce quasi in torculari fluxit sanguis de illo corpore: & quia tunc fuit sanguis a corpore diuisus, ideo in hoc sacramẽto corpus, & sanguis conficiuntur de materijs distĩctis, & distinctæ. Ratione etiam vsus panis, & vinum conuenientissime repræsentant spiritualem refectionem suscipientis hoc sacramẽtum, sicut enim dicitur in Glo. super illud, 1. ad Cor. 11. Hoc facite. Panis, prę cæteris cibis corpus reficit & sustentat, & vinum hominem lætificat. Vnde panis, & vinum efficacem cõstituunt corporis refectionem, quæ in cibo & potu cõsistit. Similiter spiritualis refectio animæ integratur ex potu per fidem ĩ intellectu, & spirituali delectatione per charitatẽ in affectu: & quia hæc refectio ordinatur ad salutem corporis & animæ, ideo ex consequenti panis, & vinum repræsentant vtrãque salutẽ. Vnde vt dicitur in Glo. vbi prius, & etiam recitatur in littera huius di. cap. 5. Caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra sumitur, & effusus est, sicut præfigurauit Moyses dicens. Caro pro corpore nostro offertur, sanguis vero pro anima, & hæc est alia ratio, quare sacramentum hoc in duplici materia celebratur. Leui. 17.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd cum ista conuersio fiat per virtutem diuinam, cui omnia posſibilia æqualiter sunt facilia, æque faciliter conuertuntur panis, & vinum in corpus Christi, & sanguinem, sicut

con

conuerterentur caro, & sanguis animalium.

Præterea panis, & vinum mundiùs possunt tractari, & plenius significant, quæ in hoc sacramento significanda sunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quia lex naturæ erat duratura, & lex scripta erat cessatura, ideo hoc sacramentum, quod est sacramentũ legis, cui non succedunt alia, magis debuit institui in materia, qua fuit præfiguratum in lege naturæ, quam in illa, quæ fuit præfiguratũ in lege scripta.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ de grano manente sub forma grani, non potest corpus Christi confici, sicut Magister dicit in littera huius distin. cap. 6. Neque etiam de farina nõ coagulata, de conse. di. 2. Sic in sanctificando, nec de pasta non cocta: qa in istis non saluatur ratio panis, nec enim ideo conficimus de pane: qa Christus se pani comparauit, vt ĩ articulo sup ponebas: sed quia de pane hoc sacramentum conficiendum instituit.

QVAESTIO II.

Vtrum hoc sacramentum possit confici de alio pane, quàm de pane facto de farina tritica coagulata per naturalem aquam.

Arg. 1. D. Bo. vbi sup. q. 4. D. Th. p. 3. q. 74. ar. 3. Sco. vbi su. Ale. vbi su. ET VIDETVR, ꝙ sic: nõ debemus distinguere, vbi Christus instituendo hoc sacramentum nõ distinxit. Sed Christus non distinxit, de quo pane: ergo corpus suum de quolibet pane potest confici.

Secundo. Item cum raro inueniatur panis de puro tritico, si non posset confici de alio, frequentissimè incertus esset sacerdos vtrum conficeret, vel non: quod est inconueniens.

Tertio. Item Christus non distinxit cum quo liquore panis ille deberet coagulari: ergo potest confici de pane, quocunque liquore coagulatus fuit.

In oppositũ. CONTRA, Magister in littera, huius distin. cap. 6. dicit, ꝙ non potest confici, nisi de pane de frumento.

Item idem habetur de consec. dist. 2. In sacramento.

CONCLVSIO.

Quia Christus in tali pane ex aqua naturali facto corpus suum confecit, & conficiendum instituit, solique frumenti grano, ac vitis ligno se comparauit: in alio, quàm in hoc conficiendum non est.

RESPONDEO, quòd corpus Christi non potest confici de alio pane, quàm de pane triticeo coagulato per naturalem aquam: quia Christus de tali pane, & non de alio, corpus suum confecit, & conficiendum instituit, quod patet: quia panis de fermento anthonomasice panis dicitur. Vnde cum dicitur, ꝙ Christus accepit panem, de pane triticeo dẽt intelligi: cui concordat: quia Christus grano triticeo se comparauit. Vnde Aug. in Gl. super illud Ioan. 12. Nisi granum frumenti: cum sint multa grana seminum, nulli se comparat, nisi frumento: vnde mos cępit Ecclesiæ de hoc solo grano confici corpus Domini, magis autem fuit congruum ipsum institue re confici de tali pane, quàm de alio: qa inter grana conuenientia refectioni humanæ, granum frumenti est dignius, vtilius, & communius. Quia etiam aqua est de compositione panis, & panis de quo Christus corpus suum cõfecit, coagulatus fuit aqua naturali, ideo de pane coagulato aqua artificiali, seu quocunq; alio liquore, quàm sit aqua naturalis, non potest confici corpus Christi.

AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ facto distinxit in hoc, ꝙ de tali pane confecit, & verbo in hoc, ꝙ se grano tritici comparauit. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ admixtio extranei grani, potest intelligi tripliciter: Vno modo in tanta abundantia, ꝙ trahat illud, qđ ibi est de tritico ad suam naturam. Alio modo in tali quantitate proportionis, ꝙ ex illis constituatur per alterationem species media: alio modo in ita parua quantitate, ꝙ trahatur ad naturam triticeam. De pane facto ex granis tritici, & alijs granis admixtis primo, & secundo modo, non potest confici corpus Christi: qa talis panis nõ est eiusdem speciei cum illo pane, de quo Christus confecit: talis autem admixtio aliquo modo per accidentia potest cognosci: sed de pane facto ex granis tritici, & alijs granis admixtis, modo tertio potest confici: quia talis panis remanet in eadem specie cum illo pane, de quo Christus confecit. *Ad secundum. Optima doctrina.*

Si autem quæras vtrum de spelta possit corpus Christi confici: dicunt aliqui, ꝙ sic: quia spelta non differt a tritico, nisi accidentibus: sed alijs videtur, ꝙ non: ex tritico nunquam generatur spelta, nisi fortè, quandoque per degenerationem, propter materiam terræ: sed si spelta esset eiusdem speciei cum tritico, posset ex tritico nasci. *An de spelta. Vt Sco. q. vltima.*

Ad tertium dicendum, ꝙ facto distinxit, nec oportebat alio modo distinguere: quia cõmunis panis, non nisi de naturali aqua coagulatur. *Ad tertium.*

QVAESTIO III.

Vtrum hoc sacramentum possit confici de pane fermentato.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. di. 11. p. 2. ar. 2. q. 1. D. Tho. vbi sup ar. 4. Sco. vbi su. Ale. vbi su. ET VIDETVR, ꝙ nõ: quia Christus confecit de pane azimo, vt enim habetur Matth. 26. Dominus confecit prima die azimorum: sed tunc in domibus Iudæorum non inueniebatur fermentum: vt habetur Exo. 12. Cum ergo non possit corpus Christi confici, nisi de pane, de quo confecit ipse Christus, videtur, ꝙ non possit confici, nisi de azimo.

Item

Secundo. Item de illo pane, de cuius confectione est aliquid prohibitum offerri Domino, non potest confici corpus Christi: sed vt habetur Leui. 2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiat: ergo videtur ꝙ corpus Christi nō posit confici de pane fermentato.

In oppositũ. CONTRA, Græci de pane fermentato conficiunt: sed ecclesia non negat quin conficiant corpus Christi: ergo de pane fermentato potest confici.

CONCLVSIO.

Cum Christus in azymo confecerit, quicquid græci sentiant, latinorum ritus sic conficiendi congruentior idcircò perhibetur.

Respon. Primum. Exo. 12. Numeri 28. AD ISTAM quæstionē dicunt Græci, ꝙ de pane fermentato, tantum potest cōfici corpus Christi: quia vt ipsi dicunt Christus passus est luna 14. vt legis impleretur figura, quę 14. luna primi mensis agnum paschalem iusserat immolari, quod Christus prænoscens in pręcedēte vesperę anticipauit agnum paschalem comedere, & tunc licitè poterat comedi fermentatum, & ideo dicunt Christum de pane fermentato confecisse, errorem suum multipliciter colorare nitentes. Vno modo sic. Io. 13. legitur: Christum illam cœnam, in qua hoc sacramentum instituit fecisse cum Discipulis suis ante diem festum Paschę. Sed dies festus paschę fuit dies in qua fuit luna 14. in eius vespera immolabatur paschalis agnus.

Secundo. Item Io. 18. dicitur de Iudæis, qui duxerũt Christum ad Pilatum, ꝙ non introierunt in pretorium: vt non contaminarentur: sed mã ducarent pascha: sed pascha erat agnus paschalis, qui comedebatur 14. luna.

Tertio. Item Luc. 23 dicitur, quòd in die qua Christus crucifixus est, mulieres parauerunt aromata, quod eis secundum legem non licuisset in die festo.

Quarto. Item dicitur Matth. 26. quòd seniores populi disposuerunt Christum occidere, non in die festo: sed dies festus fuit 15. luna.

Quinto. Item sub Leone papa ecclesia conficiebat de fermentato.

In oppositũ. SED contra, Matth. 26. Primo dies azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha.

Item Marci 14. Primo die azimorum quando pascha immolabatur, dicunt ei discipuli. Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces pascha.

Item Lu. 22. Venit dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha: misit Petrum, & Io. dicens. Euntes parate nobis pascha vt manducemus. Ex qbus tribus Euangelistis clarè patet, ꝙ Chr̄s comedit agnum paschalem. 14. luna ad vesperũ, & luna 15. qua fuit solēnitas azimorum crucifixus fuerit, secundum illud Numerorum 28. mense primo. 14. die mensis pascha Domini erit & 15. die solēnitas. Cum ergo secundum legem 14. luna ad vesperum nō debeat inueniri fermentatum in domibus iudæorum, sequitur, ꝙ Christus non confecit de pane fermentato: sed de azimo: quia Christus post illam cœnam confecit, in qua agnũ paschalem comedit.

DICENDVM ergo ad quæstionem, ꝙ corpus Christi confici potest de pane fermentato. Vnde græci vere conficiunt corpus Christi. Vnde Ansel. in epistola de azimo, parum post principium de sacrificio, de quo græci nobiscum non consentiunt multis rationibus catholicis videtur: quia quod agunt, non est contra fidem christianam, cum enim legitur de Christo, quando corpus suum de pane cōfecit: quia accepit panem, & benedixit, non additur azimum, vel fermentatum: & insuper non dixerunt azimus, & fermentatus substantialiter, grauiter tamen peccant conficientes de fermentato, eo ꝙ Christus de azimo confecit. Et quia Petrus Christi vicarius sic conficiēdum ecclesiæ tradidit, & sancta Romana Ecclesia sic obseruat, & præcepit obseruari. Magis enim congruum fuit hoc sacramentum de azimo confici, quàm de fermentato: quia sicut dicit Ansel. in epistola de azimo. Cęna in qua hoc factum est, hoc exigebat: quia in eã non debebat esse panis fermentatus, secundũ legem.

Pręterea, sicut dicit Inn. de officio missæ, par. 3. cap. 4. Fermentum corruptionem significat, testante Apostolo, qui ait. Modicũ fermenti totam massam corrumpit: vt ergo nihil corruptum siue corrumpens: sed totum sincerum, atque sincerans in hoc esse sacramẽto monstraretur, non fermentatum, sed azimũ consecramus. 1. Cor. 5.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ quamuis Christus confecerit de azimo, tamen confici potest de fermentato: quia eiusdem speciei sunt panis fermẽtatus & azimus: quamuis conuenientius sit confici de azimo, & ratione facti, & ratione mysterij, vt dicit Inno. de officio missę. par. 5. c. 4.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non plus concludit, nisi ꝙ conuenientius fuit ordinare cōfici de azimo, quàm de fermentato, & hoc verum est.

Ad aliam partem. Argumentum ad partem aliam, non plus concludit, nisi ꝙ si sacerdos consecret panem fermentatum, quod vere conuertitur in corpus Christi, & hoc est verum: sed ex hoc non sequitur, ꝙ liceat nobis de fermentato conficere, propter rationes dictas in corpore quæstionis. Quia autem græci negant posse confici de azimo, in quo errant contra christianam fidem, ideo soluenda sunt argumenta, quibus hoc probare conantur. Ad argum. græcorum.

Ad primũ. Pascha. 5. modis secundum Inno. summi. AD PRIMVM dicendum, ꝙ pascha 5. modis potest accipi, secundum sententiam Inno. de officio missæ, cap. præalle. Vno modo pro solennitate diei azimorum, quæ erat 15. luna

luna. Alio modo pro panibus azimis. Tertio modo, pro die in cuius festo immolabatur agnus. Lu. 22. Appropinquabat dies festus azimorum, in qua necesse erat occidi pascha. Quarto modo pro agno qui immolabatur eo. cap. Venit dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha. Quinto modo pro hora immolationis agni. Matt. 26. Scitis, quia post biduũ pascha fiet. Primo modo accipitur cum dicitur in Io. ante diem festum paschę, & secundo modo cum dicitur, non introierunt in prętorium, vt non contaminarentur: sed manducarent pascha. Et sic solutum est primum, & secundum.

Ad primũ, secundum. Ad tertium dicendum, ꝙ ille mulieres, q̃a audierant Christum moriturum, aromata ante præparauerant: vt patet per illud, quod dicitur Matth. 26. de Magdalena, mittẽs hoc vnguẽtum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit, & Io. 12. Sinite illam, vt in die sepulturæ meæ seruet illud, post Christi autem crucifixionem vnguentum quod prius inceperat cõsummauit, & sic intelligendum est, quod dicit Lucas, ꝙ reuertentes præparauerunt aromata & vnguenta: nec sic consumando peccauerũt: quia non erant sub littera, sed sub gratia.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, ꝙ sicut dicit Inn. in cap. supradicto. Dispositio sacerdotum dispositioni Dei præualere nõ potuit, qui dispo suerat, vt verus agnus in diebus immolaretur paschalibus. Et sicut typicus agnus, 14. luna mensis primi, a iudæis comedebatur in nocte: ita verum agnum eadem hora discipuli comederunt.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis tempore Leonis papæ, propter hæreticos Ebyonitas, qui dicebant legalia debere seruari cũ euãgelio, & in azimo conficiendum, propter pręceptum legis: Ecclesia de consilio Spiritussancti, instituerit ad tempus conficiendum in fermentato, parum facit pro græcis, in principio enim tota ecclesia cõfecit in azimo, & supradicta hæresi extreminata ecclesia Occidentalis redijt ad ritum pristinum: Orientalis autem non.

QVAESTIO IIII.

Arg. 1. Vide Doct. vbi sup.

Vtrum sanguis posit confici de alio vino, quàm de vite.

CONCLVSIO.

Haud quidem, quia Christus in vitis vino confecit, quia se viti comparauit, quia vinum hoc sanguinis significationi conuenientius est.

Respon. RESPONDEO, ꝙ non: quia Christus de tali vino, & non de alio confecit, & conficiendum instituit, quod probatur per hoc, q̃d hora cœnæ dixit, vt habetur Matth. 26. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud vobiscum bibam in regno patris mei, & Lu. 22. Non bibam de generatione vitis huius, donec veniat regnum Dei, & Io. 15. se comparat viti. Congruentius etiam fuit hoc sacramẽtum institui in vino, de vite, quàm de alio: quia est vinũ laudabilius, & pro humana refectione efficacius, & conuenientius, & magis conuenit sacramenti significationi, quàm aliud vinum, immo neque alius liquor dici potest vinum, nisi secundum quid.

QVAESTIO V.

Vtrum sanguis Christi posit confici de quolibet vino vitis.

Arg. 1. Vide vbi su. ET VIDETVR, ꝙ non: quia nõ oĩa vina sunt eiusdem speciei, quod ꝓbari posse, videtur per accidentia, & effectus, quæ sunt diuersarum specierum: sed Christus confecit de vino vnius speciei: ergo non potest confici de quolibet vino vitis.

Secundo. Item non potest confici de agresta, vt communiter tenetur, agresta autem est vinum de vite: non enim videtur differre a vino, nisi sicut incompletum a completo, quæ differentia non diuersificat speciem: ergo non potest confici de quolibet vino vitis.

Tertio. Item racemi mutari intra se continent verũ vinum, & tamen sanguis Christi non potest cõfici de vua. Vnde de conse. di. 2. Didicimus: perhibetur sacerdos coniungere vuas in sacrificio oblationis: ergo non potest confici de quolibet vino vitis.

In oppositum. CONTRA, Inno. de officio missę. par. 3. cap. 24. Siue vinum nouum, quod dicitur mustum, siue acidum, quod appellatur acetum, in sacrificium offeratur, sacramentum efficitur, & diuinitus consecratur: sed acetum est vinum corruptum: ergo multò fortiùs confici potest de quolibet alio vino vitis.

Item eodem c. immediatè ante verba prædicta. Vitium vini non maculat munditiam sacramenti: ergo sanguis confici potest, de quolibet vino vitis quantumcunque vitioso.

CONCLVSIO.

In quouis vitis vino confici potest, dummodo saluetur in eo forma vini.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sicut de quolibet pane facto de farina triticea, & naturali aqua potest confici corpus Christi, nisi panis deuenerit ad tantam corruptionem, ꝙ nõ remaneat in specie panis, sic de quolibet vino vitis, in quo saluatur forma vini, potest confici sanguis Christi, q̃a non est vinum, nisi vbi saluatur forma vini: ideo simpliciter concedendum est sanguinem Christi posse confici de quolibet vino vitis.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositũ dicẽdũ, ꝙ oĩa vitis vina, sunt eiusdẽ spẽi, differẽtia.n. eorum, q̃tũ ad subtilitatẽ, & grossitiẽ, rubedinẽ, & albedinẽ nõ variat speciẽ. Si aũt q̃dã vina hẽant quosdã effectus in corpore spẽ differentes, vtpote, quia quædam sunt diuretica, seu laxatiua, alia non, hoc multum prouenit ex natura

In qualibet specie vini posse confici.

terræ,

terræ, & influentia cęlesti, quod patet: quia illæ vineæ transplantatæ in alia regione ꝑ ꝓcessum temporis producunt vina, non habentia illos effectus.

Ad secundum. *In agresta non posse cōfici.* Ad scđm dicendum, ꝙ agresta non est in specie vini, quod patet: quia vinum naturale est calidum effectiue, agresta autem frigida, nec differt a vino, sicut incompletum a cōpleto in eadem specie: sed sicut sanguis differt a carne, quem constat non esse in eadem spē cū carne: sed sicut per complementum digestionis conuertitur in carnem, sic agresta per complementum digestionis in vua conuertitur in vinum.

Ad tertiū. Ad tertiū dicendū, ꝙ aliq̄ dicunt, ꝙ si vua matura consecraretur, ꝙ vere humor contentus in illis folliculis conuerteretur in sanguinem: sed tamen hoc non debet fieri: quia qui sic faceret, grauiter peccaret: quia quādiu cōtinetur vinum in folliculis non est sub specie potabili, sed esibili: sanguis autem Christi debet confici de vino existēte sub specie potabili. Et præterea vino sic se habenti aqua misceri non posset, & sic exponunt allegatum decretum.

Alia solutio quæ tenetur ab omnibus Alij dicunt ꝓbabilius, ꝙ vinum non expſsum de vua, non potest conuerti in sanguinē, per mysterium sacerdotis. Vnde eodem decreto dicitur: vuas seorsum benedictas populus qui petierit accipiat, vbi gl. Benedictas benedictione vulgari, nō illa spāli appropriata Eucharistię. Et c. seq. qđ de expſſo botro. i. de vua rū granis, populus cōicat, valde est oīno cōfusum: sed si necesse fuerit botrus in calice cōprimatur. Christus ēt nō cōfecit suum sanguinē, nisi de vino exeunti sub specie potabili, quod patet per hoc, quod dixit Discipulis. Bibite, ex eo omnes.

Ad aliam partem. Ad Primvm, argumentū ad partē aliā, dīīt aliq̄, ꝙ potest confici de aceto: cuius opinionis fuit dominus Innocen.

Alij dicunt, quòd non.

Mihi aūt videtur distinguendū: q̄a acetū potest accipi pro vino vergente ad acidam qualitatē manēte adhuc forma sub̄ali vini, de tali pōt cōfici, vt verbū domini Inn. ita intelligit.

Quando in aceto potest confici, & quādo non. T. c. 14. Alio mō completo aceto, & de tali nō pōt cōfici: q̄a tale acetum nō est sub spē vini, sicut nec hō mortuus in spē hoīs, qđ patet ex duobus: q̄a oē vere vinū effectiue calidum est, cōpletum autem acetum effectiue frigidum.

Præterea, sicut dicit phil. 8. Me. Si ex mortuo fiat iterū aīal: ī materiā oporteret primo redire, deinde fit aīal, & si ex aceto dēt fieri vinū, oportet primo redire ī aquā, & deinde fit vinū, hoc aūt verū nō esset, si acetū esset ī spē vini, & iterū phil. ante verba ꝓdicta, dicit, ꝙ acetū fit de vino ꝑ viā corruptionis, & sicut nox fit de die, & sicut mortuus ex viuēte, ī quo satis dat intelligere illā nō esse eiusdē speciei.

Ad scđm dicēdū, ꝙ ibi Inn. nō loq̄tur de vitiositate nō corrūpēte speciē. Vnde q̄a ī musto saluatur spēs vini, iō de ipso pōt cōfici, tñ sic dicit Inno. eo. c. ante verba prędicta. Diligenti studio vinum optimum quærendum est: vt in sacrificium offeratur.

QVAESTIO VI.

Ar. 1. Sco. di. 4. q. 8. q. 3.

Vtrum sacerdos perpendens postquam incœpit canonem missæ, materiam indebitam esse ministratam, debeat aliam hostiam accipere, & eam consecrare.

CONCLVSIO.

Quid in casu, tàm graui prouidenter, & maturè opus est facto ostenditur.

Respon. *Casus notabilis.* Respondeo, ꝙ si ꝑpēdat hostiā esse indebitā, aut hoc ꝑpendit ante cōsecrationē, & tunc debet accipe hostiā debitā, & canonē a capite inchoare, aut post cōsecrationē ante sūptionē, & ante vini cōsecrationē, tūc debet accipere aliā hostiā, & īcipere canonē a capite, & illā cōsecrare, & alia hostia dēt reuerēter seruari, aut a clericis sumi, aut a sacerdote, post corꝑis & sāguinis sumptionē, nō ante, q̄a post eius susceptionē ieiunus nō esset. Si aūt ꝑpendit post sumptionem illius hostię, & ēt sanguinis nō dēt illa die aliā hostiā cōsecrare: q̄a ieiunus nō est, & vt dr̄ de cōse. di. 2. Relatū, quotiens sacerdos celebrat, totiens participationis corꝑis, & sanguinis Christi participē se ꝑbeat: sed debet de sua negligentia pęnitere, & cōfiteri. Si aūt perpēdit ante sumptionē sāguinis, videtur aliquibus, ꝙ sanguinē nō debet sumere: q̄a ieiunus nō est: sed sanguis reseruari debet, aut alicui ieiuno dari.

Quæ fere tur Sco. in co alleg.

Alijs aūt vr̄ contrariū: quia hic est casus necessarius, in casu aūt necessitatis, nō ieiunus, pōt cōicare. Si aūt perpēdat in calice nō ministratā esse debitā materiā, aut hoc perpendit ante consecrationē panis, aut post, aut aū ꝓlationē verborū, q̄bus consecrandū est vinū, aut post prolationem eorum, ante corporis sumptionem, aut post omnia prædicta.

Primo modo debet ministrare debitā materiā, & īcipere canonē a capite: si aūt nō posset hr̄e debitā materiā, nō debet vlterius procedere: q̄a vt dr̄ de cōse. di. 2. Cōperimus, aut ītegra sacra participant. s. cōficiētes, aut ab ītegris arceātur: q̄a diuisio vnius, eiusdēq; misterij, sine grandi sacrilegio non potest peruenire.

Si argu scandalum erit si populus percipiat illum secundo conficere Dic secundū Sco. vbi supra.

Secundo modo debet materiā debitā accipere si pōt hr̄i, alia sublata: sed nō credo, ꝙ debeat canonē a capite reincipere: q̄a iā cōsecratio panis ꝑcessit: sed dēt incipere a verbo īmediatē sequēte panis cōsecrationē, si aūt haberi non pōt materia debita, nō propter hoc debet omittere corporis sumptionē, contritus tñ cum proposito confitendi de sua negligentia.

Tertio mō debet accipere materiā debitam alia reuerēter in aliquo vase reportata, & reincipere ab illo loco. Simili mō posteaq̄, &c. & peragere misteriū, usq; ad finem, & tutū est, ꝙ post sumptionē corꝑis, & sanguinis aliā matę

riam

tiam sumat antequam accipiat vinum, quod accipitur post sanguinis sumptionem.

Quarto modo debet accipere debitā materiā, & recipere ab illo verbo, Simili mō: nisi ante sumpserit illam indebitam materiam in calice ministratam.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur sex.

Primo vtrum sit aqua vino apponenda.

Secūdo vtrū minus debeat apponi de aquæ quam de vino.

Tertio vtrum illa aqua simul cum vino conuertatur in sanguinem.

Quarto vtrum si vinum sine aqua consecraretur, conuerteretur in sanguinem.

Quinto vtrum commixtū ex aqua, & vino conuerteretur in sanguinem.

Sexto vtrum, si sacerdos sciret aquam fuisse positam in dolio, vel barillo, seu poto ex quo accipitur vinum consecrandum, teneretur apponere aliam aquam.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum aqua sit vino apponenda.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. d. 11. p. 2. ar. 1. q. 3. D. Th. p. 3. q. 74. ar. 6. Sco. li. 4. di. 11. in fi. Ale. p. 4. q. 10. m. 4. ar. 1. Secūdo. In oppositum.

ET VIDETVR, ꝙ non: qa non legimus dominum apposuisse aquam.

Item cum pane, cum quo cōsecratur corpus Christi, non est miscēda alia materia: ergo a simili, nec cū vino de quo consecratur sanguis.

CONTRA, extra: de celebra. missar. c. vlt. habetur, ꝙ aqua est apponenda.

Item de consec. dist. 2. c. 1. Et 4. capitulis sequentibus, & c. Cum omne, idem expresse habetur.

CONCLVSIO.

Quia sacramentum hoc in vino aqua permixto à Christo institutum creditur: quia sanguis, & aqua de latere eius in passione sua profluxisse legitur, quia vnio populi ad ipsum ostenditur, vino aqua miscenda decernitur.

Responsio.

RESPONDEO, ꝙ sicut dicunt iura prēallegata, aqua vino est apponenda, pp imitationem facti Christi, & obseruationem consuetudinis, & prēcepti ecclesiastici, & significationem mysterij. Sicut enim dicit Dama. li. 4. c. 5. Christus calicem accipiēs ex vino, & aqua tradidit eis, s. Discipulis di. Bibite ex hoc oēs, hic est sanguis meus, &c. dicit ēt Magister ī littera huius di. c. 6. Christus vinū aqua mixtū, dedit discipulis, quod ex tribus probabiliter probatur. Vnum est: quia hoībus tēperatis in illa terra erat consuetudo apponere aquam in vino, pp fortitudinē vini. Aliud, qa de latere suo cum vero Christi sanguine vera aqua emanauit: aliud: qa Petrus Christi vicarius, q præsens fuit, istum ritū seruauit, & ecclesiæ tradidit. Sancta etiam Rom. Ecclesia, q̄ voce dñi, & saluatoris nr̄i Iesu Chri primatū obtinuit: vt hr̄ decretorū, di. 21. Quāuis, & q̄ magistra est omnium ecclesiarū: vt hr̄ e. di. Deniq; hāc cōsuetudinē obseruat, & obseruare pcipit, hoc etiā cōuenit significationi mysterij. Et qa sic dr̄ de cōse. di. 2. Cū oē. Cū in calice vino aqua miscētur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit copulatur, & iūgitur: idest copulanda, & iūgenda signatur per fidē, & dignam sacramenti susceptionem: qa scd̄m quod dr̄ in eodem decreto, ante verba allegata. Videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Idē recitat Magister in littera, huius dist. c. pen.

Ex trib. probabiliter cōstat Christum vinum aqua mixtū discipulis dedisse.

Ad primū.

AD PRIMVM dicendū, ꝙ Dominus apposuit aquam, non tamen tanquam de sacramenti necessitate: sed congruitate.

Ad secundum.

Ad scd̄m dicendū, ꝙ significatio mysterij, non exigit, vt aliud granum admisceatur cum frumento, sicut exigit, vt aqua apponat vino.

QVAESTIO II.

Vtrum in confectione sanguinis, minus debeat apponi de aqua, quàm de vino.

D. Tho. vbi sup. ar. 8. Ale. vbi su.

CONCLVSIO.

Tanta apponatur, vt eam vinū trahere queat ad naturam sui, nec illa vini speciem soluat.

Respon.

RESPONDEO, ꝙ sic, tm̄ .n. debet apponi de aqua, & vino, ꝙ aqua possit trahi ad naturam vini, populus .n. trahendus est ad Chr̄m, & ideo multum sunt illi repræhensibiles, q plus ponūt de aqua, quàm de vino, est. n. perniciosus abusus, extra de celebratione missarum. Perniciosus. Alij etiam repræhendūtur, q pannū lineū, musto intinctum, per totum annum seruant, & in tempore sacrificij, aliquam partem eius lauant, & sic offerunt, de consecr. di. 2. cum omne.

QVAESTIO III.

Vtrum illa aqua simul cum vino conuertatur in sanguinem.

D. Bon. vbi sup. D. Th. p. 3. q. 75. ar. 2. Sco. vbi su.

CONCLVSIO.

Aqua ante consecrationem in vinum conuersa, vnà cum vino in sanguinem conuertitur.

Respon.

RESPONDEO, ꝙ illa aqua, aut ante consecrationem sanguinis est conuersa in vinū, & sic dico, ꝙ totū conuertitur in sanguinem: aut adhuc non est in vinū conuersa, & sic dico, ꝙ non conuertitur in sanguinem, non .n. conuerti potest in sanguinem, nisi prius conuertatur in vinū, & ideo debet aqua apponi in tali proportione, ꝙ probabili sit ipsam esse cōuersam in vinum, ātequā vinum consecretur.

Memoratu dignum.

QVAESTIO IIII.

Vtrum si vinum sine aqua consecraretur, conuerteretur in sanguinem.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. D. Th. p. 3. q. 74. ar. 7. Sco vbi su. Ale. vbi su.

ET VIDETVR, quòd non: de consecra. distinct. 2. Sicut in sanctificando: & Magister in littera, huius dis. c. 6. Calix Domini non est aqua sola & vinum solum, nisi vtrumque misceatur, quomodo neque corpus Domini potest esse

farina

farina sola, nisi vtrunq; adunatũ fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum.

Item Christus, aut aquam posuit: aut non: si non, nec apponere debemus: si sic, ergo sine aqua non potest vinum conuerti in sanguinẽ, sicut nec alius panis a tritico in corpus: quia de tritico confecit.

Sed contrarium habetur a Magistro in littera, huius di. c. penul.

CONCLVSIO.

Vtique, cum aquæ appositio non sit de necessitate sacramenti, etsi sit de necessitate ministri.

Respon. RESPONDEO, ꝙ si sacerdos consecret vinum sine aqua, vere conuertitur in sanguinẽ, nam in Græcorum ecclesia dicitur aquam nõ apponere sacramento, vt dicit dominus Inno. de offi. miss. par. 3. c. 26. & tamen ecclesia ipsos non negat conficere sanguinem Christi. Ille tamen vehementer est corripiendus, & grauiter, qui sine aqua conficit, propter rationes dictas in illa quæstione. Vtrũ aqua apponenda sit vino. Nec est intelligendum vinum conuerti in sanguinem, inquantum dicit, quid confusum ex. 4. humoribus: sed inquantum dicit humorem, qui est vnus de 4. Alij aũt per concomitantiam ibi sunt. Vnde extra, de cele. miss. In quadam, dicitur, ꝙ Io. Euangelista expræssit ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: aqua ergo quę fluxit de latere Christi fuit aqua simpliciter. Vnum. s. de 4. elementis, & sanguis fuit vnus ex 4. humoribus, ex quo arguimus, non nisi humorem sanguineum in vinum conuerti, & non nisi aquam naturalem vino debere apponi. Si tamen alia apponerentur, quamuis grauiter peccaret apponens, nõ tamen propter hoc esset irritum sacramẽtum, cum sine cuiuscunque aquæ appositione vinũ consecratum conuertatur in sanguinem, vt superius in eadem quæstione dictum est.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ cum dicitur. Calix domini non est aqua sola, aut vinum solum: glosandum est sic. i. non debet: quia vt dicit dominus Inno. c. pręallegato, non dicitur posse fieri, qđ de iure nõ fit.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ Christus aquã apposuit, non tñ de sacramenti necessitate, sed congruitate: de pane autem triticeo, sic confecit, ꝙ alio modo non posse confici sacramentum instituit.

QVÆSTIO V.

D. Th. p. 3. q. 74. ar. 8. Ale. vbi su.

Vtrum commixtum æqualiter ex aqua & vino conuertatur in sanguinem.

CONCLVSIO.

Conuertitur quidem, nisi ea sit aquæ quantitas qua vini speciem soluat.

Respon. Hanc materiam agnosce ex primo, & secũdo de generatione. RESPONDEO, ꝙ æqualis commixtio ex aqua & vino, dupliciter potest fieri, aut secundũ mixtorũ æqualem quãtitatẽ molis, aut secundum æqualem proportionem virtutis. Primo modo, aqua nõ solueret speciẽ vini; magis. n. est vinum actiuũ, q̃ aqua, nec generaret natura tertia ex duobus, nec cito posset vinũ aquam conuertere in suam naturam: quamuis satis cito alteraret se in excellentijs suarũ qualitatum accidentalium: & sic dico, ꝙ per formam consecrationis vini, sola substantia vini transubstantiaretur in sanguinem.

Secundo modo, generaretur ex duobus natura tertia, quæ non esset vinum, nec aqua: sed non statim, operationes. n. naturæ non sunt in instanti, quãuis earum termini in instanti sint; & ideo ita cito posset sacerdos conficere post talem vini, & aquæ positionem, ꝙ illud, quod fuit ibi vinum cum adhuc nõ esset transmutatum ad compositionẽ naturę tertię conuerteretur in sanguinem. Si tamẽ antequã sacerdos proferret verba consecrationis esset ex illis duobus, natura tertia constituta, ex illa nõ posset confici sanguis Christi: quia spẽs componẽtium, ex quibus per essentiã constituitur vnũ incomposito non remanet secundum suas essentias, nisi forte valde diminutæ, vel secundũ quid, quod dico propter opinionem illorum, qui dicunt eas manere incompletas.

QVÆSTIO VI.

D. Bo. 4. di. 11. p. . du. 4. Ale. vbi s.

Vtrum si sacerdos sciret aquam fuisse positã in dolio siue barillo, vel poto, de quo accipitur vinum consecrandum, tenetur aliam aquam apponere.

CONCLVSIO.

Altera apponi debet cũ illa ordinem tollat, vnionisque significationem non habeat.

RESPONDEO, ꝙ sic, aqua. n. primo apposita vino non apponitur ad significandum illud quod significat appositio aquæ cum vino offerendo. Vnde prius debet vinum in calicem poni, & sic vino iam deputato ad offerendum per sui positionem in calice, & intentionem sacerdotis debet aqua apponi. *Respon.*

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur sex.

Primo vtrum Christus in cœna corpus suũ sub sacramento susceperit.

Secundo vtrum corpus suum sub sacramento Iudæ dederit.

Tertio vtrum ei dederit, quando dedit ei panem intinctum.

Quarto vtrũ corpus suũ passibile dederit.

Quinto vtrum hostia intincta sanguine debeat populo dari.

Sexto vtrum sacramentum Eucharistiæ sub vtraque specie debeat populo ministrari.

QVÆSTIO I.

Ar. 1. D. Th. p. 3. q. 81. ar. 1. Alex. p. 4. q. 11. m. 1. ar. 1.

Vtrum Christus in cęna corpus suum sub sacramento sumpserit.

ET VIDETVR, quòd non: quia non potuit ipsum sumere sacramentaliter, cum enim aĩa eius esset beata, clarè corpus suũ sub sacro videbat: neq; spũaliter, quia in ipso gratia augeri

non

non poterat:cum ergo non sit alius modus mã ducandi corpus Christi sub sacramento:videtur,ꝙ nullo modo corpus suum sumpserit.

Secundo. Item idem non potest manducare seipsum, quod verum nõ esset si Christus sub sacramento corpus suum sumere potuisset.

In opposi- tum. CONTRA,glos.super illud Leuit.8.De sanguine arietis, Christus sanguinem accepit in cœna, deinde discipulis dedit: ergo a simili, sumpsit corpus: sub vtraque enim specie, vt superius dictum est,totus est Christus.

CONCLVSIO.

Semet sumpsit,non vt aliquem effectum consequeretur per sacramentum, sed vt alijs sumendi præberet exemplum.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ Christus in cęna corpus suum sub sacramento sumpsit. Vnde gl.super illud Ruth 3. Cum comedisset,& bibisset, dicit de Christo,ꝙ pueri cõicauerunt corpori,& sanguini,& ipse participauit eisdem:hoc autẽ fecit non vt aliquem effectum cõsequeretur per sacramentum: sed vt alijs exemplum daret sumendi,de qua comestione facti sunt versus:

Versus. *Rex sedet in cœna cinctus turba duodena,*
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ accipiendo sumere sacramentaliter pro sumere sacrm,& rem sub eo contentam, sic sacrãliter sumpsit corpus suum. Si autem accipiatur sumere sacramentaliter pro sumere sacramentum,& rem contentam cum quadam manducatione intellectus ad cognoscendum per sacramentum rem contẽtam sub sacramento,sic corpus suum non sumpsit sacramentaliter.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ idem nõ potest manducare seipsum per seipsum,& primo, ita ꝙ manducatum, & manducans habeant eundem modum essendi: Christus aũt manducauit corpus suum mediante manducatione speciei continentis, & ipsum vt mãducatum aliũ modum habuit essendi,quam manducans.

QVAESTIO II.

Vtrum Christus in cęna corpus suum sub sacramento Iudæ dederit.

Arg. 1. D Bo.lib 4. dist 11.p 2. dub.8. D.Tho. vbi supra. ar.2. Alexã. vbi supra § 4.



ET VIDETVR' ꝙ non: quia Christus non fecit contra hoc, quod fieri mandauit,sed vt hr̃ Mat.7.Ipse dixit, Nolite sanctum dare canibus.

Secundo. Item secundum Aug.lib.83.qq.q.3. Deo auctore non fit homo deterior:sed si Christus dedisset corpus suum Iudæ fecisset eum deteriorem, quia cum esset in peccato mortali sumpsisset ipsum in suum malum.

In opposi- tum. CONTRA, quando dedit corpus suum discipulis suis,dixit: Manducate ex hoc omnes.

CONCLVSIO.

Etiam Iudæ proditori dedit, vt Ecclesiam suam quo modo circa malos se gerere debeat instrueret.

Responsio. RESPONDEO, quòd sicut habetur 1.q.1. Christus,& 7.q.1.Aduersitas,prope finẽ,Christus in cęna corpus suum sub sacramẽto dedit Iudæ, vt hoc exemplo doceret malos in Ecclesia tolerandos,vt habetur 7. quęst. 1. Aduersitas: & vt doceret sacramenta peccatoribus occultis, non esse neganda, maxime si petunt in publico, & occulta peccata quamdiu occulta sunt non esse diuulganda.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis esset tunc malus in occulto, non tamen in manifesto: & ideo Christus noluit eum in communi detegere propter rationes iã dictas,& ne ex facto Domini occasionem desperationis accipere videretur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ Christus dando Iudę corpus suum non fecit eum deteriorem: sed Iudas male sumens seipsum deteriorauit: Christus autem rem bonã, & bene Iudæ dedit.

QVAESTIO III.

Vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum quando dedit ei panem intinctum.

Arg. D. Tho. vbi supra.

ET VIDETVR ꝙ sic: de consec.dist. 2.Sicut Iudas.Sicut Iudas cui bucellam tradidit Christus non malum accipiendo, sed male locũ præbuit diabolo,sic indigne quisque sumens corpus Christi non efficit:vt quia malus est malum sit: per hoc videtur innui,ꝙ tunc Christus dedit Iudę corpus suum,quando bucellam ei dedit.

In opposi- tum. CONTRA, glos.super illud Ioã.12.Ille est cui intinctum panem. Non vt quidam putant, tunc Christi corpus Iudas accepit. Sciendum enim est, ꝙ iam Dominus distribuerat omnibus sacramentum corporis, & sanguinis inter quos & Iudas fuit:deinde per bucellam intinctam exprimitur traditor, non tamen aperte.

CONCLVSIO.

Haud corpus,sed panem dumtaxat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sicut dicit Magister in littera in fi. Quando Christus dedit Iudæ panem intinctum nõ accepit Iudas corpus Christi,sed tantum panem. Idem Hug.lib.2. de sacram.parte 8.cap.4.

Ad argum. Ad arg.in oppositum dicendum,ꝙ illud decretum non dicit,ꝙ tunc Iudas corpus Christi sumpserit,sed vult dicere, ꝙ tunc illam bucellam male accepit, & locum diabolo præbuit: quia quod Christus ad salutem Iudæ fecerat per bucellam porrigendo,vt videns se depræhensum ab iniquo proposito desisteret,in malum proprium conuertit, quia ex hoc magis semetipsum exasperauit.

QVAESTIO IIII.

Vtrum corpus suum passibile dederit.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 11. p. 2 ar. 1. q. 2. D. Th. p. 3. q 81. art. 3. Alexã. vbi supra. §. 3.

ET videtur ꝙ non: gl.super illud Mat. 17.Transfiguratus est,dicit de Christo, ꝙ illud corpus quod habuit per naturam dedit discipulis suis in cœna non mortale,nec corruptibile.

Secundo. Item Hu.2.li.de sac.p.8.c.1. Ego absq; præiudicio veritatis magis ad illud accedo, vt illud impassibile,& immortale,quantũ, s.pertinet ad sanctificationem sacri,tradidisse dicat.

In oppositum. CONTRA, dominus Innoc. de offic. miss. parte 3. cap. 10. Potest salua fide concedi, quòd tale corpus tunc dedit quale tunc habuit, valet passibile.

CONCLVSIO.

Christi corpus discipulis mortale, & passibile, nobis verò immortale, & impassibile dari non ambigimus.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sicut dicit Magister in littera huius dist. c. 6. Corpus tale tunc dedit, quale tunc habuit. i. mortale, & passibile: nunc vero sumitur immortale, & impassibile: nec tamen vt dicit dñs Innoc. c. præallegato, maiorē habet nunc efficaciam, sicut nec maiorem potentiam: quod ergo passibilis edebatur, & tamen non lędebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potentiæ, qua valebat quicquid omnino volebat: quamuis aūt si fuisset reseruatū sub sacramento, vsq; ad tempus crucifixionis suæ fuisset passum sub sacramento per afflictiones sibi illatas in cruce, tamen sibi vt sub sacramento existēti nulla passio infligi potuisset ab exteriori, cuius ratio patet per ea, quæ superius dicta sunt de Christo, in illa quæstione, Vtrum corpus Christi, vt contentum sub specie posset immediate tangi. *Corpus Christi discipulis mortale, nobis vero immortale dari.*

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ad hoc, quòd illa gloss. habeat veritatem: sic debet intelligi, idest, quòd corpori Christi, vt existenti sub sacramento non potuisset aliqua passio ab exteriori inferri.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, sicut dicit dominus Innoc. de offic. miss. p. 3. c. 10. Quidam opinati sunt, ꝙ singulas dotes Christus sigillatim accepit antequam resurgens a mortuis naturā glorificati corporis induisset, subtilitatē cum nasceretur de Virgine, claritatem cum transfiguraretur in monte, agilitatem cum incederet super mare, impassibilitatem cum manducaretur in cęna: & huius opin. videtur Hug. fuisse, non tamen credo, ꝙ debeat hoc teneri, non enim ꝑdicta dotes fuerunt, sed dotibus similia. *Nec ego eā teneo.*

QVAESTIO V.

Vtrum hostia intincta sanguine debeat populo dari.


CONCLVSIO.

Cum proditori suo ad notandum eum intinctam bucellam Christus dederit, vt nobis intincta sanguine detur minimè expedit.

RESPONDEO, ꝙ non: vt dicit Iulius Papa, de consecrat. dist. 2. Cum omne. Cum Magister in littera huius dist. ca. vlt. cuius rationem tangit Hug. 2. lib. de sacram. parte 8. cap. 4. dicens, quia Dominus traditori suo ad notandū eum bucellam intinctam dedit: consuetudo habet vt corpus Christi fideles intinctum non accipiant: non est tamen intelligendum, quòd Christus intinxerit illam bucellam in sanguine, sed in iure lactucarum agrestium, cum quibus comedebatur agnus secundum legem.

QVAESTIO VI.

Vtrum sacramentum Eucharistiæ debeat populo ministrari sub vtraque specie.



ET VIDETVR ꝙ sic: Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sed omnia necessaria ad vitam habendam sunt populo ministranda. *Arg. 1. D. Th. p. 3. q. 80. a. 12. Alex. p. 4. q. 11. m. 2. a. 4. § 3.*

Item Ecclesia Græcorum dicitur ministrare sub vtraque specie hoc sacramentum: ergo a simili, hoc debet fieri in Ecclesia Latinorū: Petrus enim in ministratione huius sacramenti non discordauit a Paulo. *Secundo.*

CONTRA, in Ecclesia videmus consuetudinem contrariam. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Nè sanguis proijciatur, & ne communis populus labatur, sub vtraque specie sacramentum hoc populo dari non conducit.

Respondeo, ꝙ communiter non debet hoc sacramentum dari populo sub vtraque specie, propter periculum effusionis sanguinis, & etiā secundum aliquos propter periculum erroris: ne, s. communis populus crederet Christū non esse totū sub vtraq; specie: maioribus tñ in quibus neutrū prædictorū periculorū ꝓbabiliter timet̄ sub vtraq; specie dari pōt, nō tñ minorē efficaciam recipiunt illi qbus datur sub altera spē tm̄, quā illi quibus dat̄ sub vtraq;, eo ꝙ sub vtraq; totus est Chr̄s: sumptio tñ sub vtraque facit ad expresssiorem mysterij significationē. *Responsio.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligitur de mādu catione, potatione spirituali. ¶ Ad secūdum dicendū, ꝙ nihil valet: ea. n. quę fiunt in Ecclesia Latinorū auctoritate Rom. Eccles. multo ordinatius fiunt, quā ea, quę fiunt in Ecclesia Græcorum. *Ad primū. Ad secundum.*

CIRCA litterā. Inuestigari salubriter non pōt, hoc est intelligendū de inuestigatione curiosa terminos debitos transcēdente, vel de īuestigatione nō fundata super fidē. Fit igitur substātia illa ista, sermo est īproprius, & resolui dēt in istū, illa substantia cōuertit̄ in istā, .i. panis in corpus. Nec tñ cōcedūt, & bene, q̄a substantia panis nunq̄ est corpus Chr̄i, quāuis cōuertatur in ipsum, ista tñ, substātia panis fit corpus Chr̄i, impropria est, sed hæc propria: substantia panis trāsubstantiat̄, vel conuertit̄, seu transit in corpus Chr̄i. Immolationis hora ad vocem sacerdotis cęlos aperiri, i. per illud ꝙ verbo sacerdotis cōsecrat̄ aditū ad cęlestia fieri, vel panem, & vinum in id quod super cęlos est transire. In illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, s. hominibus cōsecrantibus, siue sint boni, siue mali, quia assistūt angeli non ꝓp hoīem, sed propter reuerentiā sacr̄i, Sūma & ima sociari, i. panem, & vinū in corpus, & sanguinē Chr̄i cōuerti. Vnū quid ex visibilibus, atq; inuisibilibus fieri, i. ex sacr̄o, qđ est nobis visibile, & re sacri, i. corpore Christi, quod *Textus interpretatio.*

quod est nobis modo inuisibile, nec intelligitur de vnitate per essentiam, sed eo modo quo vnum dicuntur continens, & contentũ. Vel potest sic intelligi, ꝙ substantia panis existẽs sub accidentibus visibilibus cõuertitur in corpus Christi, quod nobis modo est inuisibile. In cęlum rapitur ministerio angelorum, non ꝙ panis de altari portetur in cęlũ, & ibi cõuertatur in corpus Christi, sed rapi in cęlum dr̃ pro cõuerti in corpus Christi, quod est in cęlo. Nec intelligendum, ꝙ hęc conuersio fiat per angelos, quia totum virtute diuina fit: sed quia conuersioni propter eius dignitatem angeli assistunt. Consociandum corpori Christi, i. transubstantiandum in corpus Christi, vel intelligitur de consociatione speciei continentis, & corporis Christi contenti.

Vbi illa accidentia fundentur.

DISTINCTIO XII.

SI AVTEM *quæritur de accidentibus quæ remanent, idest de speciebus, & sapore, & pondere, in quo subiecto fundentur: potius mihi videtur fatendum existere sine subiecto, quàm esse in subiecto: quia ibi non est substantia, nisi corporis & sanguinis dominici, quæ non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formã, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia ad mysterij ritum, ad gustus, fideique suffragium: quibus corpus Christi habẽs formam, & naturam suam tegitur.*

De fractione, & partitione.

SOLET *etiam quæri de fractione, & partitione, quæ ibi videtur fieri, vtrùm vera sit, & si ibi vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia, quam Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi videtur esse. Sed econtra, cum ipsum corpus incorruptibile sit (quia immortale & impassibile) in ipso non posse esse videtur.* Ioan. 6. g *Nam & Christus redarguit carnalẽ sensum discipulorum, qui putabant carnem Christi, sicut aliam in partes diuidendam, & morsibus dilacerandam.* Opinio quorundam. *Ideo quibusdam placet, quòd non sit ibi fractio, sicut videtur: sed dicitur frangi, quia videtur frangi. Quibus obijcitur quod ait Ambros. Nihil falsi putandum est in sacrificio veritatis: sicut fit in magorum præstigijs, vbi delusione quadam falluntur oculi, vt videant esse quod non est. Ad hoc illi dicunt. Non fallit nos visus, nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi, vt videtur. Nec illusio est: quia ad vtilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit: sicut & Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini: nec in eo tamen talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent.* Lucæ vlt.

Aliorum opinio.

Alij verò dicunt, quòd sicut ibi species panis est, & nõ est ibi res, cuius vel in qua sit illa species: ita est ibi fractio, quæ non fit in aliqua re: quia nihil ibi frangitur, quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, vt ibi sit fractio, vbi nihil frangitur.

Aliorum opinio.

ALII *tradunt corpus Christi essentialiter frangi, & diuidi, & tamen integrum, & incorruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarij, qui confessus est cum Nicolao Papa, & pluribus Episcopis, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramẽtum, sed etiam verum corpus, & sanguinem Christi esse: & sensualiter non solum sub sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri.* Confessio Berengarij, & hab. de cõs. dist. 2. cap. Ego Berengarius.

Sententia probabilior.

SED *quia corpus Christi incorruptibile est, sanè dici potest fractio illa, & partitio non in substantia corporis, sed in ipsa forma panis sacramentalis fieri: vt vera fractio & partitio sit ibi, quæ fit non in substantia corporis, sed in sacramento, idest specie. Ne autem mireris, vel insultes, si accidentia videantur frangi, cum ibi sint sine subiecto: licet quidam asserãt ea fundari in aere. Est ibi vera fractio & partitio, quæ fit in pane, idest in forma panis. Vnde Apostolus ait, Panis quem frangimus: quia forma panis ibi frãgitur, & in partes diuiditur. Christus verò integer manet, & totus est in singulis. Vnde August. Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare Dominum suum? Et tamen Veritas inuitans nos ad manducandum ait, Qui manducat me, viuit propter me. Nec occiditur Christus vt manducetur, sed mortuos viuificat: quando manducatur, reficit non deficit, viuit manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus: & quidem in sacramento sic fit. Item, Norunt fideles quomodo manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partem suam: vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo. Ideo ista dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, & aliud intelligitur, videtur panis & calix, ꝙ & oculi renunciant: quod aũt fides instruenda postulat, panis est corpus Christi, calix est sanguinis. Ex his datur intelligi, ꝙ fractio, et partes, quæ ibi videtur fieri, in sacramento fiunt, i. in specie visibili. Ideoq; illa Berengarij verba, ita distinguenda sunt, vt sensualiter non modò in sacramento, sed in veritate dicatur corpus Christi tractari manibus sacerdotum: frangi verò & atteri dentibus, verè quidem, sed in sacramento tantùm. Vera ergo est ibi attritio, & partitio: sed in singulis partibus totus est Christus. Vnde Hier. Singuli accipiunt Christum dominum, et in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet singulis. Itẽ Hilarius, Vbi pars est corporis, ibi est, & totum.*

1. Cor. 10. d

In sermo de verbis Euã. & habe. de conf. dist. 2. c. Inuitat. & in gloss. ordi. 1. Cor. 10.

Ibidem.

In ser. quodã, & hab. de conf. dis. 2. ca. Singuli accipi.

De conf. dis. 2. cap. Vbi pars.

Quid illæ partes significent.

QVID *autem partes illæ significent, Sergius Papa tradit, inquiens, Triforme est corpus Christi, pars oblata in calicem missa corpus Christi quod* De conf. dis. 2. cap. Triformæ.

iam ſurrexit, monſtrat: pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terram: pars in altari vſque ad finem Miſſæ remanens, corpus iacens in ſepulchro ſignificat; quia vſque in fine ſæculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt. Et ſicut partes illæ myſticam tenent ſignificationem, ita etiam & fractio, paſſionis Chriſti, & mortis eſt repræſentatio. Vnde ipſe ait, Hoc facite in meam commemorationem, ideſt in memoriam paſſionis, & mortis meæ. Nã, vt ait Amb. Quia in morte Chriſti liberati ſumus, huius in edendo, & bibendo carnem, & ſanguinem, memores eſſe debemus. Sed caueat quiſque ne indignè percipiat: quia iudicium ſibi manducat. Non enim eſt iſte panis qui vadit in corpus, ſed panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Sic ergo viue, vt quotidie merearis accipere: nec accedas indignus. Indignus eſt qui aliter celebrat myſterium, quàm Chriſtus tradidit, vel qui habens mortale peccatum accedit. Ergo etſi ſint peccata quotidiana, vel non ſint mortifera, antequam acced as, dimitte debitoribus tuis. Si dimittis, dimittetur tibi: & ſic ſecurus accede. Panis enim ſalutaris eſt, non venenum. Si ita accedis, ſpiritualiter manducas. Spiritualiter enim manducat, qui innocentiam ad altare portat.

Lucæ 22. b Super 1. Corin. & hab. de conſecr. diſt. 2. cap. Quia ĩ morte. Aug. de verbis domini, ſermo 28. ſeu Ambr. lib. 5. de Sacr. ca. 4. Et de conſ. diſ. 2. cap. Non iſte panis. Ambroſ. ad 11. c. epi. 1. ad Cor. Tracta. 26. ſuper Ioã.

Si illud ſit ſacrificium, & ſi ſæpius immoletur Chriſtus.

POST *hæc quæritur, ſi quod gerit ſacerdos, propriè dicatur ſacrificium, vel immolatio: & ſi Chriſtus quotidie immoletur, vel ſemel tantum immolatus ſit. Ad hoc breuiter dici poteſt, illud quod offertur, & conſecratur à ſacerdote, vocari ſacrificium, & oblationem: quia memoria eſt, & repræſentatio veri ſacrificij, & ſanctæ immolationis factæ in ara crucis. Et ſemel Chriſtus mortuus in cruce eſt, ibique immolatus eſt in ſemetipſo: quotidie autem immolatur in ſacramento: quia in ſacramento recordatio fit illius quod factum eſt ſemel. Vnde Auguſt. Certum habemus, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iã non moritur, &c. tamen ne obliuiſcamur quod ſemel factum eſt, in memoria noſtra omni anno fit. ſ. quoties quod Paſcha celebratur. Nunquid toties Chriſtus occiditur? ſed † tantum anniuerſaria recordatio repræſentat quod olim factum eſt: & ſic nos facit moueri tanquam videamus Dominum in cruce. Item, Semel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo: & tamen quotidie immolatur in ſacramento. Quod ſic intelligendum eſt, quia in manifeſtatione corporis, & diſtinctione membrorum ſemel tantum in cruce pependit, offerens ſe Deo patri hoſtiam redemptionis efficacem, eorum ſcilicet quos prædeſtinauit. Item Ambroſ. In Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem potens. Quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus? Etſi quotidie offeramus, ad recordationem eius mortis fit. & vna eſt hoſtia, non multæ. Quomodo vna, & nõ multæ? quia ſemel immolatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium exemplum eſt illius: idipſum, & ſemper idipſum offertur: proinde hoc idem eſt ſacrificium. Alioquin quoniam in multis locis offertur multi ſunt Chriſti? non: ſed vnus vbique eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenus: ſicut quod vbique offertur, vnum eſt corpus, ita & vnum ſacrificium. Chriſtus hoſtiam obtulit: ipſam offerimus, & nunc: ſed quod nos agimus, recordatio eſt ſacrificij. Nec cauſa ſuę infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: ſed noſtræ, quia quotidie peccamus. Ex his colligitur eſſe ſacrificium, & dici, quod agitur in altari: & Chriſtum ſemel oblatum, & quotidie offerri: ſed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam quæ ſit virtus huius ſacramenti oſtenditur, remiſſio, ſcilicet peccatorum venialium, & perfectio virtutis.*

Heb. 7. d. Super Pſal. 21. in præfa. expoſ. 2. Et de conſe. diſt. 2. c. Semel Chriſtus. Rom. 6. b. tamen. Aug. ad Bo. epiſt. 23. & hab. de cõſ. diſt. 2. c. Semel immolatus. Chryſ. id habet hom. 17. in epiſto. ad Hebr. & allegatur de conſec. diſt. 2. cap. In Chriſto. Quæ ſit huius ſacramenti virtus. Li. 4. de ſac. cap. 6.

De cauſa inſtitutionis.

INSTITVTVM *eſt enim hoc ſacramentum duabus de cauſis, in augmẽtum virtutis, ſcilicet charitatis, & in medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Ambro. Si quoties effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ipſum ſemper accipere, qui ſemper pecco, debeo ſemper habere medicinam. Item Auguſt. Iteratur quotidie hęc oblatio, licet Chriſtus ſemel ſit paſſus: quia quotidie peccamus peccatis, ſine quibus mortalis infirmitas viuere non poteſt. Et quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus myſtice immolatur pro nobis. Dedit enim nobis hoc ſacramentum ſalutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt, per hoc ſacramentum remiſſionem conſequamur. Quotidie comeditur ipſe, & bibitur in veritate, ſed integer, & viuus manet. Item, Myſterium fidei dicitur: quia credere debes, quòd ibi ſalus noſtra conſiſtat. Si autem quæratur, Vtrum quotidie communicandum ſit: audi quid inde tradit Auguſt. Quotidie, inquit, Euchariſtiam accipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi eſt, grauari magis dico Euchariſtiæ perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur, ſi peccandi tamen de cætero non habeat voluntatem, & ſatiſfaciat lachrymis, & orationibus, accedat ſecurus: ſed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauant. Si verò non frequentiùs, ſaltem ter in anno homines communicent, niſi fortè quis criminalibus impediatur: in Paſcha, ſcilicet, & Pentecoſte, & in Natali. Omnes ergo communicent, qui noluerint carere eccleſiaſticis liminibus.*

Ex ſer. de ſacram. dic. ris. De conſ. diſt. 2. cap. Vtrum ſub figura. Lib. 4. contra duas epiſt. Pelag. c. 10. & li. de verbis domini ſer. 18. & de conſ. diſt. 2. cap. Quid ſit ſanguis. Lib. de eccleſ. dogm. c. 53. Et con. diſt. Quotidie. Fabianus Papa, de conſ. diſt. 2. c. Et ſi non. Ana. et de conſ. diſt. 2. c. Peracta.

DISTINCTIO XII.

SVPERIVS determinauit Magiſter de ſacramenti Euchariſtię confectione: hic determinat de conſequentibus ad cõfectionem.

Continuatio.

Et primo quo ad ſpeciem ſignificantem.

Secundo quo ad rem ſignificatam, & cõtentam. ibi. (Poſt hæc.) Prima in tres.

Diuiſio textus.

Primo determinat de ſubſiſtentia ſpecierũ:

Secundo de fractione ipſarum. ibi. (Solet.)

Tertio de ſignificatione partiũ ipſarum fractarum. ibi. (Quid autem.) Media in duas.

Primo circa fractionem recitat tres opiniones falſas.

Secũdo opinio. verã. ibi. (Sed qa corpus.)

Illa

Illa pars,quæ incipit. ibi. (Post hæc.) Diuiditur in duas.

Primo inquirit an in hoc sacramento Christus immoletur.

Secundo determinat de institutione huius sacramenti.ibi.(Institutum enim.) Et ista in 2.

Primo determinat de vtilitate huius institutionis.

Secundo de vtilitate frequentādi susceptionē huius sacramenti.ibi.(Si autem quæritur.)

CIRCA hanc distin.quærendum est principaliter de sex.

Primo de specierum subsistentia.

Secundo de earum passione.

Tertio de earum operatione corporali.

Quarto de earum cum alio liquore permixtione,& vi nutriendi.

Quinto de earum operatione spirituali.

Sexto de frequentatione huius sacramenti.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo, vtrum possibile sit fieri accidentia sine subiecto.

Secundo, vtrum in hoc sacramento species panis,& vini sint sine subiecto.

QVAESTIO I.

Vtrum possibile sit accidentia fieri sine subiecto.

ET VIDETVR ꝙ non:quia impossibile est habitudinem,seu modū separari a re cuius est: sed accidētia sunt quidā modi,seu habitudines substantię: ergo impossibile est accidentia a substantia separari. *Arg. 1. D Bo.lib.4. dist.12.a.1. quæst. 1. D.Thom.4. sent.dist.12. q.1.art.1. Scot.lib.4. d.12.q.1.2. Alex p.4 q. 30.m 7.a 1*

Item res non potest separari ab eo,quod est de ratione eius, sed aptum natum esse in alio, est de ratione accidentis,sicut patet per Philosophum lib.prædicamentorum:ergo impossibile est accidens esse quin sit in alio. *7. metaph. T. com. 2. Secundo. 5. ante prædicamenta.*

Item impossibile est accidens esse sine eo, quod est sibi ratio existendi: sed substantia est accidentibus ratio existendi. Vnde sm̄ Phil. 7. met. Accidentia sunt entia,quia entis:ergo impossibile est accidentia fieri sine substantia. *Tertio. T.com. 2.*

Item impossibile est rem separari ab his,quæ sūt de sua vera diffinitione,sed sm̄ Phil.7.met. Substātia ponitur in diffinitione accidētiū: ergo īpossibile est accidētia fieri sine subiecto. *Quarto. T.cō.4. 14. & inde.*

CONTRA, potentior est diuina virtus in separando accidens a substantia, quam noster intellectus:sed nos possumus intelligere quantitatem sine substantia:ergo diuina virtus potest accidens a substantia separare. *In opposi-tum.*

Item sicut per naturā non potest accidēs separari a substantia,ita nec substātia a proprio accidente:sed Deus potest facere substantiam sine proprio accidente, sicut patuit in passione Christi, in qua fuit Sol sine illuminatione, quæ est eius propria passio: ergo Deus potest accidens a substantia separare.

CONCLVSIO.

Quæcunque accidentia absoluta sine subiecto fieri possunt,cum ipsa per diuinam potentiam à substantia separari,nullam contradictionem includat.

AD ISTAM quęstionem dicunt quidā errantes,accidentia non posse fieri sine substantia,eo ꝙ hoc includit cōtradictionem,quia cū substantia minus dependeat ab accidentibus, quā ecōuerso,tunc possibile esset fieri per potētiam diuinā totam substantiā mundi sine accidente,quod absurdum vr̄:quia ad hoc sequeretur, ꝙ possibile esset hoīem fieri sine quantitate,& totam substantiā mundi compræhendi posse in vno puncto, quod absurdum vr̄ eis. *Opin. errōnea Philos. quā sequutus Io. Iandunus 7. metaph.*

Sed hic error est illud quod tenet sancta Ecclesia de sacramento altaris,vt in sequenti quęstione videbitur. *Contra.*

Alij aūt quamuis concedant accidētia posse separari a substantia, tñ ipsam quantitatem substantię negant posse a substantia separari ꝑ quācumq; virtutē,quia ipsi opinantur quantitatē continuā non differre a substantia corporea,nisi sm̄ relationem,seu rōnem,quia ꝙ dicit substantia absolute dicit quātitas sub modo se habendi, qui est habere partem extra partē actualiter non distinctas, ita quantitas cōtinua corporea nihil aliud est sm̄ ipsos,quā substantia corporea,vt habēs partē extra partē actualiter non distinctas:& continua quantitas qualitatis est ipsa qualitas, vt habēs partem extra partem actualiter non distinctas: & dicunt, ꝙ quamuis natura non possit causare quantitatē qualitatis, nisi mediante quātitate substantię: tñ continua quātitas qualitatis realiter diuersa est a continua quātitate substantię,sicut qualitas a substantia: & dicunt quidam,ꝙ in sacramento altaris illa quantitas, quæ remanet est quātitas qualitatis,quia vt iam dictū est,quantitas substantiæ non pōt a substantia separari. *2. opinio. quam sequitur Ocham.*

Sed hęc opinio est contra Phil. qui in prędicamentis distinguit quantitatē a substantia, & qualitate. Est etiam contra cōem opinionem Doctorum.Etiam est contra experientiā,quia cum substātia corporea densatur absq; cōuersione alicuius rei in ipsam, efficitur minoris quātitatis absq; alicuius suę partis amissione. Est ēt contra rationem,quia in diuersis substātijs differētibus specie vr̄ posse esse eadē quantitas in specie: non.n.est alia longitudo, seu latitudo, vel ꝑfunditas in pugillo aeris, quā in pugillo aquę. Quod ēt dn̄t quātitatem qualitatis realiter differre a quantitate substātię,& ipsā realiter esse idē cū qualitate,est cōtra auctoritatē,& contra rōnem: dicit.n.Phil.6. phys.ꝙ qualitas nō est quanta, nisi per accidēs,ꝙ non esset verum si sibi quantitas propria deberet. *Contra opinentem quantitatē substantiæ nil aliud esse ab ipsa substantia. T.com. 37 38. & 39.*

Per rationem etiam arguo sic: impossibile est naturaliter corpus, quod est quantitas, simul esse cum alio corpore, quod est quātitas, sed qualitas simul est cum substantia: ergo ex prædicta opinione sequitur hoc impossibile, quòd naturaliter simul sunt soliditates duæ, & etiā multo plures, quia qua ratione albedo ha-

haberet suam propriam quantitatē eadē ratio ne sapor haberet suam: & caliditas, vel frigiditas suam: humiditas, & siccitas, & sic de alijs: & sic non tantum simul essent quantitas substantiæ, & quantitas qualitatis, sed etiam simul essent naturaliter soliditates plurium qualitatum: patet ergo, quòd prædicta opinio multa implicat inconuenientia.

Opin propria.

Dicendum ergo, ꝙ extendendo nomen accidentis ad omne illud, quod nec est substantia, nec pars substantiæ; quædam sunt accidentia, quæ non sunt, nisi respectus: & quædam de quorū ratione est res absoluta, & respectus, sicut simitas: & quædam de quorū essentia nihil est, nisi absolutum: loquendo de accidentibus primo, & scundo modo, accidentia fieri posse sine substantia, si importāt respectus immediate fundatos super substantiam, contradictionē includit, ad quod sequitur, ꝙ nō possit fieri sine subiecto per quācunq; potentiam: sed accidentia, tertio modo dicta, per diuinam potentiā separari a substantia nullā includit contradictionem: existentiæ.n. accidentis duæ causæ sunt: prima, quæ Deus est: & secunda, q̄ est substantia: sed sicut dicitur in cōm. sup 1. proposit. de causis, qñ remouetur causa secunda a causato suo, non remouetur prima ab eo, qm̄ causa prima est vehementioris adhærentię cum re, quam causa propinqua: non remanente, ergo substātia possunt per diuinam virtutem remanere eius accidentia absoluta, quæ sunt quantitas, & qualitas, & etiam respectus fundati immediate super quantitatem, vel qualitatem in quantitate fundatam.

De simitate si est qualitas absoluta dubium est, examina.
Ista via est media, quā sequitur Sco q. præsenti. Fran enim est in alio extremo distin. 19 pr Aegidi. & Goff quan tū possunt Philos. adhærent.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ minor est falsa, nisi accipiatur modus, secundum ꝙ comprehendit sub se, non tantum modum se habendi ad alium, sed etiam dispositionem substantiæ secundum seipsam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ aliud est esse actu in substātia, & esse aptum natū esse in substantia: primū non pertinet ad essentiā accidētis, sed scd̄m: quāuis aūt Deus faciat accidētia sine substātia, tñ quādiu manent ēt remanet in eis naturalis aptitudo ad essendū substantia.

Ad tertiū. Ad tertium dicendū, ꝙ impossibile est accidens esse sine eo, quod est sibi ratio existendi, sicut causa prima: tamē possibile est ipsum existere supernaturaliter sine eo, quod est sibi causa existendi, vt causa secūda: talis aūt causa existentię accidentis est substātia causata: & ideo sine illa pōt esse accidens per causam primam.

Ad quartum. Ad quartum dicendū, ꝙ sm̄ sentētiam cōm. super 5. proposit. de intelligentijs, quē librum aliqui vocāt de memoria rerum difficiliū, duplex est diffinitio accidentis. Quedā indicans non tm̄ eius essentiam, sed etiā naturale esse, & qa non est naturaliter sine substantia: ideo substantia ponitur in tali diffinitione accidentis. Alia indicans essentiam eius tm̄, & in hac non ponitur substantia: quāuis aūt non sit possibile fieri per diuinā potentiam accidēs sine his, quæ sunt de sua diffinitione secundo modo dicta: possibile tñ est per eam ipsum separari ab aliquo, quod est de sua diffinitione primo modo dicta, scilicet a substantia.

Potius est limitatio Theologiæ proculi.

Ad rationem. Ad rationē quā pro se adducunt contrariū opinantes dicendū, ꝙ sm̄ aliquos nullum est inconueniens Deū facere totam substantiā mundi sine quantitate: mirabilius.n. fecit qñ mundum de nihilo creauit: vel pōt dici, ꝙ aliquarum partiū mundi essentia, ita a quantitate dependet, ꝙ formā completā vniri materiæ non mediante quantitate contradictiōnē includit: & hi negant hominē sine quantitate posse fieri, quia in compositione hominis non est proxima materia substantia corporis tantum, sed substantia quanta, & organizata.

Quamuis aūt arg. ad partem aliā gratia principalis conclusionis cōcedi debeant: tñ secundum ex vi formę non multū cogit: illuminatio em̄ Solis non est propria Solis passio, sed operatio non tm̄ depēdens ex Sole, sed ex medio: a luce aūt quę est in Sole qualitas absoluta non fuit Sol in passione Christi priuatus: ꝙ autem tunc non irradiauit hoc fuit, quia sicut dicit Dionys. in epist. ad Appolophanem. Luna contra naturam reuersa fuit, & interposuit se inter aspectum intuentiū, & Solem: & etiā quia tunc non affuit generalis influentia primæ causæ ad hoc, vt lux illa illuminaret.

Epistola xima.

QVAESTIO II.

Vtrum in hoc sacramento species panis, & vini sint sine subiecto.



ET VIDETVR ꝙ non: materia conuertitur in cōpositum, quia ex ea cō positū generatur: illud aūt ex quo aliquid generatur in illud cōuertitur: sed hoc non obstante materia remanet id quod ante erat: ergo a simili, non obstante, ꝙ substantia panis conuersa sit in corpus Christi remanet id quod erat: ergo accidentia panis, & vini sunt in substantia panis, & vini post consecrationem, sicut ante.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup q. 3. D. Tho. vbi supra. Scot ibid. Ale. vbi sup.

Secundo. T. com. 10. et ocincipe pcipue 28. Item sm̄ Phil. 7 met. Ea, quę sunt idē specie, & sunt inter se diuersa, sunt diuersa per materiā: sed accidentia panis, & vini in vno altari cū alijs accidentibus in alio altari sunt eadem spē, & sunt inter se diuersa: ergo sunt in materia.

Tertio. Item non est quantitas, vel albedo, vbi nihil est quantum, vel album: sed nihil est quantum, vel album, nisi substantia: ergo accidentia in sacramento altaris sunt in substantia.

Quarto. C. de qualitate. Item densum est illud in quo sub parua dimensione est multū de materia, quod dat Phil. intelligere in prædicamentis dicēs, ꝙ densum est in quo partes sunt propinquæ: in raro autē econuerso. Cum ergo res non possit separari ab eo, quod est de sua ratione: & raritas, vel densitas sit in specie panis, & vini: videtur, ꝙ illę species sint in materia.

In oppositum. CONTRA, Innoc. de offic. miss. par. 5. c. 9. Ante

Ante consecrationem accidens est in subiecto quia existit in alio: sed post consecrationem accidens est sine subiecto, quoniam existit per se: transit enim substantia, sed remanent accidentia.

Item Hug. de sac. li. 2. p. 8. c. 9. Per verba sanctificationis vera panis, & vera vini substantia in verum corpus, & sanguinem Christi conuertitur, sola specie panis, & vini remanente.

CONCLVSIO.

In hoc admirabili sacramento species panis, & vini sine subiecto primo esse firmiter credendum est.

Responsio. Accidentia sine subiecto primo in Eucharistia. RESPONDEO, quod sicut dicit Magister in littera, quasi in principio huius dist. In hoc sacro species panis, & vini sunt sine subiecto primo, quod est substantia: quod ideo dico, quia alia accidentia a quantitate sunt in quantitate, sicut in subiecto: ipsa autem quatitas in nullo penitus subiecto est: non enim est in substantia panis, & vini, quia vt superius habitum est: substantia panis, & vini post consecrationem non remanent, nec est in corpore, & sanguine Christi, sicut in subiecto: maioris enim quantitatis est corpus Christi: corpus Christi etiam in hoc sacramento non efficitur de nouo alicuius accidentis subiectum, quia hoc sine mutatione non posset fieri, nec est in aere, sicut in subiecto, quia tunc duricies, & sapor, & color mediante ipsa quantitate essent accidentia ipsius aeris, quod falsum est. *Causa.* Causa autem per quam quantitas potest manere sine subiecto est, vt aliqui dicunt, virtus substantię ad per se existendum, quam Deus dat quantitati cum transsubstantiatur substantia panis in corpus Christi.

Contra. Sed contra hoc arguitur sic: Si Deus daret quantitati illam virtutem, per quam substatia per se existit, quamuis donatio illius virtutis esset supernaturalis: tamen postquam illa virtus esset ei data, naturale esset sibi existere per se per illam virtutem, sicut quamuis dare visum cęco nato sit supernaturale: tamen postea naturale est sibi videre: quantitas autem panis in sacro altaris existit supernaturaliter, non naturaliter.

Praeterea virtus substantię per quam naturaliter existit, non videtur secundum aliquid ab solutum ab ea differre.

Optima resolutio. Dico ergo, quod quantitas in sacramento altaris existit per se supernaturaliter, non virtute substantiae creatae, quae in ea sit, sed tamen diuina virtute, vt patet ex q. praeced. ipsa autem accidentia in hoc sacramento esse sine substantia, congruum est, vt s. immediatius ducat credentem in corpus Christi verum: & etiam quia hoc sacramentum cibus spiritualis est, & potus.

Ad primum. Materiam posse sumi tripliciter. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod materia tripliciter potest accipi. Vno modo pro infimo actualitatis gradu, qui nec generatur, nec corrumpitur, sed est fundamentum generationis, & corruptionis, quod existit in esse per creationem.

Alio modo pro principio possibili pure sibi annexo, quod non est, est potetia per quam materia potest recipere tamen, quae sola ratione differt ab ea, quod quauis sit pure passiuum, tamen est aliquid transmutabile in illam parte actualitatis, quae est generabilis, & corruptibilis, ita quod illa possibilitas sit ipsa actualitas, & actualitas cum naturaliter corrumpitur resoluitur in eam, non tamen in eodem numero, quod satis declaratum est lib. 2. dist. 15. 1. q. art. 2. *Caute interpretare.* Alio modo potest accipi pro composito ex infimo actualitatis gradu, & praedicto possibili principio: primo modo ex sola materia non fit compositum, nec etiam ex sola materia secundo modo dicta: sed ex materia tertio modo dicta, inquantum illud principium purum possibile fit ipsa forma ex qua, & infimo actualitatis gradu constituitur vnum per essentiam, & sic vnum conuertitur, quod in aliud non remanet. Illa enim possibilitas postquam facta est forma, non remanet id quod ante erat, nisi pro tanto aliquo modo remanere dicatur, quia illud in quod transmutata est, potest per corruptionem resolui in similem possibilitatem.

Ad secundum. Tene falsum. Ad secundum dicendum, quod intellectus Philos. fuit, quod in eadem specie non poterant multiplicari indiuidua naturaliter sine materia, & hoc verum est: absque tamen omni materia potest hoc fieri per diuina potentia, quęlibet. n. res formaliter est vna numero per essentia suam sub ratione qua indiuisibilis in plures essentias tales, seu inquantum est indiuisibilis salua sua integritate, vt declaratum est lib. 2. dist. 3. art. 3.

Ad tertium. Caue. Ad tertium dicendum, quod minor est falsa: quantitas enim est quanta, vere enim dicitur superficies alba. Videtur etiam velle August. 7. de trinit. cap. 1. quod albedo possit denominare seipsam: dicit enim quòd absurdum est candidum non esse candorem.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd materia non est de essentia densitatis, & raritatis, quamuis sint qualitates quas natura causare non potest, nisi partibus materiae supradicto modo se habentibus: & ideo ipsas qualitates a materia separari per diuinam potentiam, nullam cotradictionem includit.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quęritur de secundo principali. Et circa hoc quaeruntur duo.

Primo, vtrum species panis possit frangi.

Secundo, vtrum possit corrumpi.

QVAESTIO I.

Vtrum species panis possit frangi.

Arg. 1. D Bo. lib. 4. dist 12. a 9. quaest. 2. D. Thom. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 3. Scot. vbi supra. Alex. p. 4 q. 10. m. 9. a. 2 T. com. 76. ET videtur quod non: quia vbi est fractio ibi est diuisio, sed dimensiones separatae a materia non possunt diuidi. Vnde secundum Philos. 4. phys. c. de vacuo. Si in vacuo, secundum quod accipitur pro dimensionibus separatis poneretur cubus, oporteret plures dimensiones simul esse, eo quod vacuum non posset cedere: ergo cum in specie panis post consecratione sint dimensiones separatę non possunt frangi.

Secunda. Item sm Boet. 1. lib. de trin. ca. 5. Forma, quæ est sine materia non pōt esse subiectum, sed fractio est quoddam accidens: ergo nō potest esse in specie panis, cum sit forma sine materia.

In opposi-tum. CONTRARIVM dicit Magister in littera huius dist. cap. 2.

Item hoc probat experientia.

CONCLVSIO.

Cum fractio quantitatis sit, & panis quantitas remaneat post consecrationem, species verè frangi in altari asseueramus.


Responsio. RESPONDEO, ꝙ species panis in sacramento altaris potest frāgi, cuius ratio est: quia frangibilitas est in pane ratione alicuius qualitatis fundatæ in quantitate, vel ratione quantitatis, vel alicuius qualitatis simul. Cum ergo post consecrationem remaneat panis quantitas, & omnes qualitates fundatæ in substantia panis, quantitate mediante, sequitur, ꝙ remanet in specie panis frangibilitas. Vnde vere frangitur species non fantasticę, vt quidam dixerunt, nec debet poni illa fractio esse in corpore Christi: tamen repræsentat illam flagellationem, & perforationem, qua fuit flagellatū, & perforatum in passione.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ Phil. ibi loquitur de dimēsionibus separatis non tantum a materia, sed etiam a qualitatibus naturalibus, & sensibilibus: sic autem non sunt separatæ dimēsiones speciei panis in hoc sacramento: remanent enim in eis naturales qualitates, & sensibiles.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ Boet. ibi loquitur de forma, quæ per suam naturā est sine materia: quantitas autem panis in hoc sacro non est sine materia per naturam, sed super naturā.

QVAESTIO II.

Vtrum species panis posset corrumpi.



Arg. 1. D. Bo li. 4. distinct. 12. ar. 2. q. 1. T com. 82. D Tho. vbi supra. ar. 2. Scot. vbi supra. Ale vbi su. m. 7. art. 2. ET VIDETVR ꝙ non: hæc est enim differentia inter annihilationem, & corruptionem: quia annihilatio est resolutio rei in nihilū: corruptio vero in ens in potentia: sed sm Phil. 1. phys. in qđ resoluitur illud, quod corrūpitur est materia. Cum ergo in specie panis post consecrationē panis non sit materia, non potest corrumpi.

Secundo. T. com. 17. Item sm Phil. 1. de generatione. Corruptio vnius, est generatio alterius: sed ex illa specie nihil pōt generari, quia sm Philos. vbi prius, & Boe. de duabus naturis, & vna persona Christi vltra medium, quæ non cōicant in materia nō pñt transmutari in inuicem: illud autē in quo nō est materia, cum nullo alio communicat in materia: ergo species panis corrūpi non pōt.

Tertio. Et 7. meta. T. com. 22. Item omne quod potest corrumpi, est in potentia: sed secundum Auic. 2. met. 2. c. Illud per quod res est in potentia, est materia eius: ergo cum in specie panis post consecrationem non fiat materia non potest corrumpi.

Quarto. In princip. Item in lib. 6. principiorū. Forma est simplici, & inuariabili essentia consistens: sed in specie panis post consecrationem non est, nisi forma: ergo corrumpi non potest.

In opposi-tum. CONTRA, quamdiu manet species incorrupta sub illa continetur corpus Christi: sed aliquando desinit corpus Christi esse sub illa: ergo species aliquando corrumpitur.

Item si seruaretur per longum tēpus putrefieret, putrefactio enim est corruptio.

CONCLVSIO.

In speciebus sacramentalibus cum adhuc contrarietatis natura mirabiliter reperiatur, quam in substantijs habebant, eas posse corrumpi certum est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ species panis pōt corrumpi, & ex ea aliud generari, cuius possibilitatem assignant aliqui sic: Dicunt enim, ꝙ sicut miraculose substantia panis cōuertitur in corpus Christi, & per hoc corpus Christi efficitur sub panis specie, sic miraculose substantia panis reuertitur cum corpus Christi desinit sub specie panis: & hæc videtur fuisse opinio domini Innoc. vt patet in lib. suo de offic. miss. par. 3. cap. de fractione. Opin. Innocentij.

Contra. Sed contra hanc opi. sic potest argui. Si substantia panis redit, aut illa est eadem numero cū illa, quę fuit conuersa in corpus Christi, aut alia, non eadem, quia si aliquid conuersum est in aliud non potest redire, nisi illud aliud conuertatur in ipsum: sed substātia corporis Christi nunquam in substantiam panis cōuertitur: ergo eadem substantia panis in numero, quæ conuersa fuit in corpus Christi non redit.

Ad tertiā obiectionē. Sed quia forte diceres, ꝙ non oportet maiorē esse veram, nisi de naturali transmutatione, per quā materia eius qđ conuertitur, efficitur de essentia illius in ꝙ conuertitur, & de naturali reditu: & quia substantia panis nō conuertitur in corpus Christi trāsmutatione naturali, nec de essentia eius efficitur: & cum ēt reditil la eadē substantia sub eisdē accidentibus reditus naturalis non est. Ideo aliter arguo. Si substantia panis rediret, siue eadē numero, siue diuersa, aut rediret ante corruptionē speciei panis, aut post, non ante: quia vt tenet cōior opinio quamdiu manet species panis incorrupta tādiu sub illa est corpus Chri: sed quādiu sub illa est corpus Chri est ipsa quātitas panis sine subiecto, vt oēs doctores catholici tenent. Si aūt dicas, ꝙ redit post speciei panis corruptionem, tunc reditus eius non fuit necessarius ad hoc, vt illa species posset corrumpi, & ex ea aliud generari: ergo non oportet ponere propter hoc redire substantiam panis. Aliud arg.

2. opinio. Tho. dist. præsenti ar. 2. q. 1. Alij aūt possibilitatem illius speciei corruptionis, & generationis alterius rei de illa assignant ex parte materiæ, quam Deus de nouo creat sub accidentibus illis.

Sed quia isti pro se auctoritatem non adducunt, non oportet multum inniti illi modo ponendi.

3. opinio. Alij dicunt, ꝙ remanet potentia materiæ, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ illa species possit corrum-

rumpi,& ex ea aliud generari. Sed quia isti nõ declarant quæ sit illa potentia materiæ, nec per quem modum ibi remaneat,insufficienter & obscure dicunt.

4. propria. Vnde videtur mihi dicendum, quòd in materia, secundum quòd accipitur pro fundamẽto trãsmutationis naturalis duplex ex potẽtia.

Vna per quam potest recipere formam: nõ tamẽ per illam,potest forma educi de ea, nec est transmutabilis in formam,& hac sola ratione differt a materia. Vnde sicut materia panis non remanet post consecrationem,ita nec ista materiæ potentia.

Alia quæ non est ipsa materia realiter,est tamen aliquid purum possibile trãsmutabile in formam, & est materiæ concreatum distinguibile, secundum distinctionem specierum formarum generabilium, & corruptibilium, quæ etiam secundum illos qui sub forma omnem actualitatem comprehendunt dicitur materia, & hæc etiam potentia non remanet, quia cum sit purum possibile, nec sit nisi per actualitatem alienam, non remanẽte infimo gradu actualitatis, qui est materia, cui illa potentia concreata est, remanere non potest, & si remaneret ex illo generari non posset compositum,sed tantum forma.

Contra istã arguit. Sco. di. præsenti q. vltima. Vnde videtur dicendum, quòd sicut materiæ concreata est talis possibilitas transmutabilis in formam,ita in transmutatione conuertitur per creationem accidentibus remanentibus possibilitas transmutabilis non tantum in formam,sed etiam in infimum actualitatis gradum, quæ est materia,secũdum vnum modum accipiendi materiam, & per talem possibilitatem potest ex illa specie compositum ex materia & forma generari: & quamuis creatio illius possibilitatis, & eius annexio cum accidentibus panis sint super naturam, tamen conuersio illius possibilitatis in actualitatem,quę est substantia,est per naturam cum corrumpũtur: ergo illa accidentia resoluuntur in materiam ex possibilitate prædicta factam,accipiẽdo materiam pro infimo actualitatis gradu, quod ideo dico, quia secundum vnam acceptionem materiæ prædicta possibilitas dicitur materia, secundum quem modum plures Philosophi de materia locuti sunt. Et sic forte accipiunt materiam illi qui dicunt post transmutationem materiam creari sub accidentibus,sed talis materia per se substantiam accidentium esse non potest, nec prohibet corpus Christi esse sub illa specie.

Ad primũ. Ex dictis patet solutio Ad primum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd & si ista accidentia & substantia quæ generatur per corruptionem eorum non communicent in materia,communicant tamen aliquo modo in possibilitate, inquantum ipsa possibilitas prædicta transmutabilis est in materiam, auctoritates tum prædictæ intelliguntur de communi transmutatione.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd verbum Aui. intelligendum est de materia extenso eius nomine ad omnem possibilitatem.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd ideo dicitur forma inuariabilis, quia non est per se variationis subiectum, hic autem per variationem compositi ex accidente, & possibilitate prædicta variatur.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum species in sacramento altaris possint sensum immutare.

Secundo vtrum possint in aliquod corpus naturaliter agere.

QVAESTIO I.

Vtrum species possint sensum immutare.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 12. ar. 2. q. 3. D. Tho. vbi supra. Sco. vbi su. q. 3. Alex vbi supra. T. com. 92. ET VIDETVR quòd non: dicit enim Philosophus primo de cęl. & mun. quòd omne sensibile non est sensibile nisi per materiam, sed illis accidẽtibus non subest materia: ergo non sunt sensibilia.

Secundo. Item quamuis substantia intelligatur per speciem intelligibilem,tamen species intelligibilis sine substantia a nobis pro statu pręsenti non intelligitur: ergo a simili,quamuis substantia corporea per speciem sensibilem sentiatur, tamen species sensibilis sine substantia corporea non sentitur.

In oppositum. Ad contrarium est experientia.

CONCLVSIO.

Isthæc accidentia, cum, ex quo sine substantia sunt, actionem per se eis debitam, & quam habebãt à substantia non seiuncta, non amiserint, ita sensum possunt immutare, nũc sicut poterãt immutare, tunc.

Responsio. RESPONDEO, quòd species in sacramẽto altaris possunt sensum immutare: quamuis enim res non sit sensibilis, nisi per materiam originaliter, inquantum accidentia sensibilia non possunt educi per naturam nisi de potentia materiæ, tamen res non est sensibilis per materiam formaliter, nec etiam per substantialem formam, sed per accidentia sensibilia. Vnde secundum auctorem libri de ortu scientiarum,substantia solo intellectu cognoscibilis est. Vnde accidentia sunt, quæ per se immutant sensum, substantia autem non est sensibilis nisi per accidens:& ideo quamuis per naturam non possent ista accidentia esse sine substantia,tamen ipsa esse sine substantia,non aufert eis operationem per se eis debitam, quæ operatio est immutare sensum. Nã sensus non se profundat vsque ad substãtiam rei secundum auerr.

Ad primũ. EX DICTIS patet solutio ad primum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,quòd non est simile de forma intelligibili per comparationem ad nostrum intellectum,& de sensibili per cõparationem ad nostrũ sensum, quia substantia directe

directe est obiectum intellectus nostri, species autem intelligibilis non, nisi per reflexionem: sed substantia non est obiectum sensus nostri, nisi per accidens: ipsum autem accidens est obiectum per se, ipsa tamen species quæ est similitudo informans sensum non sentitur, quamuis per ipsum sensibile sentiatur.

QVAESTIO II.

Vtrum possint in aliquod corpus naturaliter agere.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. Alex. vbi supra.

ET VIDETVR quòd non: accidens ita non agunt, nisi in virtute substantiæ, sed illis accidentibus non subest substantia: ergo in nullum corpus possunt naturaliter agere.

Secundo. 2 de anima T. com. 6.

Item agere præsupponit esse: ergo a simili agere naturaliter præsupponit esse naturaliter, sed accidentia non possunt naturaliter sine substantia: ergo neque naturaliter agere.

Tertio. T. com. 44.

Item omnis actio naturaliter est per naturalem contactum secundum Philos. primo de generatione, sed species panis, & vini in sacramento altaris, cum sint separatæ a materia, nullum corpus naturaliter tangere possunt, sed tantum modo mathematice: ergo in nullum corpus naturaliter agere possunt.

In oppositum. T. com. 68.

CONTRA, Philos. 1. de cæl. & mun. Omni rei est virtus, aut vt agat, aut vt agatur in ea. Sed speciebus in sacramento altaris cum sint formę magis conuenit vt agāt in aliud, quam vt agatur in eas: ergo siue possit agi in eas siue non, agere possunt in aliud.

Item experientia docet, quòd possunt immutare corpus notabiliter in magna quantitate sumptę.

CONCLVSIO.

Accidentia in altari naturaliter posse agere iurè censemus.

Respons.

RESPONDEO, quòd quamuis sit miraculum accidentia in sacramento altaris per se existere, tamen quòd sic per se existentia operentur in aliud nouum miraculum non est, sicut cęcum natum post miraculosam restitutionem visus videre nouum miraculum non est, sed naturale est: non enim intelligendum est sic accidentia operari in virtute substantiæ, quòd necessaria sit eis ad suam operationem aliqua virtus substantiæ, quæ non sit accidens, supposita eorum existentia, sed pro tanto hoc dicitur, quòd non possunt operari nisi sint, & naturaliter non possunt esse, nisi per substantiam: & quia ipsa accidentia sunt quędā virtutes substantiæ: & ideo quamuis eorum existētia, siue substantia sit per supernaturalem potentiam, tamen sic existentia in aliud possunt naturaliter agere.

Ad primū.

AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis. Etiam ad secundum.

Ad secundum. Ad tertiū.

Ad tertium dicendum, quòd minor est falsa; quamuis enim tactus dimensionum separatarum a materia, & a qualitatibus naturalibus actiuis, & passiuis non sit naturalis, tamen tactus dimensionum separatarum a materia, & non a naturali aptitudine existendi in materia, neque a qualitatibus naturalibus actiuis, & passiuis quales sunt dimensiones panis, & vini, in sacramento altaris est naturalis.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum speciebus prædictis possit aliquid permisceri.

Secundo vtrum habeant vim nutriendi.

QVAESTIO I.

Vtrum speciebus prædictis possit aliquid permisceri.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra q. 1. D. Th. ibidem. Alex. vbi supra. T. com. 78. & inde.

ET VIDETVR quòd non: quia secundum Philosophum primo de generatione, accidens non potest permisceri substantiæ, sed species vini in hoc sacramento non est nisi accidens, quilibet alius liquor substantia est: ergo nullus alius liquor potest sibi permisceri.

Secundo.

Item eorum quæ permiscentur fit superficies vna, sed impossibile est eandem superficiem esse sine subiecto, & cum subiecto: cum ergo in liquore superaddito maneat subiectum, species autem vini in hoc sacramento sit sine subiecto, impossibile est illi speciei liquorem alium permisceri.

Tertio. T. com. [illegible]

Item secundum Philosophum primo de generatione, quælibet pars mixti est mixta, sed impossibile est in eadem parte mixti esse aliquid cum subiecto, & sine subiecto. Cum ergo quantitas liquoris superadditi retineat suum subiectum, & quantitas speciei sacramentalis remaneat sine subiecto, quia non transubstantiatur, impossibile est sibi alium liquorem permisceri.

Quarto.

Item aqua quæ miscetur aquæ benedictæ, benedicta efficitur: ergo similiter si alius liquor possit misceri speciei vini cōuersi in sanguinem posset transubstantiari in sanguinem Christi, sine noua verborum prolatione, quod falsum est.

In oppositum. T. com. 8[illegible]

CONTRA, Philosophus primo de generatione. Ea quæ sunt bene diuisibilia in parua sunt bene miscibilia, sed species vini est bene diuisibilis in parua: ergo est bene alij liquori miscibilis.

Item secundum Inno. de offi. mis. par. 3. ca. 25. Si post consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini.

CONCLVSIO.

Hoc pro comperto tenetur, sanguini Christi nihil permisceri posse.

Responsio.

RESPONDEO, quòd speciei vini conuersi

uersi in sanguinem si alius apponatur liquor, aut est vinum, aut est liquor alius. Si vinum, aut apponitur in maiori quantitate, aut æquali, aut minori: sed siue sic, siue sic apponatur, nunquam vere permiscetur, quia ea quæ sunt eiusdem speciei non possunt in seinuicem agere, & pati actione & passione, quę requiruntur ad hoc, vt ex pluribus constituatur vnum verum mixtum. Non enim dicendum est, quòd quælibet pars dimensionis vini appositi attingat quamlibet partem dimensionis speciei vini in sanguinem Christi iam conuersi, quia si hæc essent non requirerent maiorem locum, quam ante, quod experientiam probari potest falsum. Et ideo secundum aliquos quantumcunque superaddatur de vino semper manet sanguis Christi, nō sub speciebus vini superadditi, sed sub speciebus vini transubstantiati, quia non corrumpuntur, nec earum fit substātia vini superadditi subiectum: quia impossibile est duas soliditates esse naturaliter in eadem parte substantiæ. Sed alios tamen tantum posset superaddi de vino, quod non remaneret sanguis Christi sub priori specie, quia quāuis non corrumperetur, nec ex ea, & vino superaddito aliquid vere mixtum constitueretur, tamen diuideretur in partes ita paruas, ꝙ in neutra saluaretur ratio sacramenti. Si autē addatur alius liquor, aut additur in tali quantitate, quòd virtus eius plene dominetur speciei vini, aut econuerso, ita quòd eorum virtutes proportionantur proportione conuenienti mutuę actioni, & passioni, quę requiruntur ad veram mixtionem.

2. parr. 5. si addatur alius liquor.

Primo modo, liquor ille additus conuerteret speciem vini in suam naturam, quo facto non esset ibi sanguis Christi.

Secundo modo species vini conuerteret liquorem additum in vini naturam, non tantummodo in accidentia, quia in specie vini manet virtus substantiæ ad agendum, eo modo quo superius ostensum est: nec tamen esset sanguis Christi sub accidentibus vini generati ex illo liquore, sed essent illa accidentia in suo proprio subiecto, remanent tamen sub specie vini prioris.

Tertio modo ex specie vini, & liquore addito constitueretur aliqua natura tertia, quę nec esset eiusdem speciei cum vino, neque cum liquore addito, quia ammixtum non est eiusdē speciei cum aliquo miscibilium. Vnde sub specie illius naturę tertię nō esset sanguinis Christi, nec sub specie vini prioris, quia non manet: dimensio enim mixti alia videtur numero a dimensionibus, quę fuerunt in miscibilibus, & qualitates actiuę, & passiuę alię in specie a qualitatibus actiuis, & passiuis miscibilium: magnam tamen similitudinem habent cum illis, & hæc est vna de rationibus quare Philosophus primo de generatione dicit, virtutem miscibilium manere in mixto.

Ad primum in oppositum dicendum, quòd auctoritas Philosophi intelligenda est de accidentibus, & substantia, quæ illorum accidentium est subiectum. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, quòd sicut non est inconueniens eandem superficiem secundum vnam sui partem esse albam, & secundum aliam nigram, sic non est inconueniens eandem superficiem, secundum vnam sui partem non esse in subiecto per miraculum, & secundū aliam esse in subiecto: & sic est cum speciei vini apponitur vinum non consecratum, vel aqua in tali proportione, quòd non corrumpitur species vini, nec ex ambobus constituitur aliquid vere mixtum. *Ad secundum.*

Ad tertium dicēdum, ꝙ si ex specie vini, & alio liquore constituatur aliquid vere mixtū, non est aliquod accidens, nec pars eius sine subiecto, sicut videri potest ex dictis in quæstione. *Ad tertiū.*

Ad quartum dicendum, quòd sicut refert Inno. de offi. mis. par. 3. c. 25. Quidam voluerunt, quòd per contactum sacramenti vinum quod apponitur efficitur consecratum, & transit in sanguinem: sed sicut dicit ibidem assertioni istorum ratio minime suffragatur: non enim virtus transubstantiandi data est speciei vini consecrati, sicut data est, vel assistit verbis: aquę autem benedictæ data est virtus reddendi aquam sibi mixtam benedictam, quia illa benedictio est accidentalis, & ex institutione ecclesiæ sic est ordinatum, & de tali benedictione loquendo liquor additus speciei vini si postea posset separari reputaretur benedictus propter contactum rei sacrę, & multo magis benedictus reputari debet manens confusus cum specie vini consecrati. *Ad quartum.*

QVAESTIO II.

Vtrum species prædictæ habeant vim nutriendi.

ET VIDETVR quòd non: secūdum Philosophum 2. de generatione. Ex eisdem sumus, & nutrimur. Sed non sumus ex accidentibus: ergo nec nutrimur. *Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supra. Alexā. vbi supra. T. com. 50.*

Item omne quòd nutrit conuertitur in nutritum, sed accidentia conuerti non possunt in substantiam: ergo nutriri non possumus ex illis speciebus. *Secundo.*

Item omne quod nutrit soluit ieiunium, sed sumptio specierum non soluit ieiunium: alias enim nunquā esset licitum sacerdoti duas missas in die celebrare: ergo illę species non nutriunt. *Tertio.*

Item id quod nutrit expoliatur forma sua per virtutem nutriti, & efficitur eius materia sub nutriti forma: alias enim essent duo corpora simul, & esset nutritio generatio: nihil ergo non potest nutrire quod non habet materiam. Cum ergo prædictis speciebus non subsit materia, nutrire non possunt. *Quarto.*

CONTRA, quod potest inebriare potest nutrire, *In oppositum.*

nutrire, sed secundum gl. super illud ad Cor. I. c. II. Alius quidem ebrius est. Aliqui inebriantur ex vsu illarum specierum.

Item experiri potest homo, quòd temperant famem & sitim, sed talia possunt nutrire.

CONCLVSIO.

Species in sacramento vtiquè reficiendi ac nutriendi vim habent.

Respons. RESPONDEO, quòd species in sacramẽto altaris vim habent nutriendi absque nouo miraculo, quamuis contrarium dixerint aliqui, nec tantum calefaciendo, vel fouendo virtutem corporis sine aliqua conuersione vt dixerunt aliqui: sed etiam per hoc, quod vere cõuertuntur in substantiam corporis quod nutritur, & hoc siue fiat nutritio p hoc, quod digestæ recipiũtur in poris corporis plenis humiditate subtili, quæ cõdensatur ad hoc, vt ibi recipiatur nutrimentum, & ibi conuertitur in carnem, & efficitur vnum continuum cum carne nutriti: aut per hoc, quod materia expoliatur forma sua, & efficitur sub præexistenti forma nutriti: quamuis enim prædictis speciebus non subsit materia, tamen annexa est illis possibilitas conuertibilis, non tantum in substantialẽ formam, sed etiam in materiam, vt superius in eadem dist. ostensum est: nec existunt illa accidentia per illam possibilitatem, quia per se subiectum accidentium esse nõ potest, vt dictum est supra eadem dist. 2. q. ar. 2. Sed ad existentiam illius possibilitatis necessaria est actualis existentia illorum accidentium, quibus per virtutem diuinam connexa est: non enim dici potest, quòd per propriam actualitatem existat cum non sit actualis natura, sed pure potentialis, vt superius dictum est.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd ex accidentibus sine nouo miraculo nõ possemus nutriri, nisi eis esset annexa possibilitas transmutabilis in materiam, & formam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd accidentia non conuertuntur in substantiam nutriti, sed illa substantia in quam prædicta possibilitas conuertitur, vnde & illa possibilitas mediate conuertitur substantiam nutriti.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd loquendo de ieiunio pro cuius absolutione abstinere debet sacerdos a celebrando, maior non est vera nisi de nutrimento consueto, vel de nutrimento cuius existentia naturalis est.

Ad quartum. Ad quartum videri potest quid dicendum per ea, quæ dicta sunt in quæstione.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum per huius sacramenti susceptionem peccata remittantur.

Secundo vtrum virtutes augeantur.

QVAESTIO I.

Vtrum per huius sacramenti susceptionem peccata remittantur.

ET VIDETVR quòd non: quia non mortalia, cum suscipiens in peccato mortali iudicium sibi manducet, & bibat secundum Apostolum prima ad Cor. II. Nec venialia, quia qua ratione remitteretur vnum, omnia remitterẽtur eadem ratione, & sic homo post sacramenti susceptionem vere posset dicere se non habere peccatum quodcunque quod est contra beatum Io. I. can. sua. c. I. & Eccl. nono. Homo ignorat an amore, vel odio dignus sit: ergo per huius sacramenti susceptionem non remittuntur peccata. Arg. I. D. Bo. li. 4. distinct. 12. p. 2. ar. I. q. 2. D. Th. 4. d. dist. 12 q. 2. ar. 2. Ale. p. 4. q. 10. m. 8. ar. I.

Item aut homo accedit contritus, aut non: si sic, antequam sacramentum recipiat remissa sunt sibi peccata virtute contritionis: si non, recipiẽdo peccat: ergo per susceptionem huius sacramenti nullo modo remittuntur peccata. Secundo.

Item per hoc sacramentum non remittuntur ea quę impediunt sacramenti effectum: sed quodlibet peccatum impedit huius sacramenti effectum, quia peccatum mortale impedit gratiæ susceptionem; peccatum veniale minuit charitatis feruorem: ergo per huius sacramenti susceptionem nulla remittũtur peccata. Tertio.

In oppositum. CONTRA, Inno. de offi. mis. parte. 3. c. vlt. Eucharistia si digne sumatur a malo liberat, & conseruat in bono, venialia delet, & cauet mortalia.

Item Grego. in collecta: Sit ablutio scelerũ, sit fortitudo fragilium.

CONCLVSIO.

Principalis effectus huius sacramenti est corpori Christi mystico vnire, & nedum venialia, sed quandoque mortalia dimittere.

Respons. RESPONDEO, quòd principalis effectus huius sacramẽti est iã vnitũ corpori Christi mystico per charitatem plus vnire, & incorporare, & quia augmentum vnionis venialia impediunt aliquo modo, inquantum scilicet minuunt charitatis feruorem: ideo ex consequenti per susceptionem huius sacramenti venialia remittuntur, nec oportet, quòd omnia, sed secundum suscipientis dispositionem, aliquando etiam remittuntur mortalia, cum scilicet existens in peccato mortali non credit se habere peccatum mortale, non quia omisit diligentem conscientiæ examinationẽ: sed quia non potest homo de lege communi certus esse vtrum pęniteat digne, vt superius habitum est dist. 9. in illa quæstione, vtrum existens in peccato mortali peccet mortaliter suscipiendo hoc sacramentum, & sic patet, quòd quamuis principalis effectus huius sacramẽti sit vnitum corpori mystico amplius vnire, tamen aliquando per charitatem vnit non prius vnitum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd quamuis non remittat mortalia communiter,

muniter, tamen remittit in casu prædicto. Est etiam homo aliquando magis dispositus ad hoc, vt sibi remittantur quædam venialia, quam alia.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd homo aliquando accedit non cõtritus contritione formata, sed attritus de aliquo mortali peccato, & quandoque illa attritio post susceptionem sacramenti formatur, & sic quandoque per susceptionem huius sacramenti peccatum mortale remittitur. Venialia autem quia simul stare possunt cum gratia remitti possunt per sacraméti susceptionem sine aliquo actuali motu pęnitentiæ speciali, dum tamen homo actu illi peccato non inhęreat, nunquam enim peccatum remittitur quamdiu voluntas ei actualiter inhęret.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd quamuis per huius sacramenti susceptionem non remittantur ea, q̃ totaliter prohibet sacramenti effectū, remittuntur tñ aliqua effectum sacramenti in aliquo minuūnt: huiusmodi autem sunt peccata venialia, qui enim sine omni peccato veniali accederet, accederet melius dispositus, quã accedens cum veniali, & sic maiorem sacramẽti effectum susciperet.

QVAESTIO II.

D. Bon. vbi supra q. 3. D. Th. ibidem. Alex. vbi supra ar. 2.

Vtrum virtutes augeantur per susceptionem huius sacramenti.

CONCLVSIO.

Sicut per cibum corpus roboratur, ita per sacramentum hoc virtutes augentur.

Respondeo, quòd sicut per nutrimentum corporale restauratur deperditum, & deducitur indiuiduum ad quantitatem perfectã, sic per istud sacramentum quod est nutrimentum animæ spirituale, restauratur illud quod perdit anima per peccatum veniale in hoc, q per huius susceptionem peccata venialia remittuntur, & augetur charitas in suscipiente: & quia charitas est aliarum virtutum forma, vt videri potest ex lib. 3. distin. 23. in illa quæstione, vtrum charitas sit fidei forma, ideo per augmentum charitatis animæ virtutes augentur, vel quantum ad essentiam, vel quantum ad perfectionem modum existendi in subiecto, vel quantum ad perfectionem actus, seu quantum ad omnia ista simul, quod probabilius est, vnde Inno. de offi. mis. parte. 3. ca. vlt. Per huius sacramenti virtutem vniuersę virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. (Virtutes in augeri per hoc sacramẽtum.)

ARTICVLVS VI.

Consequenter quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur duo. Primo vtrum frequenter sit communicandum.

Secundo quid significent illæ tres partes quæ fiunt de specie consecrata.

QVAESTIO I.

Vtrum sit frequenter communicandum.

Arg. 1. D. Bon. li. 4 dist. 12. p. 2 ar. 2. q. 2. D. Th. p. 3. q. 80. ar 10 Alex. p 4. q 11. m. 2. ar. 4.

Et videtur quòd non: quia ecclesia non statuit communicandum nisi semel in anno, scilicet in pascha te, extra, de pęni. & re. Omnis vtriusque sexus, sed supponendum est, quòd ecclesia statuit illud quod melius est fieri: ergo nõ est communicandum nisi semel in anno.

Secundo. Item de conse. di. 2. Seculares. Seculares qui in Natali domini, Pascha, Pentecoste non communicauerint catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur, sed communicare frequenter: ergo non est frequenter communicandum.

In oppositum. Contra, ea. dist. Si quotiescunque. Si quotiescunque effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere qui semper pecco: ergo frequenter debet homo communicare.

Item eandem dist. Præterea consecratione omnes communicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt & sancta Romana ecclesia tenet, cũ ergo qualibet die corpus Christi sit consecrandum, qualibet die est communicandum.

CONCLVSIO.

Qua analogia pluries oportet cibum sumere, eadem & sacramentum hoc suscipere conducit.

Responsio. Respondeo, quòd sicut in corpore fit quasi cõtinua deperditio naturalis humiditatis per actionẽ naturalis caloris, qua de causa oportet pluries cib⁹ sumere ad restaurationẽ deperditi, ne perditio continua mortem inducat, sic cum ex corruptione concupiscentię in nobis, & occupatione circa exteriora fiat deperditio deuotionis, & charitatis feruoris debemus pluries suscipere hoc sacramentum, p cuius susceptionem causatur in anima spirituale nutrimentum, ne per nimiam deperditionem, si non adesset restauratio homo paulatim ad mortem spiritualem deduceretur. In suscipiendo tamen sacramentum debet esse desiderium amplioris coniunctionis cum Christo, & reuerentia ad sacramentum. Vnde si homo experimentaliter cognoscit, quòd ex frequenti susceptione huius sacramenti feruor charitatis augetur in ipso, & reuerentia ad sacramentum non minuitur, frequenter debet communicare, non tamen in die plusquã semel. Ar. de consecr. di. 1. Sufficit. Si autem sentiret per multam frequentationem minui reuerentiam ad hoc sacramentum, & feruorem non multum augeri, interdum deberet abstinere, vt cum maiori reuerentia, & deuotione postmodum accederet. Et ideo dicitur de consecra. dist. 2. Quotidie. Quotidie eucharistiæ communicationem accipere neque laudo, neque vitupero. Et infra: Faciat vnusquisque vt secundum fidem suam pie credit esse faciendum, hoc tamen sic intelligas vt obseruet

statutum

ſtatutum eccleſiæ de communicando ſemel in anno ad minus. Alio autem tempore non tenetur homo communicare de neceſsitate niſi ratione officij, quod dico propter ſacerdotes qui communicare tenentur quotieſcunq; conficiunt corpus Chriſti, de conſecr. di. 2. Relatū: vel ratione periculi mortis, ſicut ſunt homines in grauibus infirmitatibus, in quibus eſt notabile periculum mortis: conſtituti: tales enim petere tenentur ſacramētum euchariſtię, ſi vſum habent lib. ar.

Ad primū. AD PRIMVM dicendum, quòd iſtud ſtatutum non prohibet quin alias pluries homo poſsit communicare, ſed non obligat ad plus illos qui non communicant, niſi ratione ſui, excepto periculo mortis, quia tamen ſacerdotes tenentur celebrare miſſas populo, & quotieſcunque miſſas celebrationes communicare debent, vt habitum eſt, ideo ſacerdotes pluries in anno communicare tenentur.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, quòd decretum illud non prohibet quin pluries poſsint homines communicare, ſed non obligat ad pluries communicandum, nec modo obligat ad toties, quòd abrogatum eſt per illam decretalē. Omnis vtriuſque ſexus.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, illam auctoritatem debere intelligi, vt ſemper accipere intelligatur ꝓ accipere quolibet anno, vt intelligas, quòd ibi accipitur effuſio ſanguinis Chri pro ſignificatione, vel communione effuſionis ſanguinis Chriſti, ſicut dicit Apparatus ibidem,

Ad ſecundum dicendum, quòd in primitiua eccleſia quando vigebat maior deuotio, quia parum ante præceſſerat Chriſti paſsio, & erat ab infidelibus maior impugnatio, ordinatum fuit a fidelibus, vt fideles qualibet die cōmunicarent, vt feruentiores eſſent in deuotione, & fortiores in tribulatione, & pro illo tempore intelligitur decretum allegatum, poſtmodum minus feruente charitate ordinatum fuit, vt ſaltem ter in anno communicarent, vt patet in decreto illo ſuperius allegato. Seculares. Sed poſtmodum ordinatum eſt, vt ſaltem ſemel in anno, ſcilicet in paſcha.

QVAESTIO II.

D. Bo. li. 4. diſtinct. 12. ar. 3. q. 2. D. Th. 4. ſē. diſt. 12. q. 1. ar. 3. Ale. p. 4 q. 10. m. 9. ar. 4

Vtrum aliquid ſignificent partes tres, quæ fiunt de ſpecie conſecrata.

CONCLVSIO.


Chriſtum beatos eum ipſo regnantes ac ſanctos adhuc miſeros hoſtiæ ſignificant particulæ trinæ.

Reſponſ. Figura triū particularū hoſtiæ conſecratæ. RESPONDEO, quòd vt habetur de conſecra. di. 2. Triforme, & recitat Magiſter in littera huius di. c. 3. Pars in calicem miſſa, corpus Chriſti quod iā reſurrexit monſtrat, quia vt dicit gl. ibidem: Iunctura corporis Chriſti cum ſanguine deſignat vnionem corporis cū anima, pars comeſta monſtrat corpus Chriſti ambulans adhuc ſuper terram, ideſt ſecūdum glo. ibidem diſignat corpus Chiſti in eo ſtatu in quo fuit ante paſsionem, vel deſignat eccleſiam adhuc militantem: pars in altari vſque ad finem miſſę remanens demonſtrat corpus in ſepulchro, ſiue corpus Chriſti verum. ſiue mixtum, quia vſque in finem ſeculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt. Sed quia vt dicit glo. ibidem, hodie non ſeruatur iſte modus, ſcilicet de ſeruando partem vnam vſque ad finē miſſę: ideo aliter poteſt aſsignari partium prædictarum ſignificatio, ſecundū Inno. de officio miſ. parte. 4. c. 24. & 25. & ſecundum Hu. lib. de ſacr. par. 8. ca. 10. Eſt enim corpus Chriſti vniuerſalis eccleſia, ſ. caput cum alijs membris, & ſunt huius corporis tres partes. Vna eſt ipſum caput, ſcilicet Chriſtus, caput enim & caput eſt, & pars corporis: altera pars ſunt illi quorum corpora requieſcunt in tumulis, & animæ regnant cum Chriſto, tertia pars ſunt ſancti adhuc patientes miſerias temporalis vitę: duę primę partes repræſentantur per 2. partes hoſtię, quæ ſunt extra calicem, calix enim repræſentat paſsionem. Illæ autem duæ partes ſunt extra paſsionem, & quia animę ſanctę ſunt cū capite ſuo iunctæ, ideo illę duę partes ſunt ſimul, & maior repræſentat caput, & minor aliam partem, pars autem miſſa in calicem quæ repræſentat paſsionem, ſignificat illam partem corporis eccleſiæ quæ adhuc patitur miſerias temporalis vitæ. *Alia ſignificatio.*

Littera declaratio. CIRCA litteram. In veritate manibus ſacerdotis tractari, & frangi. Non quia frāgatur corpus Chriſti, ſed quia verum corpus Chriſti manet ſub partibus fractis. In ſacramento ſic fit, ideſt in ſpecie. Manet integer totus ī corde tuo, quia fides ſemper credit Chriſtū integrum. Quotidie immolatur, ideſt eius immolatio repræſentatur. Peccamus quotidie peccatis ſine quibus mortalis infirmitas viuere non poteſt, hæc infirmitas & impotentia non ex inſtitutione naturæ, ſed per corruptionem cauſatam ex culpa.

Prauos ſacerdotes conficere poſſe.

DISTINCTIO XIII.



De prauis ſacerdotibus conficere. Lib. de tempore dominicæ allegatur 1. q. 1. Intra catholicam. Ioan. 1. c. quaſt. 1. c. Multi ſecularium.

OLET etiam quæri, vtrùm praui ſacerdotes hoc ſacramentum conficere queant? Ad quod dici poteſt, quòd aliqui, licet ſint praui, conſecrant verè, ſcilicet qui intus ſunt nomine & ſacramento, etſi non vita: quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris. Vnde Aug. Intra catholicam eccleſiam in myſterio corporis & ſanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo perficitur creatoris, & virtute ſpiritus ſancti. Credendum eſt enim, quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur. Sicut ipſe eſt qui baptizat,

baptizat, ita ipse est qui per spiritum sanctum suam efficit carnem & sanguinem, Item Gregor. Putant quidam communionem corporis minus esse sanctificatã, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant: cùm vnus idémque spiritus sanctus in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat.
1. Cor. 12. b Ex Isido. li. 6. Etym. c. 19. Mysterium ideo dicitur, quòd secretam & reconditã habeat dispensationem: Sacrificium verò quasi sacrũ factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicę passionis. Sacramentũ est in aliqua celebratione, cùm res ita fit, vt aliquid significatæ rei accipiamus. Sacramẽta sunt, baptisma, chrisma, corpus Christi, quæ ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegumento visibilium rerum diuina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Vnde à secretis virtutibus vel sacris Sacramenta dicuntur. Panis & calicis sacramentum Græcè eucharistia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur: & quid melius corpore & sanguine Christi? Siue ergo per bonos siue per malos ministros intra ecclesiam dispensetur, sacramentum tamen est: quia spiritus sanctus viuificat, bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore Domini, hoc & de baptismate & chrismate dicendum est & tenendum: quia virtus diuina secretius operatur in eis, & diuina solummodo est hæc virtus siue potestas, non humanæ efficaciæ: Illi verò qui excommunicati sunt, vel de hæresi manifestè notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecratione, Offero, sed, Offerimus, quasi ex persona ecclesię. Et ideo cum alia sacramenta extra ecclesiam possint celebrari, de hoc non videtur. Quod etiam Augustinus tradere videtur dicens, Recolite nomen, & aduertite veritatem. Missa enim dicitur, eo quòd cælestis missus ad consecrãdum viuificum corpus adueniat: iuxta dictum sacerdotis dicentis, Omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, &c. Idcirco nisi angelus venerit, missa nequaquam iure vocari potest. Nunquid enim si hoc mysterium hæreticus ausus fuerit vsurpare, angelum de cęlis mittit Deus oblationem eius cõsecrare? maximè cum eisdem per Prophetam comminatus sit, dicens, Maledicam benedictionibus vestris. Quòd si benedictionibus eorum se asserit maledicturam Veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse benedici ab illo, quem scimus à Deo fore maledictum cum sua benedictione? Si enim Deus maledixerit benedictionibus hæreticorum, & † schismaticus benedixerit, quis eorum præualebit? Nunquid benedictio maledicti ad nihilum poterit redigere verba verissima comminantis Dei? Ex his colligitur, quòd hæreticus à catholica ecclesia præcisus nequeat hoc sacramentum conficere, quia sancti angeli, qui huius mysterij celebrationi assistunt, tunc non adsunt quando hæreticus vel † schismaticus hoc mysterium temerare præsumit. Non enim dubitari licet, vbi corporis dominici & sanguinis mysteria geruntur, superiorum ciuium adesse conuentus.

[Margin: Non est recipienda hæc Magistri sententia. — Aug. in ser. de corpore Christi. — Mala. 2. a — † Symoniacus. — † simoniacus.]

HIERONYMVS super cap. 2. Malach. verba Prophetæ sic exponit, Maledicam benedictionibus vestris, id est, his quæ nunc meis benedictionibus posidetis, vel quicquid a vobis benedicetur, per me erit maledictum: vel quoniam non benedicunt sanctis, ex vero corde vel quia qui iniquè agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint. *Et habetur 1. q. 1. c. Multi secularium, ad fi. Et lib. 2. de Trin. statim post prin. q. 1. cap. Maledicam.*


IN huius autem mysterij expletione, sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet vt sit sacerdos, & intentionem adhiberi oportet, vt illud facere intendat. Sed si non credit de illo mysterio, sicut veritas habet, nunquid potest intendere illud conficere? & si non intendit, nunquid conficit? Aliqui dicunt, etiam non rectè de illo mysterio sentientem posse intendere, non quidem illud conficere, quod iam esset rectè credere, sed id agere quod geritur ab alijs, dum illud cõficitur, & sic adhibetur intẽtio: etsi intẽtio dicat deesse conficiendi illud mysterium, tamen ex quo intendit ea dicere & agere quæ ab alijs geruntur, impletur mysterium. Illud etiam sanè dici potest, quòd à brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumimus, vel quid manducat? Deus nouit. De hoc cælesti mysterio aliqua perstrinximus, à catholicis fideliter tenenda. Qui enim his cõtradicit, hæreticus iudicatur. [Margin: Non probatur hæc magistri opinio]

Quod faciat Hęreticũ, & quid sit Hęreticus.

NE autem ignores quid faciat Hæreticum, vel quid sit Hæreticus, audi breuiter quid inde sancti doctores tradant: Hilarius ait, Extiterunt plures qui cælestium verborum simplicitatem, non veritatis ipsius absolutionem susceperunt, aliter interpretantes quàm dictorum virtus postularet. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est, & sensus, non sermo fit crimen. Idem in 8. Intelligentiæ sensus in crimine est, Hier. dicit, quòd ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis. Augu. definiens quid sit hæreticus, ait, Hæreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur, [Margin: Hilar. de trinit. li. 2. stati post prin. — Super ca. 2. Oseæ. — Li. de vtili. cred. ad Honoratum, c. 1. tom. 6.]

GREGORIVS *super Ezechielem, homil. 10.* Qui in expositione sacri eloquij, vt auditoribus placeat, aliquid fingit, sua verba loquitur, non Dei, Qui autem in verbis dominicis aliter quàm is qui protulit senserit, etsi sub alio intellectu, tamen ad ædificationem charitatis tendit, Domini sunt verba quæ dicit.

DISTINCTIO XIII.



SVPERIVS determinauit Magister de sacramento Eucharistię quo ad eius esse, & de eius confectione, & de consequentibus ad confectionẽ: hic determinat de conficientis potestate. [Margin: Continatio.]

Et

Et diuiditur in duas partes.

Textus: Primo determinat quis hoc sacramentum posſit conficere. Secundo recapitulat de tractatu eucharistiæ,& ſimul oſtendit quid faciat hominem hęreticum ibi. (De hoc celeſti.)

Prima in tres.

Primo determinat de vita miniſtri.

Secundo de fide. bi. (Illi vero.)

Tertio de ordine & intentione.ibi. (In hoc autem miniſterij.)

CIRCA hanc diſt. quærendum eſt principaliter de quinque.

Primo a quibus posſit hoc sacramẽtũ cõfici.

Secundo de conuenientia conficiendi hoc sacramentum.

Tertio de his quæ requiruntur ad celebrationem miſſę, vltra illa quæ ſunt de eſſentia ſacramenti.

Quarto de pęna celebrantium omittentiũ illa quæ requiruntur ad celebrationem miſſę, quæ tamen non requiruntur ad eſſentiam ſacramenti.

Quinto de hæreſi.

ARTICVLVS PRIMVS

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum quilibet ſacerdos posſit hoc ſaramentum conficere.

Secundo vtrum non ſacerdos posſit hoc ſacramentum conficere.

Tertio vtrum non ſacerdos posſit hoc ſacramentum diſpenſare.

Quarto vtrum licitum ſit homini ſuſcipere hoc ſacramentum a publico peccatore.

QVAESTIO I.

Vtrum quilibet ſacerdos poſſit hoc ſacramentum conficere.

Arg.1. D.Bo. li.4. diſtinct.13. ar.1.q.1. D.Th.4.ſẽ. diſt.13.q.1. ar.1. Ale.p.4 q. 10.m.5.ar. 1. Scot. lib.4. d.13.q.2.

ET VIDETVR quòd non: quia in qualibet repu. principi debetur actus nobiliſsimus. Sed conficere corpus Chriſti actus eſt nobiliſsimus: ergo cõuenire nõ poteſt niſi principi ſacerdotũ.

Secundo. Item 1.q.1. Multi ſecularium, exponitur illud verbum Malac.2. Maledicã benedictionibus veſtris,&c. ſic, hoc eſt his quæ nunc in eis posſidetis benedictionibus, ſeu quicquid a vobis benedicitur: ergo quicquid benedicunt ſacerdotes mali, maledicit Deus: ſed hoc ſacramentum confici non poteſt niſi benedictione Dei: ergo a malo ſacerdote nõ poteſt confici.

Tertio: Item 1. q. 1. Quod quidam. §. Opponitur. Suſpenſo vel depoſito ſacerdote nulla ei relinquitur poteſtas ſacrificandi, ſed ſacerdos ſuſpenſus vel depoſitus remanet ſacerdos, quia character ſacerdotalis eſt indelebilis: ergo nõ omnis ſacerdos poteſt hoc ſacramentum conficere.

Quarto: Item 24.q. 1. Audiuimus. §. Si autem. Quicunque ab vnitate eccleſię quę per Petrum intelligitur fuerit alienus execrare poteſt, conſecrare non valet: ſed ſacerdos alienus ab vnitate eccleſiæ remanet ſacerdos: ergo non omnis ſacerdos poteſt hoc ſacramentũ cõficere.

Quinto. Item ſi quilibet ſacerdos poſſet hoc ſacramẽtum conficere, cum virtus miſſę conſiſtat in ſacramento, æque bonum eſſet, ſeu vtile audire miſſam a malo ſacerdote ſicut a bono, ſed hoc eſt falſum cæteris enim paribus, melius eſt audire miſſam a bono ſacerdote: ergo ſacerdotes mali nõ poſſunt conficere hoc ſacramẽtũ.

In oppoſitum. CONTRA, 1.q.1. Quod quidam, nulla oſtenditur cauſa cur ille qui ipſum batiſmum amittere non poteſt ius dandi amittere poſſit: ergo a ſimili nulla oſtenditur cauſa cur ille qui ſacerdotalem ordinẽ amittere nõ poteſt, ius conſecrandi amittere posſit, ſed nullus ſacerdos poteſt amittere ordinem ſacerdotalem, quia character indelebilis eſt: ergo quilibet ſacerdos hoc ſacramentũ cõficere poteſt.

Item e.c.§. De his. Redeunti non redditur, quod & foris habebat. Et infra, Conſtat eam ideſt ſacramentorum ſanctitatem in peruerſis hominibus & ſceleratis, ſiue in his qui intus ſunt, ſiue in his qui foris ſunt impollutam atque inuiolabilem permanere: ergo quilibet ſacerdos qualiſcunque ſit poteſt hoc ſacramentum conficere.

CONCLVSIO.

Quemque ſacerdotem etſi non de iure, tamen de facto hoc ſacramentum conficere poſſe perhibemus.

Opi Magiſtri quæ a nonnullis tenetur. AD ISTAM quæſtionem dixerunt aliqui, quòd excommunicati, vel de hæreſi manifeſte notati non videntur hoc ſacramentum poſſe conficere, licet ſacerdotes ſint: quia ſacerdos offert ſacrificium ex perſona eccleſiæ, & huius opinionis videtur fuiſſe Magiſter, vt patet in littera huius diſt.c.2. Similiter dicunt de degradatis, ſed iſtos non dicunt remanere ſacerdotes, quia ſicut epiſcopus illi potuit cõferre ordinẽ ſacerdotalem, ita poteſt auferre.

Præterea, ſi remaneret ſacerdos non relinqueretur ſeculari iudicio puniendus.

Contra. Sed hæc opinio falſa eſt: poteſtas enim conſecrandi corpus Chriſti fundatur ſuper characterem ſacerdotalem, vel eſt ipſe character, qui quidem ab homine per hominem auferri non poteſt, indelebilis enim eſt.

Nec cogũt rationes adductę pro opinione. Sacerdos enim hæreticus etiam quantum ad hunc articulum ſi intendit facere quod facit eccleſia, quo ad hoc offert ex pſona eccleſiæ, Ca. 10. etiam ſi nihil intendat facere in particulari. Sicut enim ſecundum Philoſoph. ſecundo priorum, aliquid poteſt ſciri in vniuerſali, & ignorari in particulari, ſic dico quòd ſacerdos poteſt intendere conficere in vniuerſali, ſcilicet, inquantũ intendit facere quod facit eccleſia, & nõ intendere in particulari inquantum æſtimat eccleſiam in hoc articulo eſſe deceptam.

Quod etiam dicunt de degratis non valet, quia Epiſcopus non eſt efficiens cauſa impręſſionis characteris, ſed miniſterialis: Deus.n. ipſum

sum imprimit per ministerium Episcopi quē Deus non instituit ministrum auferendi, sicut conferendi, quia propter efficaciam consecrationis debet esse perpetuus ordo.

Quod etiam dicunt degradatū relinqui iudicio seculari non cogit, quia subesse iudicio seculari non est essentiale ordini, sed clericis conuenit ex priuilegio quo degradatus sua culpa priuatur.

Ad q. Dicendum ergo ad quæstionē, ꝙ quęlibet sacerdotem posse hoc sacramentum conficere dupliciter potest intelligi, scilicet, aut de iure, aut de facto.

Quemlibet sacerdotem & si non de iure tamen de facto cōsecrare posse. Primo modo, non oīs sacerdos potest hoc sacramentum conficere, quia neque irregularis, nec interdictus, nec suspensus ab executione eorum, quæ sunt ordinis, nec excommunicatus, nec schismaticus, nec hæreticus, nec degradatus hoc sacramentum de iure potest cōficere, quia cuilibet prædictorum prohibitus est potestatis, & sacerdotalis vsus. Vnde conficiendo grauissimè peccant.

Secūdo modo, quilibet sacerdos hoc sacramentum potest cōficere, quia nullus sacerdos quantumcunque fuerit nefarius amittit characterem sacerdotalem super quē fundatur conficiendi potestas: ergo nec potestas conficiendi. Vnde si quilibet prædictorum super materiam debitam dicat formam verborum debitam, cum intentione faciendi quod facit ecclesia, verè cōuertitur substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior est intelligenda de actu nobilissimo quo a principe alicui confert aliqua eminētia status super alios, sed sacerdos conficiendo hoc sacramentū, & fidelibus ministrando non constituit aliquem in aliqua eminentia status super alios, sicut Episcopus conferēdo alicui ordinem, vel aliquem confirmando constituit ordinatum, & confirmatum in aliquo statu eminenti in ecclesia, quia ordinati sunt sicut duces, & confirmati sicut milites: & ideo tales actus reseruantur Episcopis, & quia etiā consecratio altarium, & benedictio virginum non veniunt in vsum totius populi, sed aliquarum excellentium personarum: ideo tales actus nō conueniunt nisi Episcopis, & ratione ordinis Episcopalis. Vnde nec talia sacerdotibus simplicibus conuenire possunt: extra de consecr. eccle. Aliqua per Episcopum in tex. & in glo.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ illud verbum intelligendum est de his qui male benedicunt in quantum mali sunt, quia inquantum tales laudant mala quæ Deus vituperat. Sacerdotes autem mali conficiunt corpus Christi, non inquantum mali sunt, sed inquantum sunt sacerdotes, nec sicut causæ principales, sed sicut ministeriales. Vnde a quocunque sacerdote conficiatur, conficitur principaliter non benedictione hominis, sed Dei.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ secundum gl. ibidem ibi accipitur potestas pro executione potestatis, & intelligendum est, ꝙ talis executio non remanet eis de iure.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ istud verbum cōsecrare non valet, intelligendum est de iure, secundum tamen gl. ibidem, talis conficit si formam obseruet, quia hoc ordinis est quem retinet recedens ab vnitate ecclesiæ.

Ad quintū. Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis virtus missę principaliter consistat in sacramento, & quantum ad hoc æqualiter est bona missa celebrata a malo sacerdote, sicut a bono, tñ quantum ad aliqua secundaria potest esse missa boni sacerdotis melior, quia quantum ad illa nō solum habet efficaciam ex operę operato, sed etiam ex sanctitate, & deuotione operantis: & ideo cęteris paribus, melius est audire missam a bono sacerdote, quam a malo.

QVAESTIO II.

Vtrum non sacerdos possit hoc sacramentum conficere.

Arg. I. D. Bon. vbi supra q. 2. D Tho vbi supra. Scot vbi su. Alexā. vbi supra. ET VIDETVR ꝙ sic: Duorū actuū, quorum vnus ordinatur ad alium, ille est nobilior ad quem alius ordinatur, sed conficere corpus Christi ordinatur ad sumere: ergo nobilius est sumere, quam conficere: sed non sacerdos potest sumere: ergo multo fortius potest conficere.

Secundo. Item corpus Christi conficitur in virtute Dei: Sed bonus laicus plus participat de virtute Dei, quam malus sacerdos: ergo multo fortius potest conficere, quam malus sacerdos.

In oppositum. CONTRA, solis Apostolis & alijs discipulis dixit Christus in cęna, hoc facite in meam commemorationē, sed Apostolorum Episcopi sunt successores: aliorum discipulorū presbyteri. di. 21. In nouo: ergo potestatē cōficiēdi nō habēt nisi Epi, & sacerdotes inferiores.

CONCLVSIO.

Neutiquam, cum in sacerdote solummodo ratione characteris consecrandi reperiatur potestas.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ nō: sacerdos nō potest hoc sacrm̄ conficere, sicut. n. accipi potest ex sñia Dion. 1. c. ecc. hier. & Ber. 3. li. de cōside. c. 13. Eccl. hier. imitari debet angelicā hier. sed sm̄ Dion. 4. c. ang hier. Angeli inferiores reuelationes diuinas, seu illuminationes recipiunt mediātibus superioribus. Vnde & cōueniens fuit, vt in Eccl. hier. inferiores reducerētur in Deum mediantibus superioribus, & quia sacramentum Eucharistiæ offertur Deo ad recōciliandum nos sibi, vel ei fortiùs vniendum: ideo potestatem conficiendi corpus Christi noluit Deus dare nisi illis qui essent ex officio mediatores inter ipsum & populum, cuiusmōdi sunt sacerdotes.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendū, ꝙ sumptio sacri maior est in vtilitate quā confectio, sed in potestate est econuerso: & ideo nō oportet, ꝙ qui potest sumere possit conficere.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ bonus laicus plus participat de Dei virtute, quantum ad ea quæ pertinent ad formalem bonitatem subiecti proprij, quam malus sacerdos: sed quãtum ad ea, quæ pertinent ad potestatem plus participat de diuina virtute malos sacerdos, quam bonus laicus: quia tamẽ simpliciter melius est esse sanctum, quam habere potestatem exercẽdi officia sancta: ideo simpliciter plus participat de Dei bonitate bonus laicus, quam malus sacerdos.

QVAESTIO III.

Vtrum non sacerdos possit hoc sacramentum dispensare.

Arg. 1. D. Th. 4. sẽ. dist 13. q. 1 ar. 3. Alex. p. 4. q. 11. m. 2. ar. 3. ET VIDETVR ꝙ sic: Legitur de beato Laurentio, qui non erat nisi diaconus, ꝙ sibi fuit cõmissa dominici corporis dispensatio.

Secundo. Item 93. di. præsente: præsente presbytero diaconus eucharistiam corporis Christi populo si necessitas cogit iussus eroget: ergo saltem in casu necessitatis nõ presbyteri possunt hoc sacramentum dispensare.

Tertio. Item eadem di. Diacones, dicitur de diaconibus, ꝙ sacramenti corporis erogationẽ sub conspectu Episcopi, seu presbyteri nisi his absentibus ius non habeant exercendi: ergo saltem absente Episcopo & presbytero, non presbyteri possunt hoc sacramentum dispensare.

Quarto. Item laici in casu possunt corpus Christi tãgere, & debent, vt si viderent ipsum in luto cecidisse, & non esset alius qui eleuaret: ergo a simili possunt corpus Christi ad infirmos deferre, & eis dare si non est alius qui det.

In oppositum. CONTRA, de conse. dist. 1 sancta: In sancta Apostolica sede statutum est, vt sacra vasa non ab alijs quam a sacratis, dominoque dicatis hominibus cõtractentur: ergo multo minus licitum est hominibus non sacratis hoc sacramentum dispensare, sed laici non sunt sacrati: ergo hoc nullo modo licet eis.

Item di. 93. Non oportet diaconos panem dare, id est corpus domini, secundum glo. ergo diaconi non possunt hoc sacr̃m dispensare.

CONCLVSIO.

Huius dispensationem sacramenti sacerdoti tantùm ex officio conuenire fas est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ dispensatio huius sacramenti ex officio non cõuenit nisi presbyteris, cuius ratio est, quia ipse sacerdos reprę̃sentat Christũ, q̃ fuit mediator Dei, & hoĩum: dispẽsatio aũt huius sacramẽti est ad reconciliãdũ nos Deo, vel ei fortius vniẽdũ, & ideo soli sacerdoti q̃ est mediator inter Deũ & populũ, cõuenit ex officio hoc sacramentũ dispẽsare. Vnde de consecra di. 2. Peruenit. Modis oĩbus presbyter ꝑ semetipsum infirmũ cõicet, quod si aliter fecerit gradus sui ꝑiculo subiacebit:

Diaconis in necessitate. diaconis aũt cõuenire potest in casu. s. cũ necessitate cogẽte iubet̃ eis ab Ep̃o vel presbytero hoc sacr̃m dispẽsare, vel presbytero longe posito, si tamen necessitas vrget, & hæc patent per decreta ad primam partem allegata. *Laicis nequaquam.* Laicis autem dispensatio huius sacramenti, siue absente presbytero, siue præsente, siue iubẽte, siue non iubente non conuenit. Vnde de cons. di 2. Peruenit. Quidam presbyteri intantũ paruipendunt diuina mysteria, vt laico aut fę̃minę sacrũ corpus domini tradant ad deferendũ infirmis, & quibus prohibetur ne sacrarium ingrediãtur, neque ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum cõmittuntur, quod quãtum sit horribile, quantumque detestabile omnium religiosorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria pręsumptio vlterius fiat, cuius ratio assignari potest, & ex parte reuerentiæ sacramenti, quod tangi non debet nisi a manibus sacratis, & ex parte ordinis membrorum ecclesiæ, qui exigit vt sicut ab anima mediante corde deriuantur eius virtutes ad alia membra, & sicut diuinæ illuminationes mediantibus superioribus deriuantur ad inferiores, ita sacramenta spiritualia vitæ debent populo per ministros ecclesiæ dispensari.

Ad prim. AD PRIMVM dicẽdum, ꝙ quamuis fuerit sanguinis dispensator, non tñ legitur fuisse dispẽsator corporis. Vnde adhuc in aliquibus ecclesijs ministris altaris sanguis per diaconum dispensatur, non tamen corpus, cuius ratio est, quia dispensans corpus tangit ipsum, quod non debet facere non habens manus cõsecratas nisi in casibus supradictis, sed dispensans sanguinem non tangit nisi vas.

Ad secundum, & tertiũ. Ad alia duo sequentia patet quid dici debeat ex dictis in quæstione.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ non est simile de dispensatione huius sacramenti, & eleuatione eius de luto si cecidit, quia receptio huius sacramenti non est necessitatis, sed sibi reuerentiam facere necessitatis est, quam facit qui eleuat ipsum de luto.

QVAESTIO IIII.

D. Tho. vbi supra. Alex. vbi supra. *Vtrum licitum sit homini hoc sacramentum suscipere a publico peccatore.*

CONCLVSIO.

Minimè profectò ab ijs inquam quibus ex statuto ecclesiæ interdicta est huius dispensatio sacramenti.

RESPONDEO, ꝙ a publico peccatore, hæretico, symoniaco vel schismatico, vel excõmunicato non licet hoc sacramentum suscipere, quia prędictis interdicta est dispensatio huius sacramẽti ex statuto ecclesiæ, quia sunt extra vnitatem ecclesiæ, in qua sacramenta conferũtur, nec etiam a publico fornicatore, quia propter huius sacramenti reuerentiam ẽt illis interdicta est huius sacr̃i dispẽsatio: maior tñ reqritur manifestatio criminis fornicationis ad hoc vt euitet̃ fornicator, quã symoniæ, aut schismatis, aut excommunicationis ad hoc vt caueant homines huius sacr̃m recipe ab eis: non. n. debẽt vitare recipe sacr̃m a fornicario *Limitatur gis istem teram sed dum extra magnãin etiam in constantie. Ex. c. tua.* nisi

nisi sit conuictus & condemnatus per sententiam, vel per confessionem factam in iure, vel per rei euidentiam, quæ tanta est, ꝙ nulla potest tergiuersatione celari; extra de coha.cleri.& mu.c.vlt.c.Vestra, & sic intelligitur illud decretum.di.32.Nullus.Nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, secundum ꝙ videtur sentire gl. ibidem. Si autem quęras vtrum licitum sit homini hoc sacramentum suscipere a sacerdote degradato, dico ꝙ non, nec etiam ab irregulari, si sua irregularitas est notoria, nec etiam a simpliciter suspēso a sacerdotali officio, si illa suspensio notoria est, quia qui scienter a prædictis susciperet hoc sacramentum, contemneret sententiam ecclesiæ, quod facere non licet.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum licitum sit plures sacerdotes super eandem hostiam verba consecrationis proferre cum intentione consecrandi.

Secundo vtrum liceat sacerdoti abstinere a celebrando per totum tempus vitæ suæ.

Tertio quo tēpore debeant celebrari missę.

Quarto quare celebrantur tres missæ in domini natiuitate, & quare non celebratur missa in parasceue.

QVAESTIO I.

Vtrum sit licitum plures sacerdotes super eandem hostiam verba consecrationis proferre cum intentione consecrandi.

Arg. 1. D.Tho. vbi supra. Alex. p. 4. q 10 m. 5. ar 2. §. 8. 1 phys. T.com. 41. 50.

ET VIDETVR ꝙ non: quia superfluum est facere per plura, quod cōplete fieri potest per vnum, sed per vnum sacerdotem complete potest hostia consecrari: ergo superfluum est, & ex consequenti illicitum plures sacerdotes super eandem hostiā verba cōsecrationis proferre.

Secundo. Item plurificare formam consecrationis super eādem hostiam per vnum sacerdotem est iniuriari sacramento, eo ꝙ semel proferre cōsecrationis formam sufficit: ergo a simili plurificare consecrationis formam per plures sacerdotes est iniuriari sacramento, vel dicas quare non.

Tertio. Item difficile est, ꝙ simul incipiant, & simul terminent nisi a casu, sed in complemento primę prolationis fit transubstantiatio eodem instanti: ergo forma ab alijs prolata profertur super hostiam iam consecratam, quod est sacramento iniuriari.

In oppositum. CONTRA, dominus Innoc. de offi. miss. parte. 3. c. 20. Consueuerunt presbyteri Cardinales Romanum circunstare Pontificem, & cū eo pariter celebrare. Cunque consumatum est sacrificium de manu eius, communionem accipere significantes Apostolos, qui cum domino pariter discumbentes sacramentum de manu eius eucharistiæ acceperunt.

CONCLVSIO.

Vnam eandemque hostiam quandoque à pluribus sacerdotibus consecrari posse autumamus.

RESPONDEO, ꝙ de lege communi nō debet super eandem hostiam forma consecrationis nisi ab vno sacerdote proferri, & semel tantum: ex causa tamen speciali licitū est quādoque eam a pluribus sacerdotibus proferre, non tamen a quolibet, nisi semel tantum: secundum enim morem quarundam ecclesiarum sacerdotes cum ordinantur Episcopo celebranti concelebrant, cuius rationem assignant aliqui, quia sic faciendo repræsentant, ꝙ quando dominus hoc sacramentum instituit, & potestatem consecrandi discipulis dedit, cęnauerunt cum eo, & ipse cum eis. Sed hęc ratio non videtur multum cōueniens: magis enim quod dictum est repræsentant de manu Episcopi cōmunicando, quam ipsi Episcopo concelebrando. In hoc enim ꝙ Episcopus communicat, & ipsi de manu eius communicant repræsentatur, ꝙ in cęna quando Christus hoc sacramentum instituit, hoc sacramentum sumpsit, & ipsi de manu eius sumpserunt, quando potestatem consecrandi eis dedit. *(Responsio.)* *(Contra. Ratio.)*

(Alia ratio.) Ideo videtur alijs dicendum, ꝙ ratio quare hoc aliquādo fit est ad securitatem, vt.s. si Episcopus nō haberet intentionem consecrandi, aut formam debitam non obseruaret, ꝙ nihilominus esset hostia cōsecrata per alium, & hi dicunt, ꝙ concelebrantes Episcopo non debent habere intentionem consecrandi nisi sub hac conditione. s. si Episcopus intentionem consecrandi rectam non haberet, aut formam rectā non obseruaret, sed si sacerdos celebrās probabiliter timeret se verba consecrationis non dixisse antequam hostiam leuaret nullam faceret sacramēto iniuriam, si verba consecrationis diceret, non intendens absolute consecrare, sed sub hac conditione. s. si illam hostiā ante non consecrauit.

(3. opinio.) Alij dicunt, ꝙ concelebrantes Episcopo illa verba non dicunt dicere intentione consecrandi, sed tantummodo illa verba materialiter recitare ad repræsentādum, ꝙ quādo discipuli a Christo potestatem consecrandi acceperunt, hanc formam consecrandi dedit eis. Si .n. vt dicūt isti alij sacerdotes ab Episcopo illa verba ꝓferrēt intētione cōsecrādi, siue absolute, siue sub cōditione semꝑ posset accidere incōueniēs. Si .n. intētione cōsecrādi absolute ea ꝓferrēt, aut simul terminarēt illā ꝓlationē cū Epō, aut citius, aut tardius. Si citius ante esset hostia cōsecrata quā Eps verba cōsecrationis finiret, & sic verba Epi nihil facerent. Si tardius, ante esset hostia per Epm cōsecrata, quā alij verba consecrationis finirent, & sic ad cōsecrationē alij ab Epo nihil facerent. Si simul, cum quilibet illorū faciat, quod per se sufficit ad consecrandum, non esset ratio quare magis consecraretur per vnum, quam per alium.

Et si dicas, quia intentio requiritur ad perfectionem sacramentorum, ideo cum omnes habeant intentionem faciendi vnam consecrationem non est nisi vna tãtum consecratio, adhuc nõ euadis vt istis videtur, quia per hoc nõ apparet ratio quomodo factum cuiuslibet ad hoc cooperetur, cum dici non posit, quòd quilibet sit huius consecrationis tota ministerialis causa, nec pars causæ. Simile inconueniens posset accedere si alij intenderent consecrare non absolute, sed sub hac conditione. s. si Episcopus intentionem consecrãdi haberet, quia si Episcopus intentionẽ consecrandi non haberet tunc posset argui vt prius, quod verba consecrantium sub conditione, & intentiones, aut simul concurrerent, aut non, & tunc posset argui quasi modo simili, vt prius si plures sint episcopo concelebrantes.

Ad argum. Secundum vltimã opi. QVI VVLT tenere hanc vltimam opinionẽ, potest dicere, quod argumẽta ad partẽ primã non plus concludunt, nisi quod alij sacerdotes ab episcopo non debent dicere illa verba intentione consecrãdi, & hoc verũ est secũdũ istos. Vnde dicuntur non cõcelebrare epõ, nisi pro tanto, quod dicunt verba quę debẽt obseruari in consecrando, & quare ea dicant ostensum est, sic etiam potest intelligi verbum Inno. allegatum ad partem secundam.

Secundum primam. QVI autem vult tenere primam opinionem potest dicere ad arg. ad partem primam.

Ad primũ. AD PRIMVM sic: quamuis per vnum sacerdotẽ posit hostia cõuenienter consecrari, tamen illa significatio, quæ est cum consecratur per plures modo supradicto, non est ita expressa quando consecratur per vnum.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, quod non est simile de plurificationem formę super eãdem hostiam per vnum & plures, quia nulla esset ratio, quod plurificaretur per eundẽ. Sed aliqua ratio est, vt visum est, vt in aliquo casu plurificetur per plures.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod sicut dicit dominus Inno. de offi. miss. c. præallegato, quòd siue prius, siue posterius proferãt sacerdotes referri debet eorum intentio ad istans prolationis episcopi, cui principaliter celebranti concelebrãt, & tunc oẽs simul consecrant, & cõficiunt.

QVAESTIO II.

Vtrum liceat sacerdoti abstinere a celebratione per totum tempus vitæ suæ.

Arg. 1. D. Bon lib 4. dist. 12. p. 2. ar. 2. q. 2. D. Th. 4. sẽ. dist. 13. q. 1 ar. 2 q. 1. Alex p. 4. q. 11. m. 2. ar 4. §. 1. ET VIDETVR quod sic: Sicut sacerdos habet potestatem consecrãdi, ita habet potestatem absoluendi. Vtraque enim potestas fundatur super characterem sacerdotalem, sed toto tempore vitæ suę licet sibi abstinere ab audiẽdo cõfessiones & absoluendo: ergo a simili, & a celebrãdo.

In oppositum. CONTRA, Lucę. 22. habetur, quod cum Christus discipulis suis dedit potestatẽ cõsecrandi dixit eis. Hoc facite in meã cõmemorationẽ.

CONCLVSIO.

Nec nisi mundus accedat nè iudicium sibi manducet & bibat, nec nimium diferat nè periculum æternæ mortis incurrat.

Responsio. Caueant negligenter se cerdotes. RESPONDEO, omnis accipiens potestatem ordinatam ad bonum vsum, tenetur ea vti loco, & tempore debito, & conuenienti habita oportunitate, maxime cum illius potestatis vsus in vtẽte actum meliorem non impedit: potestas autem sacerdotalis potestas est ordinata ad optimum vsum. s. ad transubstantiandum panem in corpus Christi, & vinum in sanguinem, & ad rememorandum passionem Christi, & ad intercedẽdũ familiarius & efficacius apud eum pro se & pro populo, neque actum meliorem impedit, immo ad omnes alios bonos actus coadiuuat: auget enim illuminationem in intellectu, feruorem charitatis in affectu, & ideo sacerdos qui hac potestate loco, & tempore debito, & cõuenienti habita opportunitate & dispositione non vult vti, sed notabiliter negligit peccat, & multum debet timere ne sicut seruus nequam, qui abscondit pecuniam domini sui, & eam ociosam dimisit, a domino nisi se corrigat iudicetur.

Ad argum. AD argumentum in oppositum potest dici, quod non est simile, quia potestas absoluendi directe respicit corpus Christi mysticum respectu cuius sacerdos vti non potest sua potestate, nisi super ipsum habeat iurisdictionẽ saltem in foro pęnitentiæ, sed multi sunt sacerdotes nullam iurisdictionem habentes super aliquam partem corporis mystici: & ideo tales toto tempore vitæ suæ licite possunt abstinere ab audiendo confessiones, & absoluẽdo nisi in casu, cum. s. aliquis laboraret in extremis non potens habere suum sacerdotẽ parochialem, nec superiorem, peteret ab isto sacramentum pęnitẽtiæ: tunc. n. peccaret nisi ipsum audiret & absolueret. In illo enim casu quilibet sacerdos potest absoluere pęnitentem: actus autem consecrandi non respicit directo, nisi corpus Christi verum, respectu cuius quilibet sacerdos nisi sibi sit interdicta officij executio, potest licite exercere suę potestatis vsum, & tenetur eo modo quo superius dictũ est in quæstione. Et sic bene concludit argumentum ad partem secundam.

QVAESTIO III.

D. Th 4. dist 13. q. ar. 2. q. 4 & 6. Alex. p. 4. q 10 m. ar. 2. §. *Vtrum debeat obseruari tempus celebrationis missæ.*

CONCLVSIO.

Celebrentur serius aut citiùs iuxta dierum ac temporum quorundam varietatem.

RESPONDEO, quod quia hoc sacramentũ pertinet ad tempus gratiæ, quod per diem significatur, iuxta illud Apostoli ad Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, ideo cõiter loquẽdo missa debet celebrari in die artificialis, nõ in nocte: incipiendo diem artificialẽ, nõ tantũ ab ascensu solis super orizontẽ nostrũ, sed ab illa parte tẽporis qua potest prpẽdi esse super orizontẽ nostrum aliqua

aeris

Quę dicitur principium auroræ, & est quando sol est sub horizonte a 18. gradus vsque ad 30 secundũ quod oblique, & recte ascendit.

aeris illustratio per aliquos radios solis, quæ illustratio est manifestatio solis orituri. In nocte tamẽ natiuitatis domini media nocte, vel circa horam illam, & in nocte resurrectionis circa principiũ noctis, celebrantur missę propter priuilegium, & solẽnitatẽ illarum noctiũ. Vnde de conse. di. 1 Nocte. Nocte sancta natiuitatis domini missas celebrent presbyteri. Et infra eadẽ dis. Solent. §. In ieiunijs, in sabbato sancto circa noctis initium missarum solẽnia sunt celebrãda, Illa. n. pars diei artificialis quę est post nonã sabbati computatur cum nocte præcedente diem sequentem. Vnde in oratione dicitur. Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c. & quamuis non sit necessarium tantum expectare ad missam dicendã: tamẽ tunc hora prædicta licite, & conuenienter dicitur. Cõiter tñ solẽnis missæ celebratio tribus horis instituta est fieri. s. hora tertia, & sexta, & nona. Celebratio enim missæ est memoriale passionis Christi, qui secundũ Aug. 3. lib. de concordia euangelistarum circa medium. Crucifixus fuit hora tertia linguis Iudęorũ, hora sexta manibus militum, & hora nona expirauit. Consuetudo tamen est vt non dicatur hora nona, nisi in diebus ieiuniorum, & maxime quando ordines celebrantur: missæ autẽ priuatę dici possunt ab aurora, vsque ad sextam, & communis consuetudo ecclesiæ obseruat, ꝙ in diebus non ieiuniorum solennis missa celebretur inter tertiam, & sextam.

QVAESTIO IIII.

Vtrum debeant celebrari tres missæ in domini natiuitate, & quare non celebratur missa in parasceue.

CONCLVSIO.

Ad triplicem statum legis, naturæ scilicet Moysi, & gratiæ repræsentandum, missæ tres celebrantur die illa, quia vero ipsa Christi passionis dies passionem suam satis efficaciter repræsentat, in parasceue nulla.

Responsio. Quare 3. missæ celebrantur in die natiuitatis.

Respondeo, vt dicitur de conse. dist. 1. Nocte. In glosa. Tres missæ die natalis domini celebrantur. Vna ante diem, quæ significat tempus ante legẽ, quando eramus in tenebris. Secunda cum die sit, & significat tempus sub lege, quãdo nondum plena Dei agnitio habebatur. Tertia in die. s. plena, & significat tẽpus gratiæ, quãdo iã plena cognitio hẽbatur. Smiles rationes ponit Magister Guido archidiaconus Mormeñ. in tractatu quem fecit de officijs ecclesiæ. c. 12. Superaddẽs, ꝙ ideo tres missę prędictis temporibus celebrantur, quia multi homines trium temporum per Christi natiuitatem saluantur.

Quare non in die parasceue.

Ratio autem quare nõ celebratur in die parasceue est, quia dupliciter repræsentatur ab ecclesia passio Christi. Vno modo inquantum fuit in Christo secundũ se & absolute: secundo modo, inquantum illius passionis effectus seu influẽtiæ ad nos pueniũt, seu in nos descẽdũt. Primo modo repræsentatur feria sexta hebdomadę sanctę: secundo modo alijs diebus in celebratione missę, & ideo volẽs ecclesia mẽtes fideliũ occupari circa passionem domini nostri Iesu Christi, prout fuit in ipso sm̃ se, & absolute, vt moueantur corda eorum ad compassionem, & quia ipsa dies in qua passus fuit ipsam passionem satis efficaciter repræsentat, statuit, vt illa die non cõsecretur corpus Christi, sed quod in præcedenti die consecratũ est, & reseruatum sumatur: sanguis tamen non reseruatur propter effusionis periculũ, quia autem effectus illius passionis, seu influentiæ ad nos continue perueniunt, seu in nos descendunt: ideo statuit ecclesia vt excepta die prædicta, quotidie in ecclesijs missa celebretur.

ARTICVLVS III.

Consequenter quęritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum liceat missam celebrare in loco non sacro.

Secundo vtrum super altare non lapideum.

Tertio an in calice lapideo, vel ligneo, vel æreo.

Quarto vtrum liceat celebrare, sine igne & vestibus ab Episcopo benedictis.

QVAESTIO I.

Vtrum licitum sit celebrare in loco non sacro.

Arg. 1. D. Tho. vbi supra. Ale. vbi supra. §. 1. Secundo.

Et videtur ꝙ sic: licitũ. n. est Deũ orare in oĩ loco, & sibi seruire, sed celebrare missam est seruire Deo: ergo licitum est eam celebrare in oĩ loco.

Item sicut hoc sacramentũ nõ est necessitatis, ita nec sacramentũ confirmationis, sed licitum est sacramentũ confirmationis celebrare in loco nõ sacro: ergo a simili, & sacr̃m altaris.

In oppositum.

Contra, de cõse. di. 1. Sicut: nõ in alijs quã dño consecratis locis. i. in tabernaculis diuinis precibus a pontificibus delibutis missas cantare, & sacrificia offerre licet.

CONCLVSIO.

In locis non consecratis consecrare nemini licet, nisi magna immineret necessitas.

Responsio.

Respondeo, ꝙ cõiter nõ licet missam celebrare in loco nõ sacro, quia sic instituit ecclesia, vt patet in decreto allegato ad partem secundam, & cap. sequenti. Hic ergo, & ca. sequenti, vbi dicitur. Nullus presbyter missas celebrare præsumat nisi in sacratis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotij, cuius institutionis ratio fuit, quia in sacramento altaris, quod in missa consecratur, continetur ille qui est summè sanctus & totius nostræ sanctitatis causa, effectiuè inquantum Deus, & meritoriè inquãtum hõ: in casu tamen magnæ necessitatis pmittunt iura celebrari in loco non sacro, si tamen tabula sit consecrata, cęteraque sancta mysteria ad illud officium ptinentia ibi affuerint, sicut cum ecclesiæ primę fuerũt incensę, vel cum homines

sunt in itinere cum ecclesię defuerit, de conse. dist. 1. Cōcedimus, quibus casibus exceptis nō licet celebrare in loco nō sacro, nisi de cōsensu Episcopi, de conse. dist. 1. Missarum, qui tamen hoc concedere non debet, nisi adsit legitima, & rationabilis causa.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd quamuis licitum sit Deo in omni loco seruire, non tñ hoc seruitio speciali, quod est in celebratione missę propter cām superius dictam. Vñ de conse. dist. 1. Vnicuique fidelium. Vnicuique fideliū in domo sua oratoriū licet habere, & ibi orare, missas autem celebrare nō licet, nisi in casibus supradictis. Oratorium tñ sacramentum alicui facere non licet, nisi authoritate Episcopi, de cōse. di. 1. Nemo primo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia sacramentū confirmationis nō continet ipsum Christum. Decretum ad partem aliam intelligitur supposito, ꝙ non assit licentia Episcopi, aut casus maxime necessitatis. Vñ post verba allegata immediate subiungitur, nisi summa coegerit necessitas.

QVAESTIO II.

Scot. lib. 4. dist. 13. q. 2. D. Tho. vbi supra. Alex. ibidem. §. 3.

Vtrum liceat missam celebrare super altare non lapideum.

CONCLVSIO.

Cum petra sit stabilis, sit communis, sit fortis, sit Christi petræ significatiua, sacrificium istud altare lapideum magnopere decet.

RESPONDEO, ꝙ quamuis ante tempus Siluestri celebraretur super altare ligneum, quod cito poterat transferri, quia propter persecutionem nō erat fidelibus certus locus ad manendum, tamen postea instituit ecclesia vt non celebraretur, nisi super altare lapideum. Vnde de conse. dist. 1. Altaria primo. Altaria si non sunt lapidea chrismatis vnctione non consecrentur, cuius ratio fuit, quia altare debet esse de materia forti, quia cōsecrari debet, & ideo nō debet esse de terra. Et quia in ecclesia debet esse copia altarium, vt hoc mysteriū frequentetur. Ideo altare non debet esse de auro vel de argento, quia faciliter non possunt haberi. In veteri autem lege, quia non sic multiplicabantur altaria, nihil oberat si de auro fierent, conuenientius autē est ipsa fieri de lapide, quā de ligno propter significationem. Vnde de conse. dist. 1. Altaria. In gl. super illud verbum, non consecrentur, habetur quia Christus petra dicitur. Item quia erexit Iacob lapidem in titulum.

QVAESTIO III.

Scot vbi supra. D. Tho. vbi supra. Alex. vbi supra.

Vtrum liceat missam celebrare in calice lapideo, vel vitreo, vel æreo.

CONCLVSIO.

In calice aureo, argēteo, vel saltem stanneo licet: in lapideo, ligneo, æreo, aut vitreo non licet.

RESPONDEO, ꝙ non licet in calice lapideo propter eius ineptitudinem, nec ligneo ꝓpter humoris imbibitionē, nec vitreo propter eius frangibilitatē, nec cum calice de ære vel auricalcho, quia ob vini virtutem eruginem colligeret, & vomitum prouocare posset: sed debet esse calix de auro vel de argēto, & si qs tam pauper est, ꝙ non possit habere calicē aureum, vel argenteum hēat stāneū. Vnde de cōs. d. 1. Et calix. Calix dñi cū patena, si nō ex auro, oīno ex argēto fiat. Si quis aūt tā pauper est saltē vel stāneū calicem hēat: de ære aut de auricalcho nō fiat, quia ob vini virtutē eruginē pariterque vomitū ꝓuocat: nullus autē in ligneo aut in vitreo calice præsumat missam cantare.

QVAESTIO IIII.

D. Tho. ibidem. Scot. lib. 4. dist. 13. q. 2.

Vtrum liceat celebrare sine igne, & vestibus ab Episcopo benedictis.

CONCLVSIO.

Ob vtriusque significationem ab ecclesiæ constitutionem neutrum omitti decet.

Responsio. Immo sine igne celebrans debet officio & beneficio priuari ibidem. RESPONDEO, ꝙ sacerdos non debet celebrare sine igne ꝓpter ecclesię cōstitutionē, quæ rephendit celebrātes sine igne, extra de cele. mis. c. vlt. & ꝓpter ipsius ignis significationē: significat. n. dilectiōis feruorē, ꝑ q̄ Christus hoc sacrm constituere voluit, & ꝑ q̄ Deus filiū suū pro nobis passionis tradidit. Iuxta illud Io. 3. Sic Deus dilexit mūdū, vt filiū suum vnigenitum daret, eius ēt lumē & calor significāt, ꝙ sacro operatur in celebrāte digne & suscipiēte augmētū illuminatiōis in intellectu, & feruoris charitatis in affectu, nō dēt ēt ignis omitti pp eius ꝑfigurationē, hoc. n. ꝑfiguratū fuit ꝑ ignē, de quo dr̄ Leu. 6. Ignis ī altari meo sp ardebit, & ꝑ ignē q̄ vixit sub aqua 70. āñis, vt habetur in gl. sup decretalem ꝑallegatam.

Nō dēt ēt celebrare sacerdos sine vestibus Epo bñdictis ꝑp ecclesię cōstitutionē, & pp vestiū significationem, q̄ exponetur 4. q. seq articuli, & pp earū ꝑfigurationē, q̄ ꝑcessit ī vestibus legaliū sacerdotū. Quod aūt sine vestibus ab Epo bñdictis celebrari nō debeat, hr̄ expssum de cōs. di. 1. Vestimēta, vbi sic dr̄. Vestimēta ecclesiæ qbus dño mīstrāt sacrata debēt ēē, & honesta, quibus in alijs vsibus non debent frui quā ecclesiasticis, & Deo dignis officijs.

Sex indumenta missam celebrant. Quæ aūt & quot sint illę vestes refert Inno. in li. de offi. mis. p. 1. c. 10. sic dicēs. Sex sunt. n. indumēta cōia Epis & ꝑsbyteris, valet amictus alba, cingulum, stola, manipulus, & planeta. In multis tñ locis īualuit cōsuetudo, vt cingulus nō bñdicat, rōnabilius tñ esset ipm benedici, spālem. n. hēt significationē q̄ patebit. 4. q. art. seq. sed hoc nō includit necessitatem. Calciatio enim sacerdotis specialem habet significationem, neque tamen sotulares benedicuntur.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum celebrans in loco interdicto sit irregularis.

Secundo vtrum celebrans super altare non consecratum, aut fractum sit irregularis.

Tertio vtrum celebrās sine vestibus benedictis, & ad celebrandū deputatis sit irregularis.

Quarto quid significent illa quæ requiruntur ad celebrationem missę, vltra illa quæ requiruntur ad essentiam sacramenti.

QVAESTIO I.

Scot. vbi su.

Vtrum celebrans in loco interdicto sit irregularis.

CONCLVSIO.

Celebrans si scienter faciat, & locus sit interdictus à iudice, irregularis efficitur.

RESPONDEO, ꝙ sic, si scienter faciat, & locus sit interdictus a iudice, quod potest probari per illud quod habetur extra, de cle. excō muni. depo. vel interdic. mi. Postulasti, vbi dicitur, ꝙ tales sunt ecclesiasticis beneficijs spoliādi. Et per illud quòd habetur extra, de excess. pla. Tanta in gl. vbi dicitur, quòd talis quantū ad sacramentum ecclesiæ excommunicatus reputatur, & ꝙ est ab officio suspensus, & priuatus. Celebrans tamen in loco non interdicto personis interdictis non propter hòc irregularis est, quia hoc non inuenitur in iure positum & pęnæ ampliandę non sunt. Nec etiam celebrans in loco interdicto a iure tantum. Vnde celebrans in Ecclesia sanguinis, aut seminis effusione polluta, etiam si sit publicum per euidētiam, vel per famam, irregularis non est: grauiter tamen peccat, sicut præcepti ecclesiæ transgressor, extra de consecratione ecclesiastica. c. vl. Si autem illa pollutio occulta est, tūc credo, ꝙ si aliquis secreto hoc sciens ibidem celebret non peccat, saltem si aliam ecclesiam non habet in promptu, quia pro tali pollutione ecclesia reconciliatione non indiget de necessitate, argumentum extra de adulteris. Significasti, quamuis tutius esset eam facere secreto reconciliari.

Sco. hic tenet ista capitula nō esse expositiua sic celebrantem esse irregularē simpliciter.

QVAESTIO II.

Scot vbi su.

Vtrum celebrans super altare non consecratum, aut fractum, sit irregularis.

CONCLVSIO.

Nequaquam, cum hoc non sit in iure expressum.

Responsio. Intellige si scienter facis.

RESPONDEO, ꝙ non: quia irregularitas est de iure positiuo, & hoc nō est in iure positum. Scienter tamen celebrans super altare non cōsecratum grauiter peccat, etiam si hoc faciat ex ignorātia crassa: quamuis minus grauiter, quam si hoc faceret scienter, quia ecclesia ordinauit super altare consecratum debere celebrari, de conse. dist. 1. Ecclesiæ, & c. Concedimus, & duobus ca. sequentibus, super altare autem fractum non enormiter licitum est celebrare, non tamen si fractum enormiter esset, extra de conf. eccl. vel alt. Quod in dubijs.

QVAESTIO III.

Vtrum celebrans sine vestibus benedictis, & ad celebrandum deputatis sit irregularis.

CONCLVSIO.

Nec hic irregularitatem incurrit.

Responsio.

RESPONDEO, ꝙ non, siue hoc faciat scienter siue ignorāter, quia hoc nō inuenitur in iure positum, tñ scienter, vel ex ignorātia crassa celebrās, aut sine manipulo benedicto, aut sine stola, & sic de alijs grauiter peccat, vbi tñ consuetum est cingulū non benedici, nō credo, ꝙ peccat celebrans cum cingulo nō benedicto.

QVAESTIO IIII.

Vtrum aliquid significent illa quæ requiruntur ad celebrationem missæ, vltra illa quæ requiruntur ad essentiam sacramenti.

CONCLVSIO.

Horum profectò nihil est quod mysterio vacet.

Responsio. Requisita ad celebrationē q̄d significent.

RESPONDEO, quòd illa quæ requiruntur ad celebrationem missę repręsentant nostrę redemptionis mysterium, quòd in incarnatione fuit inchoatum, in natiuitate & prædicatione promotū, in passione completum, in resurrectione declaratum, & ideo quędā repręsentant pertinentia ad incarnationem, quædā ad natiuitatē, quædam ad Chr̄i prędicationē, quędā pertinentia ad passionē, quædam ad resurrectionem. Sacerdotis autem calciatio incarnationis est repręsentatio. In persona. n. filij Dei dicitur in Psalmo. In Idumęam extendam calciamentum, idest humanam naturam quam assumam. Vnde sacerdos cum Christum repræsentet missam nō debet dicere discalciatus. Amictus in capite repræsentat diuinitatē amictā humanitate, caput. n. Christi Deus est. Alba nouitatē vitę significat, quam Christus habuit, & docuit, & tribuit in baptismo. Zona. Christi iustitiā, iuxta illud Isa. 11. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Manipulus positus in leua significat, quòd Christus in via brauiū obtinebant: per manipulum enim brauium designatur, iuxta illud Psal. Venient cum exultatione portantes manipulos suos: per lęuā vita præsens intelligitur. Stola quæ collo sacerdotis incumbit obedientiā significat, quā Christus propter salutem humani generis subijt, factus obediens vsque ad mortem. Casula, quæ alijs vestimētis superponitur Christi charitatē significat, quæ omnes alias virtutes excellit. Introitus sacerdotis ad altare aduentū Christi significat, & introitus missę desideriū aduentus eius significat: & ideo in missa solenni non debet intrare sacerdos quousque inceptus sit ītroitus missę, q̄a ante fuit Christus desideratus q̄ veniret, & q̄a ī aduētu Chr̄i fuit tēpus misericordiæ: ideo post introitū subiūgit chirieleyson, q̄d interp̄tatur, dn̄e miserere, q̄d nouies dr̄ cōputādo ter q̄d dr̄ Christeleyson, vt p̄ misericordiā Chr̄i nouē associemur ordinibus angelorū. Post hoc subiūgit, Gloria ī excelsis Deo, ad rep̄sentādū hymnū quē angeli pastorib⁹ nato dn̄s cecinerūt, quē sacerdos inchoat, quia angelum magnis consilij repræsentat, & chorus concinendo prosequitur, quia subito facta fuit cum angelo multitudo militiæ celestis laudantium, & dicentium, &c.

Amictus. Alba. Zona. Manipulus. Psal. 125 Stola. Casula. Introitus. Gloria.

Orationes. Orationes autem quæ subsequuntur, repræsentant orationes quas Christus post suam natiuitatem fecit pro populo. *Epistola.* Epistola quæ præmittitur euangelio legem significat, quæ gratiam præcucurrit, seu præcursoris Christi prædicationem. *Graduale.* Graduale lamentum pœnitentiæ significat, quia Ioannes pœnitentiam prædicabat. Et quia post luctum sequitur consolatio, iuxta illud Matt. 5. Beati qui lugent, quantum ipsi consolabūtur, ideo post graduale canitur *Alleluia.* alleluya, quod significat ineffabile gaudium angelorum, & hominum in æterna fęlicitate Deum laudantium. Diaconus suscipiens codicem euangelij benedictionem a sacerdote postulat ad significandum, ꝙ nullus debet prædicare nisi mittatur. *Euangeliū.* Euangelij enim lectio prædicationem significat, *Esa. 4.* & debet legi in loco magis eminenti quam Epistola, iuxta illud Super montem excelsum, ascende tu qui euangelizas Syon, *Versus aquilonem.* & ad designandum excellentiam legis gratię super legem scriptam, & habet legens euangelium faciem versam ad aquilonem, ad *Esa. 14. Ro. 10.* significandum prædicationem Christi esse cō tra illum qui dixit. Ponam sedē meam ad aquilonem, & ero similis altissimo. Et quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, vt ostendat ecclesia, ꝙ qui euangelij verbum corde recipit, *Credo.* mox post euangelium fidei symbolum ore decātat, quod tamē sacerdos incipit vt significet, ꝙ Christus ore proprio Christianam fidem docuit. *Offertoriū.* Offertorium quod cantatur significat sacerdotem oblaturum sacrificium laudis, qui antequam dicat oremus, præmittit dominus vobiscum, ad significandum, quia nisi dominus sit nobiscū ad salutem nostram, orare non possumus. *Silentium.* Silentium autem quod sequitur repræsentat illud tempus quo Christus non ambulabat palam inter iudęos, cum eum interficere cogitarent, quia tamen appropinquante die passionis Iesus, iterum in publicum ambulauit, ad hoc significandum exclamat sacerdos, per omnia sęcula sęculorum. *Præfatio.* Præfatio autem est quædā gratiarum actio & diuinæ laudis, confessio repñtans illam gratiarum actionem quā sancti reddunt Christo in cœlo, & laudem qua laudatus fuit in conuiuio, in quo Maria vnxit eum vnguento: *Sanctus.* Sanctus repræsentat laudem quam sibi cecinerunt pueri hebræorum, dominica in ramis palmarum, ad significandum autem, ꝙ pater tradidit Christum morti ex dono, idest ex mera gratia. Iudas pro munere pecuniæ, & ꝙ ipse Christus fuit sacrificium illibatum, sacerdos facit tres cruces super oblatam, vnam cum dicit, hæc dona: aliam cum dicit, hæc munera: aliam cum dicit, hæc sancta sacrificia illibata, & quia illa venditio fuit maledicta, pro scripta, irrationabilis, & detestabilis, ad hoc significandum dicit sacerdos in canone, hanc oblationem facere digneris benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, & acceptabilem.

De consecratione corporis & sanguinis, superius satis dictum est, eleuatio corporis Christi repræsentat eleuationem Christi in cruce: demissio depositionem eius de cruce, positio super pallam inuolutionem eius in syndone munda, palla enim syndonem reprę̄sentat, & ideo dicitur de conse. dist. 1. Consulto constituimus vt sacrificium altaris, non in serico pā no aut intincto, quisquā celebrare prę̄sumat: sed in puro linteo ab episcopo consecrato terreno, scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in syndone, linea munda sepultum fuit, cum autem sacerdos dicit. Nobis quoque peccatoribus, *Nobis quoque.* repræsentat contritionem, & confessionem latronis, alterum increpantis & dicētis, nos quidem digna factis recipimus, &c. & misericordiam petentis: etiam, ꝙ centurio, & qui cum eo erant reuertebantur percutientes pectora sua. Exclamatio autem sacerdotis voce eleuata, Pater noster qui es in cęlis, est reductio ad *Pater noster.* memoriam illius clamoris quem emisit Christus in hora mortis, dicēs: pater in manus tuas commendo spiritum meum. Altare crucem significat, calix sepulchrum, patena lapide quo sepulchrum fuit clausum: cum autem dicit sacerdos, pax domini sit semper vobiscum, *Pax.* insinuat, ꝙ vna sabbatorum stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit eis Pax vobis: & quia tunc dedit eis potestatem remittēdi peccata, & ideo chorus exclamat. Agnus Dei qui tollis pec. mun. &c. quod ter repetitur ad significandum, ꝙ petimus nobis remitti peccata cogitationis, locutionis, & operationis, per quorum remissionem veniemus ad æternā pacē. Repræsentatio ergo, quæ est per cantū Agnus *Postcōm.* Dei pertinet ad resurrectionis gaudium. Postcommunio etiam Apostolorum gaudium de *Ite missa est. primo.* Christi resurrectione significat. Ite missa est, repræsentat illud quod dictum est discipulis statim post ascensionem Christi in cęlum, scilicet: hic Iesus qui assumptus est a vobis in cęlum, &c. Chorus autem respondens, Deo gratias, repræsentat Apostolos regressos in Ierusalem cum gaudio magno vnanimiter perseuerantes in oratione, & quòd pro beneficio redemptionis nostrę, cuius mysterium vt dictum est repræsentatur in missa, debemus esse in continua gratiarum actionem.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum omnis infidelis sit hæreticus.

Secundo vtrum symoniaci sint hæretici.

Tertio vtrum hęresis sit maximum omniū peccatorum.

Quarto vtrum hæretici sint tolerandi.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum omnis infidelis sit hæreticus.

Arg. 1. D. Tho 4. sent dist. 3. q. 2. art. 1.

ET VIDETVR quòd sic: quia hæresis idem est quod diuisio. Sed omnis infidelis diuisus est a fide, in qua primo vniuntur fideles: ergo omnis infidelis est hæreticus.

Secundo. Item omnis infidelis falsas opiniones gignit, vel sequitur: sed omnis talis est hęreticus: ergo omnis infidelis est hæreticus.

In oppositum. CONTRA, iudęi infideles sunt & pagani, nec tamen hæretici dicuntur.

CONCLVSIO.

Minime quidem.

Responsio. Hæreticus quis. RESPONDEO, ꝙ nõ omnis infidelis est hæreticus, imo hęresis est species infidelitatis: est enim hæreticus ille qui profitetur Christũ, & eius dogmata corrumpit, & quia nullus denominatur simpliciter à dispositione, seu inchoatione, sed ab habitu, seu complemento, ideo non quicunque profitens Christum, & dogmata eius in corde peruertens proprie vocatur hæreticus, nisi sit annexa pertinacia.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd non omnis diuisio à fide hæresis proprie dicitur, vt patet ex dictis in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd minor falsa est, nisi intelligatur de gignente vel sequente falsas opiniones, circa ea quę sunt fidei, & cũ pertinacia.

QVAESTIO II.

Vtrum symoniaci sint hæretici.

CONCLVSIO.

Hi Hæretici propriè non sunt, sed solum per quãdam similitudinem tales quandoque dici possunt.

Responsio. Quomodo simoniaci sint hæretici. RESPONDEO, ꝙ symoniaci non possunt hęretici proprie, sed tamen hęretici, quãdoque dicuntur per quandam similitudinem, quia ita operantur, ac si contra fidem sentirent: dum precio spiritualia conantur emere, vel vendere, ac si ęstimarẽt dona spiritussancti posse pecunia possideri, & sic intelligi debet quod dicitur 1. q. vlti. c. vlti. Patet symoniacos veluti primos, percipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos.

QVAESTIO III.

Vtrum hæresis sit maxima omnium peccatorum.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. art. 2.

ET VIDETVR ꝙ non. 6. q. 1. Quero vtrum catholicum cũ pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter illud, ꝙ hęreticus est non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare sententiam: ergo saltem non est dicendum, quod hæresis sit maximum peccatorum.

Ad secundum. Item philosophus 8. Eth. c. 10. Pessimum est contrarium optimo, sed charitas, cui opponitur odium, melior est fide, cui opponitur hæresis, vt in 3. lib. ostensum est: ergo odium est prius hæresi.

Ad tertiũ. Item illud nõ est maximum peccatũ, quod minuit magnitudinem peccati: sed infidelitas est huiusmodi. Vnde Apostolus, prima Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorãs feci in incredulitate: ergo cum hæresis, sit incredulitas, hæresis non est maximũ peccatum.

In oppositum. CONTRA, tãto peccatum maius est, quanto plura bona corrumpit, sed hæresis plura bona corrumpit, quam quodcunque aliud peccatum: quia fundamentum totius ędificij subuertit: ergo hæresis est maximum peccatum.

CONCLVSIO.

Ratione radicis suæ, quæ est odium veritatis fidei, hæresis maximum dicitur omnium peccatorum.

Respon. Respondeo, ꝙ nõ est idem iudicium de infidelitate & hæresi: hæresis enim super infidelitatẽ addit pertinaciã, & recessum a fide prius recepta. Vnde hæresis est infidelitatis species, & quia recedere cum pertinacia a fide prius recepta videtur procedere ex odio veritatis redarguentis ea quæ dirigunt a fide pertinaciter recedentes, & odium diuinæ veritatis maximum est omnium peccatorum, ideo hæresis non ratione huius quod habet in intellectu, sed ratione suæ radicis, quæ est in effectu maximum est omnium peccatorum. Infidelitas autem, quia quandoque procedit ex ignorantia non semper ex maxima omnium peccatorum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd quamuis illud ibi dimittatur sub dubio, tamen 12. q. 1. Scimus, hoc determinari videtur, vt dicunt aliqui, ibi enim dicitur, grauius puniuntur qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum nõ perfecerunt, aut in malis finierunt vitam, quam illi qui sine voto aut fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera vel potest dici, quod ibi accipitur hæresis pro infidelitate, & quia non omnis infidelitas est maximum peccatorum: ideo hoc sub dubio ibi dimittitur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd hæresis non maximum dicitur peccatorum nisi ratione radicis suæ, quæ est odium veritatis fidei, quod odium opponitur directe charitati.

Vel potest dici, quod propositio philosophi intelligenda est, in his quæ non sunt adinuicẽ ordinata, in quibus destructo vno, alterum nõ destruitur, quia in ordinatis adinuicem destructio prioris est peior, siue ipsum sit melius siue non, eo quòd ipso destructo consequentia destruuntur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ, quòd infidelitas Pauli fuit ex ignorantia, non ex malitia.

QVAESTIO IIII.

Vtrum hæretici sint tolerandi.

Arg. 1. D. Th. vbi sup. art. 3.

ET VIDETVR, ꝙ sic. Matth. 13. prohibetur eradicari zizania ante messem. Sed per zizania intelliguntur hæretici, secũdum gl. & etiam iudicium per messem: ergo hæretici sunt tolerãdi.

Item 24. q. 3. Notandum, ferendi sunt mali non

non abijciendi.

Tertio. Item tolerandi sunt illi qui ad misericordiā sunt recipiendi: sed hæretici sunt ad misericordiam recipiendi, quotiēscunque reuerti voluerint. Vnde Matth. 18. dixit Christus Petro dimittendum esse peccatori septuagies septies, idest, quotiescunque pœnituerit: ergo hæretici sunt tolerandi.

In oppositum. CONTRA, 24. q. 3 Resecandæ. Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis ab alijs repellenda, ne tota domus massa corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant. Arius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est, totum eius orbem flamma populata est.

Item ea. q. Illud. Abijcienda prorsus pestifera hæc a sacerdotali vigore patientia est, quā sibimet peccatis aliorum parcēdo non pepercit: ergo Ecclesia non debet tolerare hæreticos ne eis parcendo, non parcat sibi.

CONCLVSIO.

Hæreticos siue clericos, & religiosos, siue laicos in hæresim lapsos sustinere non decet, nisi illicò, & vltrò ad fidem catholicam redierint, eorumque errorem publicè abiurauerint, relapsos vero post depræhensionem neutiquam, quippe qui seculari iudici sunt relinquendi.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ de hæreticis depræhensis manifeste in hæresi prima vice faciendū est secundum ꝙ dicitur extra de hæreticis, ad abolendam, vbi dicitur de quolibet tali, quòd si fuerit clericus, vel religiosus ipso prius spoliato omni officio, & beneficio ecclesiastico secularis relīquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus, nisi continuo post repræhensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis, & publice cōsenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi prout dictum est, abiurata hæresi, & satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit orthodoxam secularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem. De relapsis aūt postquam fuerint depræhensi consequenter subiungitur, ꝙ seculari iudicio sine vlla penitus audientia sunt relinquēdi. Cuius ratio duplex est: vna, quia si quotiescunque reuerterentur conseruarentur in temporali vita, & alijs temporalibus bonis alij securiùs in hæresi relaberentur. Alia est, quia sic ab hæreticis faciliùs posset infici multitudo, quotiescunq; tamen reuerti voluerint ab Ecclesia recipiuntur ad pęnitentiam, non tamen ad conseruationem corporalis vitæ, & aliorum temporalium bonorum.

Aliter autem dicendum est, de infidelibus, qui christianam fidem nunqnam susceperunt. Illi enim, & si ad fidem sint inducendi, non tamen sunt cogendi, vt habetur decretorum distinct. 45. Qui sincera. & c. de Iudæis. Cuius ratio duplex est. Vna propter bonū, quod ex hoc prouenit, sicut ex hoc, ꝙ Iudæi ritus suos obseruāt, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus: hoc bonum prouenit, ꝙ testimoniū fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis repręsentant, quod credimus. Alia est propter vitationē maioris mali, sicut scandali, vel dissidij, quod prouenire posset, nisi tolerarentur, vel impedimenti salutis eorum, qui tolerati postea conuertuntur ad fidem.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ hoc intelligendum est pro illo tempore quo zizania nō possunt eradicari sine periculo notabili eradicationis tritici. Vnde ibidem dicitur, ne forte colligētes zizania eradicetis cum eis simul, & triticum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est de illis, qui alios non inficiūt: hæresis autem est morbus maxime infectiuus; vnde & lepræ comparatur, vel de illis de quorum correctione est spes: de relapsis autē post abiuratam hæresim præsumitur, ꝙ non sint in fide stabiles: vnde Ecclesia de illis non confidit, iuxta illud ad Titum 3. Hæreticum hominem post primam, & secundam correctionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligēda est de peccato commisso in fratrem, quod semper dimittendum est à passo iniuriā, quantum ad rancorem, siue iniurians petat sibi remitti, siue non: sed non oportet, quòd semper sibi remittatur pœna, quam meruit secundum iustitiam.

Textus enodatio. CIRCA litteram. Prece mystica consecratur: quia quamuis fiat per orationem indicatiuam: eam tamen precem mysticā vocat, quia per eam nobis multa bona impetrantur. Quid melius corpore, & sanguine Christi, hic per sanguinem intelligit totum Christum sub specie vini: & per corpus totum Christum sub specie panis: quia quamuis substātia panis nō conuertatur, nisi in substantiam corporis: nec substantia vini, nisi in sanguinem: tamē sub vtraque specie totus est Christus per concomitātiam, vt superius declaratum est. Excommunicati, vel de hæresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, hoc falsum est, nisi restringatur ad posse de iure, vt in quæstionibus visum est. *Hic magister non tenetur.* Missa dicitur, & cęt. Missam beatus Petrus Apostolus primus omnium Antiochiæ dicitur celebrasse, secundum ꝙ dicit Hug. 2. lib. de sacram. p. 8. cap. vlt. & de consecrat. distinct. 1. Iacobus dicitur, ꝙ Iacobus cui primum credita est Hierosolymitana Ecclesia: & Basilius Cęsariensis Episcopus addiderunt nobis missæ celebrationem, i. ordinē celebrandæ Missæ, secundum gloss. ibidem: & post alij alia addiderunt ad decorem, & solennitatem, vt habetur distinct. 11. Ecclesiasticarum:

rum: dicitur autem Missa secundum Magistrũ, eo ꝙ cęlestis missus, i. angelus adueniat ad consecrandum, non vt consecret, sed vt sacerdoti consecranti assistat: vnde ly consecrandũ debet legi impersonaliter, nec intelligendum, ꝙ tantum mittatur vnus angelus, sed magna multitudo angelorum. Dicitur etiam Missa secundum Hug. vbi prius, eo ꝙ populus fidelis per ministerium sacerdotis, qui mediatoris vice fungitur inter Deum, & homines: preces, & vota, & oblationes Deo mittit. Vel missa dicitur, quia per transubstantiationem substantiæ panis, & vini in corpus Christi, & sanguinem incipit sub vtraque specie totus esse Christus, quasi de nouo esset missus. Iube hoc perferri per manus &c. hæc. i. horum significata. s. ecclesiæ membra: iube perferri in sublime altare suũ. i. in ecclesiam triumphantem. Nunquid si hoc mysterium hæreticus ausus fuerit vsurpare, angelus de cœlis mittit Deus non propter consecrantem, mittit tamen propter sacramenti dignitatem. Et sensus, id est peruersus assensus fit crimen.

Missa vnde dicatur.

De pœnitentia.

DISTINCTIO XIIII.

Comm. ad 3. c. Esa. & post med. eiusdẽ tom 5.
Et to. 1 de virginitate seruãda, ante medium eiusdem.

POST hæc de pœnitentia agendum est. Pœnitentia longe positis a Deo necessaria est, vt appropinquent. Est enim (vt ait Hieron.) secunda tabula post naufragiũ: quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptam peccando corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus: vbi deponitur vetus homo, & induitur nouus: secunda, pœnitentia: qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa repellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per pœnitentiam renouari valent, sed non per baptismum. Licet homini sæpius pœnitere, sed non baptizari. Baptismus tantũ est sacramentum: sed pœnitentia dicitur & sacramentum, & virtus mentis. Est enim pœnitentia interior, & est exterior. Exterior, sacramẽtum est: interior, virtus mentis est: & vtraque causa salutis est, & iustificationis. Vtrum verò omnis exterior pœnitentia sit sacramentum, vel si non omnis, quæ hoc nomine censenda sit, consequenter inuestigabimus. A pœnitentia cœpit Ioannis prædicatio, dicentis, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Quod autẽ præco docuit, illud post Veritas prædicauit, exordium sui mens sermonis à pœnitentia. Pœnitentia dicitur a puniendo, qua quis punit illicita, quæ commisit. Pœnitentiæ virtus timore concipitur. Vnde Esaias, A timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Est autem pœnitentia, vt ait Ambr. mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Item Gregor. Pœnitere, est anteacta peccata deflere, & flenda non committere. Nam qui sic alia

Math. 5. a. Math. 4. c. Isido. lib. 6. Ety. c. vlt. iuxta 70.
Esaia 26.

deplorat, vt alia tamen committat, adhuc pœnitentiam agere, aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest, si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus anhelat? His verbis quidam vehemẽtius inhærentes, contendunt verè pœnitentem vltrà non posse peccare damnabiliter: & si grauiter peccauerit, veram non præcessisse pœnitentiam. Quod etiã alijs muniunt testimonijs. Ait enim Isidorus, Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad vomitum, est pœnitens ad peccatum. Multi lachrymas indesinenter fundunt, & peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiam cerno, & affectum pœnitentiæ non habere: quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc reuiuiscente vsu, ea quæ fleuerunt iterando committunt. Esaias de peccatoribus dicit, Lauamini, mundi estote. Lauatur & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec deserit, & post lachrymas ea quæ defleuerat repetit. Idem. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuò iterare. Item Greg. Qui commissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subijcit. Item Ambros. Reperiuntur sæpius agendam pœnitentiam putant: qui luxuriantur in Christo. Nam si verè pœnitentiam in Christo agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut vnum baptisma, ita est vna pœnitentia. His alijsque pluribus vtuntur in assertionem suæ opinionis. Sed Ambrosius dicit, Hæc vera pœnitentia est, cessare à peccato. Et iterum, Magni profectus est renunciasse errori. Imbutos enim vitijs animos exuere atque emendare, virtutis est perfectæ, & cœlestis gratiæ. Et ideo sanè ita definiri potest, Pœnitentia est virtus, vel gratia qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus, & odimus, et plangenda vlterius committere nolumus: quia pœnitẽtia vera est, in animo dolere, & odire vitia. Vnde illa verba præmissa. Pœnitere est ante acta deflere, & flenda non committere: rectè sic accipi possunt, vt non ad diuersa tempora, sed ad idem referantur: vt. s. tempore quo deflet commissa mala, non committat voluntate, vel opere flenda: quod innuitur ex verbis consequẽtibus, Nam qui sic alia deplorat, &c. Hinc August. ait, Cauendum est, ne quis existimet nefanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius est enim vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis propiciandus est Deus, non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, etsi miserando deleat commissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Item Pius Papa, Nihil prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis opera agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis sic mentem reuocat, vt commissa plangat, & plangenda committere non velit, nec satisfacere negligit, verè pœnitet. Nec ideo

Li. 2. de sum mo bo. c. 16. & de pœ. d. 3. c. Irrisor.
2. Pet. 2. d
Esaiæ 1. c
Lib. synonymorum, p. 48. & vlt & Aug. lib. soliloquior. & habetur de pœn. dis. 3. c. Inanis. p. 3. pastor. admonitione 31. & de pœ dist. 3. c. qui admissa Lib. 2. de pœn. c. 10. in tom. 3.
In illud 2. Co. 2. ne forte abundantiori.
Super psal. 118. ser. 12 paulo post princip.
In Ench. c. 70. to. 3 & de pœn dist. 3. cap. sanè cauendum.
Gal. 5. d
Epist ad omnes ecclesias. Et de pœn. dist. 3. cap. Nihil prodest.

non

non est vera pœnitentia, quia fortè pòst, non de proposito, sed casu, vel infirmitate peccabit. Ille autem irrisor est, & non pœnitens, qui sic commissa plangit, vt plangenda voluntate, vel opere committere non desinat. Ille etiam qui post lacrymas repetit, quæ flevit, lauatur ad tempus: sed mundus non est, i. illa mūditia non est ei sufficiens ad salutem: quia est momentanea, non perseuerans. Item illud, Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat, sic intelligēdum est: Inanis est, s. carens fructu illius pœnitentiæ, quam sequens culpa non coinquinat. Illius enim fructus est vitatio gehennæ, & adeptio gloriæ. Mortificatur enim illa pęnitentia, & alia anteacta bona, per sequēs peccatum, vt non sortiatur mercedem, quam meruerunt cum fierent, & quam haberent si peccatum non succederet. Sed etsi de peccato succedenti pœnitentia agatur, & pœnitentia quæ præcessit, & alia anteacta bona reuiuiscunt: sed illa tantùm quæ ex charitate fiunt. Ideoque si per sequentia peccata mortificantur, per subsequentem pœnitentiam reuiuiscere possunt. Quæ verò sine caritate fiunt, mortua, & inania generantur, & ideo per pœnitentiam reuiuiscere non valet. Similiter intelligendum est illud, Nihil prosunt lamenta, & c. Et illud, Nihil valet, & c. Si enim replicetur peccata, nihil valet ad salutem, vel ad veniam in fine præcedens lamentum: quia nihil relinquitur de vitæ munditia: quia autem peccata dimissa redeunt, vt quibusdam placet cum replicātur, vel si non redeunt, eis tamen deletis propter ingratitudinem ita reus, & immundus constituitur, cum adhuc in expiandis implicatur, acsi iam deleta redirent.

Dist. 22. *De hoc tamen, scilicet an peccata redeant, post plenius agemus. Similiter nihil valet ad salutem obtinendam, vel ad munditiam vitæ habendam, veniam de malefactis poscere, & malefacta denuò iterare.*

Aug. lib. de vera, & falsa pœnitentia, cap 8. & de pœn. dist. 3. Pœnitentia. Eodem lib. cap. 19. *Ita etiam intelligendum est illud, quod idem Aug. alibi ait, Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse. Et infrà, Continuè dolendum est de peccato: quod declarat ipsa dictionis virtus. Pœnitere enim est pęnam tenere: vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando. Ille autem pęnam tenet, qui semper vindicat quod commisisse se dolet. Pœnitentia ergo est vindi-*

Ibid. ca. 13. *cta semper puniens in se quod dolet commisisse. Quid restat nobis, nisi dolere in vita? vbi enim dolor finitur, deficit, & pęnitentia. Si verò pęnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu gaudeat, & speret de gratia, quamdiu sustentatur a pœnitentia. Di-*

Io. 6 c. 8. b Pulchre id explicat Ambr. in illud Ps. 37. Cor meum conturbatum est. *cit enim Dominus, Vade, & amplius noli peccare: non dixit, Ne pecces, sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur, nisi dolor in pœnitentia continuè custodiatur? sed semper doleat, & de dolore gaudeat: & non sit satis quod doleat: sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.*

Determinatio intelligentiæ prædictorum.

D E *pœnitentia perfectorum, vel ad salutem sufficienti intelligendum est, quod suprà dixit, scilicet, Pęnitentia est vindicta semper puniens quod commisit: & alia huiusmodi. Illud verò, Si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur: dupliciter accipi potest. Si enim, iuxta quorundam intelligentiam, peccata dimissa redeunt; facilè est intelligere nihil de venia relinqui: quia peccata dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille qui ex seruitute in libertatem manumittitur, interim verè liber est, & tamen propter offensam in seruitutem postea reuocatur: sic & pœnitenti peccata verè dimittuntur: & tamen propter offensam quæ replicatur, iterum redeunt. Si verò non redire dicantur, sanè potest dici etiam sic nihil de venia relinqui, non quòd dimissa peccata iterum imputentur, sed quia propter ingratitudinem ita reus, & immundus constituitur, acsi illa redirent.*

De solemni, & vnica pœnitentia.

I L L V D *autem quod Ambros. ait, Reperiuntur, & c. & sicut vnum baptisma, ita & vna pœnitentia: non secundum generalem, sed secundum specialem morem ecclesiæ de solenni pęnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambrosij, Pœnitentia semel vsurpata, nec verè celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis amittit: de solemni intelligitur. Solennis ergo pęnitentia, vt Ambros. in eodem ait, est quę fit extra Ecclesiam in manifesto, in cinere, & cilicio: quæ pro grauioribus horrendisq; ac manifestis delictis tantum imponitur. Et illa non est iteranda pro reuerentia sacramenti, & ne vilescat, & contemptibilis fiat hominibus. Vnde Augustinus. Quamuis cautè & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus vtilis esset ęgrotis, quę tantò magis salubris est, quantò minus contemptibilis fuerit: Quis tamē audeat Deo dicere, Quare huic homini qui post pęnitentiam primā rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Origenes quoque de hac solenni pęnitentia, quæ pro grauioribus criminibus iniungitur, ait, Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, vel in blasphemia fidei, sed in sermonis, vel in morum vitio consistat: hæc culpa semper reparari potest: nec interdicitur aliquando de huiusmodi pœnitentiam agere: sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibus semel tantum † pęnitentię conceditur locus. Communia quæ frequēter incurrimus, semper pęnitentiam recipiunt, & semper redimuntur. Cōmunia dicitur venialia peccata, & fortè mortalia quædam alijs minus grauia: quæ sicut sæpe committuntur, ita frequenter per pęnitentiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur pęnitentia, scilicet solennis. Nam & de illis, si iterentur, iteratur pęnitentia, sed non solennis. Quod tamen in quibusdam ecclesijs non seruatur.*

Li. 2. de pœnit. c. 10. Ibid ca. 11. Ibid. ca. 10. Ad Macedonium, epist. 54. post princ. Super Leu. c. 25. hom. 15. in medio, tom. 1. Ita legitur apud Gratium. In Orig. editur, vel raro.

Autoritatibus probat, quod non semel tantum, sed frequenter peccata dimitttantur per pœnitentiam.

Q V O D *verò pęnitentia non semel tantum agatur, sed frequenter iteretur, & per eam frequenter iterum venia præstetur, pluribus sanctorum testimonijs probatur. Ait enim Augustinus scribens contra quosdam hæreticos qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant vtilem esse pœnitentiam, ita, Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus, quam oportet: non sobrij, sed excedentes mēsuram: dicunt, Etsi*


Li. de vera & falsa pœnitentia, c. 5. in initio, tomo 4.

semel

semel peccantibus post baptismum valeat pœnitentia, non tamen sæpe peccantibus proderit iterata: alioquin remissio, ad peccandum esset incitatio: Dicunt enim, Quis non semper peccaret, si semper per pœnitentiam redire posset? Dicit enim Dominum incitatorem mali, si semper peccantibus subuenit: & ei peccata placere, quibus semper præsto est gratia. Errant autem: constat enim multum ei peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si ea amaret, non semper ea destrueret. Idem ad Macedonium, Intantum hominum iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post peractam pœnitentiam, & post altaris reconciliatione, vel similia, vel grauiora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri solē suū, nec minus tribuit quā ante tribuerat, largissima munera vitæ, & salutis. Et quamuis eis in ecclesia locus humillimæ pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen super eos suæ patientiæ non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat, Dicite mihi, vtrū aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimæ voluptatis blandimenta contempsero, si me pęnitendo vehementius, quam prius excruciauero, si vberius fleuero, si melius vixero, si pauperes largius sustentauero, si charitate ardentius flagrauero: quis vestrum ita desipit, vt hic homini dicat, Nihil tibi ista in posterum proderunt: vade, saltem huius vitæ suauitate fruere? Auertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam. Item Ioannes Chrysost. de reparatione lapsi, Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit pœnitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur, etiam si ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam: suscipit libenter, & amplectitur, & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statū. Quodque est adhuc præstantius, & eminentius, etiā si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcunque tamen, & quantumlibet breui tēpore gestam non respuit pœnitentiam: suscipit etiam ipsam, nec patitur, quamuis exiguæ conuersionis perdere mercedem. Exemplis etiam hoc idem astrui potest. Dauid enim per pœnitentiam, adulterij simul et homicidij veniam impetrauit: & grauiter tamen postea deliquit in populi enumeratione: quod populi multitudo prostrata ostendit. Illud autem mirabile est, quod angelo ferienti plebem se obtulit, dicens, Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Quo facto, statim sacrificio dignus iudicatur, qui absolutione æstimabatur indignus. Nec mirū si tali sua oblatione pro populo, peccati sui adeptus est veniam, cùm Moyses offerendo se pro plebis errore, peccata diluerit. His alijsque testimonijs pluribus euidenter ostenditur, per pœnitentiam non semel tantùm, sed sæpius nos a peccatis surgere, & veram pœnitentiam sæpius agi. Voluntariè enim peccantibus nobis, vt ait Apost. pro peccatis non relinquitur hostia, secunda, scilicet: quia semel tantum Christum oportuit pati: nec relinquitur secundus baptismus. Relinquitur verò secunda pœnitentia, & tertia, & deinceps, vt Ioannes Chrysostomus super hunc locum, ait, Sciendum, inquit, quod hic quidam exurgunt, horum verborum occasione pœnitentiam auferētes: quasi per pœnitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere secundò, & tertiò, & deinceps. Verumetiam in hoc pœnitentiam non excludit, nec propitiationem, quæ sæpe fit per pœnitentiam, sed secundum baptismum, & hostiam.

Rom. 12. a — Epist. 54. & ea principio to. 2. & de pœn. di. 3 c. Intantū. — Matt. 5. g — Episto. 5. ad Theodorum lapsum. Et de pœn. dist. 3. ca. Talis. — 2. Reg. 11. 12. & 24. Ambr. in apologia Dauid, ca. 7. in fine tom. 4. 1. Par. 21. c — Exod. 32. g — Heb. 10. e — Hom. 20. in 10. cap. ad Heb.

DISTINCTIO XIIII.



SVPERIVS determinauit Magister de baptismo in quo gratia inchoatur, & de confirmatione per quam roboratur, & de Eucharistia per quam nutritur, & cōsumatur. Hic determinat de pœnitentia per quam amissa recuperatur. *Cōtinuatio.*

Et diuiditur in partes tres.

Primo agit de pœnitentia secundū esse suū. *Diuisio totius materiæ.*

Secundo de potestate ministrorum pęnitentiam in iungentium. distinct. 18. ibi. (Hic quęri solet.)

Tertio de effectu remissionis a parte suscipientium. dist. 20. ibi. (Sciendum est etiam.)

Prima in duas.

Primo determinat de pęnitētia in generali.

Secundo de partibus eius in speciali. distin. 16. ibi. (In perfectione autem.) Et prima in 2.

Primo excludit errorem dicentium, quod pœnitentia non est iterabilis.

Secundo errorem dicentium, quod pęnitentia est diuisibilis. dist. seq. ibi. (Et sicut prædictis.)

Prima in quatuor.

Primo ponit pęnitentiæ notificationem.

Secundo occasione huius ostēdit exortum errorem. ibi. (His verbis.) *Textus diuisio.*

Tertio subdit auctoritatum pro errore adductarum determinationem. ibi. (His alijsq;.)

Quarto subiungit veritatis confirmationē. ibi. (Quod vero pœnitentia.)

CIRCA hanc distinct. quærendum de vndecim principaliter.

Primo de pęnitentiæ genere.

Secundo de eius specie.

Tertio de eius subiecto.

Quarto de eius origine.

Quinto de pœnitentiæ formatione.

Sexto de formati actus pœnitentiæ ad habitum comparatione.

Septimo de eius efficacia, quantum ad remotionem mali.

Octauo, quantum ad collationem boni.

Nono de pœnitentiæ continuitate, & iterabilitate.

Decimo de eius comparatione ad virtutes alias.

Vndecimo de solenni pęnitētia in speciali.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo, vtrum pęnitentia sit virtus.

Secundo, vtrum sit generalis virtus.

QVAE-

Arg. 1. D. Bo. lib. 4. dist. 14. a. 1. quæst. 1. D. Th. p. 3. q 85. art. 1. Scot. lib. 4. dist. 14. q 2 Alexã. p. 4. q. 12. m. 1. ar. 1.

QVAESTIO I.

Vtrum pœnitentia sit virtus.

ET VIDETVR ꝙ non: quia nullum sacramẽtum est virtus: pœnitentia est vnum de septem sacramentis: ergo non est virtus.

Item nulla virtus præsupponit esse, vel fuisse malum in virtuoso: vnde etiam Philos. 4. eth. c. vlt. negat verecundiam esse virtutem: sed pęnitentia præsupponit fuisse peccatum in pœnitente: ergo non est virtus.

Secundo. Tertio. T. com. 18. Item secundum Philosophum 7. physi. Virtus est dispositio perfecti ad optimum: sed pęnitentia non est dispositio perfecti, sed imperfecti: ergo non est virtus.

Quarto. Item sm̃ Phil. 2. ethic. c. 3. Virtus est circa bonum, & difficile: sed pęnitentia est circa peccatum, quod est malum: ergo non est virtus.

In oppositum. CONTRA, Magister lib. 2. dist. 27. Virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur, & qua nullus male, & illicite vtitur, sed hoc conuenit pœnitentiæ: ergo est virtus.

Virtus q̃d. Item secundum Phil. 2. ethic. c. 5. Virtus est habitus bonus, qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit, sed talis est habitus pœnitentiæ: ergo est virtus.

CONCLVSIO.

Pœnitentia vt habitus est, hominem humilians ad pęnitendum sub debitis circunstantijs, propriè virtus est.

Responsio. Pœnitentiã quadrifariã capi. RESPONDEO, ꝙ pœnitẽtia quatuor modis potest accipi: Vno modo pro remedio cõtra mortale peccatum actuale per sacerdotes ministrato, & sic est sacramentum, non virtus: & sic procedebat primum arg. ad primã partẽ.

Alio modo pro habitu humiliante hominem ad pœnitendum sub debitis circunstantijs, & sic est virtus, vt cõcludunt duæ rationes ad partem secundam.

Tertio modo pro pœnitendi actu, & sic non est virtus, sed actus virtutis.

Quarto modo pro dolore sensibili, pro peccato commisso, qui si præcedat actum pęnitendi ipsum promouet, seu intendit. Si autem sequatur tanquam causatus ex illo, intentionem eius, vel perfectionem ostendit, & sic non est virtus, sed passio.

Ad primũ. AD PRIMVM patet responsio ex dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa.


Erubescentia quando est virtus. Ad probationem eius dicendum, ꝙ Philos. non negat verecundiam esse virtutem, secundum ꝙ accipitur pro habitu causato ex multotiens verecũdari sub debitis circũstantijs, sed inquantũ accipitur pro passione: est tñ passio bona, inquantum prohibet peccare. Sed quia Philos. videtur negare verecundiam esse virtutem, etiam secundum ꝙ accipitur pro babitu: ideo potest dici, ꝙ Philos. ibi loquitur de virtute cuius actus nihil vituperabile præsupponit esse, vel fuisse in virtuoso, vel non repugnat cuicunque perfectioni virtuosi.

Ad tertium dicendum, quòd pœnitentia est dispositio perfecti perfectione sufficientię: est enim respectu peccati pręteriti non præsentis, nisi in consideratione. Ad tertiũ.

Ad quartum dicendum, ꝙ virtus cum dicitur esse circa bonum, & difficile, hoc intelligẽdum est de actu, idest, ꝙ omnis virtutis actus difficilis est, & bonus: quãuis autem obiectum pœnitentiæ sit peccatum, tamen peccati detestatio bona est, quæ est pęnitentiæ actus. Ad quartum.

QVAESTIO II.

Vtrum pœnitentia sit generalis virtus.



ET VIDETVR quòd sic: virtus opposita omni vitio, est generalis: sed pœnitentia est virtus opposita omni vitio: ergo est virtus generalis. Arg. 1. D. Bon. vbi supra q. 1. D. Tho. vbi supra. Scot vbi supra. Alex. ibid. §. 2.

Item actus pœnitentiæ, qui est detestari peccatum conuenit cuilibet virtuti, quia eiusdem virtutis est intendere bonum, & detestari malum illi bono contrarium: sed specialis actus virtutis non conuenit cuilibet virtuti: ergo pęnitentia non est virtus specialis, sed generalis. Secundo.

Item virtus cuius actus est circa obiectũ cuiuslibet virtutis est generalis, sed pœnitentia est huiusmodi: ergo est virtus generalis. Tertio.

CONTRA, virtus cuius actus non est generalis, non est virtus generalis: sed actus pœnitentiæ, qui est detestari peccatum, inquãtum est expiabile per actum pęnitentis, virtus non est generalis: non enim cõuenit cuilibet virtuti: ergo pęnitentia non est virtus generalis. In oppositum.

CONCLVSIO.

Quia pœnitentia peccatum respicit sub ratione speciali, quatenus scilicet est diuinæ legis transgressiuum expiabile per pœnitentis actum, specialis virtus dicenda est.

RESPONDEO, ꝙ virtutem esse generalem, potest intelligi tripliciter, scilicet essentialiter, causaliter, & dispositiue. Responsio. Virtutẽ esse generalem tripliciter audiri.

Primo modo est virtus generalis, quæ prædicatur de qualibet virtute, nec est distincta per essentiã a virtute aliqua: & hoc modo virtus generalis nihil aliud dicit, quam quãlibet virtutem modo indeterminato, sicut genus importat quamlibet speciem modo indeterminato, & sic pœnitentia non est virtus generalis: est enim virtus per essentiam distincta ab omni alia virtute.

Secundo modo charitas virtus est generalis ad omnes alias virtutes, inquantum habent completum esse virtutis: quia completio cuiuslibet habitus in esse virtutis est per charitatem, sicut per causam formalem.

Tertio modo, pęnitentia virtus est generalis: vt enim inferiùs ostendetur, per pœnitentiam disponitur homo ad susceptionem aliarum virtutum: distinctionem autem essentię eius cognoscere debemus per eius obiectum: quod quidam dicunt esse peccatum sub ratione qua Dei offensiuum.

Sed contra hoc arguitur sic: sicut charitatis est De obiecto pœnitentiæ.

est diligere Deum, ita est eius odire offensam Dei: eiusdem enim rationis est diligere aliquid, & odire eius contrarium: peccatum ergo sub ratione qua Dei offensiuum non videtur esse pœnitentiæ obiectum.

Idem innuit Sco. dis prae sens q. 2. ar. 1. ibi con similiter ad secundum, 2. de anima. T. com. 33. Videtur ergo mihi dicendum, ꝙ pœnitentiæ obiectum est proprium actuale peccatum, sub ratione qua est transgresio diuinæ legis vindicabilis, & expiabilis per actum ipsius pęnitentis: & quia sub hac ratione peccatum nullius alterius virtutis est obiectum: sequitur, ꝙ actus pęnitētiæ est per essentiam distinctus ab actibus aliarum virtutum, & pęnitentia a virtutibus alijs: distinctio enim virtutum innotescit nobis per actus, & actus per obiecta.

Ad primū. Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ maior est falsa: vna enim virtus ab alijs per essentiam distincta potest esse opposita cuilibet vitio sub vna ratione, quæ in quolibet vitio reperitur: charitas enim opponitur cuilibet peccato mortali, inquātum quodlibet peccatum est contrarium summæ bonitati: & pœnitentia cuilibet peccato, inquantum est contra iustitiam diuinæ legis, & expiabile per actum pœnitentis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ detestari peccatum non conuenit cuilibet virtuti sub ratione qua conuenit pœnitentiæ: cuilibet enim alij virtuti conuenit detestari peccatū, inquantum est contrarium illi speciali bono, ad quod inclinat virtus: pęnitētia autem detestatur peccatum sub ratione alia, vt superius visum est.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ maior non est vera, nisi intelligatur, ꝙ sit circa obiectum cuiuslibet virtutis, & sub illa speciali ratione sub qua respicitur a qualibet virtute: sed pęnitentia non est circa obiectum cuiuslibet virtutis: sub alia enim ratione detestatur pœnitentia immoderatam delectationem, quam temperantia: & etiam immoderatum timorem, quam fortitudo, & sic de alijs.

Ad aliam partem. Argumentum ad partem aliam gratia principalis conclusionis potest concedi.

ARTICVLVS II.


Consequenter quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum pęnitentia sit virtutis vna species specialissima.

Secundo, vtrum contineatur sub iustitia.

QVAESTIO I.

Vtrum pœnitentia sit virtutis vna species specialißima.



Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supra. Scot. vbi supra. Ale. vbi su. Et videtur, ꝙ non: quia alterius speciei est peccatum in seipsum, quam peccatum in proximū: & illa quam peccatum in Deum. Similiter peccatum cordis, oris, operis, diuersarum sunt specierum: cum ergo omnia ista obiecta sint pœnitentiæ, videtur, quòd pœnitentia distinguatur in plures species, & sic non est virtutis species specialissima, sed subalterna.

Item necessarium, & non necessarium, non sunt eiusdem speciei: sed pœnitentia de mortalibus est necessaria, non autem de venialibus: quia se compatiuntur cum gratia gratum facienteergo plures sunt species pęnitentiæ. *Secundo.*

Item per rationem generalem non potest cōstitui species specialissima: sed habitus constituuntur in specie per formales rationes obiectorum: cum ergo peccatum sub ratione generali cuilibet peccato obiectum sit pœnitentiæ, pęnitentia non est virtutis species specialissima. *Tertio:*

Contra, quamuis fides sit respectu plurium credibilium: tamē est virtutis species specialissima, eo ꝙ propter vnam virtutem credit omnes alias: ergo a simili, quamuis pęnitentia sit respectu omnium peccatorum, tamē est virtutis species specialissima, cum omnia peccata detestentur sub ratione vna. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Cum pœnitentia omnia peccata respiciat sub ratione vna, ipsam virtutis esse speciem specialissimam constat.

Respondeo, ꝙ pœnitentia est virtutis vna species specialissima: est enim respectu omnium peccatorum sub vna ratione communi non communitate, qua sit prædicabilis de quolibet peccato, vt est communitas generis: sed cōmunitate qua reperitur in quolibet peccato tanquam aliquid distinctum, non secundum rem, sed secundum rationem a qualibet specie peccati. Vnde quamuis quodlibet speciale peccatum sit peccatum contra iustitiā legis diuinæ, expiabile per actum pęnitentis, tñ hoc cum reduplicatione nō prædicatur de aliqua specie peccati, qa sine reduplicatione acceptum consideratur vt genus cuiuslibet peccati: sed cum reduplicatione accipitur vt pars sm̄ rationē distincta a qualibet peccati specie: exemplum prædictorū, animal prædicatur de qualibet specie animalis: nō tñ animal, inquantū animal: hæc enim falsa est, homo est animal, inquantum animal, quia primo consideratur vt genus, & sic realiter, id est cum qualibet specie ratione differens: sed non prædicatur de specie, inquantū ratione differens, sed inquantum realiter idem: cum autem accipitur cū reduplicatione consideratur inquātum, ratione differens a specie: & ideo cum prædicatur de specie, cum sui reduplicatione, implicatur prædicari de ea per hoc, ꝙ est sm̄ rationem differens ab ea: animal ergo inquātum animal non est genus, sed inquantum significat realiter idem cum qualibet specie animalis, modo tamen indeterminato: sicut ergo vides, ꝙ scientia de animali, inquantum animal, est vna specie scientiæ distincta a scientia, quæ est de homine, inquantum homo, & sic de alijs: sic pęnitentia, quæ est de proprio peccato actuali, sub ratio- *Responsio. Accommodatum exemplum.*

ratione qua est contra iustitiam diuinæ legis, expiabile per actum pęnitentis est vna species virtutis specialissima.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ non valet, quia omnia illa detestatur pœnitentia sub vna ratione communi.

Ad secundum. Perfectũ enim, & imperfectum non variãt speciem. 10. metaph. T. com. 25. Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa, loquendo de necessario, & non necessario, nõ absolute, sed ad consequendum remissionem peccati: sicut enim charitas perfecta, & im perfecta eiusdem sunt speciei: cum tñ perfecta nõ sit ad iustificationem necessaria, & imperfecta sit ad hoc necessaria, sic non habetur perfecta: ita pęnitẽtia imperfecta, quæ est respectu mortalium tãtum: & perfecta, quæ est respectu mortalium, & venialium simul, eiusdẽ speciei sunt, quamuis secunda non sit necessaria ad iustificationem: pœnitentia autem respectu venialium, & mortalium virtus non est.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ per rationem generalem generalitate prædicabilitatis nõ constituitur species specialissima, nec sic est generalis formalis ratio obiecti pęnitentiæ, sed dicitur generalis, quia in quolibet peccato reperitur exemplum, quamuis ratio animalis prędicetur de ratione hominis, & asini: quia secũ

T. com. 28. dum Phil. 4. metaph. ratio quam significat nomen est diffinitio: hæc autem est vera, animal rationale mortale est substantia animata sensibilis, & hęc: animal irrationale rudibile est substantia animata sensibilis: tamen diffinitio animalis non prædicatur de prædictis diffinitionibus. Diffinitio enim animalis, inquantum animal est substantia animata sensibilis tãtum. Vnde animal, inquantum animal consideratur vt pars speciei.

Argumentum ad partem aliam gratia conclusionis concedatur.

QVAESTIO II.

Vtrum pœnitentia contineatur sub iustitia.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supra. Scot. vbi supra. Ale vbi su. Et videtur quòd non: nulla virtus theologica continetur sub iustitia: sed pęnitentia est theologica virtus: per illam enim principaliter reconciliamur Deo: ergo pœnitentia non continetur sub iustitia.

Secundo. Item omnis virtus, quę continetur sub iustitia est moralis: sed pœnitentia non est moralis virtus: quia sm̃ Phil. 2. ethic. c. 5. & 6. virtus moralis consistit in medio, pęnitentia aũt non: refugit enim oẽ peccatum, non quoddam sic, & quoddam non: ergo pęnitentia non continetur sub iustitia.

Tertio. Item iustitia virtus respicit ęqualitatem inter extrema, sm̃ sententiam Philos. 7. ethic. c. 5. sed pęnitentia cũ sit circa operationes hominis ad Deum non respicit æqualitatem, quia Deo non possumus rependere æquale pro beneficio recepto: secundum Phil. 8. ethic. ca. vlt. neque ęqualem emendam pro peccato cõmisso: ergo pęnitentia non continetur sub iustitia.

In oppositum. Contra, gl. super illud Ps. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ. Quid iustius, quam vt quisque suis peccatis potius, quã alienis irascatur, seq; puniẽs per pęnitentiã satisfactionẽ Deo offerat, q. d. hoc iustum est, in quo expressè habetur, quòd actus pęnitentiæ est actus iustitiæ.

Item gl. super illud 1. Cor. 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, dicit: Nosmetipsos dijudicaremus pęnitendo: pęnitere ergo est seipsum dijudicare, sed dijudicare est actus iustitiæ: ergo pœnitentia continetur sub iustitia.

CONCLVSIO.

Pœnitentia tamquam pars potentialis iustitiæ sub ipsa vtiquè continetur.

Responsio. Pœnitentia contineri sub iustitia tripliciter intelligi potest. Respondeo, ꝙ pęnitentiam contineri sub iustitia tripliciter potest intelligi. Vno modo, sicut pars integralis continetur sub toto integrali. Alio modo, sicut pars subiectiua continetur sub toto vniuersali. Tertio modo, sicut pars potentialis cõtinetur sub toto correspondente potentiali.

Primo modo dicunt aliqui, pœnitentiã contineri sub iustitia: ad integritatẽ. n. iustitiæ concurrunt duę partes, s. declinatio mali, & operatio boni: per pęnitẽtiam aũt est declinatio mali: non tm̃ enim per pęnitẽtiam habilitatur homo ad declinandum malum culpę, sed ẽt ad faciendum opera bona, inquantum sm̃ iustitiam diuinę legis ordinata sunt ad expiationem culpę: pęnitentia ergo non continetur sub iustitia modo primo: nec ẽt modo secũdo propriè loquendo de iustitia, quia parti subiectiuę plenè conuenit diffinitio totius: sed pęnitentiæ non plenè conuenit plena ratio iustitiæ propriæ dictę: quia iustitia circa operationes, quę sunt ad alterum obseruat rationem debiti, & æqualitatis, sicut in 3. lib. ostensum est: quamuis aũt per pęnitentiam reddat homo Deo debitũ ex legis diuinæ necessitate: non tñ potest reddere ęquale: magnitudo. n. malitię culpę excedit magnitudinem cuiuscunq; emendę, quã pęnitens potest facere: quãuis si homo faciat, quod in se est misericordia Dei quietet residuum: non. n. exigit ab hoĩe vltra id quod potest: & quamuis pęnitentię non conueniat plena ratio iustitię, nõ tñ propter hoc est inferior virtus, quã iustitia proprie dicta, quę est ad proximum duplici de causa, tũ quia nobilius est immediatè ordinari ad Deũ, quam immediate ad proximũ: tũ quia non facere Deo ęqualem emendã non conuenit pœnitentiæ, nisi ex impotentia pœnitentis non ex malitia voluntatis, quia verè pœnitens vellet facere ęqualem emendam si posset.

Tenet Sco. vbi supra pœnitentiã esse partem subiectiuã iustitiæ pœnitiuæ, quę ad mentem sui in 3. d. 34. continetur sub iustitia dominante, vel dominatiua.

Tertio modo pęnitentia cõtinetur sub iustitia: pars. n. potentialis dr̃, quæ participat aliquã virtutem totius, sed non totam: pęnitentia aũt in hoc participat virtutẽ, & modũ iustitiæ, quia circa operationes, quę sunt ad alterum, s. ad Deũ obseruat rationem debiti ex legis necessitate: non tñ per pęnitentiã redditur æquale, quia nõ est possibile pęnitenti: ꝙ aũt sic sub iusti-

iustitia contineat, patet per illud quod dicitur de pœ. dist. 3. ca. pnía, el 2. Pnía est quædã dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisisse. Vindicare autem malefactum puniendo pertinet ad rationem iustitiæ.

Ad prim. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ pœnitentia non est virtus theologica, non enim habet Deum pro obiecto: sed culpã sub ratione, quæ est superius dicta: Deum autem pro fine immediato. Vnde cum dicimus, ꝙ pęnitentia reconciliat Deo, non tangitur ordo pęnitentiæ ad Deum, sicut ad obiectum: sed sicut ad finem immediatum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ pnía est virtus moralis: sed quarundam virtutum moralium materia nõ est vniuersali virtuti cõtraria, sicut sunt passiones delectabiles, circa quas est tẽperãtia: & terribiles, circa quas est fortitudo: sed secũdum excessum, vel diminutionem, & sic dicũt aliq, ꝙ respectu talis materiæ virtus moralis obseruat medium, & circa materiam resecando superabundantiam, & circa resecãdi modum debitas circũstantias obseruando, materia autem pníæ, secundum quamlibet sui partem virtutem corrumpit, aut ad eius corruptionem disponit: ideo pnía nõ obseruat medium, circa materiam suam: sed totaliter ipsũ excludit, & circa excludẽdi modum obseruat medium per comparationem ad rationem rectam. Sed cum virginitas, q̃ est nobilis virtus excludat oẽm delectationem veneream, videtur prędicta solutio implicare vnum falsum, implicãdo ꝙ q̃libet virtus, q̃ est circa delectationes venereas, nõ tãtum obseruat medium, per comparationem ad circunstantias: sed ẽt per comparationem ad materiam: dic ergo, ꝙ verbum philosophi non sic est intelligendum, ꝙ semper verum sit virtutem obseruare medium per comparationem ad materiam: sed sufficit, quãdoque obseruare, quantum ad circunstantias per comparationem ad rationem rectam.

De virginitate infra, di. 33. ar. 4

Ad tertium. Ad tertium dicendum; ꝙ ad partem potentialem iustitiæ non requiritur æqualitas, vt ex dictis, in quæstione potest videri.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. di. 14. ar. 2. q. 1. D. Tho. 4. sen. di. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. Sc. li. 4. di. 14. q. 2. Ale. p. 4. q. 22. m. 2. ar. 3.

Primo vtrum pœnitentia sit in voluntate, sicut in subiecto.

Secundo vtrum sit in beatis.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum pœnitentia sit in voluntate, sicut in subiecto.

ET VIDETVR, ꝙ non: pœnitentia enim cũ sit pars potẽtialis iustitiæ, videtur esse ĩ eodẽ subiecto, in quo est iustitia: sed iustitia est in ratione: cum actus eius sit iudicare, quod pertinet ad rationem: ergo pœnitentia est in ratione.

Secundo. Item gaudium de bono, est in concupiscibili: ergo a simili, dolor de malo: cũ ergo actus pœnitentiæ sit dolere de malo culpæ, pnía est in concupiscibili: concupiscibilis autem est potentia partis sensitiuę.

Tertio. Item vindicare est actus virtutis irascibilis. Ira enim est appetitus vindictæ, sed pęnitentia est virtus vindicatiua peccati: ergo videtur ꝙ sit in irascibili, non in voluntate.

Secũdo rhetoricorum. c. 2. primo de anima. T. c. 16.

In oppositũ. CONTRA, Ansel. li. de veritate, cap. 12. Iustitia est rectitudo voluntatis: sed pœnitentia est quædam iustitia: ergo est in voluntate.

Sed ꝙ sit in qualibet potentia, videtur qa virtus non operatur, nisi vbi est, sed pęnitentia operatur circa quãlibet potentiam, quia quãlibet purgat a culpa: ergo est in qualibet potentia.

CONCLVSIO.

Pœnitentia in voluntate vti in subiecto est.

Respon. Singularissime hæc habetur a Sc. loco cit.

RESPONDEO, ꝙ in illa potentia est habitus, in quo est principalis eius actus, sed actus pęnitentiæ est in voluntate, actus enim eius est punire proprium peccatum, inquantũ est contra iustitiam legis diuinæ, & expiabile per actum pœnitentis: in punitione autẽ peccati principaliter est efficax peccati displicẽtia: displicere autem est actus existens in volũtate, sicut in subiecto: pęnitentia ergo est in voluntate, sicut in subiecto.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ iustitia non est in ratione, sed in voluntate: iudicare enim per modum dictantis, seu consulentis, non est actus iustitiæ, sed iudicare ꝑ modum diffinientis, seu mouentis ad dictamẽ sententiæ iustæ, & sic iudicare est actus voluntatis: sed iudicare primo modo actus est rationis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ gaudium secũdum, ꝙ est passio appetitus sensibilis est in cõcupiscibili, quæ est in parte sensitiua, & similiter dolere de malo: sed gaudere de bono, inquantum est secundum iustitiam diuinæ legis actus est voluntatis, & similiter dolere de peccato, inquantum est contra iustitiam legis diuinæ, hic enim dolor est formaliter displicentia peccati, sub ratione prædicta, quãuis quandoque concomitantem habeat sensibilem passionem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ vindicta, seu eius appetitus, inquantum dicit motum appetitus sensitiui est in irascibili sensitiua, tamen appetitus faciendi de peccato vindictam, secundũ ꝙ est pęnitentiæ actus: dicitur voluntatis motus, non irascibilis sensitiuæ.

Ad aliam partem. PRIMVM, ad partem aliam bene concludit.

Ad illud quod probabat, quòd est in qualibet virtute, dicendum, quòd vna virtus existens in voluntate, sicut in subiecto, potest

purgare aliam potentiam a peccato. Vnde charitas, quæ est in voluntate, sicut in subiecto rectificando voluntatem omnes vires purgat a peccato, vnde prima Petr. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum: similiter dico, ꝙ virtus pęnitentiæ remouendo obstaculum pręcludens aditum gratiæ Dei, qua remittuntur peccata, disponit omnes potentias animæ ad purgationem peccati.

Ro. 12. Hebr. 13.

QVAESTIO II.

Vtrum pœnitentia sit in beatis.

Arg. 1. D.Th. vbi su. q. 3. Ale. vbi su. ar. 2. §. 3.

ET VIDETVR, ꝙ non. Nullus habitus moralis, q est in beatis, est in damnatis: sed pœnitentia est in damnatis secundum illud, quod dicitur de eis Sap. 5. ꝙ sunt pœnitentiam agentes: ergo pœnitentia non est in beatis.

Secundo. Item de pœ. di. 3. c. pœnitentiam in fine. Pœnitentiam veram agere, est commissa plangere, & iterum plangenda declinare: sed in beatis non est luctus, nec planctus. Apoc. 21. ergo in beatis non est pęnitentia.

Tertio. Item pœnitentia non est vbi non potest habere actum suum, nec vnquam potuit, qa ibi superflua esset: sed in angelis beatis non habet pnía aliquē actum, qa actus eius, pęna est: nec habere potest, quia peccare non possunt: neq; habere potuit, quia quãuis peccare potuerũt, tamen si peccassent, pęnitere non potuissent; ergo saltem non est in angelis beatis.

Quarto. Item quia spes, & fides annexam habent imperfectionem essentialem, ideo non sunt ĩ beatis: sed pęnitentia annexam habet imperfectionem essentialem: quia præsupponit in pęnitente peccatum fuisse: ergo non est in beatis.

In oppositum. CONTRA, Sap. primo. Iustitia perpetua est: sed pęnitentia est iustitia quædam: ergo ꝑpetua est.

Item quamuis beati nihil possint pati, tamen in eis est patientia, secundum illud psal. Patientia pauperum, non peribit in fine: ergo a simili, quamuis nõ possunt dolere, tamen in eis est pęnitentia.

CONCLVSIO.

Pœnitentia virtus, cum in nonnullis beatorum patriæ reperiatur saltem secundum habitum, & actus possibilitatem, in nonnullis etiam secundum actum quamuis longè perfectiorem quàm in via, in cunctis ipsa reperiri perhibetur, Christo & angelis exceptis, qui possibilitate ad actum pœnitendi cum careant, pœnitentiæ expertes penitus sunt.

Sācti in triplici differētia ĩ patria in quorum primis, & tertijs est pænitentia, in medijs nequaquam.

AD ISTAM quæstionem dicunt aliq beatorum qdam sunt, q nũq̃ peccauerũt, peccare tñ potuerũt, & si peccassent in eis peccatũ remitti potuisset. Alij sunt, q nũquã peccauerũt, sed peccare potuerũt, tñ si peccassent, nõ potuisset in eis peccatum remitti, cuiusmodi sũt angeli sancti. Alij sunt q peccare potuerũt, & peccauerũt, vt in beato Petro, & in multis sanctis patet, ꝙ peccatum fuit in eis remissum.

In primis est habitus pnīæ, qa q̃uis in eis nũquam habuerit actum, tñ habere potuit, habitus.n. infusus nõ præsupponit actum, nec includit: sed pręsupponit in subiecto suo possibilitatē ad actũ possibilē elici, ꝑ illum eũdē habitum in numero, vel per alium eiusdem spēi, q̃uis aũt ille idē habitus pnīæ in numero, q in eis est, nũquam in eis actũ habere potuerit respectu mortalis peccati: qa peccare nõ potuissent mortali pcŏ, qn illum habitum corrupissent, tñ in eis potuisset hēre actum suum, respectu venialis peccati, & alius habitus pnīæ eiusdem spēi cum isto potuisset in eis hēre actum suum, ēt respectu mortalis peccati. In tertijs ēt est habitus pnīæ: qa in eis, & potuit hēre actũ suum, & habuit, & adhuc hēt, nõ actum, q est de peccato dolere, sed q est gaudere de peccati remissione, & se velle nũquam peccasse, si esset possibile. In medijs vero nõ est virtus pnīæ: qa nũquam potuisset hēre actum in eis: qa quamuis peccare potuerint, tñ si peccassent, nũquã virtuosè pęnitere potuissent, sicut patet in angelis q peccauerunt. In Christo etiam qa nunquam peccauit, nec peccare potuit, nõ est pęnitentiæ virtus, vt enim dictum est, habitus præsupponit esse, vel fuisse in illo, in quo est possibilitatem ad eius actum.

In medijs nõ pnīam esse respectualiorum ad mentem Sco.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicēdum, ꝙ virtus pnīæ non est in damnatis: qa quamuis pęniteant de peccato suo, ꝑꝑ pęnam horribilem, quam pro eo sustinent, tamē non pęnitēt de peccato, inquantum est cõtra iustitiam legis diuinæ, nec ad hoc, vt expietur in eis, vnde nõ pęnitent in spe veniæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ pęnitentia in beatis non habet actum, quem habuit in via, qui est de peccato dolere, sed actum conuenientem fini, qui est gaudere de remissiōe peccati, eiusdem enim virtutis est de peccato dolere, & de eius remissione gaudere.

Ad tertiũ. Tertium bene concludit.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ in pnía non est aliqua essentialis imperfectio repugnans gloriæ, sicut est in fide, & spe: sed actus eius quem habet in via, talem habet imperfectionem, & quantum ad illum actum non dico eam in patria remanere.

Ex dictis satis patet virtutem pęnitentię esse in illis, qui sunt in purgatorio, & quantum ad habitum, & quãtum ad actũ, qui est de peccato dolere, & aliquo modo, quãtum ad illum qui est gaudere de remissione peccati, & ideo de hoc non oportet hic facere quæstionem.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER, quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum pœnitentia sit in nobis ex acquisitione.

Secundo vtrum concipiatur ex timore.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum pœnitentia sit in nobis ex acquisitione.

Arg. 1. Bo. li. 4. di. 14. q. 3. ET VIDETVR, ꝙ non: quia nullum peccatum necessarium est ad illud, quo acquiritur virtus: sed peccatum est necessarium ad actum pęnitętię: ergo virtus pniæ nō acquiritur per suos actus, sed omnis virtus, q̃ est nobis ex acqsitione acquiritur per actus: ergo pœnitentia non est in nobis ex acquisitione.

Secundo. Item Auic. 6. Metaph. c. 3. Causa dignior est causato, sed actus pręcedens virtutem non est dignior virtute: ergo virtus pœnitentiæ, non potest acquiri per actus.

Tertio. Item Aug. de fide ad Pe. parum ante mediū. Hoc Deus disposuit, vt si qs bonitatem voluntatis perderet, nunquam eam sine diuino munere repararet, sed pnīam voluntatis bonitas reparatur: ergo pęnitentia est munus, quod nobis a Deo infunditur.

In opposi- tum. CONTRA, pnīa continetur sub iustitia, sed iustitia in nobis est ex acqsitione, vt in 3. li. ostensum est: ergo similiter, & pęnitentia.

Item secundum philosophum 2. Ethi. ca. 1. Temperata, operantes efficimur temperati, operando fortia fortes: ergo similiter ex multotiens pœnitere potest acquiri in nobis pœnitentiæ virtus.

CONCLVSIO.

Nedum pœnitentia quæ est in ordine ad humanā politiam naturaliter ex acquisitione est, sed & ea, quæ ad suprahumanam, virtute supernaturalium principiorum virtus etiam acquisitiua rationabiliter dici potest, cum voluntas ex frequentatis actibus pœnitendi in se habitum ad similes actus inclinātem valeat generare.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ duplex est pnīa, vna habilitans hominem ad puniendum peccatū proprium in ordine ad finem non transcendētem nostram facultatem naturalem. Alia in ordine ad finem supra nostram naturalem facultatem pnīæ primo modo dictæ innata sunt nobis principia, s. naturalis cognitio boni, & dilectio, & naturalis cognitio mali, & eius detestatio, in quorū virtute per actus potest habitus pęnitentiæ acquiri.

Pęnitentia autem secundo modo dicta a nobis etiam acquiri potest per actus: vt aliq dicunt, non tamen in virtute naturalium principiorum, sed supernaturalium. s. supernaturalē cognitionem, & dilectionem finis transcendētis nostram naturalem facultatem: sicut enim in virtute principiorum nobis inditorum possumus acquirere pœnitentiam in ordine ad ciuilitatem inferiorem, sic in virtute principiorum supernaturalium acquirere possumus pœnitentiam in ordine ad ciuilitatem superiorem, quæ est vita æterna. Alijs autem videtur, quòd hæc pœnitentia est in nobis per solam infusionem: quia & si anima sit in potentia ad recipiendum talem habitum, non est tamen educibilis de potentia animæ, & ideo p quēcunque alium supernaturalem habitum anima talem habitum pœnitentiæ causare non potest: quia ex quo de eius potentia non est educibilis ipsum causaret de nihilo, quod impossibile est.

Ad primū. AD PRIMVM dicendum, ꝙ nullum peccatum est necessarium ad acquisitionem virtutis, tanquam actus, quo virtus acquiritur, non tamen est inconueniens, ꝙ ad acqsitionem pęnitentiæ primæ modo dictæ requiratur peccatum, tanquam materia, seu obiectum illorum actuum, per quos acqritur pnīa. Aliqui tamē dicūt, quòd ex multotiens detestari peccatum repręsentatum cognitioni acquiri potest habitus, quo homo ipsum prompte detestatur, si fuisset commissum.

Ad secun- dum. Ad secundum dicēdum, ꝙ & si causa principalis sit dignior causato, non tamen oportet hoc esse verum de causa instrumentali, actus autem pręcedentes virtutem sunt, quasi causa instrumentalis in acquisitione virtutis, operantur enim in virtute principiorum a nobis inditorum, quæ sunt naturalis cognitio, & dilectio boni, & naturalis cognitio, & detestatio mali, quæ nobiliora sunt, quam acquisita virtus, & quam actus procedentes ex ea, quātum ad illud pręcise, quod supradictis principijs superaddunt, sicut in speculatiuis principia, & habitus principiorum nobiliora sunt, conclusionibus, & scientia.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ procedit de pęnitentia habilitante hominem ad puniendū peccatum in ordine ad finem transcendentem nostram naturalem facultatē, qui est vita æterna.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam procedunt de pœnitentia habilitante hominem ad puniendum peccatum in ordine ad finem, non transcendentem nostram naturalem facultatem, quæ pœnitentia aliqualis est dispositio ad illā pęnitentiam, per quam a Deo nobis remittuntur peccata.

QVAESTIO II.

Vtrum pœnitentia concipiatur in nobis ex timore.

Ar. 1. D. Bo. li. 4. di. 14. ar. 2 q. 2. D. Tho. 4. sen. dist. 14. q. 1. ar. 2 q. 1. Ale. p. 4. q. 12. m. 3. ar. 1. ET VIDETVR, quòd non. Fortior est motus amoris, quàm timoris: timor enim oritur ex amore: ergo cōceptio magis attribui debet amori, quàm timori.

Secundo. Item pœnitentia ordinatur ad purificandum cor: ergo eius conceptio maxime debet attribui primo principio purificationis: sed illud non est timor, sed fides, iuxta illud Act. decimoquinto. Fide purificans corda eorum:

ergo pœnitentia non cõcipitur ex timore: sed ex fide.

Tertio. Item idem non concipitur ex seipso: quia sicut dicit Aug. primo de Tri. c. primo. Nullã omnino res est quę seipsam gignat, vt sit, sed idem est timor, & pœnitentia, vtriusque enim est idem obiectum, & sub eadem ratione, scilicet peccatum, inquantum est Dei offensiuũ, & idem actus, s. peccatum sub prędicta ratione resurgere: ergo pœnitentia non concipitur ex timore.

In oppositum. CONTRA, Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum; sed non nisi mediante pœnitentia: ergo pęnitentia concipitur ex timore.

Item Magister in littera, huius dist. cap. 1. Pœnitentiæ virtus timore concipitur.

CONCLVSIO.

Pœnitentiam, secundum dispositionem ex timore magis, quàm ex fide, spe, & amore concipi certum est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ pnĩam concipi dupliciter potest intelligi, aut ꝙ concipiatur secũdum seipsam, & sic non est verum de illa, quę in nobis est per infusionem, aut secundum suã dispositionem in nobis, & sic concipitur, & ex fide, & spe, & aliquo amore, & ex timore: q̃a enim illa dispositio ex parte nostra est voluntaria, & vnius motus voluntatis possunt esse diuersa motiua, ideo non semper est vnus motus concipiendi illam dispositionem: quia tamen de moralibus iudicandum est, secundum hoc, quod accidit, vt in pluribus, secundum sententiam philosophi, 1. Eth. cap. 2. & vt frequentius mouentur peccatores ad pęnitentiam per timorem, quàm per spẽ, vel amorem boni, ideo magis dicitur pęnitentia concipi, ex timore, quam spe, vel amore.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ quamuis simpliciter amor boni sit fortior motus, quam timor oppositi mali, tamen existens in peccato, quia non percipit saporem dulcedinis boni, ideo non sic mouetur ad detestationem peccati ex amore boni, sicut ex timore mali, & vt frequentius hoc videmus, ꝙ peccatores magis horrent pœnam gehennæ, quàm desiderent vitam gloriæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ fides purificat cor per modum ostendentis timenda, & amãda. Timor etiam, inquantum ab ipso inchoatur motus voluntatis recedentis a peccato, & tendentis ad Deum, pęnitentia vero inquantum impetrat charitatem, per quam formaliter purificat cor: & ideo quamuis pęnitentia concipiatur ex fide, non propter hoc sequitur quin etiam concipiatur ex timore, & magis, quam ex fide: quia est dispositio magis propinqua: quia ex fide non concipitur pœnitentia, nisi inquantum fides ostendit timenda, vel amanda.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd non est idem timor, & pęnitentia, nec vtriusque idem est formale obiectum, timoris enim seruilis obiectum est peccatum, inquantum meretur arduum malum pęnæ, & timoris filialis, inquãtum est malum arduum contrarium diuinæ reuerentiæ: pœnitentiæ autem inquantũ est contrarium iustitiæ legis diuinæ, & expiabile per actum pęnitentis, neq; tantum respicit pęnitẽtia peccatum, inquantum est pręteritum: sed etiam ex consequenti, inquantum est futurũ: quia non facit aliquis gratam, & debitã emendam illi quem offendit si cauere a faciendo sibi nouam iniuriam non proponit.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quęritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum prius ordine naturæ formetur habitus pęnitentiæ, quam ęius subiectum.

Secundo vtrum prius ordine naturæ formetur actus pęnitentiæ, quam habitus.

QVAESTIO I.

Vtrum prius ordine naturæ formetur habitus pœnitentiæ, quam eius subiectum.

Ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia quandocunque vnum accidens est in aliquo subiecto, mediante aliquo alio accidente, prius ordine naturæ informat illud accidens, quàm eius subiectũ. Vnde quia color est in corpore, mediante superficie prius ordine naturę informat superficiẽ, quam corpus: sed habitus charitatis est in voluntate, mediãte habitu pęnitẽtiæ: ergo prius ordine naturæ informat habitum pœnitentię, quàm voluntatem, quæ est pęnitentiæ subiectum.

Secundo. Item sicut se habet lux corporalis ad colores: ita gratia quæ est lux spiritualis ad virtutes: sed lux corporalis, prius ordine naturæ format colores, quàm subiectum colorum: ergo similiter lux spiritualis, q̃ est gratia, prius ordine naturæ format virtutes, quàm virtutum subiectum.

In oppositũ. CONTRA, immediatum subiectum habitus potest agere per illum habitum actum ad quem eliciendum ille habitus ordinatur: sed habitũ pnĩæ non potest diligere Deum pp se, & super omnia, qui est actus ad quem eliciendum ordinatur charitatis habitus: ergo habitus pnĩæ non est immediatum charitatis subiectum: sed si prius ordine naturæ formaretur charitate, quam ipsa voluntas esset immediatum charitatis subiectũ: ergo non informatur prius ordine naturæ, quam eius subiectũ, quod est voluntas.

CONCLVSIO.

Omnibus pensatis subiectum pnĩæ ordine naturæ prius est ipsa pęnitentia habitu charitatis.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ habitus pœnitentiæ per infusionem charitatis dupliciter formatur, quia

quia per hoc habitus pniæ a Deo, de cõdigno acceptatur, & fortior efficitur: prędicta autē acceptatio dicitur per quandam similitudinē pniæ formatio: quia ficut res per suam formā potest facere opera, per quæ suum finem consequitur: ita habitus pœnitentiæ per acceptationem prædictam consequitur finem ad quē ordinatur, q. est perducere pœnitentē ad vitam æternam. Quod autem per charitatem habitus pęnitentiæ fortior efficiatur, patet, q̃a duorum concordãtium in actione, quodlibet redditur fortius per sui coniunctionem cum alio: sed actus pœnitentiæ, & charitatis concordãt: ergo habitus pœnitentiæ ex sui coniunctione cum habitu charitatis, fortior redditur: & quãuis aliquo modo habitum charitatis iuuet, nō tamen propter hoc potest dici, ꝙ charitas sic formetur per pniam, sicut econuerso: q̃a formatio habitus est per formalem rõnem obiecti. Formalis aũt ratio obiecti charitatis, est ratio bonitatis, & ideo charitas formaliter est bona, & habitus pœnitentiæ est bonus bonitate acceptabili de condigno, per participationem bonitatis ipsius charitatis.

Dico ergo, ꝙ accipiendo formationē, quorumlibet prædictorum modorum aliquo modo prius ordine naturæ formatur habitus pœnitentiæ, quàm eius subiectum, & aliquo modo econuerso, & principalius, quod sic patet.

Illud dicitur esse prius ordine naturę, quod habet aliquam rationem causalitatis respectu illius, Deus autem acceptat pęnitentem, propter habitum pœnitentiæ, & habitum ꝑpter pœnitentem: quia tamen ipse homo per se cõsideratus creatura est dignior, & plus participans de perfectione per se bonitatis, quàm habitus pœnitentiæ consideratus per se, ideo magis acceptatur habitus pęnitentiæ, propter pęnitentem, quàm econuerso, sicut medicus magis acceptat medicinam propter hominem, quàm econuerso.

Præterea, quamuis fortitudo, quæ est in voluntate per charitatem, aliquo modo dependeat ex fortitudine, quæ est in habitu pœnitentiæ per charitatem, tamen hoc magis depēdet ab alia. Ex dictis patet, ꝙ omnibus pensatis formatio subiecti pęnitentiæ per habitum charitatis, plus habet de prioritate, secundũ ordinem naturę, respectu formationis habitus pœnitentiæ, quàm econuerso.

Ad primũ. AD PRIMVM, dicendum, ꝙ vnum accidens esse in subiecto, mediante alio accidente, dupliciter potest intelligi.

Vno modo, ita ꝙ primo immediate suscipiatur in alio accidente, sicut in subiecto, & sic est color in corpore, mediante superficie: sed non sic est charitas in voluntate, mediante habitu pœnitentiæ.

Alio modo, ꝙ aliud accidens reddat subiectum magis congruum, seu dispositum ad susceptionē ipsius, & sic est charitas in volũtate, mediante habitu pnię, non aũt oportet, ꝙ accidens, quod sic est in aliquo subiecto, mediãte alio accidente, prius ordine naturæ informet illud accidens, quàm subiectum.

Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa, non enim per similem modum format charitas, alias virtutes, sicut lux corporalis colores, quod satis patet ex dictis, quomodo autem lumen se habeat ad colores, lib. 2. di. 4. q. articuli 2. ostensum est. *Ad secundum.*

ARGVMENTVM ad partem secundã, nō plus cõcludit, nisi ꝙ habitus pniæ non est charitatis immediatũ subiectũ, & hoc est verum, non. n. quicquid disponit ad aliquam formam primo iformatur illa forma, nec est immediatior ei, dispositio. n. accidentalis in materia, ad complementum substantialis formæ, non prius ordine naturę informatur substãtiali forma, quàm materia, nec est immediatior ei: immo complementum formæ substantialis, longe est intimius ipsi materię, quàm illa dispositio accidentalis. *Ad aliam partem.*

QVAESTIO II.

Vtrum prius ordine naturę formetur actus pœnitentiæ, quàm habitus.

ET VIDETVR, ꝙ sic. Illud prius ordine naturæ formatur charitate, qđ prius ordine naturę a Deo acceptatur: sed prius ordine naturę acceptatur a Deo actus pniæ, quàm habitus: q̃a pniæ habitus ordinatur ad actũ, sicut ad proximũ finē: & Deus prius ordine naturæ acceptat bonum, quod est finis, quàm bonũ, qđ est ad finem: quia bonum quod est ad finem acceptat, propter finem: ergo prius ordine naturæ formatur charitate actus pęnitentię, quã habitus. *Arg. 1.*

Item duorum formabilium illud prius ordine naturę formatur, propter quod formatur aliud: sed habitus pœnitentiæ formatur charitate, propter actum: quia actus meretur de cõgruo formationem habitus: ergo prius ordine naturæ formatur charitate actus pœnitentiæ, quàm habitus. *Secundo.*

CONTRA, trium quæ formantur per vnũ prius ordine naturę formatur illud, quod est propinquius primo formato, quam illud, qđ est ab eo remotus: sed voluntas, & habitus pęnitentiæ, & eius actus sunt tria, quæ formantur per vnam charitatem: cum ergo primo formatum per eam sit voluntas, cui est propinquior habitus pœnitentiæ, quàm eius actus, cum habitus sit medius inter potentiam, & actum, prius ordine naturæ formatur charitate habitus pęnitentię, quàm actus eius. *In oppositũ*

CONCLVSIO.

Prius naturæ habitum pœnitentiæ, quàm actum charitate formari asserimus.

Respon. RESPONDEO, habitum virtutis esse charitate formatum est potentiam illo habitu habituatam posse moueri per voluntatem charitate formatam, ad eliciendum illius habitus, actum Deo acceptabilem, seu acceptum: cum ergo habitus pniæ sit in voluntate, vt in subiecto, habitum pniæ esse formatum charitate est ipsam voluntatem posse moueri a seipsa, per charitatem ad eliciendum habitus pniæ Deo acceptabilem, seu acceptum, ex hoc enim est in habitu pniæ moralis bonitas Deo accepta: quæ dicitur aliquo modo, pniæ forma, non tamen, vt credo aliquid absolutum addens super pœnitentiæ habitum, sed debitam habitualem relationem in vltimum finem: actum autem habitus pniæ charitate formari, est ipsum actum per voluntatem referri modo acceptabili Deo in vltimum finem: ex hoc enim est moralis bonitas Deo accepta in actu ipso, nō super ipsum aliquid absolutum addens: sed tantum actualem relationem in vltimum finē: & quia prius ordine naturæ est potentiam habituatam habitu potentiæ, posse moueri ad eliciendum actum pniæ Deo acceptum, quàm ipsum actum elici, & prius ordine naturæ est ipsum actum elici, quàm ipsum in vltimum finem referri modo Deo accepto, sequitur, ꝙ prius ordine naturæ formatur per charitatem actus pœnitentiæ, quàm actus elicitus ab illo habitu.

Ad primū. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ quamuis Deus prius, secundum rationem intelligendi intendat acceptationem actus, quàm habitus, tamen quia actus elicitus, ab habitu, non est natus acceptari in executione, sicut nec formari, nisi mediante acceptatione, & formatione sui habitus: ideo in executione, prius ordine naturæ acceptatur habitus, quàm actus: nec mirum, finis enim quāuis prior sit in intentione, tamen econtrario est in executione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis actus mereatur de congruo formationem habitus, ex hoc tamen non sequitur, ꝙ prius ordine naturę formetur, quàm habitus: quia sicut actus perfectus non est, nisi sit a virtutis habitu perfecto, sic actus elicitus, ab habitu formatus non est, nisi sit ab habitu formato. Vnde in executione formatio habitus, habet aliquam rationem causalitatis, respectu formationis actus, quamuis econuerso, sit in intentione formantis.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quęritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum aliquando formetur actus pœnitendi, non elicitus ab aliquo pœnitentiæ habitu.

Secundo, vtrum actus pœnitendi formatus sit nobilior, quàm eius habitus.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquando formetur actus pœnitendi non elicitus ab aliquo pœnitentiæ habitu.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia omnis actus voluntatis, formatus ab aliquo habitu virtuoso elicitur. Omnis. n. talis actus meritorius est actus alicuius virtutis: sed actus pęnitendi formatus, est actus voluntatis: ergo omnis actus pœnitendi formatus actus est alicuius habitus virtuosi: & constat, ꝙ non alterius, quàm habitus pęnitentiæ: Arg. 1. D. Th. p. 3. q. 85. ar. 1. Sco. lib. 4. di. 14. q. 1.

Item quanto actus a charitate formatur immediatius, tanto est nobilior: sed, si actus pœnitendi, non elicitus a pœnitentiæ habitu formaretur, a charitate immediatius formaretur, quàm ille, qui elicitur a pniæ habitu: quia talis formatur suo habitu mediante, vt visum est in pręcedenti quæstione: ergo actus pęnitendi formatus, non elicitus a pęnitentiæ habitu, esset nobilior, quàm elicitus ab habitu pœnitentiæ, quod est falsum. Secundo.

In oppositum. CONTRA, aliquando peccator p pniam in breui tempore iustificatur: vt patet de digne pęnitentibus, imminente articulo mortis: sed in breui tempore, non acquiritur habitus pniæ, nec aliqua virtus, quod probari potest, ex dictis philosophi 1. lib. Ethi. cap. 9. & lib. 2. ca. 1. ergo aliquando formatur actus pœnitendi, non elicitus ab aliquo pęnitentiæ habitu. Non vna hirundo ver facit.

CONCLVSIO.

Aliquem actum pœnitendi charitate formabilem à voluntate elici posse, absque vllo pœnitentiæ habitu asseuerare possumus, at non nisi diuino suffragante auxilio.

Responsio. AD ISTAM quæstionem dicunt aliqui, quòd nunquam formatur actus pęnitendi, nisi elicitus ab aliquo habitu pęnitentiæ acquisito, vel infuso. Vnde dicunt, quòd primus pęnitendi actus illius, qui pœnitet imminente mortis articulo, nunquam formatur: sed talis infunditur pęnitentiæ habitus a quo elicitur nouus pęnitēdi actus, & ille formatur, & alius desinit esse.

Sed quia hæc opinio, nec auctoritate, nec ratione probatur, nec apparet ratio, quare primum actum oporteat desinere esse, & alium substitui.

Caute hic vide hic Sc. Ideo videtur mihi dicendum, quòd aliquando formatur actus pœnitendi, non elicitus ab aliquo pœnitentiæ habitu, sicut enim habitus pœnitentiæ charitate formatur, per hoc, quòd voluntas, quæ in eius imme-

immediatum subiectum charitate formatur, ita actus pęnitendi a voluntate elicitus immediate aliquo pœnitentię habitu formatur per hoc, ꝙ voluntas, quæ est eius immediatum subiectum charitate formatur, & quamuis concedam aliquem actum pęnitendi charitate formabilem posse elici a voluntate, non mediante aliquo pœnitentiæ habitu, tamen non concedo, nec debet concedi talem actum posse elici a voluntate, sine aliquo supernaturali adiutorio: vt declaratum est li. 2. dist. 7. in illa questione. Vtrum diabolus posit digne pœnitere.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum, dicendum, quòd maior non est vera, nec oportet, quòd omnis actus meritorius, sit actus virtutis: sic intelligendo, quòd ille idem in numero sit elicitus a virtute, tamen oportet, vel quòd sit elicitus a virtute, vel cōsonus virtuti, & quòd simul ei a virtute posit elici, cum autem voluntas est in actu pęnitendi non elicito ab aliquo habitu pœnitentiæ, & durante isto actu, sibi infunditur habitus pęnitentiæ cum charitate, quamuis iste actus non posit dici elicitus ab illo habitu, cum esset elicitus ante eius infusionem, tamen illi habitui est consonus, & alius actus isti similis ab illo habitu, potest elici.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd non oportet vniuersaliter maiorem esse veram, nisi intelligatur cęteris paribus. In proposito autem non sunt cętera paria: quia ęquali charitate perfectius formatur actus pœnitendi elicitus, ab habitu, quàm non elicitus ab habitu, si sit ęqualis conatus voluntatis in vtroque actu.

QVAESTIO II.

Vtrum actus pœnitentiæ formatus sit nobilior, quàm eius habitus.

Ar. 1. ET VIDETVR, quòd non: quia causa nobilior est effectu. Vnde Augu. lib. 83. q. quæstione. 2. Omne quod fit ei a quo fit par esse non potest. Sed habitus pęnitentiæ est causa sui actus: ergo est eo nobilior.

Secundo. Cap. 1. Item secundum philosophum 3. Topi. Bonum diuturnius magis est eligēdum, eo quod minus est huius: sed habitus pęnitentiæ est bonum diuturnius, quàm eius actus: quia habitus manet, & actus transit: ergo habitus nobilior est, quàm actus.

Tertio. Item illud bonum nobilius est, quod plus, & principalius remuneratur, quā illud, quod minus: sed gratia, quæ est habitus principalius, & plus remuneratur, quàm eius actus, vnde Zac. 4. dicitur. Exequabit gratiam gratię, idest gratiam patriæ, gratiæ vię: ergo nobilior est habitus gratiæ, quàm actus eius: ergo a simili, & habitus pœnitentiæ, quàm ęius actus.

In oppositū. Cap. 4. CONTRA, secundum philosophum, 3. Topic. Illud quod est similius meliori, secundum optimum, quod est in eo, est melius: sed actus virtutis est similior Deo, qui est optimus, quā habitus, & attenditur ista similitudo, quantū ad illud, quod est in Deo nobilissimum, quod est esse purum actum: ergo actus virtutis nobilior est, quàm habitus: sed pœnitentia est virtus: ergo actus eius nobilior est, quā habitus.

CONCLVSIO.

Actum pœnitentiæ formatum habitu nobiliorem esse auctoritate, exemplo, & ratione ostenditur.

Respon. RESPONDEO, quòd actus pœnitentiæ formatus est nobilior, quàm eius habitus, quod potest declarari auctoritate exemplari manuductione, & ratione.

Auctoritate sic, secundum philosophum, primo Ethi. cap. 6. Fœlicitas ciuilis, non consistit in virtute: sed secundum eundem, eo. li. cap. 9. consistit in optima operatione, secundum optimam virtutem: cum ergo secundum eundem li. primo, cap. 6. prædicta fęlicitas, sit finis ciuilis vitæ, operatio virtutis nobilior est, ipsa virtute: cum ergo habitus pęnitentiæ formatæ sit virtus, actus pęnitendi formatus, nobilior est suo habitu.

Hoc idem ostendo exemplari manuductione, sicut se habet dispositio ad habitum, ita aliquo modo se habet habitus ad actum; quia sicut dispositio est quædam pręparatio coadiuuans ad susceptionem habitus, ita habitus est quædam qualitas disponens potentiam, & adiuuans ad eliciendum actum perfectum, & modo perfecto: cum ergo videamus habitum nobiliorem dispositione, & dispositionem ordinari ad ipsum, concedi debet actum pœnitendi formatum esse nobiliorem sub habitu; & suum habitum ordinari ad ipsum, tāquam ad aliquid nobilius eo. Vnde cōuenienter dicitur, ꝙ actus pœnitendi est finis proximus habitus pœnitentiæ. Et consequenter ostendo ꝓpositum, per rationem duorum, per quæ receditur a malo culpæ, & acceditur ad summum bonum, illud est nobilius, per quod magis receditur a malo culpæ, & perfectius acceditur ad summum bonum: sed per formatum actum virtutis, magis receditur a malo culpę, quàm per virtutis habitum: longius enim est malo, cęteris paribus, qui longe est ab eo, in actu, quàm qui non est ab eo longe, nisi in habitu: per actum etiam perfectius acceditur ad summum bonum, quàm per habitum. Vnde beatitudo vera, magis consistit in actu charitatis perfectæ, & in actu illius habitualis luminis, per quod intellectus eleuatur ad videndum clare Deum, quàm in habitu charitatis, & in illo habituali lumine: ergo nobilior est formatus actus virtutis, quàm habitus: cum ergo habitus pœnitentiæ formatus, sit virtus, actus pœnitendi formatus est nobilior illo habitu.

Ad primū Ad Primvm, in oppositum dicendum, ꝙ habitus pęnitentię non est tota causa, nec principalior pars causę ipsius actus pœnitendi: causatur enim actus pœnitendi a voluntate, & ab obiecto, & ad ipsum eliciendum disponitur voluntas per habitum pęnitentiæ, & ad imperandum, vt talis actus eliciatur dispo nitur per charitatem, ita ꝙ in eliciendo prin cipalior causa, sub Deo est voluntas, in speci ficando obiectum, in disponendo imperatiue charitas, in disponendo ad eliciendum pę nitentię habitus, quamuis autem causa principalis sit effectu nobilior, non tamen oportet, ꝙ dispositio causę ad prompte, & faciliter agendum sit nobilior actu.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior intelligenda est cæteris paribus, diuturnior enim est lapis, quam equus, nec tamen propter hoc melior est.

Ad tertiū Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis æquales in habitu luminis gloriæ, & charitatis primæ ęqualiter Deum videant, & eo fruantur, supposita æqualitate naturalis virtutis, tamen isti habitus dātur maiores animæ, propter bona opera, quę fecit ex charitate, quàm sit ex habitu charitatis viæ illa bona opera non fecisset, vnde gratia viæ, & bona opera per eam elicita compręhenduntur nomine gratię, in illo verbo. Exequabit gratiam gratiæ.

ARTICVLVS VII.

Consequenter quæritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum, per pęnitentiam posſit remitti quodcunque peccatum.

Secundo vtrum, per eam posſit remitti tota pœna debita peccato.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum per pænitentiam posſit remitti quodcunque peccatum.

Arg. 1. D.Bon.li.4. di.14. p.2. ar. 1.q.3. D.Th. p.3. q.86. ar.2. Sco.li.4.di. 14. q. 1. Ale.p.4. q. 12. m. 4. ar. 2. Et Videtvr, ꝙ non: quia illud per quod remittitur peccatum tantæ bonitatis debet esse, quāta est malitia in peccato: sed malitia peccati, est infinita, cum sit contra bonum infinitū: sed bonitas pęnitentiæ nostrę est finita: ergo per pęnitentiam non potest remitti peccatū.

Secundo. Item omnis pœnitentia, aut est informis, aut formata: sed per pnīam informem, cū non sit digna, nō potest remitti peccatum: nec per formatam, quia pręsupponit remisſionē peccati, sicut introductio vnius formę, pręsupponit expulsionem formæ contrariæ: ergo per nullam pœnitentiam remittitur peccatum.

In oppositum. Contra, Ezec. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, sequitur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.

Item Magister in littera, huius di. c. penul. Talis est erga homines pietas Dei, & parum post, sequitur, ꝙ si ad summum perueniat aliquis malorum, & inde velit reuerti ad virtutis viam suscipit, & libenter amplectitur.

CONCLVSIO.

Pænitentia formata peccatum quodcunque remitti nemo vnus fidelium est qui ambigere posſit, informis autem, etsi ad peccati remisſionem specialius quàm quæcunque alia virtus disponat, ex se tamen remittere nequit.

Respon. Respondeo, ꝙ pœnitentia potest accipi pro pnīa informi, aut formata per grām, & vtroque modo potest accipi pro habitu, vel actu interiori: dico ergo, ꝙ pnīam informē, siue accipiatur pro habitu, siue pro actu interiori, siue exteriori, siue pro omnibus simul non potest remitti peccatum, nisi dispositiue, inquantum per ipsam disponitur homo ad suscipiendum grām Dei, per quam formaliter remittitur peccatum: specialius tamen dispo nit, & directius ad peccati remisſionem, quā quæcunque alia virtus informis, quia omnia peccata in hoc conueniunt, ꝙ vnumquodque est quædam iniustitia, cōtra iustitiam legis di uinę: & pnīa specialiter, & directe disponit hominē ad hoc, vt posſit & velit pro illa iniuria debitam emendam facere, cum adiutorio Dei. Quomodo autem se habeat ad remisſionem culpę pœnitentia formata, inferius declarabitur.

Ad prim. Ad Primvm, in oppositum dicendum, ꝙ quamuis bonitas pnīæ nostræ sit finita, tamen virtus meriti Christi, sine qua per pnīam non posſemus mereri remisſionē peccati, aliquo modo est infinita, inquantum fuit meritū illius, qui bonitatem habet infinitam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ & si pnīa informis, non sit digna per se, tamen ipsa de congruo meretur suam formationem, & ex consequenti peccatorum remisſionem, quæ duo Christus meruit de condigno vnicuiquē pœnitenti, fideliter facienti quod in se est, vt in 3. lib. visum est.

QVAESTIO II.

Vtrum per pænitentiam posſit remitti tota pęna peccato debita.

Arg. 1. D. Th. vbi su ar. 4. Sco. vbi su. q. 4. Ale. vbi su. ar. 3. Et Videtvr, ꝙ non: quia Sap. 11. per quę peccat, quis per hoc, & torquetur: ergo cum non tantum peccetur corde, sed & ore, & corpore: nunquam tātum potest homo pęnitere in corde, quin sit debitor pœnę in corpore.

Secundo. Item quantumcunque perfecte homo pœniteat, tamen confiteri tenetur, & pęnitentiā iniunctam facere.

Tertio. Item per pęnitentiam non potest remitti tota pœna per peccatum contracta: ergo multo minus pœna satisfactoria cum sit vtilior.

In oppositum. Contra, latro, per pęnitentiam meruit totam

totam remissionē pęnæ peccatis suis debitę, aliter non dixisset ei Christus. Hodie mecum eris in paradiso.

Item actus exterior acceptatur, propter actum interiorem. Vnde Glo.super illud Gen. 4. Respexit Deus ad Abel. Mentem offerentis non oblationem attendit, quæ placet ex mundītia offerentis: cum ergo per actum exteriorem possit remitti tota pęna peccato debita, multo fortius hoc potest fieri per actum pęnitentiæ interiorem.

CONCLVSIO.

Vtique & tota pœna per pœnitentiam exolui potest, etsi non semper remissa offensa remittatur, & satisfactoria emenda.

RESPONDEO, ꝙ non est dubium, quin per pęnitentiam ratione sui actus interioris, & exterioris, simul possit remitti tota pœna peccato debita, vel vt melius dicam, exolui: tanta etiam potest esse intensio actus interioris, ꝙ per eius perfectionem, & dolorem sensibilem, causatum ex perfectione actus meretur pęnitens remissionem totius pęnæ peccato debitæ, vel per æquiualentiam soluit totam pęnam peccato debitam, ita, ꝙ si post completum illius contritionis motum decederet, nullam pęnam in purgatorio sustineret, hoc autem non conuenit cuilibet cōtritioni: quia non semper, cum remittitur offensa, remittitur satisfactoria emenda.

Ad primū. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ cum per membra non peccetur, nisi instrumentaliter: ita ꝙ secundum Ansel.de concep. Virgina. cap. 4. Quicquid faciunt totum imputandum est voluntati, illud verbum, Sap. intelligitur, secundum congruitatem, non necessitatem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ post quantamcunque contritionem necessaria sit confessio, & alicuius operis exterioris expletio, si facultas affuerit, hoc est propter oblationem præcepti: quia reconciliari debet peccator, non tantum secundum iudicium Dei: sed etiam secundum iudicium militantis ecclesiæ. Vnde actus pœnitendi, nec peccatum, nec pœnam remitti, nisi sit cum proposito confitendi, & iudicium ecclesiæ subeundi facultas affuerit: quia aliter actus ille non esset sufficiens, neq; esset contritio: quia contritio est actus pœnitendi formatus gratia.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ pnīa est remediū directè ad purgationem personæ, non naturę nisi inquātum purgatio personæ meretur purgationem corruptionis naturæ, post hanc vitā recipiendam, istę autem pœnæ quę dicuntur contractæ directè respiciunt naturam, pœna autem satisfactoria directè respicit personā.

ARTICVLVS VIII.

CONSEQVENTER, quæritur de octauo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum, omnes virtutes amissę per pęnitentiam restituantur.

Secundo vtrum, bona opera mortificata, per consequentem pœnitentiam viuificentur.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes virtutes per pœnitentiam restituantur.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia secundum philosophum, 2. Ethi. ca.3. Signum habitus est superueniens voluptas in operæ: sed multi sunt pœnitentes, qui non delectantur in actibus omnium virtutum: sed actus eis conformes, cum magno labore, & difficultate operantur: ergo per pęnitentiam non omnes habitus virtutum restituuntur. Ar. 1. D. Th. p.3. q.89. ar. 1. Ale. vbi su. ar. 5. D. Bo. li.4. di.14. ar.2 q. 1.

Secundo. Item impossibile est simul voluntatem inclinari ad aliquod bonum, & ad malū illi oppositum: sed per virtutem voluntas inclinatur ad bonum: ergo habens virtutem non inclinatur ad malum illi bono oppositum: sed multi sunt pęnitentes, quorum voluntas inclinatur ad malum oppositum bono, ad quod inclinat aliqua virtus: ergo non omnes vistutes per pęnitentiam restituuntur.

Tertio. Item illud, per quod virtutes restituuntur, earum infusionem pręcedit: sed pnīa non præcedit virtutes alias, quia omnes virtutes simul infunduntur: ergo per pęnitentiam non omnes virtutes restituuntur.

In oppositum. CONTRA, per pnīam pęnitens iustificatur: sed generalis iustitia per quam aliquis in conspectu Dei iustus dicitur, comprehendit omnem virtutem: quia innocens vita omnem requirit virtutem, & sicut dicit Glo. super illud psal. Feci iudicium, & iustitiam: hic est assertio innocentis vitæ: ergo per pœnitentiam, omnes virtutes amissæ restituuntur.

Item Glo. super illud Isa. 52. non adijcit vltra, anima si per pœnitentiam pristinum robur recepit, vocabitur habitaculum sancti, & fiet templum Dei: sed pristinum robur, non reciperet anima per pœnitentiam, nisi per eā omnes virtutes amissæ restituerentur: quia robur animæ in virtute consistit: ergo per pœnitentiam, omnes virtutes amissæ restituuntur. Psal. 118. Ayn.

CONCLVSIO.

Per pœnitentiam virtutes amissæ ad rectitudinem vitæ hominis, necessariæ restituuntur cunctæ.

Respon. RESPONDEO, dicendum, quòd per pęnitentiam omnes virtutes amissæ restituuntur, loquendo de illis virtutibus, quæ in homine sunt per infusionem, sicut enim ostensum est, libro tertio, distinctio. vigesimaseptima. Charitas non potest esse in anima cum carentia alicuius virtutis necessariæ ad rectitudinem spiritualis vitæ: sed sicut habitum est

est superius in hac di. per pœnitentiam remittuntur omnia peccata, quæ remissio esse non potest sine charitate: per pœnitentiam ergo restituitur virtus charitatis, ad quod sequitur, quod per pœnitentiam restituuntur omnes virtutes amissæ necessariæ ad rectitudinem vitæ, vnde Glo. super illud Isa. 52. Solue vincula colli tui captiua, &c. dicit: vt graui onere liberata, & recipiens ornamenta pristina, cesset esse captiua: sed ornamenta pristina sunt virtutes quæ amissæ erant, quæ sunt animæ ornamenta.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, quod illud verbum philosophi intelligitur de habitu acquisito, habens enim habitum infusum, propter carentiam acquisiti habitus multotiens operatur bonum cum labore, & difficultate, eo quod potentia ad hoc nõ est per actus assuefacta, posset tamen infundi in tanta perfectione, quod absque acquisito habitu operaretur bonum, sine difficultate. Vel potest dici, quòd habens habitum infusum, & non acquisitum, operatur cum delectatione, sub ratione, qua est habituatus, quamuis illa delectatio sit permixta labori, & difficultati, propter carentiam habitus acquisiti, & assuefactionem ad opera contraria virtuti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd voluntas simul potest inclinari ad aliquod bonum, & ad malum oppositum, non tamen per idem nec eodem modo: cum autem per habitum infusum inclinatur ad bonum, & per reliquias malæ consuetudinis, quæ præcessit inclinatur ad malum oppositum, non inclinatur ad opposita per idem, nec eodem modo: prædictæ tamen inclinationes, inquantum sunt in eadem potentia sese remittunt.

Ad tertium Ad tertium dicẽdum, quòd quamuis actus infusæ pœnitentiæ virtutes alias non præcedat: tamen actus pœnitentiæ acquisitæ, vel actus pœnitendi ipsam præcedens, præcedit ordine durationis, vel naturæ restitutionem amissarum virtutum.

QVAESTIO II.

Vtrum bona opera mortificata per sequentem pœnitentiam viuificentur.

Arg. 1. ET VIDETVR, quòd non. Eze. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, sequitur, omnes iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur: sed si per sequentem pœnitentiam viuificarentur recordarentur: ergo per sequentem pœnitentiã non viuificantur.

D. Bon. vbi sup. q. 3. D. Tho. vbi su. ar. 5. Ale. vbi su. ar. 6.

Secundo. Item quod non est, viuificari non potest: sed bona opera mortificata non sunt, quia præterierunt: ergo per sequentem pœnitentiam viuificari non possunt.

Tertio. Item in quo corrumpitur vita, corrumpitur principium vitæ: sed illud in quo corrumpitur principium vitæ, viuificari non potest: ergo bona opera mortificata per sequentem pœnitentiam viuificari non possunt.

In opposit. CONTRA, Glo. super illud Ioel 2. Reddam vobis annos, quos comedit locusta, dicit: non patiar perire vbertatem, quam perturbationibus perdidistis: sed per illam vbertatem, intelligitur bonorum operum multitudo, quæ erat perdita perturbationibus peccatorum: ergo opera talia per sequentem pœnitentiam reuiuiscunt.

CONCLVSIO.

Bona opera aliquando in charitate facta, & dehinc per peccatum mortificata, per pœnitentiam reuiuisci sacræ Theologiæ consulti vnanimes sentiunt.

Respon. RESPONDEO, Bona opera viua dicũtur quæ fiunt ex radice spiritualis vitæ, quæ est charitas, propter quæ operans remunerandus est in vita æterna, hæc tamen persequens peccatum mortale mortificatur, non per se, nec absolute: sed per accidens, & in relatione ad peccatorem: quia durante peccati mortalis, obstaculo homo pertingere non potest ad efficaciam illorum operum: quia cum peccato mortali remunerari non potest in vita æterna, bona opera dicuntur mortua, quæ nõ fiũt ex radice spiritualis vitæ, quæ est charitas, & talia fiunt bona opera in mortali peccato facta. Dico ergo, quòd opera bona mortificata per sequentem pœnitentiam viuificantur, inquantum per eam tollitur peccati obstaculum, quo erat homo indignus consequi efficaciam illorum operum, in æterna vita: sed opera mortua, nunquam viuificãtur, quia per se, & absolute mortua sunt; quia non processerunt ex radice spiritualis vitæ.

Quæ viua opera, quæ mortificata, & quæ mortua.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, quòd illa auctoritas intelligenda est de illis, qui per pœnitentiam, ad Deum non reuertuntur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis bona opera mortificata præterierunt, manent tamen pœnitentia in diuina acceptatione, quæ reputantur retributione digna, nisi sit impedimentum ex parte illius, a quo talia opera processerunt.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd in bonis operibus, quæ mortificata dicuntur, non est corruptum principium vitæ per se, & absolute: sed per accidens in relatione ad peccatorem propter peccati obstaculum, illud autem accidens per pœnitentiam remouetur.

ARTICVLVS IX.

CONSEQVENTER, quæritur de nono principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum de peccato per pœnitentiam remissio teneatur homo amplius pœnitere.

Secundo vtrum peccator per pœnitentiam possit plusquam semel resurgere.

QVAESTIO I.

Vtrum de peccato per pœnitentiam remißo teneatur homo amplius pœnitere.

Art. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia Augu. in lib. de pęnitentia, non multũ longè post principium dicit, ꝙ quædã est pęnitentia, cuius actio per totã istam vitam, quam in carne mortali degimus, perpetua supplicationis subeunda est humilitate: ergo de peccato quantumcunque remisso homo tenetur per totam vitam suam pœnitere.

Secundo. Item de pę. di. 3. Si amplius, & habetur in littera, parum vltra medium, pręsentis distinctiõis, dicitur de peccatore, ꝙ semper doleat, & dolere gaudeat.

Tertio. Item homo non potest esse certus de lege communi, de remissione culpæ suæ, iuxta illud Eccl. 9. Nemo scit vtrum odio, an amore dignus sit: ergo si non semper pęnitet periculo discriminis se exponit, quod quilibet vitare tenetur.

In opposit-um. CONTRA, Post recuperationem sanitatis non debet vti homo medicina curatiua, sed sanitatis conseruatiua: sed pęnitentia medicina est curatiua: ergo non tenetur homo pęnitere de peccato, post remissionem illius.

Item vera pęnitentia reddit hominem innocentem: sed innocens pœnitere non tenetur: ergo homo post peccatorum remissionẽ de illis pęnitere non tenetur.

CONCLVSIO.

Peccator pœnitentiæ habitu semper actu interiori in aliquo casu, exteriori nequaquam de remissis pęnitere tenetur.

Responsio. RESPONDEO, quòd pœnitentia potest accipi pro pnĩa, quæ est virtus, vel pro pnĩa, quæ est sacramentum: dico ergo, quòd de peccato remisso per pnĩam, quæ est virtus, tenetur homo sacramẽtum pnĩæ suscipere si potest: sed accipiendo pęnitere, pro exteriori actu virtutis, non tenetur homo pęnitere de peccato per pnĩam remisso, & quãtum ad culpam, & quantum ad pęnam. Similiter, nec loquendo de pęnitere, inquantum dicit interiorem actum virtutis, nisi in casu. s. quando nõ adest probabilis cõiectura de remissione peccati, aut quando de peccato suo ex deliberatione recogitat, tunc enim illud detestari tenetur, non enim fideliter seruat reparatum fœdus diuinæ amicitiæ, cui actu non displicet, quando de hoc deliberat illud, quod inter ipsum, & Deum causa fuit inimicitiæ: continue tamen tenetur habitualiter pęnitere: qa non põt dimittere habitũ pnĩæ, nisi ruendo in peccatũ mortale, de habitu aũt pnĩæ, aut de interiori actu in casib. supradictis, intelligi debet illud verbũ Hug. 2. li. de Sacr. p. 1. c. 2. cũ dicit. Necesse habes semper pœnitere, satisfacere potes, nimis facere non potes, melius est, vt plus facias, quàm minus.

Ad prima argumenta. Simili modo intelligendæ sunt duæ auctoritates ad primam partem allegatæ.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ qa hõ non potest certus esse de remissione peccati certitudine scientiæ, ideo sufficit certitudo probabilis cõiecturæ ad hoc, ꝙ se exponat discrimini, si ita non vacat actui pœnitendi, sicut anteq̃ hr̃et probabilem coniecturam de remissione peccati sui, tunc autem est probabilis coniectura quando hõ fecit, qđ in se est dolendo, confitẽdo, satisfaciendo, & propositum cauendi habendo.

Ad aliã partem. AD PRIMVM ad partem aliã dicendum, ꝙ frequẽter ea, q̃ separãtur in inferiori vniuntur in superiori: & iõ qa superior est medicina spũalis, q̃ corporalis, magis põt reperiri in ea aptitudo, ad curandum, & ad sanitatem recuperatam conseruandũ, q̃ in vna medicina corporali: & tñ quandoque inuenitur in corporalibus aliquid conferens sanitati recuperandæ, & conseruationi recuperatæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ innocens dupliciter põt dici. Aut qui non est nocens, nec fuit, & talis innocens pœnitere non tenetur: sed sic pnĩa non facit peccatorem innocentẽ, aut qui non est nocens: sed tñ fuit, & talis innocens pęnitere tenetur interius, in casibus supradictis, & hoc modo pęnitentia peccatorum reddit innocentem.

QVAESTIO II.

Vtrum peccator per pœnitentiam posit, plusquam semel resurgere.

Ar. 1. Ale. p. 4. q. 14. m. 5. ar. 4. D. Bo. li. 4. di. 14 p. 2. ar. 1. q. 2. D Tho. p. 3. q. 84. ar. 10. ET VIDETVR, ꝙ non: qui non potest a vera pnĩa cadere non põt plus quàm semel ꝑ pnĩam resurgere: sed vere pęnitens nõ põt a pnĩa cadere: qa vt hr̃ de pę. di. 3. c. Inanis. Inanis est pnĩa, quam sequens culpa coinquinat: ergo peccator per pœnitentiam nõ potest resurgere plus quàm semel.

Secundo. Item Apostolus ad Hebræos 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, sequitur, & prolapsi sunt rursus vocari ad pnĩam.

Tertio. Item 23. q. 4. Est iniusta, in fine. Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. Cum ergo Deus nulli debeat tribuere incentiuum delinquendi, tribueret autem si pœnitenti parceret, plus quam semel, non remittit peccata, per pœnitentiam, plus quam semel.

In oppositũ. CONTRA, misericordiã non negat Deus huiusmodi, quam præcipit homini ab homine impendi, sed vt habetur Matth. decimooctauo. Deus vult, quòd homo parcat homini, quotienscunque in ipsum peccauerit: ergo Deus parcit homini quotienscunque pęnituerit.

Item de pœniten. distinct. tertia, paragrapho, Quod autem: dicitur, ꝙ Christus tot sanauit, claudos, cęcos, & aridos ne desperetur de se peccator.

CON

CONCLVSIO.

Ex auctoritatibus, exemplis, & rationibus quã plurimis liquet, semel prolapsos iterum atque iterũ per pœnitentiam resurgere posse.

Respon. RESPONDEO, ꝙ peccator per pœnitentiam potest plusquam semel resurgere, sicut probatur in littera pluribus auctoritatibus, & exemplis, quod & ratione declaratur.

Prima ratio. Homo a vera pnĩa potest excidere, & veram pnĩam recuperare: sed vera pnĩa nunquam caret peccatorum remissione, ꝙ autem homo a vera pnĩa possit excidere: potest probari per similem modum, quo superius li.3. di.31. probatum est, ꝙ charitas possit amitti, in non confirmatis.

Secunda ratio. Præterea est in subiecto vertibili. s.in volun tate, nec continuatio in futurum de eius essentia est. Quod autem veram pnĩam possit recuperare probo: quia homo quandiu est in vita potest facere qđ in se est, vt sibi detur a Deo pœnitentia vera: sed omni facienti quod in se est, Deus dat pnĩam veram: aliter enim non pulsaret hominem, vt faceret quod in se est: dicitur autem Apoc. 3. in eius persona. Ego sto ad ostium, & pulso.

Prima ratio. Quod autem vera pnĩa, nunquã careat peccatorum remissione probatur sic, dicitur de pœnitẽtia.di.3.c.Adhuc perfidi: & recitat Magister in littera huius di.c.pen.Constat ei multum peccata displicere, qui semper presto est ea destruere: sed si vera pœnitentia aliquando careret peccati remissione, Deus non esset semper præsto peccata destruere: quia homo per veram pœnitentiam, quantum est in se remouet a se omne, quod resistit destructioni peccati.

Secunda ratio. Preterea ad principale, Aug. li. 1. Retract. cap. 18. de quocunque pessimo in hac vita cõstituto non est desperandum: sed si per pœnitentiam non posset homo resurgere plusquam semel, de peccante mortaliter post pnĩam esset desperandum: ergo per pœnitentiam potest peccator resurgere plus quam semel, imò quotiescunque vere penituerit.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ minor est falsa.

Ad probationem dicendum, ꝙ pœnitentia quam sequens culpa coinquinat, inanis dicitur: non quia fuerit vana, sed quia insufficiẽs ad vitam eternam obtinendam, vt carens fructu illius penitentiæ, quã non sequitur culpa, cuius fructus est viatio gehenne, & adeptio gloriæ, & sic exponit Glo. ibidem, & Magister in littera, non multum ante medium, distinc. præsentis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ibi non negat Apostolus peccatorem posse per pnĩam resurgere plus quã semel: sed penitentẽ post relapsum reuocari posse: secundo per baptismum, vnde Glo. ibidẽ. Impossibile est eos motos ad pnĩam, qui hoc acceperunt semel rursus renouari, idest rebaptizari post penitentiam.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ facilitas venie, quãtum ad remissionem pœnæ satisfactorie incentiuum tribuit delinquendi, & sic peccator nõ consequitur faciliter veniam, quia de lege cõmuni, Deus semper exigit pro peccato pœnã satisfactoriam: sed quãtũ ad remissionẽ offensæ non tribuit incentiuum delinquendi: sed magis cauendi peccatum ex amore, & difficultas venie, quantum ad offensam occasionem tribueret desperationis.

ARTICVLVS X.

CONSEQVENTER quæritur de decimo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum, pœnitentia sit alijs virtutibus prior origine.

Secundo vtrum sit alijs virtutibus prior dignitate.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum sit alijs virtutibus prior origine.

Arg. 1. D Bon.li.4. di.14.ar.1. q.3. D.Th.p.3. q.85.ar.6. Sco.li.4.di. 14.q.2. Ale.p.4.q. 12. m.3. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ sic, quia fundamentum est alijs partibus ædificij primũ origine: sed apostolus ad Hebr. 6. dicit, pnĩam esse fundamentũ: ergo est alijs virtutibus prior origine.

Secund. Item Glo. super illud Matth. 3. Penitentiã agite, dicit, ꝙ penitentiæ virtus est per pnĩam perimere veterem hominem.

Tertia. Item prius ordine naturæ est recessus a termino a quo, quàm accessus ad terminum ad quẽ: sed per pnĩam est recessus a pctõ, qui est terminus a quo, per alias virtutes est accessus ad Deum, qui est terminus ad quem: ergo pœnitentia est alijs virtutibus prior origine.

In oppositum. CONTRA, eorum quæ simul sunt vnũ, non est origine prius alio: sed omnes virtutes, simul infunduntur: ergo vna non est origine prior alia.

CONCLVSIO.

Virtutes oẽs à Deo cum simul infundantur quantum ad habitum, pœnitentia aut prior, aut posterior virtutibus cæteris non nisi impropriè dici potest, at quantum ad actum quibusdam prior, quibusdam posterior ipsa verè est.

Respon. RESPONDEO, ꝙ de pnĩa, & alijs virtutibus possumus loqui, quantum ad earum essentias, quæ sunt habitus, vel quantum ad earum actus, quolibet istorum modorum, potest comparari virtus penitentiæ, tam infusa, quã acquisita ad virtutes alias. Dico ergo, ꝙ quãuis inter habitum pnĩæ infusæ, & alias virtutes infusas, non sit proprie loquendo ordo originis: quia a Deo immediate tm̃ est earum origo, & simul omnes infunduntur, tamẽ inquãtũ habitus penitentiæ non est natus esse in anima, nisi habituata fide, & spe: nec habitus charitatis, nisi mediante habitu penitentie, saltem in su-

in subiecto, in quo potest habere principalē suum actum, qui non est nisi respectu mortalis peccati, ideo aliquo modo potest dici habitus infusæ pœnitentię prior origine habitu charitatis, & posterior fide, & spe: quantum autē ad actus virtutum magis propriæ attenditur ordo secundum originem, actus enim pęnitētiæ, vt in pluribus oritur ex actu timoris, quādoque tamen ex actu amoris: timor autem, & amor est ex actu fidei dictantis timenda, & amanda, & ideo actus fidei, & timoris priores sunt origine actu pęnitendi, & quia etiam virtus pęnitentiæ peccatum detestatur in spe venię, actus pęnitendi præsupponit actum sperandi, quibusdam ergo virtutibus est origine posterior, & q̄busdam prior. Ex dictis, satis patet qd dicendum est de comparatione pœnitentiæ acquisitæ ad alias virtutes acquisitas quantum ad ordinem originis.

Ad primū. A d P r i m v m, in oppositum dicendum, ꝙ fundamentum nō tantum est alijs partibus, prius origine: sed earum etiam firmatiuum, seu sustentatiuum: & ideo virtus aliquando dicitur fundamentum, vel quia origine prior, vel q̄a aliarum firmatiua, seu sustentatiua sub ratione vtriusque: dicitur etiam virtus prior, vel in doctrina christianæ religionis, vel ī existentia ædificij spūalis, primo modo pęnitentia est alijs virtutibus prior, vnde tā Christus, quam eius præcursor Ioannes, doctrinā christianæ religionis a pnīa inceperūt. Et hoc modo dicit Apost. ad Hebr. pnīam esse fundamētum: sed rōne prioritatis in existentia edificij spūalis, & sustentationis fides ponitur fundamentum, ad Hebræos 2. & 1. Cor. 3. Rōne autem firmationis in aduersis fortitudo dr̄ ēt fundamentum, vnde super illud Lucæ 12. Ne terreamini ab eis, q̄ occidunt corpus, dicit Glo. ꝙ fortitudo est fundamentum fidei, rōne etiā firmationis virtutum ī prosperis, humilitas dicit fundamentum, Vnde Ber. 2. de consec. ad Eugenium. c. 8. Bonus fundus humilitas: q̄a ēt charitas prior est origine alijs virtutibus, inquantum formatæ sunt, & maxime aliæ firmātur per eam, ideo ēt dr̄ fundamentum, vnde Apostolus ad Ephesi. 3. in charitate radicati, & fundati.

Quadruplex spūale fundamētū.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum debet intelligi de formata pnīa, īformis. n. non perimit veterem hominem, nisi dispositiue, & q̄a pnīa magis de proximo disponit ad formā virtutum, quæ est charitas, quàm aliqua alia virtus, ideo prius origine dicitur formari, quā aliæ in via reformationis.

Ad tertium. Ad tertium dicēdum, ꝙ quamuis in executione motus exterioris prior sit ordine naturæ recessus a termino a quo, quam accessus ad terminum ad quem, tamen in intentione est econuerso: & ideo quia interiores motus, inquantum sunt voluntarij pertinent ad intentionem, in eis prius est ordine naturæ accessus ad terminum ad quem, q̄ recessus a termino a quo: voluntas enim a malo recedit propter bonum.

Ad aliam partem. Ad argumentum in oppositum patet, quid dicendum ex dictis in quæstione.

QVAESTIO II.

Vtrum pœnitentia sit alijs virtutibus prior dignitate.

Arg. 1. D. Tho. p. 2. q. 65. ar. 2. ET V i d e t v r, ꝙ sic: causa prior est dignitate causato: sed pnīa restituit virtutes amissas, vt superius ostensū est: ergo est virtutibus alijs dignior.

Secundo. Item illa virtus est alijs dignior, quæ habet digniorem actum: sed reconciliare Deo, qui est actus nobilissimus est actus pœnitentiæ: ergo est inter omnes virtutes dignissima.

Tertio. Item compositum dignius est, quā pars: sed pnīa formata dicit compositum ex habitu pœnitentiæ, & charitate: ergo pnīa formata est charitate dignior, & ex consequenti omnibus virtutibus alijs.

In oppositū. C o n t r a, Augu. 15. de Trin. cap. 18. dicit de charitate, ꝙ nullum est isto Dei dono excellentius: ergo pœnitentia non est dignior charitate.

CONCLVSIO.

Sicut inter virtutes moralibus theologicæ sunt digniores, sic inter morales post latriam, pœnitentia cæteras dignitate præcellit.

Respon. Hic primo de anima. T. c. 1. R e s p o n d e o, illa virtus est dignior quę dignius habet obiectū, & sub ratione digniori, & quia virtutes theol. Deum habent ꝓ obiecto, morales autem non, digniores sunt theolo. virtutes, quam morales: cum ergo pnīa sit virtus moralis, quia est pars potentialis iustitiæ, vt superius ostensum est, sequitur, ꝙ virtutes theolo. digniores sunt pœnitentia. Inter autem morales virtutes illę sunt digniores, q̄ magis de propinquo Deum, sicut finem respiciunt, & hæ autem sunt latria & pnīa, quarum actus sunt circa illa quæ directè, & immediatè ordinantur ad diuinum honorem: & ideo inter virtutes morales, sunt nobiliores, & quia latria principalius respicit tendentiam in bonum, & ex consequenti recessum a malo, pœnitentia autem econuerso, ideo dignior est latria, quàm pœnitentia, vnde vt ostensum est, lib. 3. di. 9. Inter omnes virtutes morales, latria est virtus nobilior.

Ad primū. A d P r i m v m dicendum, quòd pœnitentia non est causa restitutionis virtutum amissarum, nisi sicut dispositio quædam: non oportet autem dispositionem esse nobiliorem habitu ad quem disponit.

Ad secundum. Ad secuudum dicendum, quòd reconciliare Deo pertinet ad pœnitentiam dispositiue ad fidem autem, & spem, & charitatem principaliter.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ pęnitētia formata non

non est compositum ex habitu pœnitentiæ, & charitatis, sicut neque materia formata est cōpositum ex materia, & forma: nec sicut debet cōcedi, ꝙ materia formata sit dignior forma: sic nōn debet concedi, ꝙ pœnitentia formata sit dignior sua forma, quæ est charitas.

ARTICVLVS XI.

CONSEQVENTER quæritur de vndecimo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum pœnitentia solemnis sit iterabilis, quibus personis debeat imponi.

Art. 1. D. Bon. li. 4. di. 14. p. 2. ar. 1. q. 2. D. Th. p. 3. q. 84. ar. 10 Ale. p. 4. q. 14. m. 5. ar. 2.

Secundo quæ sunt illa, quæ ad ritum illius pęnitentiæ requiruntur.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum pœnitentia solemnis sit iterabilis, & quibus personis debeat imponi.

CONCLVSIO.

Irreiterabilis est, ipsaque religiosis, laycis insignibus, ac iuuenibus exceptis cuique imponi potest.

Pœnitentia triplex secreta publica, & solēnis.

Respon.

RESPONDEO, ꝙ triplex est pœnitētia, secreta, publica, & solemnis, & est omnis solemnis publica: sed non conuertitur, solemnis autem non iteratur, ne ex sui iteratione vilescat: & quia rememoratio est expulsionis primorum parentum de paradiso terrestri, quæ semel tantum facta est, & sicut dicit Magister in littera, vltra medium pręsentis dist. hęc ꝓ grauioribus, horrendisq;, ac manifestis delictis tantum imponitur, de hac dr̄ decretorū, di. 50. Si quis post remissionē, paragrapho, potest. Est quędā pnīa, q̄ solēnis appellatur, quæ semel tantum in ecclesia conceditur: hoc clericis imponenda non est, vnde ea. di. in capite, paragrapho hanc aūt, dr̄, ꝙ hanc pnīam nulli vnquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiuscemodi pęnitentes ad clerū admitti prohibentur, quod etiam probatur per illud quod hr̄ ea. di. confirmandū, & duobus capitulis seq. nisi sint clerici dispositi, tunc.n. eis pōt solēnis pnīa imponi: & q̄a hoc statutum est ꝑꝑ clericatus dignitatem, vr̄ posse concludi, ꝙ nec laycis personis insignibus, nec religiosis debet imponi, ꝑꝑ statuū dignitatē. Iuuenibus etiam non faciliter imponenda est, ꝑꝑ ætatis fragilitatem: vt habetur e. dis. Pœnitentes: personis autem alijs, a prędictis, tam vitis, quam mulieribus potest imponi.

QVAESTIO II.

Vtrum aliqua requirantur ad ritum illius pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

Ad pœnitentiam hanc peragendam quamplura seruari iubentur.

Responsio. Omissio talis pœnitentiæ tribuit incentiuum delinquēdi.

RESPONDEO, ꝙ sicut habetur di. supradicta c. In capite. In capite Quadragesimæ oēs pęnitentes, q̄ publicā suscipiunt, aut susceperunt pnīam ante fores ecclesiæ se repsentent Ep̄o ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terra demissis, reos se esse hitu & vultu protestātes, ibi adesse debent decani, archidiacōi, archipresbyteri parochiarum, & p̄sbyteri pęnitentiū, q eorū conuersationē diligenter inspicere debent, post hoc in ecclesiā eos introducant, & cū omni clero 7. pœnitētię psalmos ī terra pontifex prostratus cū lachrymis ꝓ eorū absolutione decantet, tunc surgens ab oratione, iuxta, q̄d canones iubent manus eis imponat, aquā benedictā super eos spargat, cinerē prius mittat, deinde cilicio capita eorū cooperiat, & cū gemitu & crebris suspirijs denunciet eis, ꝙ sicut Adā proiectus est de paradiso, ita & ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciuntur, postea iubeat ministris, vt eos extra ianuam ecclesiæ expellant, clerici vero prosequantur eos cū responsorio. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c. vt videntes sanctā ecclesiam pro facinoribus suis tremefactā, atq; commotā non paruipendant pnīam, in sacra aūt Domini Cœna, rursus ab eorū decanis, & eorū presbyteris ecclesiæ liminibus repsentētur, & sicut dicit glo. ibidem ita fit quolibet anno, vt tali die mittantur in ecclesiam, & licet stent in ecclesia, non tn̄ cōicabunt cū alijs in Eucharistia, vel in osculo, & sic erunt vsque ad octauam Paschæ, & tunc iterum exibunt de ecclesia, & erunt extra ecclesiā, vsq; ad talem diem sequentis anni, & hoc fiet, vsque ad finē pęnitentiæ, & si bene pœnitent secundo anno, vel tertio, potest eis reddi ingressus ecclesiæ.

Textus qui librasio. Quare pœnitentia dicitur secunda tabula.

CIRCA litteram. Pęnitentia est secunda tabula post naufragium: hoc per similitudinem dictum est. Prima enim tabula in mari est nauis, quæ cum aliquando frangitur, cōtingit quandoque ꝙ aliqui adhærent alicui tabulæ nauis, per cuius adiutorium applicant ad portum salutis. Sic dico, ꝙ existentibus in mari huius mundi, baptismus est, sicut prima tabula, idest sicut nauis, a cuius gratia cum homines cadunt, restat eis pœnitentia, tanquam tabula secunda, cum cuius adiutorio deduci possunt ad portum salutis: construe ergo sic, ꝙ pęnitentia est tabula post naufragium, secūda ab illa quæ est ante naufragium: posset tamen dici baptismus prima tabula post naufragium, vocando primum naufragium originale peccatum, eo ꝙ originale peccatum & eius sequelę sunt quędam fractio integritatis naturæ, quam in primis parentibus a sua conditione habuerat. Inanis est, scilicet carens fructu illius pęnitentiæ, supple, quam habet illa pœnitentia, quam sequens culpa non inquinat. De pęnitentia peccatorum, idest in qua aliquis perseuerat. Etiam si ad summnm quis perueniat malorum, scilicet in comparatione aliorum.

Quod

Quod pluribus irretitus peccatis, non potest pœnitere de vno verè, nisi de omnibus pœniteat.

DISTINCTIO XV.

Et sicut prædictis autoritatibus illorum error conuincitur, qui pœnitentiam sæpius agendã non putãt, & per eam à lapsu peccantes frequenter surgere diffitentur: ita eisdem istorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de vno verè pęnitere, eiusdemque veniam à Domino consequi posse sine alterius pœnitentia. Quod etiam autoritatibus astruere conantur. Ait enim Propheta, Non iudicabit Deus bis in idipsum: vel, vt alij transtulerunt. Non consurget duplex tribulatio. Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit confessus vnum de duobus, vel pluribus peccatis, & de illo iniunctam sibi pœnitentiam à sacerdote satisfactione expleuerit cæteris tacitis, nõ pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in ecclesia gerit. Ideoque si de eo iterum iudicetur, bis in idipsum indicat Deus, & consurget duplex tribulatio. Sed de his oportet, illud tantum intelligi, qui præsentibus supplicijs cõmutantur in bonum, & sic perseuerant: super quos non consurget duplex tribulatio. Qui verò inter flagella duriores, & deteriores fiunt, vt Pharao, præsentibus æterna connectunt: vt temporale suppliciũ sit eis æternæ pœnæ initium. Vnde Augu. Ignis successus est, &c. idest, vindicta hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem. Hoc contra illos notandum est, qui dicunt illud, scilicet. Non iudicabit Deus bis in idipsum, ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur, alij hic & in æternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt, vel vt iustis per patientiam merita augeantur, vt Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt Paulo: vel ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra: vel ad gloriam Dei, vt de cæco nato: vel ad initium pœnæ, vt Herodi: quatenus hic videatur, quid in inferno sequatur, secundum illud, Duplici contritione contere eos Domine. Illa ergo autoritas Nahum non cogit nos sentire, omnia quæ temporaliter puniuntur, non vlterius à Deo punienda. Nam etsi super eundem locum Hieronymus dicat, Aegyptios, & Israelitas à Deo temporaliter punitos, ne in æternum punirentur, non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. Ait enim sic. Quod genus humanum diluuio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, & Israelitas in eremo perdidit, scito te ideo temporaliter pro peccatis punisse, ne in æternum puniret: quia non iudicabit Deus bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt postea non punientur: alioquin mentitur scriptura, quod nefas est dicere.

Nahum. 1. secũdũ 70. — *De pæ. dist. 8. ca. sũs plures. parag. autoritas.* — *Secundũ rẽ apud Greg. li. 18. Mor. c. 12.* — *Iob. 1. d. 2. Cor. 12. c Num 12. b Ioan. 9. d Act 12. d Hier. 17. c* — *Super illud 1. c. Nahũ. 30. b* — *Gen. 19. d*

Quæ sit intelligentia præmissorum.

Attende lector his verbis, & caue ne de omnibus generaliter intelligas, sed de his tantum, qui inter ipsa flagella penitentiam egerunt, credentes in Deũ Hebræorum: quam, etsi breuem & momentaneam, tamen non respuit Deus. Quòd autem qui per temporale flagellum non corriguntur, post æternaliter puniantur, ibidem ostendit, agens de fideli deprehenso in adulterio, qui decollatur. Vbi ostendit leuia peccata breui, & temporali supplitio purgari, magna verò diuturnis æternisque supplicijs reseruari: ita inquiens. Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut. n. punietur, & falsum est, quod dicitur. Non iudicabit Deus bis in idipsum: aut non punietur, & optandũ est adulteris, vt hic breui pęna puniantur, vt frustrẽtur cruciatus æternos. Ad quod respondemus, Deũ vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mẽsuras, & non præueniri sententia Iudicis, nec illi in peccatore exercendæ dehinc pœnæ auferri potestatem, & magnum peccatum magnis diuturnisque, † lui cruciatibus: si quis verò punitus sit tẽporaliter, vt ille qui Israelitæ maledixerat, & qui in Sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri: quia culpa leuis præsenti supplicio compensata sit. Leuis. n. culpa leui supplicio compensatur. His satis innuit Hieronymus, grauia peccata, & hic puniri graui supplicio, & in futuro punienda æternaliter, de quibus pœnitentia non agitur inter flagella. Leuia verò, quæ hic puniuntur, leui pęna compensationem recipere, quod in bonis fieri non ambigimus, & in malis fortè etiã sit ita. Satis iam apparet, quod illi de prophetia induxerunt, non facere pro eis qui dicunt, ei qui crimen sibi reseruat, de alio veniam præstari per pœnitentiã. Alias quoque autoritates inducunt. Ait. n. Gregor. Pluit Dominus super vnam ciuitatem, & super alteram non pluit, & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit, ab alijs vitijs se corrigit, vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida remanet: quia sunt quidam qui cùm quædam vitia resecẽt in alijs grauiter perdurant. Item Ambrosius. Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus, secunda, per punitionem: vbi etsi fides desit, pœna satisfacit & releuat. Ratione quoque vtuntur, dicentes: Si is qui vnum peccatum confitetur, altero tacito, satisfactionem à sacerdote iniunctam expleuerit, nunquid si & peccatum tacitum conuersus fuerit confessus, pro vtroque ei pœnitentia imponetur? Longè hoc videtur à ratione, & ecclesiæ consuetudine, quæ pro eodem peccato, nisi reiteretur, nulli bis pœnitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, vnde & peccatum deletum videtur.

† elui, legit Hieron. — *Leui. 24. b Num. 15. d* — *Super Eze. hom. 10. Et habetur de pæn. dist. 3. cap. pluit.* — *Super psal. 118. ser. 18 in princ. Et de pæ. di. 3. c Prima cõsolatio.*

Quomodo accipienda sunt præmissa.

His responderi potest sic, illud Gregorij, Pluit dominus, &c. nõ ad criminis veniam, sed ad operis praui desertionem referendum est: vt ideo pars ciuitatis dicatur complui, quia ab actu, & delectatione peccati, cui antè seruiebat, modò cessat, non quòd eius veniam habeat. Vocaturque pluuia illa talis continentia, qua ab opere peccati reuocatur: quia ex fonte gratię Dei id cordi instillatur: vt vel sic paulatim ad pœnitentiam veniat: vel eo minus à Deo puniatur,

De pæn. di. 3. ca. Quærat hic aliquis para. Illud autẽ Greg vsque ad finem c.

qui

qui diuturniori delectatione, & actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si verò ad indulgentiam reatus pluuia referatur, euangelicæ sententiæ contraire videbitur. Si.n. propter immisericordiam, qua quis proximo suo non miseretur, etiam quæ dimissa sunt replicantur ad pœnam, multò magis quæ nondum sunt dimissa, propter odium fraternum, ad pœnam reseruari probantur. Et si ille, qui arbiter suæ voluntatis constitutus est, non potest inchoare nouã vitam, vt ait Augustinus, nisi pœniteat eum veteris vitæ: quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet qui odij vetustatem non deposuit? Illud etiam quod ait Ambrosius. Et si fides desit, pœna satisfacit, &c. non de fide intelligitur, qua creditur in Deum, sed de conscientia delicti. Deest enim fides, cum conscientia Psal. 18. *peccati non subest. Nam cum delicta omnia nemo intelligat, est aliquando in homine peccatum, cuius nõ* 1. Cor 4 a *habet conscientiam. Vnde Apostolus. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cum ergo quis flagellatur pro peccato, cuius non est conscius, si patienter fert pœnam, & humiliter amplectitur, cogitans se fortè peccatum habere, quod non intelligi, & pro eo puniri à Deo, pœna illa satisfacit, & releuat grauatum. Ad hoc autem quod obijcitur de satisfactione illa, & satisfactio non fuit, iterum imponenda est, si verò iterum imponenda non est, satisfactio fuit, & si satisfactio fuit, veniam impetra-* Genna. li. 1 de Ecc. dog. c. 54. to. 3. Aug in En ch 75. ĩ prĩcipio *uit. Responderi potest, satisfactionem, ideo non fuisse quia ille dignos fructus pœnitentiæ non fecit. Est.n. satisfactio pœnitentiæ, (vt ait Augustinus) peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere. Item. Sanè qui sceleratè viuunt, nec* Lucæ 11. f. *curant talem vitam, moresque corrigere, & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra ideò sibi blandiuntur, quia Dominus ait. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quàm latè pateat nõ intelligunt. Multa.n. sunt genera eleemosynarum, quæ cùm facimus, adiuuamur. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, & huiusmodi, sed etiam qui dat veniam petenti, eleemosynam dat, & qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, vel orat, vt ei peccatum dimittatur, eleemosynam dat: quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, & non voluntati: sed ea maior est, qua ex corde* Ibid. c. 73. ĩ principio. *dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Minus.n. magnum est, erga eum esse beneuolum, qui tibi nihil mali fecit: illud multò grandius, vt tuum etiam inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, semper bonum velis, faciasque cum possis. Quod ergo Dominus ait. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. itane intellecturi sumus, vt nõ credentibus in Christum munda sint omnia, si eleemosynas istas dederint? Qui enim vult ordinatè e-* In eo ca 76 *leemosynam dare, à se debet primum incipere, & eã primum sibi dare. Est enim eleemosyna opus miseri-* Eccles. 30 d *cordiæ: verissimeque dictum est. Miserere animæ* Ibid. ca. 77. *tuæ placens Deo. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas largissimas fructuum suorum, vel pecuniæ, impunitatem se emere æstimant in peccatis permanentes, quæ ita diligunt, vt in eis optent versari. Qui verò diligit iniquitatem, odit animam suam:* Psal. 10. *& qui odit animam suam, non est misericors ei, sed crudelis. Diligendo quippe eam, secundum seculum, odit eam secundum Deum. Si ergo vult ei dare eleemosynam, per quam fit munda, odiat eam secundum seculum, & diligat eam secundum Deũ. Hac eleemosyna, quam sibi homo primitus debet,* Ibi, sparsim c. 75. & 76 *mundantur interiora. Ad quod hortans Christus ait, Mundate quæ intus sunt.* Luc. 2. *Immundis enim nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens, &* Tit. 1. d. *conscientia, vt ait Apostolus. Immundi verò sunt omnes, quos non mundat fides, qua creditur in Christum, de qua scriptum est.* Act. 15. c *Mundans fide corda eorum. Sed ne istas eleemosynas quæ fiunt de fructibus terræ, respuere Christus videretur. Hæc, inquit, oportuit facere, scilicet iudicium, & charitatem Dei, & illa non omittere, idest eleemosynas fructuum terrenorum. Ex his datur intelligi, quòd in peccato mortali permanentes, etsi eleemosynas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt: quia inordinatè agunt, dum à se non incipiunt, Nec propriè dicitur eleemosyna tale opus, dum sibiipsis crudeles existunt, non placentes Deo. Non ergo dicendo est illa peccati satisfactio quam quis agit pro vno peccato, dum perdurat in altero. Quia nihil prodest ieiunare & orare, & alia* Pius papa, epi. 1 Et de pæn dist 3. Nihil prodest. *bona agere, nisi mens reuocetur à peccato. Et si aliquando conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de vtroque imponenda est ei satisfactio: quia de primo condigne non satisfecit.*

Secundum quosdam fuisse satisfactionem.

Quibusdam tamen videtur fuisse satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato altero persistit: percipietur tamen fructus eius, incipietque proficere, cum peccati alterius pœnituerit. Tunc enim vtrunque dimittitur peccatum, & satisfactio præcedens viuificatur, quæ fuerat mortua, sicut baptismus illi qui ficte accedit, tunc primitus valet, cum fictio a mente recedit per pœnitentiam. Et in huius opinionis munimentum autoritates inducunt. Ait enim Augustinus. Pium est credere, & nostra fides expostulat, vt cum gratia Christi in Lib. de vera & falsa pæ. c. 14. in fine. to. 4. *homine destruxerit mala priora, etiam remuneret bona: & cum destruxerit, quod suum non inuenit, diligit bonum, quod in peccante plantauit. Item Hieronymus.* Super illud Aggei 1. Seminastis multũ, &c. tom 6. et de pæn. dist. 3. Si quando. *Si quando videris inter multa peccata quemquam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed faciet ea merere, & in horrea congregare, quæ bona in terra seminauit. Sed hæc dicta intelligimus de illo qui in charitate quodam tempore bona facit, & bonus est, alio vero tempore malus est, & multa peccata facit. Non ergo intelligendum est, eum inter multa peccata iusta opera fecisse, quasi simul eodemque tempore peccata fecerit, & iusta opera: sed diuersis temporibus vtraque fecisse. Nisi enim bonus foret, quando bona fecit, non seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona commissis, priora bona, in charitate,*

vitate, si facta, quæ sequentia mala mortificauerant, pœnitentia de illis malis habita, viuificantur, & remunerantur. Vnde Apostolus, Facientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis; opera mortua nominans, priora bona significat, quæ per sequēs peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc sicut peccando irrita fiunt, ita per pœnitentiam reuiuiscunt, & ad meritum æternitatis prodesse incipiunt. Similiter & illud bonum amat Deus quod plantauit in peccante, in illo. s. qui post illud bonum peccauit, non simul peccans, & bonum operans extitit: quia talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationem. Potest etiam accipi de operibus bonis, quæ ab aliquo fiunt Deum malus est, & in peccato mortali persistit vel ad tēpus, vel vsq; in finem: quæ dicuntur a Deo remunerari, et non dari obliuioni, non quia proficiant ad vitam æternam obtinendam, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium sentiendum: sicut de fide, & cæteris quæ sine charitate habentur, Aug. ait: Si quis nō habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatē spiritus, et vinculum pacis quo ecclesia connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, famem, persecutionem, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem, timore gehennæ: nullo modo ista culpanda sunt: imò & hæc laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus, melius ei fuisse, vt Christum negando nihil horū pateretur, quæ passus est confitendo: sed æstimandum est fortasse tolerabilibus ei esse futurum iudicium, quàm si Christū negando nihil horū pateretur: vt illud quod ait Apost. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest; nihil prodesse intelligatur ad regnum obtinendum, nisi ad extremi iudicij tolerabilius subeundum supplicium. Item, Hæc propter charitatem dicta sunt: sine qua in nobis non potest esse vera † pœnitentia: quoniam in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

Hebr. 6. a

De pœnitentia, dist. 3. Quid ergo. para Potest etiam.

Li. de patientia, c. 26. to. 4 Et de pœ. dist 3. ca. Si quis autē.

1. Cor. 13. b

Aug. super ench. c. 23. †patientia,

Perstringit dictorum summam, vt alia addat.

Ex his ostenditur bona, quæ sine charitate fiūt, prodesse quidem ad tolerabiliorem pœnam sentiendam, sed non ad vitam obtinendam. Illa etiam quæ in charitate quis facit, si post ea ꝑlapsus fuerit, nec exurrexerit, non esse in memoria Dei: Ezechiel dicit, Si auerterit se iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, nūquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ quas fecit. In cuius loci expositione Greg. ait, Hoc nobis maximè considerandum est, quia cum mala committimus, sine causa ad memoriam transacta bona reuocamus: quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum. Intelligendum est hoc, ad vitam percipiendam bona præterita non dare fiduciā, etsi ad mitiorem pœnam: alioquin præmissæ auctoritati August. obuiaret. Et bona ergo sine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ concomitatur mortalis culpa, quam non delet sequens pœnitentia, ad sensum mitioris pœnæ proficiunt, non ad vitæ fructum.

Ezech. 33.

Ho. 11. sup Ezec. Et de pœn. dist. 3. Illa sententia.

Auctoritates alias inducit contra eos, qui dicunt de vno peccato pœnitentiam agi, altero tacito.

Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de vno crimine pęnitentiam agi, & veniā præstari alio in delectatione retento, vel per confessionem non exposito: qui non modò præmissis auctoritatibus confutantur, sed etiam subditis. Ait enim August. Sunt plures quos pęnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam in quibus delectentur; non animaduertētes Dominum simul mutum, & surdum à dæmonio liberasse, per hoc docens nos nunquā nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reseruari, habenti septem dæmonia manente vno proficere potuerat sex expulsis: expulit autem septem, vt omnia crimina simul eijcienda doceret. Legionem verò dæmonum ab alio eijciens, nullum reliquit de omnibus qui liberatum possideret: ostendens quòd si etiam peccata sint mille, oportet de omnibus pęnitere. Nunquam aliquem sanauit Dominus, quē non omnino liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Dominum inimicū omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen seruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei consequeretur veniam: sine quo nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim sine vera pœnitentia inueniret gratiam. Pęnitentia enim vera ad baptismi puritatem confitentem conatur ducere. Rectè enim pęnitens quicquid sordis post purificationem baptismi contraxit, oportet vt abluat, saltem lachrymis mentis: sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi non declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna tēporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non ostendit lachrymis. Quem ergo pęnitet, omnino pœniteat. Idem, Pœnitentes, si verè estis pœnitentes, & non estis irridentes mutate vitam, reconciliamini Deo. Pœnitentiā agis, genua figis, et rides: subsannas Dei patientiam. Si pęnitentiam agis, pœnitet te: si non pœnitet te, non es pœnitens. Si ergo pœnitet, cur facis, quæ malè fecisti? Si fecisse pęnitet, noli facere: si adhuc facis, certe non es pœnitens. Item Innocentius II. Admonemus fratres nostros, ne falsis pœnitentijs laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem pęnitentiam esse constat, cum spretis pluribus de vno solo pœnitentia agitur: vel cùm sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio.

Lib. de uera & falsa pæ. c 9 to. 4.

Marci 7. c

Lucæ 8. f

Marc. 5. b

Ioan. 7. d

Ibidē. c. 10.

De pœn dist. 5 c Fratres nostros.


Repetit de vera pęnitentia, vt addat quędā.

Ex praemissis perspicua fit notitia veræ pœnitentiæ, vel satisfactionis. Illa enim vera est pęnitentia, quæ peccatum abolet: quod illa sola facit, quæ scelus corrigit. Illa verò scelus corrigit, quæ odium commissi criminis, & committendi, cū desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim pęnituisse legitur sine assecutione veniæ: quia tali pęnitentia non correxit crimen. Vnde Hierony. Nihil Iudæ profuit egisse

Matth. 27.

Matth. 17. pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Quid ad nostro. 9 & de pœ. dist. 3 Nihil Iudæ Psal. 108. *Si quando frater sic peccat in fratrem, vt emendare valeat quod peccauit, potest ei dimitti: sin autē permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia: hoc est quod de eo dicitur, Et oratio eius fiat in peccatum: vt non solùm emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit. Caue qualiter intelligas illud, Vt emendare valeat qđ peccauit, &c. Non enim emendatio hic intelligenda est, rei demptæ recompensatio, sed delicti exprobratio, & abominatio, cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniustè quis alicui, quod restituere non valet, vt oculum, vel vitam, & huiusmodi: & tamen si pœnituerit peccati cum amore condignæ satisfactionis, veniam habet. Nec ideo quisquā putet, qui rem alienam iniustè abstulerit, quam reddere potest, de illo peccato pœnitere, ac veniam consequi, nisi restituat ablatum. Quamdiu enim res propter quam peccatum est, non redditur, si reddi potest, non agitur pœnitentia, sed fingitur.* Aug. epist. 54. ad Macedonium, post mediū. Et 14. q. 6. c. Si res.

DISTINCTIO XV.



SVPERIVS exclusit Magister errorem dicētium, ꝙ pœnitentia non est iterabilis. Hic excludit errorem dicentium, ꝙ pœnitentia est diuisibilis. Et diuiditur in tres.

Primo remouet errorem dicentium, quòd pœnitentia de vno peccato sine altero valet tunc quando agitur.

Secundo errorem dicentium, ꝙ & si tunc non valeat, tamen valet quādo de peccato altero conteritur. ibi. (Quibusdam tamen.)

Tertio ponit auctoritates quibus veritas cōfirmatur. ibi. (Satis arbitror.) Prima in duas.

Primo determinat auctoritatem prophetię quam illi inducebant pro se.

Secūdo auctoritates sanctorum. ibi. (Alias quoque.) Prima in tres.

Textus partitio. Primo ponit dubitationem.

Secundo solutionem. ibi. (Sed de his.)

Tertio dubitationis ortæ ex solutione explanationem. ibi. (Attende.) Illa pars, quæ ibi incipit. (Alias quoq;.) Diuiditur in 2. partes.

Primo recitat auctoritates quas illi errantes pro se inducebant, & eorum rationem.

Secundo subiungit prædictorum solutionē. ibi. (His respōderi.) Illa pars, quæ ibi incipit. (Quibusdam tamen.) In qua remouet errorem dicentium, ꝙ pœnitentia de vno peccato sine alio valet, quando de alio conteritur. Diuiditur in tres.

Primo ostendit, quòd non valet ad meritum vitæ æternæ.

Secundo, quòd valet ad remissionem pœnæ. ibi. (Potest etiam.)

Tertio subiungit confirmationem vtriusq; ibi. (Ex his.) Illa pars, quæ ibi incipit. (Satis arbitror.) Diuiditur in duas.

Primo ostendit, quòd non potest diuidi pœnitentia.

Secundo ostendit, quæ sit vera pęnitentia. ibi. (Ex præmissis.)

CIRCA hanc distin. quærendum est principaliter de quinque.

Primo de satisfactione in generali.

Secundo de eleemosyna.

Tertio de ieiunio.

Quarto de oratione.

Quinto de restitutione.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur octo.

Primo, vtrum satisfactio sit actus virtutis.

Secundo, vtrum homo possit satisfacere Deo pro culpa.

Tertio, vtrum satisfactio debeat fieri per opera pœnalia.

Quarto, vtrum flagella, quæ Deus immittit, vel venire permittit super pœnitentes sint pro eis satisfactoria.

Quinto, vtrū possit fieri satisfactio per opera, quæ fiunt in mortali peccato.

Sexto, vtrum homo possit satisfacere de vno peccato mortali sine alio.

Septimo, vtrum Deus possit remittere peccatum sine aliquā satisfactione.

Octauo, vtrum enumerentur sufficienter partes satisfactionis, scilicet oratio, ieiuniū, & eleemosyna.

QVAESTIO I.

Vtrum satisfactio sit actus virtutis.

ET VIDETVR ꝙ non: quia actus virtutis est vtilis: sed satisfactio cū sit debita est inutilis: dicitur enim Lucę 17. Dicite serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus: ergo satisfactio non est actus virtutis. Arg. 1. D. Bonau. 4. distin. 15. art. 1. q. 1. D. Thom. 4. sen. dist. 15. q. 1. art. 1. q. 1.

Item Phil. 2. ethic. c. 5. Virtus est habitus electiuus: sed satisfactio quandoque non est electiua, sicut cum aliquis contra suam voluntatem satisfacere compellitur: ergo satisfactio non est actus virtutis. Scot. lib. 4. dist 14. q. 2. Secundo.

CONTRA, Greg. in quadam hom. super illud Matt. 6. Si quis vult post me venire: dicit, ꝙ Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, &c. ergo destructio peccati est per virtutē, vel per actum virtutis: per satisfactionem autem destruitur peccatum: ergo cum non sit virtus, est actus virtutis. In oppositum. Habetur in cōmuni vnius martyris.

CONCLVSIO.

Cum satisfactio quædam voluntaria retributio sit pro illata iniuria secundum iustitiæ æqualitatem cum proposito non recidiuandi, ipsam esse virtutis actum neminem pręterit.

RESPONDEO, quòd quamuis sit manifestum satisfactionem esse actum virtutis, cum sit actus pœnitentiæ, quæ virtus est, vt supe- Responsio.

superius ostensum est: hoc tamen & aliter declaratur. Satisfactio.n. est pro illata iniuria voluntaria recompensatio secundum iustitiæ æqualitatem, cum proposito non committendi nouam iniuriã: hoc est, quod implicite dr̃ de pœnit. dist. 3. c. Satisfactio: & recitatur in littera huius dist. c. 5. & sumptum est de ecclesiast. dogmat. propositione 23. Satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causas excidere, nec earũ suggestionibus aditum indulgere: per recompensationem.n. prædictam causæ prædictorũ exciduntur, & per propositum cauendi a futura iniuria peccatorum suggestionibus aditus non indulgetur: sed facere recompẽsationem secundum æqualitatem iustitiæ actus est virtutis iustitiæ, vt videri potest ex dictis Philos. 5. ethic. capit. 7. & pluribus alijs locis: ergo satisfactio est actus virtutis.

Satisfactio quid.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ minor est falsa: debitum enim meritorium est, inquantum induit rationem voluntarij: sic enim homo facit de necessitate virtutem. Vnde illa auctoritas intelligenda est de inutilitate opposita perfectioni, sicut patet ex gl. ibidẽ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ cũ aliquis contra voluntatem suam satisfacere compellitur si est compulsio sufficiens illa satisfactio non habet rationem virtutis, nisi per comparationem ad iudicem qui ad satisfactionem cõpellit. Vnde & sic compulsus non satisfacit Deo.

QVAESTIO II.

Vtrum homo possit Deo satisfacere pro culpa.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D T. vbi s. art. 2. q. 1. Scot. vbi su. q 4. Alexã. p. 4. q. 24. m. 1. ET VIDETVR ꝙ non: Ansel. 1. lib. Cur Deus homo, ca. 13. Debet omnis qui peccat honorem Deo, quẽ rapuit soluere, & hæc est satisfactio: sed homo nõ potest Deo soluere debitum honorem, quia in infinitum est honorandus; ergo homo non potest Deo satisfacere.

Secundo. Item satisfactio fieri nõ potest de eo, quod ex alia causa est debitũ: sed ratione beneficij a Deo accepti non est aliqua creatura, quę nõ debeat Deo id, quod est secundum Aug. li. 83. qq. q. 68. in fine: & etiam sm̃ Ber. de diligendo Deum, cap. 16. ergo homo non habet de quo possit Deo satisfacere pro peccato cõmisso.

Tertio. Item grauius est peccatum mortale actuale, quam originale peccatũ: sed nullus purus homo satisfacere potuit pro peccato originali: secundum Ansel. 2. lib. Cur Deus homo, nõ multum lõge post princip. ergo multo minus potest satisfacere ꝓ actuali peccato mortali.

In oppositum. CONTRA, de pœn. dist. 1. c. Porro. §. Hoc idem. Sacrificium ex lege offert pœnitẽs dum satisfactionem Ecclesiæ iudicio sibi impositam factis exequitur: sed talem satisfactionem exequi potest homo: ergo potest Deo facere satisfactionem, quæ est sacrificium secundum legem: talis autem est satisfactio debita.

Secundo. Item quanto ille contra quem peccatur est misericordior, tanto facilius satisfieri sibi potest, sed Deus est misericordissimus: ergo homo facillime potest satisfacere Deo.

CONCLVSIO.

Homo, cum Christi meriti factus sit particeps, huius virtute Deo pro culpa satisfacere potest, at per seipsum non potest.

Responsio. Posse Deo satisfacere, dupliciter intelligi. RESPONDEO, hominem posse satisfacere Deo, dupliciter potest intelligi, aut cum alterius adiutorio, aut sine.

Primo modo dico, ꝙ homo potest satisfacere Deo in virtute, s. meriti Christi, cuius particeps est homo per veram fidem.

Secundo autẽ modo homo satisfacere non potest Deo. Vnde secundum Aug. in ench. versus finem. Nec antiquorum quicunque iustorum præter Christi fidem salutem potuit inuenire. Homo enim per se Deo non põtest æquale rependere, nec hoc ab eo exigitur: sed si fecerit famulando illud quod potest plus ab eo non requiretur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ & si homo per se non possit Deo reddere debitum honorem sm̃ æqualitatẽ iustitiæ: tamen Christi meritũ, & dispositio pœnitentis facientis, quod in se est simul iuncta Deo reddũt honorẽ debitum: & sunt debita satisfactio pro peccato sm̃ æqualitatem iustitiæ non compensantis meritum pœnitentis: sed secundum ꝙ iustitia est condecentia diuinæ bonitatis: satisfactio autem merito Christi coniungitur non realiter, sed per veram fidem ipsius pœnitentis, per quam est particeps illius meriti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ Deus ex liberalitate sua nostrę infirmitati cõdescendens, homini constituit mensuram eorum, ad quæ de necessitate tenetur, quæ est obseruantia pręceptorum, vt de reliquo, i. de operibus supererogationis possint satisfacere pro cõmisso, quæ opera, & si debeamus Deo debito congruitatis, non vult tamen tãquam nobis parcens, vt sibi debeantur debito necessitatis, nisi ratione voti, vel satisfactionis pro peccato.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis peccatũ originale nõ sit ita graue personę, sicut peccatũ actuale mortale: tñ grauius est naturæ, quia inficit non tm̃ personã, sed naturã, ita ꝙ personã mediãte natura, & ideo pro illo satisfacere nõ potuit, nisi ꝑpõderãs toti naturæ humanæ. Quapp concludit Ansel. 2. li. Cur Deus hõ, c. 7. ꝙ illũ qui satisfacturus erat pro primorum parẽtum peccato, oportuit esse perfectũ Deũ, & hoĩem: purus.n. homo toti humanæ naturæ præponderare non potuisset. Potest tñ aliter dici ad arg. ꝙ pro peccato originali Christus solus satisfecit. Vnde a nobis nulla requiritur satisfactio pro originali peccato, sed tantum baptismi susceptio, per quam homo primo efficitur particeps meriti Christi: pro actuali autem mortali, cum satisfactione meriti Christi requiritur de lege cõi aliqua satisfactio pœnitẽtis, nõ ꝑp imperfectionẽ meriti Chri: sed qa

Caute secũdum Sco. dist. in præsenti. q. 1. & in 3. dist. 20.

Deus vult,& propter sui honorem,& bonũ nostrum,vt pro his, quæ voluntate propria committimus,vel omittimus voluntate propria satisfactionem aliquam faciamus.

Ad aliam partem. Secundum argumentum ad partem secundã non procedit,quia maior non est vera,nisi suppositis partibus offensis:offensa autẽ contra Deum est grauissima, & ideo homo per se satisfacere non potest Deo, sicut posset homini, quamuis Deus sit homine incomparabiliter misericordior.

QVAESTIO III.

Vtrum satisfactio debeat fieri per opera pœnalia.

Arg. 1. D Bon. vbi sup. q. 3. D Tho vbi su a. 4. q. 1. Scot. lib. 4. dist. 15. q. 1. Alexã. p. 4. q. 24. m. 2. ar. 2.



ET VIDETVR ꝙ non: quia quanto opus sit cum maiori charitate, tanto est magis meritoriũ,& tamen minus pęnale: sed si satisfactio deberet fieri per opera pęnalia,illud quod diminueret pęnalitatem,diminueret satisfactionẽ: ergo non debet fieri per opera pœnalia.

Secundo. Item Phil. 2. ethic. c. 3. Medicinæ per contraria innatę sunt fieri: sed quædam sunt peccata pęnalia,sicut tristitia:ita ergo satisfactio ꝓ talibus peccatis, dẽt esse ꝑ opera desiderabilia.

In oppositum. CONTRA, de pœn. dist. 3. §. 1. Pœnitentia est quædam dolentis vindicta puniens in se, quod dolet commisisse: sed dolor, vindicta, punitio res pœnales sunt:ergo pœnitens satisfacere debet per opera pœnalia.

CONCLVSIO.

Per pœnalia opera prorsus fieri satisfactio debet, licet satisfacienti non pœnalia, sed delectabilia per charitatis feruorem quandoque euadant.

Responsio. Opus pœnale dupliciter potest intelligi. RESPONDEO, ꝙ opus pœnale dupliciter potest intelligi, aut ratione generis operis,aut ratione operantis:loquendo de operę pęnali primo modo dicto, satisfaciendum est pro peccato per opera pœnalia, & propter emendationem culpæ pręteritæ,& pręseruationem a futura:culpę enim debetur pęna:pœnæ etiam sm̃ Phil. 2. ethic. c. 3. medicinæ sunt,s. nõ tantum curatiue, sed etiam præseruatiue : loquendo de operę pęnali,secundo modo nõ oportet,quia frequenter opera,quantum est ex suo genere pœnalia ratione feruentis charitatis in operante sunt ei delectabilia , & sic procedebat.

Ad primũ. Primum argumentum ad partem primam.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum,ꝙ quamuis aliquibus peccatis sint annexæ pęnæ sensibilis,tamẽ inquantum sunt actus voluntarij aliquam delectationem habẽt:quia sicut dicitur Prou. 13. Desiderium si compleatur, delectat animam.

QVAESTIO IIII.

Vtrum flagella, quæ immittit Deus, vel venire permittit super pœnitentes, sint pro eis satisfactoria.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 15. dub. 4. D. Tho vbi supra. q. 2.

ET videtur ꝙ non:illud quod est satisfactorium pro peccatis,non est detestandum;nec respuendum:sed tẽporalia flagella sunt detestanda,& respuẽda. Vnde Aug. lib. 10. confess. c. 16. Væh aduersitatibus sæculi: ergo prædicta flagella non sunt pro sustinentibus satisfactoria.

Secundo. Item satisfacere non conuenit,nisi illis qui peccauerunt: sed temporalia flagella quãdoque immittuntur hominibus nõ ꝑꝑ peccata, sicut patuit in Iob: ergo nõ sunt satisfactoria.

In oppositum. CONTRA, ea quæ castigant peccata sunt satisfactoria:sed sicut dicit Aug. lib. 1. de ciu. Dei, c. 30. Cum Deus me aduersis rebus exagitat,aut merita examinat,aut peccata castigat: ergo talia flagella sunt satisfactoria.

Secundo. Item illud est satisfactorium, quod ad patientiam erudit bonos,& facit eos Deum frequentare interpellationibus crebris:sed sicut dicit Aug. 1. de ciu. c. 8. Flagellum Dei ad patientiã erudit bonos. Et Ber. de diligẽdo Deo, c. 25. Ex occasione frequentiũ necessitatũ crebris necesse est interpellationibus Deũ ab homine frequentari:ergo temporalia flagella satisfactoria sunt pro sustinentibus ea.

CONCLVSIO.

Acceptentur flagella ad remißionem pœnæ pro peccatis debitæ, eis patienter vtendo, & sustinenti erunt planè satisfactionis materia.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sustinens flagella sibi immissa per operationem iustam, cuiusmodi sunt omnia illa, q̃ Deus infligit,siue per actionẽ iniustam,cuiusmodi sunt aliqua, quę Deus frequẽter a peccatoribus infligi iustè permittit,non satisfacit ea sustinẽdo sub ratione qua patiens tñ:quia sicut voluntas sustinentis nullo modo cõparatur ad ea,vt actiuũ principiũ: oportet aũt ꝙ meriti sit actiuum principium voluntas illius qui meretur. Inquantum tñ voluntas sustinentis ea patienter sustinet intentione remissionis pœnæ sibi debitæ pro suis peccatis, sunt sustinenti satisfactionis materia : sed formaliter ipsa satisfactio in actu voluntatis consistit: flagella tamen quæ ipsemet Deus immittit, maiorem efficaciam habent inclinandi voluntatem ad bonum,quam illa , quæ non immittit,sed immitti permittit.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, ꝙ illud verbũ Aug. intelligendũ est per comparationem ad infirmos propter impatientiæ periculũ: quia sicut dicit 1. de ciuit. c. 60. In eadem afflictione mali detestantur,& blasphemant: boni autem precantur,& laudant.

Ad secundum. Ad secundũ dicendum,ꝙ sicut idem opus, quod in innocentiæ nõ fuisset satisfactorium, est in pœnitẽte satisfactoriũ: ita idem flagellũ põt esse innocenti materia maioris meriti, & in pęnitẽte materia remissionis pęnę peccati.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam procedũt per comparationem ad illos qui flagella illa sustinent patienter.

QVAESTIO V.

Vtrum poßit fieri satisfactio per illa, quæ fiunt in mortali peccato.

Arg. 1. D. Bon lib. 4. distin. 15. art. 1. q. 3. Sco vbi su. D T. vbi s art. 3. q. 2. Alexã p. 4. q. 24. m. 4.

ET VIDETVR ꝙ sic: quia aliqua sunt opera, quæ non sunt satisfactoria, nisi in virtu-

virtute meriti Christi: sed illa non sunt opera facta in charitate, quia si filius Dei nunquam fuisset incarnatus, nec incarnandus, tamē opera facta in charitate essent satisfactoria pro peccato personæ: ergo opera facta extra charitatem sunt illa, quæ sunt satisfactoria, non nisi in meriti Christi virtute.

Secundo. Item totum vnum opus est meritorium in virtute bonæ intentionis, per quā fuit inchoatū: ergo similiter si homo inchoet satisfactionē in charitate, & peccet mortaliter ante complementum, in virtute principij totum residuum erit satisfactorium.

Tertio. Item Deus pronior est ad miserandum, quā ad condemnandum: sed nullum malum Deus relinquit impunitum: ergo nec aliquod bonum irremuneratum: sed opera facta in peccato mortali non sunt meritoria vitæ æternæ: ergo ne sint irremunerata, oportet, quòd sint satisfactoria pro pœna debita culpæ.

In oppositum. CONTRA, Apost. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeā, charitatem aūt non habuero nihil mihi prodest.

Secundo. Item virtus satisfactionis est operire peccatorum multitudinem, sed hoc est propriū charitati. Vnde 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum: ergo nullum opus factum extra charitatem est satisfactorium.

CONCLVSIO.

Cum hæc operans Deo haud acceptus sit, nec eius opera eidē accepta, & satisfactoria sunt dicēda.

Responsio. Aliter sentit Scot. loco cita. ibi De quarto. RESPONDEO, ꝙ non potest fieri satisfactio per opera, quæ fiunt in mortali peccato: Deus enim cum bonorum nostrorum non egeat opera hominis non acceptat tanquam remuneratione digna, nec tanquam satisfactoria, nisi acceptet operantē. Vnde Gen. 4. prius dicit: Respexit Dominus ad Abel, & post subiungitur, & ad munera eius. Sed Deus non acceptat hominem existētem in peccato mortali, quia in illo statu est inimicus Dei: ergo opera existentis in mortali peccato nō sunt Deo accepta tanquam satisfactoria, sed sine illa acceptatione satisfactoria esse non possunt.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ opera facta in charitate non sunt satisfactoria, nisi in virtute meriti Christi, inquātum ex æterna ordinatione diuina habere non possumus charitatem, per quam remittuntur peccata sine virtute meriti illius; & si filius Dei nunquam incarnatus, nec incarnandus fuisset, aliam viā ordinasset Deus, per quam pœnitentes a Deo reciperent charitatem, per quam remittuntur peccata: vt enim dicit Aug. li. 13. de trin. ca. 10. Alio modo Deus nos liberare potuisset, quam per mortem Christi si voluisset.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ opus inchoatū ex bona intentione meritorium est in virtute illius, nisi interrumpatur per actū contrariū, ita vt illud ꝙ sequitur nō cōtinuetur cum intentione prima, nec sm̄ actum, nec sm̄ habitum: facta aūt tali interruptione illud quod sequeretur actū contrarium non esset meritoriū in virtute primæ intētionis: satisfactio autem inchoata in charitate per peccatū mortale interrumpitur, ita ꝙ illa opera, quæ sequunt̄ nō continuantur cū prima radice sm̄ actum, neq; sm̄ habitum, nec mediate, nec immediate.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ Deus nullum hominem relinquit irremuneratum quin aliquo modo remuneret. Vnde quamuis opera facta in peccato mortali non remunerentur quantum ad meritū vitæ æternæ, nec quantū ad remissionē, seu diminutionē pęnę debitæ peccato secundum iustitiam legis diuinæ, tñ remunerantur, vel quo ad temporalia bona, vel inquantū disponunt ad inclinādum aures diuinę misericordię ad operantem: hæc tñ remuneratio nō est ex debito, sed ex liberalitate diuinæ misericordiæ. Quod aūt aliqui dicunt, ꝙ propter illa operans si moriatur sine pęnitentia minorem pęnam sustinebit in inferno: nec sic debet intelligi, ꝙ propter illa minuatur pęna qui peccatis prioribus debebatur: sed quia interim, quod faciunt illa bona cauent sibi a malis, quę si facerent amplius punirentur.

QVAESTIO VI.

Vtrum homo posit satisfacere de vno peccato mortali sine alio.

Arg. 1. D Bo. lib. 4. d. 15. ar. vnico, q. 2. D. Tho. vbi supra. q. 2. Scot. vbi su. ET VIDETVR ꝙ sic: Homo potest satisfacere de vno peccato veniali sine alio: ergo a simili de vno peccato mortali sine alio.

Secundo. Item homo potest satis facere de vna parte pœnæ sine alia, quia non explet totam suā pęnam simul: ergo a simili potest satisfacere de pœna debita vni peccato sine satisfactione de pœna alij peccato debita.

Tertio. Item hō debitor alii hoī pluribus de causis, pōt soluere debitum pro vna causa, nō soluendo debitū pro alia: ergo a simili, hō debēs pęnā pro pluribus culpis pōt soluere pœnā pro vna culpa, non soluendo pęnam pro alia.

In oppositum. CONTRA, de pęn. dist. 3. c. inter oīa. §. His auctoritatibus: illorum sententia destruitur, qua eum qui pluribus irretitus fuit asseritur vnius delicti pęnitentia eiusdem veniam dn̄o consequi sine alterius criminis pœnitentia.

Secundo. Itē de pę. di. 5. c. vlt. & recitat Mag. in litt. huius di. c. pe. Falsā pęnitentiā esse cōstat cū spretis pluribus de vno solo pęnitentia agitur, aut cū sic agitur de vno, vt nō discedatur ab alio.

CONCLVSIO.

Pro vno absque alio homo satisfacere quo ad pœnam temporalem potest, quo ad culpam, & æternam pœnam non potest.

RESPONDEO, ꝙ peccatū est iniuria contra Deum, quæ inquantū est contra ęqualitatē amicitiæ inter hominem, & Deum, est Dei offensiua: & inquantum cōtra ęqualitatem iustitię, quæ respicit debitum necessitatis est puni-

tione digna, & loquor hic de æqualitate, non quæ sit æqualitas simpliciter, quia talis nõ potest esse inter hominem, & Deum: sed de æqualitate per cõparationem ad hominis facultatẽ: quia aũt lex diuina præcipit amicitiam hominis ad Deum: ideo non potest esse ęqualitas iustitiæ hominis ad Deum, sine æqualitate amicitiæ: & quia æqualitas amicitiæ hoĩs ad Deum est per charitatem, quæ sine aliqua virtute necessaria ad salutem esse non potest, ideo ęqualitas amicitiæ non potest esse sine ęqualitate iustitię. Non est ergo dicẽdum, vt dicunt quidã, ꝙ homo satisfacere possit pro culpa, inquantum est contra æqualitatem amicitiæ hominis ad Deum, sine satisfactione pro ea, inquãtum est contra ęqualitatem iustitiæ hoĩs ad Deum. Dico ergo, ꝙ satisfacere pro culpa, inquãtum est contra vtramq; æqualitatem, dupliciter potest intelligi, aut s. de illa parte satisfactionis, quæ consistit in actu animę interiori, aut de illa, quæ cõsistit in actu animę exteriori: primo modo non põt homo satisfacere de vna culpa mortali sine alia: quia quamuis culpę non sint connexæ, tñ radix satisfactionis est vna, s. charitas, quę cum nullo peccato mortali stare põt: & quia obligatio ad pęnã ęternam non cõpatitur se in homine cũ diuina amicitia, ideo per charitatem illa obligatio cõmutatur in obligationem ad temporalem pęnam: per actum ergo pęnitendi interiorem, per quem remittitur culpa, & obligatio ad pęnã æternam dispositiue: & charitatem per quam remittuntur formaliter, & completiue, non potest satisfieri de vno peccato mortali sine alio, nec quantum ad offensam, neq; quantum ad obligationem ad pęnã æternam, & sic intelligi debent ea, quæ Magister ad hanc partem allegat in littera.

Loquendo aũt de alia parte satisfactionis, quę directe respicit solutionem temporalis pęnę, inquantum per actum pęnitendi interiorẽ, & charitatem cõmutata est obligatio ad pęnã ęternam, põt satisfieri de pęna debita vni peccato sine alia, sicut satisfieri põt de vna parte pęnæ sine alia, vt ostendebatur in arguẽdo, cuius ratio est, quia obligatio ad talem pœnam simul stat cum charitate: & ideo remanẽte debito pęnę pro vno peccato acceptari põt solutio pęnę pro alio: si tñ adsit propositum satisfaciendi postea de alio, quod propositum si mutetur ita vt pro alio non velit postea satisfacere: remanet tamen pręcedẽs solutio acceptata.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ non est simile: quia nullum mortale peccatum põt se compati cum charitate, quia nullũ peccatum remitti potest, nisi per charitatem: & ideo si vnum posset remitti sine alio, simul posset homo esse Dei amicus, & inimicus: veniale autem simul compatitur se cum charitate: & ideo potest acceptari pœnitentia de vno, sine pœnitentia de alio.

Ad secundum. Ad secundum solutum est in quæstione.

Ad tertiũ. Ad tertium dicẽdum, ꝙ iustitia hominis ad hominẽ attenditur circa exteriores operationes: sed iustitia hoĩs ad Deum principalius attenditur circa actus interiores: & ideo potest seruare homo homini ęqualitatem sm̃ iustitiã legis humanæ sm̃ vnam partem, quamuis non seruet secundum aliam: quia non est vna radix communis, ratione cuius solutiones omnium debitorum homini sint connexæ, sicut est vna radix, scilicet charitas in qua connectũtur satisfactiones omnium, quæ Deo debentur.

Argumenta ad partem aliam procedunt de satisfactione, quantum ad remissionem culpæ, & pœnæ æternæ.

QVAESTIO VII.

Vtrum Deus possit remittere peccatum sine aliqua satisfactione.



ET Videtvr ꝙ non: Ansel. 1. lib. Cur Deus homo, c. 12. Si peccatum non punitur inordinatum dimittitur: sed Deus nihil inordinatum potest dimittere: ergo Deus non potest sine satisfactione peccatum remittere. *Arg. 1. D. Bon lib. 4 d. 15 p. 1 art. 1. q. 1. Scot. vbi su pra.*

Item eo. li. c. 10. In Deo quodlibet paruũ inconueniẽs sequitur impossibilitas: sed postea. 12. ca. dicit, quòd non decet Deum peccatum impunitum remittere: ergo Deum hoc facere est impossibile. *Secundo.*

Item eo. lib. c. 12. Liberior est iniustitia si sola misericordia dimittitur, quã iustitia, quod valde inconueniens vr̃: sed si Deus dimitteret peccatum sine oĩ satisfactione, dimitteret ipsũ sola mĩa: ergo hoc facere inconueniens est. *Tertio.*

Contra, Apost. ad Ti. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *In oppositum.*

Item Act. 9. hr̃, ꝙ cũ Paulus esset in actu persequẽdi Christianos, Deus ipsum iustificauit. *Secundo.*

Item maior est mĩa Dei, quã illa, quã homini pręcipit: sed Deus p̃cipit homini dimittere offensam sibi factã, et si iniurians non satisfaciat: ergo vr̃, ꝙ hoc Deus facere possit, & deat. *Tertio.*

CONCLVSIO.

Speciali priuilegio Deum posse offensam remittere absq; vlla satisfactione sine præiudicio sentit hic Doctor, at si sic de facto remittat ipse solus scit, qui solus nouit.

Respondeo, ꝙ de remissione peccati contingit loqui dupliciter, aut de lege communi, aut ex priuilegio speciali. *Responsio. Remittere peccatũ dupliciter est sine satisfactione.*

Primo modo sm̃ omnes nunquã dimittitur actuale peccatum mortale sine aliqua satisfactione: quia sp̃ ad hoc requirit̃ actus pęnitẽdi ĩ quo principalior pars satisfactionis cõsistit.

Secundo modo dicunt etiam multi, ꝙ nullo modo actuale peccatum mortale potest a Deo sine satisfactione remitti, quia Deus peccatum tale dimittere nõ potest sine infusione gratiæ: & quia homo mortaliter peccando oculũ animę clausit, ideo lumen gratiæ ad aĩam intrare non põt, nisi aperiatur per actum pœnitendi:

sicut

sicut neq; lumen Solis potest intrare domum, nisi aperiatur fenestra:& pro hac opinione videtur esse sententia Aug.super Ioan.homel.72 super illud Ioã.14.Maiora horum faciet. Cum ex impio fit iustus, salutem operatur Christus in illo,sed non sine illo.

In opposi-tum. SED contra hoc aliqui arguunt sic: Omnẽ effectum quem facere potest, Deus mediante causa efficiente secũda,facere potest sine operatione illius: sed pręparatio ad gratiam,quã in se facit peccator pęnitẽdo est principaliter a Deo mediante operatione pęnitentis,quę est causa secunda:quapropter dicit Aug.li.13.de trin.c.10.ꝙ merita nostra dona Dei sunt: ergo illam præparationẽ potest Deus facere in peccatore non mediãte aliqua actione ipsius peccatoris. Vnde sine præiudicio mihi videtur,ꝙ quamuis homini quamdiu est in actu peccati mortalis peccatum non posſit remitti: tamen homini obdormienti in peccato mortali Deus posset si vellet habitum charitatis infundere, & sic peccatũ dimittere: quicquid.n.est in peccatore dormiente,bonũ est, excepta deformitate peccati,quę nihil aliud est,quam carentia boni debiti in voluntate, vt in 2.lib. ostensum est: nullum aũt bonum prohibet animam suscipere charitatem, & quãuis malus volũtatis actus quo peccator priuat se bono debito prohibeat quamdiu durat animã suscipere habitũ charitatis: tñ carentia boni debiti prohibere non potest aĩam suscipere præsentiã boni debiti oppositi,si sit agens qui restituat,sicut neque carentia luminis in aere potest prohibere aerẽ a susceptione luminis cũ Sol irradiat: alias.n. pueri non reciperẽt debitam iustitiam qua ante baptismum carent: & si sic Deus dormienti peccata dimitteret, nullam iniustitiã faceret, vt in solutione argumentorum patebit: vtrum autem vnquam per talem modum Deus alicui peccatum mortale actuale dimiserit nobis incertum est: sed quæstio non est de hoc, quod Deus fecit,sed de hoc quod facere posset.

Ad partem negatiuã. ARGVMENTA ad partem primam procedunt de remisſione secundum legem communem,& supposito,ꝙ in peccatore, nec in alio pro eo esset punitum peccatum:aliquidaũt facere ex priuilegio speciali,& raro iusto ordini non derogat qñque, quod tamen cõiter factum derogaret:vnde si quandoq; rex,vt ostendat suam plenitudinem potentiæ,& benignitatem misericordię,vt magis timeatur,& diligatur: parcit aliqñ homini scelerato,nõ derogat iusto regimini regni sui,immo confert qñque qđ tamen sępe iteratũ derogaret: quandoq; ẽt iuste,& ĩ casu põt parcere filio scelerato,cuius pr voluntarie mortẽ sustinuit pro vtilitate regni: similiter dico,ꝙ si Deus ad ostendendum oĩpotentiam suam,& summã bonitatis suę misericordiam aliqñ dimitteret alicui sine satisfactione peccatum, nullã iniustitiam faceret: quia sicut dicit Ansel. prosol.10.c. loquens ad Deum,cum punis malos iustum est, quia illorum meritis conuenit:cũ vero parcis malis iustum est,non quia illorũ meritis,sed quia bonitati tuæ condecens est. Et infra: Facis,quod decet te summe bonum,sic itaque sine repugnantia iuste punis,& iuste parcis, nec sic faciendo relinqueret peccatum totaliter impunitũ,quia Christus nõ tantum pro nostro peccato originali,sed etiam pro peccatis hoĩum actualibus, & præteritis,& sequentibus mortem sustinuit.

AD PRIMVM ad partem aliam dicendũ, ꝙ procedit de causa salutis nostræ,quę fuit incarnatio filij Dei,& eius mors,quę sub merito nostro cadere nõ poterunt: & propter hoc ab Aug.13.de trin.c.19.dicitur, Summa gratia. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum,ꝙ Deus Paulo immisit gratiam gratis datam, per quã a mala voluntate cessauit,& ita perfecte pœnituit,ꝙ quasi statim est secuta remisſio peccatorũ. Vel potest dici, ꝙ illa remisſio non fuit secundum legem communem,sed ex priuilegio speciali. *Ad secundum.*

Ad tertium dicẽdum, ꝙ sicut dicit Ansel.1. lib. Cur Deus homo, c.12.in hoc,ꝙ Deus nobis præcipit peccantibus in nos dimittere offensam,etiam si nobis non satisfaciant:& tñ ipse peccatum sine aliqua satisfactione non dimittit de lege cõi nulla est repugnantia: quia Deus hoc nobis præcipit,vt non præsumamus quod solius Dei est:ad nullum.n.pertinet vindictã facere, nisi ad illum, qui dñs est omniũ: nam cum terrenæ potestates hoc recte faciunt ipse facit,a quo ad hoc ipsum sunt ordinatæ. *Ad tertiũ.*

QVAESTIO VIII.

Vtrum sufficienter enumerentur partes satisfactionis, s. oratio, ieiunium, & eleemosyna.

D.Bon. vbi supra q. 4 D.Th.4.sẽ. dist.15.q.1 ar. 4 q.3. Scot.vbi su. Alex. p. 4. q.25. m. 1.

CONCLVSIO.

Si animaduertantur bona per quæ satisfacimus, si peccati causas,quas per satisfactionẽ excedimus, si eos denique in quos peccamus satisfactionis partes sufficienter enumeratas reperiemus.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sic:& hoc tã ex parte bonorũ,per quę satisfaciendũ est, & ex parte causarũ peccati,quę per satisfactionẽ, prout nunc est posſibile sunt excidendę,quã ex parte illorũ,cõtra quos peccatũ cõmittitur: de bonis.n. nostris debemus satisfacere:& sm̃ Phil.1.ethic. c.10. Tria habemus bona, s.bona fortunæ,quæ vocat bona exterius:& bona corporis,& bona aĩæ:de bonis exterioribus satisfacimus per eleemosynã,qua compræhenditur totum quod expenditur in proximorũ vtilitatem: de bonis corporis satisfacimus per ieiuniũ, sub quo cõpręhenditur quicquid pertinet ad corporis afflictionẽ:de bonis aĩę satisfacimus per orõnẽ, sub qua cõpręhenditur quicquid Deo exhibetur per latrię virtutem. Tres etiam sm̃ Io.in 1. can.sua, c.2. sunt peccatorum causæ,concupiscentia carnis,quæ prout posſibile est,exciditur per ieiuniũ:&cõcupiscentia oculorũ,cõtra quã ordinatur eleemosyna:& superbia vitę,cõtra quam ordinatur oratio. Vt etiam habitum

est libr. 2. contingit hominem peccare contra seipsum, cōtra quod ordinatur ieiunium: & in proximum, contra quod ordinatur eleemosyna: & in Deum, contra quod ordinatur oratio, quæ per appropriationem dicta sunt: hæ satisfactionis partes ponuntur de pœn. dist. 6. §. 1.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur 8.

Primo, vtrum dare eleemosynam sit actus virtutis.

Secundo, vtrum cadat sub præcepto.

Tertio, vtrum magis sit satisfactoria inter partes satisfactionis.

Quarto, vtrum eleemosynæ corporales præferendæ sint spiritualibus eleemosynis.

Quinto, vtrum de quolibet bono sit eleemosyna facienda.

Sexto, vtrum licitum sit cuilibet eleemosynam facere.

Septimo, vtrum aliquis possit facere eleemosynam sibijpsi.

Octauo, vtrum eleemosyna danda sit malis.

QVAESTIO I.

Vtrum dare elemosynam sit actus virtutis.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4 d. 15. p. 2 dub. 5. D. Th. 4. sē. dist. 15. q. 2 ar. 1. q. 3.



ET VIDETVR ꝙ non: quia dare eleemosynā est actus misericordiæ: sed misericordia non est virtus: quia secundum Phil. 2. ethic. 5. c. nulla passio est virtus: & sicut dicit Damasc. lib. 2. c. 27. misericordia est species tristitiæ, tristitia vero passio est: dare ergo eleemosynam non est actus virtutis.

Secundo. Itē circa exteriora bona de quibus fit eleemosyna nō sunt nisi tres virtutes, s. liberalitas, magnificētia, & iustitia, vt colligi potest ex verbis Phil. 2. ethic. c. 7. Sed dare eleemosynā non est actus liberalitatis: quia liberalis non attenditur per indigentiam eius cui dat, nec magnificentiæ: quia secundum Phil. 4. ethic. c. 5. Magnificentia nō est, nisi circa magnos sumptus: misericordia autem circa magnos, & paruos: nec iustitiæ, quia sicut dicit Aug. 19 de ciuit. c. 21. Iustitia virtus est, quæ sua cuiq; distribuit: sed misericordia dat illud, quod est dantis proprium, non illius cui datur: ergo dare eleemosynam nullius virtutis est actus.

Tertio. Item actus virtutis semper est rectus: sed datio eleemosynę potest esse non recta, vt cum sit ex vanagloria: ergo non est actus virtutis.

In oppositum. CONTRA, vt superius habitum est, pœnitentia est virtus, & satisfactio actus pœnitētiæ, & datio eleemosynæ species satisfactionis, ex quibus sequitur, quòd sit actus virtutis.

Secundo. Itē, misericordia contrariatur inuidię: quia sicut dicit Damasc. lib. 2. cap. 27. Inuidia est tristitia in alienis bonis: misericordia est tristitia in alienis malis: cum ergo inuidia sit vitium, & contrarium vitij sit virtus, misericordia est virtus: sed dare eleemosynam est actus misericordiæ: ergo est actus virtutis.

CONCLVSIO.

Detur eleemosyna sub circunstantijs debitis, & ipsa virtutis actus proculdubio erit.

RESPONDEO, ꝙ dare eleemosynam sub circunstantis debitis actus est virtutis, vel vt principij, scilicet cum elicitur a virtute, vel vt termini, scilicet cum datur a non habente habitum virtutis: disponente se tamē per hoc ad virtutem: dare enim eleemosynam sub circunstātijs debitis semper est actus rectus: actus autem voluntarius rectus, vel elicitur per virtutem, vel disponit ad virtutem. Responsio.

AD PRIMVM, in oppositum dicendum, quòd misericordia potest accipi pro passione, & sic non est virtus, vel pro habitu voluntatis quo habilitatur ad subueniendum propter Deum miseriæ indigentis, & sic est virtus, primo modo ponitur a Damasc. species tristitiæ. Ad primū.

Ad secundum dicēdum, quòd dare eleemosynam actus est liberalitatis: quia quamuis nō omnis liberalitas attendat indigentiam illius cui datur: tamen vna species eius hoc attendit, & illa est misericordia, cuius actus est eleemosynam dare: & sic cum liberalitas sit aliquo modo pars potentialis iustitiæ, dare eleemosynam magis videtur pertinere ad iustitiam, quam ad aliquam aliam quatuor Cardinalium virtutum. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, quòd dare eleemosynam non est actus virtutis, nisi cum est debito modo circunstantionatus, & sic nunquam potest esse, nisi rectus. Ad tertiū.

QVAESTIO II.

Vtrum dare eleemosynam cadat sub pręcepto.

Arg. 1. D. Th. vbi supra q. 4.

ET VIDETVR ꝙ non: Licitum est vnicuique retinere quod suū est: sed homo facit eleemosynam de suo: ergo homini non dare eleemosynam licitum est, quod nō esset verum, si dare eleemosynam caderet sub præcepto.

Secundo. Item si esset præceptum reduceretur ad vnum de decem præceptis, non ad præceptum negatiuum, quia dare eleemosynam aliquid affirmatiuum est: nec ad præceptum affirmatiuum, quia non ad aliquod præceptum affirmatiuum primæ tabulæ, quia illa pertinent ad virtutem latrię, vt in libro 3. dist. 37. ostensum est, nec ad præceptum affirmatiuum secundæ tabulæ, quia non est nisi vnum, scilicet de honoratione parentum: ergo dare eleemosynam non cadit sub præcepto.

Tertio. Item si esset sub præcepto, tunc quotienscūque habens homo vltra id quod sibi necessarium est, non daret illud indigenti petēti, mortaliter peccaret, quod falsum est.

In oppositum. CONTRA, illud cadit sub præcepto sine quo charitas esse non potest: sed sicut dicit Ioan. in 1. cano. sua, cap. 3. qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo, quasi dicat,

dicat, non manet: ergo dare eleemosynam cadit sub præcepto.

Secundo. Item secundum Philosophum. 5. ethi. cap. 2. lex dat præcepto de actibus omnium virtutū, sed vt in præcedenti quæstione habitum est, dare eleemosynam est actus virtutis: ergo est sub præcepto.

CONCLVSIO.

Eleemosynam dare lex tùm naturalis tùm diuina, tùm positiua præcipit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ dare elemosynam, est sub præcepto legis naturæ, & legis diuinę, & legis positiuę: lex eñ naturalis præcepit proximum vere diligere non tantummodo affectu, sed etiam effectu, quia non est verus effectus nisi sequatur effectus si possibile est: qui ergo indigentiæ fratris non subuenit, non veraciter ipsum diligit, quod volens innuere beatus Io. dicit in prima cano. sua. ca. 3. Filioli non diligamus verbo neque lingua tātum, scilicet sed opere, & veritate.

Lex etiam diuina hoc præcipit, quia vt habetur Math. 25. Christus improperabit reprobis maxime defectus misericordię operum.

In iure canonico præcipitur, vnde decre. dist. 86. Fratrem nostrum, dicitur de quodam Episcopo, largam manum habeat, necessitatē patientibus occurrat, alienam inopiam suam credat, quia si hoc non habet Episcopi vacuū nomen tenet, & infra ead. dist. Non sitis & ca. pasce, sic dicitur, quos in pascendo homines seruare poteris, si non paueris occidisti. & 7. q. 1. Omnis, dicitur quod qui negant misericordiam faciendam fugientibus, & necessitatem patientibus ipsum Christum negāt, qui est misericordia. Sed cum sit præceptum affirmatiuum quamuis obliget semper, non tamen pro semper, sed pro loco & tēpore: consideranda enim est facultas habentis, & miseria indigentis: si enim homo habeat aliquid quod non sit necessarium sustentationi suæ naturæ, nec illorum, quibus tenetur prouidere, sicut sunt vxor, filij, serui, & ancillę, & sic tam notabilis necessitas, seu indigentia ex parte illius cui dandum est, ꝙ immineant probabilia signa extremę necessitatis, tunc habens tenetur ex præcepto subuenire indigenti, si etiam homo habeat aliquid superfluum non tantum sustentationi naturæ, sed etiam decentiæ sui status, tenetur de illo eleemosynā facere indigētibus, etiam si non inuenirentur tales qui essent constituti in necessitate prædicta. Et si plures occurrant indigentes, quibus omnibus subuenire non possit, tenetur cęteris paribus, magis indigenti subuenire.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ superfluum sustentationi tuæ naturæ, & si sit tuum proprium quantum ad dispensationem, seu auctoritatem administrandi, quantum tamē ad vsum, illorum est in quibus vides signa probabilia imminere necessitatis extremę, nisi subueniatur eisdem: a simili aliquo modo dico de superfluo decedentiæ tui status respectu indigentium citra prædictam necessitatē. Vnde cōtra illos qui de superfluo modis prędictis indigentibus subuenire nolunt, dicitur decre. dist. 47. sic. Esuriētem panis est, quem tu detines: nudorum vestimētum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis: & in hoc apparet, ꝙ eleemosynā dare eo modo quo cadit sub præcepto multum participat de ratione actus iustitiæ. Vnde & glo. sup illud Mat. 5. Cum facis eleemosynam, dicitur eleemosyna est pars iustitiæ, & quamuis huius præcepti transgressores non semper puniantur lege humana, puniuntur tamen lege diuina, secundū enim sententiam Aug. 1. lib. de li. ar. longe ante medium, multa impunita iuste relinquūtur lege humana, quæ tamen iuste vindicantur lege diuina. Ante medium capituli.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ hoc pręceptum reducitur ad præceptum de honoratione parentum, sub quo compræhenduntur præcepta affirmatiua de operibus pietatis.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ non dans eleemosynam in casibus supradictis mortaliter peccat, alias autem dare eleemosynam est consilium, non præceptum.

QVAESTIO III.

Vtrum dare eleemosynam sit magis satisfactorium inter partes satisfactionis.

Art. 1. D. Bo. lib. 4. d. 15. p. 2. a. 1 q. 4 collate. D. Th. 4 sē. dist 15. q. 2. ar. 2. q. 2. ET VIDETVR ꝙ non: Auic. 10. meta. ca. 3. loquens de obsequijs quę impenduntur propter Deum, dicit, ꝙ ex his omnibus obsequijs illud est acceptabilius, per quod agens paratur, quasi sit loquens in Deo & tendens in ipsum, & ad ipsum factus quasi possunt ei, & hoc est oratio.

Secundo. Item cum per satisfactionem sint causæ peccatorum excidendę, illud magis est satisfactorium, quod est contra peiorem radicem peccati, sed illa est superbia vitæ, contra quam est directa oratio: ergo oratio est magis satisfactoria inter satisfactionis partes.

Tertio. Item, satisfactio facienda est per opera pęnalia, sed ieiunium magis est pęnale quam donatio eleemosynę: ergo magis est satisfactorium quam eleemosyna.

In oppositum. CONTRA, illud magis est satisfactoriū, cui maxime appropriat scriptura contrariari peccatis, sed eleemosyna est huiusmodi, vnde Eccl. 3. Ignem ardētem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: ergo elemosyna est maxime satisfactoria.

Secundo. Item postquam Thobi. 12. dictum est, bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna: de eleemosyna spiritualiter subiungitur, quantū eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccatum, & facit inuenire vitam æternam: ergo videtur ꝙ sit magis satisfactoria eleemosyna quam ieiunium vel oratio.

CON-

CONCLVSIO.

Et ratione augmenti gratiæ, & ratione continentiæ eleemosyna in satisfactione orationem vincere, & ieiunium superare videtur.

opi. D. Bon. resp. In satisfactione tria consideranda sunt. AD ISTAM quæstionem dicunt quidam, ꝙ in satisfactione tria sunt, scilicet vitatio culpæ, ad quam maxime valet oratio: solutio pœnæ, ad quam maxime valet ieiunium: augmentum gratiæ, ad quod maxime valet eleemosyna. Et quia augmentũ gratiæ nobilius est, quã vitatio culpæ, quia nõ vitatur malum nisi propter bonum: & quodlibet istorum melius est quã solutio pęnę: ideo inter partes satisfactionis vtilior est eleemosyna, & oratio vtilior, quam ieiunium. Quam cõclusionem concedo.

Eleemosyna debite facta continet orationem, & ieiunium. Aliter tamen possum eam declarare: eleemosynam enim debita intẽtione facta aliquo modo virtutem continet orationis, & ieiunij: quia eleemosyna eum cui datur obligat ad orandum, & ieiunandum, & alia bona faciendũ si adest facultas pro dante: eleemosyna etiam inquantum datur propter Deum, est quasi quædam oblatio Deo facta: oblatio autem facta Deo aliquam vim habet orationis, inquantũ etiam exteriora bona sunt ad substẽtationem corporis, subtractio eorum per eleemosynam aliquo modo virtutem continet ieiunij, oratio similiter virtute aliquo modo continet ieiunium, quia in oratione animam regimini corporis minus intendit, & ex continenti corpus debilitat: sicut ergo virtuosior est anima intellectiua, quam sensitiua: quia continet ipsius virtutem, & plus: & sensitiua, quam vegetatiua, quia continet eius virtutem & amplius: sic magis est satisfactoria eleemosyna, quam oratio: & oratio, quam ieiunium: quamuis eleemosyna non tantum excedat orationem, & ieiunium in esse moris, quantum anima intellectiua excedit sensitiuam, & vegetatiuam in esse naturæ.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ oratio secundum essentiam dignior est, quã donatio eleemosynę: sed tamen quantum ad vsum vtilius est dare eleemosynam, quam orare, & sic debet intelligi verbum Auic. quia tamen oratio, & ieiunium retrahunt a peccato, non tantum per modum meriti, sed etiam per modum consuetudinis contrariæ: ideo de illo demonio quod erat deputandum ad inclinandum homines ad malam consuetudinem, dicitur Matth. 17. ꝙ eijci non potest, nisi per orationem, & ieiunium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ contra superbiam vitæ, est etiam eleemosyna, quia vt superius habitum est, continet aliquam orationis virtutem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ, ꝙ in satisfactione plus attendenda est bonitas quam pęnalitas: eleemosyna autem melior est ieiunio, quamuis ieiunium sit pęnalius simpliciter: quod ideo dico, quia aliquibus pęnalius est eleemosynam dare, quam ieiunare.

QVAESTIO IIII.

Vtrum eleemosynæ corporales præferendæ sint spiritualibus eleemosynis.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. dub. 3. D. Tho. vbi supra. ar. 3. q. 3. ET VIDETVR ꝙ sic: Matth. 25. vbi Christus prædicit omissiones operum misericordiæ, quæ improperabuntur reprobis in iudicio, non fit mentio nisi de omissionibus eleemosynarum corporalium, quod non fieret nisi corporales essent spiritualibus præferendæ.

Secundo. Item corporalis eleemosyna præferẽda est orationi, sed de oratione potest fieri eleemosyna: qui enim orat pro alio, sibi misericordiã impendit: cum ergo oratio sit res spiritualis, eleemosyna corporalis pferẽda est spirituali.

In oppositum. CONTRA, spiritus præfertur corpori: ergo a simili & eleemosyna spritualis præferenda est corporali.

Secundo. Item decre. dist. 45. Duę. Eleemosyna cordis multo maior est, q̃ eleemosyna corporis.

CONCLVSIO.

Spirituales eleemosynæ indigentiæ animæ, quæ maior est indigentia corporis subuenientes, cæteris paribus in satisfactione sunt corporalibus præferendæ.

Responsio. Eleemosynæ sunt in quadruplici differentia. RESPONDEO, ꝙ sunt eleemosynę pure corporales, vt cum datur vel fit aliquid corporale ad subuentionem corporalis indigentiæ proximi, quæ sunt septem, visitare infirmum, potare sitientẽ, cibare esurientem, redimere incarceratum, vestire nudum, recipere hospitẽ, sepelire mortuum, quę hoc versu continentur:

Versus. *Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.*

Quędam sunt pure spirituales, scilicet cum datur, vel cum fit aliquid spirituale ad subueniendum spirituali indigentiæ proximi, & sic secundum Aug. enchi. 40. cap. qui dimittit corde illi a quo offensus est, vel orat vt ei dimittatur, eleemosynam facit.

Aliæ sunt corporales ratione dati, vel facti, & spiritales ratione indigentiæ, ad quam subleuandam datum vel factum ordinatur: vt cũ aliquis verbo instruit ignorãtem, vel verberæ castigat peccantem, vel per aliquod donum, vel aliquid aliud sensibile consolatur tristem. Vnde secundũ Aug. vbi prius. Eleemosyna est facere tristi consolationem, ostendere erranti viam, dare deliberanti consilium, & verberę emendare, vel coercere peccantem.

Aliæ sunt spirituales ratione dati vel facti, & corporales ratione indigentię, ad cuius subuentionem ordinatur datum vel factum, vt cũ aliquis Deum orat, vt corporali indigentiæ ꝓximi subueniat, & omnes istę eleemosynę, quę non sunt pure corporales reducuntur ad 6. scilicet ad docere ignorantem, quod potest esse respectu agibilium, vel respectu speculabiliũ, & talis eleemosyna est doctrina, & castigare delinquentem, & consolari tristem, & remittere delinquentibus in hominem, & supportare

aliorum

aliorum infirmitates, & pro alijs orare, quæ continentur in hoc versu.

Versus. Cósule castigat solare remitte fer ora. Eleemosynę spirituales primo & secúdo modo dictę præferendę sunt cęteris paribus corporalibus eleemosynis, quia cum satisfacere sit causas peccatorum excidere, & eorum suggestionis non aditum indulgere, & hoc maxime potest fieri per gratiam Dei, quam efficacius merentur spirituales eleemosynę, quam corporales: quia indigentiæ animæ, quæ maior est quã indigentia corporis subueniunt, magis sunt cęteris paribus satisfactoriæ: quod ideo dico, quia homo ita exiliter posset orare, vel docere ad subueniendum indigentię spirituali proximi, & ita efficaciter laboratur ad subueniendum indigentiæ corporali: vel indigentia spiritualis esse potest tam parua, corporalis autem tam magna, ꝙ eleemosyna corporalis prę ferretur spirituali: eleemosynę autem spirituales tertio mõ dictę non videtur mihi corporalibus præferẽdę, quia quamuis oratio sit quid nobilius, quam cibus vel potus, tamen non ita ordinatur ad subueniendum indigentiæ corporali. Ad præferendum autem eleemosynam vnam alij non tantum respiciendum est ad indigentiam cui debet subueniri, & ad factum quod ad hoc debet ordinari, sed etiam ad cõuenientiam vnius ad aliud. Vtrum autem eleemosynę spirituales primo modo dictę pręferendę sint eleemosynis spiritualibus secundo modo dictis, videri potest per illud quod superius habitum est lib. 3. de comparatione vitę contemplatiuę ad actiuam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ibi Christus fecit mentionem spiritualiter de eleemosynis corporalibus non vt ostenderet eas spiritualibus præferendas, sed ne aliquis extimare posset eas non esse necessitas ad salutem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quando eleemosyna inter partes satisfactionis pręfertur orationi, non distinguitur eleemosyna ab illa quę fieri potest de oratione: & ego concedo, ꝙ oratio, inquantum homo per eam subuenit indigentię animę suę, & proximi magis est satisfactoria, quam inquantum per eam vacat contẽplationis dulcedini, quia & si tertio modo sit dignior in essentia, primo tamen modo ratione vsus magis est meritoria. Neq; videatur tibi distinctio friuola, quia similem distinctionem facit August. 11. de ci. cap. 16. vbi ratione vsus panem pręfertur muri, & nummos pulicibus, quamuis ratione dignitatis essentię sit econtrario.

D Bon. vbi sup. ar. 2. q. 1. D. Tho. ibi di. ar. 4. q. 1. & 3. Ale. p. 4. q. 33. m. 2.

QVAESTIO V.

Vtrum de quolibet bono sit eleemosyna facienda.

CONCLVSIO.

Eleemosynam de bonis animæ, ac corporis faciendam esse in dubium vertendum non est, at de exterioribus bonis cum ob lapsum naturæ facta sit appropriatio, non potest indifferenter de quacunque re fieri eleemosyna.

RESPONDEO, bonorum tria sunt genera, vt superius dictum est, scilicet animę, corporis, & bona exteriora: de bonis animę potest fieri eleemosyna, vt cum aliquis orat pro alio, vel peccãti in se parcit ex corde, quod est maxima eleemosyna. Vnde Aug. enchi. 4. cap. Ea eleemosyna nihil est maius, qua ex corde dimittimus quod nos quisque peccauit: de bonis corporis, vt etiam cum aliquis seruit infirmis: de exterioribus autem bonis distinguendũ est, quia aut sunt male acquisita, aut bene. Si male, aut licitum est ei, qui acquisiuit ea retinere, aut non: si sic, de illis potest fieri eleemosyna: vnde meretrix de pecunia, quam per meretricium acquisiuit, potest eleemosynam facere: illud enim quod sic acquiritur licite retinere potest: quamuis enim in eo ꝙ meretricatur turpiter agat, & contra legem Dei, quapropter illud quod accipit turpe lucrum vocatur: tamen in accipiendo pecuniam pro eo ꝙ damnificata est contra legem Dei non facit, vnde 14. q. 5. Qui habetis. §. Sed hoc, de peccato aliqua nonnunquã acquiruntur, quę pauperibus iuste erogãtur, de acquisito tamẽ per meretricium non fit sacrificium vel oblatio ad altare propter scandalum, & reuerentiã sacramentorum, vnde Deut. 23. Non offeres mercedẽ postribuli in domo domini Dei tui. Si autem non est licitum ea retinere, aut illis a quibus acceptę sunt conuenit ius repetendi, qualia sunt bona acquisita per vsuram, vel furtum, vel rapinam, & de talibus non debet fieri eleemosyna, sed restitutio, de iureiurando. Ea te. dicitur, ꝙ onus non remittitur, sed augetur, cum cuique improuide soluitur, quod alij ex debito est pręstãdum, sic etiam intellige quod dicitur 1. q. 1. Non est: non est putanda eleemosyna si pauperibus erogatur, vel dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, & 14. q. 5. Nolite, quod sumptum est ab Aug. in li. de verbis domini sermone. 35. ante medium. Nolite velle eleemosynas facere de fenore, & vsuris, & 1. c. Forte prohibetur expresse fieri de rapina, vnde ibidem dicitur. Si totum tribuat pauperibus, quod abstulerat addit potius peccatum, quam minuat.

Bonorũ tria sunt genera

Aut non, competit ius repetendi, quale est bonum acquisitum per symoniam, quod bonum ille qui acquisiuit retinere non potest, extra de symo. De hoc autem, quia contra legem accepit, nec ille qui dedit potest repetere, qa contra iustitiam dedit. Et talis pecunia erogãda est in eleemosynis, & sic datur soli prælato, ita, ꝙ si communitas non est in culpa debet dare ecclesię, in cuius ignominiam data fuit, vt habetur cap. prędicto in text. & in glo. Si autem communitas est in culpa, pecuniam debet restituere alicui monasterio, quod ille qui dedit intrauit in alleuiationẽ monasterij,

& sic intelligi potest illud quod dicitur extra de symo. Veniens. Si autem nullum monasterium intrare voluerit, alijs pauperibus eroganda est.

De bene autem acquisitis distinguendum est, quia aut sunt necessaria illi qui acquisiuit ad sustentationem naturæ, aut non. Si sic, de illis nō debet eleemosynam facere, quia magis tenetur sibi secūdum charitatis legem, quam alij nisi forte in casu in quo subtrahendo sibi ipsi daret alicui solēni personę, de cuius morte immineret notabile detrimentum rei pu. & profectui animarum, sed hoc facere non esset necessitatis, sed perfectionis.

Si non, aut sunt necessaria sibi ad decentiā sui status, aut non. Si non, tenetur de illis eleemosynam facere pauperibus non constitutis in periculo necessitatis extremę. Si sic, non tenetur de illis facere eleemosynam, per quam redderet se impotentem ad viuendum secundum decentiam sui status, nisi pauperibus in tanta indigentia cōstitutis, ꝙ appareant signa probabilia extremę necessitatis, quasi præsentis vel de proximo imminentis. Alijs etiā pauperibus tenet loco & tempore facere eleemosynas non derogantes notabiliter modo viuendi secundum decentiam sui status. Talis enim decentia in indiuisibili non consistit, sed magnam habet latitudinem.

QVAESTIO VI.

Vtrum licitum sit cuilibet facere eleemosynam.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supra. ar. 5. per totum. Alex. vbi supra. m. 4. per totum.

ET VIDETVR ꝙ sic: quia facere eleemosynam omnibus præceptum est. decret. dist. 86. Non satis. §. in singulis quoque, & sumptum est ab Ambro. super Lucam lib. 2. longe ante finem.

Secundo. Item Aug. in quodam sermone dicit, ꝙ de diligendis inimicis nemo vnquam se poterit excusare, quia de corde hanc eleemosynam implere iubemur.

In oppositum. CONTRA, extra de decimis: Tua nobis: nulli licitum est aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem, sed vt dicitur extra de sta. mo. Cum ad monasterium. Prohibemus districte virtute obe. sub obtestatione diuini iudicij, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: ergo monachi non possunt facere eleemosynam.

Secundo. Item ille qui est alij subditus sine illius permissione nihil dare debet, sed vxor est sub potestate viri, vt habetur Gen. 3. & filius in obedientia parentum, vt habetur ad Ephe. 6. & serui subditi dominis, vt habetur 1. Pet. 2. ergo vxoribus, & filijs, & seruis eleemosynas facere non licet.

CONCLVSIO.

Monachus de bonis animæ eleemosinam facere potest, de exterioribus nequaquam absque sui superioris expræssa vel præsumpta licentia: mulier autem viro subdita de proprio lucro, & alijs præter dotem, si vir eis non egeat, vtiquè potest, at de dote, & re mariti non nisi modicas, & communes comparatiuè: filij verò familias qui sunt sub patria potestate, ac serui, itidem nonnisi modicas, & leues: de quibus patrum, ac dominorum beneplacitum habeatur saltem præsumptum, qui omnes prædicti (necessitate vrgente) eleemosynas indigentibus elargiri, etiam assensu superiorum omnino negato, licitè possunt, & debent.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ordo naturalis exigit vt inferiora a superioribus regulentur, & ideo illi qui sunt sub aliena potestate constituti de eis, in quibus alijs subijciuntur ordinare non debent aliter quam eis fuerit a superioribus cōmissum: & quia nullus, ideo alij est subditus quantum ad interiores intellectus & voluntatis actus nisi soli Deo, ideo de illis bonis orando, & corde dimittendo omnibus eleemosynā facere licet: sed quia monachus proprium non habet, ideo de bonis exterioribus non potest eleemosynam facere sine licentia abbatis expræssa, vel probabiliter præsumpta; nisi dispensatio aliquorum bonorum monasterij sibi sit ab abbate commissa, tunc enim de illis potest facere eleemosynas moderatas, & rationabiles secūdum proportionem bonorū quæ sunt sibi ad dispensandum cōmissa. Quia etiam vir est administrator bonorū tanquā caput mulieris, ideo non debet dare mulier eleemosynas sine cōsensu viri expresso, vel supposito, exceptis cōmunibus eleemosynis & paruis, per comparationem ad possessiones eorum, nisi præter dotem quæ ordinatur ad sustentanda matrimonij onera habeat res alias vel ex proprio lucro, vel per alium licitum modum, tunc enim de illis irrequisito assensu mariti potest facere eleemosynas moderatas. Filij etiam familias proprias possessiones nō habent, nec etiam serui, immo serui sunt possessio dominorum, & ideo facere eleemosynas non debent nisi forte aliquis modicas, de quibus possunt præsumere, ꝙ patri, vel dn̄o placeat, nisi aliquorū bonorū esset eis a patribus vel dominis dispensatio commissa. Omnes tamen prædicti licite possunt & debent in casu necessitatis extremę indigentibus subuenire, etiam assensu superiorum non habito expræsse nec præsumpte.

Ad argumenta opposita. Argumenta ad partem primam procedunt de bonis animæ, de quibus quisque habet vsum lib. arbitrio non tantum licite potest, sed tenetur eleemosynam facere.

Ad aliam partem. Ad argumenta ad partem aliam patet solutio ex dictis in quęstione.

QVAESTIO VII.

Vtrum aliquis possit eleemosynam facere sibi ipsi.

Arg. 1. D. Tho. ibidem art. 6. q. 1.

ET VIDETVR ꝙ non: quia iustitia est circa operationes quæ sunt ad alterum, sed dare eelemosynam est actus misericordię quæ est pars iustitiæ, vt superius habitum est: ergo dare eleemosynam

synam non potest esse actus hominis ad seipsum.

Secundo. Item dare eleemosynam effectus est charitatis, sed secundum Greg. in quadam Homel. super illud Luc. 10. Designauit dominus & alios septuagintaduos. Nemo ad semetipsum proprie charitatem habere dicitur: ergo nec aliquis potest eleemosynam facere sibijpsi.

In oppositum. CONTRA, Ecclesiast. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo, sed dare eleemosynam opus est misericordiæ.

CONCLVSIO.

Aliquem eleemosynam dare, & sibimet dare non inconuenit, cum aliquid eius esse posit secundum vnam rationem quo indigeat secundum aliam.

Respons. RESPONDEO, ꝙ hominis ad seipsum nõ potest esse iustitia ꝓprie, & simpliciter dicta, quia homo per iustitiam simpliciter dictam, illud quod non est sibi simpliciter debitum tribuit illi cui simpliciter est debitum. Impossibile autem est, ꝙ eidem homini sit aliquid simpliciter debitum, & non sit ei simpliciter debitũ simul. Vnde dicit philos. 5. ethi. cap. 11. ꝙ non est iniustitia ad quę ipsius simpliciter, quia circa hoc non est iustitia simpliciter dicta. Iustitia tamen metaphorice dicta, quæ est aliqua pars potentialis, vel imitatio iustitiæ simpliciter dictæ potest esse hominis ad seipsum, quia aliquid est non debitũ homini ratione vnius partis, quod debitum est sibi ratione alterius partis: sicut imperare debitum est animę, & subijci debitum est corporis: & ideo cum homo per animam castigat corpus, facit actum iustitię metahporice dictę: misericordia autem nõ est iustitia simpliciter dicta, sed vt superius visum est, cõtinetur sub liberalitate, quæ est pars potentialis iustitię. Vnde non est inconueniẽs ꝙ actus eius qui est dare eleemosynam sit hominis ad seipsum, quia aliquid potest esse suũ secundum vnam rationem, quo indiget secundum aliam. Vnde cum homo pœnitendo dispositiue subuenit indigentiæ animæ suę, illud quod principaliter præsupposito adiutorio Dei suum erat potestatiue, siue effectiue non formaliter sibi dispositiue tribuit formaliter: non enim est inconueniens, ꝙ idem homo sit agens & recipiens idem secundum diuersam, vel secundum aliam, & aliam rationem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ verbum Greg. intelligendum est de homine qui seipsum tantum diligit, & non alium. Verum est enim, ꝙ talis ad seipsum charitatẽ non habet, sed inordinatum amorem.

QVAESTIO VIII.

Vtrum eleemosyna danda sit malis.

Arg. 1. D. Bon. dist. eadẽ dub. 7. D. Tho. vbi sup. q. 2. Ale. vbi su. m. 1. ar. 1. Secundo.

ET VIDETVR ꝙ non: Eccl. 12. Ne suscipias peccatorem.

Item secundum philosophum. 2. Top. Spernẽdum est inimicis benefacere, & si hoc verum est de inimicis hominis multo fortius de inimicis Dei. Sed malus homo inimicus Dei est.

In oppositum. CONTRA, Matth. 5. Benefacite his qui oderunt vos, sed oditores fratrum sunt mali: ergo danda est eleemosyna hominibus malis.

CONCLVSIO.

Etiam malis indigentibus ad sustentationem naturæ debemus eleemosynas dare, sed ad fouendam eorum maliciam nihil debemus eis tribuere.

Respon. In homine malo duo cõsiderãda sũt. RESPONDEO, ꝙ in homine malo duo consideranda sunt, scilicet natura, & vitium, & sicut eius natura, ita debet ex charitate diligi, quòd eius vitium odiatur, vt superius habitũ est 3. lib. sic ita debet per eleemosynam subueniri indigentiæ suæ naturæ, vt per hoc in malitia non foueatur. Vnde. 5. q. 5. Non omnis: & sumptum est ab Aug. in Epistola ad Vincentiũ non multum longe post principium dicitur, ꝙ vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quam esurienti panis frangatur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. Nec est contrarium huic quod dicitur. 86. dis. Non satis. §. pasce. quia ibi loquitur de esuriente ad mortem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est de peccatore, qui eleemosyna sibi facta abutitur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est de inimicis sub ratione qua inimici sunt, nõ sub ratione qua homines sunt non tamẽ teneor eis facere subuẽtionem qua sint potentiores ad exercendum malitiam contra me.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quęritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur octo.

Primo vtrum abstinentia sit virtus.

Secundo vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ.

Tertio vtrum ieiunium sit sub præcepto.

Quarto vtrum omnes obligentur ad obseruantiam huius præcepti.

Quinto vtrum esus carnium frangat ieiunium.

Sexto vtrum gula frangat ieiunium.

Septimo vtrum ebrietas.

Octauo quibus temporibus ieiunandũ est.

QVAESTIO I.

Vtrum abstinentia sit virtus.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 15. p. 2. ar. 1. q. 4. D. Th. 2. 2. q. 147. Ale p. 4. q. 28 m 1.

ET VIDETVR ꝙ non: quia virtus secundum se est laudabilis, sed sicut dicit Greg. in pastorali. cap. 42. abstinentia non nisi ex alijs virtutibus cõmendatur: ergo non est virtus.

Secundo. Item Glo. super illud Rom. 14. Non est regnum Dei esca & potus, dicit ideo horum vsu non acquiritur regnum Dei, sicut nec amittitur, & parum post dicitur, nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed quælibet

bet virtus est iustitia quædam ordinata ad acquirendum regnum Dei: ergo abstinentia a cibo, & potu non est virtus.

In opposi- tum. CONTRA, illud quod opponitur vitio est virtus, sed abstinentia gulę opponitur, quæ est magnum vitium, quia sicut dicit Greg. in pastorali cap. 42. Gulæ deditus luxuria sequitur: ergo abstinentia est virtus.

CONCLVSIO.

Abstinentia, vt subtractio est cibi, & potus ratione moderata verè virtus est.

Responsio. Abstinētia dupliciter potest capi. RESPONDEO, quod abstinentia potest accipi secundum quod importat subtractionem cibi, & potus absolute, & hoc modo nō dicit virtutem, nec autem virtutis, quia hoc potest fieri bene & male. Alio modo potest accipi secūdum quod importat subtractionem cibi, & potus regulatam ratione, & hoc modo est virtus, quia per eam carnis vitia reprimuntur, vt tamen natura corporis non destruatur, & est virtus specialis ab alijs distincta: suum enim formale obiectum quod est medium in delectationibus secundum gustum per comparationem ad cibum, distinctū est a formalibus obiectis aliarum virtutum, & est pars subiectiua tēperantiæ, sicut declaratum est lib. 3.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod Greg. non intendit negare abstinētiam esse virtutem, immo ibidem etiam virtutem eam dicit: Sed quia vna virtus adiuuatur ex alia, ideo dicit abstinentiam non nisi ex alijs virtutibus commendari. Magis etiam dicit hoc de ea quam de alijs, quia vt ibidem dicit respectu aliarum parua virtus est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod illa Glo. loquitur de abstinentia pro subtractione cibi & potus absolute, non de abstinentia ratione moderata, quod patet quia in eadem Glo. subiungitur iustitiam esse in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia non se corrumpendi per superabundantiam atque opportune sumendi, vel non sumendi.

QVAESTIO II.

Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ.

Arg. 1. D.Tho. vbi supra ar. 2. Alexā. vbi supra ar. 3. ET VIDETVR quod non: quia omnis actus virtutis est in operando, sed ieiunium dicit cessationem ab actu comedendi: ergo non est actus virtutis, & ex consequenti, nec abstinentia.

Secundo. Item omnis virtus est qualitas, vel actus mentis, sed corporale ieiunium est actus corporis: ergo non est actus virtutis abstinentiæ.

In opposi- tum. CONTRA, Isi. 2. lib. de summo bono cap. vlt. Facilius per ieiunium oratio penetrat cęlum: ergo ieiunare est bonus actus, & meritorius, sed omnis talis actus est actus virtutis, sed nō est dare, quod sit alterius virtutis quam sit abstinentiæ, quia vtriusque est idem obiectū.

CONCLVSIO.

Ieiunium abstinentiæ profectò actus est.

Responsio. Ieiunium triplex. RESPONDEO, quod ieiunium tripliciter potest accipi, scilicet pro ieiunio naturæ, & pro ieiunio quod est actus virtutis tantum, & pro ieiunio ecclesiæ.

Primo modo est quilibet ieiunus quolibet die antequam comedat, & tale ieiunium non est actus virtutis abstinentiæ, nec alterius.

Secundo modo ieiunium est actus virtutis abstinentiæ: sic enim ieiunare est refrenare delectationes gustus per comparationem ad cibum secundum regulam rationis, siue homo pluries in die comedat, siue non.

Tertio modo ieiunium institutum est ad satisfaciēdum pro peccatis, ad quod requiritur, quod non solum homo abstineat ab illis, quæ virtus prohibet, sed etiam ab illis quibus alias possemus vti salua virtute, quia qui illicita cōmisit, satisfaciendo debet ab aliquibus licitis abstinere, ita tamen, quod non corrumpatur medium, quod obseruatur a virtute. Vnde ieiunium ecclesiæ, & actum virtutis importat, & quandam superaddit abstinētiam ab illis quæ non corrumpunt medium virtutis, & quia ieiunium est respectu obiecti abstinentię, vt visum est, concedendum est, quòd est virtus abstinentiæ.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod ieiunium ecclesiæ nominat actum secundū quem homo in cibis sumendis se regulat secūdum ecclesiæ statutum, quod est consonum dictamini virtutis. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, quod virtutis abstinentiæ duplex ast actus, scilicet interior, qui est velle refrenare gustum a delectationibus quæ sunt in cibo, & actus exterior qui est ipsa frenatio corporalis, primus est a virtute elicitus, secundus ab ea imperatus. *Ad secundum. Virtutis abstinētiæ duplex est actus.*

QVAESTIO III.

Vtrum ieiunium sit sub præcepto.

ET VIDETVR quod non: Apostolus Rom. 14. Qui non manducat manducantem non iudicet, sed transgressor præcepti bene est iudicandus: ergo ieiunare præceptum non est. *Arg. 1. D.Tho. vbi sup. ar. 3. Alex. vbi supra. m. 6.*

Item illud quod ad modicum vtile est sub præcepto poni non debet, sed sicut dicit Apostolus 1. ad Thi. 4. Exercitatio corporalis ad modicū vtilis est. Cum ergo ieiunium sit quædam exercitatio corporalis sub præcepto poni debet. *Secundo.*

CONTRA August. 1. lib. de lib. arbit. quasi æque distanter inter medium & finem. Temperantia est cohibens appetitum ab his rebus quæ turpiter appetuntur: ergo cum ieiunium actus sit abstinentiæ, quæ species est temperantiæ, temperat appetitum ab his rebus quæ turpiter appetuntur, sed sic appetitum temperare præceptum est: ergo ieiuniū est sub præcepto. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Et ieiunium quod dumtaxat virtutis est actus, & id quod ecclesia instituit, sub pcepto cadere fatemur.

RESPONDEO, quod ieiunium sub præcepto est, *Responsio.*

est, tam ieiunium, quod tantum est actus virtutis, quam etiam ieiunium ecclesiæ, quod quidem ieiunium ecclesia instituit, de conse. di. 5. Quadragesima, & cap. sequēti. Et hoc propter quadruplicem vtilitatem, vna est, quia vitia cōprimit. Vnde decret. di. 35. Sexto die, dicitur de Noe, ꝙ vbi malum ebrietatis agnouit iumētum suum, ideo carnem secundum Glo. ad remedium temperauit supple per abstinentiam, & de conse. di. 5. Sint tibi ieiunia, dicitur de ieiunio, quod curat vulnera delinquentium. Simile habetur dist. 86. Igitur. Mentem etiam eleuat ad spiritualium cognitionem. Vnde Daniel. 9. habetur, ꝙ postquam Daniel orauerat dominum in ieiunio sibi angelo reuelante ministrorum sacramenta cognoscere meruit. Et Isi. 3. lib. de summo bono cap. vlt. per ieiunium occulta ministeriorum cęlestium reuelantur. Per ieiunium etiam ieiunantes ad virtutem disponuntur. Vnde decret. dist. 35. Sexto die dicitur, ꝙ cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis virtus est in ieiunio. Et Apostolus 2. Corin. 12. Cum infirmor tunc potens sum, idest secundum Glo. cum infirmor exterius, tunc potens sum, idest victor efficior. Et de conse. dist. 5. Sint tibi ieiunia, dicitur, ꝙ curatos sanctificet ieiuniū, & de his tribus dicit Greg. in præfatione ad Deum. Corporali ieiunio vitia cōprimis, mentem eleuas, virtutem largiris. Disponis etiam ad vincendum diabolum. Vnde Matth. 17. Hoc genus non eijcitur, nisi per orationem, & ieiunium, & Isi. 2. lib. de summo bono cap. vlti. Ieiunia fortia tela sunt aduersus tentamenta dęmoniorum, cito enim per abstinentiam deuincuntur: prædicta autem ieiunio conueniunt, maxime inquantum per ipsum corpus animæ subiugatur.

Quadruplex vtilitas prouenit a ieiunio.

Ad primū. Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ cum manducare quando alij non manducant, posit esse ex bona causa vel mala, non debet homo hoc interpretari in partem peiorem, quia sicut dicit Glo. ibidem de manifestis non de occultis iudicandum est, manifesta vero sunt quæ non possunt bono animo fieri extra de reg. iu. Estote misericordes, dicitur ꝙ hoc loco nihil aliud nobis pręcipi existimo nisi, vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant in meliorem partem interpretentur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ exercitatio corporali ibi ab Apostolo dicitur esse ad modicū vtilis nō simpliciter, sed in comparatione ad pietatem. Vnde immediate subiungit, ꝙ pietas ad omnia vtilis est.

Ad aliam partem. Argumentum ad partem aliam gratia conclusionis concedendum est, procedit tamen de ieiunio inquantum est actus virtutis tantū.

QVAESTIO IIII.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. ar. 4. Ale. vbi su.

Vtrum omnes obligentur ad obseruationem ieiunij.

Et videtvr ꝙ sic: ieiunium ponitur sub præcepto, sed omnes obligātur ad obseruandum præcepta: ergo omnes obligantur ad obseruandum ieiunium.

Secundo. Item omnes obligantur ad actus cardinalium virtutum, sed ieiunium est actus abstinentiæ, quæ est species temperantiæ, quæ est cardinalis virtus: ergo omnes obligantur ad obseruationem ieiunij.

In oppositum. Contra, extra de reg. iu. Quod non est si quis ieiunium fregerit ægrotus reus voti non habetur.

Secundo. Item ieiunium institutum est ad satisfaciendum pro peccatis, sed cessante causa cessat effectus: ergo illi qui satisfecerunt pro peccatis suis ad ieiunium non tenentur.

CONCLVSIO.

Cuncti e quidem, ijs exceptis qui & legitimam, & rationabilem causam soluendi illud habent.

Respons. Respondeo, ꝙ ieiunium acceptum nō secundum quòd est actus virtutis tantum, sed præcise ratione huius, quod superaddit statutum ecclesiæ, non est de iure naturę, nec diuino, sed de iure positiuo: tali aūt iure prohibentur talia, vel præcipiuntur quæ alias bene, vel male possent fieri: & ideo legislatoris in condendo ius positiuum non est intentio, vel esse non debet obligare homines ad obseruationē illius iuris habentes legitimam causam, & rationabilem non seruandi illud. Vnde extra de obser. ieiu. Consilium dicitur, ꝙ legi non subiacet necessitas. Sunt autem plures personę habentes causam legitimam, quare melius est eas non obligari ad ieiunium, quam obligari, scilicet pueri, mulieres pręgnantes, ęgrotantes, nimium senes, cum graui labore victū necessariū lucrantes, & ad loca sancta peregrinātes, & victū necessarium ostiatim mendicātes.

Quæ personæ non obligentur ad ieiunan.

Pueri quare non teneantur. Pueri propter quatuor rationes. Vna quia est in eis caloris magnitudo, quę multum consumit. Alia suę humiditatis, quamuis multa sit, spissitudinis defectus, propter quod facilius consumptibilis est. Alia quia nutrimentum in eis est materia operationis duplicis virtutis, scilicet nutritiuę & augmentatiuę: 4. quia non ita in eis, sicut in prouectis necessaria est compręssio vitiorum ad quam maxime constitutum est ieiunium.

Mulieres pgnantes quare non sint obligatæ. Mulieres pręgnantes propter duas rationes. Vna est, quia debent accipere cibum non tantum pro se, sed pro nutrimento fętus. Alia est, quia pręgnantes consueuerunt habere varia & inordinata desideria ciborum diuersorum, & quandoque ita intensa, ꝙ nisi aliquo modo possent appetitui satisfacere, posset esse periculum periclitationis fętus.

Egrotorum causa. Egrotantes, quia in eis natura debilis est, & ideo si daretur eis vna vice simili totum id quod est necessarium conuenienti sustentationi suæ naturę grauaretur, & si datur pluribus vicibus confortatur natura & vigorat: & ideo in illis infirmitatibus in quibus confert abstinentia, etiam ad ieiunium non tenentur, quia & si conferat abstinentia a multo cibo, non tamen

men confert eis totum quod accipere debent sumere simili, sed magis pluribus vicibus. Et propterea propter inordinatione naturæ quãdoque valde parum possunt accipere vna hora, & residuum sufficientiæ possunt accipere alia hora.

Nimium senes, quare. Nimium senes, quia in eis calor, & virtus debilis est, & quamuis sint sicci siccitate opposita humiditati naturali, superabundat tamẽ in eis humiditas accidentalis ex indigestione causata: Vnde si totus cibus quem natura eorum requirit pro die naturali ab eis sumeretur vna vice, nimium obtunderetur in eis, & grauaretur naturalis calor, & non possent cibum conuenienter digerere.

Quærentes victum cũ graui labore, quare non sint astricti. Cum graui labore victum necessarium lucrantes, quia in talis magna fit humidi consumptio, nec cum ieiunio possent commode efficaciter operari. Debent tamen si adsit facilitas a suo sacerdote petere dispensationem non ieiunandi, & ille debet eis concedere. Qui tamen operarios conducere nolunt in diebus ieiunabilibus, nisi sub hac conditione, ꝙ non ieiunent a peccato non excusantur. Si autem victum necessarium possunt acquirere cum labore, quem conuenienter exercere possunt cũ ieiunio, tunc a fractione ieiunij non excusant.

Peregrinantes. Ad loca sancta peregrinãtes, si sit talis peregrinatio, quæ commode differri non possit vsque post tempus ieiunij, vel anticipare illud, & tanti laboris, ꝙ cum illo commode ieiunare non possint.

Medicãtes hostiatim. Victum necessarium hostiatim mẽdicãtes, quando simili tantum habere non possunt de eleemosyna hora comestionis, ꝙ ad victum totius diei commode sufficiat, vel etiam quãdo ex præcedenti inedia debilitati ieiunium sufferre commode possunt.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ieiunium ecclesiæ superaddit aliquam supererogationem vltra id quod sufficeret ad actũ virtutis abstinẽtiæ: & ideo non sequitur, ꝙ quicunque tenetur ad illud ieiunium quod sufficit ad actum virtutis, teneatur ad ieiunium ecclesiæ.

Ad aliam partem. Ad secundum argumentum ad partem aliã dicendum, ꝙ ieiunium non tãtum institutum est ad satisfactionem pro peccatis præteritis, sed etiam ad præcauendum a futuris: & ideo illi qui pro peccatis suis satisfecerunt adhuc ad ieiunium tenentur.

QVAESTIO V.

Vtrum esus carnium frangat ieiunium.

Arg. 1. D. Th. 4. dist. 15. q. 3. ar. 4. q. 2. Ale. p. 4. q. 28. m. 8. ar. 1.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia ieiunium institutum est ad reprimendũ carnalem concupiscentiam: sed vinum magis excitat concupiscentiã, quam esus carnium, iuxta illud Prouer. 20. Luxuriosa res est vinum: cum ergo ieiunantibus licitum sit vinum bibere, multo fortius licitũ est esus carnium.

Secundo. Item aliqui sunt cibi magis delectantes gustum, quã aliquę carnes grossę, & tamen illis ieiunantibus non interdicuntur: ergo nec esus carnium grossarum.

In opposi-tum. CONTRA, in diebus sabbatorum a carnibus abstinere debemus de conse. di. 5. Quia dies: ergo multo fortius ĩ dieb' ieiunabilibus.

Secundo. Item decret. dist. 4. Denique. Par est vt qui his diebus a carne abstinemus animalium ab omnibus, q̃ sementinã attrahunt originẽ carnis ieiunemus, a lacte, videlicet, caseo & ouis.

CONCLVSIO.

Cum ad frenandã carnis concupiscentiam sit institutum ieiunium, ad quam commouendam caro admodum valet, illius esu ieiunium frangi non est ambigendum.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ieiunio ecclesiæ annexa est abstinentia ab esu carnium, sicut patet per decretum 2. allegatum ad partem secundam, quia esus carnium multum commouet carnis concupiscentiam, ad quam domãdam & refrenandam simpliciter institutum est ecclesiæ ieiunium.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicunt quidam, quam esus carnium magis commouet cõcupiscentiam, ꝙ vini potus: quia cum ad incitationem concupiscentiæ concurrant tria, scilicet abundantia caloris & spirituum, & seminis, ex esu carnium multiplicatur semen, quia in ea multum est de nutrimẽto: & ideo ex eius esu maxime multiplicatur superfluitas tertiæ digestionis, quæ seminis est materia, vt ostensum est. li. 2. Ex esu ventosorum multiplicatur abundãtia grossorum spirituum, ex potu vini caloris abundantia, & secundum illos abundãtia seminis magis est incitatiua concupiscentiæ, quam abundantia caloris, maxime causati ex potu vini, quia illa cito euanescit, & calor in semine manet.

Ad incitationem cõcupiscentiæ tria concurrunt.

Obiectio. Sed contra hoc argui potest sic. In excitatione concupiscentiæ causa efficiens est calor, & materia est semen: magis autem est causa rei efficiens, quam materia: ergo potus vini magis est causa excitationis concupiscentiæ, quã esus carnium.

Euasio. Et si dicis, ꝙ cito euanescit, nõ obstat, quia non ita cito euanescit, sicut potus iteratur.

Item ad hoc arguunt per experientiam, quãuis enim in mulieribus magis abundet superfluitas tertiæ digestionis, quã in viris, non tamen feruet per se in eis, ita carnalis concupiscentia propter debilitatem caloris respectu caloris virorum, quãuis propter minorẽ vsum rationis non frenãtis concupiscentiã, interdũ magis in eis ferueat, quam in viris. Flegmatici etiã quãuis plus habeant de superfluitate tertiæ digestionis quã cholerici, tamen quia in cholericis fortior est calor magis feruet in eis appetitus carnalis concupiscentiæ quã in flegmaticis, quamuis flegmatici propter abundã

tiam

tiam feminis plus possent illum actum exercere, quam cholerici.

Esus carnium quare magis prohibetur ieiunantibus quam potus vini. Secundum igitur istos dicendum est ad argumentum, ꝙ ecclesia magis interdicit ieiunantibus esum carnium, quam vini potum duplici ratione. Vna est, quia difficilius est abstinere a potu vini, quam ab esu carnium: & ideo si ecclesia interdixisset vini potum, plures fuissent expositi periculo transgressionis, quam per interdictum esus carnium. Alia est, ꝙ ieiunium frequenter tristitiam excitat, & vinum lętificat, iuxta illud Psal. 103. Et vinum lętificet cor hominis: & ideo congruentissime ieiunantibus vsus vini permissus est.

Ad secundum. Ad secundũ dicendum, ꝙ leges datę sunt ꝓpter ea, quæ vt in pluribus accidũt, vt in pluribus aũt esus carniũ magis delectat carnis naturam, quam esus piscium, vel pulmentorum.

Ad aliam partem. Primum ad partem aliam, scilicet de abstinentia carnium in die sabbati intelligendum, vbi talis est consuetudo, aliter non nisi de congruo. Vnde Gloss. ibidem dicit, ꝙ consilium est, nisi vbi consuetudo est, quòd abstineant, tunc enim est pręceptum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud quod ibi dicitur de caseo, lacte, & ouis, non est necessarium obseruari, nisi quadragesimali ieiunio, nisi vbi cõsuetudo est ab his abstinere in quolibet ieiunio ecclesiæ.

QVAESTIO VI.

Vtrum gula frangat ieiunium.

Arg. 1. Alexã. vbi supra ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: quia quicquid frangit ieiunium est peccatum mortale: sed secundum sententiam Aug. de bono coniugali, non longe vltra medium, Non omnis gula est peccatum mortale: ergo gula non frangit ieiunium.

Secundo. Item decretorum. di. 4. Denique dicitur de ingurgitantibus se, ꝙ cum venia suo relinquẽdi sunt ingenio, ne forte peiores existant si a tali consuetudine prohibeantur: ergo tales, quamuis sint gulosi mortaliter non peccant, & ex consequenti ieiunium non frangunt.

Tertio. Item dissolute loqui, & ludere cum iuuenculis magis excitat carnalem concupiscentiã, quam gula: sed tales non frangunt ieiunium: ergo nec gulosi.

In oppositum. CONTRA, C. de legibus. Non dubium, in l. Non dubium, est in lege committere eum ꝗ verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, sed ille qui in diebus ieiunabilibus semel tantum comedit, & tamen cum vitio gulę, quamuis seruet statuti litteram, quia non comedit, nisi semel: non seruat tamẽ statuti mentem, quæ est vitium concupiscentiæ carnis reprimere: ergo talis frangit statutum.

Secundo. Item decretorum. di. 41. Delitiæ viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ: sed quod abstinentiæ profectum impedit frangit ieiunium: ergo gula, quæ est in auiditate sumptionis cibi frangit ieiunium.

CONCLVSIO.

Quãuis per peccata oĩa frangatur generale ieiuniũ illudq; quod abstinentiæ actus est per gulã, quæ est vnũ ex septẽ capitalibus vitijs, bina tamen comestio, ciborũ vetitorũ sumptio, nec nõ horæ notabilis antecessio ipsum ab ecclesia institutũ specialiter frãgũt.

Responsio. Ieiunium est triplex. RESPONDEO, ꝙ triplex est ieiunium. Vnum scilicet ab iniquitatibus abstinere, & ab illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium: de cõse. di. 5. Ieiunium: & hoc ieiunium frangitur per quodcunque mortale peccatum. Aliud quod est actus virtutis abstinentiæ, de quo dicitur eadem di. Sit tibi quotidiana: Sit tibi quotidiana ieiunij refectio facietatem fugiens. Et hoc ieiunium frangitur per gulam, quæ est mortale peccatũ. Tertiũ est ieiuniũ institutũ ab ecclesia, & hoc ieiunium frãgitur per quãlibet gulã, ꝗ est peccatũ mortale, inquãtum hoc ieiuniũ includit illud, quod est necessariũ ad actũ virtutis abstinẽtiæ. Sed quantũ ad illud quod additur ex statuto ecclesiæ specialiter frangitur per gulã, quæ est in comedendo plus, quam semel, vel in comedendo cibos qui interdicuntur ieiunantibus, & in ꝑueniendo nimis notabiliter horã comedendi ab ecclesia determinatam de cõse. di. 1. Solẽt.

Ad primũ. Gula quinque modis cõmittitur. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quinque modis cõmittitur gula, vt habetur de cõse. di. 5. Quinque: aliquando enim homo indigentiæ tempora præuenit, aliquando tempora nõ ꝑuenit, sed cibos lautiores ꝗrit. i. præciosos: aliqñ quę sumẽda sunt expetit accuratius. i. cũ nimia sollicitudine ꝓparãdi: aliqñ & qualitas ciborũ, & tẽpus cõgruit, sed quãtitate intẽperata sumẽdi mẽsurã refectionis excedit nonnũquã abiectius est, qđ desiderat, & tñ ipso esu ĩmẽsi desiderii deterius peccat, ꝗ modi cõtinẽtur hoc versu. *Versus.* Propere, laute, nimis, ardẽter, studiose. Quolibet aũt ꝓdictorũ modorũ ꝑt esse gula peccatũ veniale, & sic ꝑ eã frãgitur ieiuniũ, & in quolibet põt esse tantus excessus, qđ est peccatũ mortale: & si per illã frangitur ieiuniũ, quod est a vitiis abstinere, & in aliquo casu ieiuniũ ecclesiæ. Nec est intelligẽdũ, ꝙ ꝓdictũ decretũ in reꝑhẽdendo illos ꝗ lautiores cibos quærunt, intendat diuites artare ad cibos pauperũ: quia vt dicitur decretorũ di. 41. Nõ cogãtur: Nõ cogãtur diuites cibis pauperum vesci, vtantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleãt se aliter abstinere non posse.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ secũdum Glo. ibidem non est dicendum ꝙ ignoscatur eis, licet non puniantur per hominem: dissimulanda enim sunt a temporali iudice aliqua crimina ratione scandali, vel schismatis vitandi: tamen illud, quamuis antiquitus dissimularetur ex causa prædicta, hodie tamen nõ dissimulatur saltem in clericis, ex. de vi. & ho. cleri. A crapula, & merito non est dissimulandum, quia talis ingurgitatio potus, & cibi recte contraria est causę propter ꝗ̃ institutũ est ieiuniũ,

quia carnalem concupiscentiam excitat. decretorum di.44.c.1. Ventris ingluuies ad luxuriam facile prouocat,& parum post. Venter,& genitalia sibimetipsis vitia sunt, vt ex vicinitate membrorum confęderatio intelligatur vitiorũ. Venter etiã pinguis crassum sensum generat, decre.di.44. Non liceat.§. Si ergo, virtutem etiam corrumpit, vt superius habitum est.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis dissolute loqui,& ludere cum iuuenculis, multum incitet carnalem concupiscentiam: hoc tamen non est per illum modum per quem incitat gula, quia gula incitat multiplicando materiam luxuriæ, sed ludere cum iuuenculis,& dissolute loqui incitat per pręsentiam delectabilis, & excitationem imaginationis. Vnde quamuis de propinquo disponat ad frangendum, vel frangat ieiunium generale, quod est a vitijs, maxime mortalibus abstinere, non tamẽ frangit ieiunium speciale.

QVAESTIO VII.

Vtrum ebrietas frangat ieiunium.

Arg. 1. D. Tho. 2.2. q.147 ar.8. Alexã p.4. q.28. m. 8. ar. 1.

ET VIDETVR ꝙ sic: decret. dist. 4. Denique. Vinum ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus, alioquin restat, vt omnia, quæ corporibus libent similiter faciamus. Cum ergo ibi loquatur de obseruatione ieiunij, vt expresse patet, ebrietas frangit ieiunium.

Secundo. Item magis est contra causam institutionis ieiunij ebrietas, quam temperate in mane bibere vinum: sed bibentes vinum in mane reputantur a multis frangere ieiunium: ergo multo fortius inebriantes se hora nonę.

In oppositum. CONTRA, illud quod excusat peccatum, non est causa peccati, & ex consequenti non frangit ieiunium, cum fractio ieiunij sit peccatum, sed ebrietas excusat peccatum. Vnde Au. 22. lib. contra Faustum, longe ante medium, dicit de Loth, ꝙ culpandus est: non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas: ergo ebrietas non frangit ieiunium.

Secundo. Item illorum quorum excessus prohibitus est ieiunantibus: prohibita est etiam iterata sumptio, quamuis temperata, sed iterata sumptio vini non est prohibita ieiunantibus: possunt enim bibere,& in prandio,& in collatione: ergo videtur, ꝙ excessus vini ieiunantibus non prohibetur.

CONCLVSIO.

Ebrietas equidẽ statutũ ecclesiæ de ieiunio minime frangit, soluit aũt generale ieiunium, cui dum speciale ab ecclesia celebratur, præcipuè insistendum est.

Responsio. Ebrietas dupliciter sumi potest. RESPONDEO, ꝙ ebrietas dupliciter potest accipi. Vno modo pro impedimento vsus rationis ex imoderato vini, vel alterius potus inebriãtis sumptione causata. Alio modo pro immoderata sumptione potus inebriãtis. Primo modo ebrietas peccatum non est, sed passio pœna peccati. Vnde frangit etiam ieiuniũ, quod est abstinentia a peccatis. Secũdo modo peccatum est, & maxime cauendum. Vnde frangit ieiunium, quod est abstinentia a peccatis. Ieiunium autem, inquantũ dicit aliquid per se directe,& immediate necessarium ad actum virtutis non frangit, quamuis frangat illud quod est necessarium ad actum virtutis sobrietatis: sobrietas enim alia virtus est ab abstinentia, quia spetialis difficultas est in moderando delectationes gustus per comparationem ad vinum: alia ab illa, quæ est in moderando delectationes gustus per comparationem ad cibum. Vnde frequenter inueniuntur moderati in vino, qui sunt immoderati ĩ alio. *Sobrietas distinguitur ab abstinentia.* Ieiunium etiam statutum ab ecclesia non frangit, quia ea in quibus non potest accipi certa mensura regulariter non cadunt sub determinatione legislatoris. Vnde sub determinatione pręcepti ecclesiastici de ieiunio non cadit, nisi semel comedere in die Natali,& hora determinata,& abstinẽtia ab esu carnium, & ab ouis,& caseo in quadragesimali ieiunio. In alijs autem non prohibentur oua,& lacticinia, per inordinationem tamen circa potum, potest homo tantum excedere, ꝙ & plus peccat, quam si frangeret ieiunium tantum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ebrietatem, & excessum in quantitate cibi, & cibi preciositatem, in comedendo auiditatem,& in præparando curiositatem debent fugere ieiunantes, quia quamuis per illa non frãgerent statutum ecclesię de ieiunio, tamen per illa frangitur ieiunium generale, quod est abstinentia a peccatis, quod ieiunium & si semper & ab hominibus debeat obseruari, tñ cum maiori pfectione, & sollicitudine illi ieiunio insistẽdum est illis temporibus, in quibus speciale ieiunium statutum ab ecclesia celebratur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis aliqui dicãt, ꝙ bibere vinum in mane, vel ceruisiam, & comedere electuaria in sero delectationis causa frangant ieiunium: credo tamen contrarium, ꝙ quamuis aliquo modo nutriant, in hoc tamen non est principalis vsus eorũ, alias frangeret ieiunium bibens vinum, vel ceruisiam in collatione, quia aliquid habent de nutrimento. Si tamen homo in mane ceruisiam biberet non ad extinguendam sitim, sed famẽ, & etiam in sero magnam acciperet electuariorum quantitatem ad subueniendum fami: credo, ꝙ talis faceret fraudem statuto, & ex cõsequẽti frangeret, quia legem frangit qui in fraudem legis aliquid facit. Concedo tamen, ꝙ de bono,& ęquo cauendum est a poto vini,& ceruisię,& similium in mane magis, quam in sero: quia potus sumptus post prandium, & siti subuenit,& digestionem iuuat, inquantum per potum facilius, & conuenientius defertur cibus ad singula membra: sumptus autem ieiuno stomacho vt plurimum nocet.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partem aliam dicendũ, ꝙ ebrietas inquãtũ est passio excusat peccatũ in

in iudicio Dei, quia omne peccatum actuale est ex lib.ar.cuius vsum non habet perfecte ebrij,& huic expresse concordat Aug. in auctoritate præallegata,quia tamē ex ebrietate multum damnificatur res pu. ideo etiam secundū aliquas leges positiuas puniuntur facientes turpia facta ex ebrietate,& aliqui magis, ꝙ si nō essent ebrij,vt magis sollicite caueāt ebrietatem.Vnde Philosophus.3.ethi.cap.8.Ebrius duplices habebit increpationes: & credo, ꝙ ebrius occidens hominem,irregularis esset,& quamuis perfecte ebrius nouam culpam non committat,quia nouum motum lib. ar.non habet,tamen homicidium quod committit,culpam quam commisit inebriando se aggrauat: quia illa voluntaria inebriatio imputatur ad culpam, vt quasi circunstātionatam omnibus inordinationibus, quæ ex illa ebrietate procedunt, eo quòd aliquo modo voluntarie sunt per voluntariam ebrietatis causam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ bene concedēdum est, ꝙ quamuis immoderata sumptio vini prohibita sit,inquantum est contra virtutē: non tamen est prohibita per præceptum ecclesiæ de ieiunando, nisi inquantum includit illud ieiunium,quod est actus virtutis.

D. Th. vbi sup. ar 5. Alex p. 4. q 28.m.4. ar 3.

QVAESTIO VIII.

Vtrum in aliquibus præcipuis temporibus sit ieiunandum.

CONCLVSIO.

Statutis diebus vnicuique fidelium notis ieiunandum decernitur, quæ ieiuniorum tempora rationabiliter ab ecclesia instituta fuere.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ omnes dies quadragesimę,exceptis diebus dominicis,ieiunādi sunt ita ꝙ de quadragesima non remanent, nisi 36. dies ieiunabiles, & ideo vt sacer numerus, 4. dierum adimpleatur, quem Saluator noster sacro suo ieiunio cōsecrauit: 4.dies prioris hebdomadę ad supplementum.40. dierum tolluntur,idest 4.feria,quæ a capite ieiunij subnotatur,& 5.feria sequens, & 6.feria, & sabbatum, de conse.di. 5. Quadragesima: nec licite ieiunium soluere feria 5.vltimę septimanę,de conse.di.6.Non liceat,& c.sequenti.Institutum autem est illud ieiunium conuenienter,in memoriam,scilicet quadragesimæ,quam Christus ieiunauit, & vt digne præparemur ad susceptionem corporis Christi,& ad significandum, ꝙ per tribulationes pręsentis vitæ peruenitur ad gloriam resurrectionis: & quia sic quasi soluimus decimam totius anni: in qualibet etiam quarta anni,scilicet vere,æstate,autūno,& hyeme,tres dies sunt ieiunabiles,scilicet fe.4.&6. & sabbatum,decre.dist.76. cap.1.ita ꝙ illi tres dies veris solebant accipi prima hebdomada Martij,& tres dies ęstatis in 2.hebdomada Iunij:3.autunni,in 3.hebdomada Septembris, 3. hyemis in 4 hebdomada Decembris, dist. 76. Constituimus,sed quamuis sic fuerit antiquitus:tamen hoc immutandum est propter illud

Tempora statuta ad ieiunandū.

quod habetur eadem dist. Statuimus: vbi dicitur sic: Statuimus vt ieiunia 4.temporum hoc ordine celebrentur. Primum ieiunium in initium quadragesimæ: 2. in hebdomada Pentecostes: 3.vero,& 4.in Septembri, & Decembri more solito fiat. Et hæc ieiunia instituta sunt ad expiandum peccata quæ committimus in qualibet prædictarum quartarum.

Item tres dies Rogationum ante Ascensionem Domini ieiunabiles sunt: de conse. di. 3. Rogationes:sed vt dicit Glo. ibidem hoc non præcipitur,sed suadetur,vbi tamen est consuetudo approbata,illud ieiunium est per ęquiualentiam sub præcepto.

Item omnes vigiliæ Apostolorum ieiunabiles sunt Philippi,& Iacobi,& Ioannis euange. & Barnabę,exceptis,ex eo,ꝙ Philippi & Iacobi solennitas infra solennitatem Paschalem, & Ioannis infra natalem Domini celebrantur, extra de obser. ieiu. Consilium.

Item vigiliæ Natiuitatis Domini, Pentecostes, & Assumptionis beatæ Mariæ virginis, & Ioannis Baptistæ,& sancti Laurentij, & omnium Sanctorum ieiunabiles sunt: & si solennitas cuius vigilia est ieiunabilis eueniat, fer. 2.in sabbato præcedenti ieiunandum est,extra de obser.ieiu.Consilium.§. sanctorum.Et si solennitas natiuitatis Domini eueniat fe. 6. illi qui nec voto,nec obseruantia regulari sunt astricti ad abstinentiam carnium, tali die carnibus vti possunt secundum consuetudinem ecclesię generalis, nec tamen hi repræhendendi sunt qui ob deuotionem abstinere voluerit,extra de obser. ieiu. Explicari.

Itē quia consuetudo approbata obligat,vt hr̄ decr.d.1. Cōsuetudo:& di. 11. Ecclesiasticarū: & c.in his: in antiqua religione,vel diocesi est aliquod ieiuniū consuetum, quod tamen non est præceptum per ius scriptum, nihilominus obseruandum est ab existentibus ibidem.

Item diebus ieiuniorum hora comedendi determinata ab ecclesia est hora nona,quia sic obseruauit diu consuetudo. Vnde cum dicitur de conse.dist. 1.Solent quia nullatenus ięiunare credendi sunt,qui manducant antequā vespertinum celebretur officium:& infra §.In ieiunijs.4.temporum circa vespertinas horas, &c.sub hora vespertina conpręhendēdum est tempus ab hora.9.inclusiue.& vltra, nec oportet pręcise accipere horam nonę. Si enim per modicum tempus ante horam nonę comedatur, non propter hoc frangitur ieiunium, & quamuis hi qui comedunt statim post horam sextam, vel hora sexta,derogent in aliquo perfectioni ieiunij: non tamē sunt transgressores huius,quod est necessitatis in ieiunio, maximę quia iam inualuit consuetudo in multis locis comedere statim post horam sextam, vel ipsa hora sexta: non enim tātæ necessitatis est in obseruatione ieiunij, hora prædicta, sicut comedere semel tantum.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER queritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur octo.

Primo, vtrum oratio sit actus voluntatis.

Secundo, vtrum sit actus virtutis latrię.

Tertio, vtrum solus Deus sit orandus.

Quarto, vtrum aliquid determinate petendum sit in oratione.

Quinto, vtrum orandum sit vocaliter.

Sexto, vtrum vocalis sit oratio satisfactoria sine mentali.

Septimo, vtrum oratio debito modo facta semper exaudiatur.

Octauo, vtrum inter alias orationes oratio dominica sit efficacior.

QVAESTIO I.

Vtrum oratio sit actus voluntatis.

Arg. 1. D. Th. 4. sẽ. dist. 15. q. 4. ar. 1. q. 1. Alex. p. 4. q. 26. m. 1.

ET VIDETVR ꝙ sic: q̃a eius est orare cuius est desiderare rẽ, quæ in oratione petitur, sed desiderare actus est voluntatis: ergo & orare.

Secundo. Item eius est orare, cuius est exaudiri, quia oratio ordinatur ad exauditionem: sed voluntas est, quæ exauditur, iuxta Psal. 9. Desideriũ pauperum exaudiuit dominus: ergo orare est actus voluntatis.

In oppositum. CONTRA, Dam. lib. 3. ca. 42. Oratio est ascensus intellectus ad dominum: ergo est actus intellectus.

Secundo. Item Dam. eodem c. Oratio est petitio decentiũ a Deo, sed petere est loqui, loq. est actus intellectus: ergo orare actus est intellectus.

CONCLVSIO.

Oratio secundum diuersam sui acceptionem, & voluntatis, & intellectus actus (etsi diuersimode) vere dici potest.

Responsio. Orare dupliciter cõsiderari potest. RESPONDEO, ꝙ orare dupliciter potest accipi. Vno modo pro desiderio obtinendi aliquid a Deo, quo desiderans ordinetur in ipsum, & sic oratio est quidam ascensus animæ intellectiuæ ad Deum, qui est volũtatis, vt elicientis: & intellectus, vt dirigentis. Vnde Glo. super illud Psal. 33. Accedite ad Deum: dicit. Fide inhærendo, & duobus pedibus gemine charitatis currendo. Primum pertinet ad directionem intellectus. Secundũ ad assensum affectus, etiam sic accipitur oratio, secundum quod prima ad Thi. 2. distinguitur contra obsecrationem, postulationem, & actionem gratiarum, ꝙ etiam in Glo. super illud Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum: vbi dicitur, nunquam desinit orare, qui non desinit amare. Alio modo orare idem est, quod prædictum desiderium loquendo Deo proponere, non per modum indicatiuum, sed supplicatiuum: & sic orare actus est intellectus, vt elicientis, & voluntatis vt mouentis: & sic loquitur Isido. de oratione. 10. lib. Etymo. quasi æque distanter inter medium, & finem, vbi dicit, ꝙ orare, est dicere: & Aui. primo meta. ca. 3. cum dicit, quòd per orationem homo est loquens Deo. Et Philosophus 1. ethic. capit. penul. vbi dicit, ad optima deprecatur oratio.

Argumenta ad partem primam procedunt de oratione primo modo dicta.

Ad primũ 2 partis. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd ibi accipit Dam. intellectum pro anima intellectiua, quæ comprehendit intellectum, & voluntatem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ petere, sicut & orare accipitur modo duplici supradicto: desiderium enim obtinendi aliquid ab aliquo, si innotescit, petitio quædam est: vnde cum Deus videat desiderium nostrum, cum ab ipso aliquid obtinere desideramus, desiderando petimus.

QVAESTIO II.

Vtrum oratio sit actus virtutis latriæ.

Arg. 1. D. Thom. 4. sen. dist. 15. q. 4. art. 5. Alex. p. 4. q. 26. m. 3. ar. 5.

ET VIDETVR ꝙ non: orare est actus pęnitentiæ, cum sit pars satisfactionis: sed pęnitentia alia virtus est a latria, quia pęnitentia reddit Deo debitum pro commisso, & latria pro beneficio recepto: ergo orare non est actus latriæ.

Secundo. Item nullus actus inutilis est actus latrię, neque cuiusque alterius virtutis: sed orare Deum est inutile, quia ad hoc oratur quicunque oratur, vt ille qui orat desiderium suũ illi exprimat, & vt ipsum flectat: sed Deus scit quid nobis opus est, vt habetur Matth. 6. Nec flecti potest, quia vt dicitur 1. Re. 15. Pęnitudine non flectitur: ergo orare nullius virtutis est.

Tertio. Item latria pertinet ad vitam actiuam, quia reducitur ad iustitiam, quæ est vna 4. cardinalium: & secundum Aug. 12. de tri. ca. 14. Cardinales virtutes pertinent ad vitam actiuam, sed orare pertinet ad vitam contemplatiuam: ergo non est actus latriæ.

Quarto. Item actus latriæ sunt sub præcepto, sed actus orandi non inuenitur penitus sub præcepto: ergo non est actus latriæ.

In oppositum. CONTRA, Glo. super illud Luc. 18. Oportet semper orare, dicit, ꝙ homo non desinit orare, nisi cum desinit iustus esse: ergo orare actus est iustitiæ: sed non videtur ita esse alicuius partis iustitiæ, sicut latria: ergo est actus eius.

Secundo. Item Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: sed offerre Deo incensum materialem ad eius reuerentiam est actus latriæ: ergo multo fortius offerre Deo incensum spirituale, quod est oratio, est actus latriæ.

CONCLVSIO.

Quia Deo per orationem honor exhibetur in eo summum protestans dominium, ipsa virtutis latriæ actus meritò dicitur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ad virtutem latrię pertinet Deo exhibere honorem testificantẽ in ipso summum dominiũ, inquantũ ipse solus est crea-

creationis, & conseruationis mundi principium: homo autem cum orando aliquid petit a Deo, quo in ipsum ordinetur, sicut in suorũ bonorum principalem auctorem, sibi exhibet honorẽ protestantẽ in eo summum dominiũ: Vnde sequitur, ꝙ oro est actus virtutis latriæ.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ oratio est actus pęnitentiæ, & latriæ, sub ratione tamen alia, & alia, quia inquantum homo orat Deum, vt per hoc Deo satisfaciat de peccato, actus est pęnitentiæ: inquantum autẽ orat Deũ vt sibi exhibeat honorẽ, & recognitionem summi dominij actus est lattriæ, nec mirum. Vnus enim & idem actus plurium est vitiorum inquantum refertur ad finem alium, & alium. Vnde secundum Philosophum 5. ethi. ca. 4. Ille qui męchatur lucrandi gratia auarus est, qui autem propter concupiscentiam luxuriosus est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd orare Deũ non est inutile, sed maxime vtile, non ad hoc vt diuina dispensatio mutetur: sed quia vt dicit Aug. 1. lib. de prædestinatione sanctorum versus finem, cum Deus vult fieri quod nõ nisi volẽtibus hominibus oportet fieri, inclinat eorum corda, vt hoc velit, & etiam sicut dicit 2. lib. longe post principium, valet ad hoc, vt oratione nostra amoneamur, a quo accipimus hæc beneficia: & sicut etiam dicitur eod. lib. longe ante finem. Fortasse sic prædestinati sunt aliqui vt nostris orationibus concedãtur: sub diuina enim prouidentia non tantum cadit, ꝙ effectus fiant, sed etiam ex quibus causis & a quo ordine proueniant.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis vtplurimum virtutes cardinales pertineant ad actiuã vitam, aliqui tamen actus virtutum qui reducuntur ad cardinales, vt partes potẽtiales pertinent ad vitam contemplatiuam.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ minor est falsa: dr. n. Mat. 7. Petite & dabitur vobis. Et Luc. 18. Oportet semper orare: oportet autẽ sonat necessitatem, nec intelligendum, ꝙ homo teneatur ad orandum pro semper: pręceptũ est enim affirmatiuũ, quod & si semper obliget, non tamen pro semper.

Ad aliam partem. PRIMVM ad partem aliam, quamuis gratia principalis conclusionis posit concedi, tamen nõ procedit. Glo. enim loquitur de iusto a iustitia generaliter dicta, quæ compræhendit omnem virtutem necessariam ad salutẽ, & extendit nomen orationis ad omnem bonam operationem, vnde immediate ante verba prędicta dicit, quòd semper orat, qui semper agit bona.

QVAESTIO III.

Vtrum solus Deus sit orandus.

Arg. 1. D. Tho. vbi supra. Alex. vbi supra. ET VIDETVR ꝙ sic: Solus Deus est latria colendus, vt in. 3. lib. ostensum est, sed orare est actus latrię: ergo solus Deus est orandus.

Secundo. Item frustra oramus illos q nõ cognoscunt orationes nostras. Sed sicut dicit Aug. in primo lib. de cura pro mortuis agẽda inter medium, & finem: ibi sunt spiritus defunctorum vbi non vident quæcunque aguntur, aut eueniunt in ista vita hominibus: ergo animæ sanctorum non sunt orandæ.

In oppositum. CONTRA, Iob. quinto. Ad aliquem sanctorum conuertere.

CONCLVSIO.

Soli Deo vt petita adimpleat nostra porrigitur oratio, sanctis verò vt illius a Deo exauditio impetrẽt.

Responsio. RESPONDEO, dupliciter porrigitur alicui oratio, aut tanquam per ipsum implenda, aut vt per ipsum eius adimpletio impetretur: primo mõ solus Deus orandus est, quia illa bona quę principaliter petẽda sunt in oratione, scilicet gratia, & gloria a solo Deo dari possunt: temporalia etiam bona eo modo quo in oratione petenda sunt, s. inquantũ nobis deseruiunt ad acquisitionem virtutis, a solo Deo dari possunt, secũdo modo sancti orãdi sunt, q̃a a Deo impetrant exauditionem orationis nostrę, & hoc significatum est Apoc. 8. vbi dicitur, ꝙ ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ orando illi soli cultum latriæ exhibemus a quo intendimus impetrare quod petimus: a sanctis autem non intendimus impetrare qđ petimus, sed a Deo per adiutorium eorum:

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis animę sanctorum naturali cognitione non cognoscant omnia, quę in hac vita agũtur, & maxime interiores motus cordis: in verbis tamẽ vident ea quę decet eos de nostris actibus cognoscere, de quorum numero sunt illi actus quibus eos honoramus orando.

QVAESTIO IIII.

Vtrum aliquid determinate petendum sit in oratione.

Arg. 1. D. Th. vbi sup. ar. 4. Alexã. vbi supra. ET VIDETVR ꝙ non: Matth. 6. Scit pater vester quid opus sit vobis antequam petatis: ergo superfluum est aliquid ab ipso determinate petere, cum homo non debeat petere nisi quod sibi opus est.

Secundo. Item nullus debet aliquid determinate petere, nesciens quid oporteat ipsum petere, sed sicut dicit Apostolus ad Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet nescimus: ergo in oratione nihil determinate debemus petere.

In oppositum. CONTRA, Matth. 6. habetur ꝙ Christus docuit discipulos suos petere aliqua determinate, quę continentur in oratione dñica.

CONCLVSIO.

Ea, quibus non possumus malè vti, determinatè petenda sunt, ea verò, quibus & benè, & malè; sub conditione.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quidã sunt quibus nõ possumus male vti, sicut virtutes, grã, & gloria

determinate, & talia determinate petēda sunt in oratione. Quędam sunt quibus possumus vti bene & male, & illa non sunt determinate petenda in oratione absolute, sed sub conditione, scilicet si Deus præuidet illa ad salutem nostram fore vtilia. Illa autem quibus bene vti non possumus acceptando, nullo modo in oratione petenda sunt.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendū, ꝙ sicut dicit Aug. in Epistola ad Probā, quasi in medio. Ille qui nouit quid nobis necessariū sit priusquam petamus, non volūtatem nostram vult sibi per nostram petitionem innotescere, quia eam non potest ignorare, sed vult exerceri in orationibus desiderium nostrum, quo posfimus capere quod præparat dare.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis ex virtute nostra quid oremus, sicut oportet nesciamus, tamē. S.S. in hoc adiuuat infirmitatem nostram faciendo nos petere quod oportet. Vnde post verba præallegata statim subiungitur. Spiritus postulat pro nobis, idest postulare nos docet, & facit.

QVAESTIO V.

Vtrum orandum sit vocaliter.

Arg. 1. D. Tho ibidem ar. 2. Alexā. vbi sup. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: Saluator Matth. 6. Orantes nolite multum loqui, sed multum est orandum: Vnde Aug. in Epistola ad Probam, parum vltra medium. Non desit multa precatio: ergo non est vocaliter orandum.

Secundo. Item eadem Epistola post auctoritatem allegatam. Qui omnia per verbum condidit, humana verba non quærit.

In oppositum. CONTRA, eadem Epistola statim post auctoritatem vltimo allegata. Nobis verba necessaria sunt, quibus commoneamur & inspiciamus quid petamus, non quibus Deum seu docendum, seu flectendum esse credamus.

CONCLVSIO.

Nedum communis Ecclesiæ ministrorum oratio, quæ in persona totius populi Deo offertur, vocalis esse debet, sed cuiusquam priuatim vocalem mentalem quandoque expedit comitari.

Responsio. Oratio communis & singularis. RESPONDEO, ꝙ duplex est oratio, quędam communis, scilicet, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offertur, & talis debet innotescere populo, pro quo offertur, vt excitetur ad deuotionem, & ne posset suspicari in ministris ecclesiæ illius debitę orationis omissionem, & ideo talis oratio debet esse vocalis. Alia est oratio singularis, scilicet quæ offertur ab homine inquantū est singnlaris personę, siue oret pro se, siue pro alio, & talem orationem quamuis non sit necessarium esse cum sensibili voce, nisi ad hoc homo sit obligatus ex voto, quādoque tñ expedit ad meritum vt mentali adiungatur vocalis, vt per vocalem feruor cordis amplius excitetur: ex quadam. n. naturali vnione animæ ad corpus motus corporis diuersimode affectiones animæ excitant. Et affectiones eorū animæ maxime si sint fortes diuersas mutationes in corpore excitāt. Vnde Aug. in Epistola ad Probam, circa medium. Per certa interualla horarū, & tēporū, etiā verbis rogamus Deū, vt illis rerū signis nos ipsos ammoneamus, quantum cūque in hoc desiderio ꝓfecerimus nobis ipsis innotescamus, & ad hoc augendū nos ipsos acrius excitemus. Expedit ēt ad hoc vt lingua nostra Deo seruiamus, si tamē in casu vocalis oratio remitteret interiorem feruorē, tūc non esset vocaliter orandū oratione singulari, quādoque ēt prorumpit homo in vocalem orationē, ex excessu feruoris mentis: quia sicut dicit Aug. ad Probam, circa mediū. Dignior sequitur effectus, quē feruentior præcedit affectus.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicit Aug. ad Probam, parum ante medium: non est orandum in multiloquio tāquā eo fiat vt exaudiamur quo loquaciores simus: & eadem epistola vltra medium. Multum loqui est in orando rē necessariā superfluis agere verbis, & sic planum est, ꝙ non est vocaliter orādum. Sic enim potest exponi illud Saluatoris verbum. Et cum dicit Aug. multum esse orādū, intelligit deprecatione mētali, vnde dicit: Non desit multa precatio si feruens perseuerat intentio.

Ad secundum. Ad secundū dicēdū, ꝙ illud intelligēdū est de verbis humanis in oratione singulari, quādo non excitant, sed minuunt feruorē cordis.

QVAESTIO VI.

Vtrum vocalis oratio sit satisfactoria sine mentali.

Arg. 1. D. Bon. 4. di. 15. art. 2. q. 4. D. Tho. vbi sup. ar. . Alexā. p. 4. q. 26. m. ar. 4. ET VIDETVR ꝙ non: decretorū di. 38. Sedulo, & sumptum est ab Au. in lib. de cathetizandis rudibus, qua si æque distanter inter principiū, & medium dicitur sic. Nouerint non esse voces ad aures Dei, nisi effectu animi: sed nūquā voces sunt satisfactoriæ nisi audiantur a Deo: ergo non est satisfactoria vocalis oratio sine attentione interiori.

Secundo. Item de conse. dist. 1. Quādo dicitur, ꝙ tempore orationis animus non cogitet quicquam q̃ illud solū quod ꝓcatur. Et infra di. 5. Nunq̃: dr̄, ꝙ sine intermissione vigilet sensus: sed oratio nō est satisfactoria q̃ est cōtra præcepta iuris canonici: ergo vocalis oratio non est satisfactoria sine attentione interiori.

Tertio. Item Hug. in lib. de virtute orādi parū post principiū. Sic orationi sancta meditatio est necessaria, vt omnino perfecta orō esse nequeat, si eam meditatio, aut non comitetur, aut præcedat.

In oppositum. CONTRA, illud quod impedit vocalem orationem non est necessarium ad efficaciā illius, sed interior attentio eam impedit, quod probo per simile, quia si homo in ambulando vellet cogitare de quolibet passu in spāli, & citharizans de qualibet percussione cuiuslibet chordę, ille impediretur in ambulando, & iste in

in citharizando: ergo a simili si orans vellet cogitare in qualibet voce impediretur in horas dicendo: ergo ad efficaciam vocalis orationis non est necessaria attentio.

Secundo. Item 2. Top. Non possumus intelligere plura simili sed orans vocaliter debet cogitare de Deo: ergo non tenetur cogitare de sua vocali oratione.

CONCLVSIO.

Vtique, si eam aut præcedat, aut concomitetur concors meditatio.

Responsio. Orationis triplex efficacia. RESPONDEO, ꝙ orationis triplex est efficacia, scilicet in merendo: & sic est satisfactoria & in impetrando, & in orãtem spiritualiter, & experimentaliter reficiendo, & nullam istarum efficaciarum habet vocalis oratio si eam non præcedat, aut concomitetur concors meditatio: aliter enim non esset moralis: actus enim moralis exterior non est, nisi per compãrationem ad actum rationis interiorẽ. Si autẽ adsit intẽtio debita, & actualis in principio vocalis orationis, quãuis postea nõ cõcomiteť, tñ oratio vocalis est meritoria, & impetratiua ꝑ virtutẽ primæ intentionis, nisi postea interrumpatur per intentionem contrariam, sicut aliquis ex bona intentione incipit peregrinari, vel eleemosynam dare totus actus sequens meritorius est virtute intentionis primæ, quãuis cesset sua intentio actualis, sed efficaciam spiritualiter reficiendi orantem non habet vocalis oratio, nisi quandiu eam concomitatur intentio, & sic intelligitur illud verbum Apostoli prima Corin: 14 Si orem lingua spiritus meus, idest imaginatio mea orat, mens autem mea sine fructu est. Sciendum tamen, ꝙ tripliciter potest applicari intẽtio vocali orationi, scilicet aut applicando eam ad verba quæ dicuntur, aut ad illud quod petitur, aut ad illum cui oratio porrigitur, & quocunque istorum modorum adsit intentio non est inefficax ad satisfaciendum vocalis oratio, sed secunda intentio melior est, quam prima: & tertia, quam secunda. Vnde Hug. in lib. de virtute orandi inter principium, & medium. Pura oratio est quando ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, vt cum se ad Deum postulatura conuertit præ amoris eius magnitudine, etiã petitionis suæ obliuiscatur.

Orationi intentio 3. applicari pōt.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud decretum intelligendum est quando debita intẽtio, nec præcedit, nec cõcomitatur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa verba magis sunt consilij verba, quam præcepti.

Auctoritas Hug. bene concludit.

Ad primũ. 2. partis. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd nimia intentio ad verba ipsa, quę dicuntur esset impeditiua orationis. Vnde quandoque experitur homo, ꝙ quando vult nimis in particulari cogitare de verbis sibi minus occurrunt verba dicenda, & impediret etiam talis intentio, intentionem quæ debet esse ad rem postulatam, & ad illum a quo postulatur, vnde sufficit, quòd prima intentio sit talis, quòd sufficiat ad integram formationem verborum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd bene possumus intelligere plura simili, quando vnum ordinatur ad aliud, sic autem est in proposito, quia verborum formatio ordinatur ad rem quæ petitur, & ista duo ad illum cui petitio porrigitur.

QVAESTIO VII.

Vtrũ oratio debito modo facta semper exaudiatur.

Arg. 1. D Ihe vbi supra. Alex vbi supra. ET VIDETVR ꝙ non: Tren. 3. dicitur ad Deum. Opposuisti tibi nubem ne transeat oratio.

Secundo. Item omnis oratio quę exauditur est meritoria, sed oratio existentis in peccato mortali non est meritoria, quia vt superius ostensum est, bona in peccato mortali facta meritoria non sunt: ergo oratio existentis in peccato mortali non exauditur.

In oppositum. CONTRA, Matth. 7. Omnis qui petit accipit.

Secundo. Item Psal. 144. Voluntatem timentium se faciet, & depræcationem eorum exaudiet, sed oratio non fit debito modo, nisi fiat cum timore domini: ergo omnis oratio debito modo facta exauditur.

CONCLVSIO.

Quæ debitis circunstantijs est prædita semper à Deo exauditur oratio, cuius et si quandoque differtur exauditio non tamen aufertur, tunc. n. exauditur cũ diuina misericordia exauditionẽ vtiliorẽ cõspicit.

Responsio. Oratio vt exaudiatur quatuor requiruntur. RESPONDEO, ꝙ omnis oratio facta debito modo exauditur nõ semper statim, sed ꝑ illo tẽpore quo diuina misericordia exauditionẽ cõspicit vtiliorem esse omnibus pẽsatis. Vnde Aug. Homel. 102. super Io. quędã nõ negãtur, sed, vt cõgruo dẽtur tẽpore differũtur. Ad hoc autẽ ꝙ oratio fiat modo debito. 4. requirũtur. s. vt ille qui petit petat humiliter, & frequẽter, & bona intentione, quod est pie petere, & etiã perseueranter, & vtilia ad salutẽ, ꝙ orãs sit cõstãter fundatus ĩ fide. Vnde Iaco. 1. Postulet in fide nihil hęsitãs: talis autẽ oratio semꝑ exauditur, inquãtũ homo orat ꝑ se: Ho. 102. super Io. Exaudiũtur oẽs sancti ꝑ seipsis, nõ autẽ pro alijs oĩbus exaudiũtur: Exaudiunť tamẽ vt dicitur 1. q. 1. Ipsi quãto digniores fuerint orantes pro populo tanto facilius, necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur.

Ad primũ. AD PRIMVM ni opositũ dicẽdũ, ꝙ illud verbũ intelligitur de oratione qua petebãt Iudęi liberari a tẽporali persecutione, q̃ oratio non fuit exaudita: nõ. n. petebãt necessariũ ad salutẽ, sed magis erat inutile aĩarum suarũ saluti.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ nõ est idẽ orationem exaudiri & eã meritoriam esse, quia debito debetur merces secundum iustitiam, sed petitio orantis exauditur per gratiam, & ideo q̃uis oẽones factę in mortali peccato non sint

meritoriæ proprie loquendo de merito, exaudiuntur tamen quantum ad illud quod pro se petunt orātes, si adsint conditiones. 4. quę sunt dictę. Vnde Aug. homel. 44. super Io. 9. reprehendens illud verbum ceci illuminati. Scimus quia peccatores Deus non exaudit, dicit, adhuc inunctus loquitur. Si enim Deus peccatores non exaudiret frustra ille publicanus oculos in terra demittens, & pectus suum percutiēs diceret. Domine propitius esto mihi peccatori. Matth. 18.

Ad aliam partem. ARGVMENTA ad partem aliam procedunt de oratione in qua homo petit pro se cū quatuor conditionibus supradictis.

QVAESTIO VIII.

Alex. 2. p. 4. q. 10. m. 5. *Vtrum inter alias orationes oratio dominica sit efficacior.*

CONCLVSIO.

Perpendantur illius petitiones cunctæ, ordo, auctorisque dignitas, & ipsam orationibus cæteris efficaciorem comperiemus.

Respons. RESPONDEO, ꝙ sic: & hoc ostendit auctoris dignitas. Christus enim ore suo immediate illam fecit, & discipulos docuit, vt habetur Matth. 6. & etiam orationis sentētiosa breuitas, quæ multum commendat orationem vocalem. Vnde Aug. in Epistola ad Probam, parum vltra medium. Dicuntur fratres in Aegypto crebras habere orationes, & eas tamē breuissimas, hoc etiam ostendit petitorum vtilitas, quia omnia quæ desiderare debemus & petere in hac oratione petuntur. Vnde sicut dicit Augu. in Epistola ad Probam, vltra mediū, q̄libet alia verba dicamus orando nihil aliud dicimus, quam quod in ista oratione dominica positum est, si recte & congruenter oramus, & eo ordine posita sunt quo sunt desideranda & petenda.

In principio enim exhibetur reuerentia illi cui porrigenda est oratio, cum dicitur, Pater noster qui es in cœlis, in quo captat orans beniuolentiam Dei. Et quia primo desiderandus est finis, & petendus quā ea, quę sunt ad finē: ideo primo ponuntur petitiones quę respiciunt finē, secundo respicientes ea quę sunt ad finē. ibi. Fiat volūtas, &c. Respiciētes autem finem sunt duę. In prima enim quæ est, Sanctificetur nomen tuum: petitur vt nomen Dei ab omnibus habeatur, vt sanctū, secundum quod dicit Aug. 2. lib. de sermone Dei in monte, longe post principium in Epistola ad Probā, post medium dicit. Cum dicimus, Sanctificetur nomen tuum, nos admonemus desiderare, ꝙ nomē eius, quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contemnatur, quod non Deo, sed hominibus prodest, aut prodesse debet.

In secunda quæ est. Adueniat regnum tuū. vt dicit Aug. vbi prius: desiderium nostrum ad regnum illud excitamus: vt nobis veniat, atque in eo regnare mereamur: vnde per primam petitionem petimus, vt Deus ab hominibus glorificetur: per secundam, vt ad Dei gloriam veniamus.

Petitionum respicientium ea quæ sunt ad finem, quædam sunt respectu boni, quędam sunt respectu mali. Respectu boni duę sunt. In prima petitur meritum quod beatitudinem mereamur, quod consistit in obediendo diuinis mandatis. Vnde Aug. 2. lib. de sermone domini in monte, longe post principium, cum dicitur, Fiat volūtas tua: recte intelligitur obediatur pręceptis tuis. Sicut in cęlo, & in terra, idest sicut ab angelis, ita ab hominibus: & in Epistola ad Probā, post medium. Cum dicimus. Fiat voluntas tua &c. nobis ab illo præcamur ipsam obedientiam, vt sic a nobis fiat voluntas eius, quemadmodum fit in cęlestibus ab angelis eius.

In secunda petitur illud quo tamquam instrumento possumus nos iuuare ad merēdum, & hoc est victus quotidianus ad sustentationē necessarius, vel victus animæ, scilicet eucharistiæ sacramentum, vnde Aug. 2. lib. de sermone domini in monte, longe post principium. Panis quotidianus, aut pro his omnibus dictus est, quæ huius vitæ necessitate sustentant, vt pro sacramento corporis Christi quod, quotidie accipimus: & in Epistola ad Probam, post medium, eandem ponit sententiam.

Petitionum quæ sunt respectu mali, vna est respectu mali culpę: hoc scilicet, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: vnde Aug. 2. lib. de sermone domini in monte, bene longe vltra principiū. Debita peccata dici manifestum est, & in Epistola ad Probā, vltra medium, per illud, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, admonemus quid faciamus, vt accipere mereamur scilicet remissionem peccatorum nostrorum.

Alia est respectu mali inclinantis ad culpā, quę est hoc. Et ne nos inducas in tentationem, quod non sic intelligendum est, vt non permittat nos tentari: quia quandoque tentatione homo probatur ad bonum suum, de quibus tentationibus dicitur Iacob. primo. Omne gaudium existimate fratres charissimi cū in tentationibus varijs incideritis, & etiam humiliatur, & ad Deum recurrere quasi compellitur. Qua propter non remouit Christus tentationem ab Apostolo quam cito Apostolus remoueri eam petiuit, vt habetur secunda ad Corn. 12. sed prędicta petitio sic intelligenda est, vt non deserti diuino adiutorio alicui tentationi vel cōsentiamus decepti, vel cedamus afflicti, secundum quod dicit Aug. in Epistola ad Probam, post mediū, in quo patet, ꝙ nō est idem tentari, & in tentationem induci.

Tertia est respectu mali pænę: hoc scilicet, Sed libera nos a malo: in qua secundū Aug. ad p̄bā: vbi prius. Admonemus vos cogitare nō dū esse in eo bono vbi nullum patiemur malū.

De

De efficacia prædictæ orationis loquens Isid. 1.lib.de summo bono, c.22.dicit: Symbolum fideliũ, & Dominica oratio pro tota lege par uulis Ecclesiæ ad cœlorum regna sufficit cape scenda. Et Aug.ench.ca.40. De quotidianis, & breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit: eorum enim est dicere Pater noster.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quęritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur octo.

Primo, vtrũ restitutio sit pars satisfactionis.

Secundo, vtrum damnificans alium in bonis animæ, vel in bonis corporis teneatur ad restitutionem.

Tertio, vtrum damnificans alium iniuste in fama.

Quarto, vtrum damnificãs alium iniuste in alijs possessionibus exterioribus.

Quinto, vtrum quilibet in aliquo cõtractu, accipiens aliquid vltra sortem teneatur ad restitutionem illius.


Sexto, vtrum homo teneatur ad restituendum ea, quæ legitima mercatione lucratus est de bonis, quæ ipse, vel eius pater acquisierat per vsuram.

Septimo, vtrũ homo teneatur restituere ea, quæ inuenit a fortuna.

Octauo, vtrũ homo teneatur restituere ea, quæ lucratus est per ludos prohibitos.

QVAESTIO I.

Vtrum restitutio sit pars satisfactionis.



Arg.1. D. Bon lib 4.di.15 p.2 art.2.q.4 Scot.lib.4. dist 15.q 2. D. Thom.4. sen.dist.15. q.1.art.5. Alexã p.4. q.24.m.5. ar.1.

ET VIDETVR ꝙ sic: quia omnis actus virtutis potest esse pars satisfactionis: sed restitutio est actus virtutis iustitię, quia restituendo reddit homo debitum proximo: ergo restitutio est pars satisfactionis.

Secundo. Item satisfactio fit per actum contrarium peccato, pro quo satisfaciendum est: sed restituere est actus contrarius peccato, quo res aliena accipitur, vel detinetur iniuste: ergo restitutio est satisfactio pro illo peccato.

Tertio. Item restitutio est quædam recompensatio pro iniuria, vel damno illato: sed nihil aliud requiritur ad satisfactionem: ergo restitutio est aliqua satisfactio.

Quarto. Item pro impossibilitate faciẽdi illud, quod si fuisset factum nulla fuisset satisfactio iniungenda, non est alicui pœnitentia maior: sed illius raptoris qui potuit restituere in vita, & noluit, si postea in articulo mortis vult, & non potest, non debet clerici interesse sepulturę, quãuis eis viaticum non negetur, extra de rapto. Super eo: ergo restitutio aliqua satisfactio est.

Quinto. Item non obstante, ꝙ contritio necessaria sit ad salutem illi qui peccatum mortale commisit, tamen est aliqua satisfactionis pars: ergo similiter nõ obstante, ꝙ restitutio sit necessaria ad salutem, est aliqua satisfactionis pars.

In oppositum. CONTRA, satisfactio fit ad arbitrium sacerdotis, non autem restitutio.

Secundo. Itẽ non tenetur satisfacere, nisi ille qui peccauit, sed ad restitutionem tenetur quãdoque ille qui nõ peccauit. Vt enim dicitur extra de vsura. Tua nos. Filij ad restituendas vsuras ea sunt districtione cogendi, qua parentes si viuerent cogerentur. Id ipsum contra hæredes extraneos credamus esse exercendum: & tamen multi sunt hæredes vsurariorum, qui non fuerunt participes peccati eorum: ergo restitutio non est pars satisfactionis.

CONCLVSIO.

Restitutio pars satisfactionis proprie non est, sed præambulum ad satisfactionem, at si quo modo illius pars sit, hoc est ex comparatione ad iustitiam, quæ est condecentia bonitatis diuinæ.

Responsio. RESPONDEO, illud opus pęnale est pars satisfactionis, per quod secundum diuinam iustitiam soluitur, vel remittitur pars pœnæ debitæ pro peccato: secundum autem Ansel. pro sol.10.c. Iustitia in Deo sub duplici ratione cõsideratur. Vno modo dicitur iustitia Dei condecentia bonitatis eius. Alio modo rectitudo voluntatis, in volẽdo vnicuique retribuere secundum merita. Dico ergo, ꝙ restitutio est aliqua pars satisfactionis per comparationem ad iustitiam primo modo dictam. Condecet enim diuinam bonitatem, vt homini faciẽti actum quem Deus præcipit, non tantum sibi imputet actum illum ad meritum gratiæ, sed etiã pro illo remittat sibi aliquã partem pœnę pro peccato debitæ. Sicut videmus, ꝙ rex liberalis militi suo sibi reconciliato, obligato tamen ad aliquam emendam propter aliquod forte factum, quod fecit aliquando, remittit partem emendæ, propter hoc, ꝙ fideliter exhibet regi obsequium, quod alias impendere tenebatur.

Iustitia in Deo sub duplici consideratur.

Per comparationem autem ad iustitiam secundo modo dictam, restitutio non est pars satisfactionis. Non enim secundum rigorem iustitiæ potest satisfacere homo per illud opus ad quod satisfaciendũ erat obligatus, & si non peccasset, vel si totam pœnam pro peccatis debitam exoluisset. Vnde Anselm.1.li. Cur Deus homo, cap.2. Cum reddis aliquid domino etiã si non peccasti, non debes hoc computare pro debito, quod debes pro peccato: ad plus enim tenetur ille qui pœnam peccato debitam non exoluit, quam ille qui eam exoluit.

Dicendum ergo, ꝙ si pro restitutione Deus remittat restituenti aliquam partem pęnę peccatis suis debitæ, iuste facit, quia suam condecet bonitatem: si autem pro restitutione nõ remittat aliquam partem pœnæ alias debitæ iuste facit, iustitia compensante valorem meritorum. Et ab hac positione parũ, aut nihil discordare videtur illa opinio, quæ ponit, ꝙ restitutio pars est satisfactionis magis ex misericordia, quam ex iustitia, quomodo se habeat misericordia ad iustitiam quolibet prædictorũ mo-

dorum dictam declarabitur inferius: quamuis autem restitutio per comparationem ad iustitiam, secundo modo dictam, nō sit pars satisfactionis, est tamen quoddam præambulū ad satisfactionem: nō enim sufficienter potest homo satisfacere pro peccato, quamdiu non vult rem alienam restituere, vnde etiam qui non habet vnde restituat, tenetur tamē habere voluntatem restituendi si posset.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis actus virtutis ratione alicuius perfectionis, quæ non est necessaria ad virtutem possit esse satisfactorius, tamē ratione huius, quod simpliciter necessarium est ad salutē, nō est satisfactorius, quamuis sit meritorius.

Ad secundum. Ad secundum dicendū, ꝙ maior non est vera, nisi de actu habente aliquam perfectionem supererogationis, quam non habet restitutio.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ non quæcunq; recompensatio est satisfactio, sed solum illa ad quam non teneretur homo si nō peccasset: sed si ad innocētem deuoluta esset res a patre suo acquisita, per vsuram teneretur de necessitate ad illius rei restitutionem.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ illud fit ad terrorem aliorum, vt alij timore huius pœnæ satisfaciant cum possunt, sicut dicit Gloss. ibidem: hoc tamen intelligi debet de raptore publico, & qui efficaciter monitus se corrigere noluit, non autem de occulto, nec de illo qui admonitus non fuit, infra eodem cap. In litteris: & extra de sepultura parochia.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ loquendo de iustitia Dei, secundo modo dicta, non est iustum esse contritionem partem satisfactionis, accipiendo contritionem quantum ad illum gradum præcisè qui necessarius est ad remissionem peccati, & accipiendo satisfactionem respectu pœnæ terminandæ, quæ adhuc debetur pro peccato remisso, si tamen habeatur cōtritio ad supererogationem, iustum est etiam secundum iustitiam, secundo modo dictam, eam ratione illius supererogationis esse satisfactionis partem.

Ad partem oppositam. ARGVMENTA ad partem secundam non plus videntur cōcludere, nisi ꝙ non est iustum restitutionem esse partē satisfactionis, loquendo de iustitia, secundo modo dicta; ex hoc tamen non sequitur, quin possit esse iustum per comparationem ad iustitiam, secundum ꝙ accipitur pro condecentia bonitatis diuinæ.

QVAESTIO II.

Vtrum damnificans alium in bonis animæ, vel in bonis corporis teneatur ad restitutionem.

Arg 1. Scot lib 4 d. 15 q 3. 4 D Tho vbi supra.  ET VIDETVR ꝙ non: ff. de regu. iur. Consilij non fraudolenti nulla obligatio est: ergo qui malum consilium dando alium damnificat in bonis animæ, vel corporis, non obligatur ad aliquam restitutionem, si bonum consilium dare credebat.

Itē nullus obligatur ad impossibile, sed restituere bona animæ, vel bona corporis, vt vitam, vel membrum, non est in nostra potestate: ergo damnificās alium in bonis animæ, vel corporis non tenetur ad restitutionem. *Secundo.*

Item extra de iniurijs, & damno dato, ca. 1. Si quis proximum suū percusserit lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto, qui percussit operas eius, & impēsas in medicos restituat: hæc nulla fit mentio de restitutione boni corporis, sed tantummodo possessionis: ergo damnificans alium in bonis corporis non tenetur ad restitutionem. *Tertio.*

CONTRA, qui seducit virginē, & dormit cum ea damnificat eam in bonis animæ, & corporis: sed de sic seducēte eam dicitur Exo. 22. ꝙ dotabit eam, & habebit eam vxorē, aut reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt: ergo pro damnificatione alterius in bonis corporis, & animę tenetur homo ad aliquam restitutionem. *In oppositum.*

Item 6 q. 1. Ex merito; deteriores qui vitam moresque bonorum corrumpunt, quam hi qui substantias aliorum prędiaq; diripiunt, sed isti tenenī ad restitutionē: ergo multo fortius illi. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Quempiam damnificātem alium in bonis animæ, vel corporis ad aliquam restitutionem teneri æquum est.

RESPONDEO, ꝙ nullus homo potest alium damnificare in bonis animæ, nisi dispositiue, s. inclinādo ipsum verbo, vel exemplo ad aliquod malum culpę, & talis pro restitutione tenetur prout potest illum disponere ad hoc, vt restituatur sibi bonum animæ æquale, s. bono verbo, & bono exemplo ipsum ad bonū inclinando, & pro ipso orādo, vel orationes procurando. Damnificare autem alium in bonis corporis potest homo simpliciter, vt occidendo, vel mutilando, vel alio modo corpus debilitando: & quamuis nō possit restituere vitam membrorum, obligatur tamen ad restituēdum alia bona pro illo damno, compensata qualitate lęsi, & quātitate damni, & possibilitate damnificantis. Et hanc restitutionem debet facere ad arbitrium bonorum virorum. Et ꝙ talis teneatur ad restitutionem patet, quia quanto homo alium plus damnificat, tanto magis ad restitutionem tenetur: bona autem corporis excedūt bona exteriora, & bona animę vtraque: vt dicitur 6. quæst. prima. Sunt plurimi. Multum damna morum a damnis rerum temporalium distant. *Responsio.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sub consilio fraudulento compræhenditur consilium malum, etiam datum ex ignorantia, si homo debitam diligentiam non adhibuit ad sciendum, quia negligentia crassa proprie dolus est. Argumentum ad hoc decr. dist. 1. Sępe. *Ad primū.*

Ad secundum patet solutio ex dictis in quęstione: quamuis enim illa bona restituere non pos- *Ad secundum.*

posit: potest tamen aliquid restituere loco eorum, quamuis non æquiualeat illis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝗ hoc quod dicit operas referri potest ad illud, quod dandum est pro corporis lęsione, & hoc quod dicit impensas, referendum est ad illud, quod est restituendum pro damno rerum exteriorum, quod incurrit ex corporis læsione.

Vel aliter potest dici, & melius, ꝗ illa auctoritas loquitur de lęsione corporis, quæ restituitur per medicum, vnde ille qui damnum intulit soluendo expensas in medicos restituit damnum.

Ad aliam partem. ARGVMENTA ad partem aliã gratia conclusionis concedi possunt: secunda tamen auctoritas intelligenda est secundum aliquos de illis qui alios damnificant in bono famæ.

QVAESTIO III.

Vtrum damnificans alium iniuste in fama, teneatur ad restitutionem.

Arg. 1. Scot. vbi su. D. Tho. 2. 2. q. 62. ET VIDETVR ꝗ non: quia damnificans alium in fama verum crimen imponendo nõ seruato ordine quẽ Christus tradidit in Euangelio de fraterna correctione, iniuste damnificat: & tamen talis damnificatio famam restituere non tenet, quia hoc sine mẽdacio facere nõ posset.

Secundo. Item plus tenetur homo diligere famã suã, quam alienam: sed posset contingere casus, ꝗ non posset restituere illi famam cui falsum crimen imposuit, nisi infamãdo seipsum: ergo in illo casu famam restituere non tenetur.

Tertio. Item qui negat verum crimen sibi impositũ, iniuste infamat accusantem, vel denũciantem: quia accusator, vel denunciator falsi criminis est infamis, quod probari potest per ea, quæ dicuntur, extra de calumniatoribus, c. 1. & 2. & tamen non videtur, ꝗ talis teneatur restituere famam accusatori, vel denunciatori: immo accusator, vel denunciator tenetur ei restituere, vt videtur ex quo probare non possunt: ergo non omnis infamans alium iniuste tenetur ad restitutionem.

In oppositum. CONTRA, 14. q. 6. ca. 1. & sumptum est ab August. 2. epistola ad Macedonium, quasi æque distanter inter medium, & finem. Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui potest.

CONCLVSIO.

Equidem famæ iniustè ablatæ fieri restitutio debet.

Responsio. RESPONDEO, ꝗ restitutio actus est iustitiæ commutatiuæ: ad obseruandum autem iustitiam omnes tenentur: quilibet ergo tenetur ad restitutionem rei ablatæ iniustè, si restitui potest, & si nõ potest restitui, debet fieri restitutio in æquiualenti si possibile est, extra de lite pendente aliquid innouetur. Ecclesia sanctæ Mariæ. 2. si autem non potest reddi æquiualens, tenetur ille qui damnum intulit, restituere quod potest ad arbitrium bonorum virorum: & quanto fama est res nobilior, quã possessiones, tanto magis tenetur ad restitutionẽ ille qui damnificat aliũ iniuste in fama, quam ille qui damnificauit alium in bonis exterioribus cæteris paribus.

Damnificat quis alium in fama tripliciter. Damnificat autem aliquis alium in sua fama tripliciter.

Vno modo verum crimen imponendo non seruatis ordine, & modo debitis: & talis non tenetur infamato restituere famam, dicẽdo se falsum dixisse: tenetur tamen alleuiare infamiam, dicendo se nõ bono modo processisse: quia hoc est verum, & tenetur ei ad aliquam recompẽsationem ad arbitrium bonorũ virorũ.

Alio modo damnificat aliquis aliũ in fama iniuste falsum crimen imponendo, & talis tenetur fideliter facere posse suum de restituendo famam lęso, & tenetur dicere se falsum dixisse, etiam si ex hoc reddatur infamis: quia quamuis magis teneatur quis seruare famam suam, quam alienam cęteris paribus, tamẽ magis tenetur restituere alteri famam iuste, quã seruare famam propriam iniuste, quia tenetur bonum animæ suæ præponere bono suæ famæ.

Tertio modo damnificat quis alium iniuste in fama, indirecte falsum crimen sibi imponendo, cum scilicet negat verum crimen sibi impositum ab alio, & talis quãuis peccet, quia mentitur: tamen postea non tenetur tentione necessaria ad salutem alij restituere famam, recognoscendo crimen sibi impositum verũ esse, vt dicnnt quidam, & probabiliter: quia cum alius non seruauerit iustitiã in accusando, vel denunciãdo, & proposuit coram iudice, quod proponendum non erat, & quod probare non poterat, videtur esse de primaria causa, & principalis infamationis suæ.

Alij dicunt, ꝗ tenetur, quod satis durum videtur, quia quandocunque crimen sibi impositum est tale, ꝗ suspenderetur, & filij sui exhæredarentur, si illud recognosceretur publice: certum est tamen ꝗ tenetur pœnitere de peccato, quod incurrit mentiendo. Et sic patent solutiones ad argumenta.

QVAESTIO IIII.

Vtrum damnificans alium iniustè in possessionibus exterioribus teneatur ad restitutionem.

Arg. 1. Scot. vbi supra q. 2. D. Tho. vbi supra. ET VIDETVR ꝗ non: quia homo nõ tenetur restituere plusquam illud in quo alium damnificauit: sed quandoque damnificatus tantum distat, ꝗ illud quod sibi debetur, non posset sibi mitti sine maioribus expensis, quam sit debitum: ergo in isto casu ille qui damnum intulit restituere non tenetur.

Secundo. Item homo restituere non tenetur, nisi sciat quibus restituere debeat, sed hoc frequenter contingit: ergo non in omni casu restituere tenetur.

Tertio. Item homo non tenetur aliquam restitutionem facere in præiudicium boni communis: quia

quia secundum Philosophum 1.ethic. capit.1. Bonum commune pręponendum est bono singularis personæ: ergo in casu in quo damnificatus impugnaret bonum commune non esset ei damnum restituendum.

Quarto. Item in guerris frequenter inferuntur damna innocentibus, & tamen consuetũ est, quòd eis non restituuntur. Cum ergo consuetudo sit optima legum interpres: extra de consuetudine. Cum dilectus: videtur, ꝙ in isto casu damnificans restituere non tenetur.

Quinto. Item homo plus tenetur sibi, quam alijs: sed quandoque ille qui damnũ intulit est ita pauper, ꝙ non habet, nisi necessaria ad vitam: ergo talis restituere non tenetur.

Sexto. Item non solum ille qui aufert alienum, sed etiam quocunque modo adiuuãs damnificat: extra de iniuriis, & damno dato. Si culpẽ. §. Sane. Ibi enim dicitur, ꝙ qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur: tamen non omnes coadiuuantes tenentur restituere, quia tũc restitutio excederet damnum.

Septimo. Item impediens alium a consecutione beneficii ecclesiastici, quo dignus erat, procurãdo illud pro seipso, qui non est ita dignus, damnificat illũ iniuste, quia reputatur haberi, quod est prope habitum esse: vnde secundum Philos. 2.phys. Ille qui est prope magnum bonum, & non obtinet infortunatus dicitur, & tamen sic damnificans, non tenetur ad restituendum beneficium illius quem sic damnificauit.

Octauo. Item qui retrahit personam vtilem religioni ab ingressu eiusdem religionem damnificat iniuste: nec tamen consuetum est, quòd tales ad restitutionem compellantur.

Nono. Item mulier de adulterio suscipiens filium, exhęredat iniuste verum hęredem: & tamen secundum multos restituere non tenetur, si hoc non fecit animo exhæredandi, sed luxuriandi tantum.

In oppositum. CONTRA, August. in 2. Epistola ad Macedonium, quasi æque distanter inter medium, & finem: & est 14. q 6. c. 1. Si res aliena propter quam peccatum est cum reddi possit non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur.

Secundo. Item Exo. 22. Si non habuerit fur, quod pro furto reddat, ipse venundabitur.

CONCLVSIO.

Nedum iniustæ damnificationis executor, sed & quilibet illius criminis particeps ad restitutionem tenetur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ non tantum ille qui executor est damnificationis iniustę: sed etiam omnis qui particeps est in illo crimine ad restitutionem tenetur: participare autẽ illo crimine contingit nouem modis, qui his versibus continentur.

Versus. *Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,*
Participans, murus, non obstans, non manifestans.

Participare cum iniuste damnificate potest esse nouem modis. Ille. n. qui iubet fieri, principalior causa videtur, quam exequẽs: est enim causa prima, & sic dicitur prima propositione de causis. Causa prima plus influit in causatum, quam secunda. Consulens etiam particeps criminis est, si damnificans non fuisset aliter hoc facturus. Argumentum a simili, extra de sententia excommunicat. Nuper in Gloss. Consentiens etiam expresso consensu sine quo damnificatio non fuisset secuta. 2. q. 1. Notum sit: ibi enim dicitur, ꝙ faciẽtem, & consentientem pari pęna constringit. Palpo. i. adulator, quando intantum laudat, & strenuum reputat rapiẽtem, vel alias iniuste damnificãtem, & sibi familiarem se exhibet, ꝙ multũ probabiliter præsumitur, ꝙ ex hoc motus fuit damnificans ad damnificandum, quia talis adulatio est quidam cõsensus. distin. 93. Si inimicus est ipse. Ille etiam ad quem est damnificãtium recursus, sicut ad patrocinium præstantem. 11. q. 3. Qui consentit. Ille etiam qui inferendo damnum assistit coadiuuans damnificantem, & participat in prędа, quia talis maximum pręstat fauorem. 23. q. vlt. Sed quatuor: & extra de homicidio, sicut dignum. §. Illi autem. Ille etiam qui videns alium damnificari iniuste, & scit, ꝙ verbo suo sine periculo suo facere potest, vt subueniatur iniuriam patienti, & tacet: vnde Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Ille etiam qui non obstat damnificantibus iniuste cum possit, & sibi ex officio incumbat, & manifesta sibi sit iniuria. distin. 86. Culpam: ibi enim dicitur, ꝙ negligere cum possit perturbare peruersos, nihil aliud est, quam fauere, nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Idẽ extra de homicidio. Sicut dignum §. Illi etiam. Ille autem qui interrogatus a iudice, vel ab alio ad quem pertinet si scit illum qui res iniuste acceptas detinet, & celat scienter, cum tamen sciat se posse sine vllo suo periculo respondere veritatem, extra de furtis. Qui cum fure: & 11. q. 3. Quisquis: & prædictorũ quilibet tenetur insolidum: vno tamẽ totum restituente, alij damnificato restituere non tenentur: sed si partem aliquam habuerunt reddere tenentur illi qui totum restituit. Et sciẽdum, ꝙ ille qui restituere tenetur obligatur ad restituendum, quam citius potest bono modo, nisi differat de voluntate illius expressa, vel probabiliter præsumpta, cui restitutio facienda est, quod probatur auctoritate: dicitur enim ff. de reg. iur. In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur præsenti die debetur. Hoc idẽ probatur ratione, quia sicut contra iustitiam est rem alienam inuito domino accipere, ita & retinere: ergo sicut pro semper tenetur non accipere, ita pro semper tenetur non retinere.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ in illo casu illud, quod restitui debet, erogãdum est pauperibus, nisi ille cui restituendum est, vel hæres eius sit ad locum vẽturus, vel aliquis

quis ex parte illius pecuniam recepturus.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ in illo casu illud quod restituendum est, erogari debet pauperibus auctoritate ordinarij, qui est pauperũ pater, vbi consuetum est per ordinarium talia fieri: quod ideo dico, quia per ius scriptum non interdicitur illi qui restituere tenetur in prædicto casu erogare pauperibus per seipsum si hoc faciat fideliter, & de consilio bonorum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ in illo casu nõ debet damnificato restitui: sed diligens debet esse ille qui damnum intulit, vt apud se, vel alium seruetur fideliter, & secure quo restituendum est, vt damnificato, vel hæredibus suis restituatur quando hoc fieri poterit sine præiudicio boni communis.

Ad quartum. Ad quartum dicẽdum, ꝙ illi qui in guerris scienter innocẽtibus inferunt damnum, tenentur illis ad restitutionem, non obstante cõsuetudine contraria: quia vt dicitur decret. dist. 8. Mala consuetudo. Mala consuetudo nõ minus, quam perniciosa corruptela est abijciẽda. Illi autem in guerris innocentes non sunt qui habenti bellum iniustum fauent directe, vel indirecte in personis, vel rebus.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ ille qui damnum intulit, si habet aliquid vltra necessitatem sustentationis naturæ, quamuis sit ibi necessariũ ad victum sm̃ decẽtiam suæ personæ restituere tenetur. Non. n. est licitũ de alieno viuere cum seculari honore. Si autem non habet, nisi necessaria ad sustentationem naturæ, tunc distinguendum est, quia aut ille qui damnum passus est, non indiget ad sustentationem naturæ, eo ꝙ ab eo sibi ablatum est, & tunc ille qui abstulit restituere non tenetur, quia ex iure naturæ licitus est vnicuique vsus possessionis necessariæ ad subuentionem naturę: extrema enim necessitas omnia facit communia. ff. de l. rhodi. l. 2. §. Cum eadem. in tex. & in Glo. Aut indiget ad sustentationem naturę, eo ꝙ ab eo ablatum est: & tũc subdistinguo, quia aut prius indiget illa re ad sustentationem naturæ suæ, quã fuit necessaria ad sustentationem naturę illius qui abstulit, aut eodem tempore vterque factus est indigens illa re ad sustentationẽ suæ naturæ, aut ille qui abstulit prius factus est indigens ad sustentationem suæ naturæ, quam ille a quo ablata est.

Primo modo, & secũdo posset dici sine prę iudicio, ꝙ ille qui abstulit rẽ illam tenetur restituere illi a quo abstulit, quia nũquam facta fuit res illius qui eã abstulit: sed semper remãsit istius de iure: postquã enim sum in statu in quo res mea est mihi necessaria ad sustentationem naturæ, non potest fieri alterius me contradicente. Si tertio modo tunc ille qui abstulit restituere non tenetur, quia ab illo tempore quo facta est sibi necessaria ad sustentationem naturæ, cum tunc illa a quo ablata est non esset necessaria, acquisitum fuit ius in illa re illi qui abstulit: & ideo quamuis damnum passus veniat: postea ad statum in quo res sibi fuit ablata esset sibi necessaria ad sustentationem naturæ, non propter hoc habet maius ius in illa re, quam ille qui eam abstulit, nisi ille qui eam abstulit deuenisset ad statum in quo amplius res illa non esset sibi necessaria ad sustentationem naturæ.

Ad sextũ. Ad sextum patet quid dicendum, ex dictis in quæstione.

Ad septimum. Ad septimum dicendum, ꝙ in illo casu distinguendum est, quia aut hoc fecit intentione damnificandi alium, aut consulendi vtilitati propriæ. Primo modo, quamuis non teneatur ad restituendum valorem beneficii, eo ꝙ non est æqualis valoris habere bonum in actu, & esse prope habere, maxime quando potest impediri, tamen tenetur damnificato ad interesse ad arbitrium bonorum. Secundo autem modo non tenetur ad aliquam restitutionem, si illud beneficium procurauit sibi per viam licitam, & honestam: exemplũ, si præcido venas in fundo meo, per quas deriuabatur aqua ad puteũ alterius intentione nocendi, teneor sibi ad restitutionem damni. Si autẽ hoc facio sine fraude intendens consulere vtilitati meæ: vtpote, quia mihi est multum vtile facere murum, & non potest communiter fieri fundamentum sine prædictarum venarum præcisione, non teneor ad aliquam restitutionem, quia tunc non damnifico aliũ iniuste, quia ius habeo faciendi vtilitatem meam in fundo meo. ff. de no. oper. nunciat. l. 2. & sicut dicitur. ff. de regu. iur. Nemo damnum facit, nisi qui facit illud, quod facere ius non habet.

Ad octauũ. Ad octauum dicendum, ꝙ retrahens vtilem personam religioni ab ingressu eiusdem intentione damnificandi religionem, tenetur illi religioni ad interesse ad arbitrium bonorum: si autem faciat non propter hoc, sed vt consulat vtilitati suæ, siue temporali, siue spirituali non suggerens aliquid falsum, nec in fraudem, non tenetur religioni ad aliquam restitutionẽ, sed personæ cuius perfectum spiritualem impediuit, tenetur in spiritualibus restitutionem facere quam potest: & ad hunc casum potest adduci illa l. quæ ad confirmationem solutionis immediate præcedentis adducta est.

Ad nonũ. Ad nonum dicendum, ꝙ illa mulier non excusatur quin teneat ad restitutionẽ post mortem viri, nisi filius persuasus a matre voluerit hæreditatem reddere, non tamen tenetur credere matri, nisi possit sibi facere certam fidẽ, ꝙ non suscepit eum de suo marito: quod tamẽ nimis difficile esset fieri, nisi certa fides fieri posset ante genituram illius maritum caruisse genitalibus membris. Non tenebitur tamẽ ad restituẽdum totum valorem hæreditatis, quia quando suscepit filium de adulterio multa poterãt impedire ne hæreditas deuolueretur ad alium quem mulier dãnificauit, sed tenebitur

ad interesse ad arbitrium bonorum, nec potest excusari per illam legem supra allegatã in solutione art. 7. quia præcidens venas cursus aquæ non fecit, nisi quod sibi facere licuit: hæc autem adultera factum illicitum facit: & sicut dicitur. ff. de reg. iur. Nemo ex suo delicto conditionem potest facere meliorem.

Ad aliam partem. A D secundum argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ damnificans alium iniuste in sua libertate, s. iniuste procurando ipsum redigi in seruitutem, tenetur se facere seruũ pro eo, si non potest aliter eum restituere libertati, nisi forte talis esset conditio personæ, quæ damnum intulit, ꝙ hoc notabiliter redũdaret in præiudicium boni communis, in quo casu non tenetur facere se seruum, sed tenetur ad omne aliud interesse ad arbitrium bonorum: quantumcumque autem damnificaret eum in possessionibus aliis, nunquam pro restitutione tenetur se vendere in seruum: quia vt dicitur. ff. de reg. iur. Libertas inęstimabilis res est: & infra, Infinita est æstimatio libertatis. Dicẽdum ergo, ꝙ illa lex Exod. quamuis obligaret Iudæos pro tempore illo, quia propter conditiones illius populi data fuit eis lex illa tanquam vtilis, tamen nos non obligat, quia præceptum morale non fuit: similiter posset dici de illis legibus in quibus præcipiebatur restitutio excedere damnum.

Quia vt habitum est superius, homo tenetur restituere acquisitum per vsuram, ideo quæritur.

QVAESTIO V.

Vtrum quilibet in aliquo contractu accipiẽs aliquid vltra sortem teneatur ad restitutionem illius.

Arg. 1. D. Tho. 2. 2. q 77. et 78. Scot. vbi su.



ET VIDETVR ꝙ sic: 14. q. 3. Vsura est, vbi amplius requiritur, quam ꝙ datur. Et infra. §. Ecce. Quicquid vltra sortem exigitur vsura est.

Secundo. Item eadem causa. q. 3. Plerique.

Tertio. Item extra de vsuris, cap. 1. & sequenti, & c. Consuluit.

In oppositum. CONTRA, non omnis acceptio vltra sortem est damnificatio illius a quo accipitur, quia quandoque accipiens lucratur ad vsurã: ergo talis acceptio nõ obligat ad restitutionẽ.

Secundo. Item in nullo casu licet alij participare in peccato: sed accipiens ad vsuram in casu necessitatis non peccat. Ad hoc argumẽtum. 23. q. 1. Quicquid culpatur: non peccat etiam ille qui vsurarium rogat, vt mutuet pauperi, si hoc facit bona intentione ad instantiam illius pauperis. Cum ergo isti sint participes illius vsuræ, quia cooperantur ad hoc, quòd fiat: videtur, quòd in illo casu dare aliquid ad vsuram non sit peccatum.

CONCLVSIO.

Contractus multiplices cum sint, ac diuersi, aliquid in aliquibus eorum vltra sortem recipiens ad restitutionem tenetur, in aliquibus haud quidem.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in contractu accipere aliquid vltra sortem, quantum ad præsens sufficit, quadrupliciter potest intelligi, s. aut de contractu mutui, aut locationis, aut venditionis, aut emptionis. *In contractu accipere aliquid vltra sortem quadrupliciter potest intelligi.*

Primo modo contingit aliquid accipere vltra sortem, aut ratione pœnæ conuentionalis permissæ a iure, aut liberalis donationis, aut ratione interesse, aut tanquam aliquid exactũ pro mutuo directe, vel indirecte: explicite, vel implicite.

Primo modo accipiẽs aliquid vltra sortem non tenetur ad restitutionem, si pœna nõ fuit apposita in fraudem vsurarum: sed intentione arctandi accipientem ad obseruationem fidelitatis promissæ: quia vt dicitur. ff. de regu. iur. quod a quodam nomine pœnæ exactum est illud eidem restituere nemo cogitur.

Secundo modo etiam accipiẽs vltra illud, quod mutuauit, restituere nõ tenetur: si enim mutuo aliquid alteri non in fraudem alicuius vsuræ, & ille tanquam gratus dat mihi plus ex sua liberalitate, non teneor restituere, quia illud meum est iure liberalis donationis.

Tertio modo ratione interesse, licitũ est aliquid accipere vltra sortem pluribus modis: Vno modo, cum fideiussor pro defectu debitoris compulsus est creditori soluere capitale, & vsuram: tunc enim fideiussor debet accipere a debitore vtrumque, quia seruari debet indemnis: extra de fideiussoribus. Constitutus. Alio modo quando mutuans incurrit damnũ, ex hoc, ꝙ ille qui accepit mutuum non reddit in termino assignato, extra de fideiussoribus. Peruenit. Alio modo cum aliquid impignoratur pro dote marito, tunc maritus vltra capitale potest retinere fructus perceptos ad onus matrimonij supportandum, extra de vsuris. Salubriter. Alio modo cum vasallus Ecclesiæ impignorat sibi feudum, quod tenet ab ea, nec interim reddit Ecclesiæ seruitium quo sibi tenetur pro feudo: tunc enim Ecclesia potest retinere capitale cum fructibus perceptis, & ita posset dominus temporalis, quia cum vsura sit præter ius naturæ, secundum Philosophum 1. Politic. inter medium, & finem, & contra ius diuinum. Vnde Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes: & extra de vsuris. Consuluit. Si esset illud vsura nõ liceret, nec Ecclesiæ, nec clericis: quod autem in prædicto casu liceat cum receptione capitalis retinere fructus perceptos, habetur extra de vsuris. Conquestus. Alio modo cum aliquis mutuat illi qui violenter, vel fraudolenter rem suam detinet: tunc enim mutuans restituere non tenetur illud, quod accepit vltra mutuum, quia sic non accipit alienum, sed ad se retrahit quod suum est, extra de vsuris, c. 1. in textu, & in Gloss. *Ratione interesse accipere vltra sortẽ, licet quatuor modis.* *Lect. 7.*

Quarto modo aliquid accipere vltra sortem potest fieri, aut sine pacto, & insinuatione intẽtionis plus habendi, aut cum pacto. Primo modo non tenetur restituere accipiens aliquid

vltra

vltra sortem, quamuis peccet si corruptam habuit intentionem plus habendi: corrupta autẽ fuit intentio si mutuauit principaliter in spe lucri: non autem si secundario, extra de vsuris. Consuluit. in Gloss.

Secundo modo non licet, quia tunc est quasi quoddam pactũ interpretatiue, quia ex hoc præsumit mutuũ accipiens, quod mutuans mutuat intentione plus habendi: & ꝙ si non daret aliquid vltra sortem ille alias non mutuaret sibi: vnde si aliquid dat mutuanti liberalis donatio non est, sed quasi sub conditione coacta.

Tertio modo contingit aliquid accipere vltra sortem quadrupliciter. Vno modo quãdo capitale, & lucrum ponitur sub certitudine. Alio modo quando capitale ponitur sub certitudine, & lucrũ in fortuna, vt cum aliquis mutuat alicui centum sub tali pacto, ꝙ habebit aliquam portionem lucri, si fuerit lucrum capitali suo semper sibi saluo quicquid accidat. Tertio modo quando lucrum ponitur sub certitudine, & capitale in fortuna, vt cum aliquis eunti ad nundinas, vel in angliam mutuat centum pro certa summa pecuniæ, recipiens in se periculum capitalis, nisi pereat per culpam, vel negligentiam mutuum accipientis. Quarto modo quando vtrumque ponitur sub dubio, ita ꝙ non videtur notabiliter magis in fauorem dantis, quam accipientis. Primis tribus modis aliquis accipiens vltra sortem tenetur ad restitutionem, quia contractus sunt vsurarii, siue fiãt directe, vel indirecte, explicite, vel implicite: & quia de tertio modo nõ est ita clarum, sicut de primo, & secundo: ideo probo, quod dictum est per auctoritatem: dicitur enim extra de vsuris. Nauiganti. Nauigãti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quãtitatem pro eo, ꝙ suscipit in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem vsurarius est cẽsendus: hæc ibi, quia nisi fuerit culpa, vel negligentia illius qui accipit raro accidit, ꝙ pecunia, quã mutuo accepit pereat: vnde ille qui in casu isto dat mutuo pecuniam, habet in fauorem suum illud, quod accidit raro: nec obstat illud, quod dicitur cap. de nautico fœnore. l. 1. scilicet talem contractum ad obseruationem communium vsurarum liberũ esse, quia & si non sit communis vsura, tamen vsura est: vnde Gloss. super illud communium vsurarum dicit, sed non centesimarum.

Quarto accipiens aliquid vltra sortem restituere non tenetur, quia ratione verisimilis dubij contractus huiusmodi excusatur, extra de vsuris. Nauigãti. §. Ille quoque: ratione dubii, huiusmodi etiã excusatur qui merces suas vendit, vt in certo termino amplius recipiat pro eisdem, quam valeant tempore cõtractus, si tamen eas tẽpore contractus non fuerat venditurus, eodem c. § vlt. Si autem aliàs rem illam tempore contractus fuerat vẽditurus pro minori, & ex certa scientia plus recipiat alio termino, vsurarius est censendus, & sic potest intelligi illud, quod dicitur supra, eodem cap. In ciuitate.

In cõtractu autem locationis licitum est vltra rem locatam aliquid accipere, & retinere pro vsu rei locatæ, etiam cum locatur res, quæ non peioratur, vt pecunia, vel scyphi argentei ad honorandum illũ qui accepit: sic enim dare pecuniam non est eam mutuare, sed locare. ff. commod. l. circa. §. 1. Non potest. Ibi enim dicitur, ꝙ non potest commodari, illud quod vsu consumitur, nisi forte quis ad pompam, vel ostentationem accipiat.

In contractu etiam venditionis licitum est aliquid accipere vltra sortem, nõ tamen vltra illud quod res valet quando vẽditur: eandem enim rem vno tempore, & in vna terra euenit vnus pro centum, quæ alio tempore, & in alia terra valet 120. Ratione etiam emptionis hæreditarii redditus, vel ad vitam, licitum est recipere prouentus, quamuis excedant sortem si in emptione seruatur æqualitas iuris naturalis, sine qua nulla emptio licita potest esse. 16. q. 3. Si sacerdotes: declarare autem per quem modum in prædictis contractibus seruetur æqualitas, & possit emens lucrari, propter prolixitatem omitto, & quia esset digressio a principali proposito. Ratio autẽ quare pro re mutuata nihil potest exigi vltra sortem, & potest pro re locata est, quia mutuũ est de illis rebus, quarum principalis vsus non potest cõcedi sine re ipsa, eo ꝙ ille vsus est earum cõsumptio: sicut patet in esibilib. & potabilibus, vel distractio, vt patet in pecunia, quæ ad hoc principaliter inuenta est, vt expendatur in emptione aliarum rerum, & propter hoc cũ tales res aliis conceduntur, transfertur in illos earum dominium, vnde mutuare est de meo tuum facere: cum ergo cõcedere principalem vsum talium rerum sit concedere res ipsas, ille qui vltra recompensationem rei exigit recompensationem pro vsu, exigit pro eadem recompẽsationem bis, aut recompensationem pro eo, quod non est, quod est contra æqualitatem iuris naturalis. Locatio autem est de rebus quarum vsus concedi potest sine re, quia earum vsus nõ est earum consumptio: vnde potest dominium domus vendi retento vsu, & cõcedi vsus retento dominio: & ideo ille cui restituitur domus locata, si vltra hoc exigit precium pro vsu nõ exigit pro eadem re recompensationem bis, nec recompensationem pro eo, quod non est.

Iura allegata ad partem primam intelligenda sunt de receptione vltra sortẽ pro mutuo.

Ad primũ AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, ꝙ quamuis accipiens ad vsuram, quandoque lucretur ex hoc per industriam suam, & laborem, vel fortunam: tamen accipere ab eo vltra sortem, est ipsum damnificare per se.


Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ accipiens ad vsuram in casu necessitatis non est particeps illius

lius peccati, sicut nec recipiens in casu necessitatis iuramentum ab idolatria, vt fuit declaratum, & probatum in lib.3. dist.39. vnde non oportet, ꝙ semper recipiens peccet, quando dans peccat: nec obediens, quādo superior nequiter imperat, quādo probabile dubium est, vtrum licitum, vel illicitum sit, quod imperatur. 23.q.1. Quid culpatur, vbi dicitur, ꝙ quandoque fortasse reum facit regem iniquitas imperandi. Innocentem autem militem ostendit ordo seruiendi. Simili modo dico, ꝙ ille non peccat qui bona intentione ad instantiam pauperis rogat vsurarium mutuum dare pauperi: quia quamuis sciat, ꝙ vsurarius reciperet vsuram: hoc tamen nō intendit iste, potius vellet, ꝙ mutuaret sine vsura, & quamuis hoc vellent omnes communiter ad vsurā accipientes: non tamen licitum est extra casum necessitatis accipere ad vsurā, quia hoc prohibetur propter damnum rei pu. & ad restrictionem malorum: nec intelligo hic per necessitatem illam, quæ extrema est, sed quando homo notabiliter dānificaretur, vel notabilem penuriā pateretur si non acciperet ad vsuram.

QVAESTIO VI.

Vtrum homo teneatur ad restituendum ea, quæ legitima mercatione lucratus est de bonis, quæ ipse vel eius pater acquisierat per vsuram.

Arg. 1. Scot vbi su. D Tho. vbi supra.



ET VIDETVR ꝙ sic: Matth.7. Mala arbor malos fructus facit: ergo similiter de malo lucro nō potest prouenire bonum lucrum.

Secundo. Item. ff. de reg. iu. Iure naturali. Aequum est neminem cum alterius detrimēto, vel iniuria fieri locupletiorem, sed retinēs illud quod restituere tenetur, illi cui tenetur facit detrimentum, vel iniuriam: ergo contra ius naturæ est, quòd de illo fiat locupletior.

Tertio. Item tenens rem aliquam impignoratā, tenetur eam restituere cum fructibus perceptis, si sibi soluitur capitale, pro quo res fuit impignorata: si autem de fructibus sortem receperit tenetur pignus restituere sine alia solutione, excepto hoc, quod sibi debetur pro laboribus, & expensis, extra de vsuris, c.1. & sequenti: ergo a simili, si de eo, quod mihi restituere debuisti lucratus es deductis expensis tuis, & retento, quod tibi pro labore debetur, residuum lucri cum hoc quod ante debebas restituere teneris.

In oppositum. CONTRA, pro re sterili nullus debet exigere fructum, sed pecunia de se est res sterilis: nullum enim potest parere fructum, nisi per laborem, & sollicitudinem vtentis: ergo lucrum de pecunia tua exigere non debes si illo lucro non laborasti, nec sollicitus fuisti.

CONCLVSIO.

Si res vsumfructum habeant ex quo illarum non fiat consumptio, sed distractio, & rerum, & vsuumfructuum, deductis suis laboribus, debet fieri restitutor, lucri verò, iusta mercatione ex pecunia extorta per vsuram acquisiti (nisi ille, cui facienda erat restitutio, aliquod damnum incurrit) nequaquam.

AD ISTAM quæstionem dicūt aliqui, ꝙ talis non tenetur restituere lucrum prædictū: lucrum tamen de re furtiua, vel rapta restituere tenetur, quia vsurarius dominus rei est, quā lucratus est per vsuram: fur autem non est dominus rei furatæ, nec raptor rapinæ. *Responsio. Prima op.*

Sed contra, quicūque est dominus alicuius rei, est dominus eius aliquo iure, non iniuria; sed rei acquisitæ per vsuram vsurarius non est dominus aliquo iure, quia nec iure emptionis, nec iure liberalis donationis, nec iure locationis. Certum est enim, ꝙ in locatione non transfertur dominium rei locatæ, nec iure permutationis, & sic de aliis, nec iure mutui, quia accipere plus pro mutuo non est ius, sed iniuria: vsurarius ergo non est iure diuino, nec iure canonico dominus rei, quam acquisiuit per vsuram.

Ideo dicunt alij, ꝙ vsurarius non solum tenetur ad restituendum vsuram, sed etiam quicquid lucratus est iusta mercatione de re acquisita per vsuram, prius tamen deductis laboribus, & expensis. Fur autem vel raptor de lucro iusta mercatione acquisita non debet inde deducere, nec labores, nec expensas, quia mitius est agendum cum vsurario, quam cum fure, vel latrone. *2. opin.*

Sed contra hoc est ratio facta ad partem secundam.

Videtur ergo mihi dicendum ad quæstionem, ꝙ rerum quędam sunt, quę habent vsumfructum, cuiusmodi sunt res quarum vsus non est earum consumptio, seu distractio, & si quis talem rem extorserit per vsuram, nō solum tenetur ad restituendum ipsam rem, sed etiā fructus perceptos, deductis prius suis laboribus, & expensis, quia tales fructus sunt fructus rerum quarum alius dominus est. Quędā autem sunt res, quæ non habent vsumfructum principaliter, cuiusmodi est pecunia: lucrū enim de pecunia proueniens nō est fructus eius, sed humanæ industrię, & laboris: & quia homo dominus est sui laboris, & industriæ, lucrū quod iusta mercatione acquisiuit de pecunia extorta per vsuram non tenetur restituere, quia tamen pecuniam alterius præter ius absolutam voluntatem detinuit, si ille cui facienda erat restitutio ex hoc aliquod damnum incurrit, alius sibi tenetur cum restitutione vsuræ ad restitutionem damni. *Propria opinio Doctor.*

AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis. *Ad primū.*

Ad secundum dicēdum, ꝙ iste de fructu rei alterius non est factus locupletior, sed de fructu suæ industriæ, & laboris. *Ad secundum.*

Ad tertium patet solutio ex dictis in corpore quæstionis. *Ad tertiū.*

QVAE-

QVAESTIO VII.

Vtrum homo teneatur restituere ea, quæ inuenit a fortuna.



Arg. 1. ET VIDETVR quòd non: Instit. de diuisione rerũ. §. fere bestiæ igitur. Quod nullius est: naturali ratione occupantis esse conceditur: sed quæ sic inueniuntur nullius sunt: ergo sunt illius qui inuenit.

Secundo. Item 14. q. 5. Nõ sane dicitur, ꝙ si a dño qui non vult operario reddere mercedem suã accipiat operarius, quod sibi debetur debitore inuito, vel ignorante, non accipit quod erat illius, sed ille qui inuenit rem a fortuna non accepit rem alicuius: ergo illam iniuriose nõ accepit, & ex consequẽti, nec eã restituere tenet.

In oppositum. CONTRA, ff. de incẽdio. ruina. naufragio. l. Si quis ex naufragio: & l. Ne quis ex naufragijs: dicitur, quòd qui inuenit res perditas per naufragium restituere tenetur.

CONCLVSIO.

Rerum omnium communium iure naturali talis inuentor restitutionem facere non tenetur, earũ verò quæ aut vniuersitatis, aut singularis personæ sunt, vtiquè.

Responsio. Res sunt in triplici. RESPONDEO, ꝙ quantum ad præsens sufficit. Rerum quędam sunt communes omnium iure naturali, vt volucres non domesticæ, & pisces maris, & similia. Instit. de diuisione rerũ. §. Et quidam: & §. Fere bestiæ igitur. Quædam sunt vniuersitatis, vt illud quod est ciuitatis in cõi, vt theatra, stadia, & similia. Instit. de diuisione rerum. §. vniuersitatis. Et quędã sunt proprie singulorum. Si quis inueniat aliquã de rebus primo modo dictis, restituere nõ tenetur, & de tali re loquitur prima auctoritas ad primam partem. Si quis autem res, quæ sunt communitatis aliquo casu inuenerit, restituere cõmunitati tenetur. Similiter rem, quæ est alicuius singularis personæ: & sic intelligitur, quod dicitur 14. q. 5. Si quid inuenisti. vbi dicitur, ꝙ si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti: & eadem q. c. Multi: dicitur, Discant hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inuenta non red dat si sciat cuius sunt. Et si cuius sunt ignoret, tamen retinere non potest, sed debet facere, quod in se est, vt sciat cuius est: quia vt dicitur ff. de furtis. l. Falsus. §. Qui alienum: qui alienũ quid iacens in terra lucri faciendi causa sustulit furti obstringitur, siue sciuerit cuius sit, siue ignorauerit, & hoc rationabile est, qa ex quo rem scit suam non esse, supponere debet eam de iure ad alium pertinere. Si autem non potest inuenire cuius sit, illi cui incumbit cura de re pu. restituat.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum solutum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ operarius debitum accipiens clam, vel contra domini voluntatem, & si restituere non teneatur, tamen peccat propter indebitum accipiendi modũ. Vnde Gloss. super illud verbum allegati decr. Non iniuriose aufertur: dicit, per iudicem. Ille autem qui rem inuentam ad retinẽdum pro se accipit, non tantum peccat, sed etiam restituere tenetur, quia quod sibi non debetur ad opus suum accepit, nisi fuerit de numero rerum, quæ omnibus sunt communes quantum ad vsum.

QVAESTIO VIII.

Vtrum homo teneatur restituere ea, quæ lucratus est per ludos prohibitos.



Arg. 1. Alexã p. 4. q. 24. m. 4. ar. 5. §. 6. ET VIDETVR quòd non: magis est prohibitum meretricium, quam quicunque ludi: sed mulier non tenetur restituere, quæ lucratur de meretricio, vt superius habitum est: ergo nec homo quod lucratur per ludos prohibitos.

Secundo. Item torneamentum ludus est prohibitus, & pęna grauis apposita, ita ꝙ quãuis torneanti si fuerit in periculo mortis, pœnitentia non negetur si petat carere, tamen de ecclesiastica sepultura si moriatur ibidem, extra de torneamentis. c. 1 Et illi qui lucrantur in torneamento secundum leges torneamẽti restituere non tenentur: ergo a simili, neque illi qui lucrantur per alios prohibitos ludos.

In oppositum. CONTRA, non potest ab alio repeti secundum ius quod ille dare, vel restituere nõ tenetur: sed secundum constitutionem Gręcam potest repeti vsque ad 50. annos illud quod amittitur in ludo alearum: ergo ille qui per talem ludum lucratur restituere tenetur.

Secundo. Item sm̃ Phil. 4. ethic. c. 4. Aleator illiberalis est, sed illiberalis est qui retinet danda: ergo illud quod homo lucratur per ludum alearum non est retinendum, sed dandum.

CONCLVSIO.

Affirmatiua pars videtur probabiliter sustinenda.

Respons. primæ opinio. AD ISTAM quæstionem dicendũ, quòd quidam ludi, ita sunt prohibiti, ꝙ non præcipitur restitui, quod homo lucratur secundum legem illius ludi, sicut sunt torneamẽta, vnde illi qui lucrantur tali ludo, quamuis peccent, quia faciunt contra prohibitionem Ecclesiæ, tamen restituere non tenentur. Sunt alij ludi prohibiti, ita ꝙ etiam pręcipitur restitui illud, quod ludens tali ludo lucratur, cuiusmodi est ludus alearum, & taxillorum. Et ꝙ tales ludi sint prohibiti, habetur decret. dist. 35. Episcopis: & ff. de aleatori. per totum: & in Autent. de Sanctis. Episcopus. §. Interdicimus: & extra de vit. & hon. cleric. Clerici officia: & in text. & in gloss. non tamen est prohibitum ludere, non ex cupiditate, & pro communi conuiuio faciendo: quia vt dicitur ff. de aleatoribus. l. vlt. quod in conuiuio vescendi causa ponitur in eam rẽ familia ludere permittatur. Quod autem ludẽs restituere teneatur, quod lucratur in ludo alearum, vel taxillorum, sm̃ quod prohibitus est, hr̃ decr. dist. 35. Eps, in Gloss. & ff. de aleatoribus. Vide ibi mul ta ad hoc.

l.vlt.& ex̃.de vit.& ho.cleric.Clerici officia in Glo.quod aliqui sic credunt esse intelligendũ, s.ꝙ per iudicem ad restituendum potest de iure compelli:si tñ per sententiã iudicis non cõpellitur,restituere non tenetur,quia talis restitutio pręcipitur in pęnam lucrantiũ tali ludo: nec iura ad hoc allegata dicunt, ꝙ teneatur restituere ipso iure,sed quod ab eo potest de iure repeti. Aliquis.n.quandóque aliquid licite retinet antequam per sententiã dimittere cõpellatur, quod tamen dimittere per sententiã iuste compellitur. Electio enim excõicati minori excommunicatione non est irrita ipso iure,&tamen est irritanda,extra de clerico excõmunicato ministrante,ca.Si celebret. Interficiens enim hominem iniuste potest per sententiam iuste priuari hæreditate; sed tamen ante sententiam non tenetur illam dimittere.

Opinio communis,& securior. Communis tamen opinio,quæ est securior, tenet,ꝙ eo modo quo ludus taxillorũ est prohibitus, homo tenetur ipso iure ad restituendum illud, quod lucratus est per talem ludũ, quia non tñ prohibetur ille ludus, sed etiam acquisitio lucri per talem ludum: quia tamen vt aliquibus probabiliter vr̃ talis restitutio nõ est præcepta per ius ciuile: non videtur, ꝙ ad hanc restitutionem sint obligati de necessitate,nisi illi qui de iure legibus subsunt imperialibus,nisi alibi sit talis restitutio per consuetudinem approbata.

Videtur autem alijs,& probabiliter, ꝙ talis restitutio præcipitur implicite in iure can. q̃a leges imperiales non contrarias iuri diuino, nec abrogatas per ius canonicum,nec per aliquam contrariam cõsuetudinem rationalem iura canonica obseruanda decernunt:dec.dis. 10.De capitulis,& c. Quis autem: & duobus c. immediate sequentibus.Ratio autem quare leges magis prohibent ludum alearum, quã torneamenti est,quia in ludo torneamenti sunt labores qui carnem macerant,& retrahunt a turpitudine carnalis luxuriæ, & in illo ludo torneantes addiscũt artem militiæ in luctando,& dirigũt se humano ingenio, quod exercitatur ibidem, & etiam iuuant se corporis fortitudine,nec lucrum suum totaliter fortunæ cõmittunt,vnde si illum ludum exercent temperate, & bona intẽtione,nec esset prohibitus per ecclesiam,non esset peccatum torneare,eo ꝙ ludus esset vtilis pro defensione rei pub.vnde iure ciuili prohibitus nõ est:quod patet, quia.ff. de aleatoribus.l.Solent: conceduntur ludi in quibus exercetur corporalis virtus, sicut certare hasta,vel currere,vel saltare,&sic de alijs: sed iura canonica illum ludum prohibent propter abusum ludentium:obligat tñ prohibitio oẽs quacunq; intentione torneent, quia statutũ est generale. Assuefactio aũt ludi taxillorũ nutrit ocium,quod est fomentũ carnalis lasciuiæ, neq; ibi addiscitur aliquid qđ sit vtile rei pu.neq; ibi exercetur humanũ ingeniũ,sed totũ cõmittitur fortunę: & ideo tam iure canonico,quã ciuili ludus ille habitus est, sed lucrantes per talem ludũ non obligantur de necessitate ad restituendũ,nisi per ius ciuile:ludus autẽ scacorum sine taxillis prohibitus esse nõ videtur,eo ꝙ ibi exercetur humanũ ingeniũ,nisi forte in casu,cum homines agunt pęnitẽtiam,

Quare per leges magis prohibetur ludus alearum, quam torneamenti.

Ad aliam partem. AD ARGVMENTA ad partem primã dicendum,ꝙ quãuis meretricia, & torneamenta sint prohibita, tñ nullo iure canonico pceptũ est debere restitui ea,quæ lucrãtur per illa:sed iure ciuili præceptũ est restitui illud,quod lucratur homo per ludum alearum, & taxillorũ.

Ad primum. AD PRIMVM ad partem aliam dicendũ, quòd procedit de illis qui subsunt legibus imperialibus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ Phil. ibi non loquitur de illiberali illiberalitate, quæ corrumpit virtutem liberalitatis,sed de illa,quæ derogat perfectioni eiusdem.

Vel dicendum,ꝙ non omnis illiberalis retinet ea,quæ de necessitate sunt danda,quia illiberalis est,etiam ille qui superabundat in accipiendo, vel qui turpiter accipit, secundum Philos.e.cap.non omnis autem qui turpiter lucratur,tenetur restituere, quod sic lucratur.

CIRCA litteram. Non præueniri sententiam iudicis:huic non obstat, quod dicit Io.20.Quorũ remiseritis peccata,&c.quia sententia sacerdotis debito modo sententiantis, est sententia Dei.Tales postea non puniri:hoc intelligendum est si pœna se correxerit, & pęna sufficiens fuerit. Leuis culpa leui supplicio compensatur.

Contra, ille de quo ibi loquitur blasphemauerat: blasphemia autem non est leuis culpa, sed grauissima.

Respondeo, illud verbũ non refertur ad illum qui blasphemauerat, sed ad illũ qui in sabbato ligna collegerat, nisi extendatur nomen blasphemiæ ad omne factum contra legem. Et in malis forte etiam sit ita:& bene ponitur forte, quia non est verum, quòd in non habente charitatem dimittatur peccatum aliquod. Et si fides definit: idest conscientia peccati, quia aliquando homo est in peccato mortali,& nescit. Quia ex fonte gratiæ Dei instillatur,quia cessare ab actu peccati, quamuis adhuc non sit contritio vera, est tamen quædam gratia gratis data. Talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationem, supple vitæ æternæ. Aestimandum est fortasse tolerabilius ei futurum iudicium. Non quia pęna peccatis suis debita diminuatur :sed quia alias demeruisset, & modo non demeretur : ibi enim loquitur littera de reprobo faciente aliqua bona opera in mortali peccato. Bona in charitate facta, quæ comitatur mortalis culpa,non q̃a simul fiant in charitate, & simul comitetur mortalis culpa:quia charitas, & mortalis culpa simul non cõpatiuntur se, sed quia prius in cha-

charitate facta: postea comitatur mortalis culpa, vnde comitari videtur ibi pro sequi accipi. Pęnitentia vera ad baptismi puritatem copi. Pęnitentia vera ad baptismi puritatem copnatur: quia per pęnitentiam posſit homo purgari ab omni actuali peccato: non tñ poteſt fieri quin peccator innocẽtiam amiſerit, cæteris autem paribus nobilius eſt ſemper innocentię fuiſſe, quam aliquando non, & poſtea ſic. Sciat ſe culpabiliter durum qui defleт damna tẽporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non oſtendit in lachrymis. Contra, multi ſunt vere pœnitentes, qui tamen plorare non poſſunt.

Reſpondeo, ibi hoc aduerbium culpabiliter non dicitur ab actu culpæ, ſed a diſpoſitione ad culpam.

De tribus quæ in pœnitentia conſideranda ſunt.

DISTINCTIO XVI.

IN perfectione autem pœnitentiæ tria obſeruanda ſunt, ſcilicet, compunctio cordis, confeſſio oris, ſatiſfactio operis. Vnde Ioannes os aureum, Perfecta pœnitentia cogit peccatorum omnia libenter ferre: in corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas. Hæc eſt fructifera pœnitentia, vt ſicut tribus modis Deum offendimus, ſcilicet corde, ore, & opere, ita tribus modis ſatiſfaciamus. Sunt enim tres peccati differentiæ, (vt ait Auguſtinus,) & in corde, & in facto, & in conſuetudine, tanquam tres mortes: vna quaſi in domo, ſcilicet cùm in corde conſentitur libidini: altera quaſi prolata iam extra portam, cum in factum procedit aſſenſio: tertia, cum vi malæ conſuetudinis, tanquam mole premitur animus, vel noxiæ defenſionis clypeo armatur, quaſi in ſepulchro iam fœtens. Hæc ſunt tria genera mortuorum, quæ Deus legitur ſuſcitaſſe. Huic ergo triplici morti, triplici remedio occurritur, contritione, confeſſione, ſatiſfactione. Compunctio nobis commendatur ibi, Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra: Confeſſio ibi, Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Verè enim confitetur, qui ſe accuſat, qui execrando malum ſibi imputat. Et ibi, Effundite coram illo corda veſtra. Et iterum, Confitemini alterutrum peccata veſtra. Satiſfactio a Ioanne præcipitur, vbi ait, Facite dignos fructus pœnitentiæ: ſcilicet, vt ſecundum qualitatem, & quantitatem culpæ ſit qualitas, & quantitas pœnæ. Non enim par debet eſſe fructus boni operis eius, qui nihil, vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit. Ideo diſcretio pœnitenti valde neceſſaria eſt, vt illa gerat, quæ tradit Auguſtinus, dicens, Conſideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius vitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus, vel officij, vel ſecundum modum meretricis, & in modum operis ſui: & qualiter turpitudinem egerit, ſi in loco ſacro, ſi in tempore orationi cõſtituto, vt ſunt feſtiuitaes, & tempora ieiunij. Conſideret quantum perſeuerauerit, & defleat quòd perſeueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui non ſolùm non vincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt, nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluptatem. Et pertractet ſecum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccauit. Omnis iſta varietas confitenda eſt, & deflenda, vt cùm cognouerit, quòd peccatum eſt multum, citò inueniat Deum propitium. In cognoſcendum augmentum peccati, inueniat cuius ætatis fuerit, cuius ſapientiæ, & ordinis. Immoretur in ſingulis iſtis, & ſentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem qualitatem vitij: defleat virtutem, quia interim caruit. Dolendum eſt enim non ſolum quòd peccauit, ſed quia virtute ſe priuauit. Defleat etiam quoniam offendens in vno, factus eſt omnium reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino nõ timuit. In hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quo eſt Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Alio etiam modo offendens in vno, factus eſt omnium reus: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Ponat ſe omnino in iudicio, & poteſtate ſacerdotis, nihil ſui reſeruans ſibi: vt omnia eo iubente paratus ſit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro vitanda corporis morte: & hoc cum deſiderio: quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus: ſemper deprecetur Deum, offerat Deo mentem, & cordis contritionem: deinde & quod poteſt det de poſſeſſione: & tunc quod offert, ſecurus offerat. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius dicit ad Abel, quàm ad munera eius. In iudicio ergo cordis conferenda eſt eleemoſyna tribuentis. Nec conſiderandum eſt quantum, ſed qua mente, qua affectione dat quod poteſt. Qui ergo ſua peccata redimere vult temporalium oblatione, prius offerat mentem. Caueat etiam ne ductus verecundia, diuidat apud ſe confeſſionem, vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare. Quidam enim vni celant, quæ alij manifeſtanda conſeruant: quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere, ad quam per fruſtra putat peruenire. Caueat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat, quàm confortetur bona conſcientia, & doleat quòd nondum audeat ſumere, quem multùm deſiderat, cibum ſalutarem. Cohibeat etiam ſe a ludis, à ſpectaculis ſeculi, qui perfectam vult conſequi remiſsionis gratiam. Iſti ſunt digni fructus pœnitentiæ, animam captiuam elaqueantes, & in libertate ſeruantes. Et infrà, Quærat anima dignos fructus, etſi non dignos pœnitentiæ. Sunt enim digni fructus virtutum, qui non ſufficiunt pęnitentibus. Pęnitentia enim grauiores poſtulat, vt dolore & gemitibus mortuus impetret vitam. Ex his oſtenditur, qui ſint digni fructus pœnitentiæ, quibus vera ſatiſfa-

Marginal notes: Aug. li. 1. de ſer. domi in mõte, c. 23. circa finẽ. Item tract. 49. in Ioã. Et ſer. 44 de verbis domi. — Ioel 1. c — Prou. 18. c — Pſal. 61. — Iacobi 5. d — Matth. 3. b Lucæ 3. c — De vera & falſa pœnit. c. 14. in prĩcip. tom. 4. — Iacob. 2. b — Gen. 3. c — Ibid. c. 15. — Gen. 4. b — Aug. ibi. 15

ctio expletur: & quòd non omnes digni fructus, sunt digni fructus pœnitentiæ: quod de illa pœnitentia intelligitur, quæ maiorum est criminum. Non enim sufficiunt grauiter delinquentibus, quæ sufficiunt minus, vel parum peccantibus.

Quæ sit falsa satisfactio.

Et sicut sunt digni fructus pœnitentiæ, ac vera satisfactio, ita & indigni fructus, & falsa satisfactio, id est falsa pœnitentia. Vnde Gregorius. Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri nō possit, si culpis grauioribus irretitus ad pęnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniustè detinet, vel qui odium in corde gerit; recognoscat se verā pœnitentiā non posse peragere, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, & bona quæ iniustè abstulit, restituat. Nec tamen desperet: interim quicquid boni facere potest, hortamur vt faciat, vt Deus cor eius illustret ad pœnitentiam. Cùm sit pœnitentia interior, & exterior, de vtraque per pręmissa satis apparet quæ sit vera, & quę sit falsa.

Greg. septimus, de pœ. dist. 5. cap. Falsas.

De tribus actionibus pœnitentiæ.

Prædictis verò adijciendum est, quòd tribus modis agitur pœnitentia, ante baptismum, scilicet de prioribus peccatis, post baptismum de grauioribus, quæ post committuntur. Est etiam pœnitentia venialium quotidiana: quæ etiam humilium est, & perfectorum. Vnde Augustinus. Tres sunt actiones pœnitentiæ, quas mecum eruditio vestra recognoscit. Vna est, quæ nouum hominem parturit, donec per baptismum omnium præteritorum ablutio fiat peccatorum: quia nullus suæ voluntatis arbiter, nisi pœniteat eum veteris vitæ, nouam inchoare potest, a qua paruuli sunt immunes cùm baptizantur: quia nondum possunt vti libero arbitrio: quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides à quibus offeruntur. Altera est actio pœnitentiæ post baptismum: quæ fit pro illis peccatis, quæ legis decalogus continet. Agunt ergo homines pœnitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen vt etiam baptizentur sicut Petrus ait, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini, &c. Agunt etiam pœnitentiam, si post baptismum ita peccauerunt, vt excommunicari, & reconciliari postea mereantur. Est etiam pœnitentia bonorum, & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes, Dimitte nobis debita nostra, &c. Neq; ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa in baptismo non dubitamus, sed illa quæ humanæ fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt: quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimment, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid. n. interest ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinam per negligentium culpam impleat nauem, & submergatur? Ideo ieiunium, & eleemosynæ, & orationes inuigilent: in quibus cùm dicimus, Dimitte nobis debita nostra, &c. manifestamus nos habere quod nobis dimittatur: & his verbis humiliantes animas nostras, quotidianam agere pœnitentiam non cessamus.

Hom. de vtilitate, & necessitate pœ. quæ est 50. ca. 1. & 4. in to. 10.

Aug. epist. 108. quæ est ad Seleucianam.

Matth. 6. b

De satisfactione venialium.


Qvae autem pro venialibus fit satisfactio sufficiens, August. insinuat, ita inquiens in Enchiridio, De quotidianis, & breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere, Pater noster qui es in cœlis, &c. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus vita fidelium etiam sceleratè gesta, sed pęnitendo in melius commutata discedit: sicut veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra, ita & veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: id est si fiat quod dicitur: quia & ipsa eleemosyna est veniam petentibus omnino ignoscere. Ex his alijsque præmissis iam facilè est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cum ieiunio aliquo, & eleemosynis, sic tamen vt præcedat contritio aliquantula, & addatur confessio, si adsit facultas, de qua confessione pòst tractabitur. Pro grauioribus verò peccatis hæc etiam in satisfactione adhibenda sunt, sed multò vehementius atque districtius: quia, vt ait Augustinus, ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius cōmutare, & à malis factis recedere, nisi de his quæ facta sunt satisfaciat Domino per pœnitentiæ dolorē, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Ca. 71. & de pœn. dist. 3. Sed verba.

Matth. 6.

Li. de pœn. medicina, c. 5. & 9. & hom. 50.

DISTINCTIO XVI.



Vperivs determinauit Magister de pœnitentia in generali: hic autem determinat de partibus eius in speciali. Et diuiditur in tres. — Cōtinuatio.

Primo determinat de illis coniunctim, & absolute. — Diuisio.

Secundo determinat diuisim, & comparatiue dist. sequenti. (Hic oritur quæstio.) Prima in duas.

Primo determinat de partibus pœnitentiæ quasi integralibus.

Secundo de partibus quasi subiectiuis. ibi. (Prædictis vero.) Prima in duas.

Primo ostendit quomodo vera pœnitentia consistit ex suis partibus integralibus.

Secundo quomodo falsa. ibi. (Et sic sunt.) Illa pars, quæ ibi incipit. (Prædictis vero.) Diuiditur in duas.

Primo distinguit triplicem differentiam pęnitentiæ.

Secundo determinat de vna illarum, scilicet de pęnitentia venialium. ibi. (Quæ ibi.)

Circa hanc distin. quærendum est principaliter de quinque.

Primo de partibus pœnitentiæ.

Secundo de circunstantijs peccatorum.

Tertio de impedimentis pęnitentiæ veræ.

Quarto de pœnitentia mortalium.

Quinto de pœnitentia venialium.

AR-

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo, vtrum cōpunctio cordis,& confessio oris,& satisfactio operis sint partes pęnitentiæ.

Secundo, vtrū absolutio sacerdotis sit principalior pars sacramenti pœnitentiæ, quam compunctio cordis.

QVAESTIO I.

Vtrum tria prædicta sint partes pœnitentiæ.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. dist. 16. dub. 1. D. Th. p. 3. q. 90 ar. 1. Scot. lib. 3. dist. 16. q. 1. Alex p. 4. q. 16. ET VIDETVR ꝙ non: quia non sunt partes pœnitentiæ, quæ est virtus, cū virtus sit forma simplex, nec pœnitentiæ, quæ est sacramentum, quia quodcūque sacramentū confertur a ministris ecclesiæ: sed contritio,& cōfessio non conferūtur a sacerdote: ergo nō sunt partes pęnitētiæ.

Secundo. Item non sunt subiectiuæ partes pœnitētię, quia totum prędicatur de qualibet parte subiectiua per se, sed pęnitentia non prædicatur de confessione per se, nec partes integrales, quia totū integrale non cōstituitur ex suis partibus nisi simul existant: hæc autem tria non sunt simul: confessio.n. sequitur compunctionē,& satisfactio vtrāq;: ergo nō sunt partes pęnitētię.

Tertio. Item Lucæ 3. Facite fructus dignos pęnitentiæ: sed secundum Magistrum in littera huius dist. cap. 2. Digni fructus pœnitentiæ sunt quibus vera satisfactio expletur: cum ergo fructus non sit pars rei cuius est fructus, satisfactio non est pars pœnitentiæ.

In oppositum. CONTRA, Ea quæ requiruntur ad perfectionem rei sunt partes eius: sed sicut dicit Magister in præsenti distin. in principio. In perfectione pœnitentiæ tria obseruanda sunt, scilicet compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis: ergo sunt partes pœnitentiæ.

Secundo. Item partibus morbi respōdere debent partes medicinę: cum ergo partes peccati sint peccatum in corde, in ore, & in operæ: videtur, ꝙ pœnitentia, cū sit medicina partes habeat istis correspondentes: hæ autem sunt compunctio, confessio,& satisfactio.

CONCLVSIO.

Cordis compunctio, oris confessio, & operis satisfactio partes integrales pœnitentiæ sacramenti dici possunt.

Responsio. Pœnitentia quadrupliciter potest accipi. RESPONDEO, ꝙ pęnitentia quadrupliciter potest accipi, s. pro pęnitentia, quę est virtus: vel pro actu talis virtutis, vel pro passione q̄nque concomitante actū, vel præcedente, vel sequente tanquā effectus causam, vel pro pęnitentia, quę est sacr̄m. Primo modo tria p̄dictā nō sunt partes eius, quia sic est forma simplex, vt tangebatur in arg. Secundo modo sunt partes pęnitentię quasi subiectiuę, q̄a de qualibet illarum pōt dici, ꝙ est actus pęnitentię, non tū ad plenum partes sunt subiectiuæ, quia esse actū pęnitentię non cōuenit æqualiter cuilibet illarum, quia principaliter conuenit compunctioni cordis: confessioni aūt,& satisfactioni exteriori conuenit, inquantū procedunt ex cōpunctione interiori. Tertio modo nō sunt partes pęnitentię: sed quarto modo sunt partes pęnitentię integrales. Sacr̄m.n. pęnitentię sine tribus prædictis non integratur: cum.n. in sacramento pœnitentiæ sit emenda voluntaria per viam iudicij volūtariè suscepti, requiritur ibi quædam citatio ad voluntariè subeundum illud iudiciū,& hæc est cordis compūctio, & corā iudice veritatis confessio, & s̄m arbitriū iudicis satisfactio, vel in re, vel saltem in proposito, si in operæ exteriori expleri non potest. Sacramentum pœnitētiæ tribus integratur.


Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non oportet quodlibet sacramentum secundum totum, quod est de ratione sacri ministrari ab alio: sed s̄m aliquid eius. A sacerdote aūt administratur absolutio: in sacramentis aūt in quibus actus hoīs non est sacramenti materia, sicut in baptismo,& confirmatione oēs partes sacramenti ministrantur a ministris Ecclesiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ pęnitentia s̄m ꝙ accipitur pro actu prædicatur de qualibet istarum partiū per se. Vnde pęnitentię sic sunt partes quasi subiectiuæ, vt dictum est: sed de nulla istarū per se prędicatur pęnitentia, quæ est sacramentum, quia sunt partes eius integrales, quamuis non sint simul: quia non oportet esse simul omnes partes totius integralis nō habentis esse permanēs, sed successiuum: tale autem totum integrale est sacramentum pœnitentię.

Ad tertiū. Ad tertium dicendū, ꝙ compunctio, confessio,& satisfactio, & si sint fructus pœnitentiæ, quę est virtus, quia per fructus intelligūtur opera, s̄m glo. Mat. 7. Arbor bona fructus bonos facit, tamen sunt partes, non pœnitentiæ, quæ est virtus, sed quæ est sacramentum.

QVAESTIO II.

Vtrum absolutio sacerdotis sit principalior pars sacramenti pœnitentiæ, quam compunctio cordis.



Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic: In vnoquoque composito, principalior est pars forma, quam materia: sed compunctio numeratur inter partes materiales huius sacramenti: absolutio aūt est pars formalis, quia formæ sacramentorum consistunt in verbis ministri: ergo absolutio est prīcipalior pars huius sacramenti, quam compunctio.

Secundo. Item si absolutio nō esset principalior pars huius sacramenti, quam compūctio, cum pęnitens compunctionem a ministro nō suscipiat, sed tantum absolutionem, verius diceretur pęnitentes non suscipere sacramentū pœnitētiæ a sacerdote, quam suscipere, quod falsum est.

Tertio. Item illa pars principalior est in sacramento, quæ magis cooperatur ad effectum sacramenti: sed absolutio magis cooperatur ad sacramenti effectum, qui est peccatorum remissio. Vnde habetur Ioā. 20. Christus dixit discipulis suis: Quorum remiseritis peccata remittūtur eis: ergo absolutio est principalior pars huius sacramenti, quam compunctio.

In opposi-tum. CONTRA, in artificialibus pars principalior est materia, quam forma: quia materia est substantia, & forma est accidens: sed sacramentum pęnitentiæ est quoddam totum artificiale, cuius partes materiales sunt, compunctio, confessio, & satisfactio, pars formalis absolutio: ergo principalior est in hoc sacramento compunctio, quam absolutio.

Secundo. Item in præsenti dist. c. 1. inter partes sacramenti non numerantur, nisi ea, quę sunt ex parte pęnitentis: ergo inconueniēs esset omittere partem magis principalem, absolutio sacerdotis non est pars principalior huius sacramēti.

CONCLVSIO.

Compunctione vt cooperatrice dumtaxat ex vi sacramenti principalior pars diiudicatur absolutio, at cum vtraque vi sua absolutioni comparata, pars principalior ipsa statuitur.

Respons. RESPONDEO, in sacramento illa pars *Pars principalior in sacramēto pœnitentiæ.* est principalior, quæ principalius cooperatur ad principalem sacramenti effectum: principalior aūt effectus sacramentorum nouę legis est *Effectus prīcipalior sacramentorū nouæ legis quis sit.* sanctificare, quam sanctificationē significare: illa ergo pars sacramenti pœnitentię est principalior, quæ magis ex vi sacramenti cooperatur ad remissionem culpę, & pęnę æternæ, quæ remittuntur per gratiam sanctificantem: compūctio autem non tm̄ cooperatur ad remissionem culpæ ex vi sacramenti, sed etiam inquantum est actus virtutis, vel efficax dispositio ad virtutem: dico ergo, ꝙ si comparetur compunctio cum vtraque vi sua coniunctim ad absolutionem, principalius cooperatur ad remissionem culpæ, quam absolutio. Si aūt cōsideratur illud ad quod operatur compunctio ex vi sacramenti tantum: sic dico, ꝙ non ita cooperatur principaliter ad remissionem culpæ, sicut absolutio sacerdotis, quia cum sacerdos sit vicarius Christi principalius, & per prius assistit verbis suis, in quibus absolutio cōsistit virtus sanctificans, quā partibus sacramenti, quæ sunt ex parte pęnitentis: quantum etiam ad actum significandi principalior est absolutio, quam compunctio, quia sensibilius, & magis per se significat peccati remissionē, quam ipsa compunctio, quæ illam sensibiliter nō significat per se, nisi ipsi compuncto. Alijs autem hoc non significat, nisi inquantum manifestatur in confessione oris, & satisfactione operis: prædictam autem comparationem non intelligas in efficiendo gratiam, sed in disponendo ad eius susceptionem.

Ad primū. AD PRIMVM argumentum dicendum, ꝙ absolutio non est forma sacramēti pœnitentię, nisi sm̄ illum modum quo dicimus partem principaliorē totius integralis esse formam, sicut dicunt homines, ꝙ tectū est forma domus, sed sic forma improprie accipitur: sed dico, ꝙ forma huius sacramenti est ordo ad significādum dispositiue, & efficiendum peccati remissionē respectu cuius formę, compunctio, confessio, & satisfactio, absolutio, materiales sunt: absolutionem tn̄ esse principaliorē partem huius sacri compunctione non probāt argumenta, nisi considerata cōpunctione quantū ad illam vim, quam habet ratione sacramenti tm̄.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partem aliam dicendū, ꝙ quamuis materia artificialium absolute sit res principalior, quam forma, tamen sub ratione rei, quæ artificialis est, principalior est forma artificialis, quam materia.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ postea per se tractat Magister de absolutione, inquantum tractat de clauibus Ecclesiæ: & hoc signum est, quòd absolutio est pars huius sacramēti principalior, quam aliæ.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secūdo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum circunstantia possit mutare speciem peccati.

Secundo, vtrū possit veniale mutare in mortale.

QVAESTIO I.

Vtrum circunstantia possit mutare speciem peccati.

Arg. 1. D. Bon. h. dist. 17 p. 1. ar. 1 q. 1. D. Thom. 4. sent. di. ... art. 2. q. 3. Alexā p. 4. q. 18. m. 4. ar. 3. Scot. lib. 4. distin. ... q. vnica. ET VIDETVR quòd non: quia accidens non mutat speciem rei: sed quælibet circunstantia est accidens actus: ergo per nullam circūstantiam potest trahi ad aliam speciem peccati.

Secundo. Item actus recipit speciem ab obiecto, sed circunstantia non mutat obiectum: ergo per circunstantiam non potest actus mutari in aliam speciem peccati.

In oppositum. CONTRA, secundum Phil. 5. ethic. c. 4. Ille qui męchatur propter concupiscentiā luxuriosus est: qui aūt propter lucrū auarus: sed luxuria, & auaritia sunt peccata specie diuersa: ergo cum propter quid sit vna de circunstātijs actuum, vt patet 3. ethic. cap. 3. vnus actus trahi potest ad aliam speciem peccati propter circunstantiam.

Secundo. Item furari rem sacrā, & furari rem non sacrā, sunt diuersę species peccatorū: sed sacrū, & non sacrū sunt actus circunstantiæ: ergo per circunstantiam potest mutari species peccati.

CONCLVSIO.

Circunstantias speciem posse immutare peccati manifestissimum est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ actus volūtatis per hoc formaliter est peccatum, quia caret debito ordine rationis, & per hoc formaliter est in specie peccati, eo modo, s. quo conuenit priuationi esse in specie, quia caret aliquo speciali debito ordine rationis: quandoque ergo per aliquam circunstantiam priuatur aliquo speciali debito ordine rationis, & constituitur actus per illam circunstātiam in aliqua noua specie peccati. Si aūt per circunstantiam nō priuatur actus aliquo speciali debito ordine rationis, sed tantum per eam priuatio debiti ordinis intenditur, non mutatur per eā species peccati, sed peccatū in eadē specie remanēs aggrauatur.

Quan-

Quando aũt per eam, nec actus speciali debito ordine rationis priuatur, nec priuatio talis ordinis intenditur, tunc per eam non mutatur species peccati, nec aggrauatur peccatum: verbi gratia, quia specialis ordo rationis est deliberatiuæ voluntatis ad rem sacram specie differēs a debito ordine rationis ipsius volũtatis deliberatiuæ ad rem nõ sacram: ideo quia per furtum sacræ rei corrumpitur debitus ordo rationis ipsius voluntatis ad rem sacram, & per furtum rei non sacræ corrumpitur debitus ordo rationis ipsius voluntatis ad rem non sacram, ideo sacrilegium est alia species furti, quam acceptio rei alienæ non sacræ. Sed quia ad eandem rem in parua quantitate non ordinatur voluntas debito ordine rationis differētis secundum speciē ab illo debito ordine quo ordinatur ad eandem rem sub maiori quantitate, ideo de eadem pecunia furari parum, vel multum non sunt diuersæ species peccati: sed per acceptionem in magna quantitate aggrauatur peccatum: accipere autem cũ manu dextera, vel sinistra, nec speciem mutat, nec in eadem specie aggrauat.


Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis circunstantia sit accidens essentiæ ipsius actus: tamen quandocunque per ipsam constituitur noua peccati species, pertinet ad speciem illius actus, inquantum moralis est. Vnde & si sit circũstantia illius essentiæ actus, non est tamen eius circunstantia sub ratione qua tale peccatum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ & si circunstantia non mutet obiectum actus secundum speciem naturæ, potest tñ mutare obiectum actus secundum speciem moris, v.g. secundum speciem naturæ idem obiectũ est adulterij, & fornicationis simplicis, & concubitus coniugalis, non tamen sñ speciem moris vxor tua, & vxor non tua a per comparationem ad actũ cõcubendi differunt in specie moris, & hoc est per circunstantiam, nec intelligas ex prędictis deformitatem peccati esse in specie, nisi per reductionem ad bonum cuius est priuatio.

QVAESTIO II.

Vtrum circunstantia poßit mutare veniale peccatum in mortale.

Arg. 1. D. Bon li. 4. diß. 16. p. 2. ar. 3. q. 1. D. Tho. vbi supra. Alexã p. 4. q. 15. m. 3. ar. 1.



ET VIDETVR ꝙ non: peccatum veniale, & mortale differunt in infinitum. Mortali .n. debetur pęna æterna, veniali autem pęna finita: sed eorum quæ differunt in infinitum, vnum non põt mutari in aliud, quia talia genere differũt, vel plusquã sñ genus, & differentiũ sñ genus vnũ non põt mutari in aliud: ergo peccatũ veniale per nullã circunstãtiã põt fieri mortale.

Secundo. Itē quantitas accidentis non põt excedere quantitatē subiecti: ergo circunstãtia cũ sit accidens actus peccati, non potest excedere per quãtitatem eius, sed excederet si per ipsam veniale posset fieri mortale: ergo veniale per circunstantiam fieri mortale est impossibile.

In oppositum. CONTRA, Ber. de præcepto, & dispensatione, c. 24. aliqua stultiloquia, & ociose dicta, facta, & cogitata sunt peccata venialia: & tamē cum per contemptũ vertuntur in vsum, & consuetudinē criminalia reputantur: sed cõsuetudo est circunstantia actus: ergo per circunstantiam peccatum veniale potest fieri mortale.

Secundo. Item magis distat peccatum mortale ab actu qui non est peccatũ, quam a veniali peccato: sed aliquis actus qui cum aliquibus circunstantijs nõ est peccatũ, cum aliquibus aliis circunstantijs est mortale peccatum: cognoscere enim suam, potest esse sine mortali peccato, & tamen cognoscere non suam, est mortale peccatum: ergo multo fortius veniale per circunstantiam potest fieri mortale.

CONCLVSIO.

Per circunstãtiam quæ trahit actum in aliam speciem peccati, idem actus in specie naturæ qui sine illa esset veniale peccatum, per illam mortale fieri potest.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quæstio potest intelligi de eodem peccato in numero, vel in specie. Primo modo dupliciter, scilicet, aut de eodem actu in esse naturæ, vel in esse moris.

Primo modo dico eundem actum in numero primo posse existere peccatũ veniale, & postea per aliquam circunstantiã superuenientē fieri mortale: vt ludus cum muliere causa alicuius complacentiæ vanæ, tamen nõ turpis, si postea continuetur causa turpitudinis exercēdæ, primo fuit peccatum veniale, postea est mortale, tamen non secundum eandem sui partem.

Secundo modo, non est possibile eundē actum in numero primo esse peccatum veniale, postea fieri mortale, quia actus non est in esse moris, nisi inquantum est a voluntate, & ratione. Vnde non manente eadem habitudine voluntatis ad actum, non habet idem esse mortale numero, manente vero eadem habitudine voluntatis, & rationis non potest fieri mortale, si primo fuit veniale.

Si aũt intelligatur quæstio de eodē peccato in specie, aut põt intelligi de eodē actu in specie naturæ, aut de eodem actu in specie moris.

Primo modo planũ est eundē actum esse peccatum veniale, & per aliquã circunstantiã posse fieri mortale: cognoscere .n. suam, pro carnali solatio, est peccatum veniale: cognoscere autem non suã, peccatum est mortale, & tñ sunt idem actus in specie, quantum ad esse naturæ.

Secundo modo, dicunt aliqui eundem actum in specie non posse esse veniale peccatũ, & per aliquã circunstantiã fieri mortale, quia debitus ordo volũtatis ad finē, alius est in specie a debito ordine voluntatis ad ea, quæ sunt ad finem: sed quolibet mortali peccato corrũpitur debitus ordo voluntatis ad finem: peccato .n. veniali nõ corrũpitur, nisi ordo volũtatis ad ea, quæ sunt ad finem. Et ideo peccatum venia-

niale, & mortale nũquam sunt in eadem specie moris. Si ergo per circunstantiam mutetur veniale in mortale, hoc esse non potest, nisi per eam mutetur species peccati.

Sed contra hoc sic potest argui. Sicut enim in amore debito proximi includit amor Dei, vt ostensum est libro 3. ita in debito ordine ad proximum includitur debitus ordo ad Deũ, & ecõuerso: vnde qui corrumpit ordinem ad proximum, corrumpit ex consequenti ordinẽ ad Deum: nõ distinguitur ergo veniale a mortali peccato per hoc, ꝙ mortale corrumpat debitum ordinem ad Deum, & veniale corrumpat debitum ordinem ad proximum: sed propter hoc, ꝙ mortale corrumpit ordinem debitum debito necessitatis ad salutem: veniale autem peccatum corrumpit ordinem debitũ debito cõgruitatis, & disponit ad corruptionem alterius: hæc autem lęsio potest esse, & circa immediatum ordinem voluntatis ad finem, vt patet in surreptorio motu ambiguitatis in fide, & circa immediatum ordinem voluntatis ad ea, quæ sunt ad finem absque ordinis de necessitate debiti destructione: accipere enim vnã spicam bladi alterius, vt in aliqua parua quantitate non notabiliter lædente dominum rei, peccatum mortale non est, quamuis illud acceptum sit sine domini voluntate. Accipere autẽ in magna quantitate notabiliter dominum rei lędente, peccatum mortale est, nec tamen variatur species peccati. Similiter inanis gloria potest esse ita magna, ꝙ peccatũ mortale est: & ita parua, ꝙ non est, nisi peccatum veniale: sed magnum, & paruum non variant speciem peccati, si est idem actus in specie naturę: patet ergo secundum istos, ꝙ duorum actuũ existentium in eadem specie tam naturæ, quã moris, vnus potest esse peccatum veniale, & alius per aliquam circunstantiam mortale. Non tamen est intelligendum, ꝙ multa venialia æquiualeant vni mortali, quia deordinatio vnius peccati mortalis plus ponderat, quam deordinationes centum millium venialium simul. Vnde illud verbum Magistri in littera huius distinctio. cap. penult. vbi dicitur de venialibus, ꝙ si collecta circa nos fuerint, ita nos grauabunt, & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum, intelligendum est dispositiue. Vel quia per multiplicationem in tantum potest intendi voluntas, quòd quiescit in illa deordinatione, sicut in fine: sed tunc non est peccatum veniale, sed mortale.

Multa venialia nõ æquiualent vni mortali.

Ad primũ. Ad primum dicendum, ꝙ ea quæ differũt in infinitum in genere moris bene possunt esse eiusdẽ speciei in esse naturæ, & etiã secundum aliquos in esse moris, ita ꝙ vnum directe, & aliud per reductionẽ. Vnde quamuis peccatum, quod ex sua specie est veniale, non possit esse in eadẽ specie cum mortali: tñ peccatum quod non est veniale, nisi propter imperfectionẽ actus in genere moris, siaut quia est ex surreptione, aut quia obiectum non est plene indebitum, potest esse per reductionem in eadẽ specie peccati, in qua est aliquod mortale directe, sicut inchoatio corruptionis est in eadem specie in qua est corruptum esse.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non plus cõcludit, nisi ꝙ per circunstantiam nõ potest idem actus ĩ specie alij actui qui est peccatũ veniale fieri mortale, nisi per illã mutet spẽs peccati.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam etiã nõ plus concludũt, nisi ꝙ per circunstantiam trahẽtem actum in aliam speciem peccati, potest idẽ actus in specie naturæ q̃ sine illa esset peccatum veniale esse per illam peccatũ mortale.

ARTICVLVS III.

Consequenter quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, vtrum ludi impediant veram pœnitentiam.

Secundo, vtrum negotiatio temporalis.

QVAESTIO I.

Vtrum ludi impediant veram pœnitentiam.

Arg. 1. D.Thom. sent. 4. d. 16. q. 4. ar. 1. quæst. 1. Et videtur ꝙ nõ: quia 2. Reg. c. 6. dicit Dauid: Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & tamẽ in hoc commendatur.

Secundo. Item secundum Phil. 4. ethic. c. penult. in ludis potest consistere virtus, quæ scilicet vocatur eutrapelia: sed ea in quibus virtus consistit veram pœnitentiam non impediunt.

In oppositum. Contra, de pœnit. dist. 3. parũ post princip. ca. pœnitentia. Continue dolendum est de peccato, sed ludi impediunt dolorem: ergo veram impediunt pœnitentiam.

Secundo. Item Magister in littera huius dist. c. 2. Caueat se a ludis, & a spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis.

CONCLVSIO.

A ludis, & spectaculis ad peccatum prouocantibus operepræcium est pœnitentes penitus abstinere.

Responsio. Ludi sunt in triplici differentia. Respondeo, ludorum quidam sunt honesti, & deuoti, vt cantus Ecclesiarum, qui fiũt ad honorem Dei, & Sanctorum, coram arca Domini. Quidam turpes, & tales ludi sunt fugiendi. Et de talibus intelligitur decretum allegatum ad partem secũdam. Quidam sunt ordinati ad recreationem, qui bene, & male possunt fieri, de quibus intelligenda est Philosophi auctoritas ad partem primam. Et ab his pœnitentes, vt frequentius abstinere debent: his tamẽ interdum causa recreationis possunt vti. *Spectacula in triplici genere sunt.* Simili modo potest distingui de spectaculis. Quia quædam sunt turpia, a quibus omnino est abstinendum. Quædam honesta, quibus vti licet. Quædam lęuia, seu vana, a quibus cauendum est, non de necessitate salutis, sed ad maiorem pœnitentiæ perfectionem.

Ex dictis patent solutiones ad argumenta ad vtramque partem.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum veram penitentiam impediat negotiatio temporalis.

Arg. 1. D. Th. vbi sup. q. 3. ET VIDETVR ꝙ non: quia vt habetur Lu. 3. Ioannes milites recipiebat ad penitentiam, nec inuenimus, ꝙ eis interdiceret militiam.

Secundo. Item illud quod est vtile reipublice non impedit penitentiam, sed negotiatio temporalis est huiusmodi: ergo nõ impedit penitentiam.

In oppositum. CONTRA, Apo. 2. ad Thi. 2. Nemo militans Deo implicet se secularibus negocijs, penitens autem militat Deo: ergo debet abstinere a temporalibus negocijs.

CONCLVSIO.

Pia non impedit, ab alijs verò negotiationibus aut expedit, aut necesse est abstinere pœnitentem.

Responsio. Negociatio potest esse tripliciter. RESPONDEO, ꝙ quædam est negociatio quæ nullo modo exerceri potest sine mortali peccato, & ab hac necessarium est abstinere vere penitentes. Quædam vix potest exerceri sine peccato, non tamen est impossibile, & ab hac expedit abstinere pœnitentes propter securitatem, & maiorem penitentiæ perfectionem. Vnde dicitur de penitẽtia di. 5. Qualitas. Penitenti vtilius est dispendia pati, quàm periculis negociationis astringi, quia difficile est inter ementis vendentisque commercium nõ interuenire peccatum; hæc autem negociatio maxime interdicitur clericis. dis. 88. Consequens est, & c. se. & c. Fornicari. Alia est negociatio pia, vt illa quæ ordinatur ad subueniendum pauperibus, & pupillis & viduis, & hæc non impedit pœnitentiam, & clericis etiam licita est, dist. 88. Decernit.

Ad aliam partem. AD ARGVMENTA ad partem primam procedunt de negociatione quæ sine peccato exerceri non potest, & per militantes Deo significat clericos, & omnes specialiter mancipatos diuino cultui, quibus interdicta est nõ tantum illa negociatio, quæ sine peccato exerceri non potest, vt vsura, & alij contractus illiciti, sed illa q̃ vix sine peccato exerceri potest.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER queritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum ad salutem necessaria sit penitentia de peccatis mortalibus baptismum præcedentibus.

Secundo vtrum de omnibus mortalibus baptismum sequentibus.

QVAESTIO I.

Vtrum ad salutem sit necessaria pœnitentia de peccatis mortalibus baptismum præcedentibus.

Arg. 1. D. Bon. li. 3. dist. 16. p. 2. ar. 1. q. 2. D. Th. 4 sét. dist. 16. q. 1. ar. 2. q. 1. Alexã p. 4. q. 14. m. 4. ar. 2. ET VIDETVR ꝙ non: glo. super ad Ro. 11. Sine pœnitentia sunt dona Dei, dicit ꝙ gratia Dei non requirit in baptismo gemitum vel planctum.

Secundo. Item originale peccatum mortale est, & baptismum præcedit, nec tamen de illo pœnitentia est necessaria.

Item superius dis. 14. cap. 1. dicit Magister, ꝙ penitentia est secunda tabula post naufragium. Sed secunda tabula non debet præcedere primam, quæ est baptismus: ergo nulla penitentia necessaria est de mortalibus præcedentibus baptismum.

In oppositum. CONTRA, Matth. 3. dicitur de venientibus ad baptismum Ioannis, ꝙ baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Confessio autem est pars pœnitentiæ, vt superius visum est.

Secundo. Item Actuum secundo. Penitẽtiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum: ergo videtur ꝙ requiratur penitentia in adultis de peccatis mortalibus baptismum præcedentibus.

CONCLVSIO.

Pœnitentia, & vt sacramentum, & vt virtus formata baptismate regeneratis necessaria nõ est de peccatis mortalibus baptismum præcedentibus, informis autem sic.

Res. RESPONDEO, ꝙ pœnitentia potest accipi, vel inquantum est virtus, vel inquantum est sacramentum. Secundo modo non est necessaria penitentia de mortalibus præcedentibus baptismum. Primo modo potest cõsiderari inquantum formata, & sic etiam non est necessaria de præcedentibus baptismum, quia cum talis penitentia non possit simul esse cũ peccato, nunquam per actualem susceptionẽ baptismi remitteretur peccatum actuale mortale, quia aut per penitentiam esset ante remissum, aut suscipiens baptismum esset indispositus ad remissionis peccatorum mortalium susceptionem: vel inquantum est informis, idest quædam peccati detestatio cum proposito emendandi, quamuis non omnino sufficiens ad expulsionem peccati: & hæc ad minus est necessaria de oĩbus peccatis actualibus mortalibus precedentibus baptismum tanquam causa remouens prohibens susceptionem diuinę gratiæ, quæ in baptismo datur illis in quibus remota sunt impedimenta prohibentia susceptionem gratiæ Dei.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum intelligitur de gemitu vel plãctu exteriori. Vnde post verba allegata subiungitur in eadem glo. nisi solam fidem & cordis contritionem: extendendo ibi contritionem non tantum ad penitentiam formatam, sed etiam informem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ penitentia proprie loquendo non est nisi de peccato causato ex propria voluntate penitentis: peccatum autem originale non est causatum in nobis ex nostra voluntate, sed ex voluntate primorum parentum causatur in nobis mediãte infectione naturæ, quam primi parentes in seipsis, in quibus tota erat, sicut in radice infecerunt per actum suę voluntatis malum, quia tamẽ peccatum originale est quoddam malum separans a Deo nisi remittatur, debet cuilibet displicere.

Ad

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quod pęnitentia non dicitur secunda tabula, inquantum est habitus vel actus informis, sed formata, & maxime inquantum est sacramentum.

QVAESTIO II.

Vtrum ad salutem necessaria sit pœnitentia de peccatis omnibus mortalibus baptismum sequentibus.

Arg. 1. D. Bo. lib. 4. dist. 16. p. 2. ar. 2. q. 12. Scot. lib. 4. dist. 14. q. 1. D. Th. p. 3. q. 86. ar. 2. Alexã. vbi supra.

ET VIDETVR quod non: Augu. 10. de ciui. Dei, ca. 1. Quod quilibet prorsus ignorat, amare nullo modo potest, & pari ratione, nec odire: ergo cum peccata oblita sint ignota, homo illa odire non potest, & ex consequenti, nec de illis pęnitentia est necessaria.

Secundo. Item non est necessaria pęnitentia, nisi de peccatis, quæ voluntate propria committuntur: sed sicut dicit Philosophus 3. ethi. c. 1. Illud quod fit per ignorantiam non est voluntarium: ergo de peccatis per ignorantiam commissis non est necessaria pęnitentia.

Tertio. Item Augu. 1. de tri. ca. 3. Si homo aliter sapit quam debeat, Deus sibi reuelabit, aut supple indulgebit: ergo si Deus oblita peccata nõ reuelat, illa sine pęnitentia indulgebit.

In oppositum. CONTRA, Apostolus prima Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: ergo peccata mortalia quæ homo nescit se habere impediunt eius iustificationem. Et constat, quod multo magis illa quę scit se habere: ergo de omnibus peccatis mortalibus notis, & ignotis est pœnitentia necessaria.

Secundo. Item glos. super illud Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes l. m. dicit, idest mundabo conscientiam meam eundo per singulas noctes, idest per singula peccata: ergo de singulis peccatis pęnitentia necessaria est.

Tertio. Item Philosophus 3. ethi. ca. 8. dicit, quod ignorantia punienda est, sed de omni quod puniendum est, pęnitentia necessaria est: ergo de peccatis ignoratis pęnitentia necessaria est. Multo fortius, ergo de quibuscunque alijs peccatis mortalibus.

CONCLVSIO.

De notis nedum in cõmuni, sed & in speciali, si potest, necessaria est pœnitentia, de ignotis verò ignorantia inuincibili, in communi tantum: affectata, aut crassa etiam in speciali.

Responsio. RESPONDEO, quod peccata mortalia, aut sunt habenti nota, aut ignota: de notis, necessaria est pęnitentia ad hoc vt remittantur de lege communi, non tantum in communi, sed etiam in speciali, si ad cogitandum de quolibet in speciali adsit opportunitas proportionata infirmitati humanæ: quod ideo dico, quia posset contingere, quod peccator esset in tali periculo, quod quamuis posset recogitare de quolibet in speciali, non tamen ad hoc haberet opportunitatem humanæ fragilitati proportionatam. Ignota autem aut sunt ignota quãtum ad ius, non quantum ad factum, vt cum peccator scit se fecisse aliquid quod non credit esse mortale peccatum, & tamen est, aut sunt ignota quantum ad vtrumque. Et quocunque istorum modorum accipiat ignorantia subdistinguẽdum est, quia aut est inuincibilis, & de peccatis sic ignoratis, non est pęnitentia necessaria in speciali, sed sufficit, quod de illis pęniteat in cõmuni, inquantũ pęnitet de omnibus mortalibus. Si autem ignota sunt sibi ignorantia affectata, quæ est quando homo vult ignorare: vel crassa, quæ est quando homo ignorans vellet scire, non tamen vult ita efficaciter, quod prout humana patitur, seu permittit fragilitas velit facere quod ĩ se est ad hoc vt sciat. De mortalibus istis duobus modis ignoratis necessaria est pęnitentia in speciali, nec tamen sic ignorans perplexus est, quia potest facere qđ in se est ad hoc, vt sciat, quod si fecerit aut Deus sibi ea manifestabit aut indulgebit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod illud quod fit per ignorantiam voluntarium est, quando est ignorantia affectata vel crassa, sed non quãdo est inuincibilis.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad aliam partem. Ad argumenta ad partem aliam patet quid dicendum sit.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER, quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum pœnitentia de peccatis venialibus sit necessaria.

Secundo vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.

Vtrum autem vnum veniale sine alio possit remitti in præcedenti dis. habitum est, in illa quæstione, vtrum homo possit satisfacere de vno peccato mortali sine alio, in solutione primi argumenti.

QVAESTIO I.

Vtrum pęnitentia de venialibus sit necessaria.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. ar. 3. q. 2. D. Tho. 4. sent. dist. 16. q. 1. ar. 2. q. 4. Alex. p. 4. q. 15. m. 4.

ET VIDETVR quod sic: quia de omni eo est necessaria pęnitentia, quod simul stare non potest cum gloria, & quod remitti non potest sine pęnitẽtia, sed nullum peccatum veniale simul stare potest cum gloria, nec remitti potest sine pęnitentia, quia voluntas per vnum motum obliquata rectificari non potest nisi per contrariũ motum: ergo pęnitentia de venialibus est necessaria.

Secundo. Item cuilibet offensę debetur aliqua emenda, sed quodlibet peccatum veniale est aliqua offensa: ergo pro quolibet debetur aliqua emẽda, sed pro omni peccato pro quo debetur aliqua emenda, necessaria est pęnitentia.

In oppositum. CONTRA, potentiorem gratia ad remittendum peccatum, quam pęnitentia: ergo cum

habens

habens peccatum tantum veniale,non sit indispositus ad susceptionem gratiæ per infusionem gratiæ potest sibi remitti veniale peccatum, etiam si voluntas illi actualiter inhęreat.

Secundo. Item per aquã benedictam,& benedictionẽ episcopalem remittuntur venialia,& per orationem dominica, sm̃ Aug.in Ench.140. cap. ergo remitti possunt sine omni pęnitentia.

CONCLVSIO.

De peccatis venialibus aliquo modo quo ad eorũ remissionem necessaria est pęnitentia,quo ad salutem verò,licet per se necessaria non sit, de eis tamen pœnitere refert,cum nos discrimini exponant.

Responsio. De peccatis venialibus pœnitentiam necessariam esse dupliciter considerari potest. RESPONDEO, ꝙ de peccatis venialibus pęnitentiam esse necessariam dupliciter potest intelligi,scilicet,aut ꝙ sit necessaria ad eorum remissionem, aut quòd sit necessaria ad salutem. Primo modo dico,ꝙ de lege communi pęnitentia necessaria est de peccatis venialibus implicite, vel explicite, in speciali vel in communi: quamdiu enim voluntas inordinationi actualiter inhæret, oportet causa inordinatam esse. Vnde ad remissionem venialis peccati necessarium est,ꝙ voluntas desinat inordinationi inhęrere, nec tantum hoc sufficit de lege communi,sed etiam requiritur ꝙ inordinationem præteritam actualiter detestetur explicite,vel implicite,vt illa detestatio sit totius emendę solutio,vel radix,seu fundamentum totius solutionis:aliqua enim emenda pro quacunque voluntatia inordinatione Deo debetur. Secundo modo non est necessaria de venialibus peccatis pęnitentia per se in hac vita, quia simul stare possunt cum gratia, in cuius virtute cũ ea voluntas detestatur post mortem in purgatorio remittitur.Et hoc testatur auctoritas Magistri allegata in primo argumento ad partem secundam: per accidens tamen est necessaria pęnitentia de illis in hac vita,scilicet aut ratione dubij probabilis,quando vehementer homo dubitat vtrum peccatũ sit veniale, vel mortale: tunc enim si de illo non pęnitet exponit se discrimini tanquam contemptor suæ salutis. Aut ratione periculi, quando scilicet perpendit homo aliquam affectionem deordinatam venialem, tamen ita in ipso intendit,ꝙ probabiliter coniecturat,ꝙ nisi ipsam per pęnitentiam abijciat trahet ipsum in peccatum mortale: Aut ratione statuti,quã do scilicet homo non habet nisi peccatum veniale, tamen tenetur semel in anno confiteri per statutum ecclesię. *Pœnitentia de venialibus quadruplicitèr est necessaria ad salutem.*

Sed hoc vltimum non concludit,ꝙ sit necessaria pęnitentia interior:si enim homo habens non nisi peccata venialia esto, ꝙ de illis interius non pęniteat,tamen si ea confitetur suo sacerdoti non est statuti ecclesiastici transgressor:de quolibet tamen veniali explicite, & implicite est necessaria pęnitentia in hac vita,vel in alia ad hoc, ꝙ homo cõsequatur vitam ęternam,quia nullum peccatum quantumcunque leue simul potest esse cum gloria.

Ad aliam partem. EX DICTIS patet quid dicẽdum sit ad argumentum primum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non plus probat,nisi ꝙ ad peccati venialis remissionem necessaria est pęnitentia, & hoc est verum.

Ad primũ. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd quamuis sit potẽtior gratia quam pęnitentia sine gratia, tamen potentius est simul vtrumque.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa non remittunt peccatum veniale, nisi inquantum excitant motum voluntatis,seu feruorem charitatis per quę remittuntur.

QVAESTIO II.

Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.

Arg. 1. D. Th. 4 sẽt. dist. 16. q. 2. ar. 1. q. 3. Alex. p. 4. q. 15 m. 3. § 4. ET VIDETVR ꝙ sic: peccatũ mortale potest remitti sine veniali: ergo a simili,& veniale sine mortali.

Secundo. Item peccato veniali non debetur pœna æterna, sed temporalis: sed pęnam temporalem potest homo explere in peccato mortali: ergo veniale potest sibi remitti sine mortali.

In oppositum. CONTRA, inimico quamdiu est inimicus nunquam remittitur offensa, nec magna nec parua: sed homo quamdiu est in peccato mortali est inimicus Deo: ergò quamdiu sic est sibi non remittitur venialis culpa.

CONCLVSIO.

Cum veniale peccatum non deleatur, nisi per gratiam,hæcque non patiatur mortale,illud absque hoc remitti asserendum non est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ gratia secundum se opponitur mortali peccato: veniali autem nòn opponitur nisi mediante aliquo actu suo opposito veniali peccato, & quia habitus potest esse sine actu, & vnus actus sine alio:ideo mortale remitti potest sine veniali,& vnum veniale sine alio:actus autem gratiæ,veniali peccato oppositus, per quem veniale peccatum remittitur,non potest esse sine habitu gratiæ quę peccato mortali secundum se opponitur,vt dictum est:& ideo sine mortali non potest veniale remitti,nec potest dici, ꝙ veniale posit remitti per pœnitentiam sine gratia, quia talis pęnitentia est informis, non accepta Deo illa acceptione quæ requiritur ad remissionem peccati.

Ad primũ. EX DICTIS patet solutio ad primum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ pęnam temporalem expiatiuam cuiuslibet peccati non potest explere sine gratia, quamuis pęnam temporalem quą esset obligatus ad satisfaciendũ homini posset explere sine gratia: quamuis.n. homo frequenter acceptet opus, cum tamen non acceptet operantem:Deus tamen non acceptat opera nisi acceptet operantem, & nulla

la

la operatio potest esse culpę expiatiua nisi ac cepcetur à Deo.

CIRCA litteram. Vt sicut dictum est: tribus modis offendimus, hoc intelligi dictum per quandam adeptationem, seu appropriationem, non per præcisionem, quia quam uis mortale peccatum compleri posit in actu cordis, tamen satisfactio non completur in actu cordis sine confessione si posit haberi. Vnde nunquam sufficit sola detestatio peccati sine proposito confitendi explicite, vel implicite. Putes, idest fętens. Vnde versus. Nemo placere putet cuius pręsentia putet. Non enim par debet esse fructus, hoc intelligi debet de tentione necessitatis: qui enim minus peccauit non tenetur de necessitate ad tantam satisfactionem, sicut ille qui plus peccauit. Omnis ista varietas confitenda est, & deflenda: hoc exponendum est secundum consilium, non secundum præceptum, vt in sequenti di. patebit, vbi agetur de confessione. Omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio: hoc planum est consideranti diligenter quo modo vna virtus adiuuat aliam. Falsa pęnitentias dicimus quæ non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur: hoc intelligas non quo ad pęnitentiæ quãtitatem a canonibus taxatam, sed qualitatem. Prodest eorum fides a quibus offeruntur, non dicit necessaria est, quia sufficit paruulo fides ecclesiæ, dum tamen ille qui paruulum baptizat intendat facere quod intendit ecclesia, & seruet ecclesiæ formam. Quæ si collecta contra nos fuerint, &c. hoc in quæstionibus expositum est.

Versu.

Tria proponuntur quærenda, primum an sine confessione dimittatur peccatum.

DSTINCTIO XVII.



IC oritur quæstio multiplex: primò enim quæritur, vtrum absque satisfactione, & oris confessione, per solam cordis cõtritionem peccatum alicui dimittatur: Secũdò, an aliquãdo sufficiat cõfiteri Deo sine sacerdote; Tertio, an laico fideli facta valeat confessio. In his enim docti diuersa sentire inueniuntur: quia super his varia ac penè aduersa tradidisse videntur doct. Dicunt enim quidam, sine confessione oris & satisfactione operis neminem à peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit. Alij verò dicunt, ante oris confessionem & satisfactionem in cordis contritione peccatum demitti à Deo, si tamen votum confitendi habeat. Vnde propheta; Dixi, confitebor ęduersum me iniustitiam meam Do. & tu re. Psal. 31.

imp. &c. Quod exponens Cass. ait, Dixi, idest delibera ui apud me ꝙ confitebor, & remisisti. Magna pietas Dei, quòd ad solam promisionem peccatum dimiserit. Votũ enim pro operatione iudicatur. Item Aug. Nondum pronunciat pro mittit se pronunciaturum, & Deus dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddam pronunciarę est corde. Nondum est vox in ore vt homo audiat confessionem, & Deus audit. Item, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritũ. &c. Alibi etiam legitur, Quacunque hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, vita viuet, & nõ morietur. Non dicitur, ore confessus fuerit, sed conuersus in gemuerit, Vnde datur intelligi, ꝙ etiã ore tacente veniam interdum consequimur. Hinc etiam leprosi illi, quibus Dominus præcepit vt ostenderent se sacerdotibus, in itinere antequam ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo insinuatur, ꝙ antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, id est, peccata confiteamur, à lepra peccati mundamur. Lazarus etiam non prius de monumento est eductus, & post à domino suscitatus: sed intus suscitatus prodijt foras viuus, vt ostenderetur suscitatio animæ præcedere confessionẽ. Nemo enim potest confiteri, nisi suscitatus: quia à mortuo, velut qui non est, perit confessio. Nullus ergo confitetur, nisi resuscitatus. Nemo autem suscitatur, nisi qui à peccato soluitur: quia peccatum mors animę est, quę vt est vita corporis, ita eius vita Deus est. His alijsque pluribus autoritatibus probatur, ante confessionem vel satisfactionem sola compunctione peccatum dimitti: quod qui negant, eas determinare laborant: nec non in huius sententiæ depræssionem, & ad suæ opinionis assertionem, autorum testimonia inducant. Ait enim Dominus per Esaiam. Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Item Amb. Non potest quisquam iustificeri à peccato, nisi peccatum ipsum antea fuerit confessus. Idem dicit, Confessio à morte animam liberat, confessio aperit paradisum, cõfessio spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum confiteri. Illa confessio nos liberat, quæ fit cum pœnitentia. Pœnitentia verò, est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis quæ quisque commisit. Item Ioan. Non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per pęnitentię confessionem, & per baptismum: Item August. Agite pœnitentiam, qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi, Occultè ago pœnitentiam: quia apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est, Quæ solueritis super terram, soluta erunt in celis? Ergo sine causa claues datæ sunt? Frustramus verbũ Christi? Iob dicit, Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri? Item Amb. Venialis est culpa, quam sequitur confessio delictorum. Item Aug. super illum locum Psal. Non absorbeat me profundũ, neque vrgeat super me puteus os suum: Puteus est profunditas iniquitatis: in quam si cecideris, nõ claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confiterę ergo, & dic, De profundis clamaui ad te domine, &c. & euades. Clausit super illum, qui in profundum cùm venerit, cõtemnit: à quo mortuo, velut qui non sit, perit confessio. Item, Nullus debite grauioris pœnæ

Cassiod. in glo. ordina. In eundem Psal 31. non longe a principio. Psal. 50.c Ezec. 19. De pen. di. 1. cap. 1. In quacunque &c. Commen tim. quasi per totum. Luce 17.d. Ioan. 11.f Aug. de verbis do. ser. 1 Eccl. 17.c Esa 43.d Lib de pen. dis. ca. 14. in fi. tom. Idem 1 ser. quadrag. & pen. di. 1. c. Ecce n. Io Chry. in pen. di. 1. c. Non potest. Aug li. 50. hom. 49. Matt. 16.d Iob. 31.d Li. de Pen. cap. 14. Super psal. 68. in fine conc. 1. Psal. 129. Prue. 18.a. Eccl. 17.d

Aug. de cõ. pœnæ accipit veniam, nisi qualemcunque etsi longe minorem quàm debeat, soluerit pœnã. Item enim impartitur à Deo largitas misericordiæ, vt non relinquatur iustitia disciplinæ. Item Hierony. Qui peccator est, plangat delicta propria vel populi, & ingrediatur ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus, & dormiat in sacco: vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compenset. His alijsque autoritatibus nituntur asserere, sine confessione vocis & aliqua solutione pœnæ neminem à peccato mundari.

Aug. de cõ. suuentia, c. 6. tom. 4. Ad cap. 1. Ioe. Et allo. de pœn dis. 3 c. Quisia filius sacer.

Cui sententiæ potius consentiendum sit.

QVID ergo super his sentiendum, quid tenendum? Sanè dici potest, ꝙ sine confessione oris, & solutione pœnæ exterioris peccata delentur per contritionem & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mẽte compuncta se confessurum, Deus dimittit: quia ibi est confessio cordis, etsi nõ oris: per quam anima interius mundatur à macula & contagione peccati commissi, & debitum æternæ mortis relaxatur. Illa ergo quæ superius dicta sunt de confessione & pęnitentia, vel ad confessionem cordis, vel ad interiorem pœnam referenda sunt. Sicut illud August. Quod nullus dicitur veniam consequi, nisi prius quantulamcunque peccati soluerit pœnam: vel de exteriori pœna accipienda sunt, & ad contemnentes vel negligentes referenda, sicut illud, Nemo dicat, occultè ago, &c. Nonnulli enim in vita peccata confiteri negligunt & erubescunt, & ideo non merentur iustificari. Sicut enim præcepta est nobis interior pœnitentia, ita & oris confessio, & exterior satisfactio, si adsit facultas. Vnde nec verè pœnitens est, qui confessionis votũ non habet. Et sicut peccati remissio munus Dei est, ita pęnitentia & confessio, per quam peccatum delctur, non potest esse nisi à Deo, vt Augustinus ait: Iam inquit, donum spiritus sancti habet qui confitetur & pœnitet, quia non potest esse confessio peccati & compunctio in homine ex se ipso, cum enim irascitur sibi quisque & displicet, sine dono spiritus sancti non est. Oportet ergo pęnitentem confiteri, si tempus habeat: & tamen antequam sit confessio in ore, si votum sit in corde, præstatur ei remissio.

Non recte hæc sentit. Magister.

Supra, lit. a

In illud Ps. 50. Spiritũ sanc tuũ ne ause. a me.

Si sufficit soli Deo confiteri.

IAM secundum quæstionis articulum inspiciamus, scilicet, vtrũ sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti. Quibusdam visum est sufficere, si soli Deo fiat confessio sine iudicio sacerdotali, & confessione ecclesiæ: quia Dauid dixit, Dixi cõfitebor do. & tu rem. &c. non ait, sacerdoti: & tamen remissum sibi peccatum dicit. Item Ambrosius, Ideo fleuit Petrus, quia culpa obrepsit ei, non inuenio quid dixerit, inuenio quòd fleuerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri: & veniæ fletus consulit & verecundiæ. Hoc idem etiam Maximus dicit episcopus. Item Ioannes Chrysostomus, Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios accuses, sed obedire te volo prophetę dicenti, Reuela Deo viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata: apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continuè, nunquam malum aduersus proximum in corde tuo tenebis. Idem, Peccata tua quotidie dicito, vt deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in anima tua. Nõ dico vt confitearis ea conseruo tuo, vt tibi exprobret: dicito Deo, qui curat ea. Nec enim si nõ dixeris, ignorat ea: cùm faciebas ea, præsto erat: cùm admitteres ea, cognouerat. Nunquid ea vult à te cognoscere? Peccare non erubuisti, & confiteri erubescis? Dici o hac vita, vt in alia requiem habeas: dicito ingemiscens & lachrymans. In codice scripa sunt peccata tua, Spongia peccatorum tuorum lachrymę tuæ sint. Item Prosper, Illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipsis confessa, nec ab alijs publicata, si ea confiteri vel emendare noluerint, Deum quẽ habẽt testem, ipsum & habituri sunt vltorem. Quòd si ipsi sui iudices fiant, & veluti suæ iniquitatis vltores, hic in se voluntariam pęnam seuerissimæ animaduersionis exerceant: temporalibus pęnis mutabunt æterna supplicia, & lachrimis ex vera cordis contritione fluentibus restinguent æterni ignis incendia. Et infrà, Facilius sibi Deum placabunt illi, qui aut proprijs confessionibus crimen produnt, aut nescientibus alijs ipsi in se voluntariæ excommunicationis ferunt sententiam: & ab altari, cui ministrabant, nõ animo, sed officio separati, vitam suam quasi mortuam plangunt, certi ꝙ reconciliato sibi efficacis pœnitentię fructibus Deo, non solùm amissa recipiant, sed etiam supernæ ciuitatis gaudia recipiant. His autoritatibus innituntur, qui sufficere contendunt Deo cõfiteri peccata sine sacerdote. Dicunt enim, ꝙ si quis timens detegi culpam suam apud homines, ne inde opprobrio habeatur, vel alij suo exemplo ad peccandum accingantur, & ideo tacet homini, & reuelat Deo, consequitur veniam.

Psal. 31 f Super Lu. li. 10. in fine cõmenta rij ad c. 22. tomo. 4. Et in ser. 46 habetur. apud Ambrosium. Super c. 12. ad Heb. ho. 31. post me. diũ eusdẽ. Psal. 36.

Hom. 2. in Psal 50. ad eum versum Et peccatũ meum cõtra me est semper, post medium hom.

Ibidem, ca. Facilius.

Quod non sufficit soli Deo confiteri, si tempus adsit, si tamen homini posit.

SED quod sacerdotibus confiteri oporteat, non solùm illa autoritate Iacobi, Confitemini alterutrum peccata uestra, & c. sed etiam aliorum pluribus testimonijs comprobatur. Ait enim Augustinus, Iudicet seipsum homo voluntariæ dum potest, & mores conuertat in melius: ne cùm iam non poterit, præter voluntatem à Domino iudicetur: & cùm in se protulerit seuerissimæ medicinæ, sed tamen vtilissimæ sententiam, veniat ad antistites, per quos illi claues ministrantur ecclesiæ. Tanquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, in offerendo sa crificio contriti cordis deuotus & supplex. Id tamen agat quod non solùm sibi prosit ad salutem, sed etiam ad exemplum cæteris: vt si peccatum eius non modò in graui eius malo, sed etiam in scandalo aliorũ est, atque hoc expedire vtilitati ecclesiæ videtur antistiti, in notitiam multorũ, vel totius plebis agere pęnitentiam non recuset: nc lethali plagæ per pudorem addat tumorem. Cum tanta est plaga peccati & impetus morbi, vt medicamẽta corporis & sanguinis Domini differenda sint, autoritate

Iacobi. 5. d In homi. eo. quæ est de vtilitate ac necessitate pæ. cap. 11. to. 10 Et de pæ. dis. 1. c Iudicet.

Augus. epi. 118. ca. 3.

toritate

toritate antistitis debet se quisque remouere ab altari ad agendam pœnitentiam, & eadem autoritate reconciliari. Item Leo Papa, Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non modò per baptismum, sed etiam per pęnitentiam spes vitæ reparetur, sic diuinæ voluntatis præsidijs ordinatis, vt indulgentiam Dei nisi supplicationibus sacerdotũ nequeant obtinere. Christus enim hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitentibus pęnitentiæ satisfactionem darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Item Augustinus, Quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostẽdat: repræsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionem. Præcepit enim Dominus mundandis, vt ostenderent ora sacerdotibus: docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nuncium, non per scriptũ manifestanda. Dixit enim ora monstrate: & omnes, nõ vnus pro omnibus: non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus à Moyse statutum, sed qui per vos peccastis, per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, vt nemo pœniteret in occulto. In hoc enim quòd per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam vincit timore Dei offensi, fit venia criminis: fit enim veniale per confessionem, quod criminale erat in operatione. Etsi nõ statim purgatur, fit tamen veniale quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentię donans, nihil eorum quæ commisit, nuncio Dei negauit. Deus enim, qui misericors & iustus est, sicut seruat misericordiam in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Opus enim misericordiæ est peccanti peccata dimittere, sed oportet vt iustus misereatur iustè. Considerat enim si dignus est, non dico iustitia, sed & misericordia. Iustitia .n. sola damnat: sed dignus est misericordia q spirituali labore quærit gratiã. Laborat .n. mens patiendo erubescentiã. Et quoniam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet, quòd quãtò pluribus confitebitur in † spe veniæ turpitudinem criminis, tãtò facilius consequetur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Item Leo Papa, Quamuis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud hominem erubescere non veretur: tamen quia non omnium sunt huiuscemodi peccata, vt ea quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicari: remoueatur improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceãtur, dum aut erubescũt, aut timent inimicis sua facta reserare, quibus possunt legum percelli constitutione. Sufficit enim confessio, quæ primum Deo offertur, & tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Ex his alijsque pluribus indubitanter ostenditur, oportere Deo primum, & deinde sacerdoti offerri cõfessionem: nec aliter posse perueniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas.

Epi. 9. ad Theodorum Foroliui Et de pæ. di. 1. cap. Multiplex.

Lib de vera & falsa pæ. cap. 10. Et de pæ. dist. 1. ca. Quem pœnitet.

Lucæ. 17. d

Leu. 13. & 14.

* tempore.

Epi. 78. & de pœni. di. 1. ca. Quamuis.

De tertio articulo, scilicet, an sufficiat confiteri laico.

NVNC *priusquã præmissis autoritatibus, quę his contradicere videntur, respondeamus, tertiã quæstionem intueamur. Quod enim secunda quæstio continebat, scilicet, an sine confessione & iudicio sacerdotis soli Deo confiteri sufficeret, & expeditum est, & certificatum præmissis testimonijs, quod non sufficit confiteri Deo sine sacerdote, nec est verè humilis & pœnitens, si non desiderat & requirit sacerdotis iudicium. Sed nunquid æquè valet alicui confiteri socio vel proximo suo, saltẽ cùm deest sacerdos? Sanè ad hoc potest dici, quòd sacerdotis examen requirendum est studiosè: quia sacerdotibus concessit Deus potestatem ligandi atque soluendi. Et ideo quibus ipsi dimittuntur, & Deus dimittit. Si tamen defuerit sacerdos, proximo vel socio est faciẽda confessio. Sed curet quisque sacerdotem quęrere, qui sciat ligare & soluere. Talem enim esse oportet: qui aliorum crimina diiudicat. Vnde Augustinus, Qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem qui sciat ligare & soluere: ne cùm negligens circa se extiterit, negligatur ab eo, qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadãt, quam stultus euitare noluit. Tanta itaque uis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim contingit, quòd pœnitens non potest verecumdari coram sacerdote, quem desideranti nec tempus nec locus offert. Et si ille cui confitebitur, potestatem non habeat soluendi, fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui crimen confitetur socio. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ora ostendere sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor inspicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem quærunt eos sani & læti: sed dum quærunt, antequam perueniant, moriuntur. Sed misericordia Dei vbique est: qui & † iustis parcere nouit: etsi non tam cito, sicut si soluerentur à sacerdote. Qui ergo confitetur, sacerdoti omnino meliori quam potest, confiteatur. Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nam in resurrectione filiæ Archisynagogi pauci interfuerũt qui viderent: nondum enim erat sepulta, nondum extra portam delata, nondum extra domum in notitiã portata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Iacobo, & Ioanne, & patre & matre puellæ: in quibus figurabiliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, aduertendũ est quomodo suscitauit. Flebat enim turba post filium viduæ: fleuit Martha & Maria supplicantes pro fratre: flebat & turba Mariam secuta. In quo docemur, publicè peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere meritum. Laboret ergo pænitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ vnitatem tendere. Nisi enim vnitas ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, quòd omnes orationes, & eleemosynę ecclesiæ, & opera iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem. Ideoque nemo dignè pęnitere potest, quem non sustineat vnitas ecclesiæ. Ideoque*

Matt. 16.

Lib. de vera & falsa pœ. c. 10 in med. & 4 Et de pœni. dist. 1. Quem pœn.

Luca. 17. d

† fortè iniustis

Ibid. ca. 11. Matth. 9. c. Marc. 5. c. Luca 8.

Lucæ. 7. b Ioan 11. d

Aug. ibid. cap. 12.

non

non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos. Ex his satis aperitur & absoluitur præmissæ quæstionis articulus. Quærendus est enim sacerdos sapiens & discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium: qui si fortè defuerit, confiteri debet socio. Beda verò inter confessionem venialium & mortalium distinguit super illum locum, Cōfitemini alterutrum peccata vestra. Ait enim, Coæqualibus quotidiana & leuia, grauiora verò sacerdoti pandamus, & quanto iusserit tempore, purgare curemus: quia sine confessione emēdationis, peccata nequeunt dimitti. Sed & grauiora coæqualibus pandēda sunt cùm deest sacerdos, & vrget periculum. Venialia verò etiam sacerdotis oblata copia, licet confiteri coæquali, & sufficit, vt quibusdā placet, si tamen ex cōtemptu non prętermittatur sacerdos. Tutius est tamen & perfectius vtriusque generis peccata sacerdotibus pandere, & consilium medicinæ ab eis quærere, quibus concessa est potestas ligandi & soluendi.

Super epi. Iacobi. 5. Ioid. super illud Et si in peccatis sit, remittitur illi.


Hic aperit qualiter supradictæ autoritates intelligendæ sunt.

Depe di. 1 ca Quis aliquando. Lite. c.

CVM ergo ex his aliisque pluribus testimoniis perspicuum fiat, & indubitabiliter constet, peccata primum Deo, deinde sacerdoti esse cōfitenda, & si ipse defuerit, etiam socio: illud Ioan. Chrysost. superius positum non est ita intelligendum, vt liceat alicui, si tempus habeat, sacerdoti non confiteri, sed quia sufficit vbi crimen occultum est, soli Deo per sacerdotem dicere, & semel. Nec oportet publicari coram multis, quod occultum est. Quod notauit, dicens, Non tibi dico vt te prodas in publicum. Sicut enim publica noxa publico eget remedio, ita & occulta secreta confessione, & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est, vt quod sacerdoti semel confessi sumus, iterum confiteamur, sed lingua cordis, non carnis, apud verum iudicem id iugiter confiteri debemus. Vnde idem Ioannes ait, Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, & pro eis deprææceris, citius illa delebis. Si verò obliuiscaris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabuntur, & in conspectu omnium amicorum & inimicorum, sanctorumque angelorum proferentur. Ita etiam illud Ambrosii, Lachrymæ lauant delictum, quod voce pudor est confiteri ad publicam pœnitentiam referendum est. Ibi enim virtutem lachrymarum & confessionis ostendens, significare voluit, quòd lachrymæ occultę & confessio secreta, sicut quæ fit soli sacerdoti, lauant delictum quod pudet aliquem publice confiteri. Quod verò dicit se lachrymas Petri legisse, nō satisfactionem vel confessionem, per hoc non excludit illa. Multa enim facta sunt, quæ scripta non sunt: & fortè nondum facta erat institutio confessionis, quæ modò est. Similiter & illud Prosperi, Si sui iudices fiant, mutabunt ęterna supplicia: & illud, Facilius Deum placabunt sibi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis in se sententiā excommunicationis ferunt: ad publicam confessionē & satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi atque soluendi datum est, si cuique suo arbitrio se pœna vel excommunicationis sententia ligare, & absque sacerdotali iudicio se ipsum Deo vel altari reconciliare licet: quod ecclesiasticæ institutioni & consuetudini penitus repugnat. Potius ergo, si publicè peccasti, publicè confitere te reum, & emenda. Si verò occultè deliquisti, etiam sic non taceas, nec tamen dico vt publices. Taciturnitas enim peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quis celat, ne reputetur foris, qualem se iam diuino conspectui exhibuit: quod ex fonte superbiæ nascitur. Species enim superbiæ est, se velle iustum videri qui peccator est: atque hypocrita conuincitur, qui instar primorum parentum, vel tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit, vel sicut Cain peccata sua reticendo supprimere quærit. Vbi ergo superbia regnat & hyprocrisis, humilitas locum non habet. Sine humilitate verò alicui veniam sperare non licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. Iam certissimè liquet, quàm sit detestabile peccati silentium, & econuerso quam sit necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientię Deum timentis. Qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem: confessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescentia est grauis pœna. Ideoque iubemur confiteri peccata, vt erubescentiam patiamur pro pœna: nam hoc ipsum pars est diuini iudicii. Si ergo quæritur, an confessio sit necessaria, cùm in contritione iam deletum sit peccatum: dicimus quia quędam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoque peccator fit humilior & cautior.

Hom 31. Hebræ. — Supra, lit. c — Supra, lit. — Hesychius super Leui. & alleg. de pœ. dist. 1. c. Quis aliquā. para. Itē, taciturnitas. — Gene. 4. f — Ioan. Chr in opere ïperf. circa illud Mat. 3. Baptizabātur ab eo, confi.

DISTINCTIO XVII.



SVPERIVS determinauit Magister de partibus pęnitentię in spirituali cōiunctim & absolute. Hic determinat de illis diuisim, & comparatiuæ. Et diuidiuitur in partes tres. *Cōtinuatio.*

Primo inquirit vtrum ad remissionem peccati sufficiat contritio, vel præexigatur confessio. *Diuisio.*

Secundo vtrum sufficiat cōfiteri soli Deo. ibi. (Iam secundę quæstionis.)

Tertio an valeat confessio facta layco. ibi. (Nunc priusquam.) Prima in duas.

Primo ponit duplicem opinionem.

Secundo docet eligere veriorem. ibi. (Quid ergo super his) Illa pars quæ ibi incipit. (Iam secundę quæstionis.) Diuiditur in duas.

Primo ponit quorundā opinionem falsam.

Secundo opinionem veram. ibi. (Sed quod sacerdotibus.) Illa pars quæ ibi incipit. (Nunc priusquam:) Diuiditur in duas partes.

Primo ponit triplicem quęstionis determinationem, quæ est vtrum sufficiat confiteri layco.

Secundo auctoritatis quæ videtur dicere, quod

quòd nō oportet confiteri sacerdotibus determinationem. ibi. (Cum igitur.) Et ista in duas.

Primo dicit quòd confessio sacerdotibus est facienda.

Secundo ad quid est necessaria. ibi. (Si autem quæritur.)

CIRCA hanc distinctionem quærendum est de quatuor principaliter.

Primo de contritione.

Secundo de necessitate confitendi.

Tertio de circunstantibus confessionem.

Quarto de iustificatione impij.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur nouem.

Primo quid est contritio.

Secundo vtrū attritio possit fieri contritio.

Tertio vtrum attritionem faciētis quod in se est, necessarium sit fieri contritionem.

Quarto vtrum ordine naturæ sit prior contritio, quam peccati remissio.

Quinto vtrum pro quantocunque magno peccato sufficiat quantumcunque parua contritio.

Sexto vtrum in quantacunque parua contritione sit maior dolor, quam maximus dolor pro amissione cuiuscunque rei tēporalis.

Septimo vtrum contritio sit causa efficiens remissionis peccati.

Octauo vtrum possit esse nimis magnus dolor in contritione.

Nono vtrum idem motus contritionis possit intendi & remitti.

QVAESTIO I.

Vtrum sit dolor voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito confitendi & satisfaciendi.

Arg. I. D. Bon. li. 4. distinct. 16. ar. I. q I. D. Thom 4. sent. di. 17. q. 2. art. I. q. I. Scot. lib. 4. dist. 16. q. I. Alex p. 4. q. 17. m. I.

ET VIDETVR ꝙ non: Quia contritio est actus virtutis: passio non est actus virtutis, sed materia: cum ergo dolor sit passio, contritio non est dolor.

Item contritio a Deo datur: ergo non volūtarie assumitur.

Secundo. Item voluntas non est impossibilium: nullus enim impossibilia eligit, sed peccatum factum non fuisse factum, est impossibile: ergo nullus vult peccatum factum, non fuisse factū: sed dolor non est de factione rei, quam homo non vult factam non esse: ergo contritio non est dolor de peccatis.

Tertio.

Quarto. Item aliquando in articulo mortis aliquis conteritur sine memoria confitendi.

Quinto. Item ante institutionem confessionis erat contritio: ergo propositum cōfitendi non est de ratione contritionis.

Sexto. Item Isi. 2. lib. de summo bono ca. 12. dicit, quòd compunctio cordis est humilitas mentis cum lachrymis exoriens de recordatione peccati, & timore iudicij. Sed humilitas non est dolor: ergo male dicitur ibi, quòd contritio sit dolor.

CONCLVSIO.

Perpendantur definitionis istius singulæ particulæ, & ipsas contritionem sacramenti partem concinnè notificare comperiemus.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sicut in materialibus durum dicitur, quòd non cedit tactui, & secū dum philosophum. 4. methe. Frangi dicitur quod diuiditur in partes magnas, & comminui, vel cōteri quod redigitur ī partes paruas: ita per quandam similitudinem in spiritualibus dicitur cor hominis durum quamdiu diuinę inspirationi se tangenti non cędit, sed obuiat persistendo in affectu peccati: frangi vero dicitur quādo a peccato recedere incipit quāuis nondum plenè ad Deum cōuersum sit. Cōteri vero quando in eo totaliter destruitur affectus peccati, quod est plenè resilire a peccato: hoc autem resilitio quidam dolor est non passio appetitus sensitiui, sed secundum, ꝙ dolor accipitur pro displicentia volūtatis. Et sic patet solutio ad primum, & quia hoc displicētia quæ est genus contritionis est meritoria, & nullum bonum est meritorium, nisi sit volūtarium: ideo additur hoc quod est voluntariè assumptum tanquam differentia determinans displicentiam ad genus moris, & quia voluntaria displicentia esset mala si esset de bono: ideo dicitur pro peccatis. Et per hoc illa displicentia determinatur ad bonum moris, & quia prædicta diffinitio datur de contritione non vt est actus virtutis tantum, sed prout est pars sacramenti: ideo subiungitur cum proposito confitendi, & satisfaciendi. *T. com. 4.*

Ad primū. AD PRIMVM solutum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ etsi contritio quantum ad suam formam, quæ est charitas sit a Deo tantum, tamen essentia actus non tantū est a Deo, sed etiam cū hoc a libero arbitrio.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dicit Philosophus 3. ethi. c. 5. quamuis electio non sit impossibilium, voluntas tamen potest esse respectu impossibilium veluti immortalitatis: quāuis enim electio sit actus voluntatis, voluntas tamen etiam alium habet actum.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ quando in articulo mortis homo verè conteritur implicitè habet propositum confitendi, quia si sibi ad memoriam reduceretur confiteri vellet, si posset.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis ante institutionem confessionis esset cōtritio inquātum est actus virtutis, non tamen inquantum est pars sacramenti.

Ad sextū. Ad vltimum dicēdum, ꝙ in hoc differt diffinitio Isidori a pdicta, qa prima diffinit contritionē quātū ad esse: hęc aūt est cōtritionis diffinitio quantum ad benè esse, in qua describitur per comparationē ad terminum a quo: cū dicitur compunctio, scilicet contra delectationem, quæ fuit in conuersione: & per comparationem ad terminum ad quem, cum dicitur humi-

humilitas mentis contra inobedientiam, quæ fuit in auersione,& quo ad effectum, cum dicitur cum lachrymis, & quo ad duplex motiuũ quorum vnum est offensæ cõsideratio quæ intelligitur in peccati recordatione. Alterutrũ timor pęnæ qui intelligitur in timore iudicij.

QVAESTIO II.

Vtrum attritio possit fieri contritio.

Arg. 1. *D. Bon. lib 4. dis. 17. ar. 2. q. 3. D. Tho. vbi sup q. 3. Scot. vbi supra. Alex. vbi supra m. 5. ar. 4.* ET VIDETVR, ꝙ non: secundum philosophum. 8. phy. A diuersis motoribus nõ est vnus motus. Sed attritio oritur ex timore pęnę, cõtritio ex consideratione diuinæ offensæ: ergo motus attritionis non potest fieri motus contritionis.

Secundo. Item impossibile est eundem actum in numero elici a gratia, & sine gratia. Sed attritio elicitur a voluntate, sine gratia: contritio vero a gratia: ergo attritio non põt fieri contritio.

Tertio. Item intensior est contritio, quam attritio, quia est a fortiori motore, sed idem actus voluntatis in numero non potest intendi, quia secundum Aug. 83. q. quæstione 32. Eãdem rem nõ potest alius alio plus intelligere: ergo a simili, nec plus velle, nec nolle: ergo attritio nõ potest fieri contritio.

Quarto. Item ille actus qui statim transit non potest primo esse informis,& post hoc formatus: sed actus volũtatis statim trãsit, quia est in instanti. Vnde secundum philosophũ 10. Ethi. cap. 4. Delectatio in instanti est: cum ergo attritio sit actus informis,& cõtritio actus formatus, attritio non potest fieri contritio.

In oppositum. CONTRA, vnus, & idem motus exterior qui primo est in formis postea potest formari: ergo a simili idem motus interior: ergo attritio formari,& sic fieri contritio.

Secundo. Item attritio non opponitur gratiæ, sed disponit ad eam: ergo per aduentum gratiæ non tollitur, sed perficitur: attritio autem cũ perficitur per gratiam fit contritio.

CONCLVSIO.

Vtique, cum habitus informis quo quis exit in actum attritionis formari possit.

Responsio. *Cõtritio dupliciter potest accipi.* RESPONDEO, ꝙ contritio dupliciter potest accipi. Vno modo pro actu pęnitentiæ elicito a virtute pęnitentiæ charitate formata. Alio modo pro formato actu pęnitẽdi elicito, non mediante aliquo habitu pęnitentiæ, vel a pœnitentia informi quam postea charitate formatur, illo actu adhuc durante.

Primo modo loquendo de contritione, attritio non potest fieri contritio: quia idẽ actus in numero elici non potest a pœnitentia informi,& post hoc elici a pœnitentia formata: qa voluntas mouens, vt informis, & post hoc mouens, vt formata vicem tenet duorum motorum a quibus non potest esse idem motus in numero, vt concludebat primum argumẽtum ad primam partem.

Præterea actus elicitus a pęnitentia formata est eodem ordine naturæ posterior: actus autem elicitus a pœnitentia informi est ordine temporis, vel naturæ priusquam pęnitentia illa sit formata.

Secundo modo loquendo de cõtritione attritio fieri potest contritio: quia quamuis motus voluntatis sit simpliciter, & in instanti,& quantum ad suum esse, potest tamen tam diu manere idem in numero quousque pęnitentia a qua elicitus est a charitate formatur, per cuius formationem actus ille efficitur cõtritio, quamuis elicitus fuerit a pęnitentia existente informi.

Ad primũ & secundũ AD PRIMVM, & secundum in oppositũ patet solutio ex iam dictis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ contritio primo modo dicta est intẽsior, quam atttitio: quia vt arguebatur elicitur a fortiori motore, sed non oportet, ꝙ ita sit de contritione, secundo modo dicta: quia contritio,& attritio eliciuntur a motore æqualis virtutis: non enim eliciuntur duabus vicibus, sed vna, ille tamẽ actus per sui formationem intenditur. Vnde illud quod dicebatur in arguendo eundem actum voluntatis in numero non posse intendi falsum est, vt ostensum est lib. 2. distin. 35. in illa quæstione, vtrum in eodem malo voluntatis actu secundum numerum possit esse intensio,& remissio, & ibi exponitur illa auctoritas August. nunc allegata.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ actus voluntatis quamuis sit in instanti secundum suum esse, tamen non statim transit: sed aliquandiu potest manere, vt dictum fuit in quæstione. Nõ enim est de genere successiuorum per se quãtum ad suum esse, sed permanentium, alioquin suum esse non esset in instanti: quomodo autem voluntas de non volente aliquid, potest fieri volens aliud in tempore, & tamen ipse actus volendi erit in instanti, declaratum est lib. 2. dist. 35. in illa quæstione, vtrum malus actus voluntatis sit successiua motio.

QVAESTIO III.

Vtrum attritionem facientis quod in se est, necessarium sit fieri contritionem.

Arg. 1. *D. Bon. vbi supra.* ET VIDETVR, ꝙ sic: sicut declaratũ fuit lib. 3. Christus meruit nobis de condigno primam gratiam, sed si non meruisset illam non contritis, non meruisset nobis primam gratiam, quia cõtritio eam includit: ergo meruit de condigno primam gratiam attritis facientibus, quod in se est, ex necessitate ergo iustitiæ datur eis a Deo gratia, sed attritio formata per gratiam contritio est.

Secundo. Item secunda Thimo. 2. Deus seipsum negare non potest, sed si ex toto corde reuertentem ad se non reciperet ad gratiam, negaret se misericordem esse, in quo includeretur negatio sui: ergo omnem attritionem facientis, quod in se est, Deus de necessitate facit contritionẽ eam formando per gratiam.

In oppositum. CONTRA, secundum Anselm. 1. libr. Cur Deus homo 19. ca. Deus nulli quicquã debet, sed si facienti, quod in se est Deus de necessitate faceret attritionem contritionem, tali Deus deberet gratiam: ergo attritionem facientis quod in se est, non est necessarium fieri contritionem.

Secundo. Item luto quantumcunque bene disposito non est necessarium imprimi formam a figulo. Sed sicut dicitur Isaiæ 64. Et nunc domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster: ergo quantumcunque bene dispositū non est necessarium a Deo formari per gratiam.

CONCLVSIO.

Licet attritionem fieri contritionem possibile dixerimus, necessarium tamen dicere non valemus.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ attritionem fieri contritionem, secundum, ꝙ accipitur pro actu pęnitentiæ elicito a virtute pęnitentiæ charitate formata non est necessarium: sed impossibile sicut videri potest ex quæstione præcedenti. Si autem accipiatur contritio pro actu pœnitentiæ elicito a pęnitentia informi, quæ postea charitate formatur, illo actu adhuc durante sic, quamuis attritionem sit possibile fieri contritionem, non tamẽ est necessarium: possibile enim est, quòd attritio facientis quod in se est, prius ordine naturæ desinat esse, quã Deus tali gratiam infundat: quia quandoque, eam infundit ipsi voluntati conuersæ ad aliquem alium bonum actum, qui nõ est attritio nisi fortè implicitè: sed facienti, quod in se est: necessarium est aliquo modo dari a Deo gratiam gratum facientem, non necessitate coactiõis, nec necessitate immutabilitatis absolute: sed necessitate immutabilitatis ex præsuppositione ordinationis suæ, qua immutabiliter, & liberaliter ordinauit se daturum gratiã omni pęnitenti quod in se est facienti.

Ad primũ, & secundũ. AD PRIMVM, & secundum dicendum, quòd non plus concludunt, nisi quòd pęnitenti facienti, quod in se est Deus dat gratiam de necessitate immutabilitatis non absolute: sed ex præsuppositione ordinationis suæ.

Ad aliam partem. Dubitorem aliquem alicui triplici ter cõsiteri. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, ꝙ aliquem alij esse debitorem in hoc potest esse triplici de causa. Aut quia aliquid sibi commissum est, quare tenetur debitor. Aut quia deliquit contra alium. Aut quia aliud alij promisit. Primo modo Deus nulli debitor est: nec etiam secundo modo, sed tertio modo: qa promisit ex mera liberalitate sua se daturum gratiam pęnitentibus facientibus, quod in se est. Vnde Manasses in sua oratione 2. Paral. vlt. Tu domine secundum bonitatem tuam promisisti pęnitentiam remissionis peccatorum, & glo. super illud verbum: quia rectum est verbum Domini, dicit, ꝙ ex promisso non ex cõmisso Deus est nobis debitor.

Ad secundum dicẽdum, quòd procedit de necessitate coactionis, vel de necessitate immutabilitatis absolute.

QVAESTIO IIII.

Vtrum ordine naturæ prior sit contritio, quam peccati remissio.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 17. ar. 2. q. 1. D. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 8. Scot. lib. 8. dist. 14. q. 1. Alexã. p. 4. q. 17. m. 4. ar. 7. ET VIDETVR, ꝙ sic. Anima suscipit gratiam mediante actu pęnitendi, iuxta illud Sap. 11. dissimulãs peccata hominum propter pęnitẽtiam: ergo prius ordine naturæ attingit gratia actũ, quam anima: cum ergo actus pęnitentiæ gratia formatus sit contritio, & nõ remittatur peccatum quousq; anima formatur gratia, prius ordine naturæ est contritio, quam peccati remissio.

Secundo. Item prius ordine naturæ est contritio, quã remissio venialis peccati: ergo a simili, prior est ordine naturæ, quam remissio mortalis peccati.

Tertio. Item actum pęnitendi fieri contritionẽ nõ est aliud, quam habitum pœnitentiæ charitate formari. Sed formatio virtutum ordine naturæ præcedit remissionẽ peccati, quia per charitatem remittunt peccata, iuxta illud 1. Pe. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum: ergo prior est ordine naturæ contritio, quam peccati remissio.

In oppositum. CONTRA, contritio est actus pęnitentiæ elicitus a virtute pęnitentiæ charitate formata: ergo posterior est ordine naturæ, quam formatio virtutis pęnitentiæ. Sed formatio virtutum, aut est peccatorum remissio, aut eam includit: ergo contritio ordine naturę est posterior peccatorum remissione.

Secundo. Item prius ordine naturæ formatur anima per gratiam, quam actus pęnitendi: quia actus non est natus gratiæ esse subiectum. Sed in formatione animæ per gratiam est remissio peccatorũ: ergo formatio actus pęnitendi est posterior, quam peccatorum remissio.

Tertio. Item si ordine naturæ contritio pręcederet peccatorum remissionem, pœnitens non tantum mereretur remissionem peccatorum de congruo, sed etiam de condigno, quia voluntarius actus charitate formatus est de condigno meritorius: sed peccator non potest mereri de condigno remissionem peccati, qa de condigno mereri non potest primam gratiam per quam remittitur peccatum: ergo contritio non est prior ordine naturæ remissione peccati.

CONCLVSIO.

Contritionem natura peccati remissionem præcedere autumandum est, cum anima peccatum detestando ad gratiam se disponat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ cõtritio sm̃ ꝙ est actus pęnitẽdi elicit⁹ a virtute pnię charitate formata, posterior est ordine naturæ ꝗ̃ remissio mortalis

talis peccati, sicut bene ostendit primum argumentum ad partem secundam. Si autem accipiatur contritio pro actu pęnitendi elicito a pęnitentia informi postea charitate formata, illo actu adhuc durante, tunc quidam dicunt, quòd quamuis esse illius actus qui est materia lis in cõtritione ordine naturæ, vel temporis, aliquando prior sit remissione peccati: tamen inquantum formatus est, contritio est ordine naturæ posterior, quam remissio peccati, quãuis enim infusionis gratiæ sint effectus peccati remissio, & actus pęnitendi formatus: tamẽ immediatior effectus eius est remissio peccati quam formatus actus pęnitendi, ita quòd formatio actus pęnitendi dependet ex gratiæ infusione, & peccati remissione.

Alij dicunt, quòd ipse actus pęnitendi elicitus a pęnitentia informi, qui postea formatur, non est posterior ordine naturę, quam peccati remissio etiam inquantum formatus est. i. inquantum est contritio: quia dicunt, ꝙ formatio actus pęnitendi non est realiter differens ab infusione gratiæ, sed tantum secundũ rationem: quia actum pęnitendi esse formatũ nihil aliud est, quam ipsum esse actum formati subiecti, Deus enim acceptat actum propter subiectum: ipsa ergo infusio gratiæ ipsi subiecto, & est formatio subiecti, & actus pęnitendi non causans in actu pęnitendi formationem aliam necessariam ad rationem contritionis, quia quamuis per infusionem gratiæ qualificetur actus pęnitendi præexistens aliqua similitudine gratiæ, quæ similitudo potest aliquo modo dici illius actus forma, non tamen habet principaliter per eam rationem contritionis, sed per hoc, quòd anima quæ est eius causa, & subiectum formata est: ipsa tamen infusio gratiæ, inquantũ est formatio subiecti, differt a seipsa secundum rationem, inquantum est formatio actus, ita quòd est prius secundũ rationem intelligendi est formatio subiecti, quam actus. Vnde si remissio peccati est realiter differens ab infusione gratiæ, formatio actus pęnitendi immediatior est infusioni gratiæ, quam remissio peccati: ad quod sequitur, ꝙ sit ordine naturæ prior, quam remissio peccati. Si autem realiter idem est gratiæ infusio, & peccati inquantum ad offensam remissio, prædicti actus formatio non est prior ordine naturæ, sed posterior: non dico ordine naturæ, quia talis ordo prioritatis, & posterioritatis non est, nisi inter realiter diuersa, sed secundum rationem intelligendi: quia secundũ rationem intelligendi prior est infusio gratiæ sub ratione qua est remotio inimicitiæ, quam sub ratione qua est restitutio amicitiæ: sed sub prima ratione est remotio cuiuslibet culpę: sub secunda, vel sub vtraque est prædicti actus pęnitendi formatio.

Ad primũ partis affirmatiue. Qui vult tenere primam opinionem potest dicere ad primum argumentum, ꝙ anima non suscipit gratiam mediante actu pęnitendi tanquam dispositionem gratiæ susceptiua, secundum quem modum corpus suscipit colorem mediante superficie: alioquin cessante illo actu non remaneret gratia in anima, sed tãquam dispositione de congruo gratię meritoria, sicut dicimus, ꝙ homo coronatur median te suo labore, quando per strenuitatem laboris assumitur ad regiam maiestatem.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile, quia veniale peccatum simul stat cum gratia, non autem mortale: & ideo motus contritionis cuius essentia actus elicita a virtute formata potest esse causa remissionis peccati venialis, non sic autem potest esse causa remissionis peccati mortalis, quamuis remissionis eius possit esse causa dispositiua, contritio secundo modo dicta ratione essentię actus, quia ratione eius procedit ordine naturæ peccati mortalis remissionem. *Ad secundum.*

Ad tertium dicẽdum: ꝙ maior falsa est, formatio enim actus eliciti ab habitu alia est a formatione habitus, & eam ordine naturæ præsupponens, vt dicunt, tenentes opinionem primam. *Ad tertiũ.*

Qui vult tenere opinionem secundam potest dicere, quòd primum argumẽtum factum contra eam non procedit nisi de actu pęnitendi elicito a virtute pęnitentiæ charitate formata. *Ad primũ partis negatiue.*

Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa, ordo enim naturæ nõ est nisi inter ea quæ realiter differunt: formatio autem animæ per gratiam, & formatio actus realiter idem sunt, secundum rationem differentes. Vnde inter illa non est prioritas, nec posterioritas, nisi secundum rationem. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis homo mereri non possit primam gratiam de condigno, tamen per actum informatum gratia, & præcedentem ordine naturæ remissionem peccati, mereri potest, remissionem peccati, quam obtinet in eodem instanti, quo actus pęnitendi gratia formatur, quamuis formatio illius actus ordine naturæ sit prior, si realiter differunt gratiæ infusio, & peccati remissio. *Ad tertiũ.*

QVAESTIO V.

Vtrum pro quantocunque magno peccato sufficiat quantacunque parua contritio.

D. Bon. lib. 4. dist. 16. arti. 4. q. 2. D. Thom. 4. sent. dist. 16 q. 2. art. 5. q. 3. Alexã p 4. q. 17. m. 2. ar. 1.

ET VIDETVR, ꝙ non: Aug. 21. de ciui. ca. 26. dicit, ꝙ in amissione rerũ necesse est, vt tantum vrat dolor quãtum hæserat amor. Sed summum bonum, quod per mortale peccatum amittitur maxime est diligẽdũ: ergo vr̃, ꝙ pro quolibet mortali peccato maxima requiratur cõtritio.

Item Ansel. in libr. Cur Deus homo, versus finem dicit, non fieri remissionem peccati nisi debito reddito, qđ debet̃ pro peccato sm magni- *Secundo.*

gnitudinem peccati: sed hoc non esset verum, si pro quantocunque peccato magno sufficeret quantacunque parua contritio, quia tunc non esset necessaria maior emenda pro vno, quam pro alio.

Tertia. Item homo sensibiliter dolet pro amissione boni temporalis: ergo multofortius tenetur sensibiliter dolere pro amissione boni spiritualis, quod per peccatum mortale amittitur, sed quantumcunque parua contritio non habet dolorem sensibilem: ergo non sufficit pro alsquo mortali peccato.

505. *In oppositum.* Contra, Psal. 50. Cor contritũ, & humiliatum Deus non despicies.

Secundum. Item extra de regulis iuris. ca. 1. Omnis res per quascunque causas nascitur per easdẽ dissoluitur, sed per quãtumcunque paruum velle deliberatiuum, & absolutum potest homo incurrere peccatum mortale: ergo per quantumcunque paruum motum voluntatis deliberatiuum in detestando peccatum potest homini remitti quodcunque peccatum mortale.

CONCLVSIO.

Cum contritio actum dicat gratia informatum, quantamcunque paruam contritionem pro quantocunque magno peccato sufficere liquet.

Responsio. Respondeo, ꝙ cum contritio dicat actum pęnitendi charitate formatum, & quantumcunque modica charitas sufficiat ad remissionem quantorumcunque, & quorumcunque peccatorum mortalium, quantumcunque parua contritio sufficit pro quantocunq; magno peccato: Non sic autem dicendum est de attritione, cum enim recogitantur peccata in speciali, necessaria est maior attritio de maiori peccato, quam de minori: & quamuis in pęnitendo de omnibus simul non sit necessaria maior displicentia simul in actu, de vno, quam de alio, necessaria tamen est in habitu: vnde pro quantocunque magno peccato quantumcunque parua attritio non formatur gratia de lege communi, per quam gratiã fieret attritio, contritio si formaretur.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est de displicentia, quæ est in voluntate cuius quantitas pro displicentia amissionis rei amatæ debet proportionari quantitati amoris: talis autem displicentia saluatur in quantumcunque parua contritione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quantumcunq; parua contritio concludit magnitudinem displicentiæ proportionatam magnitudini peccati, non sic autem quantumcunque parua attritio; quia attritio cuius magnitudo nõ proportionatur eo modo quo possibile est magnitudini adhæsionis, quæ fuit in peccando, non fit contritio de lege communi.

Ad tertiũ Dolorem magnitudo in contritione considerari potest dupliciter. Ad tertium dicendum, quòd magnitudo doloris in contritione dupliciter potest intelligi, scilicet, vel in voluntate, vel in sensualitate. Primo modo dolor est displicentia peccati, quæ si sit informis est attritio, si formata, sic est contritio: sed non formatur de lege communi, nisi sit maxima in comparatione aliorũ dolorum, quia quanto aliquid magis debet placere, tanto eius oppositum debet ei magis displicere. Summum autem bonum a quo separatur homo per peccatum mortale, magis debet placere, quam omnia alia bona: & ideo maior debet esse displicentia de quocunque mortali peccato, quam de quocunque alio malo: maior tamen debet esse de vno peccato, quam de alio. Secundo modo dolor est quædam passio sensualitatis causata ex displicentia peccati, & hunc dolorem non oportet esse maximum, nec maiorẽ multis doloribus causatis ex amissione aliquarum rerum temporalium non multum magnarum, quia vires inferiores magis mouentur de lege communi ex appræhensione suorum obiectorum, quam ex redundantia viriũ superiorum, vnde talis dolor non semper est in potestate hominis, & ideo non requiritur ad contritionis necessitatem, sed ad eius perfectionem.

Ad primũ. partis oppositæ. Ad primvm ad partem aliam dicendum, quòd nunquam est cor contritum de lege communi, nisi magnitudo motus deliberatiue voluntatis respondeat magnitudo adhæsionis quæ fuit in peccato.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illa regula, vt ibi dicitur in gl. instantiam habet in aliquibus casibus, vnde non credo, quòd sit vniuersaliter vera, nisi quando natiuitas rei, & dissolutio æqualiter subsunt potestati illarum causarum: non sic autem est in proposito, quia liberum arbitrium per se sufficit ad efficiẽdum, sed non ad proficiendum, immo necessarium est adiutorium habere Dei.

Ex dictis patet solutio ad sextam quæstionem.

QVAESTIO VII.

Vtrum contritio sit causa efficiens remissionis peccati.

Arg. 1. D.Tho. vbi sup. q.1. Alexã. p.4. q.17. m.4. art.5. Et videtvr, ꝙ sic: in habentibus se per ordinem, qui potest efficere maius potest efficere minus: sed remissio peccati est actus pęnitentiæ formatus, se habens per ordinem, & est actus formatus nobilior, quam peccati remissio, qa destructio mali est propter positionem boni: ergo qui potest facere actum pęnitendi formatum, potest facere remissionem peccati: sed voluntas charitate formata potest elicere actum pęnitendi, qui est contritio: ergo mediãte actu illo, efficit remissionem peccati:

Item

Item in peccatore non existente in actu peccati, peccatum non est aliud, quam carentia satisfactionis, seu reconciliationis debitæ pro actu peccati, sed voluntas per actum contritionis est causa efficiens remissionis illius carentiæ: quia per contritionē est causa efficiens satisfactionis debitæ, & factio satisfactionis est destructio carentiæ eius: ergo voluntas per actum contritionis est causa efficiens remissionis peccati.

In oppositum. CONTRA, glo. super illud Matth. 9. Dimittuntur tibi peccata: dicit ꝙ solus Deus peccata dimittere nouit, sed contritio non est Deus, sed creatura: ergo peccatum effectiuè non remittit.

Secundo. Item remittere peccatum quātum ad offensam non tantum est remouere a peccatore deformitatem propter quam Deo displicebat, sed etiam ipsam Dei displicentiam remouere: quia anima quæ ante peccati remissionē Deo displicebat: post eius remissionem Deo non displicet: sed nulla creatura potest esse causa efficiens remotionis diuinæ displicētiæ, sicut nulla creatura potest esse causa efficiens diuinæ placentiæ, seu acceptationis: quia placentia diuina est actus voluntatis Dei, qui est realiter idem quod ipse: ergo cum contritio sit creatura, non potest esse causa efficiens remissionis peccati.

CONCLVSIO.

Quia solus Deus peccati maculam remittit effectiuè, contritio prout sacramenti pœnitentiæ pars est, causa dispositiua dumtaxat dici potest.

Responsio. RESPONDEO, quòd contritio potest accipi, vel prout est pars sacramenti pęnitentiæ, vel prout est actus pęnitentiæ, qui est virtus: quomodo autem contritio, inquantum est pars sacramenti pœnitentiæ, se habeat ad remissionem peccati inferius declarabitur, cum quæretur de potestate, & vsu clauium. Si autem accipiatur inquantum est actus pœnitentiæ, qui est virtus, sic dico, quòd anima per cōtritionem non est causa efficiens remissionis mortalis pecati: mortalia enim peccata remitti non possunt, nisi per gratiæ gratum facientis infusionem, & ideo nulla res potest esse causa efficiens remissionis quæ non potest esse cā efficiēs infusionis gratiæ gratum facientis: anima autem per contritionem non potest esse causa efficiens infusionis gratiæ gratum facientis: quia infusio gratiæ est per creationem, & anima creare non potest: motus etiam contritionis præsupponit ordine naturæ infusionem gratiæ: anima ergo per contritionem non potest esse causa efficiens remissionis peccati mortalis: sed sicut solus Deus est causa efficiens iufusionis gratiæ, ita ipse solus Deus est causa efficiēs remissionis mortalis peccati: anima tamen per contritionem meretur de condigno mortalis peccati remissionem, si aliquis motus contritionis eam ordine naturæ præcedit, vt multi probabiliter dicunt: si autem nullus pœnitentiæ motus formatus ordine naturæ præcedit remisionem mortalis peccati, tamen anima per motum attritionis de congruo meretur remissionē mortalis peccati.

Aliter autem, vt volunt aliqui, dicendum est de remissione peccati venialis per contritionem, quam dictum est de remissione mortalis, anima enim per contritionem est sub Deo causa efficiens remissionis venialis peccati, quod dupliciter declarant: sicut enim mortale peccatum remittitur quantum ad offensam per gratiæ infusionem, ita peccatum veniale remittitur per contritionis motum, sed si esset possibile, quòd anima esset causa efficiens infusionis gratiæ, ipsa mediante infusione gratiæ posset esse causa efficiens remissionis mortalis peccati: cum ergo anima charitate formata sit causa efficiens motus cōtritionis, quia ipsum elicit: videtur, quod anima charitate formata, mediante motu contritionis, sit causa efficiens remissionis venialis peccati.

Præterea in peccatote non existente in actu venialis peccati, peccatum veniale nihil aliud est, quam carentia satisfactionis debitæ pro actu venialis peccati, inquantum peccatum veniale est aliqua dispositio ad diuinam offensam, seu obliquatio a diuina amicitia: destructio autem carentiæ debitæ satisfactionis, est satisfactionis positio, vel est per satisfactionis positionem: illa autem satisfactio est motus contritionis, vel per ipsum motum causata: cum ergo anima charitate formata sit motus contritionis efficiens causa, vt superius dictum est, videtur, quod mediante motu contritionis effectiuè destruat veniale peccatum: sed quia hoc non potest facere, nisi in virtute habitus charitatis, cuius solus Deus est efficiens causa, ideo anima charitate formata peccatum veniale effectiuè non remittit, nisi in speciali virtute Dei: ita quòd Deus est illius remissionis principalior, & nihilominus immediatior efficiens causa. Alijs autem videtur dicendum, quòd quamuis anima charitate formata mereatur per contritionem remissionem venialis peccati, tamen illius remissionis non debet dici efficiens causa, saltem loquendo de causa per se, quia motus contritionis non est causa efficiens remissionis venialis peccati per hoc solum, quòd contritio immediatè elicitur a voluntate charitate formata, sed etiam, & principalius per hoc, quòd illa contritio est ipsius Dei immediatus effectus.

Ad primũ. Ad primum dicendum, quòd quamuis anima charitate formata possit esse efficiens causa illius actus qui formatus est, non tamen potest esse causa efficiẽs charitatis, per quam formatur: actus autem ille ratione essentiæ actus non est nobilior remissione peccati, sed est quædam congrua dispositio ad eam: sed ratione charitatis qua formatur dicitur ea nobilior.

Item secundam. Ad secundum dicendum, ꝙ anima per cõtritionem non est causa efficiens satisfactionis, seu reconciliationis debitæ, pro mortali peccato, inquantum mortale peccatum est offensa cõtra Deum, sed sic solus Deus est illius satisfactionis, seu reconciliationis efficiens causa per gratiæ infusionem.

Ad secundum. Alterius partis. Ad secundum argumentum, ad secundam partem potest dici, ꝙ remouere diuinam displicentiam non est remouere aliquem actum diuinæ voluntatis, sed remouere defectum animæ: propter quem Deo displicebat, quo defectu remoto anima quæ ante displicebat Deo sibi non displicet, non per aliquam mutationem factam in diuina voluntate, sed per mutationem factam ex parte animæ.

QVAESTIO VIII.

Vtrum possit esse nimis magnus dolor in contritione.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 16. art. 2. q. 2. Alex p. 4. q. 17. m. 2. ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia dolor contritionis ex charitatiuo Dei amore procedit: sed anima nõ potest Deum nimis charitatiue diligere: ergo nec potest de eius offensa nimis dolere.

Secundo. D. Tho. 4. sent. dist. 17 q. 2. arti. 3. q. 2. Item de pęnitentia distinctio. 3, parum post principium, si apostolus dicitur de pœnitente, quòd semper doleat, & non sit satis, quòd doleat.

In oppositum. Contra, Apostolus ad Rom. 12. dicit, quòd exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtem, sed tantus posset esse contritionis dolor, quòd interficeret pęnitentem: ergo talis dolor nimius esset, & irrationabilis videretur.

CONCLVSIO.

Dolor in contritione quo ad displicentiam voluntatis rationalis nimius esse neutiquam potest, quo ad corporis vero afflictionem, & appetitus sensitiui passionum, aut vix, aut nunquam est nimius.

Responsio. Duplex dolor in actu pœnitẽdi esse cõtingit. Respondeo, ꝙ in actu pęnitendi duplex est dolor, vnus essentialis pęnitentiæ, & hoc est in voluntate rationali. Est enim quædam voluntatis displicentia qua sibi displicet peccatum inquantum est transgressio legis diuinæ, & quia hæc displicentia directe causatur ex charitatiua Dei dilectione, quæ nimis intendi non potest, ideo hæc diplicentia non potest esse nimis magna.

Dolor pęnitentiæ nõ essentialis duplex. Est alius dolor non essentialis pęnitentiæ, & hic duplex. Vnus in corpore quo homo corpus suum affligit pro peccatis suis, & hoc dolor bene posset esse nimis magnus: quia cum tali temperamento debet homo affligere corpus suum, vt non interimat subiecti naturam. Vnde Apostolus ad Roma. 12. Rationabile obsequium vestrum.

Dolor sensitiuus pęnitẽtiæ ex duplici radice pullulare potest. Est alius dolor interior, qui est passio appetitus, & hic duplex. Quandoque enim causatur talis dolor ex consideratione amissionis cuiusdam honestatis, seu gloriæ accidentalis per peccatum, sicut est dolor quandoque in mulieribus ex hoc, quòd amiserunt sui corporis integritatem, & talis dolor posset etiam esse nimis magnus.

Quandoque causatur directe per quandam redundantiam ex displicentia voluntatis qua sibi displicet peccatum inquantum est diuinę legis transgressio: & sic adhuc dicunt quidam, quòd dolor posset esse nimis magnus, quia pęnitentia virtus moralis est, & actus virtutis moralis corrumpi potest per superabundantiam, & defectum.

Alijs videtur, quòd hic dolor nõ possit esse nimis magnus, quia si non posset esse excessus in causa, non potest esse excessus in effectu: huius autem doloris causa est supradicta displicentia peccati de qua concessum est, quòd non potest esse nimis magna, vnde si pęnitens ex vehementissimo Dei amore, tam vehementer doleret de suo peccato, quòd ex hoc causaretur in appetitu sensitiuo tam vehemens dolor, quòd corrumperet harmoniam corporis necessariam ad vitam, non esset excessus in genere moris, nec perfectioni pęnitentiæ derogans, sed concordans, nisi fortè hominis voluntas directè, & ex intentione ferretur ad procurandum talem passionem ad hoc, vt ipse moreretur: & sic credo, quòd intelligunt illi qui dicunt, quòd in dolore, qui est in appetitu sensitiuo potest esse excessus.

Argumenta primæ partis. Argumenta ad partem primam procedunt de dolore in voluntate rationali qui est displicentia voluntatis, qua sibi displicet peccatum inquantum est transgressio legis diuinæ.

Ad aliãpartem. Argumentum ad partem secundam procedit de dolore qui est afflictio corporis, vel de illo qui est passio appetitus sensitiui.

QVAE-

QVAESTIO IX.

Vtrum idem motus contritionis in numero possit intendi, & remitti.

QVIA huius quæstionis solutio expresse haberi potest ex quibusdam dictis libro secundo distin.35.in illa quæstione, vtrum in eodem actu voluntatis secundum numerum possit esse intensio,& remissio: ideo hic de pertractatione huius quæstionis supersedeo.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secũdo principali. Et circa hoc quæruntur nouem.

Primo vtrum homines de necessitate teneãtur confiteri peccata sua sacerdoti.

Secundo vtrum ad hoc teneantur ex iure diuino.

Tertio vtrum teneantur ad hoc ex iure naturæ.

Quarto vtrum ad hoc omnes teneantur.

Quinto vtrum sacerdote absente, teneatur pęnitens ei confiteri per scriptum.

Sexto vtrum confitens alicui sacerdoti omnia peccata sua de q̃bus est memor, si diu post acceptam absolutionem recordetur alicuius mortalis peccati,quod ante suam confessionẽ commisserat,teneatur tentione necessitatis illud peccatum confiteri illi eidem sacerdoti.

Septimo vtrum possit dispẽsari cum aliquo vt non teneatur confiteri.

Octauo vtrum confessione legitime facta proprio sacerdoti respectu eorundem peccatorum in numero necessarium sit iterari.

Nono vtrum proprius sacerdos possit de iure punire illum, qui non confitetur semel in anno.

QVAESTIO I.

Vtrum homines de necessitate teneantur confiteri peccata sua sacerdoti.

Arg. 1. D.Bon. lib. 4. dist. 17. p. 3. arti. 1. q. 1. Secundo. Alexã p. 4. q. 19 m. 1. art. 1. D. Tho. vbi sup. q. 3. ar. 3. q. 1. Tertio. Scot. lib. 4. dist. 17. q. vnica.

ET VIDETVR, ꝙ non. Nullus enim tenetur manifestare inhonesta corporis sui: ergo multo minus manifestare tenetur inhonesta animæ suæ.

Item de pęnitentia distin. prima prope principium. Et recitat magister in littera ca. 3. Lachrymę lauant delictum, quod voce pudor est confiteri: ergo confessio non est necessaria ad remissionem peccati, & si sic irrationabile esset, ꝙ homines tenerentur confiteri.

Item si esset necessarium homines confiteri sacerdoti: hoc non videretur esse nisi ad taxandum emendam peccati: sed homo sufficienter potest taxare emendam pro peccato suo, vel aliquis discretus non sacerdos: ergo videtur, quòd non est necessarium homines confiteri sacerdoti.

CONTRA, Boetius libro primo de consola. non multum longe ante medium. Si opera medicantis expectas, oportet, vt vulnus detegas. *In opposi-tum.*

Item contra iustitiam est, ꝙ reus sit iudex in causa sua: ergo oportet, ꝙ peccator cum sit reus habeat alium hominem iudicem, sed iudex non debet iudicare de ignotis: ergo necessarium est, quòd peccator manifestet iudici suam causam. *Secundum.*

CONCLVSIO.

Christi præceptum, apostolica promulgatio, ecclesiæque sanctio sacramentalem confessionem necessario sacerdoti faciendam astruunt.

RESPONDEO, ꝙ omnes de necessitate tenentur confiteri peccata sua sacerdoti: quia Christus hoc præcepit implicitè in figura, cum dixit leproso mundato: Vade ostende te sacerdotibus, Matth. 8. & etiam sine figura, in hoc, ꝙ non tantum potestatem iudicandi in foro exteriori dedit discipulis accipiendam ab alijs mediante Petro, cui eam promisit ante passionem, cum sibi dixit illud quod scriptum est Matth. 16. Tibi dabo claues, &c. & dedit post resurrectionem cum dixit ei. Pasce &c. Io. 21. sed etiam dedit potestatem iudicandi in foro conscientiæ non tantum apostolis quorum sunt Episcopi successores, sed etiam alijs discipulis, quorum sunt successores inferiores sacerdotes, & illam potestatem omnibus immediate dedit per seipsum, cum post resurrectionem dixit eis. Accipite spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata remittunt eis, & quorum retinueritis retenta sunt Ioan. 20. Quibus autem datur potestas iudicandi de aliqua causa, implicitè datur eis potestas cognoscẽdi de illa: nullus enim põt esse bonus iudex de his, quæ ignorat, sacerdos autem cognoscere non potest sufficienter forefacta conscientiæ peccatoris, nisi peccator ei cõscientiam suam per confessionem aperiat. *Responsio.*

Sed forte dices, ꝙ ex dictis non sequitur, ꝙ peccator teneatur de necessitate confiteri sacerdoti, sed quòd si confitetur sacerdos potest ipsum iudicare de confessis. Sed hęc euasio friuola est, nullus enim est index meus pro quo non teneor facere nisi quantum volo: cum ergo Christus sacerdotes constituerit iudices aliorum in foro conscientiæ, tenentur peccatores de necessitate salutis confiteri peccata sua sacerdoti, & ideo bene dicit Sap. Prou. 28. cap. quòd qui abscondit scelera sua non dirigetur.

Auctoritas etiam apostolica hoc præceptũ promulgauit. Vnde Ia. in canonica sua 5. c. postquã dixit. Infirmatur q̃s ex vobis inducat p̃sbyteros ecclesiæ, &c. & cito post subiungit. Cõfitemini alterutrũ peccata vr̃a, & orate

pro inuicem, vt saluemini, in quo patet, quòd intellexit confessionem esse faciendam sacerdotibus, & eam esse necessariam ad salutem, & per hoc, quod dixit, vt saluemini, quod nõ tantum referendum est ad hoc, quod dixit, orate pro inuicem: sed etiam ad hoc, quod dixit confitemini.

Quomodo autem orare sit necessarium ad salutẽ, potest videri ex his, quæ dicta sunt superius de oratione. dist. 15.

Præceptum etiam de confitendo sacerdoti, ecclesia circumstantiauit, quantum ad illum cui confitendum est, & quantum ad tempus confitendi, & quãtum ad modum, extra de pœni. & remiss. Omnis vtriusq; sexus, vbi sic dicitur. Omnis vtriusq; sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenit, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter cõfiteatur proprio suo sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeat adimplere.

Ex prædictis patet per contritionem mortale peccatum non remitti sine confessione in re, vel in proposito, explicitè, vel implicitè, & sic debet intelligi illud, quod dicitur de pœnit. dist. 1. c. Si cui. §. ex his, nullus ante confessionem oris, & satisfactionem operis peccati abolet culpam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod inhonesta corporis expedit quandoque manifestare medico ad curationem, & hac intentionem manifestanda sunt etiam inhonesta animæ sacerdoti tanquam medico animæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod secundum quod dicit Magister in littera huius dist. cap. vlti. illud verbum ad publicam pœnitentiam referendum est, ibi enim virtutes lachrymarũ, & confessionis ostendens significare voluit, quod lachrymę occultę, & secreta confessio, sicut, quæ fit soli sacerdoti lauant delictũ, ꝙ pudor est publicè confiteri. Et quod post hoc dicit se lachrymas Petri legisse non cõfessionẽ, vel satisfactionem, per hoc non excludit illa, multa enim facta sunt, quæ scripta non sunt. Vel fortè nondum facta erat institutio cõfessionis, quæ modo est.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ, ꝙ ille qui nimis est familiaris vni parti iudex esse non debet in illa causa, extra de officio, & potestate iudi. deleg. Insinuante: quia sicut dicit glo. ibidem. Familiaritatis affectio veritatem impedire solet, homo autẽ nimis est familiaris carni suæ, & ideo non est rationabile, quod sit iudex in illa causa in qua agendum est de punitione carnis suę, quamuis illa punitio sit ad animæ curationẽ.

Prꝫterea confessio non solum ordinatur ad taxationem emendæ, immo ad aliquam relaxationem pœnæ virtute clauium, & ad susceptionem gratiæ, & quia nullus habet claues in foro pœnitentiæ, nisi sacerdos, ideo non est necessarium confiteri non sacerdoti, etiam cum haberi non potest sacerdos. Vnde illud verbũ Magistri in littera c. 5. Si defuerit sacerdos ꝓximo, vel socio facienda est confessio, exponẽdum est de congruitate, non de necessitate.

Ex dictis in corpore quæstionis patet solutio expresse ad quæstionem secundam.

QVAESTIO III.

Vtrum homines teneantur confiteri peccata sua sacerdoti ex iure naturæ.

ET VIDETVR, quòd sic: glo. super illud Gene. 3. Adã vbi es? dicit, quod verba sunt increpantis, & ad cõfessionem mouentis, vel cogentis secũdum aliam litteram non ignorantis: ergo in lege naturæ tenebantur homines ad confessionem: quod non esset verum, si non esset de iure naturali. *Primum. D. Bon. lib. 4. dist. 17. p. 2. art. 1. q. 1. D. Tho. vbi supra. q. 2. Scot. vbi supra. Alex. p. 4. q. 18. m. 2. ar 3*

Item vt habetur decretorũ dist. 1. circa principiũ. Ius naturale est, quod in lege, & Euangelio continetur: sed ex lege diuina tenentur homines peccata sua cõfiteri sacerdoti, vt declaratum est in quæstione præcedẽti: dicitur etiã Leuit. 16. quod sacerdos debeat confiteri omnes iniquitates filiorum Israel, quod non poterat facere, nisi eas sciret, nec scire poterat, nisi per eorum confessionem: ergo ad confitendum peccata sacerdoti tenẽtur homines de iure naturæ. *Secundum.*

Itẽ confessio nõ tantũ est pars sacramenti, sed actus virtutis: actus autem virtutum moralium sunt de iure naturæ; ergo confiteri peccata sacerdoti est de iure naturæ. *Tertium.*

CONTRA, Hugo. 1. lib. de sacra. parte. 9. c. 2. dicit, quod sacramentum est ex institutione significans: sed quod est ex institutione, nõ est de iure naturæ: ergo sacramentum non est de iure naturæ. Sed confessio est pars sacramẽti pœnitentiæ: ergo non est de iure naturæ. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Ad vocalem, & sacramentalem confessionem, quæ fit coram sacerdote Dei vicario ex iure naturæ non tenemur, sed diuino.

RESPONDEO, duplex est confessio, scilicet mentalis, quæ fit soli Deo, & hoc est de iure naturæ: quædam vocalis, quæ fit sacerdoti, & hoc non est de iure naturæ: quia nihil est de iure naturæ, nisi illa prima principia agibiliũ quorum veritas vltrò offert se naturali cognitioni practici intellectus, vel ea, quę ex eis per modum conclusionum immediatè, vel mediatè sequuntur, & quia ex illis principijs sequitur per modum cõclusionis, quod homo Deo laudis confessionem exhibeat tam corde, quã ore, & confessionem peccatorum mentalẽ per eorum recognitionem, & detestationẽ in corde, ideo tales cõfessiones sunt de iure naturę: sed confiteri peccata sacerdoti non est de primis principijs agibilium, quorum veritas vltrò se offert naturali cognitioni, nec sequitur ex primis principijs iuris naturalis per modũ conclusionis, nec immediatè, nec mediatè, & ideo concedendum est talem confessionem *Responsio. Cõfessio mentalis, & vocalis.*

non

non esse de iure naturæ.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod illa glo. loquitur de confessione facienda Deo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod lex diuina non tantum continet legem naturæ: sed superaddit, vt superius habitum est lib. 3. dist. 37. q. 1. & ideo non sequitur quod si aliquid sit de lege diuina, quod sit de lege naturæ.

Quod etiam dicebatur in argumento de cõfessione, quæ fiebat in lege veteri, sciendum, quod illa erat generalis, & indistincta, ad quã tenebantur aliquo modo, scilicet per determinationem sacrificiorum. Vnde illa confessio peccatorum filiorum Israel, quam faciebat sacerdos erat in generali tantum.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod & si talis confessio non sit de iure naturæ absolutè, tamen est de iure naturæ ex suppositione diuini præcepti, & ecclesiastici: naturale enim iudicium rationis dictat debere fieri illud, quod Deus præcipit.

QVAESTIO IIII.

Vtrum omnes teneamur confiteri peccata sua sacerdoti.

Primum. Scot. vbi supra D. Tho. vbi supra. q. 3. D. Bon. vbi supra ar. 2. q. 1. ET VIDETVR, quod non: Illi non tenentur confiteri, qui non tenentur pœnitere: sed habentes sola peccata venialia non tenẽtur pęnitere in hac vita: quia vt superius habitum est remitti possunt post hanc vitam; ergo illi qui non habent nisi peccata venialia non tenentur confiteri.

Secundum. Item habentes peccata mortalia non tenentur confiteri de venialibus. Sed carentes peccato mortali non tenentur ad confessionẽ alicuius, quod non tenerentur confiteri si haberent peccatum mortale, alias peccatum mortale cõditionem peccatoris faceret meliorem; ergo illi qui non habent, nisi peccata venialia non tenentur confiteri.

Tertium. Item, extra. de electione, Innotuit, non habet imperium par in parem: ergo a præceptũ de confitendo cum fuerit factum per Papam, non tenenrur eius successores.

Quartum. Item nemo tenetur ad impossibile: sed multi sunt qui non possunt loqui: ergo multi sunt qui non tenentur ad confessionem.

Quintum. Item nemo tenetur confiteri duobus: ergo cum sacerdos non intelligit linguam peccatoris non tenetur peccator sibi confiteri per interpretem: quia tunc confiteretur duobus.

Sextum. Item illa decretalis. Omnis vtriusq; sexus, non obligat ad confessionem, nisi fideles annos discretionis habentes, sed multi sunt, qui ante annos illos peccant: ergo infideles, & plures alij peccatores non tenentur ad confessionem.

Septimum. Item nullus debet mentiri in confessione: sed possibile est, quod aliquis veniẽs ad sacerdotem, cui non est confessus anno illo nullum pœnitus habeat peccatum: ergo anno illo sibi confiteri non tenetur, alias oporteret eum mẽtiri in confessione.

In oppositum. CONTRA, vt habitum est superius, confiteri sacerdoti est præceptum Dei: sed ad præceptum Dei omnes tenentur.

Secundum. Item confiteri sacerdoti præceptum est apostolice sedis: sed sicut dicitur decretorum dist. 19. Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiendæ sunt tanquam ipsius diuina voce Petri firmatę: ergo idem, vt prius.

CONCLVSIO.

Confessio vt ab ecclesia præcepta, quòd fiat semel in anno non ligat, nisi fideles, prout vero est Dei præceptum, cui singuli parere debent, tam fideles, quàm infideles.

Responsio. RESPONDEO, quod regulariter omnes tam fideles, quàm infideles tenentur ad faciendum confessionem sacerdoti Christiano, inquantum istud præceptum, est pręceptũ Dei qui plenitudinem potestatis habet vniuersaliter super omnes, & præceptũ vniuersaliter dedit: si autem non esset præceptum, nisi ab ecclesia, ad eius obseruationem non tenerentur illi qui sacramentum baptismi nunquam susceperunt, quia vt superius ostensum est dist. 7. 1. q. ar. 2. Vicario Christi non fuit concessa directe potestas super illos, qui sacramentum baptismi non susceperunt, quod est ianua qua intratur in ecclesiam militantem, & quia diuinum præceptum, cum sit rationabilissimũ non obligat ad aliquid irrationabile, ideo ad obseruationem huius præcepti non tenentur homines quando habent de non confitendo rationabilem causam, & legitimam excusationem, sicut sunt illi, qui non habent copiam sacerdotis, nõ enim dicendum, vt quidam dicunt, quod tales de necessitate teneantur laicis confiteri, cum non sit præceptum confiteri, nisi sacerdoti.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod quamuis homo non teneatur pœnitere de venialibus, eo quod simul stare possunt, cũ gratia, & post hanc vitam remitti, quapropter non separant, nec a regno ecclesiæ militantis, nec triumphantis, & ideo per se non indigent de necessitate officio clauium quo aperiatur regnum, tamen per accidens homo tenetur de illis pęnitere, & confiteri sicut declaratum est superius, di. præcedenti in illa quæstione. Vtrũ necessaria sit pœnitentia de venialibus, vbi dictum est, quod propter obseruationem statuti ecclesiastici homo tenetur venialia confiteri, si nullum habet mortale ad confitendum.

Aliqui dicunt, quod talis non tenetur ad dicendum sacerdoti aliquod peccatum in speciali: sed tantum ad dicendum, quod non credit se habere, nisi venialia tantum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod quamuis habens mortale peccatum, non teneatur de necessitate venialia confiteri, ex hoc non sequitur, quod per peccatum mortale sua conditio efficiatur melior: quia multo peius est habere mortale,

mortale,& non teneri venialia confiteri, quã teneri cõfiteri venialia,& nõ habere mortale.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum,quod quamuis vnus Papa non habeat imperium in successorem, tamen Deus habet imperium super eos qui implicitè præcepit confessionem esse faciendam sacerdoti, vt visum est. Et ratione huius Papa tenetur ad obseruationem huius præcepti de necessitate:ad obseruandum autem ipsum secundum circumstantiationẽ ordinatam a concilio generali tenetur de congruitate. 25.q.1. Confidimus,& infra.ea.q.Iustitiæ, vbi dicitur sic: Iustitiæ actionis ordo suadet, vt qui a successoribus desiderat mandata sua seruari prædecessoris sui proculdubio voluntatem,& statuta custodiat.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod ille qui non potest loqui debet confiteri signo, vel nutu eo modo quo potest.26.q.6.Qui recedunt.Illi autem qui loqui potest, & habet sacerdotem præsentem non sufficit confessio per scripturam facta, quia quamuis sit ad manifestandum peccatum:tamen quia est pars sacramenti requiritur determinatus manifestandi modus. s. per actum quo pręcipue manifestari consueuit hominis conscientia, & hic est actus loquendi. Vnde magister in litera cap.4.dicit, quod Dominus docuit corporali præsentia peccata cõfitenda, non per scriptum manifestanda, nec etiam per nuncium secũdum Magistrum ibidem, vt qui per se peccauit, per se erubescat.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quod in illo casu interpres,& sacerdos pro vna persona computantur.Tamen videtur aliquibus,quod peccator in illo casu confiteri non teneatur,nisi inquantum posset sacerdoti ostẽdere per signa: cõfiteri enim per interpretem nullo iure, nec positiuo,nec diuino est cõstitutum,& cum cõfiteri sit multum difficile, non videtur tutum plus arctare cõfessionẽ,quàm arctetur per ius diuinum,vel positiuum: vt enim dicitur Prouerb. penulti. qui vehementer emungit elicit sanguinem.

Ad sextũ. Ad sextum dicendum, quod decretalis secundum glo.ibidem per annos discretionis tẽpus intelligit quo homo est doli capax: quia tunc potest peccare, quod magis acceleratur in vno,quàm in alio, quod autem in argumento tangebatur de infidelibus solutum est.

Ad vltimum dicendum, quod tali sufficeret dicere se nullum commisisse peccatum, quod sciat,postquam legitimè confessus est. Vel potest dici,qđ talis non teneretur confiteri, quia carere longo tempore omni peccato tàm veniali,quàm mortali non potest homini conuenire, nisi ex priuilegio speciali, & statuta non se extendunt,nisi ad ea, quæ eueniunt de lege communi.19.q.2.Duæ.§.lex.vbi dicitur,quod qui lege priuata ducitur,nulla ratio exigit, vt a lege publica constringatur. Et simile habetur extra de regularibus. Licet.

QVAESTIO V.

Vtrum sacerdote absente teneatur pœnitens ei confiteri per scriptum.

ET VIDETVR, quod sic:Qui obligatur ad faciendum aliquid, si non potest totum complere,tamen tenetur facere,quod potest:sed homines obligantur ad confitendum peccata sua sacerdoti:ergo si aliquando hoc perfecte complere non possunt tenentur facere de hoc, quod possunt: ergo si non habent præsentiam sacerdotis,cui peccata sua possint manifestare per verbum,si possunt scribere tenentur ea sibi manifestare per scriptum. *Arg. 1. D. Tho. 4. sent. distin. 17.q. 3.ar. 4.q. 3. Alex. p. 4. q. 18.m. 4. ar. 5.*

CONTRA, sicut necessarium est confiteri verbo,vel nutu si adsit facultas, ita necessarium est cõfiteri sacerdoti si haberi potest:sed si sacerdos haberi non possit, necessarium nõ est confiteri non sacerdoti, dicit enim Magister huius dist.c.3.non dico vt confitearis peccata tua conseruo tuo: ergo a simili non tenetur ea homo manifestare sacerdoti scripto, quamuis non possit verbo. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Pœnitentem necessario non teneri sacerdoti absenti peccata sua scripto, vel nuncio confiteri rationes plurimæ suadent.

RESPONDEO, quod sacerdote absente non tenetur pœnitens tentione necessitatis ei confiteri per scriptum,quia ad hoc non obligatur homo de iure naturæ: quia vt superius habitum est, cõfiteri peccata sua sacerdoti nõ est præceptum legis naturæ,quamuis autẽ obliget homo ad hoc si habet sacerdotem præsentem ex iure diuino,& positiuo, non tamen inuenio præceptum a iure diuino, vel positiuo, vt per scriptum ea teneatur manifestare sacerdoti,cum ipsum nõ potest habere præsentem, & hoc est rationabile;sacramentum enim pœnitentiæ non est in iudicio publico, sed secreto, in quo iudicio sacerdos tenetur pœnitentem diligenter examinare peccati, & peccatoris circumstantias inquirendo, vt prudenter intelligat quale ei debeat præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis vtendo ad sanãdum ægrotum, extra de pœ.& re.Omnis vtriusq; sexus.Si autem pœnitens teneretur tentione necessitatis confiteri, per scriptum sua peccata sacerdoti absenti immineret periculum, ne aut esset defectus in prædicta examinatione, aut de peccatorum pœnitentis reuelatione: litteræ enim faciliter possunt perdi,aut per nuncium malitiosè aperiri,aut per nuncij ignorantiam tradi illi cui non mittũtur,qui eas aperiret, aut sacerdos si est malitiosus posset pãdere cõfessionis verbum,& contra pęnitentem per manum suã probare talia probatione probabili absq; hoc quod in hominis iudicio posset deprahendi: & hæc vltima ratio etiam concludit, quod sacerdoti præsenti pœnitens,qui nec verbo,nec *Responsio.*

nutu

nutu posset confiteri non teneretur tentione necessitatis confiteri per scriptum. Vnde si hoc faceret non est necessitatis, sed supererogationis.

Ad argum. AD ARGVMENTVM in oppositum dicendum, quod frequenter contingere potest, quod obligatus ad faciendum aliquid per vnũ modum, non tenetur illud facere si modum illum obseruare non potest. Vnde iudex, quamuis teneatur exequi iustè, quod iustum est, iuxta illud Deutero. 16. Iustè, quod iustum est, exequeris, non tamen tenetur exequi illud iustum si exequi iusto modo non potest. Similiter dico, quod quamuis homo teneatur confiteri verbo, vel nutu, non tamen tenetur de necessitate confiteri, quando confiteri non potest aliquo prædictorum modorum.

QVAESTIO VI.

Scot. vbi supra. D. Tho. vbi supra. q. 2. Ale. vbi supra. *Vtrum confitens alicui sacerdoti omnia peccata sua de quibus est memor, si diu post acceptam absolutionẽ recordetur alicuius mortalis peccati, quod ante suam confessionem commiserat, teneatur tentione necessitatis illud peccatum confiteri illi eidem sacerdoti.*

CONCLVSIO.

Confitens si inter examinandum debitam ac sibi possibilem adhibuit diligentiam, peccatum illud eidem sacerdoti non tenetur necessario confiteri, alij vero vtiquè.

1. Opinio. AD ISTAM quæstionem forte dicerent quidã, quod sic: quia forte eis videretur, quod sicut peccatum est diuidere confessionẽ scienter, ita aliquo modo peccatum est confessionem diuisam ignoranter nolle reunire post ignorantiæ remotionem.

Præterea ea, quæ pertinent ad eundem forũ videntur debere pertractari per eundem iudicem, sub quo est iudicium inchoatum, nisi sit legitima causa excipiendi contra iudicem illum, & commode possit haberi: sed confiteri peccatum oblitum pertinet ad idem forum in quo confessa sunt alia peccata, quod patet per hoc, quod si aliquis impetrauerit priuilegiũ, quod semel possit facere vni sacerdoti, quem elegerit suam confessionem generalem, si post suam confessionem factam recolat de aliquo quod tunc tradiderat obliuioni, potest de illo eidem sacerdoti confiteri, & ab eodem absolui. Vnde posset eis videri, quod peccatum tempore confessionis oblitum, & postea cognitũ est ad eundem sacerdotem referendum.

Opi. Doct. Mihi autem distinguendum videtur, quod aut tempore confessionis pœnitens adhibuit debitam diligentiam prout de lege communi humana permittit fragilitas, vt memoriam habeat omnium peccatorum suorum mortaliũ, aut fuit ignorans ignorantia affectata, vel crassa: si secũdo modo credo, quod recta ratio exigit, vt illud idem peccatum cõfiteatur eidem sacerdoti, si illum commode potest inuenire, & non sit ab illo sacerdote interdicta postea absoluendi potestas, aut prædictum peccatum & omnia alia peccata mortalia priori sacerdoti confessa prout potest recolere confiteatur alteri sacerdoti: si primo modo non credo, ꝙ priori sacerdoti teneatur tentione necessitatis illud peccatum confiteri, tenetur tamen illud peccatum confiteri alii sacerdoti: quamuis enim de isto fuerit absolutus, quantum ad iudicium ecclesiæ triumphantis, & militantis: quia sacerdos absoluere potest de confessis, & de prædicto modo oblitis, tamen quia absolutio de oblitis debet intelligi sub hac conditione, vt scilicet, quãdo reducta fuerint ad memoriam dicantur illi sacerdoti in confessione, qui ab illis potest absoluere, tenetur illud confiteri post eius remotam obliuionem.

QVAESTIO VII.

Vtrum possit dispensari cum aliquo, vt non teneatur confiteri.

Arg. 1. D. Tho. 4. sent. distin. 17. q. 3. ar. 1. q. 5. ET VIDETVR, quod sic: dispensatio est quædam iuris interpretatio in leuiorem partem. Sed Papa interpretari potest verba Euangelij. 2. q. 4. Præsul. ergo non obstante, quod confiteri sacerdoti sit præceptum Euangelicum, Papa potest in illo dispensare.

Secundo. Item tantam potestatem habet quicunq; Papa, quantam habuit B. Petrus: sed B. Petro dictum est, quodcunq; solueris super terram &c. Matth. 16. Ergo qui absolutus est a præcepto confessionis per Papam a Deo absolutus est.

Tertio. Item lex non obligat ante sui promulgationem: sed lex de confitendo sacerdoti promulgata fuit per apostolos, vt superius dictũ est: cũ ergo Papa possit dispensare contra canones apostolorum. 82. dist. Presbyter: videtur, quod Papa possit dispensare in præcepto de confitẽdo sacerdoti.

Quarto. Item sicut præcepta noui testamenti sunt a Deo, ita præcepta veteris, sed præceptum est in veteri testamento decimas soluere, in quo tamen præcepto Papa dispensare potest: extra de decimis. Ex parte tua, idest, & cap. seq. ergo similiter non obstante, quod præceptum de cõfitendo sacerdoti sit præceptum noui testamẽti Papa in illo dispensare potest.

Quinto. Item. 13. dist. in principio, contra ius naturæ potest dispensari causa maioris mali vitandi: sed omne ius naturæ ius diuinum est, quamuis non omne, quod est de iure diuino sit de iure naturæ: ergo in omni præcepto diuino Papa potest dispensare causa maioris mali vitandi.

In oppositum. CONTRA, Papa contra Euangelium dispensare non potest. 35. q. 1. Sunt quidam. Sed confiteri sacerdoti est præceptum Euangelicũ, vt superius ostensum est: ergo Papa in illo præcepto dispensare non potest.

Secundo. Item aut homo potest obseruare illud præceptum, aut non: si non, dispensari nõ indiget: si sic, rationabile est, quod seruet: sed contra ratio-

rationem non est fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio secundum Bern. lib. 3. de consideratione. c. 14. ergo Papa in præcepto de cõfitendo sacerdoti dispensare non potest: quia vt ibi dicitur: Papa positus est dispensator in ædificationem, non in destructionem.

CONCLVSIO.

Pontifex super confessionis tempore dispensare equidem potest, super substantia verò vt quisquam scilicet nunquam confiteri teneatur, neutiquã potest.

Responsio. RESPONDEO, cõfiteri sacerdoti est de iure diuino, vt superius ostensum est. Sed obseruationis eius circumstantiatio est de iure purè positiuo. Cum ergo Papa sit subditus iuri diuino, & sit supra omne ius purè positiuũ, dispensare non potest cum aliquo quin teneatur confiteri sacerdoti. Sed quod non teneatur confiteri eo modo quo determinatum est a concilio generali, in hoc Papa dispensare potest, quia illa circumstantiatio est de iure purè positiuo.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod dispensatio non est iuris interpretatio: sed aliqua eius relaxatio, seu rigoris eius temperatio ex aliqua rationabili causa.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, quod per illud verbum, non fuit permissa Petro potestas ius contra diuinum, vel naturę. Sed super omne ius purè positiuum. Et ego concedo, quod Papa potest nouum ius constituere, & ius purè positiuum mutare, renouare, & reuocare sicut sibi placet, quamuis hoc non deceat ipsum facere sine rationabili causa: q̃a sicut dicit Ber. lib. 3. de consi c. 11. Indecens est Papæ voluntate pro lege vti.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod quamuis lex non obliget ante sui promulgationem, tamen robur suum principaliter habet instituente, quamuis autem contra statuta apostolorum possit Papa dispensare, non tamen contra statutum diuinum.

Ad quartum. Decimas dupliciter sumere potes. Ad quartum dicendum, quod dare decimas aliquo modo est de iure naturæ, inquantum. s. per decimam intelligitur aliqua portio necessaria ad sustentationem ministrorũ Dei: inquantum etiam accipitur determinatè pro parte decima fuit de iure diuino, quantum ad populum Israel. Sed quantum ad alios habentes possessiones temporales est de iure positiuo, exceptis his cum quibus dispensatum est tacitè, vel expresѕè: primo modo accipiendo decimas Papa dispensare non potest, quin homines teneantur dare decimas, quia non potest dispensare contra ius naturæ: secundo autem modo dispensare potest, quia etiam decimæ sunt bona ecclesiæ, quorum Papa est principalis dispensator, potest illis de quibus ratio exigit, vt. s. religiosis, & pauperibus dare decimam, quam alias tenerentur soluere.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quod hoc non est assentiendum Gratiano. Vnde, & in hoc Gl. ipsum repræhendit ibidem.

Ad secundum ad partem secũdam, q̃a quãuis concedi possit gratia conclusionis, tamen non cogit: quia quamuis aliquis possit obseruare præceptum, tanta tamen posset esse difficultas, & periculum in obseruando ratione aliquorum accidentium, quæ possunt superuenire, quod ibi esset conueniens ratio dispensandi.

QVAESTIO VIII.

Vtrum confessionem factam proprio sacerdoti respectu eorundem peccatorum in numero, necessarium sit iterare.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. di. 17. p. 2. dub. 8. & p. 3. dub. 4. Scot. vbi supra. D. Tho 4. sent. distin. 17. ET VIDETVR, quòd sic: de pœnitentia dist. 6. c. 1. Et Magister distinctione præsenti. c. 5. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiã, quærat sacerdotem scientem ligare, & soluere. Sed quandoq; proprius sacerdos nescit ligare, & soluere: ergo peccata talia sacerdoti confessa oportet iterum alij sacerdoti confiteri.

Secundo. Item quandoq; accidit, quod confessione facta, proprius sacerdos videt aliquod peccatum de quo non potest pœnitentem soluere: sed ipsum ad superiorem remittit: ergo in hoc casu idem peccatum in numero iterum confiteri tenetur.

Tertio. Item medicus non tantum debet scire infirmitatem: sed ea, quæ infirmitatem aggrauant. Sed peccata præterita, quamuis remissa aggrauant sequentia: ergo ille qui recidiuat in peccatum mortale tenetur iterum confiteri peccata præterita.

Quarto. Item contingere potest, quod pœnitens tradat obliuioni pœnitentiam sibi iniũctam ante eius expletionem: cum ergo teneatur satisfacere de peccato ad arbitrinm sacerdotis, & sacerdos sibi taxare pęnitentiam iuste non potest, nisi sciat culpam, videtur, quod in hoc casu teneatur homo eadem peccata in numero iterum confiteri.

Quinto. Item per opera facta in mortali peccato nõ fit satisfactio: sed confessio est pars satisfactionis, de pœni. dist. 1. Si. n. §. hoc idem, & Magister præsenti dist. ca. 4. Ergo confessio facta in mortali peccato, est de eisdem peccatis in numero iterum facienda.

Sexto. Item confessio diminuta non impetrat gratiam, quando. s. peccator cœlat vni, quod dicit alij, de pœnitẽtia dist. 5. c. 1. ergo videtur, quod peccata sic confessa iterum sint de necessitate confitenda.

In oppositum. CONTRA, Magister in præsenti dist. c. 6. & habetur de pœnitentia. dist. 1. mensuram §. non ita. Non est necesse, vt quæ semel sacerdoti confessi fuerimus denuo confiteamur.

Secundo. Item non est necessarium iterare medicinã si non iteratur morbus. Sed idem peccatum in numero iterari nõ potest: ergo de eisdem peccatis

catis in numero non est necessarium iterare confessionem.

CONCLVSIO.

Ritè, ac legitimè confessus non tenetur peccata iterum confiteri, quæ alias est confessus.

Responsio. RESPONDEO, quod verè pœnitens, & confessus, & ritè a proprio sacerdote absolutus, vel ab eo qui potest, quicunq; sit ille, & pęnitentiam sibi iniunctam in memoriam retinens, non tenetur de necessitate eadem peccata in numero iterum confiteri, tamen sicut dicit Magister in littera, in hac dist. c. 4. & est de pœnit. dist. 1. Mensuram. § quem pęnitet, quantò pluribus, quis confitetur in spe veniæ turpitudinem criminis, tantò facilius consequetur gratiam remissionis, nō enim rationabile est, vt pro eadem causa necessarium sit hominem bis iudicari in eodem.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod sacerdos qui nescit ligare, nec soluere, eo quòd fortè est idiota, vel totaliter ignorās non ritè absoluit, & ille qui scit talem esse illū sacerdotem, & alium quærere negligit, verè pęnitens non est. Vnde post verba allegata subiungit Magister in litera, & etiā decretum sic. Ne cum negligens circa se extiterit negligatur ab illo qui eum misericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Vnde concedo, quod tali sacerdoti scienter confessus, discreto sacerdoti eadem peccata in numero confiteri tenetur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod in isto casu pęnitens idem peccatum in numero confiteri tenetur superiori, a quo potest absolui. Alia autem a quibus potest absolui a proprio sacerdote, superiori iterare non tenetur de necessitate, si omnia integrè dicit proprio sacerdoti: in isto casu absolutio proprij sacerdotis, & superioris vnam complent sufficientem absolutionem, præcedere debet tamen absolutio superioris.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod sicut nō oportet medicum corporalem scire omnia, quæ aggrauant infirmitatem, nisi illa, quæ ita notabiliter aggrauant, quod possent obsistere curationi, & sic non est necessarium ad salutem omnia intimare sacerdoti in cōfessione, quæ peccatum aggrauant: sed solum illa, quæ aggrauāt notabiliter, quæ possent curationi obsistere. Sic autem aggrauant peccata præterita prius confessa, & remissa, in casu tamen in quo notabilis, & periculosa grauitas peccati exprimi non posset, nisi dicendo aliquod prius confessum, & remissum illud peccatum teneretur pęnitens iterum dicere sacerdoti.

Ad quartum. Quartum argumentum bene concludit.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quòd quamuis cōfessio facta in peccato mortali scienter, nō valeat ad remediū, nisi dispositiuè, tamen ad hoc valet, quod talis non est pręcepti transgressor, essentiam enim actuum præceptorum nō semper tenemur explere ex charitate ad vitandū demeritum, quamuis sine charitate actus non mereatur præmium. Vnde talis nō tenetur de necessitate eadem peccata in numero iterum confiteri sacerdoti. Aliqui autem dicunt contrarium, dicentes etiam, quod talis mortaliter peccat: quia quantum in se est, facit irreuerentiam sacramento, quod non videtur esse sine sacramenti contemptu.

Sed contra. extra de pęni. & re. Quod quidam dicitur de illis, qui veniunt ad confessionem, & non pęnitent, quod eorum confessio est admittenda, & crebris, & salubribus monitis est pęnitentia indicenda, absoluendi tamē non sunt. Vnde si absolutionem non recipiant non contemnitur sacramentum, nec a confessore, nec a confesso. Si autem confitens in mortali peccato attritus est de peccato suo, ita vt probabiliter possit præsumere se esse dispositum, non peccat absolutionem recipiendo, immo frequenter in virtute clauium per susceptionem absolutionis formatur sua attritio.

Ad sextū. Ad sextum dicendum, quod ille scienter diuidit confessionem non est verè pęnitens, nec verè confitetur, & ideo talis illa eadem peccata mortalia in numero tenetur vni sacerdoti iterum confiteri.

QVAESTIO IX.

Vtrum sacerdos proprius possit de iure punire illum qui non confitetur semel in anno.

Arg. 1. Scot. vbi sup. pra. ar. 3.

CONCLVSIO.

Et quidem, sicut Ecclesia præcipit.

AD ISTAM quæstionem nihil aliud respondeo, nisi illud, quod dicitur extra de pęniten. & re. Omnis vtriusq; sexus, vbi dicitur. Omnis vtriusq; sexus, postquam ad annos discretionis peruenerit omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pęnitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de proprij sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum, alioquin viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur nouem.

Primo vtrum pęnitens teneatur confiteri proprio sacerdoti.

Secundo vtrum illi qui confitentur alicui habenti potestatem Episcopi teneantur illo eodem anno confiteri suo presbytero parochiali.

Tertio quæritur vtrum confessi non sacerdoti, quem parochialis sacerdos posuit loco eius credens eum sacerdotem esse, teneantur

illa

illa eadem peccata iterum confiteri, postquã constiterit illum cui confessi fuerunt sacerdotem non esse.

Quarto vtrum homo teneatur confiteri omnia peccata mortalia tàm secreta, quàm publica.

Quinto vtrum teneatur cõfiteri omnes peccati circumstantias.

Sexto vtrum peccator statim teneatur confiteri habita opportunitate sacerdotis.

Septimo quæritur vtrum mulier teneatur confiteri suo presbytro parochiali peccatum quod cum eo commisit.

Octauo vtrum confessio sacramẽtalis possit fieri pluribus sacerdotibus simul.

Nono vtrum ille.16.conditiones, quæ a magistris assignantur requirantur ad confessionem, quæ his versibus contente sunt. Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis. Atq; frequens, nuda, discreta, libens, verecunda: Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata: Fortis, & accusans, & sit parere parata.

QVAESTIO I.

Vtrum pœnitens teneatur confiteri proprio sacerdoti.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 17. p 3. ar. 1. q. 2. D Tho 4. sent. distin 17. q 3 ar. 3. q. 4. Scot. vbi supra. Alex. p. 4. q. 19. m 1. ar. 2.

ET VIDETVR, quod non: Magister dist. præsenti. c. 5. Qui omnino confitetur sacerdoti meliori, quàm potest confiteatur: ergo quando pœnitens potest inuenire meliorem sacerdotem, quàm sit suus proprius, non tenetur suo proprio sacerdoti confiteri.

Secundo. Item Ber. de præcepto, & dispositione. c. 4. Iniquum proculdubio foret si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur: sed si pœnitens non posset confiteri cuicunq; sacerdoti cui confitendo vtilius prouideret animæ suæ, præceptum de confitendo proprio sacerdoti, quod pro charitate institutum est, teneretur contra charitatem, quod irrationabile esset.

Tertio. Item sacerdos proprius est aliquando indiscretus nimis, aliquando solicitans ad malum confitentem: ergo saltem in isto casu non tenetur pœnitens confiteri proprio sacerdoti.

Quarto. Item ratione delicti debet homo iudicari ab illo in cuius iurisdictione deliquit, extra de foro compe. Postulasti. & 3. q. 6. ca. vlti. Vbi videtur. Ibi causa agatur, vbi crimen committitur: ergo de peccato, quod quis cõmittit in aliena parochia, non tenetur confiteri proprio sacerdoti.

Quinto. Item Episcopi, Abbates exempti non habent proprios sacerdotes: ergo tales nõ tenentur confiteri proprio sacerdoti.

Sexto. Item quilibet sacerdos potestatem clauiũ immediate habet a Christo, cum Christus dixit discipulis illud verbũ Io. 20. Accipite spiritum sanctum &c. non tantum dixit Apostolis, sed etiam alijs discipulis: ergo quilibet sacerdos quemlibet ligare, & soluere in foro pœnitentiæ potest.

Septimo. Item in casu extremæ necessitatis quilibet sacerdos potest hominem absoluere. 26. q. 6. Si presbyter, & c. seq. Et extra de furtis. Fures: ergo homo non semper tenentur confiteri proprio sacerdoti.

In oppositum. CONTRA, extra de pœ. & remis. Omnis vtriusq; sexus, pręcipitur confessio proprio sacerdoti facienda.

Secundo. Item confessio facta coram non suo iudice non valet in foro contentioso, extra de iudicijs. At si clerici: ergo a simili contritionem non valet in foro pœnitentiæ.

Item de pęnitentia dist. 6. Sacerdos. § quod autem, nemo alterius parochianum iudicare præsumat.

CONCLVSIO.

Proprio sacerdoti saltem semel in anno tenetur pęnitens confiteri, dum ille id ab eo requirat, nullamq; causam legitimam illum defugiendi habeat.

Responsio. Sacerdos proprius quadrupliciter accipi potest. RESPONDEO, quod sacerdos proprius quadrupliciter potest accipi. Vno modo proprius est sacerdos alicuius habẽs super ipsum iurisdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ, modo tamen inferiori, & sic est proprius sacerdos ille qui communiter vocatur presbyter parochialis.

Alio modo habens iurisdictionem ordinariã modo principali, & sic Episcopus est proprius sacerdos omnium existẽtium in suo Episcopatu, vel modo principalissimo, & sic Papa est sacerdos omnium Christianorum.

Tertio modo habens iurisdictionem delegatam ab aliquo istorum, vel a legato Domini Papæ.

Quarto modo habens iurisdictionẽ ex cõmuni concessione, vel permissione iuris, & sic sunt proprij sacerdotes illi quos Episcopi, & Abbates exempti eligunt in confessores, talibus enim permittitur ex iure communi eligere sibi discretum, & prouidum confessorẽ, extra de pœni. & re. c. ne pro dilatione, sic enim etiam est proprius sacerdos presbyter quicunque illius, quẽ audit constituti in articulo necessitatis, si proprium sacerdotem aliquo triũ prædictorum modorum non potest habere: vt patet per auctoritates ad hæc allegatas in arguendo: hoc etiam quarto modo est proprius sacerdos vagabundorum quicunq; presbyter parochialis in cuius parochia voluerint confiteri, quia tales nusquam habent domicilium proprium. ff. ad municipales. l. Labeo. Similiter dico de illis qui domicilio relicto nauigant, vel iter faciunt quærentes quo se conferant. ff. ad municipales. l. Eius. ff. §. Si quis domicilio, sic etiam est proprius sacerdos peregrinorum ad sancta loca quicunq; parochialis presbyter cui voluerint confiteri de commissis postquam recesserunt a iurisdictione illius in cuius potestate habẽt domicilium accipien-

cipiendo autem proprium sacerdotem pro sacerdote habente iurisdictionem aliquo prædictorum modorum est facienda confessio proprio sacerdoti ad hoc, vt homo non transgrediatur præceptum, & consequatur confessionis effectum: quia sicut in naturalibus ad aliquem effectum requiritur potentia actiua in agente, & materia debita in suscipiente, sic ad effectum ligandi, & soluendi in foro conscientiæ requiritur potestas clauium, quæ datur sacerdoti in sua ordinatione, & materia debita, idest subditus qui habetur ex iurisdictione aliquo prædictorum modorum. Sed accipiendo proprium sacerdotem primo modo, vel secundo, quamuis sit eis confessio regulariter facienda, in multis tamē casibus non oportet, vt ostensum est.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum est, quod illa auctoritas intelligi debet in casu in quo licitum est alicui confessorem eligere.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd iura magis respiciūt vtilitatem cōmunitatis, quàm vnius personæ. Et ideo, quamuis in casu esset melius alicui confessorem posse eligere pro sua voluntate, quàm teneri suo ordinario confiteri, tamen non esset vtile pro communitate, quòd cuilibet licitum esset confessorem eligere. In casu autem in quo expedit alicui ordinarius debet dispensare si requiratur, quod si noluerit, magis facit subditus vtilitatem animæ suæ propter bonū obedientię confitendo proprio sacerdoti minus bono, dū tamen sit sufficiens, quàm confitendo alij meliori.

Ad tertiū. Ad tertium dicēdum, quod in illo casu debet petere licentiam pęnitens a proprio sacerdote, vel ab Episcopo, vel a Papa, vel a legato Papæ, vt possit alteri confiteri, & in tali casu talis licentia sibi denegari non debet: quia sacerdoti proprio non tenetur in hoc casu confiteri, de pęni. dist. 6. Placuit.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod ille auctoritates non sunt intelligendæ in foro pęnitentiæ, sed contentioso.

Ad quintum. Ad quintum patet quid dicēdum ex dictis in quæstione.

Ad sextū. Ad sextum dicendum, quod quamuis potestatem clauium omnes discipuli receperint immediatè a Christo, tamen potestatem iurisdictionis receperunt inferiores mediantibus Apostolis, & alij Apostoli mediante Petro, vt autem visum est in quæstione: non tantum requiritur in confessore potestas clauiū, sed etiam, quod habeat in foro pęnitentiæ iurisdictionem ordinariam, vel delegatam ex commissione speciali, vel ex generali permissione iuris super illum, qui sibi confitetur.

Ad septimum. Ad septimum solutum est ex dictis in quæstione.

Ad aliam partem. AD ARGVMENTA ad partem aliam dicendum, quod procedunt de sacerdote respectu illius super quem non habet iurisdictionem aliquo prædictorum modorum.

QVAESTIO II.

Vtrum illi qui confitentur alicui habenti potestatem Episcopi, teneantur illo eodem anno confiteri suo presbytero parochiali.

ET VIDETVR, quod sic: 11. q. 1. Peruenit: si sua vnicuique Episcopo iurisdictio, & potestas non seruatur, ecclesiasticus ordo confunditur: ergo similiter, si non seruatur parochiali presbytero, quantumcunq; ergo aliquis sit confessus vel Episcopo, vel alicui de licentia eius tenetur confiteri semel in anno suo parochiali presbytero. *Arg. 1.*

Secundo. Item secundum Ber. 3. lib. de consi. cap. 13. Ecclesiastica Hierar. est ad exemplar angelicæ Hierar. sed in ang. Hierar. illud, ꝙ conuenit Angelis alicuius ordinis ex officio, nunquam committitur Angelo alterius ordinis: ergo similiter non est hoc licitum fieri in ecclesiastica Hierarchia.

Tertio. Item sacerdos non debet illi dare Eucharistiam cuius conscientiam ignorat: cum ergo cuicunq; subdito debeat Eucharistiam ministrare semel in anno, quilibet tenetur sibi semel in anno confiteri, quantumcunq; sit confessus Episcopo, vel eius pęnitentiario.

Quarto. Item contra rationem est subtrahære alicui cognitionem rei, de qua tenetur reddere rationem, sed sacerdos de suis subditis Deo tenetur reddere rationem: ergo non licet Episcopo facere aliquid, quo minus parochialis possit cognoscere conscientiam subditi sui.

Quinto. Item quilibet tenetur confiteri semel in anno proprio sacerdoti, extra de pęniten. & remis. Omnis: sed Episcopus non est proprius sacerdos, imo communis: ergo pęnitens confitendo Episcopo, vel alicui de licentia eius, nō seruat statutum, nisi cōfiteatur cum hoc semel in anno presbytero parochiali.

In oppositum. CONTRA, maiorem potestatem habet Episcopus super subditos parochialium sacerdotum, quàm ipsi presbyteri: quia eam recipiunt ab Episcopis, & vt habetur prima propositione de causis: causa prima plus potest super effectum, quam secunda causa: cum ergo illi, qui confitentur alicui de licentia sui presbyteri parochialis non teneantur anno illo sibi confiteri, multo minus illi qui confitentur alicui de licentia Episcopi.

CONCLVSIO.

Absolutus ab aliquo habente potestatem ab Episcopo verè est absolutus, nec amplius tenetur proprio, & ordinario sacerdoti confiteri.

RE-

Responsio. RESPONDEO, Episcopus habet ordinariam iurisdictionem super subditos sacerdotum parochianum, illud autem, quod conuenit alicui ex ordinaria iurisdictione ipse potest committere alij habenti ordinem ad illud officium exequendum, extra de confec. ecclesiæ. Aqua: illi ergo qui confitentur legitime habenti potestatem Episcopi, & absoluuntur ab eodem, verè sunt absoluti, nec eadem peccata in numero tenentur suis presbyteris parochialibus confiteri: sed vtrum eodem anno teneantur suis presbyteris cõfiteri peccata, quæ post absolutionem incurrũt opiniones sunt. Et aliqui dicunt, quòd non: quia per presbyterum parochialem non tantum intelligitur curatus inferior, sed etiam Episcopus. Vnde Episcopatus, quandoq; dicitur parochia, & Episcopus presbyter parochialis, quod probari posse videtur per illud, quod dicitur extra de parochijs, & alienis parochianis. Nullus. & 9. q. 2. nullus, & c. nullus primas, & c. vlti.

Alij dicunt per presbyterum parochialem non intelligi nisi inferiorem curatum: quia verba debent accipi secundum quod sonant in vsu communi.

Præterea Papa in priuilegio concesso minoribus, & prædicatoribus super confessionibus audiendis, & Eremitanis ex priuilegio speciali nouiter emanato declarando videtur dicere, quod in illo statuto. Omnis vtriusq; sexus, intelligitur parochialis presbyter ille qui in communi vsu sic, vocatur in hoc, quod dicit confessi fratribus teneãtur semel in anno suis presbyteris parochialibus confiteri, prout statuit concilium generale, cum enim dicendo, presbyteris, excludat non presbyteros: & per hoc, quod dicit suis excludat non habentes iurisdictionem super eos videtur, quod per hoc quod dicit parochialibus excludat Episcopos, alias illud verbum parochialibus ibi poneretur pro nullo, vbicunque enim Papa dicit aliquid per modum declarationis iuris si bullatum est ad omnes se extendit, etiam si non sit insertum inter alias decretales. Cum ergo Episcopus non sit super statutum, confessi sibi, vel alicui auctoritate eius tenentur eodem anno suo curato inferiori semel confiteri, non sic autem dicendum est de confitentibus Papæ, vel habentibus eius auctoritatem absolutè, quia Papa est super Concilium generale, prima tamen opinio rationabilior videtur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod cum Episcopus concedit alicui potestatem audiendi confessiones non aufertur inferiori curato iurisdictio sua, sed seruatur: quia datur ei coadiutor ad executionem officij, ꝙ sibi incumbit ex sua iurisdictione, quæ principalius est Episcopi, quam illius, sicut in angelica Hierar. dona ordinum inferiorum excellentiora sunt inferioribus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod non est simile: quia quilibet Angelus sufficit plenè ad exequendum actus conuenientes officio suo, non sic autem verè potest dici de quolibet inferiori curato.

Præterea ista in officia in Ecclesia militante fuerunt distincta, Ecclesia prægnante religionibus vtilibus ad huiusmodi officia exequenda. Vnde postquam prodierunt in lucem, conueniens fuit, vt istorum officiorum aliquo modo, scilicet, ex commissione essent participes, sicut posthumus partem accipit bonorum, quæ ante suam natiuitatem alijs filijs erant diuisa. ff. de liberis, & posthumis. l. quod dicitur, & capitul. de posthumis. l. 1. & l. quod causatum, & insti. de exhęreda. liberis. §. posthumis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod cognitio, quam potest habere sacerdos in foro pœnitentiæ de conscientia subditi sui dependet a subditi voluntate, & ideo debet eum reputare idoneum ad suscipiendum Eucharistiam si affirmat se pœnitentem esse, & legitimè confessum ei qui ipsum potuit absoluere, si tamen sacerdos haberet aliqua signa probabilia, quod ille non diceret verum, non teneretur sibi Eucharistiam ministrare, nisi ille sibi faceret sufficientem fidem, non dico de hoc, quod est verè pœnitens, nec de hoc, quod est verè confessus: quia ista non cadunt sub probatione: sed de hoc, quod est confessus illi qui ipsum poterat absoluere, nisi impedimẽtum fuerit ex parte sui ipsius confitentis.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod sacerdos nõ tenetur reddere rationem de his, quæ subditus suus non reuelauit sibi hoc ex culpa sua processerit.

Ad quintum. Ad vltimum patet, quid dicendum sit ex dictis in hac quæstione, & ex præcedenti.

QVAESTIO III.

Vtrum confessi non sacerdoti, quem parochialis sacerdos posuit loco eius, credens eum esse sacerdotem, teneantur illa eadem peccata iterum confiteri, postquam constiterit eis illum cui confessi fuerunt, non esse sacerdotem. Arg. 1. D. Bon. lib. 4. di. 17 p. 2 ar. 1 q. 1. Alex p 4 q 19. m. 4. ar. 1.

CONCLVSIO.

Confessi alicui, ignorantes illum esse sacerdotem tenentur quidem iterare confessionem, nullum tamẽ intercidit peccatum.

Responsio. RESPONDEO, quod tales tenentur illa eadem peccata si illorum sunt memores iterum confiteri sacerdoti, quia secundum rei veritatem de illis non sunt rite confessi, nec Sacramentum pœnitentiæ susceperunt, neque tamen iudicandi sunt peccasse tanquam transgressores statuti de confitendo, quia eos ignorantia inuincibilis, seu probabilis excusauit,

& dico,

& dico, ꝙ illa confessio eis fuit meritoria, nō tamen eis, tam vtilis cæteris paribus, ac si con fessi sacerdoti fuissent: quia nō sacerdos non potest conferre pœnitenti, illud beneficium, quòd sacerdos ex vi clauium amministrat.

QVAESTIO IIII.

Vtrum homo teneatur confiteri omnia peccata mortalia, tam secreta, quàm publica.

Arg. 1. D. Bon. li. 4 di. 17. p. 3 ar. 2 q. 2. Ale. p. 4 q. 18. m. 4. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: Magister supra distin. 16. cap. 1. Contritio est cōtra peccatum cordis: ergo de peccatis cordis non tenentur homines confiteri: sed tantum conteri.

Secundo. Item confessio est per quam morbus latens in spe veniæ aperitur: ergo non tenemur confiteri de patentibus peccatis.

Item extra de accusationibus. Euidentia. euidentia perpetrati sceleris non indiget clamore accusatoris: ergo de sceleribus quę euidenter perpetrata sunt, non tenemur cōfiteri.

In oppositū. CONTRA, de quolibet peccato mortali tenemur integre pœnitere: sed integra pęnitentia non tantum comprehendit contritionem: sed etiam confessionem, & exteriorem satisfactionem si fit possibile: ergo de quolibet mortali peccato tenemur confiteri.

CONCLVSIO.

Necesse est homini confiteri peccata, tam occulta, quam publica.

Respon. RESPONDEO, ꝙ homo tenetur confiteri omnia peccata mortalia, tam secreta, quam publica: quia & si secreta mori debeant interius per contritionem, deferri tamen debent ad sepeliendum exterius per confessionem. Et quia non sufficit aliquid esse notum iudici, nisi sit ei notum in forma iudicij: quia vt dicitur 3. q. 7. Iudicet. Iudex debet iudicare secundum allegata: ergo peccata publica, quamuis sint manifesta sacerdoti, sicut homini, quia tamen non sunt ei manifesta, sicut vicario Dei, oportet ea cōfiteri. Et pręterea sicut dicit Magister distin. pręsenti, ca. vltimo. confessio est quædam punitio peccati, & per eam peccator fit humilior, & cautior. Vnde non est tantum ad notificandum confessori peccatum.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum Magistri est intelligendum, secundum quandam proportionem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quantumcunq; morbus peccati sit patens hominibus in effectu, tamen latens est exterius in sua causa.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est in foro contentioso, vbi iudicatur malum de interiori opere, non in foro pęnitentiæ, vbi principalius iudicatur de intentione.

QVAESTIO V.

Vtrum homo teneatur peccati circunstantias confiteri.

ET VIDETVR, ꝙ sic: Augu. in lib. de pe. & est de pe. di. 5. in principio, & recitat Magister superius dist. 16. cap. 2. postquam narratæ sunt peccatorum circunstantiæ sequitur, ꝙ omnis ista varietas confitenda est, & deflenda: ergo peccati circunstantiæ sunt confitendæ. Arg. 1. D. Bon. vbi sup q. 3. Ale. p. 4. q. 18. m. 4. ar 3.

Item peccati quantitas sciri non potest, nisi scitis illis, quæ illorum aggrauant quantitatē. Sed circunstantiæ aggrauant peccatum, vt superius visum est, ergo quantitas peccati sciri non potest, eorum circunstantijs ignoratur: cum ergo sacerdos, quia est iudex debeat scire totam quantitatem peccati, omnes peccatorum circunstantiæ sibi sunt confitendæ. Secundo.

CONTRA, circunstantiæ peccatorū possunt esse infinitæ. Sed nullus obligatur ad confitendum ea quæ in infinitum possunt procedere: quia de talibus non est ars, neque scientia: ergo nullus tenetur omnes circunstantias peccati confiteri. In oppositū.

CONCLVSIO.

Circunstantiæ tantùm mutantes peccati speciem, crimenque aggrauantes necessario sunt confitendæ.

RESPONDEO, ꝙ circunstantiæ mutant aliquando speciem peccati, vt superius visum est, & tunc circunstantiæ sunt confitendæ: quia species peccati confitenda est, aliquando ita aggrauant in eadem specie, ꝙ actum reddunt mortalem, quæ sine illis mortalis non esset, sicut patet. Respon.

Idem enim actus illicitus potest fieri ex tanta intentione, & deliberatione, ꝙ est peccatū mortale, qui tamen ex surreptione factus mortale non esset, & talis circunstantia confitenda est. Aliquando etiam non aggrauant criminaliter, sed venialiter: quia sine illis illa deordinatio mortale peccatum esset, nec ꝑ eas fieret peccatum mortale, si alias non esset, & sicut venialia peccata non sunt cōfitenda de necessitate, nisi aliquando per accidens, vt superius dictum est, sic tales circunstantiæ non requiruntur de necessitate ad sufficientem confessionem, quamuis requirantur ad confessionis perfectionem.

Vt autem melius sciri possit, quādo cōfitēdæ de necessitate sint, & quando non. Sciendū ꝙ circunstantia dicitur illud quod est extra essentiam actus, in aliquo, tamē modo ipsum attingens, aut quantum ad essentiam actus, aut quantum ad effectum, aut quantum ad cām. Circunstātia quid.

Primo modo dupliciter, aut per modū mēsuræ, & tales circunstantiæ sunt tempus, & locus, vel tanquam qualitates actus, & talis circunstantia est agendi modus. Circunstantiæ confessionis.

Secundo modo est circunstantia, quid factum, s. mutilatio grauis, vel leuis in respectu.

Tertio tripliciter, quantum.s. ad causam finalem, & sic accipitur hęc circumstantia propter quid, aut quantum ad causam materialē, quæ est obiectum actus: & sic accipitur hęc circumstantia circa quid, aut quantum ad causam efficientem: & hoc dupliciter secundum ꝙ duplex est causa efficiens.s. principalis, & ex parte cuius accipitur hęc circumstantia quis fecerit, & instrumentalis, ex parte cuius accipitur hæc circumstantia, quo instrumento, vel quib⁹ auxilijs fecerit, nec est intelligēdum, ꝙ ꝓpter quid, & circa quid, & quis sint circumstantiæ, inquantum ex eis dependet essentia actus: sed inquantum sunt quædam conditiones adiunctæ. Vnde qñ quæritur quis fecerit, tanquam circunstantia, quæritur vtrum clericus, vel laicus vel religiosus: & quādo quęritur circa q̄d, q̄ritur vtrum ille homo quem percussit esset prędatus, vel subditus: & sic de alijs, has autem octo circunstantias ponit philosophus. 3. eth. cap. 3. & quælibet earum aggrauare potest inordinationem, quandoque criminaliter, & quandoque venialiter.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda est, quantum ad confessionis perfectionem, non quantum ad sufficientiam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non oportet cō fessorem scire totam peccati quantitatem, sed sufficit, ꝙ sciat eius quantitatem notabilem, seu criminalem. In non obligando autem nos ad circunstantias confitendas parcit Deus nostræ infirmitati.

QVAESTIO VI.

Vtrum peccator statim teneatur confiteri habita opportunitate sacerdotis.

Arg. 1. D. Bo. li. 4. di. 17. p. 2. ar. 2. q. 2. D. Th. 4 sē. di. 17 q. 3. ar. 1. q. 4. Ale. p. 4. q. 18. m. 4. ar. 4.

ET VIDETVR, ꝙ sic: qui percussus a serpente, non statim quærit remedium contemptor est suæ corporalis salutis: ergo similiter qui incidit in peccatum mortale, si non, quàm citius pōt quæreret remedium confessionis contemptor est, suæ salutis spiritualis. Sed contemnere suā salutem spiritualem est peccatum mortale: ergo peccator statim tenetur cōfiteri habita opportunitate sacerdotis.

Secundo. Item sicut contra iustitiam est se separare a Deo, ita separationem continuare: sed homo pro quolibet tempore tenetur non separare se a Deo: ergo pro quolibet tempore tenetur separationem remouere: cum ergo remoueri nō possit sine confessione, tenetur confiteri pro quolibet tempore.

In oppositum. CONTRA, ille, qui non facit quod de necessitate tenetur facere pro illo tempore, quo tenetur, & potest mortaliter peccat: ergo si peccator statim tenetur de necessitate cōfiteri habita confessoris opportunitate, quandiu differt nō cessat nouum peccatum committere, quod falsum est.

CONCLVSIO.

Nemo tenetur necessario ad statim confitendum perpetrato mortali, nisi sumendum sit Eucharistiæ sacramentum, siue in periculo mortis, aut quando dubium est de copia confessorum, seu quando consciētia dictat confitendum; Religiosi verò iuxta statuta gerere se debent.

Respon. RESPONDEO, ꝙ ille qui cōmittit peccatū mortale nō statim tenetur de necessitate cō fiteri habita cōfessoris opportunitate: sed sufficit, ꝙ semel in anno, sicut statuit concilium generale, nisi in quatuor casibus.

Quibus casibus debeat homo statim confiteri. Vnus est rōne sacri.s. qñ vult cōicare, vel celebrare, nisi forte de propinquo expectet aliū cui deuotius, & securius confiteatur: sic.n. expectans nullo iure, quod ego sciam cōicare ꝓhibetur si vere pœnitens.

Alius ratione periculi, vt quando est in notabili imminenti periculo mortis.

Tertius est ratione conscientiæ. s. quando conscientia sibi dictat, ꝙ statim teneatur confiteri de necessitate.

Quartus ratione dubij, quando.s. probabiliter videt se amplius in anno illo copiam confessoris habere non posse: qui ipsum posset absoluere.

Quintus casus addi potest, quantum ad religiosos, qui ratione statutorum suorum, & sui status tenentur confiteri frequētius, quàm statuat concilium generale, nec tamen propter hoc sequitur, ꝙ statim teneantur confiteri habita confessoris opportunitate, nisi adsit dies, quo secundum statutum religionis suæ confiteri tenentur. Quod autem peccator non teneatur regulariter statim confiteri patet: quia ad hoc non obligatur ex iure naturæ: quia cō fiteri sacerdoti non est de iure, nec absolute, nec ad hoc obligatur diuina lege: q̄a sic Christus sacerdoti confiteri præcepit implicite, nō tamen præcepit hoc statim fieri, nec ad hoc obligatur iure positiuo: sed tātum ad semel in anno, vt dictum est.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ contemnere salutem spiritualē hoc potest intelligi dupliciter.s. positiuè, & directe per aliquem deliberatiue voluntatis motum, & hoc est peccatum mortale, aut negatiuè, hoc est nō quærere salutem spiritualem sollicite, & hoc non est peccatum mortale: sed circunstantia peccati, nisi in aliquo determinato casu, in quo si non quæreret sollicite peccaret mortaliter omittendo. Et pręterea actus pœnitendi cum proposito confitendi, quando homo tenetur, & satisfaciendi est remedium cōtra peccatum mortale.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non separare se a Deo, est in hominis potestate: sed reconiungere se Deo, non sic: facilius enim potuit seruare charitatem, quam habuit, quàm se disponere ad recuperandum quod amisit.

QVAE-

QVAESTIO VII.
Vtrum mulier teneatur confiteri suo presbytero parrochiali peccatum, quod cum eo commisit.

Arg. 1. T VIDETVR, ꝙ sic: 1. de pę. di. 6. cap vlti. Placuit vt deinceps nulli sacerdoti liceat, quemlibet commissũ alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu, cui se prius commisit: ergo prædicta mulier peccatum prædictum suo parrochiali cõfiteri tenetur, nisi parrochialis consentiat, ꝙ alteri confiteatur.

Secundo. Item tenetur suo parochiali confiteri omnia peccata sua, de quibus ab eo potest absolui. Sed ipse parochialis potest absoluere mulierem de peccato, quod ipsa cum eo commisit: quia hoc in iure prohibitum nõ inuenitur.

In oppositũ. CONTRA, magis potest recusari proprius sacerdos pro malitia, quàm pro ignorantia: quia malitia periculosior est, & peior: sed pro ignorantia potest recusari: de appel. di. 6. Placuit. Cum ergo ista mulier iam experta sit sacerdotis malitiam, videtur, ꝙ ipsum recusare potest: vt non confiteatur eidem.

CONCLVSIO.

Mulier presbytero suo parochiali, etiam crimen cum ipso perpetratum tenetur confiteri, nisi immineat periculum recidendi, tunc enim licentiam petere, & alterum adire debet.

Respon. RESPONDEO, ꝙ aut mulier probabiliter coniecturat, ꝙ si ad illum sacerdotem accederet, ꝙ ipse iterum eam sollicitaret, aut sentit se, ita fragilem, ꝙ probabiliter timet, ne loquendo illi sacerdoti instigaretur stimulo cõcupiscentiæ propter recordationem delectationis nepharię, qua cum illo fuit delectata, & in isto casu, nõ tenetur isti cõfiteri, nec hoc peccatum nec aliud: quia si potest recusari sacerdos propter ignorantiam, multo fortius, propter malitiam: periculosius est enim pœnitenti mulieri, si sacerdos conatur eã ad peccatum inducere, quàm si nesciat consulere sibi: debet tamen petere licentiam, aut facere peti ab illo sacerdote, vel a superiori, vt alteri possit confiteri, qui si malitiose dare licentiam recusaret, hoc non prohiberet, quin illa mulier possit alteri sacerdoti confiteri. Si autẽ mulier probabiliter credat, ꝙ nec ex parte sacerdotis, nec ex parte sui immineat periculũ si confitetur eidem, tunc tenetur illi confiteri etiam illud peccatum, quod cum eo commisit, & ipse de illo potest eam absoluere, sicut de alijs.

Ad primũ. AD PRIMVM in præsentia dicendum, ꝙ post verba decreti allegata statim subiungitur, nisi pro ignorantia illius, cui pęnitens cõfessus est, & vt iam dictum est, si põt recusari pro ignorantia, potest recusari pro malitia.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ nõ semper tenetur pęnitẽs confiteri parochiali suo de oĩbus peccatis, a quibus ab eo posset absolui, si. n. aliquis parochianus esset aliquid machinatus latenter contra sui sacerdotis personam, de qua machinatione posset ab illo sacerdote absolui, non teneretur hoc cõfiteri sibi, ne ille prouocaretur ad odium.

Ex dictis patet, quid dici debeat ad argumentum ad partem secundam.

QVAESTIO VIII.
Vtrum confessio sacramentalis possit fieri pluribus sacerdotibus simul.

Arg. 1. D. Bon. li. 4 di. 17. p 3. ar. 1. q. 3. Ale. p. 4 q. 18. m. 4. ar. 4. ET VIDETVR, ꝙ nõ: q̃a confessio sacramentalis non põt fieri a pluribus pœnitentibus simul vni sacerdoti, pęnitens. n. solus debet confiteri peccata sua: extra de pœni. & re. Oĩs vtriusq; sexus: ergo a simili confessio sacramẽtalis nõ potest fieri pluribus sacerdotibus simul.

Secundo. Itẽ nõ debet fieri ꝑ plura, quod æque bene põt fieri ꝑ vnũ: sed vnus sacerdos ita bene potest absoluere pęnitentem, sicut plures simul: ergo confessio sacramentalis non debet fieri a pluribus sacerdotibus simul.

In oppositũ. CONTRA, de pęni. dist. 1. Mensuram. §. nõ sunt, quanto pluribus confitebitur in spe venię turpitudinem criminis, tanto facilius cõsequetur gratiam remissionis.

CONCLVSIO.

Confessio facta pluribus sacerdotibus simul tenet, quamuis sacerdotes mortaliter peccent, at plures uni tantùm sacerdoti confessi non absoluuntur, nisi in necessitatis articulo.

Respon. RESPONDEO, ꝙ si pęnitens confiteatur pluribus sacerdotibus simul, & absoluitur ab eis, credo ꝙ recipit pnĩæ sacrm, non credo. n. ꝙ modus exprimendi personã absoluentem, vel absolutionis actũ in singulari, vel in plurali de necessitate requiratur ad essentiã sacri: credo tñ ꝙ nisi pęnitens velit cõfiteri duobus simul, vt certus consiliũ habeat ab ambobus, q̃ ab altero solum, duo sacerdotes audientes simul vnum pęnitentem in foro pęnitentiæ, & simul absoluentes peccant: quia faciunt cõtra consuetudinem ecclesiæ & statutum, statuit. n. vt in illo foro solus soli confiteatur.

Alij dicunt sacramentum pnĩæ suscipi non potest, nec administrari, nisi in foro secreto: quia ibi de occultis conscientiæ agitur, sacerdos etiàm in illo foro Christum repræsentat, vnus autem est Christus. Vnde dicunt, ꝙ confiteri pluribus sacerdotibus simul non videtur confessio, quæ sit pars sacramenti.

Ad primũ. QVI vult tenere primã opinionẽ, põt dicere ad primũ, ꝙ plures simul cõfiteri vni magis est cõtra secretũ, qđ debet in foro pnĩæ obseruari, q̃ vnũ cõfiteri pluribus sacerdotibus simul: quia illi sacerdotes ita obligãtur, ad celãdũ pctã cõfessa, sicut vnus solus: sed pluriũ cõfitẽtiũ simul, nõ ita stricte obligatᷓ vnꝰ ad celãdũ pctã aliorum, plures tñ posse confiteri vni in ar-

articulo necessitatis, s.quando mors, ita imminet de propinquo, ꝙ vnus post alium confiteri non posset, licitum est, neç euacuat sacramenti virtutem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud argumentum non plus probat, nisi ꝙ plures sacerdotes simul hoc faciendo peccant.

Potest tamen dici, ꝙ in casu, in quo videret pęnitentem hoc facere ex magno feruore, & vt magis tranquillaretur conscientia sua, propter collationem duorum in consulendo, licitum esset eis, simul ipsum pœnitentem audire, & absoluere.

Ad aliam partem. QVI vult tenere secundam opinionem potest dicere ad argumentum ad partem secundam, ꝙ illa auctoritas intelligitur de confessione facta pluribus non simul, sed successiue.

D. Th. 4 st. di. 17. q. 3. ar. 4. Sco. vbi su.

QVAESTIO IX.

Vtrum ille 16. conditiones contentæ in versibus superius positis requirantur ad confessionem.

CONCLVSIO.

Sufficienter assignantur conditiones confessionis.

Resp. RESPONDEO, ꝙ illarum quædam requiruntur ad confessionem de necessitate, & quidam de congruitate, ad quod videndum sufficit ad præsens illas conditiones exponere. *Expositio circunstantiarum confessionis.* Cōfessio enim debet esse simplex ita, ꝙ nihil admisceatur cum eis, quę requiruntur ad peccatorū quantitatem. Debet etiam esse humilis, valde.n. humiliter debet se habere cōfitens in verbo, & signo. Debet esse pura, i. cum recta intentione facta. Et fidelis. i. vera, vt nihil admisceat de falsitate. Et frequens. frequenter.n. cōfiteri est vtile. Et nuda. i. nō inuoluta verborū obscuritate. Et discreta. i. quod maius est confiteatur cum maiori pondere. Et libens. i. facta non de necessitate: sed libera voluntate. Et verecunda, quod nō est sic intelligendum, ꝙ debeat pęnitens verecūdari de cōfessionis actu: sed de peccatis, quę confitetur, quod est cōtra quosdam qui in recitando peccata sua, quasi se iactare videntur de aliqua seculi vanitate. Et integra. i. facta sine celatione alicuius peccati, quod confitens tunc habeat in memoria, de quo aliàs nō fuerit legitimè cōfessus, & hoc etiam dicitur cōtra diuidentes cōfessionē pluribus sacerdotibus dicendo partē vni, & partem alij. Et secreta: quia ibi agitur de secretis conscientiæ. Et lachrymabilis lachrymis procedentibus ex peccati dolore. Et accelerata, multum.n. est expediens peccatori, vt cito cōfiteatur: quia abyssus abyssum inuocat. i. vnum peccatum ad aliud inclinat. Debet etiam esse fortis. i. pœnitens debet esse ita cōstantis animi in confitendo: vt propter verecundiam nihil pertinens ad cōscientiæ suæ purgationem omittat. Et accusans. i. pœnitens, ita debet accusare seipsum, vt in sui excusatione peccatū suū in aliū nō torqueat, sicut Adā dixit, mulier quā dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi: vt hr̄ Ge. 3. Debet etiā esse parata, parcere: pęnitens.n. debet esse paratus parere; hoc est obedire sacerdoti in susceptione, & expletione pęnitentiæ, quā rationabiliter iniungit.

His visis per ea, quæ alibi de confessione dicta sunt, & adhuc dicenda sunt, potest faciliter homo videre quę istarum conditionum requirantur ad confessionem de necessitate, & quæ de congruitate.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur nouem.

Primo vtrum conuersio voluntatis ad Deū requiratur ad impij iustificationem.

Secundo vtrum ad hoc requiratur gratiæ infusio.

Tertio vtrū prior sit ordine naturæ ad Deū conuersio, quam a peccato auersio.

Quarto vtrum prior sit ordine naturæ gratiæ infusio, quàm peccati remissio.

Quinto vtrum peccatorum remissio sit realiter idem, quod bonorum, quorum sunt priuationes restitutio.

Sexto vtrum iustificatio impij sit in instāti.

Septimo vtrum impij iustificatio essentialius respiciat gratiæ infusionem, quàm peccatorum remissionem.

Octauo vtrum ordine naturæ sit vtraq; posterior.

Nono vtrum impij iustificatio sit miraculosa.

QVAESTIO I.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur conuersio voluntatis eius ad Deum.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia D. Aug. de ecclesiasticis dogmatib. ca. 20. dicit. Sicut initium salutis nostræ Deo miserante, & inspirante habere nos credimus: ita arbitrium nostrę naturæ sequax esse diuinę inspirationis libere cōfitemur: sed in nostra iustificatione est initium nostrę salutis: ergo iustificatio impij præcedit conuersionem voluntatis ad Deum, quod non esset verū si requireretur ad iustificationem. *Arg. 1. D. Bon. li. 4 di. 17 ar. 1. q. 2 & ar. 2 q. 3. D. Th. 1. 2. q 113. ar. 3 & 5. Ale. p. 4. q. 17. m. 4 ar. 7.*

Item vt habetur 3. Reg. c. 3. Deus Salomoni dormienti infudit sapientiā: ergo a simili peccatori dormienti potest infundere gratiā: sed gratia est iustitiæ forma: ergo sine aliqua conuersione voluntatis ad Deum potest impius iustificari. *Secundo.*

CONTRA, Ber. lib. de lib. ar. versus finē dicit de gr̄a Dei, & li. ar. ꝙ totū bonū actū singula opera indiuiduo peragunt: sed iustificatio impij est bonus actus: ergo est a gr̄a Dei, & li. arb. quod non esset verum, si ad hoc non requireretur conuersio voluntatis ad Deum. *In oppositum.*

Item non respondet similitudo solis in spe-

speculo, nisi facies eius conuertatur ad solē: ergo similiter gratia, quæ est quædam similitudo solis iustitiæ non resplendet in anima, nisi facies eius ad Deum conuersa fuerit per volūtatem. Cum ergo sine gratia non posit iustificari impius: conuersio voluntatis ad Deum requiritur ad iustificationem.

Ad hanc quæstionem possunt adduci argumenta ex his, quæ dicta sunt dist. 15. in illa qōne: vtrum Deus posit remittere peccatum sine aliqua satisfactione.

CONCLVSIO.

In iustificatione impij necessaria est de lege communi (quicquid sit de priuilegio speciali) conuersio voluntatis ipsius ad Deum.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sicut de remissione peccati cōuenit loqui dupliciter, s. aut de lege cōmuni, aut de priuilegio speciali, sic etiam de iustificatione. Et sicut loquendo modo secundo de remissione peccati, Deus posset remittere peccatum, absque omni satisfactione: sic loquendo de iustificatione modo secundo, Deus posset impium iustificare sine conuersione voluntatis eius ad Deum præcedēte: sed loquendo de iustificatione de lege communi, sic dico, ꝙ ad hoc, ꝙ corpus formetur per animam in esse naturæ: oportet corpus per naturam disponi prius ordine naturæ, quàm infundatur anima a creatore: sic ad hoc, ꝙ aīa adulti formetur per iustificationem in esse gratię, oportet pręcedere conuersionem voluntatis ad Deum tempore, vel natura, qua conuersione disponatur anima ad susceptionem gratiæ, qua formaliter iustificatur. Et sic procedunt argumenta ad partem secundam.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ibi accipitur initium salutis non pro iustificatione: sed pro aliqua diuina inspiratione, qua anima excitatur, & adiuuatur ad conuertendum se ad Deum per voluntatem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile de gratia, quæ principaliter respicit affectum liberum, quæ cogi non potest, & de sapientia, quæ respicit intellectum quæ cogi potest. Et ideo magis requiritur volūtaria dispositio ad susceptionem gratiæ, quàm sapientiæ.

Vel potest dici, ꝙ tunc Salomon recepit sapientiam, non secundum legem communem: sed secundum legem specialem, & priuilegiatam.

Vel potest dici aliter, ꝙ ad eius susceptionem se disposuerat in vigilando.

QVAESTIO II.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur gratiæ infusio.

Arg. 1. D. Bo. d. 17 ar 1 q. 1 D. Th 1. 2. q 113. ar. 2 Sco. di. 14. Alex. p. 4. q. 17 m. 4. ar. 6 Secundo.

ET VIDETVR, ꝙ non quia quicqd Deus potest facere, mediante causa secunda, potest facere sine ea: ergo si Deus potest impiū iustificare mediante gratia, potest etiam sine gratia.

Itē Io. 6. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum: tractus autem motus violentus est, sed Deus potest mouere voluntatem ad se violenter sine gratia: ergo ad iustificationem impij non est necessaria gratia.

In oppositum. CONTRA, non expellitur tenebra corporalis, nisi per lumen corporale: ergo nec tenebra peccati expellitur, nisi per gratiam lumē spirituale.

Secundo. Item omnis anima, aut est Deo inimica, aut amica: sed amica non est nisi per gratiam: ergo cum desinit esse inimica per iustificationē, oportet, ꝙ detur sibi gratia.

CONCLVSIO.

Cum motu voluntatis, & liberi arbitrij in iustificatione impij necessaria est gratiæ infusio.


Respon. RESPONDEO, ꝙ sicut qñ ex vno elemento fit aliud concurrunt quatuor, s. vnius formę corruptio, & alteri⁹ generatio, & dispō ad corruptionē vnius, & dispositio ad generationem alterius: sic cū de impio fit iustus requiruntur quatuor. s. impietatis destructio, q̄ est culpæ remissio, & gratię infusio: & dispositio ad destructionem impietatis, quæ est culpæ detestatio: & dispositio ad susceptionem gratiæ, quæ est lib. arbitrij ad Deum conuersio, & sic patet, ꝙ gratiæ infusio requiritur ad iustificationem impij.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa propositio intelligenda est de secunda causa efficiente, gratia autem est iustificationis causa secunda formalis non efficiens, & iō sicut Deus non potest facere aliquid esse albū sine albedine, sic nec iustum sine gratia.

Ad secundum. Ad secundum dicendū, ꝙ illa auctoritas loquitur non de tractatu violento, sed accipitur ibi tractus pro voluntatis inclinatione, secundum sententiam Aug. Hom. 26. super Io. in expositione verbi prædicti, quod patet per exempla quæ ponit dicens: ramum viridem ostendis oui, & trahis illam, nuces puero demonstrantur, & trahitur: ita Deus ostendit interius homini ea per quæ homo ad Deum inclinatur, & hoc est ipsum trahi.

QVAESTIO III.

Vtrum prior sit ordine naturæ ad Deum conuersio, quàm à peccato auersio.



Arg 1. D. Bon li. 4 di. 17. ar. 2. q. 2 Ale p. 4. q. 17. m. 4. ar. 7.

ET VIDETVR, ꝙ non: psal. 33. Declina a malo, & fac bonū: ergo prius est ordine naturæ declinatio mali, q̄ est auersio a peccato, quàm operatio boni, quæ est ad Deum conuersio.

Secundo. Item in motu locali prius est ordine naturę recessus a termino a quo, q̄ accessus ad term. nū ad quē: ergo a simili, ita est in motu aīe: sed auersio a peccato est recessus a termino a quo, & conuersio ad Deum est accessus ad terminū ad quem: ergo prior est ordine naturæ a peccato auersio, quam ad Deum conuersio.

Tertio. Item Eccle. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientia: sed ibidem immediate subiungitur,

ꝙ initium sapientiæ est timor domini: ergo timor prior est dilectione: sed auersio a peccato est ex timore, conuersio ad Deum ex dilectione: ergo prior est a peccato auersio, quàm ad Deum conuersio.

In opposit. CONTRA, ordine naturæ prior est ad creaturam conuersio, quàm a Deo auersio, sed sicut dicit philosophus 3. ethi. cap. 6. Primum in generatione est vltimum in resolutione: cũ ergo conuersio ad Deum sit destructio auersionis a Deo, & auersio a peccato, sit destructio conuersionis ad peccatum, prior est ordine naturę conuersio ad Deum, quam auersio a peccato.

Secundo. Item prior est ordine naturæ infusio gratię, quàm remissio culpæ: quia culpa remittitur ꝑ gratiam: ergo a simili conuersio ad Deum, quę est dispositio ad susceptionẽ gratiæ, prior est ordine naturę, quam auersio a peccato, quæ est dispositio ad remissionem culpæ.

CONCLVSIO.

In iustificatione impij conuersio ad Deum prior est auersione à peccato.

Respon. RESPONDEO, auersio a peccato, & conuersio ad Deum possunt considerari, inquantum sunt radicatæ in vno motu libe. arbi. sicut recessus a termino a quo, & accessus ad terminum ad quem, in vno motu, aut inquantũ sunt duo lib. arb. motus, scilicet detestatio peccati, & tendentia voluntatis in Deum per desiderium, vel amorem: primo modo ordine naturæ prior est conuersio lib. arbi. ad Deum, quã auersio eius a peccato: quamuis in motu exteriori prior sit recessus, quàm accessus in executione, in intentione enim motoris prior est accessus, quàm recessus, vt enim accedat ad terminum ad quem, recedit a termino a quo, & hęc duo in motu lib. arbi. ordinata sunt, secundum ordinem intentionis, non exterioris, motoris, sicut enim dicit August. Home. 26. super Io. ad Deum non motu corporis, sed voluntate cordis accedimus, sed voluntate ad Deũ accedere est intendere ipsum Deum. Secundo modo loquendo de conuersione, & auersione distinguendum est de auersione a peccato: q̃a detestatio peccati aliquando oritur ex seruili timore, & hæc est prior, quàm conuersio lib. arbi. ad Deum: aliquando ex amore Dei, vel desiderio, & hæc est posterior ordine naturæ conuersione lib. ar. ad Deum, sicut effectus posterior est causa.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ ille ordo, & si sit in executione, tamen in intentione est econtrario: prius enim intenditur cõsecutio boni, quàm fuga mali. Vnde vt lib. 3. ostensum est, amor prior est odio, & eius cã ẽ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ solutum est ex dictis in quæstione.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ & si timor seruilis prior sit, q̃ dilectio Dei, tamen timor filialis ordine naturę est posterior. Et ego cõcedo ꝙ auersio a peccato quæ oritur ex timore seruili prior est conuersione ad Deum, non tamẽ illa quę oritur ex timore filiali.

QVÆSTIO IIII.

Vtrum prior sit ordine naturæ gratiæ infusio, quàm culpæ remissio.



ET VIDETVR, ꝙ non: prius est ordine naturę alicui remittere inimicitiam, quam ipsum recipere in amicitiam: quia sicut dicit philosophus in post prędicamẽtis, prius est a quo non conuertitur consequentiam, sed ad recipere in amicitiam sequitur remittere inimicitiam, non ecõuerso: sed remittere culpam, est remittere inimicitiam, dare gratiam est recipere in amicitiã: ergo prius ordine naturę est remissio culpæ, quam infusio gratiæ. *Arg. 1. D. Bon. li. 4. di. 17. ar. 2. q. 1. D. Th. 4. di. dist. 17. q. 1. ar. 4. q. 1. Sco. li. 4. di. 16. q. 2. & li. 1. di. 17. q. 1. notab. Contra istã conclusionẽ. Alex. p. 4. q. 17. m. 4. ar. 7*

Secundo. Item impossibile est eũdem simul esse Deo amicum & inimicum: sed si prius ordine naturæ esset infusio gratiæ, quam remissio culpæ, prius ordine naturę esset peccator Dei amicus quam desineret esse inimicus, & sic simul esset amicus, & inimicus: non est ergo prior infusio gratiæ, quam remissio culpæ.

Tertio. Item in transmutatione elementorũ, prius est ordine naturę corruptio vnius, quam generatio alterius: ergo a simili, prius est ordine naturę corruptio culpæ per remissionem, quam introductio gratię per infusionem.

Quarto. Item prior est ordine naturę dispositio, q̃ habitus, sed remissio culpę dispositio est ad infusionem gratię: ergo ordine naturæ prior est.

In oppositum. CONTRA, prius est contritio, quàm culpæ remissio: quia est eius causa. Sed gratia prior est ordine naturæ contritione, quia forma prior est composito: ergo infusio gratiæ prior est, quam culpę remissio.

Secundo. Itẽ remissio peccati facit de peccatore, nõ peccatorẽ, non per aliquã mutationẽ ex parte Dei: ergo est per aliquam mutationem ex parte peccatoris, non per mutationem peccatoris informem: quia nullus motus informis meretur de condigno remissionẽ peccati: ergo remissio peccati est per aliquam mutationẽ formatam per gratiæ infusionem: sed causa prior est effectu: ergo est prior ordine naturæ gratię infusio, quam culpæ remissio.

CONCLVSIO.

Ex parte agentis, cum Deus per gratiam remittat culpam, prior natura est gratiæ infusio, quàm peccati remissio, at ex parte subiecti, cum anima ad gratiam per remissionem culpæ disponatur, erit prior profectò remissio culpæ, quam sit in anima gratiæ receptio.

Respon. Prima opi. D. Tho. AD ISTAM q̃ōnẽ dicũt q̃dã, ꝙ infusio grẽ prior est, q̃ remissio culpę ordine naturę: q̃a sic esse prius, est esse prius causalitate: infusio aũt gratiæ causa formalis est remissionis culpæ, remissio etiam culpę prior est, quã gratię infusio, inquantũ hẽt rationem causalitatis materialis respectu ipsius, non est. n. inconueniens,

quòd

ꝙ duorum vnum fit alterius causa,& ecouuerso in diuerso genere causæ. Vnde Philosoph. 2.phy.Sunt quædam ab inuicem causæ,vt dolere est causa boni habitus, & hoc dolenti,sed non eodem modo,sed hoc quidem sicut finis, illud autem sicut principium, vnde motus.

Sed hoc solutio falsum supponit, & nō sufficit;supponit enim,ꝙ esse prius ordine naturæ,sit esse prius causalitate quocuuque genere causæ,quod non est verum, vt accipitur pro esse prius origine, vnde cum finis dicitur prior ordine naturæ,quàm efficiens:vt sanitas, quā exercitium, hoc non est verum,nisi secundum esse,quod habet in intentione,& sic iam habet aliquo modo aliquam ratione efficientis causæ,inquantum per eius intentionem mouet se efficiens ad operationem, qua posit cōsequi finem illum.Et preterea nos hic quærimus de prioritate quæ reducitur ad genus causæ efficientis,infusio enim gratiæ, & remissio culpæ actiones quædam sunt,destruere enim peccatum est agere.

Secūda opinio. Alij dicunt,ꝙ sicut Deus sine mutatione voluntatis suę vult esse aliquid,vel fieri hodie,& aliud cras,quod non voluit esse vel fieri heri, sic sine mutatione voluntatis suæ, vult illū, ꝙ de peccato suo sufficienter pœnitet non esse obligatum ad pœnam æternam, & non esse sibi imputandum ad offensam,quod fecit,quod est peccatum remittere quo ad offensam, quē tamē antequam pęniteret reputabat inimicū, & volebat eum esse obligatum ad pœnam ęternam,& hi dicunt non esse remissionem peccati per infusionem alicuius habitus in anima: sed per gratuitam Dei voluntatem,& hoc vocant gratiam per quam remittitur peccatum: postea Deus infundit sibi habitum charitatis, qua fit dignus specialiter amari a Deo, ita vt sibi velit vitam æternām, & qua posit digne Deum amare.Et hi dicunt,ꝙ prius ordine naturæ est peccati remissio,quàm gratię,seu charitatis infusio.

Sed quia lib.primo & secundo, sufficienter ostensum est,gratiam seu charitatem, per quā remittitur peccatum esse aliquid positiuū manens habitudinaliter in anima: ideò prædictā opinionem non approbo,sed reprobo, maxime cum sit contra dicta sanctorum , & contra communem opinionem Doctorum in Theologia.

Tertia opinio quæ est Scoti. Alij dicunt,ꝙ infusio gratiæ prior est ratione suæ habitudinis ad illum,a quo infunditur: sed posterior remissione peccati per comparationem ad animam,in qua suscipitur.

Sed contra, per gratiam esse a Deo non expellitur peccatum,nisi mediante sui susceptione in anima; ergo prius ordine naturæ in anima suscipitur, quàm peccatum remittatur, si est illius remissionis causa.

Quarta opinio. Alij dicunt,ꝙ infusio gratiæ ordine naturę prior est,quā remissio culpæ.Et remissio culpæ,prior est,quàm esse iustum per gratiam: ꝙ sic declarant,quamuis in mutationibus instantaneis, simul sit mutari,& mutatum esse, tamē ordine naturæ prius est mutari,quàm mutatū esse.Vnde infusio gratiæ prior est ordine naturæ, quàm gratiam in anima esse: per gratiam autem esse in anima non expellitur peccatū, sed præsupponit eius expulsionem: sed per ipsam infusionem gratiæ,quæ est introitus eius in animam,expellitur peccatum: exemplum. Si illa virtus, per quam ignis corrumpit formam aeris fieret materię aeris forma,prius ordine naturæ esset fieri illius formæ,quàm corruptio formæ aeris, & posterior in facto esse.

Sed contra hoc sic potest argui, sicut infusio gratiæ prior est ordine naturæ, quàm ipsā esse in anima, sic remissio peccati prior est ordine naturæ,quàm ipsum esse remissum: ergo si ordine naturæ prior est gratiæ infusio, quā culpæ remissio, similiter prius erit ordine naturæ per gratiam esse iustum, quàm peccatum esse remissum.Et sic vt dictum est in opponendo: prius ordine naturę erit peccator Dei amicus,quàm sit non inimicus.

Alij dicunt, ꝙ non est ibi aliqua prioritas ordine naturæ,sed tantummodo secundum rationem:quia ipsa infusio gratiæ est realiter ipsa remissio culpæ,quantum ad offensam, non enim potest dici,ꝙ sint duæ mutationes distinctę,sicut generatio vnius,& corruptio alterius: vt enim superius declaratum est in lib. secundo. peccatum formaliter nulla essentia est,sed carentia, siue absentia boni debiti.Vnde quāuis sit absentia alicuius essētiæ,& in aliquo habente essentiam,tamen nulla essentia est: cum ergo destructio,seu corruptio sit ab ente in nō ens,deformitatē peccati destrui, non est aliud realiter,quàm bonum cuius est priuatio restitui:hoc autem bonum restituitur in infusione gratiæ , immo vt verius loquar est ipsa gratia quæ infunditur,& illius boni restitutio est ipsius gratiæ infusio:quia tamen infusio gratiæ gratum facientis est remissio peccati , per qđ anima Deo displicebat , & est quædam perfectio animæ, per quam Deo placet,& prius per rationem intelligendi est animam nōn Deo displicere,quàm sibi placere:ideo ipsius gratiæ infusio prior est secundum rationem intelligendi sub ratione,qua est peccati remissio, quàm sub ratione, qua per eam anima placet Deo illa placentia,qua eā reputat dignam vita æterna. *Quinta opinio.*

Præterea,destructio non entitatis boni debiti est facere non entitatem non entitatis boni debiti. Sed non entitas non entitatis idem est, quod entitas: negatio enim negationis realiter affirmatio est: ergo corruptio corruptioni boni factæ per peccatum nihil aliud est realiter, quàm restitutio boni oppositi, quod est gratia:tamen secundum rationem intelligendi ipsa infusio gratiæ prior est sub ratio

ratione quæ est remissio inimicitiæ, quæ erat per culpam, quam sub ratione qua est restitutio amicitiæ.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior est vera, per comparationem ad illũ qui remittit inimicitiã, & recipit in amicitiã per mutationem voluntatis suæ. Voluntas autem diuina hoc facit non per voluntatis suæ mutationem, sed per habitus gratię infusionẽ.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ hoc non est amicus Dei, nisi inquantum est gratia informatus: & ego bene concedo, ꝙ ipsum esse gratia formatum præsupponit peccatum remissum esse per introitum gratiæ in animam, quod est per fieri gratiæ ipsius.

Vel potest dici, ꝙ in eodem instanti in quo primo est esse gratię, est primo non esse culpę, & hoc nullam includit incompossibilitatem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis in transmutatione elementorum prius sit ordine naturæ vnius formæ corruptio, quam alterius generatio, tamen prius est virtutis immissio ab agente in passum, quam ipsius formæ corruptio: per formam enim quam ignis generat in materia aeris non corrumpitur forma aeris, quamuis sit finis corruptionis, sed per virtutẽ ignis aerem attingentem. In iustificatione autem impij per immissionem gratię, quę postea informat subiectum est expulsio culpæ, & si in transmutatione elemẽtorum destrueretur forma corrumpenda per formam, quæ in eius materia generatur, prior esset ordine naturæ generatio vnius, quam corruptio alterius.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ maior est falsa, quamuis remissio culpæ sit dispositio ad esse gratiæ in anima: differt enim vt superius dictũ est, infusio gratiæ, & ipsam esse in anima, sicut fieri, & factum esse.

Qui autem vult tenere vltimam opinionẽ quæ ponit realiter idem esse infusionem gratiæ, & remissionem culpę, quantum ad offensam, quæ probabilis est, & rationabilis: mihi videtur, ꝙ faciliter posset euadere argumenta vt patet intuenti.

EX DICTIS patet quid dicendum, in præsentiarum sit ad quæstionem quintam.

QVAESTIO VI.

Vtrum iustificatio impij sit in instanti.

Arg. 1. D. Tho 1.2. q.113.ar.7. ET VIDETVR ꝙ non: Nullus motus est in instãti, sed ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij: ergo iustificatio nõ est ĩ instãti.

Secundo. Item intellectus non potest intelligere plura simul, vt dicit Philosophus secundo Topicorum: non potest ergo simul ferri ad considerandum peccatum, & Deum: sed ad iustificationem impij requiritur detestatio peccati, & tendentia in Deum, quæ includunt cognitionem peccati: & Dei ergo iustificatio impij non est in instanti.

Tertio. Itẽ nulla forma quæ recipit magis, & minus introducitur in instanti; sed gratia recipit magis, & minus: ergo non introducitur in instanti.

In oppositum. CONTRA, in eodem instanti est in aere tenebrę expulsio & illuminatio eius: ergo a simili in instanti est tenebrę culpę remissio, & per gratiam illuminatio.

Itẽ quædam sunt mutationes in instanti per virtutem finitam, vt sunt illę mutationes quæ sunt fines motuum: ergo multo fortius iustificatio impij est in instanti, cum sit per virtutem infinitam.

CONCLVSIO.

Iustificatio impij in instãti fit, nam simul, & semel infunditur gratia, & remittitur culpa.

Responsio. RESPONDEO, iustificatio impij considerari potest quantum ad motus disponentes ad eam, qui sunt detestatio culpę, & conuersio voluntatis ad Deum informes. Vel quantum ad gratiæ infusionem, & prædictorum motuũ formationem, & culpę remissionem, in quibus consistit iustificationis essentia: prima duo nõ sunt semper in instãti vno, nec inter se, nec cũ iustificationis essentia: quandoque enim tempore præcedunt iustificationem ipsam, sed ea in quibus consistit iustificationis essentia semper sunt in eodem instãti. Ad hoc enim, ꝙ forma non possit in aliquo subiecto fieri in instãti requiruntur tria simul, scilicet ꝙ sit talis, ꝙ recipiat magis, & minus: & ꝙ sit limitatio virtutis in agente, & indispositio seu contraria dispositio in suscipiente. Quocunque autem istorum deficiente forma potest introduci in instanti. Vnde nõ obstante limitatione virtutis in sole, & lumen in medio natum est magis & minus suscipere, quia tamen medium diaphanum est in vltimata dispositione ad luminis susceptionem, ideo illuminatur in instãti. Si autem forma non recipit magis, & minus planum est, ꝙ introducitur in instanti, quia nihil de ea habetur, nisi totum habeatur. Si etiã agens est infinitæ virtutis, quamuis subiectum sit indispositum, & forma sit nata recipere magis, & minus, potest tamen eam illi subiecto imprimere in instanti, quia in instanti potest remouere dispositionem illi formę contrariam, & causare dispositionem, quæ requiritur ad illius formę susceptionem. Quum ergo infundens gratiam sit infinitę virtutis, non obstante quod gratia in anima possit recipere magis, & minus, potest eam infundere in instanti: & quoniam magis congruum, & conueniens est eam in instanti infundi, quam successiue, ideo semper eam infundit in instanti: & quia formatio conuersionis ad Deum, & detestationis peccati præcedentium gratię infusionem, est formatio animæ cuius sunt actus, quia illos actus esse formatos est realiter animam cuius sunt actus esse formatã, quamuis sit ibi aliqua differen-

differentia secundum rationem, ideo illorum motuum formatio est in eodem instãti in quo est gratiæ infusio: priuatio autem remanere non potest post formæ oppositæ infusionem, sicut patet, quòd tenebra non remanet post infusionem peccati luminis: ergo in eodem instanti est remissio culpæ, in quo est gratiæ infusio:per hoc autem quod dixi,quia formatio actus, & formatio animæ realiter idẽ sunt: non credas, ꝙ velim negare causari in actu similitudinẽ habitus,quæ aliquo modo, fit eius forma:ego enim concedo,quòd voluntas formata charitate actum suum qualificat aliquali similitudine ipsius charitatis:sed volo dicere quòd per formam voluntatis quæ est charitas per quam anima est Deo accepta, ipse actus est Deo acceptus magis, & per prius secundũ rationem intelligendi, quam per similitudinem illius formę, quæ similitudo est in actu in eodem instanti in quo anima charitate formatur. Si enim illa similitudo esset in actu absque hoc, quòd charitas esset in anima, ille actus non sic esset Deo acceptus, quòd esset meritorius de condigno.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, quòd fallit in duobus, vnum est, quia motus lib.arb.non est de essentia iustificationis, sed eius formatio,quæ est in instanti,vt visum est: aliud est, quia motus lib. arb. quantum ad id quod est de essentia eius in instanti est: velle enim liberum post consiliationem actus est essentia actus lib.arb.& hoc in instanti est etiam si præcedat consiliatio in tempore.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd superius dictum est lib. 2. & 3. quòd intellectus potest simul intelligere plura,& voluntas velle, quando vnum ordinatur ad aliud: sic autem in proposito.Consideratio enim culpę,& detestatio eius ordinatur ad considerationem Dei,& cõuersionem voluntatis ad Deum.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex iam dictis.

Aliqui tamen aliter soluunt dicentes, ꝙ formarum quædam recipiunt magis, & minus, & per sui maiorem,vel minorem permixtionem cum suo contrario,&per maiorem,vel minorẽ accessum ad terminum,vt albedo.Quędã altero modo tantum,s.per maiorem, vel minorem accessum ad terminum, vt lumen corporale,& lumen spirituale,quod est gratia, quorum neutrum secum compatitur aliquid de contrario.Quędam sunt quę non recipiunt magis, & minus vllo modo, primę introducuntur successiuę,secundę, & tertię in instanti.

Sed hęc solutio supponit, ꝙ Deus nõ posset infundere gratiam successiue:eo ꝙ natura formę hoc non patitur, quod multis dubium, & alijs falsum videtur, eo ꝙ gratia non tantum recipit magis,& minus,quantum ad sui esse in subiecto, sed etiam plus, & minus in essentia sua:per hoc enim homo est magis gratus Deo, quia plus habet de essentia gratię eius,per quẽ autem modum posset augeri secundum essentiam patet per ea,quæ primo lib. dicta sunt de augmento charitatis.

QVAESTIO VII.

Vtrum impij iustificatio essentialius respiciat gratiæ infusionem, quam peccatorum remissionem.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. Et videtur ꝙ non:mutatio essentialius respicit terminum finalem, quam initialẽ: quia terminus initialis est terminus a quo, & terminus finalis est terminus ad quem,sicut dicit Philosophus 5. phy. mutatio essentialius respicit terminum ad quem, quam terminum a quo: sed in iustificatione impij terminus initialis est gratiæ infusio, & terminus finalis culpę remissio, quia vt prius visum est, prior ordine naturæ est gratiæ infusio, quam culpæ remissio: ergo iustificatio impij essentialius respicit culpæ remissionem,quam gratiæ infusionem.

Secundo. Item si posset esse culpę remissio sine gratię infusione, homo sine gratiæ infusione iustificaretur. Sed si posset esse gratiæ infusio sine peccati remissione,non propter hoc homo iusticaretur: ergo essentialius dependet impii iustificatio a culpę remissione, quam gratiæ infusione.

In oppositum. Contra, maius est esse Dei amicũ,q̃ non esse eius inimicum,quia carentia inimicitiæ ordinatur ad præsentiam amicitiæ:sed infusio gratiæ ponit amicitiam, remissio culpæ tollit inimicitiam:ergo principalior est in iustificatione impii gratiæ infusio, quam culpę remissio, sed totum essentialius respicit illam partem,quæ in se est principalior.

CONCLVSIO.

Cum iustificatio fiat mediante gratia, essentialiùs iustificatio respicit gratiæ infusionem, quam culpæ remissionem.

Responsio. Respondeo, ꝙ de essentia iustificationis impii est gratiæ infusio,& culpę remissio, essentialis tñ respicit gratiæ infusionẽ quã culpę remissionẽ: quãdo.n.de ratione alicuius totius sunt duę partes, quarũ vna est alterius cã: illa q̃ est causa principalior est in illo toto, & essentialior illi,quã illa,quę est effectus.Sed vt visum est superius, infusio gratię est causa remissionis culpæ, sñ opinionem dicentium, ꝙ realiter differunt,quę est cõis opinio.Et ideo principalior est in iustificatione impii, & ipsi essentialior, quam culpę remissio.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendũ, ꝙ in iustificatiõe impii gratię infusio non est terminus a quo, quia illud quod mutatur per mutationem recedit a termino a quo: homo autem cum iustificatur non recedit a gratiæ infusione, similiter remissio culpæ non est terminus a quo,quia homo cũ iustificatur non recedit a culpę remissione. Sed terminus a quo in iustificatiõe impii est esse iniustũ, & terius ad quẽ est ęsse iustũ:iustificari.n.est ex iniusto iustũ fieri:& certũ est, ꝙ ista iustificatio essentialius

lius respicit iustum, qui est terminus ad quẽ: quàm esse iniustũ, qui est terminus a quo: peccat ergo argumentum in supponendo, ꝙ in iustificatione impij terminus a quo esset gratię infusio, & terminus ad quem culpæ remissio.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ si esset culpę remissio sine gratiæ infusione, homo desineret esse iniustus, sed non esset iustus, quia non haberet formam iustitiæ. Et si posset esse gratiæ infusio sine culpæ remissione, simul posset esse homo iustus, & propter præsentiam culpæ esset iniustus. Vnde positio non tantum est impossibilis, sed etiam incompossibilis.

QVAESTIO VIII.

Aug. 1. D. Bon. elicitiue, vbi sup. Alex. p. 4. q. 17. m. 4. ar. 6.

Vtrum iustificatio impij sit posterior ordine naturæ, quàm gratiæ infusio, & culpæ remissio.

CONCLVSIO.

Iustificatio impij naturæ ordine posterior est, quã gratiæ infusio, ac culpæ remissio.

Respon. RESPONDEO, in via generationis partes ordine naturæ sunt priores toto. Vnde, & secundum philosophum 5. metaph. accidens ordine naturæ prius est toto composito ex substantia, & accidente: vt musicum musico homine. In ratione autem iustificationis impij comprehenditur gratiæ infusio, & culpæ remissio, vt iam dictum est: ita vt respectu iustificationis impij se habeant sicut partes, & iustificatio impij sicut totum: posterior ergo ordine naturæ in via generationis est impij iustificatio, quàm primæ gratiæ infusio, & culpæ remissio.

QVAESTIO IX.

Vtrum iustificatio impij sit miraculosa.



Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist. 17. dub. 3. D. Tho. 4. sent. di. 17. q. 1. ar. 5. q. 1. Alex. p. 4. q. 17. m. 4. ar. 7.

ET VIDETVR ꝙ sic, glo. super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet. Maius est impios iustificare, quàm iustos creare: sed secundum Aug. 1. de Ciuita. cap. 5. Illud est mirabilius, quod est potentius: ergo magnum miraculum est impios iustificare.

Secundo. Item non est minus resuscitare mortuum spiritualiter, quàm resuscitare mortuum corporaliter; sed resuscitatio corporaliter mortui est miraculosa: ergo impij iustificatio cũ sit resuscitatio spiritualis est miraculosa.

In oppositum. CONTRA, Augúst. 10. de ciui. c. 12. Quicquid mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est, quàm totus hic mundus. Sed quamuis creatio mundi fuerit supernaturalis, non tamen dicitur fuisse miraculosa: ergo quamuis iustificatio impij sit supernaturalis, non tamẽ est miraculosa.

CONCLVSIO.

In iustificatione impij, præter legem communem facta requiritur miraculum, in ea verò, quæ fit de lege communi, nequaquam.

Respon. RESPONDEO, ꝙ quamuis iustificatio impij sit supernaturalis, non tamen est miraculosa: vt includit argumentum ad partem secundam. De ratione enim miraculi propriæ sumpti tria sunt. Vnum est, ꝙ fiat per actiuã potentiam supernaturalis agentis, quod operæ naturæ fit etsi quandoque sit mirabile eo ꝙ ignoretur causa, secundum Aug. 21. de ciuita. cap. 4. tamen miraculum non est. Aliud est, ꝙ in materia non sit aliqua dispositio, nisi solum pura potentia obedientiæ ad hoc, ꝙ in ipsa, vel de ipsa fiat illud opus, quod est miraculũ. Tertium est, vt sit pręter modum consuetum. Vnde dicit Augu. 1. lib. Retract. c. 13. ꝙ si solita essent miracula non essent, quamuis autem nõ omne mirum, vel mirabile sit miraculum, tamen omne miraculum, & est mirabile, & est mirum, & propter ista tria dicitur, ꝙ miraculũ est opus arduum, pręter cursum naturæ, & insolitum: *Miraculum* cum ergo iustificatio impij non sit insolita, & de lege communi requiratur aliqua dispositio in adulto, qui iustificatur: iustificatio impij quæ fit de lege communi non est miraculosa, quamuis effectiuè fiat per potentiã supernaturalis agentis. Iustificatio autem impij pręter legem communem quæ fit, si dominus iustificat adultum aliquem, qui prius se non disposuit miraculosa est: quia in tali iustificatione sunt omnia illa tria, quæ ad miraculum requiruntur.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis creatio animæ sit supernaturalis: quia fit per potentiam supernaturalis agẽtis, tamen miraculosa non est proprie loquendo de miraculo. Vnde cum 10. de ciui. cap. 12. dicit Aug. ꝙ in miraculo quod fit per hominem maius miraculum est homo: ibi accipitur miraculum pro mirabili, cum autem dicitur, ꝙ illud est mirabilius, quod est potentius, intelligendum est cęteris paribus, & præterea impium iustificare dicitur non maius esse, quàm iustos creare: quia fit maioris potentiæ. Vnde Glo. super illud Io. 14. Maiora horum faciet, dicit, ꝙ etsi vtrumque sit æqualis potentiæ, hoc, idest impios iustificare est maioris misericordiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis vnũ nõ sit minoris potentiæ, quàm aliud: quia neutrum eorum fieri potest, nisi per diuinam potẽtiam, tamen duo alia quæ requiruntur ad miraculum inueniuntur in resurrectione mortui corporaliter, quæ non inueniuntur in resurrectione mortui spiritualiter, loquendo de illa quæ fit de lege communi.

CIRCA litteram, dicunt enim quidam sine confessione oris, & satisfactione operis, idest ante confessionem, & satisfactionem. Votum enim pro operatione iudicatur, scilicet in operibus virtutum, quantum ad meritum substantiale, non quantum ad quodlibet meritum accidentale, nec tenet hoc in operibus

bus sacramentorum, quorum efficacia non est ex nostra voluntate, sed ex diuina institutione: plus enim cæteris paribus recipit de gratia volens suscipere sacramentum, & ipsum suscipiens, quam ille, qui vult, & non potest. Nemo potest confiteri, nisi suscitatus, hoc intelligendum est de meritoria cõfessione, & de spirituali suscitatione. Peccatum mors animę est: quæ vt est vita corporis, ita eius Deus vita est, sed non eodẽ modo: quia anima est ipsius corporis forma vitæ, sed vitæ animæ Deus nõ est formalis causa, nisi in genere causæ exemplaris, sed est causa efficiẽs, & finalis; nisi fuerit peccatum ante confessus, scilicet in voluntate vel in proposito. Ergo sine causa dictum est, quodcunque solueris, &c. supple si sufficit occulta cordis confessio, quo ad Deum. Cum.n. irascitur sibi quisquam, & displicet, supple pro peccato suo. Hoc sine dono sancti spiritus nõ est. Ipsi in se voluntarie excommunicationis sententiam ferunt, scilicet reputando se quasi excommunicatos propter vilitatem peccati. Fit veniale per confessionem, idest dignũ venia. Proximo, vel socio facienda est cõfessio, non de necessitate, sed de conguitate, quando non potest haberi sacerdos, qui illorum crimina diiudicet, s. quantum ad genera peccatorũ mortalium, & distantiam generis mortalis, & venialis in grosso, & in generali. Quia nõ oportet sacerdotem scire artificiosam peccatorum distinctionem, nec quęstiones subtiles circa illam materiam. Meliori, quam potest confiteatur, hoc expositum est in quæstionibus. Socio debet confiteri, non de necessitate, vt dictum est, sed de congruitate. Si obliuiscaris, scilicet peccatorũ tuorum per contemptum. Tunc eorum recordaberis, &c. Peccata sua leuigare, idest leuia monstrare.

De remissione Sacerdotis.

DISTINCTIO XVIII.



HIc quæri solet, si peccatum omnino dimissum est à Deo per cordis contritionem, ex quo pęnitens votum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei à sacerdote. Video enim quo vinculo eum liget, scilicet temporalis pœnæ, sed non à quo eum absoluat, & ideo quæro. Ante pœnitudinem quippe cordis, anima rei maculam habet, & fœtorem peccati, atque æternæ vltionis vinculo ligata existit. Si verò ante confessionem per cordis contritionem Deus per seipsum, sine ministerio sacerdotis, & debitum omnino relaxat, & animam interius purgat à contagione, & fœtore peccati; quid ergo mundat? quid dimittit sacerdos? vbi sunt claues illæ, quas Dominus tradidit Petro, & successoribus eius, dicens, Tibi dabo claues regni cælorum? &, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cęlo, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta, &c.? Vt autem præmissa quæstio plenius explicari valeat, quasi altius ducto rei, de his clauibus, & vsu earum disseramus.

Matth. 16. c & 18. c

Luc. 5. a

De clauibus.

Claues istæ non sunt corporales, sed spirituales, scilicet discernendi scientia, & potentia iudicandi, idest, ligandi, & soluendi; qua dignos recipere, & indignos debet excludere à regno ecclesiasticus iudex, qui sicut habet ius ligandi, ita & soluendi: vnde Ambrosius. Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrunque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infra. Certum est, quòd Ecclesiæ vtrunque libet, hæresis vtrumque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè ergo Ecclesia hoc sibi vendicat, quæ veros sacerdotes habet, hæresis vendicare non potest, quæ veros sacerdotes non habet.

Li. 1. de Pæni c. 2. & habetur de pæni. di. 1 ca. Verbũ Dei.

De vsu clauium.

Vsus verò harum clauium multiplex est, discernere, scilicet ligandos & soluendos, ac deinde ligare vel soluere. Qui enim (vt ait Grego.) indignos ligat, vel soluit, propria potestate se priuat. i. dignum priuatione se facit.

Hom. 26. super Euang

Si sacerdos potest dimittere, vel retinere peccata.

Sed quæritur, vtrum à peccato soluere valeat sacerdos, idest à culpa, vt culpæ maculam abstergat, vel debitum æternæ mortis soluere valeat. Quidam arbitrati sunt, cùm peccator dupliciter ligatus teneatur, vt prædictum est, scilicet mentis contagione ac cęcitate, & debito futuræ pœnæ, alterum curari per Deum, alterum solui per sacerdotem. Patitur.n. per peccatum quasdam tenebras interiores & maculas, à quibus nisi liberetur, proiicietur in tenebras exteriores. Cùm autem liberatur ab his, suscitatur à morte peccati. Vnde Aposto. Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus. Solus enim Christus, non sacerdos, animam resuscitat, ac pulsus tenebris interioribus, & maculis, causa illuminat, & mundat, qui animæ faciem lauat, debitum verò æternę pęnæ soluere concessit sacerdotibus. Quod in resurrectione Lazari signatum asserunt, quæ Christus prius per se interius viuificatur, deinde foras exire iussit, eũque adhuc ligatum soluere Apostolis præcepit, quia vt aiunt, ipse interius animam à caligine maculaque peccati emundat, sacerdotibus verò dedit vinculum æternæ mortis soluere. Alij verò dicunt, solum Deum, non sacerdotem, debitum æternæ mortis dimittere, sicut & animam interius per se viuificat, nec tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem peccata dimittendi, & retinendi. Quibus dictum est. Quorum remiseritis peccata, &c. Sicut enim Christus retinuit sibi potestatem baptismi, ita & pænitentiæ. Et ideo sicut interius gratia sua animam illuminat, ita & simul debitum æternæ mortis relaxat. Ipse enim per seipsum peccata pęnitentium tegit, & tunc tegit, quando ad pęnam non reseruat. Tunc ergo tegit, quando debitum pænæ soluit.

Opinio prima.

Hugo. li. 2. de sac. par. 14 cap. 8.

Matt. 22. b

Ephes. 5. a

Ioan. 11. f

Ioan. 20. f

soluit. Quòd autem ipse tegat, apertè dicit Augusti. exponens illum locum Psal. Quorum tecta sunt peccata, idest, cooperta & abolita. Si enim texit Deus peccata, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere, idest punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit à Deo tecta, vt Deus non videat, idest, æternaliter puniat. Videre enim Dei peccata, est ad pœnam imputare. Auertere autem faciem à peccatis, hoc est ad pœnam non reseruare. Item Hieronymus. Quibus Deus dimittit peccata, tegit, ne in iudicio reuelentur. Item Cassiodorus. Qui grauia habent peccata, alijs Deus imputat, alijs per misericordiam non imputat. Ex his apertè ostenditur, quòd Deus ipse pœnitentem soluit à debito pœnæ, & tunc soluit, quando intus illuminat, inspirando veram cordis contritionem. Cui sententiæ ratio suffragatur, & autoritates attestantur. Nemo enim verè compungitur de peccato, habens cor contritum, & humiliatum, nisi in charitate. Qui autem charitatem habet, dignus est vita. Nemo autem simul vita, & morte dignus est. Non est ergo tunc ligatus debito æternæ mortis. Filius enim iræ esse desijt, ex quo diligere, & penitere cœpit. Ex tunc ergo solutus est ab ira, quæ non manet super illum, qui credit in Christum, sed super illũ, qui non credit. Non ergo postmodum per sacerdotem cui confitetur, ab ira æterna liberatur, à qua iã liberatus est per Dominum, ex quo dixit, Confitebor. Solus ergo Deus hominem interius mundat à peccati macula, & à debito æternæ pœnæ soluit: qui per prophetam ait. Ego solus deleo iniquitates, & peccata populi. Item Ambro. Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. Idẽ ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item Augustin. Nemo tollit peccata, nisi solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autem, & dimittendo quæ facta sunt, & adiuuando ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi omnino fieri non possunt. His alijsque pluribus testimonijs docetur. Dominum solum per se peccata dimittere, & sicut dimittit quibusdam, ita & aliorum quorundam peccata retinet.

In eundem psal 31. in prin. cõmẽ. ad eundem psal. super eum locum, Beatus vir. cui, &c.

Ephes. 2. a

Ioan. 3. b

Esa. 43.

Amb. lib 3 de spi. San. c. 19. & li. 2. de Caĩ et Abel c. 4. et de pæn. di. 1 c. Verbum Dei.

Aug. li. 50. Hom. hom. 23. in med.

Ioan. 1. d

Quod sacerdotes etiam dimittunt peccata, & tenent peccata suo modo.

Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi, & retinendi peccata, cùm hoc Veritas in Euangelio apertè doceat. Hinc Augu. ait. Ecclesiæ charitas, quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus, eorũ qui participes sui sunt, peccata dimittit, eorum qui non sunt, tenet. Idem. Sacerdotes possunt confitentibus parcere: quibus.n. remittunt, remittit Deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælo, &c. hoc est. Ego Deus, & omnes cœlestis curiæ ordines, & omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmant quos ligatis & soluitis. Non dixit, quos putatis ligare, & soluere: sed in quo exercetis opus iustitiæ, vel misericordiæ. Alia autem opera vestra in peccatores non cognosco. Idem. Cùm veraciter ad Deum cõuerso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipse veraci conuersione coniungitur. Spiritus sanctus ea dimittit: qui datus est omnibus sanctis sibi charitate cohærentibus, siue se nouerint corporaliter, siue non. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenentur, à quibus ille cordis prauitate disiungitur: siue notis corporaliter, siue ignotis. Omnes enim mali, spiritualiter à bonis seiuncti sunt. Ecce hic dicit peccata dimitti, vel teneri à sanctis viris, & tamen spiritum sanctum ea dimittere dicit. Et quod maiori consideratione dignum est, idem etiam dicit, quòd Deus per se, vel per sanctos suos tantum dimittit peccata. Ait enim sic. Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos, ipsam verò gratiam, non nisi per seipsum, vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum, vel per seipsum facit, vel per ipsius columbæ membra: quibus ait. Si cui dimiseritis, dimittentur. Ecce quàm varia à doctoribus traduntur super his, & in hac tanta varietate quid tenendum? Hoc sanè dicere ac sentire possumus, quòd solus Deus dimittit peccata & retinet: & tamen ecclesiæ contulit potestatem ligandi, & soluendi: sed aliter ipse soluit & ligat, aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccatum, quia & animam mundat ab interiori macula, & a debito æternæ mortis soluit.

Matt. 16. c & Io. 20. f

Super Ioã. tra. 121. in fine.

Aug. li. de vera et falsa pœn c. 10 to. 4.

Ioan. 81. f

Matt. 16. c

Contra Donat.

De cons. di. 4. Quo exaudit.

Ibidem. c. 5

Lib. 5. cõtra Don. c. 21. Et de consec. dist. 4. Quo exaudit.

Quomodo sacerdotes ligant, vel soluunt a peccatis.

Non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem soluendi & ligandi, idest ostẽdendi homines ligatos, vel solutos. Vnde Dominus leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatum obtulit discipulis soluendum. Quia etsi aliquis apud Deũ sit solutus, non tamen in facie ecclesiæ solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis, & retinendis, ita operatur sacerdos euangelicus, & iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, quæ peccatum signat. Vnde Hieronymus super Matthæum, vbi dominus ait Petro, Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Hunc, inquit, locum quidam non intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Pharisæorum, vt damnare innoxios, vel soluere se putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur. In Leuitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt qui mundi, vel immundi sunt. Ita & hic apertè ostenditur, quòd non semper sequitur Deus ecclesiæ iudicium, quæ per surreptionem, & ignorantiam interdum iudicat, Deus autem semper iudicat, secundum veritatem. Et in remittendis, & retinendis culpis id iuris, & officij habent euangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt, vel retinent, dum dimissa à Deo vel retenta iudicant, & ostendunt. Ponunt enim

Grauis Magistri lapsus

Matth. 8. a Lucæ 5. c Ioan. 11. f

Leui. 14. a

sacerdotes nomen Domini super filios Israel, sed ipse benedicit, vt legitur in Numeris. Hunc modum li- Num. 6. d *gandi, & soluendi Hieronymus suprà notauit.*

Alios modus ligandi, & soluendi.

Ligant quoque sacerdotes, dum satisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponunt. Soluunt, cùm de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt: quem modum superiùs Leo Papa notauit. Secundum hunc modum dicuntur etiam sacerdotes dimittere peccata, vel retinere. Vnde superius Augustinus dixit. Quibus remittunt, remittit Deus, &c. Opus enim iustitiæ exercent in peccatores, cùm eos iusta pœna ligant: opus misericordiæ, dum de ea aliquid relaxant, vel sacramentorum communioni conciliant: alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notandum est, quia quos satisfactione pœnitentiæ ligant, eo ipso à peccatis solutos ostendunt: quia non imponitur alicui satisfactio pœnitentialis, nisi quem sacerdos verè pœnitentem arbitratur. Alij verò nō imponit: & eo ipso peccatum retineri à Deo iudicat, Quòd autem hoc ad claues pertineat. Augu- Sententiali- ter lib. 50. hom. 49. *stin. ostendit dicens. Frustrat claues ecclesiæ, qui sine arbitrio sacerdotis pœnitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentia impetratur. Est &* Excommunicatio. *alius modus ligandi, & soluendi, qui per excommunicationem geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertiò vocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere vilipendens, sententia ecclesiæ à loco orationis, & sacramentorum cōmunione, & fidelium consortio præsciinditur, vt erubescat, & pudore sceleris conuersus pœniteat: vt* 1.Cor.5. b *sic spiritus eius saluus sit. Quòd si pœnitentiam profitens resipuerit, negatæ communioni admittitur, & ecclesiæ reconciliatur. Hæc est autem ecclesiæ anathematizatio; hanc pœnam illis, qui dignè percelluntur, infligit, quia gratia Dei, & protectio illis amplius subtrahitur, ac sibiipsis relinquuntur, vt sit eis liberum ruere in interitum peccati; in quos etiā maior diabolo sæuiendi datur potestas. Orationes quoque ecclesiæ, & benedictionum, ac meritorū suffragia, eis nequaquam suffragari putantur.*

Quomodo secundum hos modos intelligẽdum sit illud, quodcunque soluer. &c.


Secundum hos ligandi, & soluendi modos, quo- Matth.16.c & 18.c.14 3.3. Si quis Non. *modo verum est quod dicitur. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c? Aliquando enim ostendunt solutos, vel ligatos, qui non sunt soluti, vel ligati apud Deum: & pœna satisfactionis, vel excommunicationis interdum indignos ligant, vel soluunt, & indignos sacramentis, admittunt: & dignos admitti arcent. Sed intelligendum est hoc in illis, quorum merita solui, vel ligari postulant. Tunc enim sententia sacerdotis iudicio Dei, & totius cœlestis curiæ approbatur & confirmatur, cum ita ex discretione procedit, vt reorum merita non contradicant. Quoscunque ergo soluunt, vel ligant, adhibentes clauem discretionis reorum meritis, soluuntur vel ligantur in cælis, idest apud Deum: quia diuino iudicio sacerdotis sententia sic progressa approbatur, & confirmatur. Quos ergo secundùm merita sententia ecclesiæ percellit, lædit: & illi foris sunt apud Deum: Qui autem non* Leuit. hom. 14. *meruit, sententia ecclesiæ non læditur, nisi contemnat. Vnde Orig. Exijt quis à veritate, à fide, à charitate, per hoc exit de castris ecclesiæ, etiam si Episcopi voce non abijciatur: sicut contrà aliquis non recto iudicio foras mittitur: sed si non egit vt mereretur exire, nihil læditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foris est, intus videtur retineri. Ecce qualis, & quantus est vsus Apostolicarum clauium. Iam ostensum est ex parte, qualiter sacerdotes dimittunt peccata, vel retinent: & tamen retinuit sibi Deus quandam singularem potestatem dimittendi, vel retinendi: quia ipse solus per se debitum æternæ mortis soluit, & animam interius purgat.*

Quæ sint interiores tenebræ, & interior macula.

Hic quæritur quæ sit illa macula, & quæ sint illæ tenebræ interiores, à quibus Deus interius animam purgat, cum veram pœnitentiam immittit. De tenebris, & interiori caligine satis facile est, & intelligere, & respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit, & gratia virtutis priuatur, si qua præcessit, & naturalium bonorum læsionem patitur, Vnde & intellectus obtunditur, & totus homo interior obtenebratur; & ita quasi caligine quadam mens obuoluitur: quæ caligo peccati pœna est: hanc verò Deus pellit, cum pœnitentiam immittit, per quam perdita bona restituit, & vitiata reparat. Vn- Psal. 147. *de propheta. Nebulam sicut cinerem spargit. Sed quæ est macula peccati, à qua animam lauat? Ecce enim quis voluit facere homicidium, & patrauit, quo patrato desinit tam velle, quàm facere, non dum tamen verè, & humiliter pœnitet, nec confiteri proponit: quæ ergo remansit in anima illius macula? Mala voluntas quidem fuit macula illius animæ, sed illa transit. Macula etiam est, si pœnitere contemnit: sed hoc est peccatum aliud à præcedenti. Quæ ergo macula remansit, à qua ipse in pœnitentia purgatur? Polluta quidem est anima, quousque pœniteat, sicut erat dum id ea praua erat voluntas. Sicut enim qui tangit morticinium, vel aliud* Leuit. 11. f Num. 19. b *immundum, ita pollutus est post tactum, quousque lauatur, sicut fuit dum tangeret: ita post actum peccati ita polluta remanet anima, sicut fuit in ipso actu peccati: quia ita est longè à Deo per dissimilitudinem, qui est vita, & munditia mentis, sicut fuit dum peccatum ageret. Ipsa ergo dissimilitudo, quæ inest animę ex peccato, & est à Deo elongatio, animæ macula intelligitur, à qua purgatur in pœnitentia. Hoc autem solus Deus facit, qui solus suscitat animam, & illuminat: quod sacerdotes nequeunt: qui tamen medici sunt animarum. Vnde Propheta. Nunquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Quod exponens August. ait. Boni doctores, rectè medici dicuntur: qui viuentes curare ministerio possunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim Dei gratia mortui reuiuiscunt.*

DI-

DISTINCTIO XVIII.

Cõtinuatio. VPERIVS determinauit Magister de pœnitentia, secundum esse suum. Hic determinat de potestate ministrorum pœnitentiam iniungentium. Et diuiditur in duas partes.

Primo determinat de prędicta potestate.

Secundo de illius potestatis collatione di. seq. ibi. (Postquam ostensum est.)

Diuisio. Prima in 4.

Primo inquirit, quæ sit potestas ecclesię in ligando,& soluendo.

Secundo quomodo per eam peccatores ligat, & soluit ibi. (Sed quæritur.)

Tertio distinguit diuersos modos ligandi, & soluendi ibi. (Non autem hoc.)

Quarto, ostendit quid est illud a quo solus Deus absoluit ibi. (Hic quæritur.)

Prima in tres.

Primo proponit quæstionem de potestate, & vsu clauium in generali.

Secundo ostendit, quæ sit potestas clauium ibi. (Claues istæ.)

Tertio quis sit vsus earum ibi. (Vsus vero.) Secunda pars principalis diuiditur in tres. Primo tangit quorundam sententiam falsam.

Secundo aliorum sententiam veram ibi. (Alij vero.)

Tertio excludit errorem, qui incidere posset ibi. (Nec ideo tamen.)

Tertia principalis diuiditur in tres.

Primo ostendit qualiter sacerdos soluit, & ligat quo ad culpam.

Secundo qualiter, quo ad pœnam pœnitentialem, & iudiciariam ibi. (Ligant quoque.)

Tertio qualiter Deus confirmat ligãtis, vel absoluentis sententiam ibi. (Secundum his ligandi.

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de 13.

Primo de potestate clauium.

Secundo de vsu earum in foro pęnitentiæ.

Tertio de causa, pro qua ferenda est excõmunicationis sententia.

Quarto de illis, qui possunt excommunicare.

Quinto de illis, qui possunt excõmunicari.

Sexto de participatione cum excommunicatis.

Septimo de pęna excommunicatorum.

Octauo de pœna iniustę excommunicãtiũ.

Nono de illis, qui possunt absoluere ab excommunicatione.

Decimo de illis, qui possunt absolui ab excommunicatione.

Vndecimo de subditis excommunicatorũ, & de casibus, in quibus incurrit homo excommunicationem ipso iure.

Duodecimo de quibusdam dubitationibus ortum habentibus ex aliquibus casibus in quibus incurrit homo excommunicationem ipso iure.

Tertiodecimo de quibusdam casibus pertinentibus ad potestatem absoluendi religiosos ab excommunicatione.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur 5.

Primo vtrum ecclesiæ datæ sint claues regni cœlorum.

Secundo vtrum sint datæ ad aperiendum tantum.

Tertio quot, & quæ sunt illæ claues.

Quarto vtrum liceat sacerdotibus vti clauibus pro sua voluntate.

Quinto vtrum pœnitens teneatur tentione necessitatis recipere, & explere pœnitentiam sibi iniunctam a sacerdote.

QVAESTIO I.

Vtrum Ecclesiæ datæ sint claues regni cęlorum.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia vt habetur Apoc. 3. Christus aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: ergo ecclesiæ non sunt datæ claues. Arg 1. D. Bo. dist. 18. ar. 1. q. 1. D. Tho. 4. sen. di. 18. q. 1. ar. 1. q. 1.

Item cuicunque aperitur cœlum clauditur infernus, & econuerso: sed ecclesiæ non sunt datæ claues inferni: sed eas habet solus Christus, iuxta illud Apoc. 1. Habeo claues mortis, & inferni: ergo ecclesiæ non sunt datæ claues regni cœlorum. Sco. di. 19. q. 1. Ale. p. 4. q. 20. m. 1. 3. ar. 2.

CONTRA, Christus dixit Petro: vt habetur Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ: ergo ecclesia claues accepit mediante Petro. Secundo in oppositum.

CONCLVSIO.

Potestas quidem ministerialis, seu claues ad aperiendum, & claudendum regnum cœlorum, datæ sunt ecclesiæ.

RESPONDEO, ꝙ claues regni cęlorum datæ sunt ecclesiæ, & accipiũtur hic claues ad similitudinem clauium materialiũ, per quas hostium clauditur, & aperitur: claues enim ecclesiæ sunt quædam potestas data ecclesiæ in prę latis suis ad aperiendum, & claudendum hominibus regnum cœlorum, quod clauditur huiusmodi per peccatum, vel obligationem ad pœnam pro peccato, & aperitur per remotionem vtriusque. Respon. Claues ecclesiæ.

Et hęc potestas triplex est, quędam auctoritatis, quæ est in solo Deo, qui solus aperit effectiue per infusionem gratiæ, & claudit per missiue permittendo iusto iudicio hominem ruere in peccatum, & gratiam non conferẽdo. Clauiũ potestas triplex.

Quædam excellentiæ, scilicet in Christo ratione humanæ naturæ, qui cęlum aperit per meritum passionis suæ.

Alia ministerialis, scilicet in prælatis ecclesiæ, qui cęlum aperiunt per ministerium sacramentorum quę operantur in virtute passionis Christi.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ clausura regni cœlorum, tripliciter potest accipi, Ad primũ.

accipi, vel ꝓ illa, quæ erat clausum generi humano, propter peccatum primorum parentũ, vel pro illa, qua claudetur omnibus reprobis per sententiam diffinitiuam in die iudicij: vel pro illa, qua clauditur interim homini per culpam, & pęnas remittendas: prima clausura fuit vniuersalis, sed non perpetua: quia fuit apta per meritum passionis Christi, per cuius solius meritum poterat aperiri, & de hac intelligitur, aperit, & nemo claudit. Alia clausura erit perpetua, de qua dicitur Matt. 25. Et clausa est ianua, & de hac intelligitur, quod dictũ est claudit, & nemo aperit. Alia est particularis non perpetua, & hanc clausuram possunt prælati ecclesiæ ministerialiter aperire.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ecclesia aliquo modo habet claues inferni, inquantum claudit infernum illis, quibus aperit cęlum, non tamen ita proprie potest dici, ꝙ per claues ecclesiæ aperiatur infernus, sicut cęlum: quia ecclesia non aperit infernum remouendo gratiã qua homini clauditur infernus, nec disponẽdo ad illam remotionem, sicut disponit ad remotionem culpæ, qua cœlum clauditur, & ita proprie nõ potest dici haberi claues inferni, sicut paradisi. In illo tamen verbo Apoc. primo, accipiuntur claues pro potestate excellentiæ.

QVAESTIO II.

Vtrum claues sint datæ ad aperiendum tantum.

Arg 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. Ale. vbi su. m. 5. D. Tho. vbi sup. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia virtus clauium est a merito passionis Christi. Sed meritum passionis Christi ordinatum fuit ad aperiendum tantum: ergo claues datæ sunt ad aperiendũ, ita ꝙ non ad claudendum.

Secundo. Item quamuis homo per liberum arbitriũ posit benefacere, & male, tamen Deus nõ dedit ipsum homini ad malefaciendum: ergo a simili, quamuis sacerdos per clauis possit cęlum aperire, & claudere, non tamen est dicendum, ꝙ Deus eas dederit ad claudendum.

In oppositum. CONTRA, Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram, &c. sed sacerdos hoĩem ligãdo sibi claudit regnum cęlorum: ergo claues non tantum datæ sunt ad aperiendum, sed etiam ad claudendum.

Secundo. Item claues materiales sunt ad claudendũ, & aperiendum: ergo a simili claues spirituales, cum claues dicantur secundum similitudinem materialium.

CONCLVSIO.

Non tantum ad aperiendum datæ sunt claues, sed etiam ad claudendum.

Respon. Prãte clauium ecclesiasticus iu- RESPONDEO, ꝙ claues, quamuis datæ sint principaliter ad aperiendũ, tamen ex consequenti datæ sunt ad claudendum: per potestatem autem clauiũ iudex ecclesiasticus aperire potest, & claudere tripliciter. Vno modo iudicando. s. dum examinata hominis consciẽtia iudicat ei cœlum esse apertum, vel clausũ. Alio modo aperit relaxando aliquam partem pœnæ peccato debitæ, & claudit pœnitentem aliqua pęna sensus ligãdo, quam explere oportet in hoc seculo, vel purgatorio, antequam illi pateat ingressus cęli. Tertio modo aperit, & claudit excommunicando, & ab excommunicatione absoluendo: sed hic modus claudendi & aperiendi magis respicit forum contentiosum, quàm pœnitentiæ, & istos tres modos tãgit Magister in littera, primum c. 6. di. huius, secundum & tertium. c. 7. *Iudex tribus modis aperire, vel claudere potest.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ passio Christi, & si prĩcipaliter fuerit ad aperiendum, tamen per eam obligamur ad aliquam pęnitentiam, per quam aliquo modo illi passioni conformemur, quam nos adultos oportet soluere antequam cœlum ingredi valeamus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ malum culpę a Deo non est: quãuis ꝑmittatur ab ipso, sed malũ pęnæ a Deo est, illa autem cęli clausio, quæ est per claues ecclesiæ non est culpa: sed pœna ordinata ad hoc, vt efficacius, & expeditius aperiatur huiusmodi cęlum. Vnde illa pœna medicinalis est.

Ad secundum primæ partis. Ad secundum ad partem aliam dicendum, ꝙ quamuis claues ecclesiæ, sicut & materiales sint ad aperiendum, & ad claudendũ tamen differunt: quia materiales principaliter sunt ad claudendum, & secundario ad aperiẽdum: sed claues ecclesiæ principaliter sunt ad aperiendum, & secundario ad claudendum: quia illa clausura ordinatur ad apertionem.

QVAESTIO III.

Vtrum vna vel duæ sint illæ claues.

CONCLVSIO.

D. Bo. li. 4. dist. 18. ar. 3. q. 2. Sco. di. 19. q. 1. art. 3. D. Tho. vbi sup. q. 3. Ale p. 4 q. 20. m. 4.

Vna est clauis in essentia, duæ vero secundum plures respectus ad diuersos effectus.

RESPONDEO, ꝙ claues duæ sunt, quantum ad effectus, & relationes ad illos effectus, vna tamen in radice: claues enim ecclesiæ sũt potestas iudicandi in foro animarum, quę potestas ex duobus integratur, scilicet ex potestate discernendi in causæ examinatione, & potestate diffiniẽdi in causæ determinatione.

Prima potestas dicitur clauis scientiæ. Vnde clauis scientiæ nõ est habitus scientiæ, nec actus sciendi, quamuis claues ecclesiæ recipere non debeat, nisi habens scientiæ habitum conuenientem, seu sufficientem ad executionem potestatis illius.

Secunda dicitur clauis potẽtiæ, cuius actus est determinare causam ligando, vel absoluẽdo, & ista clauis est principalior, quia prima ordinatur ad istam: potestas autem ligandi, & soluendi in foro contentioso proprie loquendo

do clauis non est: quia hanc potestatem habēt quandoque non sacerdotes, vt inferius declarabitur: & quãuis prædictæ duæ claues distinguantur penes actus, vt ostensum est, tamen in radice vna sunt, non tantum inter se: sed etiam cum potestate conficiendi: quia istæ tres potestates fundantur in sacerdotali charactere. Vnde ꝙ aliqui sacerdotes non possint absoluere vel ligare, hoc non est propter defectum potestatis ex parte sua: sed propter defectum materiæ, quam non habent, nisi mediante iurisdictione: potestas autem iurisdictionis accidit claui proprie dictæ.

Ex prædictis patet, ꝙ claues ecclesiæ sunt aliqua potestas supernaturalem facultatem, q̃ principium est aliquorum actuum supernaturaliū, sicut potestates naturales principia sunt actuum facultatem naturalem non transcendentium.

QVAESTIO IIII.

D. Th. 4 st. di. 18. q. 1. art. 3. q. 4 Ale. p. 4 q. 21. m. 3. ar. 1.

Vtrum liceat sacerdotibus vti clauibus pro sua voluntate.

CONCLVSIO.

Non licet sacerdotibus vti clauibus pro arbitrio, sed pensatis pensandis, & Regula diuinæ monitionis preuiæ dirigente.

Respon. RESPONDEO, ꝙ cum sacerdos operetur per istas claues instrumẽtaliter, & sicut minister, & instrumentum efficaciam nō habeat in agendo, nisi secundum ꝙ mouetur a principali agente, si sacerdos vtatur istis clauibus, secundum proprium arbitrium dimittens rectitudinem motionis diuinæ, peccat, nec ille circa quem operatur clauium recipit effectum: quia tamen pœnæ satisfactoriæ infligēdæ sūt vt medicinæ, & pœnę satisfactoriæ determinatæ in canone non omnibus competunt, ideo variandæ sunt, secundum sacerdotis arbitriū regulatū diuina motione, sicut videmus, ꝙ medicinam determinatam in arte contra aliquã infirmitatem variat medicus, secundum conditionem, loci, tēporis, & infirmi, & omnibus pensatis, quæ pensanda sunt, non in hoc propriam voluntatem sequens: sed scientiam medicinæ, & sicut non dat aliquando medicinam efficacem, qua posset morbum curare, ne propter debilitatem naturæ patientis ex alia parte magis periculum oriatur. Sic sacerdos diuina motione directus non semper totam pœnam peccato debitam iniungit, ne infirmus, propter magnitudinem pœnæ desperet, & eam facere negligat, & a veritate pœnitentiæ recedat, nec hoc est in aliquod præiudicium iustitiæ: quia in purgatorio erit expletio residui pœnæ

QVAESTIO V.

Vtrum pęnitens teneatur tentione necessitatis recipere, & explere pœnitentiam sibi iniunctam a sacerdote.

ET VIDETVR, ꝙ non: quandoque enim sacerdos posset sibi iniungere pęnitentiam nimis grauem: vt familiaritatem cum amicis interdicere, vel iniungere pęnitentiam periculosam, vt melancholico prono ad desperationem abstinentiam a vino iniungere, & a risu, & a solatio cū socijs abstinere: sed tales pœnitentias non teneretur pęnitens recipere, quia essent sibi nociuæ: ergo non semper tenetur pęnitens recipere pœnitentiam iniunctam a sacerdote. Arg. 1. D. Tho. 4 sent. di. 15. Sco. 4 sent. di. 15. q. 1.

CONTRA, Magister dist. 16. ca. 2. dicit de pœnitente: ponat se omnino in iudicio, & potestate sacerdotis nihil sui reseruans sibi: vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro euitanda corporis morte. In opposi tum.

CONCLVSIO.

Pœnitens necessario tenetur ad pœnitentiam sibi iniunctam sin aliter pensata sua infirmitate, ad confessorem suum recurrat, & alleuiationem petat.

RESPONDEO, ꝙ sacerdos aut iniungit pœnitentiam rationabilem, & discretam, aut irrationabilem, & indiscretam: si secundo modo pęnitens non tenetur eam recipere, nec explere: quia sacerdos talem pœnitentiam iniungendo abutitur claue scientiæ, & potentiæ. Respon.

Si primo modo, dico, ꝙ pœnitens tenetur tentione necessitatis eam recipere, & pro viribus explere: quia talem pęnitentiam iniungēdo clauibus vtitur recte: quilibet autem tenetur sui iudicis iustam sententiam obseruare. Vnde si pœnitens talem pęnitentiam scienter & ex deliberatione, & absq; legitima cã ommiserit explere: mortaliter peccat. Si tamen pęnitens sentiat pœnitentiam sibi nimis grauē, & ad obseruandum periculosam sua infirmitate pensata: debet ad illum eundem confessorem, vel ad alium, si illum non potest habere humiliter recurrere, & alleuiationem, vel commutationem petere, & confessor debet concedere, etiam si videat, quòd pęnitentia alleuiata non sufficeret plenarię pro emēda peccati. Sed si post eam expletam adhuc remaneret aliquid in purgatorio explendum, tutius enim est reseruare pœnitentem in purgatorio puniendum, quam ipsum exponere periculo cadendi in peccatum mortale propter pęnitētiæ transgressionē: & expedit, ꝙ confessor hoc totum pœnitenti exponat, nisi in ipso videret conditionem, propter quam iudicet omnibus pensatis magis esse tacendum, quàm exponendum.

Ad argumentum in oppositum patet solutio, quantum ad illud quod initia tangitur de pœnitentia nimis graui.

De

De interdictione autem habendi cum amicis familiaritatem, sciẽdum, ꝙ aut illi amici sunt veri amici, hoc est amici animæ, cuiusmodi sunt diligentes personam sancto amore, & secundum Deum: aut illi amici sunt veri inimici cuiusmodi sunt diligentes personam propter delectationem illicitam, vel propter aliã causam in animæ eius præiudicium, & contra Dei honorem. Si sacerdos interdiceret familiaritatẽ cum amicis primo modo dictis abuteretur claue scientiæ: nec credo, quòd pęnitens illam pęnitentiã recipere teneretur si autem interdiceret pęnitenti familiaritatem cũ inimicis secundo modo dictis, pęnitens eam recipere, & obseruare teneretur regulariter: quod ideo dico, quia omnes particulares casus a confessore præuideri non possunt. Sciendum etiam, ꝙ homini prono ad disperationẽ ad quam disponit tristitia non debet sacerdos iniungere ea quę augmentant melancholiam, & tristitiã. Vnde talibus moderatũ vini vsum, & cum sanctis personis, & honestis honestum solatium prohibere non debet.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secũdo principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum sacerdos per potestatem clauium possit remittere peccatum quantum ad maculam.

Secundo vtrum quantum ad pęnam.

Tertio vtrum sacerdos parochialis teneatur audire confessiones parochianorum suorum quotienscunque voluerint in eodem anno confiteri.

Quarto vtrum claues respectu eiusdem peccati in numero habeant efficaciam plusquam semel.

Quinto vtrum sacerdos absoluendo aliquẽ de facto ab illis peccatis, a quibus non potest eum absoluere de iure, peccet mortaliter.

QVAESTIO I.

Arg 1. D. Bon. di. 18. q. 1. artic. 2. D Tho. vbi supra ar. 3. q. 3. Sco. libr 4. di. 18. et di. 14. q. 4. Alex. p. 4. q. 21. m 7.

Vtrum sacerdos potestate clauium possit remittere peccati maculam.

ET VIDETVR, quòd sic: Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Secundo. Item vt superius habitum est sacramenta nouæ legis conferunt gratiam: sed per gratiam remittitur macula peccati, ergo sacerdotes per potestatem clauium remittere possunt peccati maculam.

In oppositum. CONTRA, de pęn. distin. prima. Si cui. §. Alij econtra circa medium, & recitat magister in littera huius dist. c. 4. Sacerdos officium suũ exhibet, & nullius potestatis iura exercet: ergo in eo nulla est potestas remittendi peccati maculam.

Secundo. Item de consecr. di. 4. & recitat magister in littera huius dist. c. 4. Nemo tollit peccata nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi: ergo sacerdos non habet potestatẽ dimittendi maculam peccati.

CONCLVSIO.

Virtute clauiũ sacerdos ministerialiter, & dispositiue remittit peccati maculam, effectiuè vero solus Deus.

RESPONDEO, ꝙ quamuis sacerdos absoluendo remittere non possit peccati maculã effectiue, secundum quod dicit magister in littera, quia sic solus Deus peccatum dimittit, tamen ministerialiter, & instrumẽtaliter illi qui per attritionem remouit obstaculum gratiæ spiritussancti, dispositiue remittit maculã peccati, inquantum suo ministerio assistit virtus diuina, quæ peccatum remittit, & quia peccati macula est dispositio qua põt anima pati ab igne infernali, quæ quidem non est tantum similitudo temporalium ad quæ anima peccando conuertitur, sed etiam principalius est priuatio similitudinis Dei a quo auertitur. Ideo sacerdos virtute clauium ad æternæ pęnæ remissionem disponit, quam virtus diuina principaliter, & effectiue remittit, sicut maculam peccati. Responsio. Macula peccati quid.

AD PRIMVM, & secundum dicendum, ꝙ procedunt de remissione peccati ministerialiter, & dispositiue, vt enim superius dictũ est, sacramenta nouæ legis non conferunt gratiam effectiue, sed instrũaliter, & dispositiue. Ad primũ & secundũ

Argumenta ad partem secundam procedũt de remissione maculæ peccati effectiue.

QVAESTIO II.

Vtrum sacerdos per potestatem clauium possit remittere peccatum quantum ad pœnam.

Arg. 1. D Bon vbi supra q. 2. D. Tho vbi sup. q. 2. Scot. 4 sen. dist 19. q. 1 & dist. 21. q 1. Alexã p. 4. q. 21. m. 2. ar. 1. 2. & 3.

ET VIDETVR, ꝙ non: post absolutionem adhuc remanet pęnitens obligatus alicui pęnæ, aliter vt videtur non esset sibi pęnitentia iniungenda: ergo per virtutẽ absolutionis pęna debita non remittitur.

Secundo. Item cum non sit minus dispositus ad recipiendum effectum clauium ille qui commisit paruum peccatum, quam ille qui maius commisit, tãtum remitteretur de pęna peccato debita minori, quantum de pęna debita maiori: sed posset ex vna parte peccatum esse ita paruum, & ex alia ita magnum, ꝙ tota pęna debita minori peccato non esset maior, quam illa pars q̃ remittitur de pęna debita maiori peccato: ergo illud minus peccatũ remaneret impunitum, quod est inconueniens.

In oppositum. CONTRA, de pę. dist. 5. Si cui. §. Alij ecõtra circa medium, dominus par ius soluendi esse voluit, & ligandi per vtrnmque pari condi tione permisit, sed sacerdos per potestatẽ clauium potest ligare pęnitentem aliqua pęna: ergo per eandem potestatem potest ipsum absoluere ab obligatione alicuius partis pęnæ.

Item magister huius dist. c. 7. dicit, ꝙ sacerdotes soluunt cum de pęna satisfactoria aliquid dimittunt.

CONCLVSIO.

Sacerdos virtute clauium non tantum remittit partem pęnæ temporalis, peccato debitæ: ab eo iniunctæ, sed etiam in purgatorio explendæ.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sacerdos potestate clauium potest pęnitenti remittere aliquam partem pęnæ temporalis peccato debitæ, non tantum illius quam sibi iniunxit, sed etiam illius quæ in purgatorio est explenda, & plus, vel minus potest de ista pęna remittere, secundum, quòd plus, vel minus pęnitens est bene dispositus.

Ad argum. primum. In contrarium. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ & si post absolutionem remaneat pęnitens obligatus alicui pęnæ, tamen nō remanet obligatus tante sicut ante absolutionem, & præterea si reuelatū esset sacerdoti, ꝙ tota pęna peccato debita esset pęnitenti remissa: adhuc deberet sacerdos pęnitenti iniungere aliquā pęnitentiam pro cautela contra futura, quia vt dictū est supra distin. 15. c. 5. Satisfactio pęnitentiæ non tm̄ est peccatorum causas excidere, sed etiam earum suggestionibus aditum nō indulgere.

Ad secundum. Ad secundum dicendum secūdum aliquos, ꝙ remissio pęnæ debitæ maiori, & minori peccato est secundum proportionem, ita ꝙ si remittitur decima pars pęnæ debitæ maiori, remittitur decima pęnæ debitæ minori. Sed hoc non videtur satisfacere argumētō, quia prima decima maior simpliciter est, quam secunda. Et ideo videtur dicendum, ꝙ nunquam pars pęnæ quæ remittitur in virtute clauium vna vice est tanta, sicut tota pęna cuicunque mortali peccato debita. Si autem dicis, ꝙ vna absolutione possit remitti tota pęna debita vni peccato veniali, non habeo hoc pro inconuenienti, Christus enim ita plenè satisfacit pro peccatis nostris, ꝙ si humilianti se sub sacramento, quod operatur in virtute meriti Christi remittitur aliquando tota pęna, nō propter hoc dici potest peccatum sine pęna dimitti.

QVAESTIO III.

Vtrum sacerdos parochialis teneatur audire confessiones parochianorum suorum quotiescunque voluerint in eodem anno confiteri.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic: quotienscunque vult peccator a peccato recedere Deus paratus est eum ad misericordiam recipere: ergo a simili quotienscunque vult confiteri, sacerdos cum sit loco Dei, ipsum audire tenetur, & sibi sacramētum pęnitentiæ administrare.

Secundum. Item sacerdos tenetur salutem animæ subditi sui cuilibet homo temporali præponere, sed si ipsum nollet audire quotienscunque vellet confiteri non præsupponeret salutem animæ eius omni bono temporali: quia saluti animæ subditi præponeret quietem corporis proprij: ergo sacerdos tenetur suos parochianos audire quotiescunque voluerint confiteri.

In contrarium argumentum. CONTRA, sacerdos non tenetur audire confessionem parochianorum suorum, quam obligetur per statutum ecclesiæ, sed per statutum ecclesiæ non obligatur nisi ad audiēdum eos semel in anno, extra de pęn. & re. Omnis vtriusque sexus: ergo videtur, ꝙ non tenetur eos audire, nisi semel in anno.

CONCLVSIO.

Sacerdos parochialis, tenetur tentione necessitatis audire parochianos suos semel in anno, extra vero illud tempus, minimè, nisi de congruo.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quæstio potest intelligi, aut de tentione necessitatis, aut de tentione congruitatis: si primo modo, non credo, ꝙ ordinariè sacerdos teneatur audire cōfessiones parochianorum suorum, nisi cum illi tenentur de necessitate confiteri, quod est saltem semel in anno, & quando sunt in infirmitate graui constituti, vel imminet eis aliquo modo periculum mortis: si tamen pluries voluerint confiteri, & sacerdos curatus eos audire noluerit, tunc liberè possunt subditi alium sacerdotem audire, & ei cōfiteri, & ille potest eos absoluere, nisi proprius sacerdos eorum qui eos audire noluit ad aliquem determinatū sacerdotē eos miserit, quia si audire non vult eos, nec ad aliquem sacerdotem determinatum mittere, eos implicitè licentiat, vt illa vice cōfitentur cuicunque sacerdoti voluerint. Loquendo autem de tentione congruitatis, dico quòd sacerdos tenetur eos audire quotienscunque voluerint confiteri, quia tali tentione tenetur laborare pro profectu animarum parochianorum suorum quantumcunque, & quomodocunque potuerit.

Ad argum. primum. AD PRIMVM dicendum, ꝙ argumentum bene procedit si quotienscunque parochiani vellent confiteri, & confessio esset eis necessaria ad remissionē mortalis peccati, sed hoc non est verum. Ad remissionem enim mortalis culpæ sufficit contritio cum proposito confitendi illo tempore, quo homo confiteri tenetur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd minor est falsa, quia per contritionem, vt iam dictum est, cum proposito confitendi tempore debito

bito remittitur culpa, & propterea vult frequẽter homo confiteri, qui pro illo tempore non indiget ad sui iustificationem susceptione sacramenti pęnitentiæ.

Ad argum. In contrarium. Ad argumenta ad partem aliam dicẽdum, quòd si præsbyter parochialis ad audiendum confessiones parochianorum suorũ non obligetur explicitè per statutum ecclesiæ, nisi semel in anno, tamen per illud statutum obligatur implicitè, & etiam iure naturæ, & diuino ad audiendum eos quotiẽscunque tenẽtur de necessitate confiteri, etiam si multotiens occurrant in eodem anno casus in quibus confiteri de necessitate tenentur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum claues respectu eiusdem peccati in numero habeant efficaciam plusquam semel.

Arg. I. ET VIDETVR, ꝙ sic: de pęniten. distin. I. mensuram. §. non sunt, quanto pluribus confitebitur quis in spe veniç turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis: ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere, quibus enim remittunt remittit Deus, quod intelligi non videtur nisi de remissione quæ fit virtute clauium.

Secundo. Item secundum cõsuetudinem ecclesiæ, qui pluries de eisdem peccatis in numero confitẽtur, pluries de illis absoluuntur, quod non fieret si absolutio secundo recepta nullam efficaciam haberet respectu eiusdem peccati in numero, quia tunc fieret iniuria sacramento.

Tertio. Item certum est, quod confessio iterata de eisdem peccatis in numero prodest non tantũ ratione humiliationis, & verecundię, quia tũc tantum valeret iterata laico coram quo magis erubesceret quantum iterata sacerdoti, quod falsum est: ergo prodest per aliquam efficaciã clauium.

Quarto. Item quamuis sacramenta veteris legis haberent efficaciam ex vi meriti, quia tamen nõ habebant ex vi sacramentis vocantur ab Apostolo ad Gal. 4. infirma, & egena elementa: ergo si claues respectu eiusdem peccati in numero non haberent efficaciam, nisi semel sacramentum pęnitentiæ secundo receptum respectu eiusdem peccati in numero esset infirmũ, & egenum elementum, quod non videtur dicendum.

Quinto. Item efficacia non tantum est respectu remissionis culpę, & pęnæ, sed etiam respectu dispositionis ad gratiam: sed quandiu sumus in via, gratia in nobis potest augeri: ergo respectu eiusdem peccati in numero claues possunt habere efficaciam plusquam semel, immo quotienscunque homo sacramentum pęnitentiæ dispositus receperit.

In contrarium. Arg. I. CONTRA, si aliquis esset, qui nunquam peccasse, & absolueretur, nullã reciperet efficaciam virtute clauium, sed culpa totaliter remissa, & quantum ad maculam, & quantum ad totam pęnam nõ plus grauat hominem, quam si nunquã fuisset facta: ergo respectu talis culpæ claues nullam pęnitus habent efficaciam, sed contingere potest, ꝙ propter magnam dispositionem pęnitentis remittitur culpa quantum ad maculam, & totam pęnam per susceptionem sacramenti pęnitẽtiæ semel: ergo saltem non semper habent claues efficaciam respectu eiusdem peccati in numero plus quam semel.

Secundo. Item illud quod habet efficaciam respectu duorum, ita quòd respectu vnius alio mediante nõ potest habere efficaciam suam respectu secundi, si non habet respectu primi. Sed claues efficaciã habent respectu remissionis culpæ, & pęnæ, & collationis gratiæ ita, ꝙ principalius respectu remissionis culpæ, & pęnæ, & secundario respectu collationis gratiæ: ergo respectu peccati remissi quantum ad maculã & totam pęnã, absolutio secundo accepta nullam habet ex vi clauium efficaciam.

Tertio. Item cum per absolutionem ex vi clauium remittatur pęnæ pars peccato debitę, totiens posset homo confiteri eadem die, & absolui, quòd eodem die remitteretur sibi tota pęna omnibus peccatis suis debita, nulla enim ratio est quare magis valeret absolutio secundo iterata expectãdo nouum deuotionis motum, quam iterata manente prioris deuotionis motu, si est ita fortis sicut esset motus sequens, & ita sequeretur, ꝙ grauissimum peccatum cum modica pęna posset dimitti.

CONCLVSIO.

Sacramentum pœnitentiæ ex ui clauium nullam habet efficaciam respectu eiusdem peccati pluries cõfessi, nisi iuxta dispositionem confitentis.

Huius quæstionis opinio prima. Arg. I. AD ISTAM quæstionem dicunt aliqui, quòd claues respectu eiusdem peccati in numero non habent efficaciam plusquam semel: baptismus enim qui est medicina curatiua directè originalis peccati, sicut sacramentum pęnitentiæ actualis peccati, non reiteratur, quia peccatum originale reiterari non potest: si enim posset iterari, iteraretur, & baptismus, & secundo susceptus efficaciam haberet, sed idẽ peccatum actuale in numero reiterari non potest. Vnde videtur, quòd respectu eiusdem in numero sacramentum pęnitentiæ ex vi sacramenti non habet efficaciam nisi semel.

Præterea cum quatuor sint sacramenta iterabilia, scilicet Eucharistia, pęnitentia, extrema vnctio, & matrimonium, videmus, ꝙ in sacramento Eucharistię verba, hoc est enim corpus meum, respectu eiusdem hostiæ, non ha-

habent efficaciam plus quã semel, verba etiã quæ sunt forma in sacramẽto extremæ vnctionis respectu eiusdem infirmi eadem infirmitate,& eodem statu infirmitatis manente interioris,& exterioris non habent efficaciam ex vi sacramenti nisi semel: verba etiã quæ sunt forma in sacramento matrimonij in eodem viro respectu eiusdem mulieris,& in eadem muliere respectu eiusdem viri non habent efficaciã ex vi sacramenti nisi semel, nisi contingeret, quòd vnus moreretur,&postea resuscitaretur, quia per mortem vinculum matrimoniale soluitur: ergo a simili sacramentum pęnitentię ex vi clauium non habet efficaciã respectu eiusdem peccati in numero nisi semel.

Tertio. Præterea extra de senten. excommunicatio. De cętero. De absoluto in casu necessitatis cui sub iuramẽto iniungitur, vt opportunitate habita summum pontificem statim adeat mandatum eius suscepturus dicit gl. non dicit absoluẽdus, quia iã absolutus est: quia obligatio semel extincta iterũ non reuiuiscit. de consec. dist. 4. quæris.& de pę. dist. 4. versus finẽ: ergo videtur, ꝙ si aliqs vere est absolutus de aliquo peccato, ꝙ absolutio respectu eiusdem peccati secundo suscepta ex vi clauium nullam efficaciam habet, alias videretur, ꝙ summus pontifex illum iterũ absolueret ab illo peccato, a quo fuit absolutus in casu necessitatis ab illo qui illum alias absoluere non potuisset. Ad hoc etiam valent rationes ad secundam partem inductæ.

Opin. 2: Alij dicunt de quæstione contrarium innitentes rationibus factis ad primam partem.

Præterea, sicut sacramentum pęnitentiæ est medicina contra peccatum actuale, ita baptismus contra peccatum originale, sed in illo in quo est remissum originale per baptismum flaminis efficaciam habet baptismus fluminis ex vi sacramenti; ergo similiter videtur quòd in illo in quo est remissum peccatum actuale per pęnitentiæ sacramentum, possint claues habere efficaciam respectu peccati eiusdem in numero, per sacramentum pęnitentiæ secundo receptum.

Præterea, quando confertur alicui sacramẽtum, quia nescitur vtrum illi alias fuerit collatum, vel non: confertur sub conditione, dicendo, si tu non es baptizatus, ego &c. Si ergo nõ esset secundo conferẽda homini absolutio de eodem peccato in numero, nisi quia incertum est vtrum, quando primo recepit absolutionẽ esset in tali statu, quòd claues in eo efficaciã habuerint, tunc sacerdos absoluendo secundo deberet apponere conditionem, dicendo; si prima absolutio non habuit efficaciam in te ex vi clauium: ego absoluo te &c. cum ergo consuetudo ecclesiæ nõ sit talis, videtur quòd si prima absolutio suum habuit effectum, secũda tamen respectu eiusdem peccati in numero efficaciam habet ex vi clauium, vel remittendo plus de pęna, quam erat remissum, vel ad augmentum gratiæ disponendo.

Ratio primæ opinionis ad arg. primum primæ partis. Qvi vult tenere primam opinionem potest dicere ad primum, quòd illud decretum in quo dicitur, quòd sacerdotes plus possunt proficere plus confitentibus parcere, intelligendum est de beneficio orationis, quia vt dicit glo. tanto plures obligat ad orandum pro se quanto pluribus confitetur.

Præterea, quanto plus laborat homo,& magis pro suis peccatis erubescit,& fortius pęnitet, tanto confessor secundum rectum iudicium rationis minorem pęnitentiam iniungere debet, proponere autem pluribus de eodem peccato confiteri, argumentum est magnitudinis pęnitentiæ, vel potest exponi illud decretum de illo qui quando primo confessus est non fuit verę pœnitens, qui pluribus sacerdotibus confitendo de congruo se disponit, vt Deus inclinet cor eius ad veram pœnitentiam, vt sic gratiam obtineat remissionis,& huic consonat, quod dicitur in decreto, tanto facilius consequitur gratiam remissionis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd de eodem peccato in numero pluries absoluitur homo, quia incertum est vtrum prima absolutio in eo habuit effectum, nec propter hoc debet in secunda absolutione conditionem ponere explicitam, vel actu explicitè intellectam, quia in his quæ ita frequenter sunt in vsu, non oportet conditionem explicare, nec de ea actualiter cogitare, sed sufficit illam habitualiter tenere, sicut cum homo adorat altissimum altaris sacramentum non tenetur actualiter cogitare de ista conditione si sacerdos fecit, vel dixit quod facere, vel dicere debuit: sed sufficit conditionem habitualiter in mente tenere. *In frequenter vsitatis sufficit conditionem requisitam habitualiter tenere.*

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd oratio sacerdotis cæteris paribus efficacior est ad impetrandum gratiam confitenti propter dignitatem sacerdotij:& quia potest orare, vt persona communis, quam oratio non sacerdotis.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd non valet, quia sacramenta veteris legis non habebant efficaciam ex vi sacramenti, nec bis, nec semel; & ideo dicta sunt infirma, vel egena elementa.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quòd quamuis in nobis semper possit augeri gratia dum sumus in via, non tamen ex hoc sequitur, quòd quotienscunque homo absoluitur de eodem peccato in numero, in eo gratia ex vi clauium augeatur, quamuis iam iustificato per contritionem gratiam cõferat prima vice, sicut quamuis baptismus aquæ iustificato per baptismum flaminis gratiam conferat vna vice: secundo tamen receptus gratiam non confert, absolutio tamen ex vi clauium confert gratiam pœnitenti non tantum semel, quia sacramentum pęnitentiæ est iterabile quotienscunque homo

mo peccat, ista quod iteratio peccati videtur esse ratio iterandi pœnitentiæ sacramentum.

Ad primam rationem positam in corpore quæstionis pro secunda opinione dicendum, quòd non plus concludit, nisi quòd iam iustificato per contritionem conferri potest gratia ex vi clauium, & hoc est verum, nec est simile de iam iustificato per contritionem, quæ non recipit pœnitentiæ sacramentum, & de illo, qui recipit. Ad aliam rationem solutum est ex dictis.

Ratio secundæ opinionis. QVI VVLT tenere secundam opinionẽ potest dicere ad primum contra eam, quod maior est dubia, & non probatur.

Ad argu. primum. Vel potest dici, quod non est simile de illo qui nunquam peccasset, & de illo qui peccat, quamuis peccatum eius totaliter remissum sit quantum ad maculam, & pœnam: quia Deus efficaciam concessit clauibus non pro illis, qui mundi viuerent per gratiam priuilegiatam, sicut pro alijs: non posset autem homo viuere quin peccaret venialiter, sine speciali priuilegio gratiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod sacramentum pœnitentiæ ex vi clauium efficaciam, quantum ad collationem gratiæ, haberet in illo cui remissum esset peccatum, quantum ad maculam, & totam pœnam si postea de illo confiteretur, & absolutionem reciperet. Vnde si detur, quod principalius respiciat remissionem culpæ, & pœnæ, quam collationem gratiæ, ex hoc tamen non sequitur, quod non posit habere effectum collationis gratiæ vbi non potest habere effectum remissionis culpæ, & pœnæ propter remissionem iam factam: sed bene sequitur, quod nunquam confert gratiam, quin retineat culpam, vel aliquam pœnam si non est ante tota facta remissio.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod sacramentum pœnitentiæ respectu eiusdem peccati in numero pluries receptum non habet efficaciam ex vi clauium, nisi obseruata reuerentia debita sacramento, ad quod requiritur, quod respectu eiusdem peccati non iteretur nisi adueniente nouo motu deuotionis, vel noua erubescentia in pœnitente, & per hunc modum concedo, quod totiens posset recipi, quod per talem receptionem remitteretur tota pœna peccato debita, nec propter hoc posset dici peccatum remitti, sine pœna, quia Christus abundanter sustinuit pœnam pro peccatis nostris, & præterea erubescentia, & labor, & sollicitudo hominis in pœnitendo, & confitendo est magna pœna.

Ad argu. primum primæ opinionis ratio quare baptismus nõ iteratur. AD PRIMAM rationem adductam pro prima opinionem in soluendo dicendum, quod tota ratio, quare baptismus non iteratur, non est, quia originale non iteratur, sed etiam, quia imprimit effectum indelebilem, scilicet, characterem mediante, quo susceptio exterioris sacramenti dispo- nit animam ad susceptionem remissionis peccati.

Ad secundam rationem dicendum, quod non est simile de pęnitentia, & alijs tribus, quia verba, quæ sunt forma in sacramento Eucharistiæ, vna vice explent respectu eiusdem hostiæ totam efficaciam suam, quæ est conuersio substantiæ panis in corpus Christi. Verba etiam, quæ sunt forma in sacramento matrimonij respectu earundem personam in numero explent totam efficaciam suam, si enim secundo reiterarent eadem verba non plus essent coniuges, quam ante, non sic autem est de sacramento pęnitentiæ, quamuis enim prima absolutio in homine bene disposito habeat totam efficaciam suam, quantum ad effectus essentiales, qui sunt culpæ remissio, pęnæ æternæ in temporalem commutatio, animæ ad Deum reconciliatio: non tamen ita est quantum ad effectus secundarios, quia per ipsum sacramentum receptum semel, non tantum remittitur de pœna, nec tantum dat Deus de gratia, sicut per ipsum pluries receptum. *Absolutionis effectus essentiales.*

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod illa auctoritas intelligenda est de absolutione ab excommunicatione, quæ non est per vim clauium, nisi extendendo nomen clauis ad clauem iurisdictionis, quam potest habere etiam non sacerdos. Vnde talis absolutio, proprie loquendo, non est sacramentum, nec pars sacramenti.

QVAESTIO V.

Vtrum sacerdos absoluens aliquem de facto ab illis peccatis a quibus non potest eum absoluere de iure peccet mortaliter. *Ale.p.4.q.21.m.3 ar.2.*

CONCLVSIO.

Dummodo hoc ab eo non fiat ex ignorantia inuincibili, aut probabili, sic absoluentem semper mortale peccatum incurrere, credendum est.

Responsio. RESPONDEO, quod sic absoluens, aut hoc facit ex ignorantia iuris, aut sciens ius quo hoc facere non sibi licet: si secundo modo, & hoc facit ex deliberatione mortaliter peccat, scienter enim, & ex deliberatione concessa sibi potestate abuti in præiudicium animæ alterius est mortaliter peccare. Sed sic absoluens potestate sibi concessa abutitur in præiudicium animæ illius, quem sic absoluit, & dat illi intelligere, quod absolutus est, cum tamen non sit, quantum in se est ipsum ponit in errore. Vnde super sic absoluentem cadit illa maledictio scripta Deuterono. 27. Maledictus, qui errare facit in itinere cœcum, si autem hoc facit ex ignorantia iuris,

& est illa ignorantia affectata, adhuc mortaliter peccat, quamuis non ita grauiter sicut ille qui hoc facit scienter: si autem est ignorantia crassa, adhuc credo, quod mortaliter peccat, quamuis non ita grauiter, sicut hoc faciens ex ignorantia affectata; sacerdotibus enim officium suum ignorare non licet, ad ipsos enim pertinet subditos suos in lege instruere, iuxta illud Aggęi. 2. Interroga sacerdotes legē. Vnde sic absoluentes exponunt se simili maledictioni illi, quæ venit super filios Heli: de quibus dicitur. 1. Reg. 2. quod erāt filij Belial nesciētes Dominum, neq; officium sacerdotum ad populum. De sic etiam absoluente, & absoluto tali absolutioni innitenti, nisi per ignorātiam inuincibilem, seu probabilem excusentur, dici potest illud Euangelij Matth. 15. Si cęcus cęco ducatum prębeat ambo in foueam cadunt: nec ille per ignorantiam excusatur, qui magis sollicitus est quærere cōsilium pro emptione vnius æqui, vel vnius bonæ robę, quàm pro animæ suæ salute.

Sacerdotibus officium suum ignorare non licet

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum aliquis debeat excommunicari.

Secundo vtrum pro solo peccato mortali.

Tertio vtrum vxor pro peccato mariti.

Quarto vtrum Dominus pro peccato subditorum.

Quinto vtrum excommunicatus iniustè debeat excommunicatus reputari.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquis debeat excommunicari.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4 dist. 18 p. 2 ar. 1. q. 1. D. Thom. 4. sent di. 18. q 2 ar. 1. Ale p 4. q. 22. m. 1. ar. 1 & 2.

ET VIDETVR, quod non: quia per excommunicationem traditur homo sathanæ in interitum carnis, vt habetur. 1. Cor. 5. Sed nullus debet tradi sathanæ, de quo non est desperandum. Cum ergo de nemine desperandum sit in via, secundum Augu. 1. lib. retract. c. 18. nullus debet excommunicari.

Secundo. Item in epistola Iudæ dicitur, cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudiciū inferre blasphemiæ: sed dixit, imperet tibi Dominus; sed ecclesia militans debet se conformare triumphanti: ergo nulli debet maledictionem excommunicationis inferri.

Tertio. Item quilibet homo aut est iustus, aut iniustus: si iustus excommunicari non debet, nec iniustus: quia medicina sacramentorum indiget: ergo nullus debet excommunicari.

In oppositum. CONTRA, vt habetur. 1. ad Cor. 5. Apostolus mandauit quendam turpem fornicationem extra communionem fidelium poni.

Secundo. Item princeps debet vti gladio temporali ad correctionem malorum: ergo a simili prælatus debet vti gladio spirituali ad correctionem malorum: sed gladius spiritualis est potestas excommunicandi: ergo quandoq; debet excommunicare malo, vt corrigantur.

CONCLVSIO.

Expedit aliquando sententiam excommunicationis ferri in eos, qui incorrigibiles fuerint.

Responsio. RESPONDEO, excommunicatio est a communione ecclesiæ separatio. 11. q 3. Nihil; sed quandoq; debet homo a communione ecclesiæ separari: quia aliquando sibi expedit, vt scilicet, erubescens, & fatigatus excitetur, & inclinetur ad se corrigendum per pœnitentiā quia etiam permanente malitia communio sacramentorum non esset sibi vtilis, sed nociua: est etiam quandoque vtile communitati fidelium, vt scilicet, ex timore pœnæ illius alij peccare timeāt, & ne peruersus alios inficere possit. 24. q. 3. Resecandæ, vbi dicitur sic: secandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus massa corpus, & pecora ardeat, corrūpatur, putrescat, & intereat, aliquando ergo debet homo excommunicari.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd ibi debet accipi interitus pro flagellatione temporali ordinata ad corruptionem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod non valet, quia diabolus est incorrigibilis, homo non, quamdiu est in via.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod sicut medicina indispositum non iuuat, sed sibi nocet, quāuis sit vtilis dispositio, sic communio sacramētorum non iuuat indispositum, sed volenti se disponere vtilis est.

QVAESTIO II.

Vtrum aliquis debeat excommunicari pro solo peccato mortali.

Arg. 1. D Bon. vbi supra q. 2. D Tho. vbi supra. Ale. p. 4 q. 21. m. 1. ar. 2.

ET VIDETVR, q non: quia quandoq; excommunicatur innocens cū probatur crimen contumaciæ contra ipsum in foro iudicij, nec tamen iudex hoc faciens repræhenditur, quamuis in sua conscientia sciat illum innocentem: ergo aliquando debet homo excommunicari non pro peccato mortali.

Secundo. Item medicina non tantum est ad curandū morbum: sed ad præseruandum a morbo: ergo cum excommunicatio sit medicinalis, vt habetur extra de senten. excom. Cum medicinalis, non tantummodo debet ferri ad curandum peccatum mortale, sed etiam propter periculum mortalis peccati.

In oppositum. CONTRA, extra de verborum signifi. Et parte, in glo. Nemo excommunicatur, nisi pro mortali, quia aliter non potest corrigi.

Secundo. Item, 11. q. 3. Nemo enim, dicitur, quod anathema non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerint corrigi.

CONCLVSIO.

Homines pro mortali tantum excommunicandi sunt,

sunt, immò nec pro quocunq; mortali, sed si contumaces, & incorrigibiles fuerint.

Responsio. RESPONDEO, quod excommunicatio maior est grauissima pęna, quam ecclesia possit inferre. Vnde dicit decre. c. immediate præallegato, quod anathema est æternę mortis dãnatio, & 24. q. 3. Corripiãtur, dicitur, quod excommunicatione nulla maior est pœna in ecclesia. Et ideo dicit glo. ibidem, quod non est infligenda pro leuibus criminibus. Vnde dicẽdum, quod iudex nullum debet excommunicare, nisi pro mortali peccato, nec pro quocũque mortali, sed pro peccato contumaciæ, vel cui contumacia est annexa. 11. q. 3. Absit, quadrupliciter autem homo peccatum contumaciæ incurrit, scilicet, aut quando sufficienter vocatus ad iudicium non venit, nec remanendi habet legitimam causam. 24. q. 3. De illicita. Aut veniens respondere contemnit, & rationem prætendere quare respondere non debet. Aut antequam debeat discedit. 11. q. 3. certum est. Aut sententiæ non obedit. 2. q. 6. Quisquis probatus. Ille autẽ qui impedit aut procurat frauduleñter ne ad ipsum citatio perueniat pro citato debet haberi. Ille etiam qui veniẽs se non repræsentat iudici: sed se occultat, reputandus est quasi non venisset.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod & si ille qui excommunicatur in prædicto casu non sit in mortali peccato cum iudex fert sententiam sicut pro mortali: quia iudex in foro contentioso non debet iudicare secundum sententiam proprie conscientiæ: sed secundum allegata. 3. q. 7. Iudicet, vbi dicitur, quod bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domestice proposito volũtatis, sed iuxta leges, & iura pronuncia: & parum post, sicut audit ita iudicat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod leuiori medicina præseruandum est a morbo, quam sit illa, quæ requiritur ad curationem iam habiti morbi.

QVAESTIO III.

Vtrum vxor debeat excommunicari pro peccato mariti.

Arg. 1. D Tho. vbi sup. ar. 4. q. 2. Ale p. 4 q. 22. m. 1. ar. 6. ET VIDETVR, quod sic: quia pro eius peccato debet interdici: ergo a simili, & excommunicari.

Secundo. Item si vir impignorauit terram, & insuper debitis obligatus absentet se de terra & assignata fuerit vxori aliqua portio terræ pro suo victu, poterit conueniri a creditoribus mariti, & nisi pro posse satisfaciat poterit excõmunicari: ergo in hoc casu poterit vxor excommunicari pro peccato mariti qui bona sua dissipauit.

In oppositum. CONTRA, 24. q. 3. §. 2. Non pro alicuius peccato tota familia excommunicanda est: ergo a simili, nec vxor.

CONCLVSIO.

Non est excommunicanda vxor pro peccato mariti, nisi sit particeps criminis.

RESPONDEO, quod excommunicatio non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerunt corrigi. 11. q. 3. Nemo Episcoporum, & cum peccatum mariti non sit peccatum vxoris, non est excommunicanda vxor pro peccato mariti, nisi esset particeps criminis: sed tunc non esset excommunicanda pro mariti peccato: sed pro suo. Similiter dico, quòd filius non est excommunicandus pro peccato patris, nec seruus pro peccato Domini. 24. q. 3. Si habes, & infra eod. c. §. Vt ergo: vbi dicitur, quòd illicite excommunicatur, quis pro peccato alterius, neq; aliqua ratione nitũtur qui pro peccato vnius in totam familiam sententiam ferunt excommunicationis. Responsio.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd non est simile de interdicto, & excommunicatione, longe enim maior pœna est excommunicatio, quàm interdictio: excommunicatione enim nulla pœna maior est in ecclesia. 24 q. 3. Corripiantur. Ad primũ.

Ad secundum dicendum, quòd in illo casu si vxor monita nollet satisfacere si talis est cõsuetudo, vt satisfacere debeat, excommunicaretur pro peccato proprio. Ad secundum.

QVAESTIO IIII.

Vtrum Dominus possit iustè excommunicari pro peccato subditorum suorum.

ET VIDETVR, quod sic: Reg. 1. c. 2. Prædicta fuit per Samuelem futura punitio Heli de peccato filiorũ suorum: ergo a simili pater potest excommunicari pro peccato filiorum, & Dominus pro peccato subditorum suorum. Arg. 1.

Item Trenorum vlti. Christus Dominus captus est in peccatis nostris, quod quædam gl. exponit de Iosia. Rex ergo a Deo iustè punitur pro peccato populi: ergo a simili, & pro peccato populi iuste excommunicatur. Secundo.

CONTRA, vt superius habitum est, nemo pro peccatis alterius excommunicandus. In oppositum.

CONCLVSIO.

Nullus debet excommunicare pro crimine subditorum

RESPONDEO, quod pro peccato populi Dominus excommunicari non debet, nisi committendo, vel omittẽdo sit particeps peccati populi, si enim princeps notabiliter negligens, & remissus fuerit in regimine populi sui, ita vt propter eius negligentiam, seu remissionem populus labatur in publica crimina, & maxime contra ecclesiam, si sufficienter ammonitus negligentiam suam non curauerit emendare, iustè potest excõmunicari: sed tunc non excommunicaretur pro subditorum peccato, sed pro suo. Responsio.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd Heli fuit punitus pro peccato proprio: quia filios suos modo debito nõ correxit. Vnde in eius redargutionem dixit sibi vir Dei ex parte Domini. Magis honorasti filios tuos, quàm me, vt habetur. 1. Reg. 2.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod secundum aliquos Iosias pro peccato suo permissus fuit interfici: quia non acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei, vt habetur. 2. Paralip. 35.

Vel potest dici, quod illud verbum Hiere. ad literam intelligitur de redemptore nostro, quod verisimilius est. Vnde glo. quæ illud verbum exponit de Iosias loquitur secundum iudæorum opinionem.

Potest etiam dici ad prędicta duo argumenta simul, quod non est simile de morte corporis, & de pœna excommunicationis: quia excommunicatio directius est pœna animæ, est enim spiritualis pœna. 24. q. 3. Si habes.

QVAESTIO V.

Vtrum excommunicatus iniuste, debeat excommunicatus reputari.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. dist 18. p 2. dub. 2. D Tho. vbi sup. a 1. q 4. Ale. p 4 q. 23. m. 2. ar. 1. & 2. ET VIDETVR, quod non: 24. q. 3. Crimen. §. illicita. Illicita excommunicatio non lædit eum qui notatur, sed illum a quo notatur: sed omnis excommunicatio iniusta est illicita: ergo non lædit eum in quem fertur.

Secundo. Item. 11. q. 3. Cui illata. Si sententia iniusta est, tanto curare eam non debet, quanto apud Dominum, & eius ecclesiam neminem potest grauare iniqua sententia, ita ergo ea se nõ absolui desideret, qua se nullatenus prospicit obligatum.

In oppositum 1. CONTRA, 11. q. 3. c. 1. Sentẽtia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est.

Secundo. Item eadem. q. qui iustus est, dicitur. Iniuste sententia homo parere debet ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur.

CONCLVSIO.

Excommunicatio lata ab aliquo potestatem habẽte, siue iustè, siue iniustè semper timenda.

Responsio. RESPONDEO, sicut dicitur. 11. quęstio. 3. Episcopus. §. Si ergo: sententia aliquãdo iniusta est ex animo proferentis, iusta vero ex ordine, & causa: aliquando est iusta ex animo, & causa, sed non ex ordine: aliquando est iusta ex animo, & ex ordine, sed non ex causa. Iniusta est ex causa, quando omnino nullum delictum subest in eo in quam fertur excommunicatio, quod sit excõmunicatione dignum. Ex animo iniusta est sententia, quando non fertur amore iustitiæ, sed liuore odij, vel precio, aut fauore aduersariorum. Ex ordine iniusta est, quando fertur iudiciali ordine non seruato, eadem. q. c. seruetur. §. Item sententia. In his omnibus casibus sententia excommunicationis iniusta timenda est, & tenenda quousque per eum qui eam tulit, vel per superiorem fuerit reuocata, exceptis tribus casibus. Vnus est, quando excommunicans non habet potestatem excommunicandi. Alius est quando fertur excommunicationis sententia post appellationem legitimam, extra de appella. ad nostram præsentiam, & de senten. excommu. Per tuas. Tertius est, quando intolerabilis error patenter continetur in causa, vt habetur in decretali vltimo allegata. *Excommunicatio iniusta quibus casibus timenda non est.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod illud verbum intelligendum est de læsione quo ad Deum, & de illo qui excommunicationem non contemnit, & quando excommunicatio est iniusta ex causa.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod illud decretum intelligendum est, vel de grauamine apud Deum, vel quando intolerabilis error continetur in causa, & si est causa iniusta, non tamẽ est intolerabilis error. Illud verbum, se nõ absolui desideret, intelligendum est, quantum ad reatum, non quantum ad sui reconciliationẽ cum militante ecclesia.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum sacerdos parochialis possit excommunicare subditos suos.

Secundo vtrum excommunicatus, vel suspensus possit aliquem excommunicare.

Tertio vtrum aliquis nõ sacerdos possit aliquem excommunicare.

Quarto vtrum irregularis possit aliquem excommunicare.

Quinto vtrum iudex delegatus post reuocationem remissionis sibi factæ, possit antequã reuocatio cõmissionis ad eum peruenire potuerit, aliquem excommunicare.

QVAESTIO I.

Vtrum sacerdos parochialis possit excommunicare subditos.

ET VIDETVR, quòd sic: 2. q. 1. Nemo Episcopus: Nemo presbyter excommunicet aliquem antequã &c. ergo presbyteri parochiales excommunicare possunt. *Arg. 1. D Bon li 4 di. 18. p. 2. ar. 1. q. 3. D. Tho. vbi sup. art. 5. q 1. Ale. p. 4. q. 22 m. 1. a 4*

Secundo. Item plebani possunt excommunicare, extra de officio ordinarij. Cum ab ecclesiarum, sed plebani sunt parochiales sacerdotes: ergo parochiales excommunicare possunt.

Tertio. Item illi possunt excommunicare, qui habent potestatem iudicandi in foro exteriori: sed hoc possunt parochiales sacerdotes, extra de iudicijs, decernimus, & 15. quæstio. 4. nullus Episcoporum, & c. nullus Episcopus: ergo sacerdotes parochiales excommunicare possunt.

Quarto. Item maius est iudicare in foro cõscientiæ, quam in foro exteriori, sed primum possunt sacerdotes parochiales: ergo sic secundum.

In opposi-tum. CONTRA, 16.q.2. Visis: in fine, excõmunicatio dicitur numero Episcopi: ergo videtur, ꝙ sacerdotes inferiores excommunicare non possint.

Secundo. Item 11.q.1. Peruenit, dicitur, ꝙ si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat: ergo videtur, ꝙ inferior, quam episcopus non sit iudex in foro exteriori ecclesiastico, & ex consequenti, ꝙ nec excõmunicare possit.

CONCLVSIO

Sacerdotis parochialis non licet excommunicare nisi hoc consuetudo præstet, & in aliquibus casibus tantum.

Responsio. RESPONDEO, aliqui dixerunt, ꝙ omnes prælati ecclesiarum de iure communi excommunicare possunt, licet episcopi iam contra multos præscripserint, presbyteri autẽ parochiales prælati sunt subditorum suorũ. Vnde a iure communi excommunicare possunt subditos suos, nisi inquantum contra eos episcopi præscripserint. Alij autem dixerunt solũ Episcopum: non prælatum inferiorem esse iudicem ordinarium in foro exteriori, & secundum hoc dicendum est simplices sacerdotes non posset excommunicare nisi in aliquibus casibus ratione consuetudinis approbare, qđ credo esse verum, quia ille qui excõmunicat debet iurisdictionem habere in foro exteriori, quia sicut dicitur 2.q.1. Nemo. Nullus debet excommunicare antequã causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iuberent.

Ratio autem quare possunt excommunicare ratione consuetudinis est, quia consuetudo dat iurisdictionem 9.q.3. conquæstus, in textu & in glo. & extra de arbitris: dilecti. Consuetũ est autem, ꝙ excõmunicant parochianos suos committentes furtum, vel rapinam in generali, dicendo sic. Excommunico illum qui talem rem furatus est, vel rapuit.

Abbates autem potestate ordinaria excommunicare possunt subditos suos, quia eorũ est ordinarius iudex in vtroque foro.

Priores etiam excommunicare possunt, extra de maio. & obed cum in ecclesijs. Archidiaconi etiam de mandato Episcopi, extra de officio archidiaconi. Archidiaconis, in textu, & in glo. vel de antiqua, & approbata consuetudine, extra de offi. archi. c.1.

Ad primũ, secundũ, & tertium. AD tria prima ad partem primam dicendum, ꝙ illa iura intelligenda sunt in casibus aliquibus, & modo cõcessis simplicibus sacerdotibus, vel a iure, vel a consuetudine, vel ab homine.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis sit maius iudicare in foro conscientiæ, quam in foro exteriori, non tamen tanta solennitas exterior requiritur, requiritur autem illa solemnitas, vt diligentius a præiudicio cuiuscunque partis caueatur.

Ad aliã partem. Argumenta ad partem aliam procedunt de excommunicatione quæ fertur potestate ordinaria de iure communi.

QVAESTIO II.

Vtrum sacerdos suspensus, vel excommunicatus posit excommunicare.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. art. 2. q.3. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia retinet potestatem, & iurisdictionem.

Secundo. Item conficere potest corpus Christi, quod maius est.

In oppositum. CONTRA, 24.q.1. Audiuimus, excommunicatus te excommunicare non potuit.

Secundo. Item eadem quæstione: miramur, excommunicati iudices esse non possunt, sed nullus excõmunicare potest nisi iudex ordinarius, vel delegatus: ergo excommunicatus excommunicare non potest.

CONCLVSIO.

Excommunicatus, nec excommunicare, nec absoluere valet, pariterque suspensus ab officio, & officij executione simul, qui si ab officio duntaxat, vtique potest.

Respons. RESPONDEO, ad excommunicandum, & absoluẽdum requiritur potestas iurisdictionis libera, excommunicatus autem, & si potestatem iurisdictionis habeat, non tamẽ habet eam liberam, sed ligatam, quia non habet executionem: & ideo excommunicare nõ potest, nec absoluere: de suspenso autem distinguendum est, vt distinguit glo. 14.q.1. Audiuimus, quia aut est suspensus ab officio, sed non ab executione iurisdictionis, aut econuerso, aut ab vtroque: primo modo non posset celebrare diuina, & tamen posset excommunicare: secundo modo non posset excommunicare, sed posset celebrare: sed tertio modo suspẽsus neutrum potest de iure.

Ad primũ. AD PRIMVM solutum est ex dictis in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia conficere est actus potestatis fundatæ super chatacterem sacerdotalem, qui per hominem auferri non potest, sed potestas ligandi, & soluendi vltra hoc requirit iurisdictionem quæ per hominem auferri potest, vel suspendi.

QVAESTIO III.

Vtrum non sacerdos posit aliquem excommunicare.

Arg. 1 D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi sup. q.2. ET VIDETVR, ꝙ non: quia non habet potestatem clauium, sed ligare, & soluere est actus potestatis clauium, cum ergo excommunicatio sit ligatio quædã, non sacerdos non potest excommunicare.

Item

Secundo. Item non sacerdos nō potest ligare, nec soluere in foro pœnitentiæ: cum ergo ad ligandum, & soluendum in foro exteriori requiratur maior solemnitas, quàm in foro pœnitentiæ, & excommunicare sit ligare in foro exteriori, non sacerdotes non possunt excommunicare.

In oppositum. CONTRA, electus in Episcopum, & confirmatus antequam sit sacerdos potest excommunicare, suspēdere, interdicere, extra de electione, transmissam.

Secundo. Item electus in Abbatem, & confirmatus etiam si non sit sacerdos potest excommunicare monachos suos, si Episcopus tertio cum humilitate ac deuotione, sicut conuenit requisitus non vult eum ordinare, nec benedicere. Argumentum ad hoc, extra de supplen. negligentia prælatorum. Statuimus.

CONCLVSIO.

Non sacerdos habens potestatem iurisdictionis potest excommunicare.

Responsio. RESPONDEO, quòd excommunicare est actus potestatis iurisdictionis in exteriori foro. Vnde omni habenti talem iurisdictionē ordinariam, vel delegatam inest potestas excommunicandi, potestatem autem prędictę iurisdictionis potest habere nō sacerdos, & ideo aliquis non sacerdos excommunicare potest, sicut bene probant iura ad partem secundam allegata.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod ligare, & soluere in foro exteriori nō est actus potestatis clauium proprie loquēdo de clauium potestate, quæ a Domino datur in ordine sacerdotali: sed sibi accidit. Vnde potestatem clauium possunt habere sacerdotes sine potestate iurisdictionis prędicte, & iurisdictio haberi, sine prædicta potestate, & ideo aliqui sunt sacerdotes qui non possunt excommunicare, & aliqui non sacerdotes qui possunt excommunicare.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd ad actum ligandi, & soluendi in foro pœnitentiæ requiritur potestas clauium, quæ fundatur in charactere sacerdotali, quam impossibile est habere, & non esse sacerdotem.

QVAESTIO IIII.

Vtrum irregularis possit aliquem excommunicare.

Arg. 1. ET VIDETVR, quod non. Illud, quod deijcit hominem a statu prælationis, prohibet eum posse exequi ea, quæ sunt iurisdictionis, quia omnis habens super aliquem iurisdictionem aliquo modo quo ad hoc eius prælatus est, sed excommunicare præsupponit in excommunicante iurisdictionem super illum quem excōmunicat, cum ergo irregularitas deijciat hominem a statu prælationis, vt probari potest per illud, quod habetur, extra, de ętate, & quali. ordi. c. 1. & de electione, cum in cunctis, videtur, quod irregularis excommunicare non potest.

Secundo. Item suspensus excōmunicare non potest, quod probo per hoc: quia non potest eligere, extra de consue. cum dilect. & de elec. cum inter. R. seniorem, sed omnis irregularis est suspensus: ergo irregularis excommunicare non potest.

Tertio. Item infames nullum excōmunicare possunt: qa infamibus ꝑsonis actus legitimi sunt pœnitus interdicti, argumentum ad hoc, extra, de testibus. Testimonium in gl. & de excessibus prælatorum, inter dilectus, & de purga. canonica, inter solicitudines, in gl. sed prælatus qui per suam culpam efficitur irregularis infamis est. 6. q. 1. Omnis vero: ergo nullum potest excommunicare.

In oppositum. CONTRA, Abbas excommunicare potest: sed irregularis potest assumi in Abbatem tempore necessitatis, extra, de ætate, & qualit. ordi. Tuam: ergo irregularis excommunicare potest.

Secundo. Item conuenientius est, quòd clericus irregularis possit excommunicare, quam laicus: sed laicus excommunicare potest ex superioris concessione. 79. dist. Si quis pecunia: ergo clericus irregularis potest excommunicare.

CONCLVSIO.

Irregularis tàm culpa sua, quàm absq; excommunicare potest, dummodo per sententiam a iure a statu expresse minime sit deiectus.

Responsio. RESPONDEO, quòd prælatus factus irregularis, aut factus est irregularis sine culpa sua aut per culpam suam. Si primo modo talis irregularitas non debet ipsum deijcere a suæ prælationis statu. extra. de æta. & quali. ordi. c. 1. in glo. & argumentum ad hoc, infra, de cle. eg. c. illud. Afflicto enim afflictio addenda non est, & prælatus sic factus irregularis exequi potest ea, quæ sunt iurisdictiōis. Vnde excommunicare potest: sed non debet exequi ea, quæ sunt ordinis. Vnde nec celebrare, absoluere in foro pœnitentiæ debet, nec alia sacramēta ministrare, baptismo excepto, quod licitum est cuilibet in casu necessitatis ministrare: baptizare tamen non debet solemniter, quia sic baptizare non pertinet, nisi ad sacerdotes potentes libere exequi sacramentorum administrationem. Si autem factus est irregularis per culpam suā, pro tali irregularitate deijci debet a prælationis statu: quia tamen ab illo statu non est deiectus ipso iure, antequā deijciatur per sententiam potest excommunicare, cū enim suspensio sit pœna magna extendenda non est, nisi ad casus expressos in iure, vel ad similes, non autem inuenitur in iure positum tales esse suspensos ab his, quæ sunt iurisdictionis: irregularitas enim non videtur suspendere irregularem, nisi ab executione eorum, quæ sunt ordinis, nisi sit contracta per talem casum, quo priuatos irregularis priuilegio clericali,

ricali, vel quo factus infamis, clericus enim non ordinatus si sit officialis excommunicare potest, prælatus tamen irregularis postquã a suo statu deiectus est, excommunicare non potest, nec absoluere.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, quod illę decretales allegatę intelligendę sunt de illo qui factus est irregularis per culpam suam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod suspẽsus ab executione eorum, quæ sunt ordinis tantum, excommunicare potest, quia potest exequi ea, quæ sunt iurisdictionis: sed suspensus a iurisdictione excommunicare non potest, nec etiam præbendas dare: extra. de concess. præben. quia diuersitatem, non omnis autem irregularis suspensus est ab executione eorum, quæ sunt iurisdictionis, quamuis omnis irregularis suspẽsus sit ab executione eorum, quæ sunt ordinis.

Vel potest dici secundum alios, quod maior argumenti intelligenda est de suspenso ab homine, non a iure tantum, & sic intelliguntur decretales allegatę ad probationem eius: irregularis autem suspensus est a iure, ratio autem quare plus punitur suspensus ab homine, quã a iure tantum est, quia qui contemnit iudicis præceptum, quod est factum legis auctoritate, simul contemnit legem animatam, & inanimatam: minister enim legis quodãmodo lex animata est, lex autẽ scripta est inanimata: & ideo mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis, & præterea vox viua efficacius mouet, quã scriptura tantum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod infames excõmunicare possunt, loquendo de illis qui egerunt pœnitentiam de culpa pro qua incurrũt infamiam, minor argumenti non est vniuersaliter vera, factus enim irregularis, quia celebrauit excommunicatus per quandam ignorantiam crassam, vel quia iuris peritiam nõ habebat, non est infamis postquam ab excommunicatione absolutus est, etiam irregularitate remanente, si egit pœnitentiam de hoc, quod celebrauit excommunicatus, dicitur enim. 6. quæstio. 1. Omnis vero, in gl. quod infamia cõtracta ex sententia excommunicationis tollitur per absolutionem, simile etiam habetur. 4. q. 1. c. 1. in textu, & in glo. Infamia etiam canonica, quam incurrit per hoc, quod celebrauit excommunicatus tollitur per pœnitentiam. 6. q. 1. Illi qui in tex. & expressius in glo.

Ad primũ secũdæ partis. AD PRIMVM ad partem secundam potest dici, quod illud, quod ibi dicitur dispensatiue, intelligitur secundum quod dicit quædam gl. ibidem.

Ad secundum dicendum, quod illud, quod in illo decreto dicitur de laico, intelligendum est in speciali casu, scilicet, contra inuasorem apostolicę sedis: sed quia. 16. distinctio. c. 1 dicitur, quod de rebus ecclesiasticis non legitur aliquando laicis disponẽdi attributa facultas. Ideo aliter dici potest secundum glo. ibidem, quod illa verba decreti liceat Cardinalibus, & alijs clericis timentibus Deum, & laicis inuasorem anathematizare, & humano auxilio ab apostolica sede pellere, referendã sunt singula singulis, sic liceat clericis anathematizare, & a laicis humano auxilio ab apostolica sede pellere.

QVAESTIO V.

Vtrum iudex delegatus post reuocationem commissionis sibi factæ, possit antequam reuocatio commissionis ad eum peruenire potuerit aliquem excommunicare.

CONCLVSIO.

Cuiuslibet iudicis delegati, tenet sententia excommunicationis antequam reuocationis sententiam habuerit.

Responsio. RESPONDEO, quòd sic: quia antequam ad eum reuocatio cõmissionis perueniat manet penes eum potestas, quæ sibi fuerat commissa, extra, de procur. Auditis, in glo. enim dicitur, quod in iudice tenet, quod facit, donec intelligit iurisdictionem reuocatam, & argumentum ad hoc, extra, de appel. Vt debitus honor. Ibi enim dicitur, quod si quis coram idoneo iudice conuenerit aduersarium, & ille dicat, quod ad superiorem iudicem nunciũ destinauerit, aut litteras impetrauerit ab eodem nihilominus iudex ille in causa potest procedere antequam illę litterę delegato fuerint assignatę. Et vt dicit, quædam gloss. ibidem per hanc decretalem correcta sunt illa iura, supra eod. titul. meminimus, & c. ad hoc, sicut, & supra de officio delega. cum causa, aliquibus tamen videtur, quod illa iura cum isto concordari possunt si curialiter exponantur.

Alij autem probabiliter respõdent ad quęstionem per distinctionem dicentes, quod aut ille, qui reuocat commissionem intẽdit, & exprimit, quod sit irritum, & inane quicquid ex tunc per delegatum fuerit attentatum, aut nõ: si primo modo, non tenebit sententia lata postea a delegato: si non, tenebit sententia, vt supra in quæstione dictum est.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum superior possit excommunicari ab inferiori.

Secundo vtrum excõmunicatus possit excommunicari.

Tertio vtrum communitas possit excommunicari.

Quarto vtrum mortuus possit excommunicari.

Quinto vtrum habens priuilegium, quod non potest excommunicari, possit excommunicari.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum superior possit, excommunicari ab inferior.

Arg. 1. D. Th. vbi supra, ar. 3. q. 1. ET VIDETVR, quod sic: Apostolus ad Gala. 1. Licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis prærterquam, quod euangelizauimus vobis anathema sit: sed apostolus erat inferior quolibet Angelo: quia de Ioan. Baptista dicitur Matth. 11. Qui minor est in regno cęlorum maior est illo: ergo superior potest excommunicari ab inferiori.

Secundo. Item capellanus qui est inferior Episcopo potest ipsum absoluere in foro pœnitentiæ, & etiam ligare: ergo similiter in foro exteriori, vt videtur.

In oppositum. CONTRA, vt habitum est in præcedenti quæstione excommunicare est actus potestatis iurisdictionis: sed inferior in superiorem talem potestatem non habet.

CONCLVSIO.

Inferiorum nemo est, qui suum superiorem excommunicare valeat.

Responsio. RESPONDEO, quicunq; habet potestatem iurisdictionis super aliũ, in hoc superior est illo: sed nullus est superior sibi æquali, nec suo superiori: ergo nullus habet potestatem iurisdictionis cuius actus est excõmunicare super sibi æqualem: nec super suum superiorem, & ideo quãuis homo possit facere quare debeat excommunicari, tamen nullus potest excommunicare sibi æqualem, nec suum superiorem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd Apostolus per illud verbum non intendebat excommunicare Angelũ absolute, nec etiam sub hac conditione si euangelizaret cõtrarium huic, quod apostolus euangelizabat: quia si Angelus, qui non peccauit peccaret, non subesset foro ecclesiæ militantis, sicut nec illi qui peccauerunt, sed intendebat dicere apostolus, quod si Angelus euangelizaret contra illud, quod euangelizauerat non crederẽt ei, sed maledicerent. Vnde ibi accipitur anathema pro perditione, seu maledictione: anathematizare enim vno modo idem est, quod maledicere, & apostolus licuit maledicere Angelo sub illa conditione, quam apposuit, quia si ponatur per impossibile quod Angelus bonus peccaret, dignus esset maledictione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod capellanus quamuis possit Episcopum absoluere per potestatem ex commissione acceptã, vel ab Episcopo, vel superiori suo, qua potestate accepta in foro pęnitentiæ superior est Episcopo, quia in tali foro peccatum hominem superiorem constituit. In foro tamen exteriori capellanus etiam ex commissione Episcopi non posset ipsum Episcopum ligare, vel soluere, quãuis hoc possit ex commissione Papæ, vel eius legati, peccatum enim non sic constituit hominẽ inferiorem in foro exteriori sicut interiori.

QVAESTIO II.

Vtrum excommunicatus possit excommunicari.

ET VIDETVR, quod non: Aposto. 1. Cor. 5. Quid ad nos de his qui foris sunt iudicare? Sed excommunicatus iam est extra ecclesiam: ergo ecclesia non potest illum iudicare, & ex consequenti, nec excommunicare. Arg. 1. D. Bon. hic p. 2. ar. vn. q. 4. D. Tho. vbi sup. q. 3. Ale. p. 4 m. 1. arti. 5. q. 23.

Secundo. Item per excommunicationem homo extra communionem ecclesiasticam eijcitur: sed eiectus non potest eijci: ergo nec excommunicatus excommunicari.

In oppositum. CONTRA, excõmunicatus pro vna causa potest adhuc excommunicari pro alia, extra de sent. excom. Cum pro causa, quod verũ non esset, nisi excommunicatus adhuc posset excommunicari.

CONCLVSIO.

Vtique potest excommunicatus iterum excommunicari, cum præsertim ab Ecclesia magis elongari possit.

Responsio. RESPONDEO, excommunicatus potest excommunicari, sicut enim Christianus per primum peccatum mortale a Deo separatur, & per secũdum plus elõgatur, & sic deinceps. Sic homo per primam excommunicationem a communione ecclesię separatur, & per sequẽtes excommunicationes amplius elongatur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod Apostolus ibi loquitur de his, qui ita foris sunt, quod nunquam intrauerunt, vt pagani, & iudæi, qui nunquam sacramentum baptismi, per quod intratur in ecclesiam, sumpserunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod quamuis eiectus non possit eijci, potest tamen amplius elongari.

QVAESTIO III.

Vtrum communitas possit excommunicari.

Arg. 1. D. Tho. vbi supra. q. 2. ET VIDETVR, quod sic: quia si caput potest excõmunicari, multo fortius, & corpus, cum caput præmineat corpori. Sed princeps qui est caput communitatis potest excommunicari, dicitur enim decre. 96. dist. Duo. quod B. Ambro. Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit: ergo multo fortius communitas potest excommunicari.

Secundo. Item tota communitas potest esse in culpa, pro qua excommunicatio ferẽda est: sed quos attingere potest causa, attingere potest effectus: ergo communitas potest excommunicari.

Tertio. Irem potest interdici: ergo a simili excommunicari.

In oppositum. CONTRA, glo. super illud Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit. Multitudo non est excommunicanda, nec princeps populi.

Item decre. dist. 44. Comessationes: leuissimis, & instantissimis ammonitionibus multitudo tangatur, sed excommunicatio non est ammonitio leuissima, sed pęna grauissima: ergo multitudo non est excommunicanda.

CONCLVSIO.

Cum rarissimè contingat omnes cuiusuis vniuersitatis peccatis ijs esse obnoxios, pro quibus ferenda sit excommunicatio, ea propter vniuersitas excommunicari nec debet, nec potest.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ communitatem non debere excommunicari certum est, extra de sen. excom. Romana ecclesia. §. vlt. vbi dicitur sic. In vniuersitatem vel collegium proferri excommunicationis sententiam pęnitus prohibemus, volentes animarum vitare periculū, quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingeret innoxios etiam huiusmodi sententia irretiri.

Sed vtrum si feratur sententia teneat, dixerunt quidam ꝙ sic, quia multa contra prohibitiones fiunt, quæ facta tenent, quamuis contra prohibitiones faciens grauiter peccet.

Alij respicientes non tantum ad verba, sed etiam principaliter ad intentionem constituētis quæ principalius est consideranda. C. de legibus. l. 2. dicunt, & bene, ꝙ sententia si feratur in communitatem non tenet, si enim teneret ꝑ hanc constitutionem non caueretur animarū periculo, ꝙ institutio vitare intendit.

Ad primū. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ quamuis princeps sit caput communitatis, tamen magis potest caueri periculum ligationis innoxiorum, cum solus princeps excommunicatur, quam si excommunicaretur communitas.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis possibile sit omnes de vna communitate commisisse crimen pro quo ferenda est excommunicatio, hoc tamen raro contingit, ad ea vero quæ frequenter accidunt iura aptantur.

Ad aliam partem. AD PRIMVM in oppositum ad partem aliam dicendum, ꝙ illa glo. quantum ad hoc, dicit principem non esse excommunicandum intelligenda est sic, ꝙ non debet excommunicari nisi pro grauissimis causis.

QVAESTIO IIII.

Vtrum mortuus possit excommunicari.

Arg. 1. ET VIDETVR, quòd non: extra de sententia excommuuica. Cum medicinalis: dicitur, ꝙ excommunicatio debet esse medicinalis: sed non potest esse medicinalis mortuo: ergo mortuus non potest excommunicari.

Secundo. Item 24. quæstio. 2. Damnationis, dicitur, ꝙ viuentes, non mortuos soluere possumus, vel ligare.

In oppositum. CONTRA, 24. q. 2. Sanè profertur, habetur, ꝙ hæretici, & schismatici illi quorum scripta hæresim continent post mortem sunt excommunicandi.

Secundo. Item si aliquis mandet alicui subdito suo, vt occidat clericum Titium, & moriatur antequam mandatarius exequatur mandatum, post mortem mandātis mandatarius mandatum exequitur, mandans carere debet ecclesiastica sepultura, si efficaciter non reuocauit mandatum reintegraliter, ita ꝙ ad mandatarium reuocatio peruenerit: sed nō deberet priuari sepultura pro occasione illius clerici occisi post mortem, nisi pro hoc incurreret excommunicationem iam mortuus, quia viuens pro hoc excommuaicationem non incurrit, cum mortuus fuerit ante factum: ergo aliquis post mortem potest incurrere excommunicationis sententiam.

CONCLVSIO

Possunt æquidem etiam mortui interdum excommunicari, in eos enim ad aliorum terrorē fertur excommunicatio.

RESPONDEO, ꝙ excommunicari possunt homines post mortē. i. hæretici, & schismatici, & qui hæreticum constituūnt hæredē. 24. q. 2. Sanè profertur, & illi qui seipsos voluntariæ occidūt 23. q. 5. Placuit, & hi excommunicantur, non quia illa excommunicatio sit illis pęna, vel medicina, sed in detestationē criminis ad terrorem aliorum. Vnde huiusmodi quo ad hoc est alijs medicina. Responsio.

ET sic patet solutio ad primum in oppositum. Ad primū.

Ad secundum patet solutio per illud quod in eodem decreto immediate subiūgitur, post verbum enim allegatum dicitur, verum hoc non est de omni crimine intelligendum, sunt enim quædam de quibus etiam possunt post mortem accusari quilibet, vel damnari, veluti hæresis. Ad secundum.

AD ARGVMENTVM secundum ad partem secundam dicunt aliqui, quòd verum concludit. Ad aliā partem.

Alij dicunt, ꝙ talis excommunicatus non est, & tamen si peccatum suum fuit notorium, & in fine signa pęnitentiæ non apparuerint nō debet sepeliri in terra sacra: quia si signa pęnitentiæ non ostendit præsumitur decessisse in suæ voluntatis damnabili peruersione.

QVAESTIO V.

Vtrum habens priuilegium, ꝙ non possit excommunicari ab ordinario, possit ab eo excommunicari.

CONCLVSIO.

Potest, si iudici ignotum priuilegium petenti ostēdere noluerit.

RESPONDEO, aut habens tale priuilegium allegat ipsum in sui defensionē antequā contra ipsum feratur sententia, aut non: si primo Responsio.

mo modo valet sententia cõtra ipsum lata ab ordinario: si secundo modo, aut illud priuilegium est publicatum, aut non: si est publicatũ non tenet sententia contra ipsum ab ordinario lata: si non est publicatum, aut est notum iudici, aut non, si notum est iudici credo, ꝙ non valet sententia ab ipso contra priuilegium lata: argumentum ad hoc extra de appellatio. Si duobus, in text. & expressius in glo. si autẽ non est iudici notum, nec priuilegiatus fuit in longo tenore libertatis illius, tunc tenet sentẽtia contra eum lata, argumentum ad hoc in decretali immediate allegata, quod credo esse intelligendum si iudex inferendo sententiam obseruauerit formam iuris, & ferat sententiã nõ sub conditione, sed absolute: & si non continetur in priuilegio, quòd dominus Papa omnes sententias si quas in posterum cõtra ipsum priuilegium promulgare contigerit, ex tunc decreuit irritas, & inanes, & eas penitus non tenere: si etiam priuilegiatus allegat priuilegium non publicatum, nec iudici notum, nec fuit in longo tenore libertatis illius, & iudici petenti priuilegium sibi ostendi, non vult priuilegium ostendere, nec clausulam continentem suam libertatem, tenebit sententia si feratur contra eum, extra de priuileg. Quia personæ. Nec propter ostensionem priuilegij sequẽtem iudicabitur sententia fuisse nulla, nec etiã reuocanda, argumentum ad hoc extra de sententia, & re iudi. Suborta. in fine, vbi dicitur, ꝙ si priuilegium ante sententiam non fuerit exhibitum prætextu priuilegij de nouo reperti non debet sententia reuocari, quod est intelligendum nisi dominus Papa aliter faceret ex gratia.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quæritur de sexto principali: Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum participans cum excommunicato sit excommunicatus.

Secundo vtrum participare cum excommunicato semper sit peccatum mortale.

Tertio vtrum participans scienter cum excommunicatis a Papa sit excõmunicatus maiori excommunicatione.

Quarto vtrum sacerdos recipiens oblationes suorum parochianorum excommunicatorum sit excommunicatus.

Quinto vtrum aliquis solus sciens aliquem excommunicatum tenetur ipsum vitare.

QVAESTIO I.

Vtrum participans cum excommunicato sit excommunicatus.

Arg. 1. D. Bo. d. 18. parte 2. ar. 1 q. 5. D. Tho. vbi sup arti. 4. q. 2. Secundo. Alexã. p. 4. q 23. m. 1. ar. 6.

ET VIDETVR, ꝙ non; 3. Quicunq; communicauerit, vel orauerit cum excommunicato si laicus est, excommunicetur: ergo videtur, ꝙ ipso facto non sit excommunicatus.

Item participans cum peccatore, non tamẽ in peccato non incurrit peccatum: ergo a simili participans cum excommunicato non tamẽ in suo crimine non incurrit excõicationem.

In opposit. CONTRA, ea. q. Cum excõicato, si quis cum eo aut palam, aut absconse locutus fuerit commmunem cum eo statim excommunicationis trahat penam.

CONCLVSIO.

Participans cum excommunicato, excommunicationem incurrit non tamen simpliciter, sed si fuerit eiusdem criminis particeps, vel etiam si excommunicatio fuerit contra participantes cum excommunicato.

Responsio. Excommunicatio maior, & minor. RESPONDEO, ꝙ duplex est excõicatio, s. maior quæ est a qualibet licita cõione, vel legitimo actu separatio. 11. q. 3. Ad mensam. §. Euidenter, & 3. q. 4. Eugeltrudam, & excõicatio minor quæ est a sacramentis ecclesiæ tantum exclusio, extra de exceptionibus, a nobis, & de sententia excõicationis. Si quem, in textu & in glo. Si autem aliquis participet cum excõicato excõicatione minori, nõ propter hoc incurrit excommunicationis sententiã. Si aũt cum excõicato excõmunicatione maiori cũ participantibus cũ eo obseruata in istã aggratione forma iuris incurrit excõicationem maiorẽ, si aũt non est excõicatus cũ participãtibus sibi, tunc participãs, aut participat cũ eo in crimine, aut non, si sic eandẽ incurrit sentẽtiam, extra de senten. excommu. Nuper, si non, tunc non incurrit nisi excommunicationem minorem: excipiuntur tamẽ sex genera personarum, s. vxor, filius, filia non emancipati, seruus, ignorans illum excommunicatum, & necessitatem patiens, 11. q. 3. Quoniam multos, & ille qui sibi loquitur pro animæ suæ vtilitate. e. q. Antecessor. Vnde versus. Vtile lex humi le res ignorata necesse, Hæc anathema quidẽ faciunt ne possit obesse. Versus.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum excommunicetur, intelligitur de excommunicatione maiori, & quantum ad hoc est canon ferendæ sententiæ non latæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia peccatum non priuat a cõmunione fidelium sicut excommunicatio maior.

QVAESTIO II.

Vtrum participare cum excommunicato semper sit peccatum mortale.

Arg. 1 D Bon vbi supra. D Tho. vbi sup q. 3. Alexã p. 4. q 23 m. 1. arti 6. Secundo.

ET VIDETVR, ꝙ sic: extra de his quæ vi metus, vel causa fiunt, sacris canonibus, dicitur, ꝙ propter metum non debet aliquis cum excommunicato communicare, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere.

Item excommunicationis sententia non est ferenda, nisi pro mortali peccato, vt superius habitum est: Sed pro participatione cum excom-

communicatis sunt homines maiori excõmunicatione excõicandi, 11.q.3. Sicut Apost.& c. se.& c. quicũque: ergo participare cum excõmunicato semper est peccatum mortale.

Tertio. Item pro solo peccato mortali excludẽdus est quis a sacramentis ecclesiæ. Sed per excommunicationem minorem quam contrahit participans cum excõmunicato excluditur quis a sacramentis ecclesiæ, vt visum est: ergo talis participatio semper est peccatum mortale.

In oppositum. CONTRA, cum aliquis excommunicatur quamuis sibi præcipiatur ne cõicationi se ingerat, alijs præcipi non videtur ꝙ sibi non participent, sed tantummodo participantibus pęna imponi: ergo videtur quamuis participans incurrat pęnam, s. excommunicationem minorem, non tamen mortalem culpam.

Item cum secundũ iura sit multitudini parcendum, & pauci sint qui ab omni participatione cum excõicatis abstineant, videtur illa sententia in benigniorem partem interpretanda, cum expresse non inueniatur, ꝙ tales mortaliter peccent.

CONCLVSIO

Scienter participans cum excommunicato quãdoque mortaliter peccat, quandoque non.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ si scienter, & ex deliberatione participans in crimine cum excommunicato, aut cum omnibus participantibus sibi, mortaliter peccat. Si aũt cum illo qui non est excõicatus cum participantibus sibi participet aliquis non in crimine, sed tamen participat scienter cum ipso in diuinis, & etiam sacramentis, tunc peccat mortaliter, vnde publicè excõicato intrante ecclesiam omnes debẽt exire. 24.q.1. Oĩs qui. sacerdos tamen si postq̃ canonem inchoauit superueniat excõicatus non debet missam imperfectam derelinquere: argumentum ad hoc 7.q.1. Nihil: qui autem cũ excõicato neutro prædictorum modorum participat, sed tantum in loquela, comestione, & similibus mortaliter nõ peccat, nisi hoc faciat ex contemptu ecclesiæ, vel iudicis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa decretalis intelligitur de participantibus in crimine, vel in diuinis de participantibus cum illo, qui cum suis participantibus est excommunicatus præmissa monitione, secundum formam iuris.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ homines non sunt excõicandi maiori excommunicatione pro participatione cum excõicato, nisi postq̃ canonicè moniti nolunt desistere, & ego concedo, ꝙ extunc si non desistunt ratione pertinaciæ mortaliter peccant tanquam ecclesiæ contemptores.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior est falsa, interdicti enim arcentur a sacramentis, & tamen quandoque interdicũtur aliqui, non pro mortali peccato quod commiserint.

QVAESTIO III.

Vtrum participans scienter cum excommunicatis a Papa: sit excommunicatus maiori excommunicatione.

CONCLVSIO.

Participãs cum excommunicato scienter a iure a Papa condito siue eius absolutionem reseruãte, incurrit maiorem excommunicationem.

RESPONDEO, ꝙ aliquis potest dici excommunicatus a Papa, vel quia excommunicatus est a iure, quod Papa condidit, & cuius absolutionem sibi specialiter reseruauit, vel per aliquam sententiam a Papa generaliter latam, vel quia est a Papa excõmunicatus nominatim. Participans cum excommunicatis a Papa duobus modis primis maiorem excommunicationem non incurrit, similiter nec participans in loquela, & comestione cum excõicato a Papa nominatim. Sed vtrum scienter cum eo participans in diuinis maiorem excommunicationem incurrat: dubium est, quidã enim dicunt, ꝙ sic. Dicitur enim extra de sent. excõmunica. Significauit. Clericos qui scienter, & spõte participauerint excõmunicatis a nobis, & ipsos in officijs receperint, eadem excõmunicationis sententia cum ipsis non dubitamus inuolui. — Responsio. Excommunicatus apud Papa tripliciter considera. Prima opi.

Alij dicunt contrarium, & bene, in glo. dicẽtes hoc debere intelligi quantum ad priuationem sacramentorum, vel forte quia illi erant excommunicati cum omnibus participãtibus eis, vel forte quia participauerũt illis excommunicatis in eodem crimine, & ideo eadem sentẽtia cum illis fuerunt ligati, & remitti debuerunt ad suum excommunicatorem absoluendi. Sed prima opinio probabilior est: quia magis concordat textui decretalis, & illam tenet dominus Hostien. in apparatu. — Secũda opi

QVAESTIO IIII.

Vtrum sacerdos recipiens oblationes suorum parochianorum excommunicatorum sit excommunicatus.

CONCLVSIO.

Vtique si cum fuerit ad altare, eorum voluerit oblationes recipere.

RESPONDEO, ꝙ sacerdotem recipere oblationes parochianorum suorum excõmunicatorũ dupliciter potest intelligi. Vno modo ita, ꝙ cum alijs fidelibus eas offerant sacerdoti ad altare, & hoc omnino illicitum est. Vnde si sic reciperet cum excommunicatis participaret, & incurreret excommunicationẽ, quæ contrahitur ex tali participatione. — Sacerdotẽ excommunicatorũ oblationes recipere dupliciter sumi potest.

Alio modo ita, ꝙ oblationes sibi debitas ab eis repetat, vel recipiat, & sic recipiens, vel repetens, excõicationem non incurrit, ab excõicatis. n. exigi põt, & recipi, quod ab eis debẽt, extra de sen. excõ. si verè, & conueniri possunt quamuis alios conuenire non possint, vt dicit Glo. super decretalem allegatam.

QVAE-

QVAESTIO V.

Vtrum aliquis sciens aliquem excommunicatum, teneatur ipsum vitare.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic.6.q.2.Si tantū. si tantum Episcopus alieni sceleris se conscium nouerit quamdiu probare non potest nil proferat,& infra eo.c.dicitur,ꝙ ille quandiu nihil probare potest in communione omnium, præter quā eius qui eum reum iudicat permanebit.

In oppositum. CONTRA, eadem quæstione cap. sequenti dicitur.Placuit. Placuit, vt si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli fuisse confessum,atque ille neget,non putet ad iniuriā suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur: & si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare quandiu excommunicato non communicauerit suus Episcopus eidem Episcopo ab alijs non communicetur Episcopis, vt magis caueat Episcopus ne dicat in aliquem quod ab alijs documentis conuincere non potest.

CONCLVSIO.

Priuatim eum tenetur vitare, in publico autem nec tenetur, nec debet.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ aliquis solus sciens aliquem excommunicatum, eum non tenetur vitare in publico, nec debet,quia crimen occultum ab illo qui solus scit non est publicandum:vnde nec Christus malam voluntatem Iudæ,quam sub certitudine sciebat noluit publicare,& cum hoc dixit Ioanni,in silentio dixit, tenetur tamen ipsum priuatim vitare, nisi hoc per confessionem tātum sciuerit, & hæc distinctio satis habetur, extra de senten. excommunica.Cum non ab homine,vbi sic dicitur,a cōmunione illius qui pro sacrilega manuū iniectione in clericum in edictum excommunicationis incidit,licet denunciatus non sit, debes abstinere,nisi forte illud tibi soli pateret,ī quo casu ipsum priuatim tantum modo euitabis, quandiu ab ecclesia toleratur.Decretum allegatum ad partem primam intelligi debet de euitatione in priuato,& aliud allegatum ad secundam partem de euitatione in publico.

ARTICVLVS VII.

CONSEQVENTER quæritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum excommunicati, oībus actibus legitimis sint priuati.

Secundo vtrum ei prosint orōnes ecclesiæ.

Tertio vtrū omnes qui moriuntur excommunicati priuādi sint ecclesiastica sepultura.

Quarto vtrum excōicatis minori excōmunicatione tantum possint de iure conferri ecclesiastica beneficia,& vtrum beneficia in tali statu eis collata possint licite retinere.

Quinto vtrum excommunicatus solemniter baptizans,vel in foro pęnitentiæ absoluēs, sit irregularis.

QVAESTIO I.

Vtrum excommunicati sint priuati omnibus actibus legitimis.

ET VIDETVR, quòd non: Excommunicati non repelluntur a defensione sua in iudicio, extra de excep.Dilecti filij.Sed defendere se in iudicio legitimus actus est. Arg. 1.

Item 3.q.7.Infamis,si seruus dum putaretur liber ex delegatione sententiam dixit, quāuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem habet: ergo a simili de excommunicato qui latenter,excommunicatus est quando sentētiam dicit,siue sit condemnatoria,siue absolutoria. Secundo.

Item extra de sen.& re.iud. Ad probandum in tex.& in glo.Quicquid facit excommunicatus dum excommunicatus non creditur valet. Tertio.

CONTRA, excommunicatio ab ecclesia fidelium separat 11.q.3. Audi. Sed separatus ab ecclesia nullū potest actum legitimū exercere,quia omnis talis requirit communicationem cum aliquo membro ecclesiæ: ergo excōmunicati sunt ab omnibus actibus legitimis suspensi. In oppositum.

Item vt superius habitū est in ecclesia nulla pęna maior est,quam excommuuicatio: sed hoc non esset verum,si eis aliqui actus legitimi conuenirent: ergo ab omnibus actibus legitimis sunt suspensi. Secundo.

CONCLVSIO.

Maiori excommunicatione excōmunicati actum legitimum exercere non possunt: alioquin ab Ecclesia separati non essent.

RESPONDEO, ꝙ duplex est excommunicatio,s.minor,& maior; excommunicati minori communicatione tantum non sunt ab omnibus actibus legitimis suspensi, quia talis excommunicatio non separat a communione fidelium,sed a perceptione sacramentorū tantum,tamen non debent celebrare missam, si tamen celebrant notam irregularitatis non incurrunt, quamuis grauiter peccent: peccant etiam conferendo ecclesiastica sacramēta,sed ab eis collata virtutis non carent effectu,cum non videantur a collatione, sed a participatione sacramentorum quę in sola consistit perceptione remoti, quamuis etiā non ꝓhibeantur eligere, vel ea quæ ratione iurisdictionis sibi competunt exercere,si tamen talis electus fuerit eius est electio irritanda, pro eo ꝙ ad susceptionem eorum eligitur a quorum perceptione a sanctis patribus est priuatus, & hæc omnia prædicta expresse hr̄. extra de clerico.excō.Si celebret,q̄uis etiā denuntiare actus sit legitimus tñ excōmunicati minori excom-

communicatione ex participatione cum excommunicato non admittuntur ad ipsum denunciandum esse excommunicatum, cum ipsum debuerint euitare. extra de sen. exc. In pręsentia. Excommunicati autem maiori excommunicatione ab oĩbus actibus legitimis sunt suspensi quamdiu excommunicati creduntur, vel si sunt publice excõmunicati: quamuis tẽpore illo quo actum legitimum de facto exercent non obiiciatur eisdẽ: cũ enim posse exercere quemcumq; actum legitimum includat aliquam communicationẽ cum membris ecclesiæ, a qua communicatione homo per communicationem maiorem separatur: ipsa excõmunicatio prædicta suspẽsionem includit. Vnde vt superius habitum est, iudices esse nõ possunt nec accusatores, seu denunciatores 3. q. 4. Conspiratores, & duobus capitulis sequentibus: admittuntur tamẽ ad accusandum crimẽ hæresis: cuius tanta est labes, ꝙ ad eius accusationem, & serui aduersus dominum, & quilibet criminosi, & infames aduersum quẽlibet admittuntur. 2. q. 7. Præsumunt. nec possunt eligere nec eligi: eis etiam ecclesiastica beneficia conferri non debent, & collata eis nõ possunt retinere nisi ex dispensatione. extra de cle. excom. Postulasti. nõ possunt etiam aliquẽ in iudicium conuenire. extra de except. Cum inter. in fi. & ca. Dilecti filii.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd defendere, non tam videtur posse dici actus, quam passio.

Vel potest dici, quòd in hoc, excommunicati fauor non attenditur: sed ęquitas iudicantis, cum non debeat claudicare iudicium: ac satis videtur absurdum, si actore impugnante: reo defensionis copia denegetur, quia sic multotiens condemnaretur absoluendus. extra de excep. Cum inter.

Ad secundum. Ad secundum dicunt quidam quòd non est simile de seruo, & excommunicato, quia seruus in aliquibus casibus habet personam standi in iudicio: sed excommunicatus in nullo. Et præterea in prædicto casu sententia serui non teneret, nisi esset a principe confirmata, & sic soluit glo. ibidem.

Sed hæc sententia dura videtur, si enim omnes actus legitimi, quos aliqui exercent dum eorum latet excommunicatio essent irriti, & inanes iudicandi: postquam eius excommunicatio esset detecta: multi de statu suo essent incerti, quia aliqui sunt prælati: habentes multa beneficia ecclesiastica, qui a latenter excõmunicato fuerunt absoluti.

Et ideo est aliorum sententia mitior, & rationabilior, qui dicunt, quòd in tali casu eorum absolutiones, & beneficiorum collationes tenent, quamuis postea eorum excommunicatio fuerit detecta extra de excep. Exceptionem. in glo. & argumentum ad hoc de iure patro. Consultationibus. nec obstat illud, quod dicitur extra de senten. & re iudica. ad probandum, quia ibi loquitur decre. de publice excommunicato tempore quo sententiam tulit.

Ad tertiũ. Ex dictis patet solutio ad tertium.

Sciendum tamen, quòd si latenter excommunicatus alicui electioni interesset, si postea tamen ante electi confirmationẽ detegeretur eius excommunicatio, quamuis propter hoc non irritaretur, electio, si electus alias habeat sufficientem numerum vocum: tamen vox sua reputaretur fuisse nulla. Vnde si necessaria fuit electio ad sufficientem numerum non reputabitur legitime electus.

QVAESTIO II.

Vtrum excommunicatis prosint orationes ecclesiæ.



Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic. 11. q. 3. Et si qui patiẽter fert iniustã sententiã cęlestẽ meretur coronam. Sed talibus prosunt orationes ecclesiæ.

Secundo. Item excommunicatio nõ est culpa, sed pęna. Sed pęna quæ non est culpa, non excludit suffragium orationũ, sed magis misericordiã videtur inclinare.

Itẽ eis potest dari eleemosyna corporalis. 11. q. 3. Quoniam multos: ergo a simili & eleemosyna spiritualis, quod non esset verum: nisi eis prodessent orationes ecclesiæ.

In oppositum. CONTRA 11. q. 3. Nemo episcoporũ anathema est ęternę mortis damnatio. Sed talibus non prosunt orationes ecclesiæ.

Item illis qui non possunt a peccatis absolui non prosunt orationes ecclesiæ: sed excommunicati non possunt absolui a peccatis quãdiu sunt excommunicati. 24. quæst. 1. Quicunque, ergo talibus non prosunt orationes ecclesiæ.

CONCLVSIO.

Excommunicatis maiori excommunicatione (si tamen iusta fuerit,) quamdiu in obstinatione persistũt nihil prosunt orationes Ecclesiæ, nisi prout Deus ipsis pœnitendo voluntatem inspirat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ excõmunicatis minori excommunicatione tantum, prosunt orationes ecclesiæ, si nõ sit aliud quod obsistat, quia talis non separatur a communione fideliũ, & potest esse in non habente peccatum mortale. De excommunicatis vero maiori excõmunicatione distinguendum est, quia aut fuerũt excõmunicati pro iniusta causa, aut pro iusta: si pro iniusta non excludũtur propter hoc a suffragijs orationũ ecclesię, qa talis nõ est excõicatus, quo ad ecclesiam triumphantem, nisi sit aliud, quod obsistat, nec militãs ecclesia tales intendit a suffragiis orationum excludere. Si autem est excõmunicatus pro iusta causa, aut pęnitet, & diligentissime absolutionem suam procurat, paratus facere quicquid in se est, & pro illo statu valent sibi orationes ecclesię,

quia ex tunc peccatum sibi remissum est, cuius remissio absoluit quantum ad iudicium ecclesiæ triumphantis, aut non pęnitet, sed in sua obstinatione persistit, & sic quamdiu in illo statu est, quamuis aliquo modo sibi possint prodesse orationes ecclesiæ cum per orationes bonorum diuina misericordia voluntatem pęnitendi multis inspirauerit sceleratis, tamen longe minus prosunt eis, quam alijs, quia quãtum est ex parte sua indigni sunt, vt eis prosint: ecclesia etiam ad tales suffragia orationũ ex intentione non sic dirigit, sicut ad alios. 11.q.3. Quicunque intra: oratio autẽ cæteris paribus magis ꝓdest illis ad quos specialius, & directius dirigitur, quam alijs. Et ideo bene dicitur, ꝙ excommunicatio est pœna dãni, & cęteris paribus plus potest diabolus super eum, quã super non excommunicatũ. Et hæc est ratio, quare per excommunicationem dicitur excõmunicatus tradi Sathanæ. Vnde Apost. 1. Cor. 5. Iudicaui huiusmodi hominem tradere Sathanæ, &c. & 2. quæst. 2. Audi.

Ad primũ. AD PRIMVM patet solutio ex dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis excõmunicatio non sit culpa, sed pœna, tamen non nisi pro culpa mortali debet infligi.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ persona singularie potest orare pro excommunicato, vt Deus eum ad bonum statum reducat. Et ideo non est mirum si sibi potest dari eleemosyna corporalis, eis tamen non debet dari ecclesiasticũ stipendium, vt dicit Gl. super alleg. decret.

Ad aliam partem. AD ARGVMENTA ad partem aliam, patet quid dicendum ex dictis in corpore quæst.

QVAESTIO III.

Vtrum omnes qui moriuntur excommunicati priuandi sint ecclesiastica sepultura.

CONCLVSIO.

Ecclesiastica sepultura tumulandus non est, quicunque in maiori excommunicatione decesserit.

RESPONDEO, ꝙ sic: maxime excommunicati maiori excommunicatione, quia vt dicitur 11.q.3. Quicunque intra. Quibuscunque viuis non communicauimus, nec mortuis cõmunicare debemus. idem 24.q.2. de cõmunione, & extra de priuil. Ad hoc, in gloss. dicitur, ꝙ communicando eis in morte inciderunt in excommunicationem: & si tales in cymiterio fuerunt sepulti inde debent eijci: vt habetur e. c. quod est intelligendum si ossa eorum potuerint discerni ab ossibus fideliũ: alias non, quia minus malũ est, vt in cymiterio remaneant ossa excommunicatorum, quam inde eijciantur ossa aliorum, nec post mortem absolui ab excommunicatione debent si in sua obstinatione perstiterint vsque ad mortem inclusiue: & sic intelligitur illud 24.quæst.2. legatur, vbi dicitur, quòd Christus in ligatione defunctum, nusquam dixit esse soluendum, si tamen ante mortem absolutionem deuote petijt, & eam habere non potuit, si hoc constiterit, post mortem potest absolui eadem quæstione, nec cuipiam manifestè etiam excommunicato maiori excommunicatione contracta per participationem cum notoriè excommunicatis maiori excommunicatione neganda est ecclesiastica sepultura, secundum Goffred. & Hostien. & Raymundum, quod confirmant per illud, quod habetur 24.quæstio.2. in illo capit. Sane, quod super.

QVAESTIO IIII.

Vtrum excommunicatis minori excommunicatione tantum possint conferri de iure ecclesiastica beneficia. Et vtrum beneficia in tali statu eis collata possint licite retinere.

ET VIDETVR ꝙ non: quia extra de clerico excom. min. Si celebret: dicitur, quòd talis non potest eligi pro eo, ꝙ ad susceptionem eorum eligitur, a quorum perceptione a sanctis Patribus est priuatus, sed ad hoc datur clerico ecclesiasticum beneficium, vt sacramentum ordinis suscipiat, & minister sit in amministratione aliorum sacramentorum: ergo videtur, quòd minori excommunicatione excommunicato ecclesiasticum beneficium conferri de iure non possit. *Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 3. Alexã p. 4. q. 81. m. 4.*

CONTRA, eod. tit. postulasti: dicitur de illis excommunicatis quibus ecclesiastica beneficia conferri non possunt, ꝙ cum eis communicari nõ debet: sed excommunicatis minori excommunicatione licet communicare: ergo videtur, ꝙ hoc solum intelligi debeat de excommunicatis excommunicatione maiori. *In opposi-tum.*

CONCLVSIO.

Collatio ecclesiastici beneficij in huiusmodi excommunicatione existenti ipso iure non irrita, omnino tamen debet irritari.

RESPONDEO, quòd duæ sunt species minoris excommunicationis, vna quæ excludit a sacramentis tantum, quæ vt frequentius contrahitur a iure, scilicet per participationem cum excommunicato excommunicatione maiori, extra de sentent. excommunic. Nuper: quandoque infligitur ab homine per sententiam. 5.q.1. cap. 1. Alia est species minoris excommunicationis, quæ non contrahitur a iure, sed infligitur ab homine tantum, & separat a communione fidelium aliquorum, & nõ sacramentorum, 5. quæst. 2. præsenti, & quæst. quarta, in loco: & 18. distinct. placuit: vt quotiescunque. & 23. distinct. quorundam. & 58. distinct. Si quis de alterius. Sed in istis iuribus multum extenditur nomen excommunicationis: quacunque autem istarum minorum excommunicationum clericus sit excommunicatus, si in eo non est aliud, quod obsistat sibi potest secundum aliquorum opinionem ecclesiasticum beneficium conferri, quod non per electionẽ habetur, & illud põt licite retinere, quia hoc nõ inuenitur in iure prohibitũ: & ꝑterea *Responsio. Excommunicationis minoris duæ sũt species.*

terea illa iura, quæ prohibent excommunicatis ecclesiastica beneficia conferri, expresse loquuntur de excommunicatis excommunicatione maiori, nullam penitus mentionem facientia quo ad hoc de excommunicatis excõmunicatione minori, vt patet in decr. alleg. ad partem secundam. in text. & in gl. & per illud, quod dicitur, ext. de ętate, & qual. or. cũ bonæ. Aliis autem videtur dicendum, ꝙ sicut electio excommunicati minori excommunicatione, quæ excludit a sacramentis non est irrita ipso iure, sed irritanda. ext. de cler. excommunicato celebrante, si celebret: sic quamuis collatio beneficii ecclesiastici facta tali nõ sit irrita ipso iure, tamen est irritãda, si probari potest in iure, ꝙ tempore collationis sibi factæ erat excommunicatus excommunicatione minori: talis.n. collatio est aliquo modo electio: cum enim episcopus dat alicui clerico aliquod beneficium ecclesiasticum inter multos eligit ipsum ad illud beneficium. Vnus.n. breuiter potest eligere aliquem de multis, cum illi vni illa potestas est concessa, seu collata: & videtur, ꝙ ille qui scienter tali contulit sit priuatus ipso iure hac vice illius beneficii collatione, quia scienter eligentes talem priuati sunt iure eligendi hac vice, extra de cler. excommu. mino. Si celebret, in gloss. & argumentum ad hoc, supra, de electione, cum in cunctis, & capit. scriptum est in fine.

Ad argum. primæ partis. QVI VVLT tenere opinionem primam, potest dicere ad argumentum ad partem primam dicendo, ꝙ non est simile de adeptione beneficii ecclesiastici per electionem, & de adeptione simplicis beneficii ecclesiastici per collationem: in prima eñ adeptione, eo quòd modus adipiscendi est solemnior, & beneficiũ sic adeptum quo ad hoc est dignius, & honorabilius: ideo in adipiscente requiritur dignitas maior, & idoneitas.

Ad secundã partem. QVI vult tenere opinionem secundã, quæ mihi magis placet, potest dicere ad argumentum ad partem secundam, ꝙ illa decret. loquitur tantum de illis excõmunicatis quibus collatio beneficii ecclesiastici facta nulla est ipso iure, & soli tales sunt illi, qui sunt excommunicati maiori excommunicatione.

QVAESTIO V.

Vtrum excommunicatus maiori excommunicatione solenniter baptizans sit irregularis.

Arg. 1. D Bon. vbi supra. Alex. vbi supra.



A VIDETVR quòd non: 11.q.3. Si quis episcopus in concilio. Si quis eps in concilio excõicatus fuerit, siue presbyter, aut diaconus a suo episcopo, & post excõicationem prȩsumpserit facere oblationem, vel vespertinum, vel matutinum sacrificium quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei, nec in alio concilio spem reconciliationis habere: cum ergo hic non fiat mentio, nisi de officio ecclesiæ: videtur, ꝙ administrans sacramentum baptismi ex communicatus irregularitatem non incurrat.

In opposi-tum. CONTRA, ead. q. Si quis episcopus damnatur. Si quis eps dãnatur a synodo, vel si presbyter, vel diaconus a suo episcopo, & ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, nullo modo liceat eis, nec in illa, nec ĩ alia synodo spem restitutionis, aut locum satisfactionis habere, sed solemniter baptizare est ministerium sacrum: ergo excommunicati illud exercentes irregularitatem incurrunt.

CONCLVSIO.

Excepto necessitatis casu, excommunicatus maiori excommunicatione, baptizando, irregularitatem incurrit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quamuis aliqui dixerint tales irregulares non esse, & illam pęnam non extendi, nisi ad excõmunicatos celebrantes, & ecclesiam officiantes, vt prius in faciendo officium diurnum, & vespertinum, tamẽ in hoc non acquiesco eis, sed cõcedo excommunicatum maiori excommunicatione solenniter baptizãtem, si de sua excõicatione non habet probabilem ignorantiam, quæ vt dicitur, extra de cler. excom. min. apostolicæ excusat, incurrere irregularitatem: quia cum omnis excommunicatus excommunicatione maiori sit suspensus ab omni actu legitimo, vt visum est, constat eum esse suspensum ab executione sacerdotalis officii: ad sacerdotalem aũt officiũ pertinet solenniter baptizare: cum ergo transgredi, seu violare, saltem solenniter suspensionem a sacerdotali officio, & ab executione cuiuslibet ordinis, saltem loquendo de ordine sacro, irregularitatem inducat, vt habetur, extra de sen. & re iud. Cum ęterni. Concedendum videtur, quòd excommunicatus solẽniter baptizans, & in foro pœnitentiæ absoluens sit irregularis. Pro hac etiam conclusione videtur facere illud quod dicitur, dist. 28. presbyterum: & extra de cler. excommunic. min. Si quis presbyter: & infra de senten. excomm. Cum medicinalis: in glo. super illud. Irregularitatem non effugient, vbi dicitur, quòd hoc est verum in quocunque officio diuino, & horis diuinis cantandis officiando ecclesiam, & sacramentis conferendis.

Ille etiam irregularis est qui exequitur officium alicuius ordinis quem non habet, ac si illum ordinem haberet, & ei ratione ordinis liceret: extra de cleric. non ordin. min. per totum: si tamẽ excommunicatus baptizaret non solenniter, vt faciunt vetulæ in casu necessitatis, aut diceret Epistolam, aut Euangeliũ non solenniter, non propter hoc irregularis esset: & voco solenniter legere Epistolam, legere eam in Ecclesia in vestimentis subdiaconi, ac si subdiaconus esset.

Vr̃ etiam aliquibus, & probabiliter, ꝙ si excommunicatus, etiam extra ecclesiam dicat horas suas officiando populum in exercitu, vel in naui irregularitatem contrahit: si tamen dicat

dicat horas suas cum vno socio, vel pluribus, non tamen officiãdo ecclesiam, vel populum irregularitatem non contrahit: videtur tamen quibusdam, quòd debet supprimere verba ista: Dominus vobiscum, & loco huius dicere, Domine exaudi orationem meam: si tamen mensam benedicat, nõ propter hoc irregularis est: quia vt dicitur extra de sentent. excom. Cum medicinalis: in glos. non videtur, quòd pœna ista ad hoc extendi debeat.

Ad argum. AD ARGVMENTVM in oppositum dicendum, ꝙ & si ibi non exprimatur aliquid de administratione aliorum sacramentorum a sacramento altaris, tamẽ hoc exprimitur in pluribus alijs iuribus alleg.

Dubium. Sed nunquid excommunicatus scienter in foro pœnitentiæ absoluens contrahit irregularitatem: videtur aliquibus, ꝙ sic: quia sic absoluere pertinet ad sacerdotale officium.

Responsio. Præterea excommunicatus maiori excommunicatione scienter administrans sacramentum extremæ Vnctionis irregularitatem contrahit, & sic videtur dicendum de alijs sacramentis.

Alij autem dicunt contrarium, quia non inuenitur in iure expressum, ꝙ excommunicatus maiori excommunicatione in foro pœnitentiæ absoluens, contrahat per hoc irregularitatem: & sic dicitur de pœniten. distin. 1. cap. Hæc autem verba. §. Pœnæ: pœnæ legum interpretatione molliendæ sunt potius, quam nimis exasperandæ.

Præterea talis absolutio non fit cum solemnitate, & videtur eis, ꝙ transgredi non solenniter suspensionem ab ordinis executione irregularitatem non inducit: & propter hoc dicunt, ꝙ non est simile de administrante sacramentum extremæ vnctionis, & de absoluente in foro pœnitentiæ, quia sacramentum extremę vnctionis communiter administratur cum aliqua solemnitate: & ideo excommunicatus scienter ipsum administrans est irregularis.

ARTICVLVS VIII.

CONSEQVENTER quæritur de octauo principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo, vtrum iniuste excommunicãs teneatur excommunicato ad interesse.

Secundo, vtrum incurrat aliquam suspensionem.

Tertio, vtrum Episcopi excommunicantes, vel suspendentes non in scripto, sententiam suspensionis incurrant.

Quarto, vtrum iniuste excommunicantes sint digni pœna æterna.

Quinto, vtrum maiori pœna dignus sit iniuste excommunicans pauperem, quam iniustè excommunicans diuitem.

QVAESTIO I.

Vtrum iniustè excommunicans excommunicato teneatur ad interesse.

CONCLVSIO.

Tenetur profectò, vt hac animaduersione percussus gladium hunc sobriè, magnaque circunspectione alias exercere studeat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sic: quia omnis iniustè alium damnificans damnum restituere tenetur, aut tenetur ad interesse. Qui autem alium iniuste excommunicat, ipsum iniustè damnificat. Vnde dicitur extra de sent. excom. cũ medicinalis. §. Si quis autem: de illo qui excommunicat indebitè, quam superior ad quem recurritur sententiam ipsam sine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expensas, & ad omne interesse condẽnet, & aliàs puniat animaduersione condigna, vt pœna docente discant iudices, quam graue sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis, & interdicti sententijs volumus obseruari.

QVAESTIO II.

Alex. p. 4. q. 21. m. 4. art. 1.

Vtrum excommunicans scienter aliquem iniuste incurrat aliquam suspensionem.

CONCLVSIO.

Inferior iudex aliquem iniustè, & contra conscientiam excommunicans ipso iure suspensionem incurrit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ iudicum quidam sunt superiores, vt Episcopi, & superiores eorum: quidã inferiores: si iudices inferiores, siue sint ordinarij, siue delegati famæ prodigi, proprij persecutores honoris, contra conscientiam, & contra iustitiam in grauamẽ partis alterius in iudicio quicquid fecerint per gratiã, aut per sordes ab executione officij per annum nouerint se suspensos, sciturі, ꝙ si suspensione durante damnabiliter ingesserint se diuinis officiis, irregularitatis laqueo se inuoluent iuxta canonicas sanctiones, a quo non nisi per summum Pontificem poterunt liberari, ext. de sen ten. & re iud. Cum ęterni. Cum ergo iudex aliũ iniustè excommunicans, contra alium sententiam proferat grauissimam iniustè: talis si hoc contra conscientiã suam fecit, ipso iure suspẽsionem incurrit prædictam, quod non est intelligendum de sententia, quę non est iniusta, nisi ratione intentionis iudicis tantũ, si iusta sit ex modo, & ex causa. Episcopi autem, & eorũ superiores non sic: quia vt dicitur extra de sent. excom. Quia periculosum est: episcopis, & eorum superioribus propter executionem episcopalis officii, quod incumbit frequenter, vt in aliquo casu interdicti, vel suspensionis incurrant sententiam ipso iure prouidã nos deliberatione duximus statuendum, vt episcopi, & superiores ipsorum quibus huiusmodi inhęret officium nullius constitutionis occasione sententiæ, seu mandati suspensionis, seu interdicti nullatenus sententiam ipso iure incurrant, nisi in ipsa de prelatis eisdem mentio habeatur.

QVAESTIO III.

Vtrum episcopi excommunicantes, vel suspendentes, non in scripto, sententiam suspensionis incurrant.

CONCLVSIO.

Licèt excommunicationis, vel suspensionis sententia in scriptis minimè lata teneat, iudex tamen inferior eam ferendo suspensionem incurrit, episcopus verò nequaquam.

Responsio. RESPONDEO, quod non incurrunt ipso iure, extra de sen. excom. Quia periculosum: inferior tamen iudex ipso iure incurrit suspensionem ab ingressu ecclesiæ per mẽsem, si contigerit eum sic suspensum diuina officia exequi, sicut prius, irregularitatem non effugiet, iuxta canonicas sanctiones, super quam cũ eo non nisi per Romanum Pontificem poterit dispensari, extra de sentent. excom. Cum medicinalis: hoc autem constitutum est ad cauẽdum præcipitationem inferendo excommunicationis sententiam: quia cum excommunicatio sit medicinalis, dum tamẽ is in quem lata fuerit, non contemnat, caute prouidere debet ecclesiasticus iudex, vt in ea ferenda ostẽdat se prosequi, quod corrigentis est, & medentis: vt habetur in decret. prædicta: si tamen sentẽtia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti non sit lata in scriptis, nihilominus tenet, vt dicit Gloss. supra decreta. prædicta.

Sciendum autem, quòd absoluens ab excõmunicatione non in scripto, supradictam pœnam non incurrit: prædicta enim decreta. non infligit supradictam pœnã, nisi ferentibus sententiam condemnatoriam, quia periculosior est præcipitatio in condemnando, quam in absoluendo: iudex tamen debet absoluere in scripto, si tamen non in scripto absoluat, tenet absolutio. Argumentum ad hoc. 24. quæst. 3. comperimus, in textu: & ibidem expresse habetur in gloss. & hoc etiam probatur aliter: vt enim præhabitum est solo verbo excommunicatur quis. Sed omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur: extra de reg. iur. cap. primo.

QVAESTIO IIII.

Vtrum iniustè excommunicantes, sint digni pœna æterna.

CONCLVSIO.

Aeterna pœna digni habendi sunt, cum mortaliter peccent, nisi ex probabili ignorantia id perpetrauerint.

Responsio. RESPONDEO, excommunicatio potest esse iniusta, aut ex animo excommunicantis, vt cum mala intentione, vel ex odio excõmunicat, aut ex ordine: immo vt proprius loquar ex ordinis corruptione, cum scilicet fertur nõ seruato iuris ordine, aut ex defectu causę: quãdo scilicet non subest excommunicationis legitima causa, & distinctio probari potest per illud, quod habetur. 11. q. 3. Si episcopus, in glo. & cap. Episcopus. §. si ergo: vbi expresse habetur similis distinctio in textu: & quocunque istorum modorum iniustè excommunicans scienter, & ex deliberatione mortaliter peccat, quia proximum iniustè, & grauiter lædit, quia lædit ipsum in fama, & contra prohibitionem Ecclesiæ facit, vt patet per illud quod habetur 2. q. prima. Nemo episcopus: & 2. q. 3. Si episcopus: & extra de senten. & re iud. Cum ęterni: & de sentent. excom. Cum medicinalis. Si autem hoc faciat ex ignorantia crassa, & supina, adhuc mortaliter peccat, quamuis nõ ita grauiter, sicut si hoc faceret scienter. Si autem hoc faciat ex probabili ignorantia non peccat mortaliter: cum autem peccatum mortale obliget ad pœnam æternam, patet, quòd cum iniuste excommunicans scienter, vel ex ignorantia crassa mortaliter peccet, vt dictum est, obligatur ad pęnam ęternã, a qua tamen obligatione liberari potest per verã pęnitentiam.

QVAESTIO V.

Vtrum maiori pœna dignus sit iniuste excommunicans pauperem, quam iniuste excommunicans diuitem.

CONCLVSIO.

Vtique peccat magis, nisi diues magnæ fuerit reuerentiæ, & dignitatis.

RESPONDEO, quòd sic, cęteris paribus: Responsio. quia quanto magis est compatiendum personæ, tanto cæteris paribus grauior est iniusta lęsio, quæ sibi infertur. Cæteris autem paribus magis est compatiendum pauperi, quam diuiti, quamuis neutro sit compatiendum in præiudicium iustitiæ.

Præterea iura magis detestantur addere afflictionem afflicto, quam non afflicto. Paupertas autem quædam afflictio corporis est, seu multarum afflictionum corporalium causa: posset tamen diues esse persona tantæ reuerentiæ, & dignitatis, quod ex eius iniusta excommunicatione tot mala, & scandala prouenirent, quòd multo grauius esset illum excommunicare iniustè, quam pauperem.

ARTICVLVS IX.

CONSEQVENTER quęritur de nono principali. Et circa hoc, quæruntur quinque.

Primo, vtrum parochialis sacerdos posit suum subditum absoluere ab excommunicatione quam incurrit, participando in crimine cum excommunicato maiori excommunicatione.

Secundo, vtrum omnis fauens excommunicato, participet in crimine pro quo est excommunicatus.

Tertio, vtrum quilibet sacerdos posit absoluere a minori excommunicatione.

Quarto, vtrum excommunicatus maiori excommunicatione posit absolui a peccatis ex communicatione manente.

Quinto, vtrum ille qui incurrit excommunicationẽ in vno episcopatu, postea posſit ab solui ab alio episcopo, in cuius dioceſi morať.

QVAESTIO I.

D. Tho. 4. sent dist. 18 ar. 5. q. 1.

Vtrum parochialis sacerdos posſit suum subditum absoluere ab excommunicatione quam incurrit, participando in crimine cum excõmunicato maiori excommunicatione.

CONCLVSIO.

Participans cum excommunicato maiori excom municatione non potest absolui a suo parochiali præ cipuè in reseruatis summo Pontifici, & Episcopis.

Respõsio ad quæsitũ primum.

RESPONDETVR, ꝙ cum participans excommunicato in crimine incurrat eãdem excommunicationem cum illo: extra de sent. excom: Si concubinę: non poterit absolui, nisi ab illo a quo potest principalis absolui: extra de sen. excom. Nuper. §. in secunda. Excommunicatus autem excõmunicatione maiori, aut est excommunicatus a iudice, aut a iure: si a iudice ab illo absoluendus est, aut ab eius superiore, quia ille qui ligat debet absoluere. 24. q. 1. Si Petrus. Si autem accedat excommunicatus ad superiorem pro absolutione habenda, quãuis si ab eo absoluatur absolutus sit, tamen superior debet ipsum remittere ad excommunicatorem absoluendum, nisi sit aliqua causa legitima, quare non sit remittendus, extra de offic. deleg. Prudentiam. §. vlt. Si autem excõmunicatus est a iure, potest absolui per episcopũ, exceptis casibus quorum absolutionem dominus Papa sibi retinuit, extra de sen. excom. Nuper a nobis: casus autem illi plures sunt.

Casus absoluendi summo Pontifici reseruati.

Primus quando aliquis iniecit manus violentas in clericum, vel religiosum. 17. q. 4. Si quis suadente.

Secundus quando aliquis incendit ecclesiam, & est denunciatus, extra de sentent. excommunicat. Tua.

Tertius quando aliquis frangit ecclesiam, & est denunciatus, eodem tit. Conquesti.

Quarto quando aliquis scienter communicat in diuinis excommunicato nominatim a Papa, eod. tit. Significauit.

Quintus est quando aliquis falsificat litteras Apostolicæ Sedis, extra. de cri. falsi. Dura.

Sextus cum aliquis communicat in crimine cum excommuniaato excommunicatione maiori, in casu cuius absolutionem dominus Papa sibi reseruauit.

Exceptiones primi casus.

A primo casu excipiuntur plures casus. Primus est quando aliquis est in articulo mortis: in tali enim casu, potest pœnitens absolui a quocunque peccato, & a quacunque excommunicatione, siue sit a iudice, siue a iure per quemlibet sacerdotem non hæreticum, nec schismaticum, nec excommunicatum. 17. q. 4. Si quis suadente: & 26. quæst. 6. Agnouimus: & capit. seq. & extra de offic. ord. pastoralis: & de senten. excom. Non dubium: & capit. ꝙ de his, & cap. quamuis: & sic absoluto non debent cymiterium, & alia Ecclesiæ suffragia denegari, extra de sepult. cap. vlt. Consuetudo tamen est in diocesibus multis, vt tales in cymiterio nõ sepeliantur, nisi prius habita alia licentia diocesani, vel sui officialis, cuius cõsuetudinis ratio est, quia per hanc viam facilius possunt cõpelli hæredes ad satisfaciendum.

Secundus casus est, si aliquis hostiarius alicuius potestatis percusit clericum, non ex odio, vel proposito, sed prætextu officij sui, ext. de sentent. excom. Si vero alicuius.

Tertius si percutiens sit mulier, eodem tit. Mulieres.

Quartus si sit seruus, & dominus suus qui non fuit in culpa de eius absentia lęderetur, eod. tit. Relatum.

Quintus si irregularis irregularem percusſit, nisi sit enormis excessus, eod. titu. Monachi, & cap. cum illorum.

Sextus si percutiens sit pauper, quando paupertas est tanta, ꝙ nõ potest ad sedem Apostolicam accedere, nisi mendicando, & verecundum est ei hostiatim ire. eod. tit. ꝙ de his.

Septimus sit senex, vel valitudinarius, vel in membris destitutus, ita vt commode adire sedem apost. non posſit. eo. tit. Ea noscitur.

Octauus si impuberes. eod. tit. cap. 1. siue ante pubertatem, siue post, postulent se absolui. eod. titu. cap. vlt.

Nonus si habeat inimicitias capitales, vel alias iustas excusationes, quare non potest se sedi Apostolicę præsentare. eodem titulo. De cætero.

Decimus in his, qui communiter viuunt, idest sub vno tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur, etiam si seculares sint, nisi fuerit grauis, & enormis accessus: extra de vita, & honestate clericorum. Quoniam, vt ait scriptura.

Vndecimus quando est modica, & leuis iniectio, extra de sent. excom. peruenit.

Ex supradictis patet in quibus casibus per episcopum absolui potest participans cum ex communicato in crimine, & in quibus non. Per proprium autem sacerdotem non credo aliquem sic participantem ab excommunicatione absolui posse, nisi in casu necesſitatis præstita iuratoria cautione, quòd quando poterit parebit superioris mandato, qui ipsum extra casum necesſitatis absoluere potuisset, & sic potest intelligi, quod dicitur illa decret. Nuper. in fin. Vel nisi sit principalis excommunicatus tali excõmunicatione maiori, quæ consuetum est per sacerdotem parochialem posse infligi, & relaxari: quod ideo dico, quia consuetudo dat iurisdictionem, vt habetur secunda quæstione prima. Nemo. in gloss.

QVAESTIO II.

Alexã. 4. q. 22. m. 1. art. 6.

Vtrum fauens excommunicato participet in crimine pro quo est excommunicatus.

CON

CONCLVSIO.

Fauens excommunicato in perpetratione criminis illius, pro quo excommunicatus est, criminis equidem habebitur particeps, aliàs nequaquam.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ fauens excommunicato, aut fauet personæ, ita ꝙ non crimini, aut fauet crimini, & personę: primo modo fauēs excommunicato non participat ei in crimine illa participatione qua incurrat eādem excommunicationem cum illo. Fauere autem crimini duppliciter potest intelligi, aut per accidens aut per se: primo modo non omnis fauens in crimine excommunicato incurrit eandē excommunicationem cum illo, v.gr. aliquis est excommunicatus, quia iniustè inuadit alicuius possessionem guerrando, si alius contra illum eundem guerrat intentione recuperandi aliquid suum, quod ille detinet iniustè, non incurrit eandem excommunicationem, cū alio guerratore, quamuis per accidens sibi faueat guerra, inquantum potest plus lędere illū quē inuadit, q̄ si iste contra eundē non guerraret: si aūt fauet crimini per se, aut iste fautor aliq̃d cooperatus est ad perpetrationē criminis, aut non: si non, nō est particeps in crimine illa participatione, per quā incurritur eadem excommunicatio cum excommunicato: quod probatur per illud quod dicitur extra de sent. excō. nuper in gl. vbi dicitur super illud verbum decr. ei consilium impendendo, ꝙ aliàs non tenetur quis de consilio, nisi ille aliàs nō fuisset facturus: si ergo dando consilium, quod non cooperatur ad criminis perpetrationem non incurrit eandem excommunicationem cum criminoso: videtur, ꝙ similiter possit dici de fautore: si autem fautor cooperatur ad perpetrationem criminis, tunc simpliciter dicendum, ꝙ omnis fauens criminoso in crimine particeps est criminis tali participatione, per quā eadem excommunicatione ligatur cum criminoso, nec est idem fauere perpetrationi criminis, & fauere impunitati iam perpetrati: quia fauentes modo secundo ipso iure non incurrunt eandem excōmunicationem cum criminoso, si non fauent illi impunitati, nisi amore personæ, cuius confusionē euitare volunt: excommunicandi tamen sunt, si post canonicam monitionem non desistunt, quādoque tamen ratione horribilitatis criminis fauentes eius impunitati incurrūt maiorem excommunicationem ipso iure. Vnde prętantes in effectu fauorem impunitati criminis hæresis ipso iure maiorem incurrūt excommunicationem, extra de hæreticis. Excōicamus §. credentes.

Fauerē criminī excommunicati ꝯ bare dupliciter contingit.

QVAESTIO III.

Vtrum quilibet sacerdos possit absoluere a minori excommunicatione.

Arg. 1. D Bon. li. 4. dist. 8 p. 2. ar. vnico, q. 6 ad ar vl. D. Tho. 4. sent dist. 18 q. 2. ar. 5.

ET VIDETVR ꝙ sic: excommunicatus in vna ecclesia est excommunicatus quo ad omnes. 11. q. 3. c. 2. ergo a simili videtur, quòd qui ab vno potest absolui, possit absolui a quolibet.

Secundo. Item duorum sacerdotū excommunicatorum minori excommunicatione, vnus potest alium absoluere ab illa, ex̄. de sen. excom. Duobus collata: sed quilibet sacerdos non excommunicatus magis videtur posse absoluere ab excommunicatione, quam excommunicatus: ergo quilibet sacerdos a minori excommunicatione potest absoluere.

In oppositum. CONTRA, ex̄. de parochi. & alienis parochi. Nullus episcopus. Nullus episcopus alterius parochianum iudicare præsumat: sed absolutio a minori excommunicatione quoddam indicium est: ergo episcopus non potest absoluere a minori excommunicatione illum qui de alieno episcopatu est.

CONCLVSIO.

Cum excommunicatio sit pœna iuris, ab excommunicatione minori absoluere nequibit sacerdos, qui spiritualem iurisdictionem absoluendi non habet.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ excommunicatio minor duplex est: quandoque enim infligitur ab homine. 17. q. 4. Minor: quandoque etiā ipsam incurrit homo ipso iure. 11. q. 3. cū excommunicato. Ab illa, quæ infligitur ab homine non potest absoluere, nisi excommunicās, vel eius superior, nisi in casu necessitatis. Ab illa, quæ est a iure, dicunt quidam quemlibet sacerdotem, nisi fuerit hęreticus, vel schismaticus, vel maiori excommunicatione excommunicatus posse absoluere, & etiā a peccatis venialibus, quia talis absolutio nō requirit iurisdictionē.

Excommunicatio minor duplex.

Sed contra, nullus potest alium iudicare licitè, nisi habens super eum iurisdictionem ordinariam, vel delegatam ex expressa concessione, vel permissione, vel consuetudine. Absoluere autem aliquo modo iudicare est: ideo dicunt alij, ꝙ quilibet sacerdos non hæreticus, nec schismaticus, nec maiori excommunicatione excommunicatus iurisdictionē habet super quemlibet christianum, quantum ad prædicta: quia cuilibet sacerdoti licitum esset absoluere quemlibet, nisi per Ecclesiam essent prælatorum ecclesiasticorum iurisdictiones limitatæ: non inuenitur autem in iure iurisdictio quantum ad potestatem absoluendi a venialibus, & a minori excommunicatione a iure alicui sacerdoti ab actibus legitimis non suspenso subtracta. Vnde de pœnitentia, & remissio. Omnis vtriusque sexus, super illud, omnia sua solus peccata, dicit Gloss. non tamen venialia: ergo quantum ad confessionem venialium, non plus determinat pœnitens per statutum ecclesiasticum ad confitendum proprio sacerdoti, quam alij. A simili potest dici de minori excommunicatione cum contrahi possit, vt superius habitum est, absque peccato mortali.

Alij dicunt cōtrarium, quia vt ipsi dicūt, q̄-

uis Christus potestatem absoluendi contulerit Apostolis,& alijs discipulis per seipsum immediate,tamen potestatem iurisdictionis contulit eis accipiendam mediante Petro,quē vicarium suum in militanti Ecclesia constituit, & nullus sacerdos habet aliquam iurisdictionem super aliquem in foro interiori,seu exteriori,nisi sit sibi cōmissa a successore Petri immediate,vel madiate: multi autē sunt sacerdotes,quibus nulla penitus iurisdictio est cōmissa: ergo tales,nec a minori excommunicatione absoluere possunt. Et pro hac opinione videtur facere,quod dicitur,extra de sent.excōmu.nuper.§.in secundo:vbi dicitur de illo qui cōtrahit minorem excommunicationem a iure,a suo Episcopo,vel proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: videtur enim quòd dicens a proprio sacerdote,negare intendat, quòd non ab alio.

Ad primū argum. Qui vult tenere hanc opinionem,quę magis placet,potest dicere,ꝙ primum argumentum non valet:quia si ego excommunico subditum meum,sicut portat secum excommunicationem suam quocunque vadat: sic si ipsum absoluo existens in prouincia mea,si sum legatus,vel in diocesi mea si sum Episcopus, absolutus est quocunq; vadat: legatus tamen postquam exiuit terminos legationis suæ absoluere non posset illum quem infra terminos legationis suæ excommunicauerat,nec Episcopus extra suam diocesim existens suspendere pōt, nec absoluere ab excommunicatione in foro contentioso:quia extra suam diocesim,non debet exercere ea,quę sūt episcopalis iurisdictionis in foro contentioso:posset tamē committere alicui in sua diocesi,vt absoluant,& habentur prædicta,extra de offic.lega.Nouit.partim in textu,& partim in glo.Potest tamen subditū suum absoluere in foro pœnitentiæ, non tantum a peccatis,sed etiam ab excommunicatione,quam tulit in eum: etiam prædictis concordare videtur dominus Host.in summa, tractatu de pęnitentia:quamuis enim absoluendo in foro contentioso præiudicaret episcopo alij, tamen in foro pęnitentiæ absoluendo nullum sibi præiudicium facit. Vnde nō videtur ratio quare ibi ouem suam liberare non posset.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ non valet, quia minor excommunicatio non aufert ea, quę iurisdictionis sunt.Vnde sacerdos excommunicatus excommunicatione minori suum subditum absoluere potest a simili vinculo, vt patet per illam decretalem allegatam.

Ad aliam partem. Tenentes autem opinionem illam dicunt ad argumentum ad partem secundam, ꝙ illa decret.non se extendit, nisi ad illa de quibus necessarium est subire iudicium Ecclesiæ militantis: hoc autem non est necessariū quantum ad peccata venialia,& excommunicationem minorem,quæ est a iure.

Sed hi male dicunt, quia cum homo obligetur ad suscipiendum altissimū Eucharistię sacramentum saltem semel in anno, & ipsum recipere non debeat: excommunicatus etiā excommunicatione minori, necessarium est tali, vt ab illa excommunicatione absoluatur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum sacerdos subditum suum excommunicatum maiori excommunicatione,possit absolue re a peccatis excommunicatione manente.

CONCLVSIO.

Excommunicatione manente,siue iustè,siue iniustè illata, non potest quis absolui a peccatis, si ab ea quiuerit absolui,& contempserit.

Respondeo, ꝙ siue iste excommunicatus sit iuste,siue iniuste,dū tamen teneat excommunicatio,siue stet per eum,ꝙ non est ab excōmunicatione absolutus,siue non: non potest a sacerdote absolui a peccatis suis excommunicatione manēte,quod manifestum est de illo, qui iuste est excommunicatus, & stat per eum,ꝙ ab excommunicatione nō absoluitur, quia talis actu est in peccato mortali, de quo non pœnitet,quia sententiam Ecclesiæ contēnit: de illo autem qui iniuste est excommunicatus,aut iuste,sed per eum non stat,ꝙ non absoluitur:non est ita clarum,quia decre.24.q.1. quicunquè loquitur de illis, qui se ab vnitate fidei, vel societate Petri semetipsos segregauerunt:qui autem iniuste excommunicatus est,& ille qui facit posse suum,vt absoluatur semetipsos non segregant:tamen credo,ꝙ tales a peccatis non possint absolui ab homine,quamuis absoluantur si verè pœnitent in iudicio Dei. Decretum enim ex consuetudine, quæ est optima legum interpres sic obseruat, vt tales nō absoluantur,quia præsumendum est,vt in pluribus, & ꝙ iuste excommunicati fuerunt, & ꝙ non nisi per eos staret ab excommunicatione absoluerentur, nisi interdum teneantur in excommunicatione per longum tempus ad grauius puniendum aliquod grande scelus, pro quo extitit excommunicatus: cum ergo sacerdos absoluit in foro pœnitentiæ aliquem,primo debet præponere absolutionem ab excommunicatione, quam a peccatis. Excommunicatus etiam minori excommunicatione non posset absolui a peccatis illa excommunicatione manente: quia vt habetur extra de cler.excommun.mino.si celebret,talis a perceptione sacramentorum priuatus est. *Responsio.*

QVAESTIO V.

Vtrum ille qui incurrit excommunicationem in vno episcopatu, postea possit absolui ab alio Episcopo in cuius diocesi moratur.

CONCLVSIO.

Excommunicatus in vno episcopatu absolui non potest ab Episcopo vbi hospes est, si excommunicatio sit ab homine,secus verò si sit à iure.

Respondeo, ꝙ hęc quæstio intelligi potest, *Responsio.*

test, aut de excõicatione, quę est ab homine: aut de illa, quę est a iure: si de illa, q̃ est ab hoĩe, dicendum, ꝙ absolui non potest, nisi ab excõicatore, vel eius successore, vel a superiori, siue fuerit specialiter contra determinatam personam, siue generaliter lata. Si autem intelligatur de excommunicatione a iure, dicendum, ꝙ de minori excommunicatione contracta in vno Episcopatu, potest excommunicatus absolui in alio Episcopatu: de maiori vero excõmunicatione dubium est, credo tamen, ꝙ sit verum; cum enim Episcopus alicuius posit ipsum absoluere a peccatis, quæ extra suũ Episcopatum commisit, probabile videtur, ꝙ etiã ipsum posit absoluere ab excommunicatione, quam extra suum Episcopatum contraxit: non tantum enim defertur excommunicationi, quæ est a iure, sicut illi, quæ est ab homine.

ARTICVLVS X.

CONSEQVENTER quæritur de decimo principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum excommunicatus posit absolui inuitus.

Secundo vtrum absens posit absolui per litteras.

Tertio vtrum excommunicatus pluribus de causis absoluatur simpliciter, si non omnes causas excommunicationis suæ exprimat.

Quarto vtrum absolutus ab officiali Episcopi excommunicati sit vere absolutus.

Quinto vtrum excommunicatus cui excõmunicator dicit, reuoco excommunicationẽ seu relaxo, quam in te tuli, & non dicit absoluo, seu absoluimus, vere sit absolutus.

QVAESTIO I.

Vtrum excommunicatus posit absolui inuitus.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. dist. 18. p. 2. art. 1. q. 6. D. Tho. vbi sup. q. 2. Alexã. p. 4. q. 22. m. 1. art. 7.

ET VIDETVR ꝙ non: nullus potest absolui inuitus in foro conscientiæ; ergo a simili, nec in foro exteriori.

Secundo. Item manente causa manet effectus, sed causa quare excommunicatio infligitur est contumacia: ergo illa manente non potest absolui.

In opposi-tum. CONTRA, multa bona præstantur inuitis: ergo videtur, ꝙ beneficium absolutionis præstari posit inuito.

Secundo. Item proniora sunt iura ad absoluendum, quam ad condemnandum, sed inuitus potest excommunicari: ergo & absolui.

CONCLVSIO.

Excommunicatus à iure inuitus absolui neutiquã debet, nec potest, at iudex ab excommunicatione iniusta absoluere debet inuitum, à iusta verò minimè, sed si absoluit, tenet absolutio.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ duplex est excommunicatio, quædã a iudice, quædam a iure. Prima si iniusta est, tenetur iudex relaxare etiam excommunicato inuito: si iusta est, non debet inuitum ab illa absoluere, tamen si absoluit, ille vere absolutus est, vt quidam dicunt: sicut. n. contra voluntatem suam potuit ipsum excommunicare, ita contra voluntatem suã põt excõmunicationẽ retractare, quamuis peccet hoc faciendo, nisi forte in casu in quo videret, ꝙ illa absolutio esset magis medicinalis animæ contumacis, quam ipsa excommunicatio: excommunicatus autem excommunicatione a iure, inuitus absolui non potest, & hoc est rationabile, quia cum voluntariè fecerit illud cui excommunicatio annexa est, ipso iure aliquo modo ex voluntate sua excommunicatus est: & ideo sine sua volũtate, & requisitione nõ potest absolui. 24. q. 2. nec quisquam, & cap. sequen. Et ar. ad hoc, extra de offi. iudi. del. Cum contingat, in fi. & ff. de re. iur. dicitur, quòd inuito beneficium non datur, si tamen negat se fecisse factum pro quo dicitur excommunicatus, vel sic esse excommunicatum pro tali facto, dum tamen petat ad cautelam absolutionem, si absoluitur, non debet dici absolui inuitus, & tenet absolutio.

AD PRIMVM dicendum, quòd non est simile, quia forus pęnitentię quantum ad absolutionem requirit pœnitentiã, eo quòd absolutio est ex peccatis, quæ non nisi voluntate cõmittẽte, vel omittente fiunt: excommunicatio autem a iudice est contra excommunicati voluntatem. *Ad primũ.*


Ad secundum dicendum, ꝙ causa meritoria inflictionis est contumacia, sed causa efficiens est iudex: quando autem ad aliquem effectum concurrunt duę causę per mutationem factam circa alteram causam maxime circa efficientem potest effectus destrui. *Ad secundum.*

AD PRIMVM ad partem aliam dicendũ, quòd inuitus quandoque possunt pręstari, & debent beneficia quę eis prosunt: absolutio autem ab excommunicatione non prodest inuitis. Pręterea non sunt inuitis pręstanda beneficia in pręiudicium aliorum. Sed si excommunicatus maxime excommunicatione iuris absolueretur inuitus fieret præiudicium bono communi, quia excommunicatio non tantum est propter vtilitatem illius in quem fertur, sed etiam propter vtilitatẽ aliorum, quia pœna vnius metus est multorum. *Ad primũ secundæ partis.*

Ad secũdum potest dici, quòd procedit de absolutione ab excõmunicatione, quæ est a iudice. Vel potest dici, quòd inflictio iuste excõmunicationis vtilis est: absoluere autem inuitum nulli est vtile, nec sibi, nec alijs. *Ad secundum.*

QVAESTIO II.

Vtrum excommunicatus absens posit per litteras absolui.



ET VIDETVR ꝙ non: quia absens non potest absolui in foro pœnitentiæ: ergo a simili, nec in foro exteriori. *Arg. 1.*

Item extra de sen. excom. A nobis est. in fi. absolutionis forma seruetur, vt fiat cum pœnitẽtiali psalmo, & tam oratione dominica, quã *Secundo.*

alia consueta, sed hæc non possunt obseruari circa absentem: ergo absens absolui nō potest.

In oppositum. CONTRA, 2.q.1.de manifesta, dicitur, ꝙ Apostolus excommunicauit absens, sed sicut dicitur extra de reg.iur.c.1. Omnis res ꝑ quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur: ergo potest absolui absens. Item eadem causa q.4.quanto. habetur de quodam, quòd fuit per epistolam absolutus.

CONCLVSIO.

Absens potest ab excommunicatione per litteras absolui.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ excommunicatus absens potest per litteras absolui, sicut expresse dicit glo.2.q.1.de manifesta, & super decretū etiam vltimo allegatum, & hoc est rationabile, ex quo absens potest excōmmunicari, si littera ad excommunicatum non perueniat vsq; post mortem absoluentis, tamen absolutus est, sicut extunt, ꝙ sigillatur littera excommunicationis alicuius excommunicatus est, quamuis non teneatur se gerere pro excommunicato antequam posit ad eius notitiam peruenire: talis enim error facti non nocet, extra de clerico exco. mi. Illud.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est simile: absolutio enim in foro pęnitentiæ est forma sacramenti, alia autem absolutio non.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ sic fieri debet sicut dicit illa decre.& illud quod habetur supra.e.ti.Cum desideres,& aliter faciens si non subsit necessitas, vel euidens vtilitas aliter faciendi, peccat tamen hoc omittens vere nihilominus absoluit, vnde glo.super illam decretalem. Cum desideres, dicit, ꝙ iuramentum non est de substantia absolutionis, sed recipitur potius ad cautelam, ne de cetero talia præsumat, quod probat per hoc, ꝙ aliqui absoluūtur sine iuramento infra.e. super eo. quod non fieret si esset de substantia. Simile habetur in illa decre. A nobis. in glo. dominus autem Hosti. dicit, iuramentum esse de substantia absolutionis. Si autem ille qui absoluitur erat excommunicatus a canone, iniungendum est ei sub debito præstiti iuramenti, vt contra illum canonem scienter de cetero non veniat, nisi forte in casibus exceptis a iure. Vnde percussori clerici iniungendum est ne de cætero in clericum, vel religiosam personam manus injiciat violentas, nisi se defendendo, aut de mandato prælatorum illius, vel nisi super eum prælationis ministerium, aut cum ipso in eadem ecclesia socius esse noscatur, extra de sen. excom. ex tenore.

Excipiendi etiam sunt omnes casus in quibus injiciens manus violentas in clericum nō incurrit excommunicationem. Ratio autem quare tale iuramētum non indicitur illis qui in eadem ecclesia socij esse noscuntur, idest illis qui cōmuniter viuunt, & sub vno tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur, etiam si sint seculares est propter periculum periurij, quia præsumitur, ꝙ facilius veniunt ad verba, & inde ad factum: videtur etiam multis, ꝙ pro leui iniectione non est saltem passim tale iuramentum exigendum propter periculum periurij, quia homines, & maxime iuuenes faciliter recidiuant in leuem iniectionem.

Alij autem dicunt, ꝙ etiam ante absolutionem a leui iniectione prædictum iuramentum est regulariter exigendum, quia decre. allegatæ non excipiunt leuem iniectionem, glo. etiā super illa decre. super eo. dicit, ꝙ illa forma quam habes supra eo. ti. ex tenore, obseruanda est in absolutione cuiuslibet qui includit in canonem.

QVAESTIO III.

Vtrum excommunicatus pluribus de causis, absoluatur simpliciter si non omnes causas excommunicationis suæ exprimat. *Alex. p. 4. q. 22. m. 1. ar. 7.*

CONCLVSIO.

A pluribus iudicibus pluribusque excommunicationibus excommunicatus ab vnoquoque eorum singulis earum causis expresis censetur absoluendus, quarum aliquas si ignoranter reticet, iuxtà absoluentis intentionem, aut secundum quid, aut simpliciter absolutus æstimabitur.

RESPONDEO, ꝙ ille aut est excommunicatus a iudice, aut a iure. *Responsio.* Si a iudice, aut ab vno, aut a pluribus. Si a pluribus, nisi absoluatur a quolibet non est simpliciter absolutus, nisi absoluatur a superiori eorum. Si ab vno, aut vna excommunicatione, aut pluribus: si pluribus non est simpliciter absolutus nisi exprimatur causa cuiuslibet excommunicationis. Si vna, aut ille qui absoluitur suę excommunicationis tacet causas aliquas fraudulenter, & alias exprimit, & talis absolutio sic accepta ꝑ surreptionem, vel fraudem inanis est, extra de sen. excō. Cum pro causa: aut eas tacet ignorāter, quia tunc non recolit: & tunc credo, quòd si absoluens habet intentionem simpliciter relaxandi excommunicationem quam tulit in eum, simpliciter absolutus est. Si autem non intendit eum absoluere ab excommunicatione nisi per comparationem ad causas quas ipse exprimit, credo, ꝙ absolutus non est, nisi forte sint causæ tales, ꝙ vna sine alia non meretur excommunicationem.

Ex dictis patet quid dicendum est de absolutione excommunicati a iure ex pluribus causis.

QVAESTIO IIII.

Vtrum absolutus ab officiali Episcopi excommunicati, sit vere absolutus.

CONCLVSIO.

Absolutus ab excommunicati Episcopi officiali ad officium ante sui excommunicationem ab eo assumpto, verè est absolutus, executionem officij incęperit nec ne.

RESPONDEO, ꝙ aut Episcopus instituit *Responsio.*

tuit illum officialem suum postquam erat iam excommunicatus, aut non. Si primo modo absolutus ab illo officiali vere nō est absolutus, quia Episcopus excommunicatus maiori excommunicatione, de qua loquor, ab omni actu legitimo est suspensus, & ideo excommunicatus non potuit instituere officialem. Si autem instituit eum antequam esset excommunicatus, tunc distinguo, quia aut cęperat vti officio antequam Episcopus excommunicaretur, aut non. Si sic, tūc planum est, quòd absolutus ab illo vere est absolutus, nisi sit aliud quod obsistat. Si non, vt dicunt aliqui, absolutus ab illo non est vere absolutus, quia ex quo non cępit vti officio ante Episcopi excommunicationem superueniente Episcopi excommunicatione expirat iurisdictio quæ illi ab Episcopo fuerat commissa, quod declarāt per hoc, quia si Episcopus corporaliter moreretur, aut deponeretur antequam officialis inciperet vti officio suo, iurisdictio ab Episcopo sibi commisso expiraret: extra de offi. del. Licet. in glos. A simili volunt aliqui dicere de excōmunicatione superueniente, sed opinio illorum non mihi placet, & quod in sua ratione adducunt pro simili non est simile, quia mors aufert potestatem, & depositio aufert in perpetuum potestatis executionem: excommunicatio autem non, sed suspendit eam ad tempus. Vnde mihi videtur dicendum, ꝙ posset procedere non obstante illius qui commisit excommunicatione superueniente post commissionem, quamuis superueniat ante inceptionem executionis sui officij, quod si verè est absolutus ab eo, verè debet absolutus reputari: & hęc quæ dicta sunt possunt aliquo modo probari per ea quæ dicuntur extra de officio vicarij. Rom. in textu. & in glo. etiam supra de officio del. Licet. in glo.

QVAESTIO V.

Vtrum excommunicatus cui excommunicator dicit reuoco excommunicationem seu relaxo quam in te tuli, & non dicit, absoluo te seu absoluimus, vere sit absolutus.

CONCLVSIO.

Sufficiunt equidem verba excommunicationis reuocationem significantia, etsi absoluens non vtatur verbis Te absoluo.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ non est simile de absolutione quæ fit ex vi clauium in foro pœnitentiæ, & de illa quę fit ex vi iurisdictionis ī foro exteriori, quia prima est pars sacramenti pœnitentiæ, alia non: & ideo in prima magis obseruanda sunt verba pręcisa, quam in secunda. Vnde in prima absolutione debet dicere sacerdos, absoluo: quamuis autem hoc sit cōgruum obseruare in secunda, non credo tamen, quòd hoc sit necessarium, immo sufficerent verba alia, significantia tamen excommunicationis remotionem: vnde si diceret excommunicator, reuoco, vel relaxo excommunicationem quam in te tuli, ille vere esset absolutus, nisi aliquid aliud esset obsistens.

ARTICVLVS XI.

CONSEQVENTER quæritur de vndecimo principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum milites teneātur obedire suis principibus publice maiori excommunicatione excommunicatis pro graui, & enormi casu postquam solēniter denunciati sunt excommunicati.

Secundo vtrum clerici teneantur obedire suo Episcopo manifeste maiori excommunicatione excommunicato.

Tertio vtrum monachi teneantur obedire suo abbati excommunicato, postquam solenniter denunciatus est excommunicatus.

Quarto vtrum vxor teneatur obedire marito excommunicato.

Quinto qui sunt illi casus in quibus homo iure incurrit maiorem excommunicationem.

QVAESTIO I.

Vtrum milites teneantur obedire suis principibus publice maiori excommunicatione excommunicatis pro graui, & enormi casu postquā solenniter denunciati sunt excommunicati.

CONCLVSIO.

Milites non tenentur obedire principi excommunicato, si verò res dubia est, tenentur.

RESPONDEO, ꝙ non: 15. q. 6. Nos sanctorum, & c. immediate se. & ext. de pęnis. Grauen. in tex. & in glo. excommunicatio enim publica quamdiu illa est innodatus milites suos absoluit a iuramento fidelitatis quo tenebantur ei, idest effectum illius obligationis suspēdit, & hoc constitutum est in detestationem illius criminis, & vt magis principes timeant cōtemnere ecclesiastica præcepta. Si tamen dubium est, vtrum princeps sit excōmunicatus, vel non: obedire tenentur, quia in dubijs superiori est obediendum. 23. q. 1. quid culpatur: in textu, sed expressius in glo. *Responsio.*

Contra remissionem obiectio. Sed cōtra supradictam respōsionem aliqui arguunt primo sic: dicit dominus Innoc. ꝙ si quis cum iuramento, vel sine iuramento promisit aliquid alicui excommunicato dare, cōsulimus ei, quòd det.

Secundo. Item vt habetur 11. q. 3. Iulianus. & c. Imperatores §. Iulianus, christiani milites obediebant Iuliano Imperatori qui erat apostata.

Tertio. Item extra de sen. excom. Si vere. princeps potest sub patrifamilias compræhendi. Sed filius, & seruus patrisfamilias excommunicato obedire tenentur. 11. q. 3. quoniam multos.

Quarto. Item ecclesia per sententiam absoluit milites a iuramento fidelitatis, quo tenebantur principibus excommunicatis, quod non faceret, vt videtur, si ab hoc essent ipso iure absoluti.

Ad primū. AD PRIMVM autem istorum dici potest quòd

quòd non est tantum fomentum excommunicationis,& excommunicatorum, soluere pecuniam debitam excommunicatis quantum erat quando multi vasalli eos subsequebantur parati obedire eis.

Alij autem dicunt, quòd excommunicatis quamdiu excommunicati sunt, debita pecunia solui non debet, quia in obligatione soluendi sine iuramento tacite subintelligebatur hęc conditio, scilicet si talis permanserit cui liceat communicare. Argumentum ad hoc 22. q.22. Ne quis arbitretur: dicunt ergo isti, quòd pecunia reponi debet in ęde sacra, vt ibi recipiant eam creditores postquam fuerint absoluti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa duo decreta potius narrant factum quamuis, quod factũ ecclesia tunc dissimulabat, ne Iulianus suscitaret scandalum aduersus Christianos.

Vel vt dicunt alij christiani non obediebãt ei, nisi quando agebat pro fide, vel defensione patriæ, & in illis casibus, vt dicunt milites obedire debent excommunicato principi, non in fauorem excommunicati, sed fidei, vel patriæ.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ illud verbum intelligendum est in illo casu de quo ibi loquitur decretalis, & in similibus, quia alias excommunicati de malitia sua reportassent lucrum, & innocentes damnum, vt patet diligenter intuenti totam seriem decretalis.

Ad vltimum cum dicitur, ꝙ ecclesia tales per sententiam absoluit &c. Dicendum, ꝙ hoc est ad maiorem cõfusionem principis excommuninati, & quia ante sententiam aliqui de facto debitum fidelitatis seruant.

Vel potest dici secundum alios, ꝙ aliter absoluuntur per sentẽtiam quam ipso iure, quia cum per sententiam absoluuntur simpliciter, & absolute ab ipso iuramento fidelitatis remanent absoluti ab illo iuramento, & ab illa obligatione, etiam postquam princeps fuerit absolutus ab excommunicatione: sed quamuis ipso iure suspendatur effectus obligationis supradictę, durante principis excommunicatione, tamen illa obligatio non tollit absolute, nisi forte quo ad subditos illorum qui excommunicati sunt propter hoc, ꝙ lapsi sunt in hęresim manifeste.

QVAESTIO II.

Vtrum clerici teneantur obedire suo Episcopo manifestè maiori excommunicatione excommunicato.

CONCLVSIO.

Haud quidem, cum & ipsi eius consortium teneantur aufugere, & is iudicis officium nequeat exequi.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ non: 19. di. nulli: & 16. q. vlti. sane, cuius ratio est, quia obedire est quoddam communicare, sed clerici tenentur euitare suum Episcopum excommunicatum, decre. 93. di. miratus sum.

Præterea nullus tenetur obedire alicui quã diu ille non potest esse iudex suus, vel officiũ iudicis exercere. Sed Episcopus quamdiu manifeste excommunicatus est, ab executione officij iudicis est suspensus.

QVAESTIO III.

Vtrum monachi teneantur obedire suo abbati excommunicato, postquam solenniter denunciatus est excommunicatus.



Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic: quia magis tenetur homo patri spirituali quã carnali, sed filius carnalis non emancipatus tenetur obedire patri excommunicato: ergo multo fortius monachi suo abbati excommunicato.

Secundo. Item serui tenentur obedire dominis suis excommunicatis, quia possunt eis communicare licite, vt superius visum est, sed monachi sunt serui abbatis: ergo abbati suo excommunicato obedire tenentur.

Tertio. Item monachi non sunt absoluti ab obediẽtia abbatis per factum, cuius ius non tenentur scire, sed multi sunt casus per quos abbas potest incurrere excommunicationem, ipso iure, quos tamen non omnes tenentur monachi scire: ergo videtur, ꝙ potest esse abbas eorum excommunicatus in aliquo illorum casuum, & tamen monachi sibi tenebuntur obedire.

In oppositum. CONTRA, qui non tenetur communicare cum aliquo non tenetur sibi obedire, sed superioribus excommunicatis non tenentur inferiores communicare, 16. q. vlti. sane, & argumentum ad hoc. 32. distin. nullus: ergo monachi suo abbati excommunicato non tenentur obedire.

CONCLVSIO.

Monachi superiori suo excommunicato excommunicatione maiori, non tenentur obedire.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ monachi non tenentur obedire suo abbati manifeste seu publice excommunicato excommunicatione maiori 2. q. 7. Sacerdotes, & reliqui, in Glo. quia talis abbas non potest præcipere: præcipere enim inferioribus actus est legitimus, excommunicatus autem maiori excõmunicatione est ab omnibus actibus legitimis suspensus, tum etiã, quia monachi non tenentur ei communicare, & obedire est communicare, illi cuius præceptis obeditur.

Præterea abbas excommunicatus non potest alteri committere vices suas, quamuis si alicui commiserit ante excommunicationem ipso postea excommunicationem incurrentẽ potestas quam ante commiserat, non expiret. Argumentum a simili: extra de officio vicarij. Romana. Sed sic monachi tenerentur sibi obedire ante, quam de illis posset vicarium suum constituere, vnde videtur, quòd sibi obedire non teneantur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ secundum aliquos maior est falsa, voluntas enim

enim qua homo obligat se patri spirituali non præiudicat præcepto diuino quo filius obligatur patri carnali, quod præceptum est; honora patrem, &c. Vel potest dici, ꝙ filius carnalis est quædam portio patris, & possessio, sicut dicit Philosophus 5. ethic. ca. 9 & ideo sicut excommunicatus potest se iuuare de possessionibus suis, ita fuit conueniens, vt a iure exciperetur filius non emancipatus ab illo præcepto quo præceptum est non communicare excommunicatis. Non sic autem est monachus ipsius abbatis portio, vel possessio.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ seruus est possessio domini, vt dicit Philosophus, vbi prius, quamuis non sic possit dici de illis qui subsunt dominis politice, nõ sponte, sicut subsunt milites principibus, & alij multi. Est etiam seruus quasi organum animatum ipsius domini, secundum Philosophum primo politicorum lectione quarta: & ideo sicut excommunicatus potest se iuuare de possessione sua, & vti organis suis, ita fuit rationabilis, ꝙ iura permitterent seruos communicare dominis excommunicatis: non sic autem potest dici de monachis respectu abbatis. Vel potest dici, quòd cum excommunicatio sit vinculum spirituale magis opponitur auctoritati præcipiendi spiritualibus filijs, quam filijs carnalibus, vel seruis in temporalibus.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd secundum aliquos monachi tenentur obedire abbati excõmunicato, quamuis sciant factum pro quo est excommunicatus, quamdiu ignorant quid iuris, quia non tenẽtur scire omnes casus in quibus homo incurrit maiorem excommunicationem ipso iure: propter eorum multitudinem, & aliquorum subtilitatem, multi enim sunt.

QVAESTIO IIII.

Vtrum vxor teneatur obedire marito excommunicato.

CONCLVSIO.

Vxor ex debito tenetur ad obedientiam mariti.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sic: vt enim habitum est superius, vxor communicando marito excommunicato nullam excommunicationem ex hoc contrahit. Vnde non subest ratio quare ab obediẽtia, quam vxor debet marito propter mariti excommunicationem absoluatur.

QVAESTIO V.

Vtrum plures sint illi casus in quibus ipso iure incurrit homo excommunicationem maiorem, & quot illi sint.

CONCLVSIO.

Casus extant quamplurimi, in quos homines incidentes ipso iure maiorem incurrunt excommunicationem.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ illi incidunt in excommunicationem maiorem a iure qui incidunt in hæresim iam damnatam: extra de hæreticis, Ad abolendam, & cap. excommunicamus.

Item qui defendunt, vel receptant hæreticos, eo. tit. sicut ait, & cap. excommunicamus. §. credentes.

Item qui innituntur alienationibus a schismaticis factis: extra de schismaticis. cap. 1. & 19. dist. Nulli fas.

Item qui inijciunt manus violentas in clericum, vel quamcunque personam religiosam religionis approbatę: extra de sen. excom. Nobium. Excipiuntur tamen multi casus.

Quibus casibus percutientes personam ecclesiasticam excõicationem nõ incurrant. Vnus est si percutiens ignorabat illum esse clericum, non tantum ignorantia crassa, vel affectata, sed probabili: extra de sen. excom. Si vero aliquis.

Alius si percutiens clericum non percutit ex odio, vel inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa. e. ti. cap. primo.

Alius si Magister scholarem clericum intuitu disciplinæ, vel correctionis percusserit. e. c.

Alius si vim vi temperatè repellat in continenti. eo. tit. si vero alicuius.

Alius cum dominus domus clericum vituperantem ipsum in domo sua, nec volentem exire quamuis conuenienter monitum expulerit de domo, si non est præsens prælatus illius clerici qui ipsum exire compulerit, & dominus domus modum non excedat in expellẽdo. Sic enim expellendo non inijcit in clericum manus iniuriosas, quia vtitur iure suo, sicut dicitur. ff. de re. iu. nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet.

Alius cum a clerico volente aliquem percutere cum baculo aliquis violenter baculum amouet, quia non iniuriatur illi moderatè impediendo ipsum ne alij faciat talem iniuriam.

Alius cum quis percutit clericum inueniendo ipsum cum matre sua, vel vxore, vel filia, vel sorore turpiter agentem: extra de sen. excom. Si vero alicuius. §. nec ille.

Alius cum aliqui ratione officij quod in ecclesia obtinent, aut alij clerici seniores zelo deuotionis pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos turbantes diuinum officium eijciunt de ecclesia, vel moderatè percutiunt, vt corrigantur, & ab impedimento diuini officij desistant: eo. ti. cum voluntate. §. si qui.

Alius quando aliqui obtemptu prælationis vel magisterij subditos, & scholares correctionis causa leuiter percutiunt. e. c. vbi prius.

Alius cum dominus aliquos clericos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduũ moderatè, vt a suis vitijs corrigantur percutiunt. eo. c. vbi prius.

Alius cum clericus qui percutitur est depositus, & traditus curię seculari. extra de iudicijs: cum non ab homine.

Alius quando clericus qui percutitur prorsus transiuit ad actum contrarium clericatui, vtpote, quia factus est miles, nec tonsuram defert,

fert, quia nec ad hoc est cogendus, extra de cle. coniug. vt consultationi.

Alius quando aliquis etiam laicus clericũ, vel religiosum violenter capit de mãdato prælatorum suorum, dum tamen violentia non se extendat notabiliter vltra, quam requirat illorum qui capiunt defensio, vel rebellatio. extra de sen. vt fame §. laici. Nec obstat illud qđ dicitur supra. eo. ti. vniuersitatis, quia loquitur in casu in quo monachus non subterfugit regularem disciplinã, nec abbatis sui obedientiam, & sufficienter potest per abbatem, & alios monachos corrigi.

Alius quando aliquis non ex deliberatione, sed tãtum ex surreptione socium suum clericum leuiter impellit, quamuis sit turbatus: mortale enim peccatum non committitur, nisi ex deliberatione, vel post tempus sufficiens humanę fragilitati ad deliberandum, cum factum est tale, quòd homo non obstante humana infirmitate tenetur de necessitate deliberare, vt per deliberationem ab illo operę illicito perpetrando retrahatur. Nullus autem excommunicatur a iure, nisi propter peccatum mortale, cum enim iura præcipiant, vt a iudice nõ infligatur, nisi propter peccatum mortale, videtur, quòd conditor iuris non voluit, vt excommunicatio a iure incurreretur, nisi propter peccatum mortale.

Alius quando clericus, qui percutitur immiscet se tyrannidi, & crudelitatibus, & seditionem, & guerram mouet, vel publicè, & atrociter delinquit habitu clericali contempto: extra de sen. excom. Cum non ab homine.

Alius quando clericus militaria arma gerit, & tertio admonitus per diocesanum se corrigere noluit: eodem titu. In audientia.

Alius quando clericus, nec in modo tonsurę, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negociorum de clerico aliquid ostendit, si tertio admonitus per diocesanum se nõ corrigit. eo. cap. contingit. secundo.

Alius quando clericus recipit administrationes secularium personarum post inhibitionem publicè in synodo factam sub pœna priuilegij clericalis exprimendo, quòd quicunque contra suam inhibitionem venerit, per ipsum non defendetur: talis enim inhibitio in proposito loco trinę monitionis succedit: si enim talis occasione ipsius administationis ꝓpter pecuniariam causam depræhendatur a fraude, indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari: extra, ne cleri. vel mona. ca. secundo.

Alius est secundum dominum Host. quando clericus exercet secularia negotia diuinis officijs prætermissis: si tertio monitus per diocesanum se non corrigat: extra de vita, & ho. cle. cap. vlt. tamen textus prædictus non exprimit, nisi quòd talis de suis facultatibus statutis, & consuetudinibus patriæ subiaceat, quod secundum Glo. ibidem non est intelligendum de rebus ecclesiæ, quia delictum personę non debet in ecclesiam redundare.

Item qui tales carcere includunt, vel detinent: extra de sen. excom. nuper.

Item qui in clericos inijciunt manus temerarias, & iniuriosas, quamuis non violentas, vnde cũ clericus qui iniuriatus est alicui submittit se voluntariè aliquibus percussionibus prout laici in illa terra facere consueuerunt pro pace habenda percussores excommunicati sunt: extra de sen. excom. contingit. primo in tex. & in glo.

Item qui potest eos defendere a violentia, & non defendit, si sibi incumbat ex officio. e. ti. quantæ.

Item potestates seculares imponentes clericis exactiones indebitas postquam competenter moniti non desistunt: extra de immunitate ecclesiæ: non minus.

Item qui iurisdictionem prælatorum, & potestatem, quam habent in suis hominibus euacuant, postquam competenter moniti non desistunt. eo. titu. vbi prius.

Item successores eorum nisi infra mensem errorem, seu excessum prædecessorum emendauerint: eodem titulo, aduersus.

Item qui de cetero fecerint obseruari statuta, & consuetudines inductas contra ecclesiasticam libertatem: extra de sen. excom. Nouerit fraternitas tua.

Item qui talia statuta infra duos menses de libris suis non deleuerint: eodem titulo, vbi prius.

Item qui de cetero huiusmodi statuta fecerint.

Item qui de cætero ea scripserint.

Item potestates, consules, rectores, consiliarij locorum vbi huiusmodi statuta de cætero ędita fuerint.

Item qui secundum talia statuta, vel consuetudines tales de cætero iudicare præsumpserint.

Item qui scribere præsumpserint sic iudicata. Et isti quinque casus vltimo positi colligũtur ex decretali vltio allegata ab illo loco.

Item excommunicamus vsque in finem.

Item incendiarij, & violatores ecclesiarum eodem titulo conquesti.

Item qui a paucioribus, quã duabus partibus cardinalium in Papam, electus electioni de se factę consentit, & pro Papa se gerit, si humiliter noluerit abstinere: extra de ele. Licet.

Item litterarũ domini Papæ falsatores per se, vel per alios, & eorum fautores, & defensores: extra de crimine falsi. Ad falsariorum.

Item scienter vtẽtes illis falsatis: eodem tit. vbi prius.

Item deferẽtes arma, ferrum, ligna, galeas, naues saracenis, vel regimẽ nauium, vel galearum suarum exercẽtes, vel aliquod aliud subsi-

sidium eis impendentes in dispendium terrę sanctę vel Christianorum: extra de iudęis. Ita quorundam.

Item religiosi professi leges, vel physicam audientes, nisi infra duorum mensium spaciū destiterint, ad claustrum suum redeuntes, extra ne cle. vel mo. non magno opere.

Item presbyteri, & quicunque clerici personatus habentes leges, vel physicam audientes, nisi infra duos menses destiterint, eodem titulo: super specula.

Item excommunicato participantes in crimine pro quo est excommunicatus maiori excommunicatione: extra de sen. excom. nuper, & ca. Si concubinę.

Item qui Christianos faciunt per assassinos interfici, vel mandant fieri, quamuis ex hoc mors non fuerit subsecuta, & receptator, & fautores, & occultatores dictorum assassinorum: extra de homici. Pro humani.

Item qui Christianos pro honesta causa nauigio vector capiunt, aut spoliant rebus suis, aut naufragium passos rebus suis spoliant, nisi moniti satisfaciant: extra de raptoribus. cap. Excommunicationi.

Item religiosi nō portantes habitum extra domum quem in domo portare debent, extra, ne cle. vel mo. vt periculo sa.

Item docentes prædictos, vel in scholis retinentes. eo. ca. vbi prius.

Item noua thelonea peregrinis, & mercatoribus imponentes. 24. q. 3. Si quis romipetas.

Item sortilegijs, & diuinationibus intendētes cum effectu. 26. q. 5. Si quis ariolos, & c. sequenti, & cap. non oportet, & duobus capitulis sequentibus: tamen secundum aliquos isti canones non sunt latę sententiæ, sed ferendę, quod videtur probari posse per hoc quod dicitur. e. q. Sortes, & cap. Si quis clericus, & maxime, c. Augurijs: in quo dicitur, talem præcipimus a conuentu ecclesiæ separandum.

Item ratum habens, quòd aliquis nomine suo in clericum, vel religiosam personam religionis approbate manus iniecerit violentas, quāuis factum fuerit ipso nesciente, nec volēte, tūc q̄a in malefactis ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, extra de resti. spol. cum ad sedem, & de symonia: sicut tuis. in tex. & in glo.

Item qui habens in curia Romana materiā quæstionis si dat aliquid magnum siue paruū, vel promissionem, aut spem de dando faciat, dum pendet in curia suum negocium terminandum: extra de vita, & ho. cle. viri ecclesiastici.

Item abbreuiatores, & alii de familia notariorum totius cancelarię pro literis legendis nomine suo, vel alieno aliquid exigentes, vel pactum de recipiendo faciētes, vel super hoc tractatū cum aliquo admittentes, vel petitionem, vel notam ad aliquid extorquendum malitiose detinentes: eo. tit. Cum inter alia.

Item illi qui de curia Papæ, & familia cum aliquo de curia eiusdem, vel quocūque extraneo cuiuscunque conditionis existat pro sui, vel alieni expeditione negocii aliquam fecerit pactionem de dando, vel faciendo aliquid sibi, vel alii consideratione sui, seu cuiuscunque personę. e. c. vbi prius.

Item ille qui iam dicta curia aliquid a quocunque exegerit, aut qui dederit aliquid exactori iuxta prędictum modum, excommunicationis laqueo sit astrictus.

Item prælati tam regulares, quam alii clerici regni Franciæ, alii alios in contemptum publici beneficii, quod toti clericorum collegio ita inuiolabiliter est indultum, vt ei pœnitus aliquorum pactis, vel consensibus nequeat derogari, suo relicto iudice ad publica iudicia trahere præsumētes. eo. tit. quam sit graue.

Item extorquentes per vim, vel per metū reuocationes, absolutiones, excōmunicationis, suspensionis, interdicti, quæ tamen reuocationes, vel absolutiones irritę sunt ipso iure: extra de his, quæ vi metusve causa fiunt, absolutionis.

Item grauantes per se, vel per alios electores, vel amicos eorum, eo quòd noluerint eligere illos pro quibus erant rogati, vel inducti: extra de cle. sciant.

Item personę concedentes repræsalias contra personas ecclesiasticas, vel bona earum, nisi infra mensem concessionis reuocauerint, vniuersitates vero sententiam interdicti, quacunque contraria consuetudine non obstante: extra de iniurijs. Et si pignorationes.

Item quicūque pro eo, quòd in reges, principes, barones, nobiles, baliuos, vel quoscunque eorum ministros, aut quoscunque alios excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata licentiam alicui dederint occidendi capiendi: seu alias in personis, aut bonis suis, vel suorum grauandi eos qui tales sententias protulerint, siue quorum sunt occasiones prolatę, vel easdem sententias obseruātes, vel clericis excommunicatis communicare volentes, nisi ipsam re integra reuocauerint licentiam, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius sententiæ processum sit, nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum spacium restituta, aut satisfactio pro ipsius impēsa. extra de sen. excom. quicunque pro eo.

Item omnes qui ausi fuerint prędicta licentia data vti vel aliquo præmissorū ad quæ committenda licentiam dari prohibemus, vel cōmittere per se ipsos. e. c. §. eadem quoque.

Item singuli qui regalem custodiā, seu guardiā aduocationis, vel titulum in ecclesijs monasterijs, vel quibuslibet aliis piis locis de nouo vsurpare conantes bona ecclesiarum monasteriorū aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt quātecunque dignitatis honore

honore præfulgeant, extra de ele. generali.

Item clerici ecclesiarum monachi monasteriorum, & personę cæterę locorum eorũdem qui hoc fieri procurant.e.c.vbi prius.

Item religiosi religionum mendicantium abolitarum deinceps aliquem ad suum ordinem recipientes, vel locum, seu domum de nouo acquirẽtes, vel loca acquisita absque licentia Papæ alienantes, extra de religiosis domibus.Religionum diuersitatem.

Item collegium vniuersitatis, vel singularis persona cuiuscunque sit dignitatis, aut status alienigenas, & alios nõ oriundos de terris eorum publicè pecuniam fenebrem exercentes, aut exercere volentes. Adhuc domos in terris suis conducere, vel cõductas habere, vel alias inhabitare permittentes, nisi huiusmodi omnes vsurarios manifestos infra tres menses de terris suis expellant nunquam tales de cętero admissuri.

Item illis ad fęnus exercendum domos locantes, vel sub quocunque alio titulo concedentes, ita, ꝙ si delinquentes fuerunt in vtroque casu prędicto personę ecclesiasticę maiores, vt Episcopi, & superiores eorum suspensionis, minores vero si sint personę singulares excõmunicationis. Si autem collegium seu alia vniuersitas interdicti sententiam ipso facto se nouerint incursuros. Si laici fuerint ꝑ suos ordinarios ab huiusmodi excessu priuilegio omni cessante per censuram ecclesiasticam compescantur, & hi duo casus habentur: extra de vsuris. vsurarum voraginem.

Item qui hactenus per vim, vel per metum personas ecclesiasticas coegerunt ad supponendum, vel submittendum ecclesias, seu bona ecclesiastica mobilia, vel immobilia laicis nisi post monitionem submissione remissa, quã per vim metum exegerant, personas ecclesiasticas, & bona ecclesiastica eis submissa in sua libertate totaliter dimittant.

Item illi qui de cętero personas ecclesiasticas ad talia facienda compulerint.

Item illi qui ex contractibus huiusmodi iã dudum initis, vel posterius ineundis illicitè vltra illud quod de natura contractus eis permittitur vsurpauerint, si moniti ab huiusmodi vsurpatione non destiterint, restituendo etiã ea quæ taliter vsurpauerunt, & hi tres casus vltimo positi habentur, ext. de rebus eccle. non ali e. hæc consultissimo.

Item recipientes in romana curia literas ab alio, quam a Papa, vel vice cancellario, extra de crimine falsi. Dura. in Glo. Adhuc sunt alij casus in quos incidentes incurrunt maiorem excommunicationem a iure, quos ad vitandum prolixitatem omitto.

ARTICVLVS XII.

CONSEQVENTER queritur de duodecimo principali. Et circa hoc, quæruntur quinque.

Primo vtrum sacrilegi sint excommunicati ipso iure.

Secundo vtrum violas immunitatem ecclesię sit excommunicatus ipso iure.

Tertio vtrum impetrans litteras domini Papæ tacita veritate, vel suggesta falsitate sit excommunicatus ipso iure.

Quarto vtrum inueniens litteram domini Papæ cuius efficacia iã expirauit, vtpote, quia fuit data ad tempus, quod iam transijt, & ludo, non intentione vtendi aliquam litteram in ea male formatam reformet, vel punctum faciat, vel per quemcũque alium modum aliquid in ea immutet sit excommunicatus ipso iure.

Quinto vtrum aliquis de nouo veniens ad studium portans arma antequam sciat sententiam contra portantes arma per Episcopum loci latam incurrat excommunicationem.

QVAESTIO I.

Vtrum sacrilegi sint excommunicati ipso iure.

ET VIDETVR ꝙ sic: quia habetur 11.q.3. canonica. Ecclesiarum Dei violatores auctoritate Dei, & iudicio sancti spiritus a gremio sanctę matris ecclesiæ, & a consortio totius Christianitatis eliminamus. Sed sacrilegi sunt ecclesiarum Dei violatores. Arg. 1. D.Th.2.2 q.99. Alex.p.4. q.21.m.1 ar.3.

Item. 17.q.4. Omnes ecclesię raptores atque suarum facultatum alienatores a liminibus eiusdem matris ecclesię, anathematizamus. Secundo.

Item extra de sen.exco.conquæsti, memoratos sacrilegos nuncietis, & faciatis sicut excõmunicatos arctius euitari. Tertio.

CONTRA, 12.q.2. Indigne. Indigne ad altare domini præparare permittitur qui res ecclesiasticas audet innadere: aut iniuste possidere, aut iniusta, vel iniqua defensione in eis perdurare: de quibus tamen tanta debet esse prouisio, vt vindictam admonitio præcedat, quod nõ esset verum si essent excommunicati ipso iure. In oppositum.

Item 17.q.4. Quisquis. §. Si quis domum Dei. Si quis domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius cui commissa dignoscitur, ĩde abstulerit, & paucis interpositis, sequitur, quòd si post secundam & tertiam conuentionem coram Episcopo satisfacere detrectauerit nemini fidelium misceatur: ergo tales non sunt ipso iure excommunicati, sed excommunicandi.

CONCLVSIO.

Excommunicationem maiorem ipso iure haud incurrit sacrilegus nisi violatione, vel incendio comite.

RESPONDEO, vt dicitur. 17.q.4. Quisquis. Sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro, & quocunque istorum modorum quis committat sacrilegium, non incurrit maiorem excommunicationem ipso iure, nisi hoc faciat cũ violatione ecclesiæ seu Responsio. Sacrilegiũ tripliciter cõmittitur.

incendio:

incendio: extra de sen. excõ. conquæsti: in glo. Quod bene ostẽdunt iura allegata ad partem secundam: excommunicandi tamen sunt tales si moniti satisfacere contempserint, videtur tamen probabiliter aliquibus, ꝙ ipso iure minorem excommucationem incurrunt. 17. q. 4. Quisquis. §. Si quis domum Dei. ibi non dicitur, ꝙ donec in conuentu admonitus legitimè satisfaciat, sciat se communione priuatum esse. Ex prædictis patet, ꝙ deflorans monialem benedictam quamuis auferat rem sacram, scilicet virginitatem de muliere sacra, excommunicationem non incurrit ipso iure communi, nisi eam per violentiam opprimat. Si tamen Episcopus in consecrando sententiam excommunicationis ferat in omnes, qui cum tali se carnaliter copulabunt, post hoc eam carnaliter cognoscens excommunicationem incurrit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud decretum loquitur de violatoribus ecclesiarum, quæ violatio fit cum effractione. Sacrilegium autem sine prædicta violatione potest committi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illud decretum intelligendum est de raptoribus rerum ecclesiasticarũ violentiam ecclesiæ inferẽdo.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd illa decre. loquitur de sacrilegis, qui cum sacrilegio ecclesias regni Episcopatos violẽter confregerint, vnde ratione effractionis fuerunt ipso iure excommunicati.

QVAESTIO II.

Vtrum violans immunitatem ecclesiæ sit excommunicatus iure.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic: extra de sen. excom. cum pro causa: videtur dominus Papa approbare, ꝙ archiepiscopus Lugdunensis quẽdã propter violationem immunitatis ecclesiæ fecit excõmunicatum publicè nunciari.

In oppositum. CONTRA, extra de immunitate ecclesiarum. Cum ecclesia. dicitur in Glo. ꝙ iudices causas de sanginis affusione, & corporali pœna in ecclesijs agitantes, non sunt excommunicati ipso iure, sed post ammonitionem si se nõ corrigunt sunt excommunicandi, & tamen, vt in eadem decre. habetur in tex. tales faciunt contra immunitatem ecclesiæ.

CONCLVSIO.

Hic ipso iure communi verè excommunicatus nõ est, nisi ecclesiæ immunitatem violando, & ecclesiam ipsam violauerit, qui tamen si se emendare contempserit, excommunicandus vtiquè est.

Responsio. Differentia inter violare ecclesiã & immunitatem ecclesiæ. RESPONDEO, ꝙ non est idem violare ecclesiam, & immunitatem ecclesiæ: quia ecclesiam violare est ipsam frangere, vel incendere: violare immunitatem ecclesiæ est facere contra ecclesiæ libertatem: violans ecclesiam, vt dictum est excommunicationem incurrit ipso iure communi; violans autem immunitatem ecclesiæ ipso iure communi excommunicatus non est, sed post monitionem sufficientẽ, si emendare contempserit, est excommunicandus. Vnde extrahens hominem violenter de ecclesia, qui ad ipsam pro refugio confugerat, excommunicatus non est a iure communi, si hoc faciat sine effractione ecclesiæ, & rerũ sacrarum quę sunt in ecclesia: excommunicandus tamen est si post sufficientem monitionẽ emendare noluerit, nisi ille qui ad ecclesiam confugerat sit publicus latro, vel nocturnus populator agrorum, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidijs ab ecclesia extrahi potest: extra de immuni. ecclesiæ. Inter alia. Si etiam seruus fuerit qui ad ecclesiam confugerit, postquam de impunitatem sua dominus eius clericis iuramentum præstiterit ad seruitium domini sui redire compellitur etiam inuitus: alioquin a domino poterit occupari, vt habetur in prædicta decret. §. Si vero seruus, nisi ex aliquibus circunstantijs verisimiliter præsumatur, ꝙ dominus non seruaret iuramentum: in quo casu cum iuramento, erit etiam alia cautio exigenda. Illum etiam qui hominem in ecclesia occidit, ecclesia non defendit, quia vt dicitur: ext. de vsur. Quia frustra. frustra legis auxiliũ inuocat qui committit in legem. Nec defendit tantum ecclesia Christianum confugientẽ ad eã, sed ẽt Iudęũ, dummodo absit simulatio. extra de immunitate ecclesię. Inter alia: ĩ glo. & C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. 1.

Sed vtrum defenderet excommunicatũ excommunicatione maiori, apud aliquos dubiũ est, magis tamen videtur dicẽdum, ꝙ sic de iure, consuetudo tamẽ regionis approbata quo ad hoc debet obseruari, nec tantum defendit confugientem ad se ecclesia consecrata, sed etiam non consecrata, in qua diuina mysteria celebrantur, quia vt dicitur: extra de immunitate ecclesiæ. Ecclesia. Ecclesia in qua diuina mysteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata nullo iure priuilegium emunitatis adimitur, & hoc, quia obsequijs diuinis data nullius est temerarijs ausibus prophananda, nec hoc priuilegium amittit ecclesia etiam interdicta, secundum dominum Hosti. in summa, & etiam secundum eundem: si confugiens ad ecclesiã obuiet sacerdoti portãti corpus Christi, & sibi adhærat defẽdi debet ab ecclesia, q̃uis in iure nõ sit exp̃ssum. Cui cõgruit illud qđ dicitur in euãgelio de muliere fluxũ sanguinis patiẽte, quæ dicit de Christo. Si tũ tetigero fimbriam vestimẽti eius salua ero, quã uis aũt extrahẽtes violenter hominẽ de ecclesia, ad quã ꝓ refugio cõfugerat, nõ sint excõicati a iure cõi, vt visum est: credo tñ, ꝙ ĩ regno Francię exõmunicati sunt ꝑ conciliũ Bituricẽse. In eodẽ ẽt concilio dicitur de immunitate ecclesiæ. Cum nõnulli. Statuimus inhibẽtes ne qui in foro ecclesiastico litigãtes seu litigare

Mat. 9. Mar. 5. Luc. 8.

volẽtes in causis mere ecclesiasticis, seu ad forum ecclesiasticum de antiqua, & approbata consuetudine, & hactenus pacificè obseruata pertinere noscuntur ad desistendum compellant per ipsorum, vel parentum, aut consanguineorum, siue rerum eorum, vel personarum huiusmodi captionem, vel modis alijs quibuscũque. Qui vero contra præsumpserit excommunicationis sententiæ præsentis auctoritate cõcilij se nouerit subiacere. Dicitur etiam in alia constitutione de pęnis, ꝙ si quis cuiuscunque conditionis, aut status extiterit nuncios, seu executores iudicium, aut alias litteras eorundem acta iudicialia deferentes hac occasione verberare, capere, detinere, occultare, carceri mancipare, mutilare, aut quod grauius est censendum interficere, litteras, vel acta prædicta personis memoratis auferre, seu eas rumpere, cancellare, aut alias destruere quoquo modo, vel sic ablata celare præsumpserint, aut vt ista fiant procurauerint, aut facientibus opem duxerint adhibendum, excommunicationis sententiæ, quam ex nunc in ipsos ferimus sub iaceant ipso facto, a qua nisi prius tam iudici, cuius autoritatem contempserunt, quam passo iniuriam, & cæteris quorum intererit, prout excessus postulabit atrocitas, satisfecerint competenter, nullatenus absoluantur.

Ad primũ. AD PRIMVM argumentum dicendum, ꝙ ille non tantum immunitatem ecclesiæ violauerat, sed etiam in succentorem in communi dormitorio manus iniecerat temerè violẽtas, & eum traxerat verberãdo per claustrum. Vnde quamuis propter hoc a iure communi incurrerit excommunicationem maiorem, tamen vt dicit Glo. ibidem propter aliam causam scilicet violationẽ ecclesiæ non incidit ipso iure, nisi in excommunicationem minorẽ. Sed quia non satisfecit post trinam ammonitionem fuit excommunicatus a suo prælato: & ideo dicitur in decre. ob duplicem causam excommunicatus fuisse.

QVAESTIO III.

Vtrum impetrans litteras domini Papæ tacita veritate, vel suggesta falsitate, sit excommunicatus ipso iure.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic: Falsarij litterarum domini Papæ sunt excommunicati ipso iure: extra de crimine falsi. Ad falsariorum. Sed qui litteras impetrat falsa suggestione, seu falsis precibus falsarius est. 25. q. 2. dicenti: ergo excommunicatus est ipso iure.

Secundo. Item extra. de crimine falsi. Ad falsariorum dicitur, ꝙ laici qui falsis litteris vtuntur per alios impetratis tam diu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter, quod & de his qui falsas litteras impetrant, statuimus obseruandum: sed impetrare litteras suggestione falsa, est falsam litteram impetrare, quia illud significat, quam sit in rei veritate: ergo sic impetrans est excommunicatus ipso iure.

In opposi tum. CONTRA, extra de rescriptis super litteris, habetur, quòd qui per malitiam, vel fraudem litteras impetrat tacita veritate, vel suggesta falsitate litterę indistinctæ non valent ꝓpter fraudem, tamen non dicitur ibi, ꝙ sic impetrantes excommunicationem incurrant.

CONCLVSIO.

Quamuis litteræ sic dolose impetratæ habeantur inualidæ, eas tamen impetrans excommunicationis sententiam minimè incurrit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ impetrãs litteras a domino Papa tacita veritate, vel suggesta falsitate, siue hoc faciat impetrans scienter, siue ignoranter, etiam si talis veritas taceatur, vel talis falsitas suggeratur, qua veritate manifestata, vel qua falsitate non suggesta dominus Papa illas litteras non concederet, non est excommunicatus a iure communi, nec etiam ille qui litteris Apostolicis vtitur sub alio nomine impetratis: & quamuis tam isti, quam illi digni sint magna pœna, & confusione, tamẽ nõ oportuit ius concedere quo tales ipso facto excommunicationem incurrerent, quia talis fraus a parte aduersa, vel a iudice contra vtentes illis litteris faciliter, & certitudinaliter probari potest: verbi gratia, si talis littera est impetrata sub nomine. B. clerici, vel orphani, vel cruce signati, & sic de alijs, & non est ita, faciliter, & certitudinaliter potest excipi contra vtentem talibus litteris, ostendendo, quòd non est clericus, vel orphanus, vel cruce signatus, & sic de alijs.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis sit impetrans falsarius sit extendẽdo falsarij nomen, non est tamen falsarius litterarum domini Papę, quia veras litteras impetrat, quamuis falsa suggestione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ tales nec impetrant falsas litteras, vt dictum est, nec falsificatis vtuntur: excommunicatio autem quæ fertur in falsarios. extra de crimine falsi. Ad falsariorum, fertur super falsarios, qui litteras domini Papæ falsificant aliquo modorum expressorum supra eo. ti. licet ad regimen, vel aliquo modo simili, vel æquiualenti alicui modorum ibidem expressorum.

QVAESTIO IIII.

Vtrum inueniens litteras domini Papæ cuius efficacia iam expirauit, vtpote, quia fuit data ad tempus quod iam transit, & ludo, non intentione vtendi litteram aliquam in ea malè formatam reformet, vel punctum faciat, vel per quemcunque alium modum aliquid in ea immutet, sit excommunicatus ipso iure.

CONCLVSIO.

Quicquam immutans circa litteras has ipso iure excommunicatus probè censendus est.

Responsio. Prima opi. AD ISTAM quæstionem dicunt aliqui ꝙ talis non est excommunicatus ipso iure, quia

quia illa excommunicatio non intelligitur nisi de litteris quæ alijs possunt vtiles esse, prædicta autem littera quo ad omnem hominem esset inutilis.

Sed cõtra hoc sic potest argui, quamuis illa littera non immutata facta sit inutilis, tamen per rasuram sic immutari posset, vt vtilis appareret: verbi gratia, si ibi erat scriptum post triẽnium minimè valituris, & pro triẽnio poneretur quinquẽnium iam appareret vtilis quæ ante erat inutilis. Cum ergo quęcunque immutatio siue parua, siue magna circa litteram domini Papæ, quæ per immutationem potest apparere vtilis plusquam erat, vel vtilis cum ante non esset, sit prohibita sub pęna excommunicationis iam latę: videtur, ꝙ immutãs aliquid circa litteram de qua est quæstio sit excommunicatus ipso iure, quod mihi concedendum videtur, vt enim habetur: extra de crimine falsi. licet: in glo. super illud per rasuram tenuem. quicunque radit, vel immutat rescriptum domini Papæ excommunicatus est, & falsarius, & in hoc nullam distinctionẽ adhibeo. Nec moueat aliquem ad opinandum cõtrarium illud quod dicitur extra de fide instrumentorum. Ex litteris. vbi dicit dominus Papa de quibusdam litteris quas pars aduersa falsitatis arguebat, quia in narratione facti abrase erant, ꝙ propter abrasionem illam iudicari falsæ non possunt, vt enim habetur extra de crimine falsi: licet, in glo. rasura illa facta fuit per eũ qui litteras scripsit, & non per illum qui illis vtebatur. De litteris tamen quæ per nullam rasuram possent apparere vtiles, vtpote littera citatoria data a ducentis annis, vel trecentis aliter esset iudicandum, quia si tota raderetur, & de nouo scriberetur non posset apparere vtilis propter bullam, quia in creatione cuiuslibet noui Papæ aliquid circa bullam immutatur, & nomen eius in bulla ponitur.

2. & propria opinio.

QVAESTIO V.

Vtrum aliquis de nouo veniens ad studium portans arma antequam sciat sententiam contra portantes arma per Episcopum loci latam incurrat excommunicationem.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic: extra de crimine falsi. Dura sepæ in glo. Si falsificatis litteris aliqui simpliciter vtitur ignoranter non excusatur, quia per alios debet hoc ĩquirere: ergo a simili nesciẽs sentẽtiam contra portantes arma latam nõ excusatur, quia per alios debuit hoc inquirere.

Secundo. Item si statut[um] est in aliqua ciuitate, quòd percutiens mai[orem] aliqua determinata pęna puniatur, si aliqu[is a]lienigena de nouo ciuitatem intrans, & statutum ignorans maiorem percutiat illa determinata pęna punietur, sua ignorantia non obstante: ergo a simili &c.

In oppositum. CONTRA, extra de clerico excommunicato ministrant. Apostolicę, quia tempore suspensionis ignari celebratis diuina, vos reddit ignorantia probabilis excusatos: ergo a simili cũ iste ignarus sententiæ latę portet arma eum reddit ignorantia probabilis excusatum.

CONCLVSIO.

Dummodo ex probabili ignorantia hic arma detulerit Episcopo prohibente excommunicationis sentẽtiam ipsum non incurrisse autumamus.

RESPONDEO, quòd si ille de quo est quęstio nihil pęnitus audiuit de sententia lata contra portantes arma, nec per famam, nec aliter, non credo, quòd excommunicationem incurrat, quia talis habet probabilem ignorantiam, & talis ignorantia excusat, vt habetur in decre. vlt. alle. in tex. & in glo. Responsio.

Præterea, excommunicationem, quæ est a iure nullus incurrit realiter, nisi per peccatum mortale, nec iudex sententiam excommunicationis ferre debet cõtra aliquem, nisi propter peccatum mortale, vel pręsumptum: nullus autem diceret, ꝙ de nouo veniens ad ciuitatem, & sententiam ignorans ignorantia probabili portando arma mortaliter peccaret, nisi alias illa arma portare esset illi mortale peccatum, præsumendum est: ergo ꝙ Episcopus ferens sententiam contra portantes arma, per illam non intendat inuolui, nisi illos qui sciunt sententiam, aut eam ignorantes ignorantia affectata, vel crassa, & supina: si tamẽ clericus postquam diu mansisset in loco sentẽtiam ignoraret, contra eum præsumeretur, ꝙ sua ignorantia aut esset affectata, vel crassa.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illud quod est allegatum de glo. dictum est arguendo, vnde parum post in eadem glo. sequitur, quòd si falsitas est ita latens, quòd nõ potuit videri etiam a perito, si habuerit diligẽtiam quam potuit per se & per alios, non credo ipsum teneri. Ad primũ argumentũ

Ad secundum dicendum, ꝙ nisi pęna determinata per illud statutum, ita sit temperata, ꝙ ipsa, vel æqualis iuste deberet inferri percutiẽti maiorem, etiam si ciuitas de hoc statutum non fecisset, iniuste inferretur illi, de quo constaret, ꝙ tempore quo percussit maiorem habebat inuincibilem, seu probabilem ignorantiã de statuto, recta .n. ratio dictat, ꝙ cęteris paribus maior pęna ĩferri debet faciẽti cõtra statutũ sciẽter, q̃ faciẽti cõtra statutũ ignoranter. Ad secundum.

ARTICVLVS XIII.

CONSEQVENTER quæritur de tertiodecimo principali. Et circa hoc quęruntur quinque.

QVAESTIO I.

Vtrum secularis inijciens manus violentas in clericum, & non absolutus ab excommunicatione quã propter hoc incurrrit intrans religionem ab excommunicatione prædicta, possit absolui a prælato illius monasterij quod intrauit.

CONCLVSIO.

Profectò potest, quotiescunque iniectio nec difficilis, nec enormis extiterit.

Respondeo, ꝙ aut illa iniectio fuit difficilis,& enormis,aut non.Si sic,ab illo prælato non potest absolui: extra de sen. excom. Cum illorum,& voco iniectionem difficilem, & enormem si processum est ad mutilationem membri,vel grauem sanguinis effusionem:aut si illa iniectio fuit in episcopum, aut in abbatem,aut si facta est cum notabili scandalo, extra eo. cap. vbi prius. Dominus tamen Hosti. in apparatu magis specificat prędicta dicens, ꝙ dicitur excessus difficilis, & enormis, si oculus effodiatur, siue quodcunque membrum magnum,vel paruum auferatur,vel inutile reddatur, & si quis vulnere,siue fustibus cedatur: siue in theatro, vel in foro,vel in conspectu iudicis quis percutiatur: siue in ecclesia, siue in cymiterio, vel dormitorio verberetur: si ad grauem sanguinis effusionem, & ex graui ictu procedentem perueniatur:si etiam in Episcopum,vel abbatem,siue in priorem locum abbatis tenentem manus violentæ inijciantur. Idem,intelligas quandocũq; inferior,& subditus in suum superiorem manus inijcit violentas. Si autem nõ fuit iniectio difficilis,& enormis,tunc distinguo, quia aut ille qui religionem intrauit adhuc est in probatione,aut iam est professus. Si in probatione,sic dicunt quidam, ꝙ a prælato illius monasterij non potest absolui, & hoc videtur sentire dominus Inno. & pro hac opinione est apparens ratio, quia talis potest religionem exire licitè,& sic in seculo remaneret absolutus, quia obligatio semel extincta iterum non reuiuiscit. Argumentum:extra de sen.excom.Decetero.in tex.& in glo. ibidem expresse habetur: sed dominus Hosti.in apparatu tenet, ꝙ talis a suo prælato absolui potest,quia litera hoc sonare videtur, quæ quo ad hoc non distinguit inter nouitiũ & professum.Si autem professus est omnes cõcordant, ꝙ a suo prælato potest absolui, nec solum est hoc concessum abbatibus,sed etiam secundum dominum Hosti.in apparatu ibidẽ. hoc concessum est prioribus, & alijs quibuscũque religiosorum prælatis, exceptis templarijs,& hospitalarijs,quia magistros laicos habent secundum dominum Inno. Vnde postea facta est decretalis, ꝙ per priorem suum qui sacerdos esse dicitur, hospitalarij absoluantur, vt habetur infra. e. canonica, & vt dicit glo. ibidem. Idem credendum est de templarijs,dum tamen consimilem habeãt priorem, vt habẽt hospitalarij:ad omnes enim claustrales hoc beneficium extenditur,cũ eadem subsit causa in omnibus, & sicut dicit dominus Hosti.satis patet,ꝙ dominus Inno.senserit, ne quis a tali vinculo absolui valeat, nisi ab illo qui ordinem presbyteratus habet. Si autem ꝑlatus non est sacerdos, vel est excommunicatus,vel mortuus,vel aliter qualitercunque deficit, vt absoluere nõ possit semper est ad diocesanum proprium recurrendum,vt patet per illud supra.e.ti.Monachi.Et per illud quod habetur infra.eod.tit.c.Canonica, & sic religiosorum priuilegium ne ipsos euagari oporteat remanet semper saluum.

QVAESTIO II.

Vtrum religiosus manus violentas inijciens in alium religiosum eiusdẽ religionis, & monasterij, à suo prælato possit ab illa excommunicatione absolui.

CONCLVSIO.

Si in claustro proprio, vel infra septa domus in alium manus hic violẽtas iniecerit absoluere eum potest Prælatus suus,modò leuis fuerit iniectio isthæc.

Respondeo, ꝙ aut illa iniectio fuit difficilis,& enormis, aut non. Si sic, a prælato illius monasterij absolui non potest, extra de sen.excom. Cum illorum. Si non,tunc subdistinguẽdum est,quia aut illa iniectio fuit facta in claustro proprio,vel infra septa domus,aut extra.Si ĩ claustro,vel infra septa domus,tũc a prælato proprio potest absolui: extra de sen. excõ.Monachi,&c. Cum illorum.Si extra. tũc mihi videtur subdistinguendum, quia aut illa iniectio fuit facta cum scandalo,aut non:si sic, non credo, ꝙ a prælato illius monasterij possit absolui,quia ratione scandali iam est difficilis,& enormis iniectio.Argumẽtum ad hoc: extra de sen.excõ.Cum illorum.Si autem non fuit facta cum scandalo,vtpote,quia vnus aliũ percussit nullo alio hoc vidente,tunc videtur multis & probabiliter, ꝙ a prælato suo possit absolui. Argumentum ad hoc: extra de sen.excõ.Canonica.ibi enim dicitur quandocunque se percusserint,& nõ additur in claustro, quia talis iniectio grauior non videtur,quam si infra septa domus facta fuisset. Responsio.

Sed contra hoc est dominus Hosti.in expositione illius decre. Cum illorum,allegãs pro se quod in eadẽ decre. dicitur, si se in claustro percusserint,in quo videtur dare intelligi, ꝗ si extra septa domus se percutiunt,per prælatum proprium absolui non possunt, sed secundum eũdem dominum Host. est ad proprium diocesanum recurrendum. Argumentum ad hoc extra de priuil.Cum capella.

QVAESTIO III.

Vtrum religiosus iniiciens manus violentas in religiosum alterius claustri, a prælato proprio possit absolui.

CONCLVSIO.

Iniectio si nec difficilis nec enormis fuerit,nec nisi in claustro proprio, vel infra septa monasterii ꝑpetrata,a Prælatis lædentis, & læsi iste est absoluendus.

Respondeo ꝙ aut fuit iniectio difficilis,& enormis,& tunc dico, ꝙ a proprio prælato absolui nõ potest.Si autẽ non fuit difficilis, & enormis,aut fuit facta in claustro ꝓprio,vel infra septa domus,aut non:si sic,per prælatum proprium, ꝙ prẹlatum eius qui passus est in iuriã,potest,& debet absolui:extra de sen. excõ. Cum illorũ,qđ sm̃ dñm Hosti.ibidẽ: sic debet Responsio.

intelligi,

intelligi, ꝙ prælatus illius qui percusſit iuramentum recipiet, & abſoluet, & ſaltem ſemel percutiet, vt ſeruetur forma conſueta. Prælatus vero percuſsi ipſum percuſſorem verberabit, quia prælato percuſsi ſatiſfieri debet de iniuria ſuo ſubdito irrogata, & monaſterium percuſſoris pro percuſſore ſatisfacere non tenetur, quia delictum perſonę non debet in detrimentum monaſterij redundare: extra de ex cept. Cum venerabilis. §. intelleximus: ſi tamẽ vnus illorum prelatorum ſuam vicem alij committere vellet hoc facere poſſet, & congruum videretur. Si autem non fuit infra ſepta domus, tunc dicas, ſicut dictum eſt in caſu priori.

QVAESTIO IIII.

Vtrum religioſus manus violentas iniiciens in clericum ſecularem a ſuo prælato ab excommunicatione, quam propter prædictam iniectionem incurrit, poſsit abſolui.

CONCLVSIO.

Vtcunque in hunc violentas manus ille iniecerit, vt abſolutionis gratiam promereatur, ſedem apoſtolicam adire debet, vt ſcandalum euitetur.

Reſponſio. RESPONDEO, ꝙ ſiue illa iniectio manus violenta fuerit difficilis, & enormis, ſiue non, non niſi per ſedem apoſtolicam, vt ſcandalum euitetur abſolutionis gratiam poterit promereri: extra de ſen. excom. Cum illorum, nec contra hoc eſt quod infra: eo. ti. de monialibus dicitur, ꝙ ſi in ſe inuicem, vel conuerſos vel conuerſas ſuas manus iniecerint temerè violentas, per Epiſcopum, in cuius diœceſi monaſterium fuerit abſoluantur, quia vt dicitur in glo. Epiſcopus illas abſoluit auctoritate Papæ ſibi per hanc decre. indulta tanquam delegatus ad hoc, & ſic abſoluit omnes tam exemptas, quam non exemptas; & ſicut dicit dominus Hoſt. in expoſitione eiuſdem decreta. ex hoc, ꝙ ſpecialiter conceditur monialibus, videtur hoc monachis denegatum. Aliqui tamẽ dicunt, quòd ſi religioſus in clericum ſecularem eiuſdem monaſterij manus iniecerit violentas, & iniectio fuerit leuis, quòd ab Epiſcopo loci poteſt abſolui. Argumentum ad hoc, extra de ſen. excom. Ex tenore. in fine. Audiui etiam aliquos dicentes, ꝙ ſiue clericus percuſſus ſit clericus monaſterij, ſiue non, ſi iniectio fuit leuis, & exinde non eſt ortum ſcandalum, ab Epiſcopo loci poteſt abſolui, quod probatur per hoc quod dicitur in illa decre. Cum illorum. Ratio quare religioſus percutiens ſecularem non niſi per ſedem apoſtolicam debet abſolui, aſsignatur ſcilicet, vt ſcandalum euitetur: ſed illi qui tenent partem contrariam, dicunt, ꝙ & ſi ex hoc non ſit ortum aliquod ſcandalum, tamen factum ex ſe aptum natum eſt, vt in pluribus ſcãdalum generare: & ideo non ſic poteſt abſolui, ſicut ſi percuſsiſſet ante religionis ingreſſum: factum enim maioris ſcandali eſt, vt religioſus percutiat clericum ſecularem, quam ſi ſecularis ſecularem percutiat.

QVAESTIO V.

Vtrum religioſus manus violentas iniiciens in clericum, & antequam abſoluatur ab excommunicatione, quam propter prædictam iniectionem incurrit ordines ſuſcipiens, & ſic irregularis factus per ſuum prælatum poſsit ſuper illa irregularitate diſpenſari.

CONCLVSIO.

Hic ſi facti non erat tunc immemor, nec iuris ignarus per Prælatum ſuum ab irregularitate hac diſpenſari nequiuit, at ſi ſecus, & iniectio per quam excommunicationem incurrit nec difficilis nec enormis fuit, vtiquè; præcipuè ſi irregularitas præiuit religionis ingreſſum.

RESPONDEO, ꝙ aut ille quando ſe ordinari permiſit nõ habebat facti memoriam, vel neſciebat, quòd pro illo facto eſſet excommunicatus, quia ius poſitiuum ignorabat, aut habebat memoriam facti, & notitiam iuris. Si autem erat memor facti, & ſciebat ſe pro illo facto eſſe excommunicatum, prælatus ſuus ſuper prædicta irregularitate cum eo diſpenſare non poteſt: extra de ſen. excõ. Cum illorum. in tex. & in glo. & hoc ſiue iniectio ꝓ qua fuit excommunicatus fuerit difficilis, & enormis ſiue non, & ſiue prædictam excommunicationẽ, & irregularitatem incurrit antequã intraret religionem, ſiue poſt religionis ingreſſum. Si autem quando fecit ſe ordinari facti memoriam, vel iuris peritiam non habebat, tunc diſtinguendum eſt, quia aut iniectio per quam ſupradictam excommunicationem incurrit fuit difficilis, & enormis, aut non: ſi ſic, ad hoc dico, ꝙ prælatus ſuus ſuper prædictam irregularitatem diſpenſare non poteſt, vt habetur. e. ti. quia maiora intelliguntur illis prohibita, q bus vetita ſunt minora: prælatus autem ſuus a tali excommunicatione ipſum abſoluere non potuiſſet, & quædam glo. ſuper decre. prędicta dicit, ꝙ minora vocat abſolutionem, & maiora diſpenſationem, cuius credo eſſe rationẽ: quia quamuis excommunicatio quamdiu durat ſit pœna grauior, quam irregularitas, tamẽ irregularitas eſt pęna diuturnior. Si autem nõ fuit difficilis, & enormis: tunc adhuc videtur aliquibus ſubdiſtinguendum, quia aut prædictã irregularitatẽ incurrit ante ingreſſum monaſterij, aut poſt: ſi ante, tunc ſuus prælatus cũ eo poteſt diſpenſare poſt iniunctã regularem pęnitentiam, & peractam monaſterij vtilitate penſata, vt habetur cap. ſæpę dicto. Si autem ipſam contraxerit poſt religionis ingreſſum: tũc dicunt quidam, ꝙ prælatus ſuus cũ eo diſpẽſare non poteſt, quam opinionẽ dominus Inno. approbare videtur: non enim ſequitur, ꝙ ſi dominus Papa cõcedit alicui poteſtatẽ abſoluendi aliquẽ ab excõicatione, ꝙ propter hoc ille poſsit cũ illo diſpẽſare ſuper irregularitatem quã incurrit per hoc, ꝙ excommunicatus celebrauit, ſed dominus Hoſt. in apparatu ſuper

prædictum capitulum tenet, quòd in casu prædicto prælatus potest dispensare; quia tex. prędicti capituli concedere videtur ei, & potestatem absoluendi, & dispensandi, nisi iste religiosus adultus fuerit, & discretus, vt violenter contra obliuionem vel ignorantiam pręsumatur, quod referendum est ad forum iudicij, qa in foro pœnitentiæ sibi credi debet si affirmet se habuisse ignorantiam facti, vel iuris quando ordinatus fuit. Et hoc approbare videtur dominus Hostien. in apparatu super capit. supradicto.

CIRCA litterã. Hęresis vtrunque non habet, idest sacerdotes hæretici non habent ius exequendi vsum potestatis clauium, quamuis cum fiunt hæretici ipsam potestatem secundum id quod est non amittant. Nullius potestatis iura exercet, hoc intelligitur de potestate per modum actoris, non per modum ministerij, vel instrumẽti. Non nisi per se, vel per sanctos: hoc intelligendum est de collatione idonea, ad quam concurrit meritum ministri. Volens dicere, ꝙ conuenientius est sacramenta gratiæ administrari per bonos, quam per malos. Post actum peccati ita polluta remanet anima, sicut fuit in ipso actu peccati, hoc quod dicitur, ita nõ est nota æqualitatis: peius enim est cum habitu peccati habere actum, quam habitum tantum: sed est nota similitudinis, quia, vt dicitur in littera, etiã post actum peccati anima longe est a Deo per dissimilitudinem quæ inest animæ ex peccato, quæ dissimilitudo macula animę potest dici.

Quando hæc claues dantur, & quibus.

DISTINCTIO XIX.

POSTQVAM *ostensum est quæ sint claues Apostolicæ, & quis earum vsus, superest inuestigare, quãdo istæ claues dentur, & quibus. Dantur hæ claues per ministerium Episcopi alicui in promotione sacerdotij. Cum enim recipit ordinem sacerdotalem, simul, & has claues recipit. Sed non videtur, quòd omnes vel soli sacerdotes has claues habeant: quia plerique ante factam ordinationem scientiam discernẽdi habent: plures post consecrationem ea carent. Sanè dici potest, quòd alteram clauium istarum, id est scientiam discernendi, non habent omnes sacerdotes: vnde dolendum est atque lugendum. Multi. n. licet indiscreti, atque scientiæ, qua eminere debent, exortes, sacerdotij gradum recipere præsumunt, vita & sciẽtia eo indigni: qui nec ante sacerdotium, nec post, sciẽtiam habent discernendi, qui ligandi sint vel soluendi. Ideoque illam clauem in consecratione non recipiunt: quia semper scientia carent. Qui verò ante sacerdotium scientia discernẽdi præditi sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis est clauis: quia non valent ea claudere vel aperire. Ideoque cùm promouetur in sacerdotem, clauem discretionis rectè dicitur accipere: quia & antehabita discretio augetur, & fit in eo clauis, vt ea iam valeat vti ad claudendum vel aperiendum.*

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet potentiam ligandi & soluendi.

CVMQVE *iam constet, non omnes sacerdotes illas duas claues habere, quia scientia discernendi plerique carent; de altera, id est potentia ligandi & soluendi quæritur vtrùm omnes sacerdotes eam habeant. Quidam enim hanc potestatem putant illis solis esse concessam, qui doctrinam simul ac vitam Apostolorum seruant. Illas enim claues promisit Dominus Petro & imitatoribus eius tantùm, vt aiunt: qui etiam autoritatibus vtuntur in munimentum suæ opinionis, Hoc enim dicunt Aug. sensisse, vbi superius ait, Remissionem peccatorum vel per seipsum facit Deus, vel per columbæ membra. Dicit etiam ibidem, peccata dimitti vel teneri à sanctis. Idem super Exodum, vbi de lamina aurea legitur, Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis, Hæc, inquit, significat fiduciam bonæ vitæ, quam qui verè perfecteque, non significatione sed veritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata. Item Greg. Illi soli habẽt in hac carne positi potestatem ligandi & soluendi, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Orig. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus Petri. Nam quicunque vestigia Petri imitantur, habent rectè ligandi & soluendi potestatem. His alijsque testimonijs innituntur, qui asserunt potestatem ligandi aut soluendi illis solis concessam sacerdotibus, qui via & doctrina pollent, sicut Apostoli.*

Matt. 16. c.

Dis. 18. li. 4

Quo ad sensum hu. l. sa per 16. cap. Matth.

Aliorum sententia verior.

ALIIS *autem videtur, (quòd & mihi placere fateor) cunctis sacerdotibus hanc clauem dari, scilicet ligandi & soluendi, sed non eam rectè ac dignè habent, nisi qui vitam & doctrinam Apostolicam seruant. Nec præmissæ autoritates, malos sacerdotes hanc potestatem negant habere: sed illos solos dignè hac rectè hac potestate vti significant, qui præditi sunt vita & doctrina Apostolica: quia soli ipsorum Apostolorum imitatores dignè rectèque possunt ligare & soluere. Et per Dominum tantum, vel per sanctos, in quibus habitat spiritus sanctus, dignè & rectè fit remissio vel retentio peccatorum. Fit tamen & per illos qui sancti non sunt, sed non dignè vel rectè. Dat enim Deus benedictionem dignè poscenti, etiam per indignum ministrum. Quòd verò hanc potestatẽ habeant omnes sacerdotes, Hiero. testatur super illum locũ euangelij, vbi Dominus dixit Petro, Tibi dabo claues regni cælorum. Habent quidem, inquit, eãdem iudiciariam potestatem alij Apostoli: habet et oẽs ecclesia in Episcopis et presbyteris. Sed ideo Petrus eam specialiter accepit, vt omnes intelligãt, ꝙ quicũque ab vnitate fidei & societate ecclesiæ se separauerit, nec à peccatis solui, nec cęlum potest ingredi. Item quòd sacerdos, etiã si malus sit,* gra-

Verba habẽtur in glos. circa hũc locũ: & à quibusdã asseri buntur Rabano.

gratiam tamen transfundit pro suę dignitatis officio, August. ostendit, dicens, Dictum est à Domino in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes, Vos ponite nomen meum super filios Israel, & ego Dominus benedicam eos, vt gratiam traditio per ministerium ordinantis trāsfundat hominibus, nec voluntas sacerdotum obesse vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij & ordinis, hinc aduertamus: dictum est de nequissimo Caipha, inter cætera, Hoc autem a semetipso non dixit, sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit. Per quod ostenditur, spiritū gratiarū non personā sequi digni, vel indigni sed ordinē traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, nō tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, vt officij ministerium exhibeat. Dei autem est: effectum tribuere benedictionis. Hinc euidenter ostenditur, ordinem non priuari potestate tribuendi gratiam ob ministri indignitatem. Huic tamen Aug. sententiæ videtur obuiare, quod ait Hesychius: Sacerdotes, inquit, nō propria virtute benedicunt, sed quia figuram Christi gerunt, & propter eum qui in ipsis est, plenitudinem benedictionis tribuunt, nec solùm is qui sacerdotium sortitus est, sed quicunque Christū in seipso habet, & eius figuram gerit per conuersationem bonam, sicut Moyses, idoneus est vt benedictionem præstet. Ecce hic habes, quòd non solùm sacerdos, sed omnis in quo Christus habitat, benedictionem præstat. Sed alia est benedictio, quæ solis sacerdotibus congruit, alia quæ ab omnibus bonis communiter exhibetur, Denique illi sacerdotes in quibus Christus habitat, benedictionis plenitudinē tribuere dicuntur, non quia soli illi transfundāt gratiam, sed quia illi soli licitè & dignè id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis lædit, si bona faciunt quæ ille dicit. Vnde Gregorius, Multi dū plus vitam sacerdotum quàm suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur, minus considerantes, quòd non eos vita sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarēt.

In lib. q. vet. et no. vi test. quæ. 11. Numi. 6. d.

Ioan. 11. g

Lib. 1. super Leuit. ca. 9.

Matt. 23. a 1. qu. 1. ca. Multi secularium.

De hoc quod scriptum est in Malachia, Maledicam benedictionibus vestris.

Praemisse verò sententiæ, quā dicitur, etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis, videtur obuiare quod Dominus per Malachiam prophetam malis sacerdotibus comminatur. Maledicam benedictionibus vestris. Et alibi, Væ his qui viuificant animas quæ non viuunt, & mortificant animas quæ non moriuntur. Si enim maledicit Dominus benedictionibus eorum, & si animæ quas viuificant, non viuunt, quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulum, Maledicam, &c. quidam referunt ad hæreticos, qui ab ecclesia præcisi sunt, & ad excommunicatos, quorum benedictiones fiunt maledictiones, his qui eorū sequuntur errores. Illud verò alterum, scilicet, viuificant, &c. super omnes illos sacerdotes exponunt, qui absque claue scientiæ, & forma bonæ vitæ præsumunt ligare vel soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis sit ab illis quæ in alijs iudicat: alioquin seipsum condemnat.

Malac. 2. a Ezech. 13. d

Rom. 2. a

Qualis debet esse Iudex ecclesiasticus.

Qualem autem oporteat esse qui aliorum iudex constituitur, Aug. describit, ita dicēs, Sacerdos, cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicādus, quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat ergo se purget ī se quod alios videt sibi offerre: caueat vt à se proiecerit, quicquid in alio damnosum reperit. Animaduertat, quod qui sine peccato est, primus in illā lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricē, quia non erat qui iustè proijceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur omnes fuisse reos. Nam venialia remittebantur per cæremonia. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc ergo patentissimum est crimen sacerdotum, & detestabile, qui non prius se iudicant, antequam alios alligant. Caueat spiritualis iudex, sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet vt sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare discernat. Diligens ergo inuestigator sapienter interroget à peccatore, quòd forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito verò crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, locum, & tēpus, & cętera quæ suprà diximus, quibus cognitis, adsit beneuolus, paratus erigere, & secum onus portare: habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate, doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iustè perdat iudiciariam potestatem. Etsi enim pœnitentia possit ei acquirere gratiam, non tamē mox restituit in potestatem primam. Etsi Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen est necesse, vt omnibus concedatur quasi ex autoritate. Inuenitur autoritas quæ concedit & quasi imperat, inuenitur alia quæ non concedit, sed vetat, quę scripturæ nō repugnant, sed concordant. Cum enim tot sunt qui labuntur, † vt pristinam dignitatem ex autoritate defendant, & quasi vsum peccandi sibi faciant, rescindenda est spes ista. Si verò locus est vbi ista non concurrant, restitui possunt qui peccant. Ex his satis perpenditur, qualis debeat esse sacerdos, qui alios ligat, & soluit, discretus scilicet & iustus: alioquin mortificat sæpe animas quę non moriuntur, & viuificat quę non viuunt, & ita incidit in maledictionis iudiciū. Illud autem Malachiæ, scilicet. Maledicam benedictionibus vestris, siue super hæreticos tantùm & excommunicatos, siue super omnes sacerdotes qui vita & scientia carentes benedicere præsumunt, dictū accipiatur, sic ītelligi potest, Maledicā benedictionibus vestris, id est, his quę meis benedictionibus possidetis: quia faciam ea cedere vobis in maledictionem, non in benedictionem. Quia etsi benedicunt sanctis, non hoc faciunt ex vero corde, & ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem. Vel, maledicam benedictionibus vestris, id est quod à vobis benedicitur, à me erit maledictum: quia benedicunt iniquè agentibus, adulanturque peccantibus, dummodò diuites sint.

Lib de vera & falsa pœ. cap. 20 De pœ. dist. 6. Qui vult Rom. 2. a

Ioan. 8. a

Venialia appellat peccata q̄ ī veteri le. e nō puniebātur morte aut mutilatiōe.


† ne.

Ezech. 13. d

Mala. 2. a

Hier. a prin ci. commentarij.

DISTINCTIO XIX.



SVPERIVS determinauit Magister de ministrorum pę nitentiam iniungentium potestate. Hic determinat de illius potestatis collatione: & diuiditur in partes tres.

In prima parte principaliter de collatione clauis scientiæ.

In secunda principaliter de collatione clauis potentię. ibi. (Cumque iam.)

In tertia de illorum quibus vtraque clauis confertur qualitate. ibi. (Qualẽ autem esse.)

Media diuiditur in tres.

Primo tangit quorundam opinionem falsã.

Secundo aliorum opinionem veram. ibi. (Alijs autem.)

Tertio opponit in contrarium, & soluit ibi. (Præmissę vero.)

CIRCA hanc distin. quæritur principaliter de 4.

Primo de clauium collatione.

Secundo de fraternę correctionis necessitate, & tentione.

Tertio de modo procedẽdi in fraterna correctione.

Quarto de fratris accusati defensione.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum claues fuerint collatę sacerdotibus ve. legis.

Secundo vtrum sint collatę omnibus sacerdotibus no. l.

Tertio vtrũ quilibet sacerdos possit vsum clauium in personam quamlibet exercere.

QVAESTIO I.

Vtrum claues fuerit collatę sacerdotibus ve. l.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. dist. 19. ar. 1. q. 1. D. Th 4. sẽt. dist. 19. q. 1 ar. 1. q 1. Alex. p. 4. q. 20. m. 6. ar. 2. ET VIDETVR ꝙ sic: quia potestatem habebant super populum non temporalem, quia tunc non fuisset differens a potestate principum: ergo spiritualem, & talis potestas clauium.

Secundo. Item in no. l. aliqui non sacerdotes habent claues: quia aliqui non sacerdotes possunt excommunicare, sed magis decuit, vt eas haberent sacerdotes in ve. l. quam non sacerdotes in noua: ergo habuerunt.

Tertio. Item abbatissę habent iurisdictionem, cohibitionem suarum monialium: extra de maioritate, & obed. dilecta in Christo: ergo habent claues: sed magis decuit, vt eas haberent sacerdotes in ve. l. quam mulieres in noua.

In oppositum. CONTRA, claues sunt ad aperiendum, & claudendum regnum cęlorum, sed ante Christi aduentum non poterat aperiri, sed clausum manebat propter peccatum primorum parentum: ergo sacerdotes ve. l. claues non habebant.

Item per claues habent sacerdotes potestatem remittendi peccata ministerialiter, sed sacerdotes ve. le. nullam habebant potestatem remittendi peccata, quia per sacramenta quę ministerialiter ministrabant non conferebatur gratia ex vi sacrmentorum: ergo claues non habebant. Secundo.

CONCLVSIO.

Cum ad claudendum, & reserandum cœli ostium datæ sint claues hæ, veteris legis sacerdotibus non collatas fuisse constat.

RESPONDEO, ꝙ potestas sacerdotum vete legis erat pręcipuè respectu clausionis, & apertionis legalis templi hominibus, iudicando eos esse mundos, vel immundos immunditijs legalibus, & respectu oblationis sacrificiorum, & sacramentorum legalium, & mundationis irregularitatum legalium: potestas autem clauium est respectu apertionis, & clausionis hominibus regni cœlorũ, & administrationis sacramentorum spiritualium, & remissionis peccatorum: cum ergo templum legale esset figura ecclesiæ non tantum militantis, sed etiã triumphantis: & sacrificia legalia figurę sacramentorum ecclesiasticorum, & mundatio irregularitatum legalium figura remissionis peccatorum sacerdotes ve. l. non habuerunt claues propriè loquẽdo, sed signum clauium. Responsio.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd sacerdotes habebant potestatẽ spiritualem, ordinatam tamen ad legale templum, sed potestas clauium directè respicit homines per comparationem, ad regnum cœlorum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd propriè loquendo de clauibus: non sacerdotes non habent claues, quia propriè loquendo respiciũt forum inter hominem, & Deum: esse autem arbitrum, seu mediatorem inter hominem, & Deum solis sacerdotibus competit ex officio, non sacerdotes tamen aliqui habent clauem iurisdictionis, quæ forum respicit inter hominem, & hominem, inter quos esse mediatorem vel arbitrum potest cõuenire non sacerdoti: & quia hæc clauis primo, & principaliter non respicit ecclesiam triumphantem, sed vnitatẽ ecclesiæ militantis: ex consequenti triumphantis inquantum per vnitatem militantis peruenitur ad triumphantem: ideo non debet dici clauis simpliciter: talis autem clauis excommunicatione absoluere actus sunt.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ abbatisse non possunt suas moniales benedicere, nec earum cõfessiones audire, nec euangelium legere, nec publicè prædicare, nec illis claues ecclesiæ sunt commisse. extra de pe. & re. Noua. nec eas ab excommunicatione absoluere, nec excommunicare: extra de sen. excom. De monialibus: possunt tamen eas, & clericos suæ iurisdi-

iurisdictioni subiectos suspendere ab officio, & beneficio, ne crimina remaneant impunita. extra de maiorita.obed. Dilecta in Christo: in tex.& expressius in glos.talis autē potestas magis decet eas in no. le. quam potestas clauium decuisset sacerdotes in ve.l.

Sciendum tamen, ꝙ dominus Host. dicit, in apparatu, ꝙ abbatissa ad minus ab officio suspendere non potest, quia hoc nomine censuræ ecclesiasticæ continetur, quam abbatissa exercere nō potest: & videtur, quòd si Papa hoc voluisset, vbi in decret. ponit monita, posuisset suspensionem.

QVAESTIO II.

Vtrum claues sint collatæ omnibus sacerdotibus nouæ legis.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. D. Tho. vbi sup. a. 2. q. 2. Alex. vbi supra m. 7. art. 1. ET VIDETVR ꝙ non: quia Io. 20. dictū fuit discipulis, & dicitur illis qui ordinantur, Accipite spiritum sanctum: ergo nulli recipiunt claues cū sint potestas remittendi peccata, nisi qui gratiam spiritus sancti recipiunt.

Secundo. Item secundum August. lib. 5. de baptismo, contra Donat. quasi medio loco inter mediū, & finem: & recitat Magister huius distin. ca. 2. Remissionem peccatorum, vel per seipsum facit Deus vel per columbæ membra, sed existentes in peccato mortali non sunt membra columbæ: ergo non habent claues cum sint potestas remittendi peccata.

Tertio. Item ligatus vinculo excommunicationis ecclesiæ non potest absoluere: ergo multo fortius, nec existens in peccato mortali, cum sit ligatus vinculo excommunicationis diuinæ quæ maior est.

In oppositum. CONTRA, Magister huius dist. c. 3. concedit cunctis sacerdotibus dari clauem potestatis ligandi & soluendi.

Secundo. Item aliter nō posset homo scire vtrum esset legitime absolutus: quia nō potest esse certus de sanctitate ministri, omnes ergo sacerdotes, tam boni, quam mali habent claues.

CONCLVSIO.

Quia cuncti nouæ legis sacerdotes sacerdotalis charactere sunt insigniti, cunctis eorum etiam siue bonis siue malis collatæ sunt claues hæ.

Responsio. RESPONDEO, quòd quamuis Magister senserit non omnes sacerdotes habere clauem scientiæ, vt patet 2. cap. distinct. istius. Existimauit enim clauem scientiæ, esse scientiæ habitum, in quo non est ei consentiendum, vt patet ex superioribus dictis: concedēdum est claues esse collatas omnibus sacerdotibus no. l. tam clauem scientiæ, quam potestatis: quantum enim ad illud quod dicunt absolutum, ille & potestas conficiendi sunt vnum, scilicet sacerdotalis character, vt superius est dictum: superaddunt tamen diuersos respectus ad diuersos actus, & effectus. Vnde cum omnibus sacerdotibus no. l. collatus sit sacerdotalis character, omnibus eis claues collatæ sunt.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd in illis verbis determinantur ea, quæ requiruntur, non tantum ad vsum clauium, sed etiam ad idoneum vsum, quia intentio est ordinem conferentis, vt ille cui conferuntur claues earum vsum idonee exequatur. Ad primū.

Ad secundum dicendū, ꝙ ibi loquitur August. de remissione peccatorum per idoneum ex parte ministri, quod patet, quia immediate ante verba prædicta, dicit, quòd sacramentum gratiæ dat Deus, etiam per malos. Ad secundum.

Ad tertium dicēdum, ꝙ non est simile, quia ecclesia excommunicando subtrahit: non dico potestatem, sed executionē potestatis quā contulit, Deus vero non: ipse enim nō excommunicat hominem, sed homo seipsum. Ad tertiū.

QVAESTIO III.

Vtrum quilibet sacerdos possit vsum clauium in personam quamlibet exercere.

ET VIDETVR ꝙ sic: quia quilibet sacerdos legalis poterat exercere officium mundationis respectu cuiuslibet leprosi. Arg. 1. D. Bon. lib. 4. distin. 19. ar. 3. q. 1. D. Tho. vbi su. a. 3. q. 1. Alexā. p. 4. q. 21. m. 3. art. 2.

Item clauis Christi erat indifferens respectu omnium, sed omnis alia clauis descendit ab illa. Secundo.

CONTRA, extra de parochiis. Nullus episcopus. Nullus episcopus alterius parochianum iudicare præsumat. In oppositum.

CONCLVSIO.

Sacerdos in sua consecratione ordinis tantùm potestatem cum accipiat, non autem iurisdictionis, propterea quilibet quemlibet absoluere nequit.

RESPONDEO, ꝙ actio non tantum requirit potentiam a qua fit, sed subiectum debitum in quo recipiatur. Vnde ad ligare, & soluere non tantum requiritur potestas clauium a qua sunt isti actus, sed etiam materia debita in qua recipiuntur: non est autem materia debita quātum ad istos actus respectu claues habentis, nisi personæ super quas habens claues habet aliquam iurisdictionem: non oīs aūt sacerdos habet iurisdictionem super quēlibet, quia iurisdictiones in Ecclesia distinctæ sunt aliquo modo ad istar distinctionis, quæ est in Ecclesia triumphante, vt sicut ibi sub Christo principe sunt Angeli, quorum quidam sunt superiores, quidam medii, quidam inferiores, neque æqualis est omnium potestas: sic in Ecclesia militante sub Vicario Christi sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & sub illis inferiores sacerdotes, & est eorum potestas distincta secundum ordinationem vicarii Christi: & ideo est concedendum, quòd non omnis sacerdos potest vsum clauium in personam quamlibet exercere. Responsio.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd non est simile, quia potestas illa erat solum ad vnum populum, & ad vnum templum, & ideo non erat tanta necessitas distinctionis illius potestatis, sicut potestatis ecclesiasticæ, Ad primū.

quæ

quæ respicit populum per totum orbem diffusum,& præterea Ecclesia expresſius repræsentat Ecclesiam triumphantem, quam repræsen synagoga.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ ea,quæ non distinguuntur in superioribus, non distinguuntur in inferioribus: claues autem sacerdotum sunt sub Christi claue,quia illa est clauis excellentiæ, vt superius visum est.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo,vtrum correctio fraterna sit sub præcepto.

Secundo,vtrum existentes in peccato mortali teneantur corrigere alios peccatores.

Tertio,vtrum inferiores teneantur corrigere superiores.

QVAESTIO I.

Vtrum correctio fraterna sit sub præcepto.

Arg. 1. D. Tho. 4. sent d.st. 19 q. 2. art. 2. q. 1.



ET VIDETVR ꝙ non: secundum enim August. 1. de ciuit. c. 10. Aliquando a corripiendis fratribus desistũt homines,vel propter laborẽ, vel verecundiam, vel euitationem nocumenti temporalis, quamuis displiceat eis malum eorũ, nec tamen incidunt in illam damnationẽ,quæ post hanc vitam talibus præparatur, sed si correctio fraterna esset præceptum desistentes ab ea ad vitandum incommodum temporale incurrerent damnationis demeritum: ergo talis correctio non est sub præcepto.

Secundo. Item nemo ex præcepto obligatur ad corrigendum alium,nisi habeat curam eius,sed soli superiores habent inferiorum curam:ergo saltem quantum ad alios non est sub præcepto.

Tertio. Item cum assidue occurrant corrigendi oporteret prætermissis alijs negociis aliorum correctioni vacare,quod falsum est.

Quarto. Item Ecclesi. 7. Considera opera Dei,ꝙ nemo possit corrigere quem ille despexerit: sed Deus non pręcipit alicui impossibile:ergo saltem sunt aliqui ad quorum correctionem alij non tenentur.

In oppositum. CONTRA, Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum,&c.

Secundo. Item Gloss. super locum prædictum. Ita peccat qui fratrem suum videt peccare,& tacet,sicut qui peccanti nõ indulget, sed præceptum est indulgere peccanti: ergo præceptum est corrigere fratrem.

CONCLVSIO.

Fraternam correptionem diuinum esse preceptum catholicè asseuerandum est.

Responsio. Nota. RESPONDEO, ꝙ sicut corporis naturalis patiente vno membro compatiuntur alia, & sibi inuicẽ subueniunt ad bonam cõsistentiã corporis in cõparatione ad formã naturalis vitæ,sic ex necessitate diuini pcepti mẽbra corporis mystici, quod est ecclesia, tenentur sibi inuicem subuenire ad conseruandum bonam vnitatem,& dispositionem Ecclesiæ in comparatione ad formã spiritualis vitæ,quæ est gratia Spiritus sancti. Vnde non tantum sibi inuicem subuenire tenentur,quantum ad indigentias corporales, sed multo magis quantum ad spirituales orando,delinquentibus parcendo, ad bonum mouendo, & delinquentes corrigendo. Quia tamen corrigere præceptum affirmatiuum est:reducitur enim ad primũ pręceptum secundæ tabulæ, ad quod reducuntur omnia præcepta de benefaciendo proximis: ideo & si obliget semper, non tamen pro semper, sed pro loco, & tempore,quando vz: speratur correctio, nec est alius qui correctionẽ illam faciat,vel facere debeat ex officio.

Ad primũ Non corrigere proximum tripliciter euenire potest. AD PRIMVM in oppositum dicendum; ꝙ desistere a correctione fraterna potest contingere tripliciter. Vno modo meritoriè quando homo ideo desistit corrigere, quia tũc tempus non est,nec locus. Alio modo perniciosè, quando.s. homo probabiliter credit,& sperat, ꝙ suo verbo possit fratrem a peccato retrahere,& hoc omittit facere propter aliquod commodum temporale: tunc enim ordinem charitatis peruertit plus diligens bonum temporale,quam animam proximi,& honorẽ Dei. Tertio modo potest hoc omitti,ita ꝙ hæc omissio non sit peccatum,nisi veniale,quando,scilicet propter aliquod temporale commodum habendum,vel incommodum vitãdum efficitur homo tardior,vel pigrior,vel minus diligens circa proximorum correctionem, non tamen in tantum quin si cõstaret sibi, ꝙ posset ipsum a peccato mortali retrahere, hoc non omitteret propter incommodum temporale; & hoc tertio modo intelligitur auctoritas August. ad primam partem allegata.

Ad secundum. Cura officij & cura zeli quib' duplex correctio correspondet. Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est cura,quædam quæ pertinet ad officiũ,& hęc non pertinet,nisi ad prælatum:& quædam pertinẽs ad zelum,& sic quilibet proximus debet habere curam alterius. Et secũdum istam duplicem curam est duplex correctio: quædã quæ est actus iustitiæ vindicatiuæ, quæ est coertio a malo per inflictionem iustæ pœnæ,& hęc non pertinet, nisi ad superiores respectu inferiorum, quorum habẽt curam ex officio. Alia est actus dilectionis, quæ est per amicabilẽ instructionem,boni exhortationem, & mali repræhensionem, & hæc respicit curam zeli: & ad hanc tenetur quilibet respectu cuiuslibet,sicut quilibet respectu cuiuslibet debet habere dilectionem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ cum præceptum affirmatiuum nõ obligat,nisi pro loco, & tempore, & magis tenetur quis vacare sui ipsius correctioni, quam proximi, quamuis pro loco,& tempore vacare debeat vtrique.

Ad quartum. Ad quartum dicendũ, quòd quia nescimus qui sunt reprobati, vel prædestinati, nec quos

Deus

Deus corrigendos præuidit,& quos non: ideo omnibus debemus correctionem impendere sub spe auxilii diuini,quia si Deus non auxiliaretur, nullum corrigere possemus, sicut bene dicit auctoritas allegata.

QVAESTIO II.

Vtrum existens in peccato mortali, teneatur alios peccatores corrigere.

Arg. 1. D. Bon. lib. 4. distin 19. dub. 4. D. Tho. vbi sup. q. 2. ET VIDETVR quod sic: Peccatum nullum absoluit a præcepto diuino: sed correctio fraterna cadit sub diuino præcepto, vt ostensum est: ergo ad illam impendendam tenetur peccator.

Secundo. Item quanto homo est in maiori periculo, tanto magis tenetur facere bona, per quæ ad liberationem a periculo disponatur, sed existẽs in mortali peccato est in maximo periculo: ergo maxime tenetur eleemosynam impendere proximo: quia vt dicitur Thob. 12. Eleemosyna a morte liberat: cum ergo correctio fraterna sit eleemosyna maxima, existens in peccato mortali tenetur ad illam proximo impendendam.

In oppositum. CONTRA, gloss. super illud Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus, &c. Laudem quærit Deus, sed ne turpis putet sibi hanc imperari prohibet ne lingua præsumat laudare cui obuiat conscientia. Sed corrigere fratrem est laus Dei; ergo peccatores non debent corrigere fratres.

Secundo. Item de pœniten. distinct. 6. cap. 1. §. Sacerdos. Et recitat Magister in littera huius distin. capit. vlt. In hoc est potentissimum crimen sacerdotum, & detestabile qui non prius se iudicant, quam alios ligant: ergo a simili illi crimen incurrunt, qui non prius se iudicãt, quam alios corrigant.

CONCLVSIO.

Peccatorem quemlibet etiam publicum præceptum correptionis obligat, ita tamen vt cautè fiat, nempè vt corripiat secretò, non increpando, sed obsecrando, simulque seipsum accusando, & nouæ vitæ inchoationem proponendo.

Responsio. RESPONDEO, quod peccator aut est occultus, aut est manifestus. Correctio etiam aut est in occulto, aut in manifesto. Peccatori criminoso manifesto non licet fratrem corrigere in publico manifeste, scilicet propter scandalum: & quia cum talis correctio fit cum assumptione verbi Dei, non debet propter dignitatem manifeste assumi per os manifeste pollutum, ne verbũ Dei in ore suo vilesceret in conspectu hominum. Vnde gloss. super illud Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas, idest quare communi sermone ad populum profers aliquid de mea maiestate: & parumpost super illud, Per os tuum, non sancta verba os pollutum præsumat docere. Si autem peccator occultus fratrem corrigit in occulto, aut in manifesto si factum exigit, aut si manifestus corrigit in occulto, si hoc faciat humiliter suam prauitatem propriam recogitans, & seipsum minus repetans, quia non vult laborare, vt sibi detur iustitia, & remoueatur sua iniustitia, quam iniustitiam in alio reprædit, non peccat, quia credo, quòd benefaciat, & loco, & tempore tenetur facere.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, quod peccatũ non absoluit hominẽ a præcepto, nec propter hoc homo perplexus est, quia si vult facere, quod in se est, Deus paratus est sibi remittere peccatum.

Ad secundum. Secundum argumentum bene concludit de peccatore occulto.

Ad primũ secũdæ partis. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd illa gloss. Psalm. intelligenda est de criminoso manifesto, & de correctione manifesta.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illa auctoritas intelligitur de ligatione, quæ est per sacramentum pœnitentiæ, quod administrando peccat criminosus sacerdos. Nullus enim debet administrare ecclesiastica sacramenta existens in mortali peccato, excepto sacramento baptismi in casu necessitatis: non credo enim quòd criminosus peccaret si puerum baptizaret in periculo mortis, si non esset alius qui ipsum baptizare posset.

QVAESTIO III.

Vtrum inferiores teneantur corrigere superiores.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. q. 3. ET VIDETVR quod non: quia Dionys. in Epistola ad Demophilum repræhendit eum, quia corrigebat sacerdotem superiorem se. Vnde dicitur, hoc non Demophilo iustum est corrigere.

Secundo. Item 1. quæst. 1. Multi secularium. Multi secularium dum plus vitam sacerdotum, quam suam discutiunt, in materiam contemptionis diuinorum sacramentorum crimen incurrũt: ergo videtur, quòd illicitum est subditis sacerdotum ipsos corrigere sacerdotes.

Tertio. Item 2. quæst. 7. Paulus dicit, Seniorem ne increpaueris, sed hæc regula tunc in eo obseruanda est, cum culpa senioris suo exemplo nõ trahit ad interitum corda iuniorum: ergo saltem in casu illo non est licitum inferioribus corrigere superiores.

Quarto. Item ea. q. Paulus Petrum. Paulus Petrum repræhendit, quod non auderet, nisi se non imparem sciret, hoc includit, quòd inferior superiorem reprahendere non debet.

In oppositum. CONTRA, infra ead. quæst. Sicut inquit. Sicut inquit laudabile discretumque est reuerentiam, & honorem prioribus exhibere, ita rectitudinis, & Dei timoris est, si qua in eis indigent correctione nulla dissimulatione postponere ne totum, quod absit, corpus morbus inuadat, si languor nõ fuerit curatus in capite.

Secundo. Item Gregor. in pastor. 27. capit. & est 11. q. 3. Præcipue. Scire prælati debent, quia si peruersa nonnunquam perpetrant tot mortibus

digni

digni sunt quot & ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est vt tanto se cautius a culpa custodiant, quãto per praua, quæ faciunt non soli moriuntur: maxime ergo correctione indigent: ergo si nõ adsunt superiores corrigentes, corrigi possunt, & debent per inferiores.

CONCLVSIO.

Tenetur equidem inferior superiorem peccatorem corripere, non increpando, sed eum obsecrando vt patrem, nisi fuerit crimen hæresis.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ correctione, quæ est actus vindicatiuæ iustitiæ, inferiores corrigere non debent superiores, nisi manifeste errarent in fide: tunc enim si non adessent superiores vindicantes, vel nollẽt, per inferiores possent puniri, quia hæresis reddit hæreticum omni catholico inferiorem, non tantum in foro interiori, sed etiam exteriori: sed loquendo de correctione, quæ est actus zeli elicit ex dilectione, inferiores tenentur & debent superiores corrigere loco & tẽpore pro peccatis morum patentibus, nõ arroganter, nec imperiose, sed reuerenter cum humilitate. Vnde Gregor. in pastor. cap. 27. Admonendi sunt subditi, ne præpositorum suorum vitam temere iudicent. Si quid eos fortasse agere repræhensibiliter vident, ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur, ammonẽdi etiam sunt ne dum culpas præpositorum considerant contra eos audaciores fiant, sed si qua valde sunt eorum praua apud semetipsos dijudicent, vt tamen diuino timore constricti ferre sub eis iugum reuerentiæ non recusent.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ Diony. repræhẽdebat Demophilum de hoc quòd sacerdotem corripiebat iniuste, quia ipsum corrigebat puniendo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ in illa auctoritate repræhenditur, scilicet vitam propriam negligere quantum ad mores, & vitam superiorum nimis curiose discutere, & ex hoc sacramenta per eos ministrata contemnere, & hæc iuste repræhensibilia sunt, sed nõ inciden do in aliquod istorum, potest inferior superiorem corrigere loco, & tempore, & modo debitis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd auctoritatem exponit littera, quæ immediate sequitur, quæ est hæc: Vbi autem senior iuuenibus exemplũ ad interitum præbet ibi distincta increpatione feriendus est, nam scriptum est Isa. 42. Laqueus iuuenum vos omnes.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd resistere corã omnibus in facie suo superiori inferiorem non decet: & ideo hoc Paulus non fecisset, nisi aliquo modo par fuisset Petro quantum ad fidei defensionem, sed in occulto ammonuisset eum reuerenter, nec est intelligendum, ꝙ Paulus fuerit par Petro in officio ecclesiasticæ dignitatis. Solus enim Petrus inter Apostolos gerebat primatum, vt dicit text. ibidem. Vel potest dici ad argumentum, quòd propter imminens periculum scandali contra fidem, inferior publice arguere potest superiorem: & hæc fuit ratio quare Paulus publice Petrum redarguit, sicut patet Gal. 2.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum secreta ammonitio debeat præcedere publicam denunciationem.

Secũdo, vtrum testium inductio debeat præcedere publicam denunciationem.

Tertio, vtrum iudex pro sola fama nullo existente accusatore debeat ex officio suo procedere ad inquisitionem.

QVAESTIO I.

Vtrum secreta monitio debeat præcedere publicam denunciationem.

VIDETVR quòd non: Grauior enim est accusatio, quam denunciatio, sed ad publicam accusationẽ potest alius procedere non præcedente secreta ammonitione: quia sicut dicitur extra de accusationibus. Qualiter, & quando. 2. §. Debet accusationem præcedere debet legitima inscriptio, nõ dicit ammonitio: ergo monitio non debet præcedere denunciationem. *Arg. 1. D. Tho. vbi sup. a. 3. q. 1. D. Bon. vbi supra.*

Item religiosi tenentur suis prælatis obedire, sed quandoque præcipiunt subditis suis dicere veritatem de delicto alicuius fratris quem non monuerunt: ergo in illo casu tenentur denunciare delictum fratris non præcedente monitione. *Secundo.*

Item vt habetur Gene. 37. Ioseph accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo, nec inuenitur, ꝙ secreta monitio præcesserit. *Tertio.*

CONTRA, Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solum: ergo monitio secreta debet præcedere denunciationem. *In oppositum.*

Item extra de accusationibus. Qualiter, & quando. 2. §. Debet. Denunciationem debet præcedere charitatiua monitio. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Cum crimen est aut notorium, aut secretum, sed in detrimentum publicum, aut fructus nullus probabiliter speratur ex secreta monitione, secreta correptio præmittenda non est, sed criminosus illicò est iudici denunciandus, secus verò si crimẽ est occultum, periculum imminet nullum, secretaque correptio speratur proficua.

Responsio. RESPONDEO, quòd peccatum proximi aut est publicum, aut secretum. Si publicum, non est necessarium secretam monitionẽ præcedere denunciationem: quia sicut dicitur extra de pœnitent. & remiss. cap. primo. Manifesta

sta peccata non sunt occulta correctione purganda, sed manifeste vt eius pœna alij terreantur. Vnde Apostolus prima Thimot.5. Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant, quia pœna talium debet esse exemplum aliorum. Si autem est secretum, distinguẽdum est, quia aut tardatio denũciationis eius probabiliter verteretur in notabile nocumentum proximorum corporale, seu spirituale, vt si aliquis tractaret occultè quomodo ciuitas hostibus traderetur, vel occulte homines auerteret a moribus, vel a fide, aut non immineret tale periculum. Si sic festinandum esset procedere ad denunciationem, nec est necessarium expectare quousque præcedat secreta monitio, quia magis cauendum est detrimento boni corporalis, & spiritualis reipub. quam famę ipsius peccatoris. Si autem peccatum est occultum, neque pro tardatione denunciationis imminet tale periculum, adhuc distinguendum est, quia aut probabiliter creditur per conditionem, & signa peccatoris: & alia quæ probabilitatem possunt aggenerare, quòd homo circa eum per secretam monitionem non proficeret, sed ille magis exasperaretur contra corrigentem, & præmonitus subterfugere quæreret, vt corrigi non posset, & tunc non debet secreta monitio præcedere denunciationem, & sic intelligitur illud Sapient. Prouerb. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te: aut speratur, quòd secreta monitio proficeret circa ipsum, quod semper credendũ est, nisi per signa probabilia contrarium videatur: & tunc dico, ꝙ ex præcepto diuino debet secreta monitio publicam præcedere denunciationem: non tamen necessarium est, quòd præcedat denunciationem secretam, quæ fit soli prælato, maxime quando denuncians ad hoc compellitur per sui prælati obedientiam, & si ad secretam monitionem frater se corrigit, debeo resistere a publica denunciatione. Et sic intelligi debet illud 2. quæstio. 1. Si peccauerit. vbi dicitur, Nos non prodimus, sed in secreto corripimus. Vbi contingit malum, ibi malum moriatur: & illud quod dicitur eadem causa. q. 7. Accusatio. §. Sed si quis: vbi dicitur, ꝙ si aliqui sacerdotes ante secretam denunciationem lacerare, accusare, vel infestare præsumpserint excommunicentur. Si enim possum sine detrimento spiritualis boni illius quem corrigo, & communitatis custodire famam fratris, teneor ex præcepto Dei famam ipsius non lædere, quia preciosius quid est inter temporalia, & multum vtile ad spiritualia, quia multi a peccato timore infamiæ retrahuntur, & homines quando se infamatos considerant magis sine freno peccant. Vnde gloss. super illud Matth. 18. Corripe eum inter te, & ipsum solum, ne publice correptus verecundiam perdat, qua perdita in peccato remaneat, non tamẽ propter fratris correctionem factam per secretam monitionem, teneor desistere a secreta denunciatione prȩlato fienda, quia valet ad præcauendum fratri a recidiuo, nec est in famæ fratris præiudicium, si talis est prælatus qualis esse debet. Si tamen per signa valde probabilia, & præsumptiones valde violentas crederetur, quòd ex illa denũciatione fratrem correctum infamare vellet, tũc crimen occultum fratris iam veraciter correcti sibi denunciari non deberet.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd non valet, quia effectus accusationis cũ de crimine criminaliter agitur est accusati dispositio, si accusatio fuerit legitime probata. extra de accusationibus. Super his. Hic autem effectus non haberetur per secretam ammonitionem, sed effectus denunciationis est illius cui denunciatur correctio. eod. cap. vbi prius. Hic autem effectus habetur frequenter per ammonitionem secretam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ circa regulares personas non est tanta necessitas hunc ordinem obseruandi, sicut circa seculares, quia regulares cum causa requirit, facilius & liberius a suis possunt administrationibus amoueri, extra de accusationibus. Qualiter, & quando. secundo, in fine.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd aut Ioseph fratres suos præmonuerat, quamuis non legatur, aut crimen fuit publicum super quod denunciauit eos patri, quod in hoc patet, quia pluraliter dicitur, Accusauit fratres.

QVAESTIO II.

Vtrum testium inductio debeat præcedere publicam denunciationem.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. q. 2. ET VIDETVR ꝙ non: quia aut peccatum est publicum, aut secretum. Si secretum non sunt inducendi testes, quia in secreto nihil potest probari. Si publicum adhuc non oportet, quia circa crimina publica non oportet ordinem iudiciarium obseruari. 2. quęstio. 1. Prohibentur. in fine.

Secundo. Item dicit Augustinus in regula sua, quòd delictum fratris prius debet ostendi præposito, quam testibus: sed debere prælato est debere Ecclesiæ cum sit caput: ergo testium inductio non debet præcedere publicam denunciationem.

In oppositum. CONTRA, Matth. 18. Si te non audierit adhibe tecum vnum, vel duos.

CONCLVSIO.

Post secretam correctionem si ipsa nihil profuit, ante publicam denũciationem, vt à Christo iussus seruetur ordo; testes adhibendi sunt.

Responsio. RESPONDEO, quòd testium inductio debet præcedere publicam denunciationem, nisi in casibus in quibus non oportet secretam ammonitionem præcedere, qui sunt expressi in quæstione præcedenti. Conueniens enim modus eundi ab extremo in extremum est transire per medium: & ideo a correctione

secre-

secreta ad denũciationem publicam, quæ sunt quasi duo extrema conuenienter transitur per inductionem paucorum testium, qui possint, & velint prodesse, & non obesse: sicut enim subitæ mutationes in humano corpore corporales generant morbos, secundum Hypocratem in apho. sic subitæ mutationes circa illum, qui corrigẽdus est, faciliter possunt generare morbos mentales, vt morbum impatientiæ, vel desperationis, vel nimiæ desolationis. Et præterea semper parcendum est famæ fratris, si possibile est sine præiudicio spiritualis boni sui, & communitatis: minus autẽ læditur fama fratris si corrigatur per duos, vel per tres, quam si per denunciationem factam Ecclesiæ.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ testium inductio de qua est hic sermo, fit triplici de causa. Vna est ad efficacius ostendendum fratri suum peccatum, & reuocandum ipsum ab eo. Alia ad efficacius ipsum conuincendum si alias iteraretur peccatum. Tertia est vt frater corrigens possit probare, ꝙ fecit quod in se est, quia ille qui non præmonuit fratrem repellitur a denunciatione. extra de accusationibus. Cum dilect. & ideo debet probare, quòd ipsum promonuit. extra de iudic. Nouit ille.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd ostendere fratris delictum prælato secundum ꝙ est quædã singularis persona qua potest, & debet velle magis prodesse, quam alij debet præcedere ostensionem illius delicti alijs testibus, sed ostendere prælato tanquam Ecclesiæ, idest, sicut in loco iudicis residenti debet sequi testium inductionem.

QVAESTIO III.

Vtrum iudex pro sola fama nullo existente accusatore debeat ex officio suo procedere ad inquisitionem.

Arg. 1. ET VIDETVR quòd non: extra de accusationibus, capit. 1. Si legitimus non fuerit accusator non fatigetur accusatus: ergo multo fortius si nullus est accusator homo fatigari non debet.

Secundo. Item non est faciliter procedendum ad illud pro quo homo repellitur ab honoribus obtinendis, sed eo ipso ꝙ inquiritur contra aliquem de crimine ille contra quem inquiritur ante plenam facti discussionem ad honorem promoueri non debet. extra de accusationibus. Omnipotens Deus: cum ergo fama quandoque leuiter insurgat, non semper debet iudex ad inquisitionem procedere, si non fuerit accusator.

Tertio. Item extra de accusationibus. Qualiter, & quando. secundo. inquisitionem clamosa insinuatio debet præuenire, sed non est clamosa insinuatio sine omni accusatore: ergo iudex non debet ad inquisitionem procedere pro fama, si nullus fuerit accusator.

Quarto. Item 4. quæst. 4. Nullus introducatur. dicitur, ꝙ accusatores, & iudices nõ idem sint: sed si iudex pro sola fama procederet ad inquisitionem ipse esset accusator, & iudex: ergo pro sola fama ad inquisitionem procedere non debet.

In oppositum. CONTRA, Genes. 18. dicit Dominus, Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me operæ compleuerint: ergo similiter fama existente debet prælatus inquirendo descendere vtrum ita sit.

CONCLVSIO.

Vtique, nisi ex paucis, aut maleuolis, uel inimicis exorta sit fama hæc.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ mala fama quandoque est a certo motore, quandoque ab incerto: de consecrat. distinct. 4. Sanctum est: quando habet ortũ habet incerto motore, si ad aures prælati deuenerit per clamosam insinuationem, & ex ea scandalum in populo generetur, procedere debet inquisitionem, quamuis nullus sit qui se offerat ad accusandum factum, vel famam. Sciendum tamen ꝙ malam famam nõ faciunt dicta paucorum talem, vt propter illam prælatus procedere debeat ad inquisitionem, extra de accusationibus. Inquisitionis. in glos. vbi dicitur, Dicta paucorum non infamant. Vnde prelatus propter hoc non mouebitur ad inquirẽdum: fama enim debet esse per villam, siue parochiam ad hoc, vt fiat inquisitio: vt habetur in eadem dicta gloss. & 2. quæst. 1. Deus omnipotens: & cum procedit ad inquirẽdum inquiri non debet super his de quibus infamia non præcesserit.

Si autem ortum habet a certo motore, vel a certis motoribus, aut sunt inimici, & maliuoli, aut non, sed sunt honesti, & prouidi. Si non inimici, debet præcedere prælatus ad inquisitionem: si inimici, vel maliuoli, aut non constat, ita esse sub certitudine, sed solum per presumptiones non violentas, & tunc etiam prælatus ad inquisitionem procedere debet. Si autem constat ita esse, vel per legitimam probationem, vel eorum propriam confessionem, vel per violentas presumptiones, & infamatus alias fuerit boni nominis, & persona notabilis: non credo, quòd prælatus procedere debeat ad inquisitionem. extra de canonica purgatione. Cum iuuentute. Et de accusationibus. Qualiter, & quando. tertio.

Quidam tamen dicunt, ꝙ vndecunque fuerit exorta mala fama procedendum est ad inquisitionem, & infamato canonica purgatio indicenda saltem propter scandalum. extra de purgatione canoni. Accedens, & de accusationibus. Qualiter, & quando. secundo. in glos.

Sed hoc credo esse intelligendum quando illi a quibus fama ortum habuerit, nõ probantur sufficienter esse maliuoli, vel inimici.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd

ꝙ ad correctionem fratris procedi potest per accusationem, vel denũciationem. extra de accusat. Super his:& inquisitionem. Hos tres modos simul habes. extra de accusationibus. Qualiter,& quãdo. 2. §. Debet. Procedere autem ad correctionem fratris in modum accusationis prælatus non debet, si legitimus non fuerit accusator, & sic intelligi debet auctoritas.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ propter famam leuem insurgentem a maliuolis, vel inimicis, procedi non debet ad inquisitionem, vt dictũ est, nisi alias persona non sit boni nominis: fama autem ortum habẽs a prouidis,& honestis viris non est res leuis, sed multum grauis.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd minor est falsa: possunt enim esse multi clamose insinuantes, qui tamen se non offerunt ad probandum factum, vel famam.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ vt dicitur, extra de accusat. Qualiter,& quando. secundo. non idem est actor, & iudex, cum denunciante fama, vel referente clamore officium suum iudex exequitur: tunc enim fama est quasi loco accusatoris.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum accusatus posit in aliquo casu repellere accusatorem.

Secundo, vtrum recusare iudicem.

Tertio, vtrum excipere contra testes.

QVAESTIO I.

Vtrum accusatus possit in aliquo casu accusatorem repellere.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ non: quia quanto accusatur de crimine grauiori, tanto debet habere liberiorem defensionem. In criminali enim causa requirũtur canonice,& districtissime probationes. 5. q. vlt. Epiphanium. Sed cum homo accusatur de crimine hæresis, non potest repellere accusatorẽ, quia in accusatione talis criminis quilibet criminosi,& infames admittuntur. 2. q. 7. Præsumũt: ergo multo fortius in nullo alio casu accusatus potest accusatorem repellere.

Secundo. Item accusatio non nocet, nisi accusanti, si non probatur: ergo qualiscunque sit accusans nullum præiudicium fit accusato.

In oppositum. CONTRA, mulieres impuberes,& paupe res, & plures alii ab accusatione repelluntur. 2. quæst. 1. Prohibentur.

CONCLVSIO.

Accusatorem aut modo indebito accusantem, aut inscribere renuentem, aut prauæ, vel non idoneæ conditionis existentem repellere potest accusatus.

Responsio. Non admissi ad accusationes secundum iura, qui sint. RESPONDEO, ꝙ accusatus potest repellere accusatorem, vel ratione modi accusandi, vtpote si accusat de crimine absens per literas, quia de crimine nõ potest quis accusari per scripta, nec absens. 2. q. 7. Per scripta: & 3. q. 9. Absente. Aut quia nõ vult inscribere, quia sicut dicitur, extra de accusationibus. Qualiter,& quando. 2. Accusationem præcedere debet legitima inscriptio. Vel propter conditiones accusantis, quia multi sunt qui ad accusandum secundum iura non admittuntur, s. hæretici, pagani, apostatæ,& alii infideles. 2. q. 1. Pagani. Item criminosi. 6. q. 1. Qui crimen. Item conspiratores. 3. q. 4. Conspiratores. Item incestuosi. 3. q. 4. Consanguineorum. Item illi qui sunt malæ opinionis. 3. q. 5. Suspectos. Item litigiosi,& calumniatores. 3. q. 5. Nullus. Item infames. 3. q. 4. Nulli.& 4. q. 1. Diffinimus. Item excommunicati, vt superius ostẽsum est. Item inimici. extra de accusat. Cum oporteat.& 3. q. 4. Detractores. Item mulieres impuberes,& pauperes. 2. q. 1. Prohibentur. Item sortilegi,& diuinatores. 3. q. 5. Constituimus. Item qui sacerdotes fieri nequeunt, sacerdotes accusare non possunt. 2. q. 7. Ipsi Apostoli. Item episcopum laici passim accusare non possunt. 2. q. 7. cap. 1. Item nec laici passim possunt accusare clericos. 2. q. 7. Nullus laicus. Item accusatus reaccusare non potest, nisi primo purgatio prę cesserit,& nisi accuset de maiori crimine. 3. q. 11. Neganda, prima & secunda. Contra talem enim esset præsumptio, ꝙ accusaret ex odio. Item accusator debet esse liber genere non seruus. 2. q. 7. Quærendum. Item qui non ex zelo, sed odio accusant, vel denunciant non sunt audiendi, extra de accusat. Cum oporteat. Itẽ cohabitantes cum inimicis. extra de accusat. Repellantur. Item qui iurauit nõ accusare illum quem accusat. extra de accusat. Veniens. Item qui tulit testimonium contra aliquem in causa criminali nõ potest, vt dicunt aliqui, ipsum accusare de eadem causa, quia iam esset accusator suspectus. extra de accusat. Cum p. manconella, tamen presbyter bonus non tantum fuit repulsus ab accusatione p. quia fuisset adductus pro teste cõtra ipsum, sed quia erat frater I. laici qui ipsum p. prius accusauerat,& ꝙ frater p. ipsum B. antea de causa consimili accusauerat, propter quod presbyter bonus præsumebatur inimicus dicti p.& ideo fuit repulsus ab accusatione eius, quamuis accusaret ipsum de symonia, quæ est crimen exceptum, & de quo prædictus presbyter erat infamatus, quod patet per hoc, ꝙ sibi purgatio fuit indicta,& quamuis prædicta vera sint, vt in pluribus, tamen multi de prænominatis admittuntur ad accusandum in aliquibus casibus, vtpote si suam, vel suorum iniuriam prosequuntur. 2. q. 1. prohibetur. §. Hi tamen. vel propter magnam criminis labem,& periculum. 7. q. 3. Pręsumunt in fi. Et in aliquibus, alijs casib. valet.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non valet: quandoque enim crimen est, ita periculosum, ꝙ ad eius depræhensionem plures viæ inueniendæ sunt, quam contra crimina alia maxima, quãdo est crimen notabiliter infectiuum, sicut est hæresis, quamuis tamẽ ad accu-

accusandum de illo crimine, & alijs criminibus exceptis, sicut sunt crimen symoniæ, & læsæ maiestatis admittantur criminosi, & infames, non tamen nisi contra infamatum. extra de symonia. Tanta est labes. in glo. Inimici vero in nullo casu admittuntur. extra de accusa. Cum p. manconella. in gloss.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod maior est falsa: eo enim ipso, quod aliquis de crimine accusatur coram iudice, & admittitur accusator iam aliquo modo notatur accusatus, & grauatur eius opinio, ita vt interim ad honores non debeat promoueri. extra de accu. Omnipotens Deus. in tex. & in gl. & 81. dist. Tantis Daniel.

QVAESTIO II.

Vtrum accusatus possit in aliquo casu recusare iudicem.

Arg. 1. ET VIDETVR quòd non: Philoso. 8. ethic. cap. vlt. Non est possibile filio abnegare patrem, sed iudex alicuius pater est eius: ergo nulli licet iudicem recusare.

Secundo. Item extra de vi. & honest. cleric. Vestra. A clericis, & presbyteris quamquam fornicariis quamdiu ab ecclesia tolerantur, nec habent euidentiam operis, licite diuina mysteria audiantur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica, sed omnem quem Ecclesia iudicē constituit tolerat: ergo contra ecclesiam facit qui cunque iudicem suum recusat.

In oppositum. CONTRA, 3. q. 7. Quod suspecti. liceat ei qui suspectū sibi iudicem putat antequam lis inchoetur, eum recusare, vt ad alium recurrat. Nam quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicum refugere velle.

Secundo. Item parum vltra. Si manifesta sunt crimina alicuius, tamen accusatione inimici condemnandus non est: ergo a simili, nec sententia iudicis inimici: ergo etiā manifeste criminosus iudicem sibi inimicum recusare potest.

CONCLVSIO.

Conditiones sibi requisitas iudex si non habeat, aut aliquid quod sui muneris est prætermittat, ipsum accusatus recusare potest.

Responsio. Iudicem recusare quibus casibus liceat. RESPONDEO, quòd in aliquibus casibus licitum est iudicem recusare. Rationabile enī est rem non cōuenientem ad aliquem actum, ab illo actu repellere per viam licitam: quandoque autem accidit, quod ille qui ponitur loco iudicis ad actum iudicandi simpliciter inconueniens est, vel per comparationem ad aliquā causam. Si autem simpliciter est incōueniens, ab officio simpliciter remouendus est. Si autem quantum ad aliquam causam, & ad aliquā personam pro illa causa ab illa persona recusari potest. Est inconueniens quandoque propter defectum rationis, vt perpetuo furiosus, vel propter sexum, vel fœminæ, vel conditionem, vt serui, vel ętatem, vt impuberes: vel propter auditus defectum, vt surdus: vel loquelæ, vt mutus: vel propter defectum boni nominis, vt infamis. De omnibus istis habetur. 3. q. 7. Infamis. Vnde si aliquis talium assignaretur alicui pro iudice reus illum recusare posset. Si etiam accusator eius iudex esset, quia idem non debet esse accusator, & iudex. 2. q. 1. Multi. Item si meritò suspectus est ei. extra de ap. Cum speciali. Suspectus autem potest esse multis de causis, scilicet si est eius inimicus. Vnde inimicus iudex rei esse non debet. 3. q. 5. cap. vlti. Item si est de terra aduersarij nimis ei familiaris. extra vt lite. non contra accedens. 2. & de offic. iud. deleg. Insinuante. Item si habet causam consimilem cum aduersario. extra de iud. Causamque. 2. Item si cōsanguineus aduersarij. extra de appellat. Postremo. Item si iudex grauat eum. 2. q. 6. Omnis oppressus. Vnde & Paulus cum grauaretur a iudice, Cęsarē appellauit: vt habetur Act. 25. Si tamen iudices dati sunt de assensu vtriusque partis non possunt recusari. extra de causa proprie. & poss. Cum olim. Si autem aliquis recusat iudicem ex causa iniusta, vel modo iniusto est puniendus. 2. q. 6. Omnino.

Ad prim. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod quādiu iudex habet conditiones iudici conuenientes, & facit quod facere debet, tunc assimilatur patri, nec recusari debet, sed quando non est talis vt iudex esse debeat, vel iustitiam deserit, iam patrem se non ostendit, & potest recusari.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd nō est simile, quia homo in recipiendo sacramenta a fornicario quamdiu toleratur ab ecclesia, nec facti euidētiam habet, in nullo sibi præiudicat, sed frequenter homo sibi præiudicaret si nunquam iudicem per viam licitam recusaret.

QVAESTIO III.

Vtrum accusatus possit in aliquo casu excipere contra testes.

CONCLVSIO.

Genera personarum quamplura à testimonio ab accusato excipi possunt.

Responsio. RESPONDEO, quod sic: Testes enim adducuntur ad cōfirmationem veritatis incertæ iudici, inquantum iudex est: & ideo contra hos adductos in testimonium, de quibus est probabile secundum iura, quod de facili declinarent a veritate, potest excipere reus ad suam defensionem: & ideo excipere potest contra quosdam propter notabilem intellectus defectum, quo faciliter præiudicarent veritati, sicut sunt furiosi, & mentecapti. 3. quæstione 7. Infamis. §. Tria.

Itē minores 14. annis possunt repelli a testimonio, etiā in causa ciuili. 4. q. 3. c. 1. In criminali. minor 20. annis. 4. q. 3. Itē in testimoniū.

Item potest excipere contra quosdam propter notabilem malitiam voluntatis qua faciliter homines deserūt veritatem, & ideo repelluntur a testimonio de crimine conuicti. extra de

de testibus. Testimonium in Glo. Et infantes, quia si bona vita defuerit, fide carebunt: extra de ver. signi. Forus in fi.

Item secularis potest excipere contra illũ, qui confitetur se eiusdem criminis socium esse: extra de confes. ca. primo. Testes tamen possunt esse socij criminis, cum agitur in modum inquisitionis, quia licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen presumptionem: extra de testi. Quoniam in tex. & in Glo. Recipiuntur etiam socij criminis ad detegendum conspirationem: extra de testi. cogendis. Venerabilis in tex. Sed expressius in Glo. & etiã ad detegendum crimen lesæ maiestatis: extra de confes. cap. 1. propter etiam malitiam hæreticus contra catholicum testificari non debet. 2 q. 7. Si hæreticus: & quia homines ex odio nimio, & amore, & timore, & munerum susceptione faciliter a veritate declinant, ideo inimici a testimonio per exceptionem possunt repelli. 3. q. 5. Accusatores, & testes. Item domestici, & familiares: extra de testi. In litteris.

Item producti de domo actoris, vel accusatoris. 3. q. 5. Accusatores.

Item potest excipi contra patrem ne sit testis pro filio, & econuerso 4. q. 3. §. Item in criminali: vt tamen dicit Glo. ibidem potest testari pro ætate, vel cognitione filij, potest etiã testari pro eo in causa religionis. 20. quęst. 3. Præsens.

Item quia serui metu dominorum supprimunt veritatem, ideo per exceptionem possunt repelli: extra de ver. sign. Forus tamen, vt dicitur 4. q. 3. §. Item in criminali. Serui respõso tunc credendum est, cum alia probatio ad erudiendum veritatem non est: dicitur etiam, infra eodem. Serui, ꝙ serui neq; pro domino, neque aduersus dominum, sed pro facto suo interrogari possunt, vt quãdo per eos dicitur aliquid commodatum, vel depositum: vt dicit Glo. ibidem.

Item quia probabile est, ꝙ nimia paupertate laborantes faciliter propter releuationem suæ corporalis inopiæ a veritate declinarent, contra eos excipi potest. 4. q. 3. Item testium, quod non est intelligendum de illis pauperibus, qui voluntarie, propter Deum statũ paupertatis assumpserunt: quia isti de illicita acceptione munerum minimè sunt suspecti, cũ propter Deum omnia reliquerint quæ habebant, & habere poterant. Quia etiam nimia mutabilitas prohibet firmam adherentiam cum veritate: ideo contra fœminas potest excipi, vt nõ sint in criminali causa, quia varium, & mutabile sępe inducit fœmina: extra de verb. sig. Forus tamen, vt dicitur 15. q. 3. §. Ex eo. in Glos. Mulier, secundum leges, si non sit condemnata de adulterio, potest testari in omni causa, nisi in vltimis voluntatibus: sed secundum canones in nullo crimine potest testari, nisi in exceptis, sed in ciuilibus causis potest testari.

Similiter admittitur in testimonium cum ciuiliter agitur, de crimine etiam contra clericos de adulterio infamatos, cum in modum inquisitionis, seu exceptionis agitur: extra de testi. Quoniam in tex. & expressius in glo. & c. Tam litteris. Merito etiam contra illos potest excipi, q. similem cãm habent cũ aduersario: extra de exceptionibus. Cum ecclesia: tales. n. suspecti essent: quia testificando pro cã illius suam cãm magis reddent apparentẽ. Viles etiã personæ contra clericos in criminali cã ad testificandũ recipi non debent. 2. q. 1. In primis. §. testes autem. nisi exceptis criminibus, si de illis clerici fuerint infamati.

Et nota, ꝙ aliqñ aliquis admittitur ad accusandũ, qui nõ admitteretur ad testificandum: quia quandoque in aliquo casu potest accusare ille, cuius actor repellitur: extra de his, qui matrimonium accusare possunt, c. vlt. in tex. & in gl. Sed talis ad testificandum non admitteretur: extra de testi. Licet ex quadam. Cuius ratio est: quia vt dicitur extra de his, qui matrimonium accusare possunt. c. vlt. in gl. Per dictum accusatoris nulla fit condemnatio, nisi assint legitimi testes: sed ad dictum testium, quis condemnatur.

Item nota, ꝙ aliquando potest aliquis denũciare, & non potest accusare: extra de despon. impub. Ad dissoluendum, & de iure iurando, quemadmodum. §. vlti. Testem autem productum, & ad testificandum admissum, debet iudex interrogare de 10. s. de causis, & personis, loco, tempore, de auditu, visu, scientia, & certitudine, credulitate, & fama: extra de testi. Cũ causam: in textu, & in glo. & debent concordare testes in his, quæ in hoc versic. continentur. *Decẽ in testibus a iudice interroganda.*

Res, psona, locus, gradus, sint cõsona tẽpus, *Versus.*

ꝙ autem debeant cõcordare in re, & persona: probatur per hoc, ꝙ si non concordarent essẽt testes singulares, & tales secundum iura non probant: extra de elect. Cum dilectus, & de ꝓbationibus. Licet. Quod etiam in loco, probatur per illud quod dicitur Dan. 13. de illis senibus, quorum vnus dixit: vidisse iuuenem cũ Susanna sub Cyno, & alius sub Pino. Quod ẽt in gradu cũ testificãtur de parẽtela ꝓbaẽ ꝑ illud, ꝙ dicitur 35. q. 6. De parentela secunda. quod etiam in tempore probatur per illud, ꝙ dicitur. 3. q. 9. Nihilominus


CIRCA litteram. Alteram istarum clauiũ, idest scientiam discernendi non habent omnes sacerdotes. Hic non est tenenda Magistri opinio, vt dictũ est in qõnib. Moysen, & Aaron sacerdotes. Moysens sacerdos dicitur nõ officio ordinis, sed potestate sibi commissa a Deo: quia Aaron consecrauit. Cum esset pontifex anni illius prophetauit, quamuis enim intentio Cayphæ mala fuerit, tamen locutio vera fuit, & a Spiritu Sancto mouente linguam non intentionem peruersam. Iudicans alium qui est indicandum condemnat

seipsum. Si hoc referatur ad iudicium, quo sacerdos iudicat pęnitētem in foro pęnitentię, planum est: sacerdos enim criminosus sacramentum pœnitentiæ ministrādo grauiter peccat: si autem referatur verbum ad iudicium exterius non sic est dicendum vniuersaliter, quia iudex habens crimen occultum in dando iustam sententiam contra aliquem non cōdemnat seipsum. Non tamen mox restituit in potestatem pristinam, scilicet, quantum ad officij executionem, & etiam quia per pœnitentiam non statim remouentur de lege communi sequelæ peccati.

De his, qui in fine pœnitent.

DISTINCTIO XX.

In epist 90 respōsione 5. Et de pœni. di. 7. i prin. Aug. li. 50. Homi homi. 41. Et de pœ. distin. 7. Si quis positus



CIENDVM *est etiam, quòd tēpus pœnitentiæ est, vsque ad extremum articulum vitæ. Vnde Leo Papa. Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. Augustin. tamen de pœnitentiam differentibus ita scribit. Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus, quia benè hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiam dare possum, securitatem verò non. Nunquid dico damnabitur? sed nec dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es: quia pęnitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti.* *Ibidem.* *Si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes; peccata te dimiserunt, non tu illa. Item. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi sit futurum nescio. Ergo tene certum, & dimitte incertum. Sed quare hoc dixit Augustin. cum pœnitentia quæ in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium vespertinum, quod erat acceptabilius in lege, & cùm in quacunque die inuocetur Deus, adsit: & quacunque hora ingemuerit, & conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur?* *Psal. 140. Exod. 12. c Eccle 17 d Ioelis 2. f Ezech. 18. e* *Sed illa dixit Augustin. propter illos, qui pœnitentiam vsque in finem vitæ protrahunt: & tunc non ex Dei amore videntur pœnitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Vnde idem quasi aperiens quare superiora dixerit, ait. Nullus expectet quando peccare non potest.* *Aug. lib. de pœni. vera, & falsa ca 17. to 4 & de pæ. dis 7 ca. Nullus expectet.* *Arbitrij enim libertatem quærit Deus, vt deleri possint commissa, non necessitatem: charitatem, non tantùm timorem: quia nō in solo timore viuit homo. Quem ergo serò pœnitet, oportet non solùm timere iudicem, sed & diligere: quia sine charitate nemo saluus esse potest.* *1. Cor. 13. b* *Non ergo tantùm timeat pro pœna, sed ametur pro gloria. Quæ conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel rarò est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente serò, maximè cùm filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes, vxor, & mundus ad se uocent. Multos enim solet serotina pœnitentia decipere: Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam in morte iuuare valet, quibus placet. Cùm ergo opus sit non hominis sed Dei, fructifera pœnitentia; inspirare eam potest quandocunque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat (si quis est) veram pęnitentiam. Sed si etiam sic conuersus vita viuat, & non moriatur, non promittimus quòd euadat omnem pœnam.* *Ibid. ca. 11* *Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, tamen miro modo grauis est: excellit enim omnem pœnam, quàm vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta est pœna: licet mirabilia martyres passi sint tormenta, & multi nequiter iniqui tanta sæpe sustinuerint supplicia. Ex his satis ostenditur, quā periculosum sit differre pœnitentiam, vsque in finem vitæ. Si tamen etiam tunc vera habeatur pęnitētia, hominem liberat, & vitam mortuo impetrat: non sic tamen, vt nullam sentiat pœnam, nisi fortè tanta sit vehementia gemitus, & contritionis, quæ sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile vt tunc sit vera pœnitentia, quæ tam sera venit, quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat: melior est tamen sera, quàm nulla. Pœnitentia enim etsi in extremo vitæ hiatu aduenit, sanat, & liberat. Multùm sera fuit Latronis pœnitentia, sed non fuit sera indulgentia. Sed licet Latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi autoritatem.* *Aug. ibid. cap. 17.*

De his, qui hic penitentiam non complent.

Si verò quæritur de illis, qui in hac vita pœnitentiam non complent, vtrùm transituri sint per ignem, vt ibi compleant, quod hic minus fecerunt: idem dicimus de istis esse sentiendum, & de his, qui in exrremis pœnitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio, & delicti exprobratio, vt sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab alijs pœnis transeunt ad vitam, etsi inexpleta fuerit pęnitentia: quia perfectè pœnituerunt, & ingemuerunt corde. Qui verò non adeò conteruntur corde, & ingemiscunt pro peccato, si ante expletionem pœnitentiæ discesserint, ignem purgatorium sentient, & grauius punientur, quàm si hic implessent pœnitentiam. Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis: *Hebr. 10 f* *Deus enim cum sit misericors, & iustus, ex misericordia pœnitenti ignoscit, non reseruans peccatum ad pœnam æternam. Ex iustitia verò impunitum non dimittit delictum. Aut enim punit homo, aut Deus. Homo autem punit pęnitendo, Deus autem pœnam exigendo. Et est pęnitentia interior, & exterior: si ergo interior pœni*

tudo

tudo fuerit tanta, vt sit sufficiens vltio peccati, Deus qui hoc nouit, ab illo, qui taliter pœnitet, vlterius pœnam non exigit. Si verò interior pœnitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior pœnitentia impletur, Deus, qui modos, & mensuras peccatorum, & pęnarum nouit, addit pœnam sufficientem. Studeat ergo quisque sic de licta corrigere, vt post mortē non oporteat pœnam tolerare. Quędam enim peccata mortalia, in pœnitentia fiunt venialia, non tamen mox sanantur. Sæpè. n. infirmus moreretur, si non medicaretur: non tamen statim medicatus sanatur. Languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitēs moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Si enim semper viueret, semper peccaret.

Aug. de vera & falsa pœn. ca. 18.

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruam pœnitentiam.

Si verò de illo quæritur, qui satisfactionem iniunctam impleuerit, quæ ignorantia, vel negligentia sacerdotis, peccato condigna non fuit, vtrùm de vita migrans, ab omni pęna liber sit: idem respondeo, quod suprà de illo qui pœnitentiam non compleuit dixi: quod si tantum est lamentum interioris doloris, vt sufficiat in vindictam peccati, omnino liberatus est: si verò nō sufficit dolor interior simul cum pœna iniuncta, addet Deus pęnam. Quod autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictam peccati, certum documentum habemus in illo latrone, qui sola mentis contritione & confessione, statim vt conuersus fuit, paradisum ingredi meruit. Sed quia dispensatores ecclesiæ contritionis quantitatem non perpendunt, quibus nō est datum intelligere occulta cordium; omnibus leges pœnitentiæ constituunt, tam magis, quàm minus de peccato dolentibus. Quorum studium ad hoc præcipuè tendere debet, vt cordis dolorem, quātum fas est, vt cognoscant, & secundum ipsius modum satisfactionem iniungant. Vnde Augu. In actione pœnitentiæ, vbi tale commissum est, vt is qui commisit, à Christi etiam corpore separetur: non tam consideranda est mensura temporis, quàm doloris. Cor enim contritum, & humiliatum Deus non despicit. Verùm quia plerunque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitiam, nisi per verba, vel alia quæcunque signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur. Gemitus meus à te non est absconditus: rectè cō stituuntur ab his qui ecclesiis præsunt, tempora pœnitentiæ: vt satisfaciat etiam ecclesiæ, in qua peccata ipsa remittuntur: extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur vlla peccata. Item Hiero. Mensurā temporis in agenda pœnitentia ideo non satis apertè præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant qualiter vnumquodque emendandum, sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt: quia apud Deum non tantū valet mensura temporis, quantum doloris: nec abstinentia tantum ciborum, quantum mortificatio vitiorum. Ideoque tempora pœnitentiæ pro fide, & conuersatione pœnitentium abbreuianda præcipiunt, & pro negligentia protelanda: pro quibusdam tamē culpis modi pęnitentiæ sunt impositi.

Lucæ 23. f

In Ench. c. 65. di. 1. In actione.

Psal. 50.

Psal. 37.

1. Cor. I. d De pœ di. 1 c. Mensuram

Quod morientibus nō sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.

*Solet etiam quæri, vtrùm satisfactionis lex morituris sit imponenda. De quo Theodurus Cantuariēsis Episcopus in pœnitentiali suo sic ait. Ab infirmis in periculo mortis positis, pura inquirenda est confessio peccatorum: non tamen est illis imponenda quantitas pęnitentiæ, sed innotescenda: & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum largitionibus pondus pęnitentiæ subleuandum, si fortè migrauerint. * Si verò conualuerint, pœnitentiæ modum à sacerdote impositum diligenter obseruent. Aliis verò, pro qualitate peccati, pœnitentia decernenda est præsidentium arbitrio. Vnde Leo Papa. Tempora pęnitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes ætatis senilis intuitum, & respicere periculorum quorumcūque, vel ægritudinem necessitates.*

26. q. 7. ca. Ab infirmis

* Ex concil. Carthag. 4. can. 76. & 78

Epist. 7. ad Nicetā. Et 26. q. 7. ca. Tēpora pæ.

In necessitate non est neganda pęnitentia, vel reconciliatio.

Sciendum etiam, quod tempore necessitatis non est neganda pœnitentia, vel reconciliatio pœnitentibus. Vnde Leo Papa. His qui tempore necessitatis, & periculi urgentis instantia præsidium pęnitentiæ, & munus reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. Quòd si ita aliqua ægritudine aggrauati sunt, vt quod paulò antè poscebant, sub præsenti significare non valeant, testimonia eis fidelium circunstantium prodesse debebunt, vt simul & pœnitentiæ, & reconciliationis consequantur beneficium. Item Iulius Papa. Si presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarū: quia Dominus ait. Cum conuersus fuerit, tunc saluus erit. Vera enim confessio vltimo tempore potest esse; quia nō modo temporis, sed etiam cordis Deus inspector est, sicut latro probat.

Epi. 89 ad Theodorum Et 26. q. 6. c. His qui.

26 q. 6. c. Si presb. idē habet Cælesti. Papa in epi. 2. ad Episc. Galliæ, c. 2. Et citatur ex eo. 26. q. 6. Agnouimus.

Quod presbyter non reconciliet inconsulto Episcopo, nisi necessitate.

Non debet tamen presbyter pœnitentem reconciliare inconsulto Episcopo, nisi vltima necessitas cogat. Vnde in Carthaginensi Concilio. Presbyter incōsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo vltima necessitas cogat. Cuiuscunque pœnitentis publicum crimen est, quòd vniuersam commouerit vrbem ante absidia, scilicet introitum ecclesiæ, manus ei imponatur. Item Aurelius dixit. Si quis in periculo constitutus fuerit, & se reconciliari diuinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere Episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Inconsulto vero Episcopo non potest excommunicatos, vel publicè pœnitens presbyter recōciliare. Vnde in Carthaginensi Concilio secundo statutum est, Vt chrisma vel reconciliatio pœnitentium, & puellarum cō secratio à presbyteris non fiat. Itē, Reconciliare quenquam in publica missa presbytero non liceat: puellarum tamen consecratio cōsulto Episcopo, per presbyterum fieri valeat, vnde in Carthaginensi Concilio

Conc. Car. 3 c 32. Et habet. 26. q. 6. c. Presbiter inconsulto. Ex cōc. Car. 2. c. 4. Et 26 q. 6. c. Aurelius Episc.

Ca. 3. Et 26 q. 6. c. Si in bet.

Ibidem.

Cap. 36. Et 26. q. 6. ca. Presbyter. *lio tertio. Presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret, chrisma verò nunquam conficiat. Sicut præcepto Episcopi potest presbyter consecrare virgines, sic & reconciliare pœnitentes.*

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pęnitentiam pręuenitur morte.

26. q 6 ca. Si aliquis. *Si autem quæritur de illo qui ad pœnitentiam festiuans, sacerdotem inuenire non potuit, & ita decessit, vtrum oblatio eius sit recipienda: dicimus quia est. Vnde in Epanensi Concilio. Si aliquis fuerit mortuus * qui non sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, vel in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redēptionem pro captiuis.*

* qui iā fit Sic Gratia nus.

DISTINCTIO XX.

Cōtinuatio. SVPERIVS determinauit Magister de pęnitentia, secundū esse suum, & de potestate ministrorum pęnitentiam iniūgentium. Hic determinat de effectu remissionis ex parte suscipientium. Et diuiditur in tres.

Diuisio.

Primò agit de modo remissionis mortaliū.

Secundo venialium di. sequenti.

Tertio de reditu dimissorum dist. 22.

Prima in duas.

Primo agit de remissione peccatorum, & de effectu remissionis mortalium, quod ad Deum.

Secundo quo ad ecclesiam. ibi. (Solet etiā quæri.) Prima in tres.

Primo agit de remissione peccatorum, quo ad illos, qui in fine incipiunt pęnitere.

Secundo quo ad illos, qui ante finem incipiunt, sed non perficiunt. ibi. (Si vero q̄ritur.)

Tertio quo ad illos, qui iniunctam: sed non condignam pęnitentiam perficiunt. ibi. (Si vero quæritur de illo.) Illa pars, quæ ibi incipit. (Solet etiam quæri.) Diuiditur in quatuor.

Primo agit de effectu remissionis peccatorum, quo ad satisfactionis impositionem.

Secundo quo ad absolutionem. ibi. (Sciendum est.)

Tertio quo ad absoluentis potestatem. ibi. (Non tamen debet.)

Quarto quo ad absolutionis susceptionem. ibi. (Si autem quæritur.)

CIRCA hanc distinct. quærendum est principaliter de 5.

Primo de pœnitentia illorum, qui in articulo mortis incipiunt pęnitere.

Secundo de pœna purgatorij.

Tertio de valoris indulgentiarum quantitate.

Quarto de his, quibus valet.

Quinto de his, qui possunt eas dare.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum aliquis in articulo mortis primo pœnitens possit digne pęnitere.

Secundo vtrum tali debeat sacerdos aliquā satisfactionem imponere.

Tertio vtrum alius possit pro alio satisfacere.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquis in articulo mortis primo pœnitens possit dignè pœnitere.

ET VIDETVR, q̄ non: quia dicit August. in lib. de lapsu mundi, Sermone 24. versus finem, & est de pę. di. 7. §. quanquam. Et recitat Magister in littera huius dist. cap. 1. Si vis agere pęnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa: sed nemo potest dignè pęnitere nisi dimittat peccata. Arg. 1. Sco. li. 4. d. 20. q. vn. D. Th. q. d. di. ea. q. 1. ar. 1. q. 1. Ale p. 4. q. 15. m. ar. 3.

Item de pęnitentia dist. 7. §. Hoc autem, & recitat Magister in littera huius dist. c. 1. Nullus expectet quando peccare non potest: arbitrij enim quęrit Deus libertatē, vt delere possit commissa, non necessitatem. Cum ergo ibi loquatur de illis, qui in articulo mortis pœnitent, videtur, q̄ eorum pęnitentia non sit libera, sed necessaria, & q̄ homo per eam nō consequatur peccatorum remissionem. Secundū.

CONTRA, Sacrificium vespertinum in lege erat acceptabilius: vt patet Leuit. 6. & recitat Magister in littera huius di. cap. 1. sed pęnitentia serotina significata est per sacrificiū vespertinū, secundum Gl. super illud psal. 140 Eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinum: ergo pęnitentia in fine vitæ dignior est quàm alia pęnitentia. In opposi tum.

CONCLVSIO.

In extremis quisque planè dignè pœnitere potest, quicquid dicant hæretici, at pœnitentia hęc valde periculosa est.

AD ISTAM quæstionem fuerunt, vel sunt quidam hęretici dicentes hominem non posse dignè pęnitere postquam est in lecto mortis, si ante pęnitentiam nō incepit; sed hęc opinio est pernitiosa hęresis contra sacram Scripturam: latro enim cui dixit Christus, Hodiè mecum eris in paradiso: vt habetur Lucę 23. erat in cruce, sicut in lecto mortis, quando pœnituit: & etiam est hæresis illa contra rationem: quia quandiu homo est in hac vita vsum retinens lib. arbit. sicut potest se a Deo auertere ex defectibilitate propria, ita potest se ad Deum conuertere dignè cum auxilio diuinæ gratiæ. Erronea responsio.

Dicendum ergo ad quæstionem, quòd homo in articulo mortis, quandiu vsum retinet libero arbitrio, potest pœnitere dignè: tunc enim est pœnitentia digna cum pœnitens efficaciter dolet de præteritis, & proponit cauere a mortalibus futuris, & confiteri verè, & satisfacere pro posse, & quòd Vera & catholica.

ad

ad hęc omnia prícipaliter moueatur per amorem bonitatis diuinæ. Hos autem omnes motus mentis poteſt habere ille, qui in hora mortis incipit pęnitere, quamuis ſit difficile, & qñ hoc accidit eſt ſpirituale beneficium diuinę miſericordiæ.

Ad argumenta. Et ſic procedunt argumenta ad partem primam: concludunt enim benè, ꝙ eſt periculum in expectando, & difficultas habendi verã pęnitentiam illi qui vſque tunc noluit pęnitere.

Ad argumentum ſecundæ partis. Ad argumentum ad partem ſecundam dicendum, ꝙ quamuis contingere poſsit, quandoque, ꝙ pęnitentia tardè incepta melior ſit aliqua alia pęnitentia feſtina, tamen ſimpliciter melius eſt pœnitere citò, quàm tardè; tum quia eſt ſecurius, tum quia talis pęnitentia cęteris paribus plus habet de ratione volũtarij. Vnde per ſacrificium veſpertinum non ſignificabatur pęnitentia tarde incepta, ſed cito incepta, vſque tamen in fine perſeuerans.

QVAESTIO II.

Sco. vbi ſu. ad arg. D. Th. vbi ſu. q. 3.

Vtrum pœnitenti in articulo mortis debeat ſacerdos aliquam ſatisfactionem imponere.

CONCLVSIO.

Pœnitenti in extremis poſito ſatisfactionem ſacerdos haud iniungere, ſed debitam duntaxàt ſolabiliter inſinuare debet.

Reſpon. RESPONDEO, ꝙ non, quia non eſt in ſtatu in quo poſsit facere pęnitentiam exteriorem, ſed interiorem tantum, debet tamen ſibi pœnam peccato debitam manifeſtare dicendo. Si eſſes ſanus tantam pnĩam deberes facere, & debet iſta intimatio fieri per modum cuiuſdam conſolationis, reducendo ſibi ad memoriam magnitudinem diuinæ miſericordiæ remittentis peccata per ſolam pœnitentiã interiorem, quamuis homo non poſsit exteriorem facere: talis enim pœnæ manifeſtatio excludit deſperationem, & promouet pœnitentiam interiorem. Huic concordat, quod dicitur 26. q. 7. ca. 1. & recitat Magiſter in littera huius diſt. c. 4. Ab infirmis in periculo mortis poſitis pura eſt inquirenda confeſsio peccatorum, non tamen imponenda eſt illis quantitas pęnitentiæ, ſed innoteſcenda.

QVAESTIO III.

Vtrum aliquis poſsit ſatisfacere pro alio.

Arg. 1. D. Bon. di. 4 di. 20. p. 2. ar. 1. q. 1. D. Th. vbi ſu. ar. 2. q. 3 Ale. p. 4. q. 24. m. 4. ar. 4. ET VIDETVR, ꝙ non. 2. Corin. 5. Omnes vos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.

Secundo. Item pſal. ad Deum. Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

Tertio. Item principalior pars ſatisfactionis eſt in contritione, ſed nullus poteſt pro alio conteri, quia tunc peccator adultus ſaluari poſſet ſine propria contritione: ergo nullus poteſt ꝓ alio ſatisfacere.

Quarto. Item nullus poteſt alteri mereri pręmium vitæ æternæ: ergo a ſimili nec remiſsionẽ debitæ pęnæ.

Quinto. Item ſi vnus obligat ſe ad ſatisfaciendũ pro alio, non propter hoc ſtatim euolat alius, & tamẽ videtur, ꝙ euolaret ſi ſatisfactio alterius pro ipſo ſufficeret.

In oppoſitum. CONTRA, Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

Secundo. Item 26. q. 7. ca. 1. dicitur, ꝙ ſi infirmus mi grauerit orationibus amicorum, & eleemoſynarum largitionibus, pondus pœnitentiæ ſub leuandum eſt.

Tertio. Itẽ Chriſtus ſatisfecit pro peccatis noſtris, cum ergo nos ſimus corporis myſtici Chriſti membra, videtur ꝙ poſſumus, & debemus nõ tantum ſatisfacere pro nobis, ſed ẽt pro alijs.

CONCLVSIO.

Pro alio quò ad medelam cõtra ſequelas peccati, ſatisfacere alius non poteſt, at quò ad pœnæ ſolutionẽ æquidem poteſt.

Reſpon. RESPONDEO, ſatisfactio eſt, propter duo, ſcilicet ad faciendum emendam pro peccato, & vt ſit medicamentum contra ſequelas peccati, quæ duo includuntur in deſcriptione ſatisfactionis ſuperius poſita, quæ eſt peccatorum cauſas excidere. & eius aditum non indulgere. Quantum ad effectum ſecundũ vnus non poteſt ſatisfacere pro alio: quia caro vnius nõ domatur per ieiunium alterius, nec per eleemoſynam: & orationem vnius, alter ad bona ſimilia aſſueſcit, niſi per accidens, inquantum aliquis per bona opera quæ facit pro alio poteſt ſibi mereri de congruo augmentum gratiæ, qua facilius aſſueſcit ad bonum faciendũ, & malum vitandum: ſed hæc ſubuentio nõ eſt per modum ſatisfactionis, ſed meriti. Quãtum autem ad primum effectum, vnus poteſt pro alio ſatisfacere vtroque exiſtente in charitate, & debitore per ſe ſatisfacere non potente in hac vita, & obſeruata debita proportione pęnę. Opus enim factum a nõ exiſtente in charitate non eſt ſatisfactorium pro aliquo, quia ſolis amicis Dei bona facta ex charitate communicari poſſunt, quantum eſt ex debito, qui etiam ſatisfacere poteſt per ſeipſum in hac vita, & non vult, vere pœnitens non eſt, & ideo opus quod aliquis facit pro iſto, non ſatisfacit pro pęna iſtius, quamuis ipſum poſsit iuuare per modum meriti de congruo, & quia cęteris paribus magis ſatisfactorium eſt pro pœnitentiæ opus factum ab ipſomet, quam ab alio, ſicut efficaciùs cęteris paribus meretur homo ſibi, quam alij, ideo proportionaliter debet maior pęna in ſatisfaciente pro alio, q̃ illa, quæ ſufficeret alij, ſi ſatisfaceret pro ſeipſo: charitas tamen ſatisfacientis pro alio, in tantum poſſet excedere charitatem illius, pro quo ſatisfacit, quòd non oporteret ipſum ad ſatisfaciẽdum pro alio ſoluere pœnam maiorem, q̃ alios ſoluiſſet ſi ſatisfeciſſet ꝓ ſeipſo,

quia tanto magis opus est satisfactorium cæteris paribus, quanto ex maiori charitate procedit.

Ad primũ. & secũdũ. Propria opera hominis, dupliciter intellige.

AD PRIMVM, & secundum in oppositũ dicendum, ꝙ propria opera hominis dicũtur dupliciter, aut vere.s.illa, quæ ipsemet facit, aut interpretatiue,s.illa quę facit alius ꝓ alio. Vel potest dici, ꝙ hoc intelligendũ est de operibus ordinatis ad prẽmium substãtiale, quod vnus non potest alij mereri etiam de operibus quibus homo meretur damnationem æternã, quam vnus alij mereri non potest.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, ꝙ hic loquimur de satisfactione, secundum ꝙ distinguitur contra contritionem, quæ contritio est necessaria ad remissionem offensæ.

Ad quartũ.

Ad quartum dicendum, ꝙ non est simile: q̃a prẽmium vitæ æternæ mensuratur secundum quantitatem charitatis, & actuum voluntatis interiorum elicitorum, ex charitate, quæ nullus purus homo alij potuit vnquam de condigno mereri, propter excellentiam amicitiæ diuinę: sed solutio pœnę non est res tanti pręcij, & ideo concessum est, vt vnus pro alio soluere non potenti possit soluere: exemplum. Si homo est alicuius inimicus, & debet eidem. 100. grossos: talis potest illud debitum pro eo soluere, qui ipsum non posset amicum eius facere, vel amicitiam augere.

Vnde potest dici ad argumẽtum, & clarius, ꝙ si homo non potest mereri per se prẽmium vitæ æternæ, meritum Christi sibi subuenit mediante sacramenti baptismi susceptione, vt patet in paruulis. Si potest mereri, quod potest omnis habens vsum lib.arb. cũ adiutorio Dei: tunc non est rationabile, ꝙ alius possit sibi mereri ipso nolente, sicut nec alius satisfacere potest pro alio potente satisfacere, & nolente.

Ad quintũ.

Ad quintum dicendum, ꝙ si vnus obligat se ad satisfaciendum pro alio, non statim est propter hoc debita pœna soluta, & ideo alius nõ euolabit quousque pęna soluta fuerit.

Si autem queras vtrum iste satisfaciendo ꝓ alio, etiam satisfaciat pro seipso, videtur aliq̃bus, ꝙ non: quia tunc tanta pœna, quæ necessaria esset pro vno, sufficeret pro duobus, & pari ratione pro tribus, vel quatuor, & sic deinceps ꝙ esset contra iustitiam: tamen iste satisfaciẽdo pro alio meretur sibi augmentum substantialis prẽmij, quod multo plus valet, quam remissio pœnæ.

Et si dicas, cum homo non possit mereri pro alio, quin principalius mereatur pro se: quomodo potest satisfacere ꝓ alio, quin etiã satisfaciat pro se?

Respondeo, ꝙ prẽmium substantiale est bonum commune, quod per communicationem non minuitur: sed remissio pęnæ bonum proprium est, bonum autem propriũ pluribus cõmunicatum, minus cuilibet efficitur.

Mihi aũt videtur, ꝙ q̃uis ille, q satisfacit ꝓ aliũ, illud opus non sit ex debito satisfactoriũ pro seipso, est tamen secundum aliquid ꝓ seipso satisfactorium per diuinam misericordiã: vel secundum alios, quamuis nõ sit satisfactorium pro seipso per modum solutionis, ꝑ quẽ modum est satisfactorium pro alio, est tamen satisfactorium pro seipso, per modum meriti de congruo.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quęritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum pęna purgatorij sit grauior qualibet temporali pœna.

Secundo vtrum satisfactoria.

Tertio vtrum per ministerium dæmonum infligatur.

QVAESTIO I.

Vtrum pœna purgatorij sit grauior qualibet temporali pœna.

Arg. 1. D.Bo. li. 4. di. 20. ar. 1. q. 1. D.Th. 4. st. di. 21. q. 1 ar. 1. q. 3.

ET VIDETVR, ꝙ non: q̃a secundum philosoph. 2. de anima. Actus actinorum sunt in patiẽte, & disposito, sed coniunctum ex aĩa, & corpore ẽ magis dispositum ad patiendum, quam anima separata: ergo magis affligitur homo a nociuo in hoc mundo, quam anima in purgatorio.

Secundo.

Item ignis conflagrationis, qui præcedet iudicium purgabit, quos inueniet purgandos, sed eius duratio longe erit minor, quam duratio ignis purgatorij: ergo virtus sua in affligendo erit maior, aut aliqui sine sufficienti punitione transirent.

Tertio.

Item aĩæ in purgatorio cum cognoscant se, & habitus qui sunt in se, in se vident habitum charitatis, & se vident in statu in quo illũ perdere non possunt: ergo si vident a diuina amicitia separari non posse, & ex consequenti certæ sunt, ꝙ habebunt vitam æternam, sed cũ tali certitudine non videtur posse esse tanta pęna, sicut potest esse cum talis certitudinis carẽtia: ergo in hac vita in qua homines non sunt certi de habenda vita æterna, potest esse maior pęna, quam purgatoria.

In oppositum.

CONTRA, Magister in littera huius distinctio. cap. 1. & est de pę. dist. 7. §. Hoc autem, dicit de igne purgatorio, quòd etsi æternus non sit, miro tamen modo grauis est, excellit enim omnem pęnam, quàm vnquam passus est aliquis in hac vita, nunquam in carne tanta inuenta est pęna, licet mirabilia martyres passi sint tormenta.

Secundo.

Item Agazel. 5. lib. physico. cap. 4. dicit de purgatoria pęna, quòd est cruciatus ineffabilis: sed omnis pęna huius vitæ est effabilis: ergo grauior est pęna purgatorij, qualibet alia temporali pęna.

CON-

CONCLVSIO.

Cum anima separata perspicaciores habeat potentias, pœna sensus in animabus purgatorij grauior verè creditur quacunque alia pœna vitæ huius.

Respon. Pœna ex duplici radice procedere potest. RESPONDEO, ꝙ pœna causatur dupliciter, s. ex absentia boni amati, & præsentia mali oditi, & vtroque modo pœna purgatorij maior est qualibet pœna temporali: animæ enim in purgatorio, quia motus earum non retardatur mole corporis, vehementissime desiderãt cum Deo perfecta fruitione coniungi, & ideo ex huius fruitionis, & coniunctionis absentia vehementissimè affliguntur, maximè cũ tempus videant aduenisse, quo cum Deo perfectè essent coniunctæ, si dum erant in corporibus pęnam suis peccatis debitam persoluissent, qa etiam pęna non tantum est lesio, sed lesionis apprehensio, vel ex tali appręhensione causata, ideo tanto cæteris paribus pœna est maior, quãto apprehensio lesionis est fortior: animæ autem in purgatorio fortioris sunt apprehensionis, quàm dum erant in corporibus. Vnde sicut dicit Agazel 5. li. phy. c. 4. In hoc mundo anima non sentit cruciatum suum: quoniã propter occupationem sui circa corpus, est sicut qui occupatus in bello, vel in periculo nõ percipit laborem suum, & ideo si inferens lesionem esset æquale inferentibus lesionem in hoc mundo, adhuc pœna sensus in purgatorio longè esset maior qualibet pœna in hoc mundo: cum ergo ignis affligens animas in purgatorio magis sit actiuus igne nostro, qui tamen inter alia elementa maximè est afflictiuus, nulli dubium potest esse quin pœna purgatorij sit longè grauior, quàm aliqua pœna in hoc mundo. Hic autem supponimus animam posse pati corporali igne, quod & per quem modum inferius declarabitur Deo dante, cum de pœna damnatorum agetur.


Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sola lesio non sufficit ad pęnam sensus, sed requritur lesionis apprehẽsio, quæ maior est in anima separata, quam corruptibili corpori coniuncta. Et præterea quamuis coniunctũ sit magis dispositum ad patiendum passione abijciente a substantia, non tamen ex hoc sequitur ꝙ sit magis dispositum ad patiendũ simpliciter, & pręterea vt dictũ est inferens passionem animabus in purgatorio magis actiuum est, quam quodcunq; inferens passionem in hoc mundo.

Ad secundum. Argumentum secundũ vr̃ bene cõcludere, breuitas. n. punitionis illorum, qui per illum ignem purgabuntur recompensabitur per intensionem acerbitatis.

Ad tertium. Ad tertium dd̃m, ꝙ q̃uis aĩæ in purgatorio certæ sint de habẽda vita æterna, qua certitudine consolãtur: tñ ex forti apprehensione damni ex dilatione vehementissimè affliguntur.

QVAESTIO II.

Vtrum pœna purgatorij sit satisfactoria.



ET VIDETVR, ꝙ nõ. Nulla pœna est satisfactoria nisi volũtarie assumpta, vel tolerata: sed pœna quã sustinẽt aĩæ in purgatorio nõ est ab eis volũtarie assumpta, neq; tolerata: qa ab illa desiderãt liberari: ergo nõ est ꝓ eis satisfactoria. Arg. 1. D. Bon. vbi sup q. 2. D Tho. vbi sup ar. 3. Ale. p. 4 q. 15. m. 3. ar. 4.

Secundo. Itẽ satisfacere est mereri remissionẽ pœnæ: sed animæ in purgatorio sunt extra statum merendi: ergo sunt extra statum satisfaciendi.

In oppositum. CONTRA, pœna debita nõ remittitur sine aliqua satisfactione: sed si nullus satisfaceret pro illis, q. sunt ĩ purgatorio ĩ hac vita, tñ ꝑ illã pęnã ad vltimũ liberarẽtur ab obligatiõe pęnę pc̃õ debitę: ergo illa pęna est satisfactoria.

Secundo. Itẽ oĩs pęna patienter ab existẽte in charitate tolerata, est satisfactoria: sed animæ in purgatorio sunt in charitate, & patienter illam sustinent pęnam: ergo est pro eis satisfactoria.

CONCLVSIO.

E quidem satisfactoria modo quodam dici potest, velut ea quæ ab eis est patienter tolerata.

Respon. Debitor dupliciter a suo debito potest liberari. RESPONDEO, ꝙ debitor a suo debito, põt dupliciter liberari. Vno mõ cũ soluit debitũ. Alio mõ cũ creditor accipit illud qđ sibi debitũ est debitore irrequisito. Ad similitudinẽ modi primi liberatur hõ a pęna peccato debita illã exoluendo ꝑ pęnã voluntariè assumptã, & hoc est satisfacere plene, & propriè. Ad similitudinẽ modi secundi liberantur aĩæ decedentes cũ gratia ab obligatione pęnæ peccatis debitę per pęnã quã in purgatorio sustinẽt patienter, talis tñ pęna nõ ita propriè dici potest satisfactoria, sicut illa quæ voluntariè est assumpta: & ideo parum de pęna quã homo voluntarie assumit in hoc mundo liberat eum a magna portione illius pęnæ, quæ est in purgatorio. Nota.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, ꝙ est volũtariè tolerata: qa sciunt eam esse iustam, & quia plus volunt illam pęnam sustinere, quam perpetuo Dei visione carere, ad quam sciunt se nõ posse pertingere manente in eis obligatione ad pœnam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd animæ in purgatorio quamuis sint extra statum merendi augmentum gratiæ, & non tamen sunt extra statum merendi liberationem ab obligatione pœnæ, accipiendo mereri pro patiẽter sustinere pęnam, per quam liberantur ab obligatione prædicta.

Ad aliam partem. AD argumenta ad partem secundam dicẽdum, quòd bene concludunt, quod illa pœna inquantum est ab eis patienter tolerata aliquo modo rationem satisfactionis habet, inquantum per eam liberantur ab obligatione pœnæ debitæ, pro peccatis, & hoc est verum.

QVAESTIO III.

Vtrum pœna purgatorij per ministerium dæmonum infligatur.

Arg. 1. D. Bon vbi su. q. 5. D. Th. vbi sup. art. 1. q. 5.

ET VIDETVR, ꝙ sic: conuenientius est bonos homines affligi per malos angelos, quàm bonos per bonos, sed bonus angelus fecit emarcescere neruum femoris Iacob, vt habetur Gen. 32. ergo videtur, ꝙ mali angeli affligant animas in purgatorio.

Secundo. Item mali angeli affligunt bonos homines in hac vita, vt patet Iob 2. Ergo a simili affligunt animas in purgatorio.

Tertio. Item Magister dist. 47. c. vlti. dicit, ꝙ habebunt tortores in pœna, quos habuerunt incẽtores in culpa.

In oppositum. CONTRA, non decet illum, qui de aliquo iuste triumphauit, postea puniri per ipsum, sed animæ, quæ sunt in purgatorio, iustitiæ adherendo, diabolum vicerunt: ergo non esset conueniens, ꝙ punirentur ministerio eorum.

Secundo. Item illam pęnam dęmones sciunt indubitanter esse ad vtilitatem eorum, qui puniũtur: sed dęmones non quęrunt vtilitatem animarum, sed damnum: ergo videtur, ꝙ animæ in purgatorio, non puniuntur ministerio dæmonum.

CONCLVSIO.

Animæ in purgatorio non cruciantur ministerio dæmonum, sed sola diuina iustitia purgantur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ quamuis boni angeli, & mali assistant morientibus, boni ad adiuuãdum, mali ad nocendum si possunt, & ad vidẽdum si aliquid habent in eis. Vnde, & legitur in vita beati Martini dæmonem dum moriebatur astitisse, & quamuis per bonos deducantur ad locum pęnalem, forte concomitantibus mali libenter aspicientibus pœnas eorũ: quãuis nihil videant in eis se posse eorum habere, tamen in loco pęnali non puniuntur ministerio dęmonum: vt bene ostendunt rationes ad partem secundam adductæ, nec ministerio bonorum angelorũ, sed sola diuina iustitia ignẽ purgatorium, sicut instrumentum applicante ad punitionem earum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ magis est cõueniens bonos homines in hac vita affligi a bonis angelis, quãdoque ad cautelam cõtra aliquod futurum malum: sicut angelus fecit emarcescere neruum femoris Iacob, ad præcauendum motibus concupiscẽtię, quàm in alia vita bonos affligi a malis, quos vicerunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia in hac vita durat pugna inter malum angelum, & bonum hominem, & exercitãtur boni homines per angelos malos.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ illud verbum magistri intelligendum est de damnatis, & pro tẽpore ante iudicium.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quęritur de tercio principali. Et circa hoc, quæruntur tres.

Primo vtrum indulgentiæ, quas dat ecclesia aliquid valeant.

Secundo vtrum tantum valeant, quantum sonant.

Tertio vtrum valeant aliquibus post hanc vitam.

QVAESTIO I.

Vtrum indulgentiæ prædictæ aliquid valeant.

Arg. 1. D. Bo. di. ea. p. 2. a. vnico q. 6. D. Th. q. 1. di. 20. q. 1. ar. 5. Ale. p. 4. q. 24. m. 1.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia inutilis est symoniaca donatio, sed in istis indulgentijs dantur spiritualia pro tẽporalibus: vt pro ecclesijs, & hospitalibus construendis: dare autem spirituale ꝑ temporali symoniacum est: ergo tales indulgentiæ inutiles sunt.

Secundo. Item inferior non potest absoluere a pœna imposita a superiori: sed Deus cum per contritionem pęnitentis remittit ei culpã, & obligationem pęnæ æternæ, obligat ipsum ad aliquam temporalem pœnam: ergo illa per indulgentias datas a prælatis ecclesiæ non potest remitti.

In oppositũ. CONTRA, ecclesia errare non potest. Vnde Luc. 22. dicit dominus Petro. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Cum ergo tota ecclesia affirmet tales indulgentias valere, concedendum est, ꝙ valeant.

CONCLVSIO.

Indulgentiæ, si modo potestas, & causa pia adsit, ad remissionem pœnæ valent, nedùm in foro ecclesiæ, sed & apud Deum.

Respon. AD ISTAM quæstionem dixerunt quidã istas indulgentias valere in foro ecclesiæ remittendo pœnas taxatas a iure, vel a iudice, non tamen aliquid remittẽdo de pœna a Deo taxata.

Opinio doctoris. Sed contra: secundum illam opinionem indulgentię simpliciter magis nocerẽt, quàm valerẽt: quia absoluẽdo a pęnis satisfactorijs, ad pęnas purgatorij, quæ sunt grauiores transmitterẽt. Ideo simpliciter dicẽdum est, ꝙ indulgẽtiæ si dãtur ab illo, qui potest eas dare, & ex rationabili causa, scilicet pro vtilitate ecclesiæ, valẽt dispositis faciẽtibus illud quod continetur in forma indulgẽtiæ, per eas enim remittitur aliqua portio pęnæ a Deo taxatæ, hoc autem facere potest ecclesia: quia hoc facit ex diuina auctoritate, thesaurum enim meritorum, scilicet Christi, & Martyrum, & Cõfessorum, & Virginum recommendauit ecclesiæ dispensandum, cum ecclesiæ in prelatis tradidit claues regni cęlorum: meritum enim passionis Christi sufficiens fuit pro solutione omnium pęnarum nostris peccatis debitarum: voluit tamen ad bonum nostrum nos adultos ꝑ aliqua obsequa pęnalia fieri particeps illius meriti.

AD


Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicẽdum, ꝙ nõ dãtur spiritualia pro temporalibus, nisi ꝑ accidẽs: cum enim dãtur indulgẽtiæ, pro ecclesiis, vel hospitalibus cõstruẽdis, non dãtur, vt in illis tẽporalibus sistatur, sed propter vtilitatem spiritualem cõsequẽtem. Vnde nõ dantur pro temporalibus, nisi inquantum ordinãtur ad spiritualia.

Ad secundum. Ad secũdum dicẽdum, ꝙ inferior bene potest absoluere a pęna imposita a superiori auctoritate ipsius.

Vel potest dici, ꝙ prelatus dãs indulgẽtias a penis a Deo taxatis nõ absoluit: sed de thesauro ecclesiæ illas soluit. Sacerdos autem in foro pęnitentiæ per virtutem sacramenti potestate clauium a Deo sibi data, partem pęnitentiæ a Deo taxatæ remittit.

QVAESTIO II.

Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum sonant.



Arg. 1. D. Bon. vbi sup. D. Th. ibidẽ ar. 3. q. 2. ET VIDETVR, ꝙ nõ: quia tũc tãtũ valerẽt danti vnum denarium, quãtum dãti 100. libras, & veniẽti visitare locum sanctum, de prope, sicut de lõge: cum in indulgẽtijs contineatur, quicũque dederit eleemosynam suam pro tali facto, vel visitauerit talem locum sanctum habebit tantum de indulgentia.

Secundo. Item cum dãti eleemosynam pro tali facto, cõceditur tertia pars remissionis pęnę suę: tũc dãdo vnum denarium, & alia vice alium, & tertia vice alium liberaretur a tota pęna peccatis suis debita, quod videtur absurdum.

In oppositum. CONTRA, Iob 13. Nunquid Deus indiget nostro mendacio? q.d. non: ergo pro quacũque vtilitate nõ debet homo mentiri, ergo tantum valent indulgentiæ, quantum ecclesia dicit eas valere.

CONCLVSIO.

Si causa rationabilis interueniat vtique tantum valent, quantum sonant.

Respon. Opinio prima. AD ISTAM quæstionem dicunt quidam, ꝙ tantum valent, quantum sonant. Ita quod quandoque duorum ęqualiter diuitum, quorum vnus dat vnum denarium, alius decem, ille qui minus dat obtinet remissionem pœnę vnius anni, sicut ille, qui plus dat, nec propter hoc sequitur, ꝙ tantum remittatur vni de pœna a Deo taxata, quantum alij: quia pœnitentia vnius anni in hac vita, non tantum valet illi, qui eam facit ex minori charitatis feruore, & remissam, sicut illi qui eam facit ex maiori & asperam. Cum autem dicitur in forma indulgentiæ quemlibet dantem eleemosynam suã, pro tali facto, remissionẽ habere pœnæ vnius anni, sic intelligendum est, ꝙ habeat remissionem tantæ pœnæ a Deo taxatæ, quanta remitteretur ei pro pęnitentia vnius anni, quam faceret in hac vita. Cum ergo illi, qui plus dat, & ex maiori feruore respondeat annus efficacioris pœnitentię, quàm illi, qui minus, plus sibi remittitur de pœna a Deo taxata, quàm alij, & tamen cuilibet valet vnum annum pęnitentiæ in hac vita.

Secũda opinio. Alijs videtur dicendum, ad quæstionem, ꝙ cuilibet danti eleemosynam suam datur remissio intensionis pęnæ anni vnius, non tamen equaliter: sed ille qui plus dat cæteris paribus plus obtinet de intensionis remissione, ita ꝙ si ponantur duo in omnibus pares obligati ad morandum per annum vnum in purgatorio, si pro indulgentia vnius anni vnus dat denarium vnum, & alius decem, quilibet per totũ annum illum in purgatorio minus punietur: sed ille, qui dedit decem, minus quam ille, qui non dedit nisi vnum, ita ꝙ erit alleuiatio pęnæ, secundum datorum proportionem.

Sed contra hoc est: quia tunc per indulgentias non remitteretur pœnæ quantitas extensiua, sed intensiua.

Tertia, & propria opinio. Et ideo mihi videtur dicendum ad quæstionem, ꝙ quantum ad remissionem extensionis pęnæ pares sunt illę, qui minus dat, & ille, qui plus, si hoc continetur in forma indulgentiæ. Sed quantum ad remissionem intensionis pœnæ, & quantum ad sui dispositionem ad recipiendum augmentum gratiæ impares sunt: qa de istis duobus plus consequitur ille, qui plus dat, nisi in casu in quo minus datum esset maius per comparationem ad dantem, quam maius datum per comparationem ad dantem, sicut patet in paupercula de qua dicit dominus Mar. 12. quòd plus miserat in gazophilatium, quàm omnes alij, & secundum vias tactas patent solutiones ad argumenta.

QVAESTIO III.

Vtrum indulgentiæ valeant aliquibus post hanc vitam.



Arg. 1. D. Bon. ibidem. q. 5. D. Tho. vbi sup. ar. 3. Ale. vbi su. m. 5. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia omnes animæ sanctæ, aut sunt de ecclesia triumphante, aut militante. Sed animæ existentes in purgatorio sanctæ sunt, nec sunt de ecclesia triumphante, quia ĩ illa nulla est pœna: ergo sunt de ecclesia militante, sed omnibus habentibus gratiam in ecclesia militante prosunt indulgentiæ: ergo ꝓsunt illis qui sunt in purgatorio.

Secundo. Item meritum ecclesiæ, quod per indulgẽtias dispensatur, maius est, quam meritũ vnius singularis personæ, sed meritũ singularis personæ suffragatur existentibus in purgatorio: ergo multo fortius illis valent indulgentiæ.

Tertio. Item indulgentiæ prosunt illis, qui faciunt illud, quod in forma indulgentiæ continetur: sed existentes in purgatorio orant pro vtilitate ecclesiæ, pro qua dantur indulgentiæ: ergo prosunt illis.

In oppositum. CONTRA, de pœni. dist. prima. Si cui. §. Alij ecõtra. Dominus par ius soluendi voluit esse, & ligandi: sed prelati ecclesiæ non possunt ligare

ligare illos, qui sunt in purgatorio: ergo nec possunt eos soluere, quod verum non esset, si illis prodessent indulgentiæ.

CONCLVSIO.

Quamuis directè animabus purgatorij indulgentiæ minimè prosint, tamen per modum suffragij prodesse possunt.

Respon. RESPONDEO, ꝙ indulgentiæ non prosunt illis, qui non sunt de iurisdictione illius qui eas concessit: extra de pę. & re. Quod autem, nec illis, qui non faciunt illud, pro quo dantur indulgentiæ, quamuis habeant voluntatem faciendi, quamuis enim quantum ad p̄mium essentiale nō potenti operari voluntas, reputetur pro facto, non oportet hoc esse verum, quantum ad quodlibet pręmium accidētale. Vnde nec pro facto reputatur, quantum ad remissionem pœnæ per indulgentias obtinendæ. Illi autem qui sunt in purgatorio non sunt sub iurisdictione pręlatorum ecclesiæ, qđ satis datur intelligi cū dixit dominus Petro. Matth. 16. Quodcunque solueris super terram: addendo enim, super terram, videtur referre collationem huius potestatis tantum super viuentes hac vita mortali, non possunt etiam facere saltem de lege communi illud quod continetur in forma indulgentiæ: quia & si orantibus pro aliquo principe, vel aliquo speciali negocio ecclesiæ concedantur indulgentiæ, tamen illi qui sunt in purgatorio hoc nesciūt nisi ex speciali reuelatione, & si scirent quamuis orarēt non tamen esset eis pęnalis oratio, sicut est existentibus in mortali vita. Vnde existentibus in purgatorio non prosunt indulgentiæ directè, indirectè tamen eis prosunt, inquantum existentes in hac vita faciunt pro eis illud, quod continetur in hac forma indulgentiæ, maximè si detur indulgentia sub hac forma. Quicunq; fecerit hoc, vel illud sibi pro se, vel pro patre suo defuncto, vel alia persona in purgatorio existente damus tot dies indulgentiæ: sed sic, secundum quosdam adhuc non prosunt eis, nisi per modum suffragij: quia non per modum auctoritatis, quā pręlatus habeat super eos, & ad hoc etiam, vt sic valeant eis cooperatur forma indulgentię prædicta: quia alias, vt videtur quibusdam homo non posset fructum suæ indulgentiæ in alium transferre: quia eius non est applicare ad aliquem intentionem ecclesiæ, per quam communicantur merita ecclesiæ, ex quibus valent indulgentię.

Ad primū. AD PRIMVM dicendum, ꝙ illi, qui sunt in purgatorio cum ecclesia militante aliquo modo communicant in pœna cum triumphāte in imposibilitate peccādi, cum vtraque in charitate, & ideo quia coniuncti sunt cum militante ecclesia per charitatem, & maximè auxilio indigent: quia non sunt in statu in quo posint pœnam assumere voluntariam, per quam citius admitterentur ad visionem beatam, ideo ecclesia potest eos iuuare communicando eis merita viuorum, non tamen per modum auctoritatis per quam directè iuuantur illi, quibus directè prosunt indulgentiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non plus concludit, nisi ꝙ indulgentiæ possunt prodesse per modum suffragij concurrente ad hoc voluntate indulgentias dantis, cum voluntate recipientis.

Ad tertiū. Ad tertium solutum est ex dictis in quæstione. Et pręterea pręter facere illud quod indulgentia continetur: requiritur, ꝙ faciens sit de iurisdictione dantis indulgentiam.

Ad aliam partem. AD argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ non plus concludit, nisi ꝙ indulgentiæ non prosunt eis directè, sed ex hoc non sequitur quin eis posint prodesse per modum suffragij: vt ostensum est. Aliqui tamen dicūt, ꝙ sicut sunt medij inter ecclesiam triumphantem, & militantem, ꝙ ita pręlati ecclesiæ, medio modo se habent ad eos: quia illos de militante ecclesia possunt ligare, & soluere, illos de triumphante, nec ligare, nec soluere, illos de purgatorio non possunt ligare, possunt tamen eos soluere communicando eis suffragia & indulgentias concedendo, si tamē viui pro eis faciant quod in forma indulgentiæ continetur.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quęritur de quarto principali. Et circa hoc, quæruntur tria.

Primo vtrum valeant existentibus in peccato mortali.

Secundo vtrum religiosis.

Tertio vtrum pręlatis qui eas concedunt.

QVAESTIO I.

Vtrum valeant existentibus in peccato mortali.

Arg. 1. D. Th. vbi su. ar. 5. q. 1 ET VIDETVR, ꝙ sic: quia maius est alicui gratiam impetrare, quam remissionem pœnę concedere, sed vir sanctus aliquando meretur peccatori gratiam: ergo multo fortius pręlatus potest sibi partem pœnæ remittere concedendo indulgentiam.

In oppositū. CONTRA, intentio principalis sapientis non est, vt thesaurus suus per suum ministrum dispensetur suis inimicis, cum ergo dispensatio facta per ministros ecclesiæ discordans ab intentione Dei sit inutilis, & magis debeat dici dissipatio, quam dispensatio, nō prosunt indulgentiæ existentibus in mortali peccato, cū tales Dei sint inimici.

CONCLVSIO.

Existentibus in peccato mortali nihil indulgentiæ prosunt quò ad pœnam persoluendam.

Respon. RESPONDEO, ꝙ non potest fieri remissio pęnę manente culpa, & ideo cum per indulgentias non remittatur culpa existentibus in morta-

mortali peccato, non remittitur eis per indulgentias aliquid de pęna. Si tamen aliquis existens in mortali peccato facit illud, quod continetur in forma indulgentię, prudenter facit: quia bona facta in peccato mortali aliquo modo peccatorem disponunt de congruo ad pęnitentiam, & illa mediante ad susceptionem remissionis peccatorum, per diuinam misericordiam.

Ad argumentum. AD argumentum in oppositum dicēdum, ꝙ non valet, quia illa impetratio gratiæ est ꝑ meritum congrui, sed satisfactio de pęna fit ꝑ meritum condigni. Vnde existenti in charitate facienti, quod continetur in forma indulgentiæ debetur remissio pœnæ, quæ in forma indulgentiæ est concessa.

QVAESTIO II.

D. Th. vbi sup. *Vtrum indulgentiæ valeant religiosis.*

CONCLVSIO.

Vtique eis prosunt.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sic, si faciunt illud pro quo dātur indulgentiæ, & hoc facere possunt, quia quamuis non habeant proprium, nec pro voluntate sua possint claustrum exire ad visitandum alia loca sancta, superior tamē potest eis dare licentiam aliquid dandi, & loca sancta visitandi.

QVAESTIO III.

Vtrum indulgentiæ valeant prælatis, qui eas concedunt.

Arg. 1. D. Th. ibid. ET VIDETVR, ꝙ non: quia nullus habet potestatem absoluendi seipsum, sed si dantibus indulgentias ꝓdessent illæ indulgentiæ, ad remissionem pœnæ, dantes seipsos possent a pœna absoluere.

In oppositū. CONTRA, si non prodessent eis peioris essent conditionis, quam alij, quod est inconueniens.

CONCLVSIO.

Etsi sibiipsi indulgentias cōcedere directè nequeat, ijs tamen vti potest, quas alijs dedit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ prælatus sibi ipsi non potest indulgentias dare primo, & principaliter, & directe: sed indulgentia alijs data ipse etiam sub eadem forma vti potest, & sic sibi sicut alijs prodest ad alicuius partis pœnæ remissionem.

AD argumentum in oppositum dicendum, ꝙ quamuis prælatus non possit seipsum absoluere directe, potest tamen indirecte, inquantū alij potest concedere potestatem per quam ab illo potest absolui.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quęritur de quinto principali. Et circa hoc, quæruntur tria.

Primo vtrum malus episcopus, possit dare indulgentias.

Secundo vtrum aliquis non episcopus.

Tertio vtrum quilibet prelatus.

QVAESTIO I.

Vtrum malus episcopus possit dare indulgentiam.

Arg. 1. D Tho. vbi su. ar. 4. q. 4. ET VIDETVR, ꝙ non: quia nullus sapiens dominus cōmittit inimico suo potestatem dispensandi suū thesaurum, sed malus episcopus est inimicus Dei, cum ergo Deus sit sapientissimus dominus malo episcopo talem potestatē non commisit.

Secundo. Item maius est indulgentiam dare, quam recipere: sed malus episcopus manens malus nō potest indulgentiam recipere: ergo nec dare.

In oppositum. CONTRA, maius est absoluere in foro pęnitentiæ, seu conscientiæ, cum per talem absolutionem nō tantum remittatur aliquid de pęna, sed etiam quandoque remittitur culpa, scilicet cum absoluendus est attritus non contritus, quam indulgentias dare, per quas non remittitur nisi pęna, sed malus episcopus potest absoluere in foro pęnitentiæ: ergo multo fortius indulgentias dare.

CONCLVSIO.

Prælatus etiam malus indulgentias dare ualet.

Respon. RESPONDEO, ꝙ malus episcopus potest indulgentias dare, quia non facit indulgētias de proprio merito, quo priuatur per mortale peccatum, sed de thesauro ecclesiæ, cuius peccatum sibi non abstulit dispensationem.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior est vera, quando inimicus pōt thesaurum dispensare pręter domini intentionē, malus autem episcopus pręter intentionē Dei spirituale thesaurum ecclesiæ dispensare non potest. Vnde si non concordat diuinæ intentioni sua dispensatio nulla est. Vnde nec bonus, neç malus indulgentias cōcedere potest, nisi ex rationabili causa.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod quamuis indulgentiam dare, maius sit, quam recipere, maioritate auctoritatis, econuerso tamen est, loquendo de maioritate vtilitatis, peccatum vero mortale facilius impedit vtilitatem, quam auctoritatem.

QVAESTIO II.

Vtrum aliquis non episcopus possit indulgentias dare.

Arg. 1. D. Th. ibidem. q. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: quia per indulgentias tantum remittitur de pœna, vel plus, quantum ad absolutionem in foro pęnitētię, sed nullus nō sacerdos potest absoluere in foro pœnitētiæ: ergo nec indulgentias dare.

In oppositū. CONTRA, electi in episcopos, & confirmati possunt dare indulgentias, quamuis adhuc non sint sacerdotes.

CON-

CONCLVSIO.


Et quidem, cum etiam non episcopus iurisdictionis potestatem habere possit.

Respon. Di. 10. articulo 4. q. 3. in corpore. RESPONDEO, sicut superius dictum est, non sacerdotibus competere potest potestas iurisdictionis: cum ergo dare indulgentias cõpetat alicui per potestatem iurisdictionis, aliquis non sacerdos põt cõcedere indulgentias.

Ad argumentum. AD argumentum in oppositum dicendum ꝙ omnibus pẽsatis simpliciter dignior est absolutio in foro pœnitentiæ, quam illa, quę fit per concessionem indulgentię: quia per illam non tantum remittitur pars pœnæ, sed etiã culpa, si ante non est remissa, & ille dispositus est qui recipit absolutionem. Vnde hæc potestas respicit ordinem, & iurisdictionem in foro pœnitentiæ: remissio autem culpæ maior est, quàm remissio pœnæ, nec tamen concedẽdum est, ꝙ semper plus remittatur de pœna, per indulgentias, quam per absolutionem in foro pœnitentiæ: quia freque̅ter est ecõtrario.

QVAESTIO III.

Vtrùm quilibet prælatus possit indulgentias dare.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 3. D. Tho. vbi sup. T VIDETVR, ꝙ sic: quia quilibet prælatus potest concedere participationem bonorum, congregationis suæ: ergo a simili potest eius merita per indulgentiam alijs communicare.

In oppositum. CONTRA, solis episcopis permittitur a iure indulgentias dare, vel electis in episcopos.

CONCLVSIO.

Indulgentias concedere non nisi summus Pontifex primùm, Legati, ac Episcopi de iure communi queunt.

Respon. RESPONDEO, ꝙ illi soli possunt indulgentias dare, quibus dispensatio thesauri ecclesiæ commissa est, & secundum mensuram commissionis suæ: & quia vicario Christi cõmissa est plenitudo potestatis a Christo: extra de pę. & re. Cum ex eo: ideo dare potest indulgentias per ecclesiam totam militantem tãtas quantas sibi placuerit, dum tamen adsit rationabilis causa. Alij autem tantũ habent de hac potestate, quantum eis a vicario Christi concessum est, ipse autem perius cõmune hoc non concessit nisi episcopis, vel electis in episcopos, & suis legatis, & ideo nulli alij indulgentias possunt dare nisi ex speciali commissione nec possunt legati dare indulgentias nisi in ꝓuincia sua: nec episcopi, nisi ĩ suo episcopatu: archiepiscopi tamen possunt eas dare in episcopatibus suffraganeorum suorum: extra de pę. & re. Nostro: isti tamen in dedicatione basilice, siue dedicetur ab episcopo, siue a pluribus, non debent extendere indulgentiam, vltra annum, neque in anniuersario dedicatiõis vltra 40. dies: extra de pę. & re. Cum ex eo. limitata enim est eis potestas a Papa, ne per immoderatas concessiones claues ecclesiæ contemnerentur, & pœnitentialis satisfactio eneruaretur eo. c. vbi prius.

AD argumentum in oppositum dicẽdum, ꝙ non est simile, quia concessio participationis bonorum fit per mutuam charitatem, sed donatio indulgentiæ per auctoritatem. Vnde quilibet potest alteri participationem suorũ bonorum concedere, sed non indulgentiam dare debitorum suorum. Vtrum autem quilibet sacerdos pœnitentem in articulo mortis possit absoluere ab omni peccato, & omni excommunicatione superius visum est. *Ad argumentum.*

Vtrum autem ille iustus, qui ante mortem fecit totam pęnitentiam sibi a sacerdote iniũctam minorem debito, postea in purgatorio puniatur, super litteræ expositionem poteris inuenire.

CIRCA litteram. Non pręsumimus, quia bene hinc exit: hoc dicitur ad notãdum difficultatem habendi condignam pęnitentiã, illi, qui vsque ad articulum mortis distulit pęnitere. Peccare non potes, hoc intelligitur de peccatis in operibus exterioribus, quæ homo non potest facere in articulo mortis instante. Quacunque die inuocetur Deus adsit, hoc nõ intelligitur de inuocatione, quæ est ex timore pœnæ principaliter, sed ex amore iustitiæ. Arbitrij quærit libertatem, hoc ideo dicit, quia quamuis in illo, qui expectauit pęnitere, quousque mors instat remaneat arbitrij libertas, tamen inest sibi ad pęnitendum verę maxima difficultas. Quædam peccata mortalia in pęnitentia fiunt venialia, hoc ideo dictum est, quia homo de illis per pœnitentiam, obtinet veniam. Si nõ sufficit dolor interior simul cũ pœna iniuncta, addet Deus pęnam.

CONTRA, si sacerdos iniungit pœnitenti pœnam maiorem debito, pęnitens si potest, tenetur soluere illã: ergo a simili si iniungit minorem debito pęnitens debet esse simpliciter quietatus, si voluit eam. *Obiectio.*

RESPONDEO, ꝙ si sacerdos iniũgit pœnam non recompensantem pęnam a Deo taxatã, sc̃d'm iudiciũ suæ iustitiæ temperatum dulcedine misericordiæ, pęnitens residuum exoluet post hanc vitam. Si autem iniungit pęnam recompẽsantem, quamuis absolute sit minor, quam illa ad quam obligatur in purgatorio, simpliciter quietatur pęnitens si exoluit eam, nec est inconueniens, vt superius dictum est, ꝙ minor pœna in hac vita recompenset in diuina acceptatione maiorem pęnã in alia vita. *Respon.*

AD argumentum dicendum, ꝙ quamuis ille cui iniuncta est pœna maior debito teneatur ad eam explendam in foro ecclesiæ, in foro tamen Dei non tenetur nisi ad condignam. Vnde si moriatur expleta cõdigna, ad residuũ non tenetur. *Ad argumentum.*


Testimonia eis fidelium circunstantiũ prodesse debent, & quamuis loquatur in plurali,

tamen

tamen vni soli creditur in hac materia: q̃a hoc non cedit in præiudicium alicuius 26. qō. 6. Is qui in infirmitate: in Glo. & argumentum ad hoc, de consec. dist. 4. Cum itaque. Non debet presbyter: loquitur de publicæ pęnitentię: quia pęnitentiam ab episcopo iniunctam non potest sine eo presbyter relaxare, nisi in articulo necessitatis. Puellarum tamen consecratio consulto episcopo per presbyterum fieri valet, hoc intelligendum est secundum antiquam consuetudinem aliquarum ecclesiarum quæ modo non tenetur.

DISTINCTIO XXI.

De peccatis Quæ post hanc vitam dimittuntur.



OLET etiam quæri, vtrum post hanc vitam aliqua peccata remittantur. Quòd aliqua post hanc vitam remittantur, Christus ostendit in Euangelio, vbi ait. Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Matt. 12. c Luc. 12. b

Greg. lib. 4 Dial. c. 39. *Ex quo datur intelligi, sicut sancti Doctores tradũt, quòd quædam peccata in futuro dimittentur: quædã enim culpæ in hoc seculo relaxantur, quædam verò paruæ etiam in futuro: quæ quidem post mortẽ grauant, sed dimittuntur, si digni sunt, si bonis actibus in hac vita meruerunt, vt dimittantur eis. De illis etiam qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, dicit* 1. Cor. 3. c *Augustinus quod ignem tribulationis transitoriæ inuenient cremabilia ædificia quæ secum portauerunt cremantem. Ait enim sic, Post istius sanè corporis* Li. 21. de Ciuit. Dei. ca. 26. to. 5. *mortem, donec de igne purgatorio veniatur ad diem damnationis, & remunerationis, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum, qui ædificauerunt lignum, fœnum, stipulam, huiusmodi ignem dicantur perpeti, quem alij non sentiunt qui huiusmodi ædificia non portauerunt, vt inueniant ignem transitoriæ tribulationis venialia concremantem, non redarguo:* Aug. ad primũ versum Psalmi 37. *quia forsitan verum est. Sed quia dicitur, Saulus erit quasi per ignem, contemnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille, quàm quicquid potest homo pati* 1. Cor. 3. c *in hac vita. Hic apertè insinuatur, quòd illi qui ædificant lignũ, fœnum, stipulam: quædam cremabilia ædificia, id est, venialia peccata secum portant, quæ in igne emendatorio cremantur. Vnde constat, quædam venialia peccata post hanc vitam deleri.*

Quo alij citius, alij tardius purgantur in igne.

In illo autem igne purgatorio alij tardius: alij citius purgantur, secundum quòd ista pereuntia magis vel minus amauerunt, vnde August. Post hanc In Ench. ca. 69. tom. 3. *vitam incredibile non est, nonnullos fideles per ignẽ quendam purgatorium, quantò magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari, vnde non frustra illa tria distinxit Apostolus,* August. in Psal. 80. ad finem. *lignum, fœnum, stipulam, quæ illi ædificant: qui etsi aliena non rapiant, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inhærent. Qui secundum suos amandi modos, vel diutius vt lignum, vel minus vt fœnum, vel minimum, vt stipula ignem sustinebunt. Qui verò superædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum, de vtroque igne securi sunt, non solum de illo æterno, qui cruciaturus est impios in æternum, sed etiam de illo emendatorio, quo purgabũtur quidam saluandi.* Idẽ in psal. 187 a principio.

Oppositio.

Hic obijci potest. Si per lignum, fœnum, stipulam, venialia intelliguntur peccata, & nullus adeò perfectius est, qui venialiter non peccet: ergo qui ædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum, ædificant etiam lignum, fœnum, stipulam: ergo per ignem transibunt. Ad quod dicimus, quia non omnis qui venialiter peccat, lignum, fœnum, stipulam ædificat: sicut e conuerso non omnis qui cõtemplatur Deum, & diligit proximum, & opera bona facit, ædificat aurum, argentum, lapidem preciosum. Et tamẽ in auro intelligitur contẽplatio Dei, in argento dilectio proximi, in lapide precioso bona opera. Sed illi, qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, Deum contẽplantur, & proximum diligunt, & opera bona faciunt, nec tamen ædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum. Hæc enim ædificat, qui sic illa tria facit, vt cogitet quæ sunt Dei, & quomodo placeat Deo, non mundo. Lignum verò, & fœnum & stipula accipi possunt secularium rerum, quamuis licitè concessarum, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Hæc ergo ædificat is, qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo, qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur, & tamen ex eis multa beneficia facit, nec pro eis aliquid fraudis vel rapinæ molitur. Ex his ergo patet, quòd non idem homo simul hæc & illa ædificat. Illa enim ædificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant placere mundo, sed tantum Deo: qui etsi venialiter aliquando peccant, feruore charitatis, ita absumitur in eis peccatum, sicut gutta aquæ in camino ignis, & ideo nunquam secum portant cremabilia. Hęc autem inferior ædificatio minorum est, qui non tantum Deo, sed etiam mundo placere cogitant, Deum tamen præponunt. Si verò mundum præponerent, non superædificarent, sed destruerent fundamentum. Affectiones ergo carnales, quibus dediti sunt domibus, coniugibus, possessionibus, ita vt nihil præponant Christo, illis tribus significantur, quæ in mentes perfectorum non cadant, etsi alia venialia admittant. In cordibus verò minorum interdum durant vsque in finem: qui cum talibus ædificijs transeunt, sed dissoluuntur in igne. Ipsi verò merito fundamenti salui erunt: grauissimam tamen pęnam sentient. Ex quo apparet, quantam hic misericordiam exhibet Deus, & quantam ibi exerceat seueritatem, cum pro eodem peccato multò grauius ibi puniat, quàm hic. 1 Ioan. 1. a Prou. 20. b Eccl. 7. c Solutio. Ench. c. 68.

Opinio quorundam cum obiectione.

Sed fortè dices illud esse accipiendum de pęna peccati, non de ipso peccato, quòd Gregorius dicit quædam leuia in futuro dimittenda. Si enim verã pęnitẽtiam Supra lit. a

tiam

tiam habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei: sed pœna fortè remansit. Ideoque si verè pœnitens obijt, sine peccato transiit. Si autem verè pœnitens nō est in obitu, maculam portat quæ nūquam delebitur. Qui verò ædificat lignum, fœnum, stipulam, verè pœnitet: quia bonus est, & charitatem habet, & in charitate de hac vita transit: ergo sine peccato transit. Non sequitur. Verum quidem est, quòd quia bonus est, & charitatem habet, verè pœnitet: & tamē cum veniali peccato transit, quod non deleuit pœnitentia. Pœnitentia enim non delet nisi peccatum illud, quod deserit homo. Tale autem peccatum sæpe in hac vita non relinquitur ab homine; & tamen verè pœnitens est, etsi non de omnibus venialibus pœniteat. Potest enim quis de omni mortali, & de omni veniali pœnitere, excepto vno vel pluribus, venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem, & vnum vel plura venialia: quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hæc secularia: talis existens subita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est, & tamen saluabitur: à quo non se hic absoluit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. Constat ergo, quædā peccata, scilicet leuia, post hanc vitam dimitti. Si verò de pœna peccati illud intelligi voluissent autores, cur magis commemorassent leuia, quam grauia, cùm etiam grauium pœna hic inexpleta post hanc vitam restet?

De generali Confessione quid profit.

Post hæc considerandum est, quid profit confessio illa, vbi singula peccata quæ quisque fecit, non exprimuntur. Sanè dici potest, quòd omnia criminalia semel saltem oportet in cōfessione exprimi, nisi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit Psal. 18. *omnia, generaliter saltem ea confitere, quorum memoriam non habes: & sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia verò, quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequēter iterata: perfectius est tamen etiam illa exprimere, si vales. Ideoq; quotidie generaliter fit confessio in Ecclesia, pro venialibus, scilicet peccatis quæ quotidie admittimus, & pro illis mortiferis, quorum notitiam non habemus. Vnde Augustinus. Veritatem dicit Deo pœnitens, quando nihil illi de commissis sceleribus celat: non ꝙ etsi † voluntatem celauerit, Deus ignoret: sed veritatem sibi dici vult ab eo, vt veniā consequatur. Si verò mente aliqua exciderint, confitetur veritatem Deo, cùm generaliter dixerit, Deus qui nosti occulta cordis, & opera mea & delicta à te non sunt abscondita: quibus veniam largiaris precor: & hæc est veritas confitentis, quā diligit Deus. Vnde Psalmista. Ecce enim veritatem dilexisti. Hic insinuatur, generalis confessio etiam mortalia delet, quorum intelligentia non habetur.*

† Voluntate. — Act. 1. d. — Psal. 68. — Psal. 50.

Nemo confiteatur peccata quæ non fecit.

Sicut autem pœnitens celare non debet peccatum suum, quia superbia est, ita nec humilitatis causa, fateri se reum illius quod se non commisisse noscit: quia incauta est talis humilitas, & peccatorem constituit. Vnde Augustinus. Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequā mentieris, mentiendo efficeris, quod vitaras: veritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem: vt etiam esse cognoscat. veritas autem ipsa est, vt quod es dicas. Nam quomodo est veritas, vbi regnat falsitas?

De verbis Apost. ser. 31. in med. to. 10. Et 22. q. 2. Cum humilitatis.

De pœnis sacerdotis qui peccatum publicat confitentis.

Caueat autem sacerdos ne peccata confitentium alijs prodat: alioquin deponatur. Vnde Gregorius. Sacerdos ante omnia caueat, ne de his qui ei confitentur, peccata alicui recitet, non propinquis, non extraneis, nec (quod absit) pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit: deponatur, & omnibus diebus vitæ suę ignominiosus peregrinando pergat. Quod verò dictū est, vt pœnitens eligat sacerdotem scientem ligare, & soluere, videtur contrarium ei quod in canonibus reperitur, vt nemo, scilicet alterius parochianum iudicare præsumat. Sed aliud est fauore vel odio propriū sacerdotem contemnere, quod canones prohibent: aliud cæcum vitare, quod Vrbanus facere monet: ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant. Ait enim Vrbanus secundus. Placuit vt nulli sacerdotū deinceps liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius, cui prius confessus est. Qui verò contra hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

De pœnit. d. 6. cap. Sacerdos. — Ibid. pereg. Quod autem 9. q. 2. quod per totum. — Matt. 15. b — Ibid. dist. 6. ca. Placuit vt deinceps.

DISTINCTIO XXI.

Svperius determinauit Magister de modo remissionis mortalium. Hic determinat de modo remissionis venialium. Et diuiditur in duas. — Continuatio.

Primò determinat de remissione venialium post hanc vitam.

Secundo de eorum remissione in hac vita. ibi. (Post hoc.)

Prima in quatuor. — Diuisio.

Primo ostendit, ꝙ quædam peccata post hanc vitam remittuntur.

Secūdo ꝙ quædam citius, quædam tardius purgantur. ibi. (In illo autem.)

Tertio ostendit, quæ sunt illa peccata, quæ in purgatorio purgantur. ibi. (Hic obijcitur.)

Quarto ostendit, ꝙ hæc purgatorio nō tantum quantum ad pęnam, sed etiam quantum ad culpam intelligitur. ibi. (Sed forte.)

Secunda pars principalis diuiditur in 2.

Primo determinat de generali cōfessione.

Secundo de sigilli confessionis obseruatione. ibi. (Caueat autem.

Prima in duas.

Primo ostendit quæ confitenda sunt.

Secundo quæ confitenda non sunt ibi. (Sicut autem.)

Circa hanc distinc. est quærendum de 5. principaliter.

Primo de purgatorio.

Secundo de his, quæ ibi purgantur.

Ter-

Tertio de generali confeſsione.

Quarto de ſigilli cõfeſsionis obſeruatiõe.

Quinto de obſeruatione ſecreti ex parte pęnitentis.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum ſit conſonum diuinæ iuſtitiæ aliquas animas cum charitate a corporibus recedentes in purgatorio puniri.

Secundo vtrum de purgatorio, alius alio citius liberetur.

Tertio vtrum ad purgationem animarum ſit aliquis locus ſpecialiter deputatus.

Quarto vtrum ille locus ſit totum ſpacium vſque ad orbem lunæ.

QVAESTIO I.

Vtrum conſonum ſit diuinæ iuſtitiæ aliquam animã a corpore in charitate decedentem in purgatorio puniri,

Arg. 1. D Bo. li 4. di.20. ar. 1. q. 1. D. Th. 4. ſẽ. di. 21. q. 1. ar. 1. q. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia Apoc. 14. dicitur de illis, qui moriũtur in Domino, quodãmodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcãt a laboribus ſuis, quod verum non eſſet ſi conſonum eſſet diuinæ iuſtitiæ animas taliũ in purgatorio puniri.

Secundo. Item animæ malorum ſtatim deſcẽdunt ad infernum per diuinam iuſtitiam: ergo ſimiliter conſonum eſt diuinæ iuſtitiæ, vt animę bonorum ſine aliqua pœna, ſtatim aſcendant in cœlum.

Tertio. Item non eſt aliquod peccatum, tam graue, & grande, quod per pœnas hoc inflictas non poſsit totaliter in hac vita expiari, ſi tamen patienter ſuſtineatur: ſed mors eſt maxima pœnarum: ergo ſi pęnitens eam ſuſtinet patienter per eam totaliter purgatur.

In oppoſitũ. CONTRA, Magiſter pręcedenti di. c. 1. & eſt de pęnitentia diſt. 7. cap. Hoc autem, prius purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis.

Secundo. Item Magiſter in littera huius di. c. 1. expreſſe ponit quaſdam animas poſt hanc vitam in purgatorio puniri.

CONCLVSIO.

Animas illas purgatorij pœna eſſe torquendas diuinam decet iuſtitiam, quæ omnem peccatorum ſuorum in uita hac non luere pœnas.

Reſpon. RESPONDEO, quòd animarum decedẽtium a corporibus in charitate, quædam in hac vita totam pœnam debitam expleuerunt, & tales puniri in purgatorio, non eſſet conſonum diuinæ iuſtitiæ. Vnde tales ſtatim cum ſint a corporalibus ſeparatæ, admittuntur ad æternæ vitæ viſionem, & fruitionem. Alię ſunt quæ totam pęnam ſibi debitam in hac vita nõ expleuerunt, & tales puniri poſt hanc vitam, conſonum diuinæ iuſtitiæ, non tamen æterna pœna, ſed purgatoria: ex quo enim cum charitate recedunt eas ęternaliter puniri nõ eſſet diuinæ iuſtitiæ conſonum: quia digne ſunt vita æterna: & quia adhuc ad aliquam pœnam obligatæ ſunt, diuinæ iuſtitiæ conſonum eſt vt prius illam ſuſtineant, quam gaudium ęternæ vitæ recipiant, cum illo enim gaudio non poteſt ſtare obligatio ad aliquam pœnam.

AD PRIMVM in oppoſitum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda eſt, aut de illis, qui totam pęnitentiam ſuam in hac vita expleuerunt, aut de alijs poſtquam a pęna purgatoria liberatæ ſunt. Ad primũ.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ non eſt ſimile: quia peccatum mortale non compatitur ſecũ aliquod meritum, quo retardetur anima ſuo deſcenſu in infernum: ſed charitas ſecum cõpatitur aliquod retardatiuum aſcenſionis animæ in paradiſum: quia ſecum compatitur venialem culpam, & obligationem ad aliquam pęnam. Ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ pęna mortis naturalis, cum ſit debita pro peccato originali, nõ ſatiſfacit ꝓ pęna debita peccato actuali, quãuis pæna mortis violenter illatæ, quam homo patienter, & ex charitate ſuſtinet pro Deo totaliter ſatiſfacere poſsit. Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Vtrum de purgatorio alius alio citius liberetur.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia ſecundũ illam proportionem, qua culpa excedit culpam, vna pęna purgatorij excedit aliam in acerbitate: ergo ad hoc, ꝙ pęnæ ſint iuſtę: oportet ꝙ ſint æquales in duratione. Arg. 1. D. Bo. li. 4. diſt. 21. ar. 3. q. 1. D Tho. vbi ſu. ar. 3. q. 3 Ale p. 4. q. 15. m. 5. ar. 4.

Secundo. Item quamuis præmia in paradiſo ſint inæqualia in intenſione, tamen æquantur in duratione. Similiter pęnæ inferni inæquales ſunt in intenſione, æquales tamen in duratione: ergo a ſimili pęnæ purgatorij, quamuis ſint æquales in intenſione, debent eſſe æquales in duratione.

In oppoſitũ. CONTRA, Algazel. li. 5. phyſi. cap. 4. loquens de pęnis animarum poſt hanc vitam dicit, ꝙ citius, vel tardius pęna remouetur ſecũdum ꝙ diſpoſitiones, propter quas puniũtur, ſunt fortes vel debiles, & cum in eodem loco ante verba prædicta ponat pęnas aliquarum animarum non finiendas, videtur, quòd verba prædicta de pęnis purgatorijs intelligãtur.

CONCLVSIO.

Cuius culpa fuit leuior, eius & purgatio erit celerior.

RESPONDEO, quòd duo conſiderantur in peccato, ſcilicet magnitudo, & radicatio: dicunt ergo aliqui quòd magnitudini offenſæ reſpondet intenſio acerbitatis pęnę, & radicationi peccati, pęnæ duratio: ideo in purgatorio non tantum ſunt pęnæ inæquales in intenſione: ſed etiam in duratione. Reſpõſio peregrina.

Sed

Sed contra hunc modum soluendi, sic potest argui. Possibile est, vt minori peccato homo fortius,& diutius adhæreat,quam maiori, & sic contingere posset, ꝙ pęnitens diutius careret visione diuina pro peccato minori, quã pro maiori. Cum ergo carentia visionis Dei, ad tempus sit maior pœna, quàm pœna ignis ad tempus,sicut simpliciter maior est, vbi est sine fine: vt in damnatis: quàm pœna ignis æterni, posset contingere, vt simpliciter magis puniretur pœnitens in purgatorio, pro peccato minori,quam pro maiori, quod irrationabile est.

Doctoris responsio. Videtur ergo mihi dicendum, ꝙ omnibus pensatis, quæ peccatum aggrauant, cuiusmodi sunt fortiter,& diu adhęrere peccato,& plura alia, pro maiori peccato debetur verè pęnitenti maior pęna in intensione, & in duratione. Vnde Magister in præsenti distin.c. 2. Post hanc vitam incredibile non est nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium,quanto magis minusue bona pereũtia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari. Quod etiam innuit Apostolus primę, ad Cor.3.Comparando purganda ligno,fęno,stipulæ,quæ nõ ęque diu remanent in igne.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ secundum illam proportionem, qua culpa excedit culpam in grauitate, pẽsatis omnibus quæ culpam aggrauant, grauitas pœnæ constituta ex pœnæ intensione, & duratione simul, excedit in purgatorio pęnę alterius grauitatẽ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ non est simile, quia charitas bonorum, & culpa damnatorũ, nunquam delebuntur,& ideo pręmia bonorũ & pęna damnatorum non finientur: sed dispositio, propter quam animæ puniuntur in purgatorio non est in eis immobiliter radicata, nec æqualiter, & ideo citius a quibusdam, quàm ab alijs remouetur.

Ad aliã partem. *Error Algazelis.* Argvmentvm ad partem aliam gratia conclusionis potest concedi, quamuis Algazel errauerit in hoc, ꝙ in animabus post hanc vitam pœnam non posuit, nisi causatam ex vehementi desiderio delectationis, quæ accipitur in temporibus, mediante corpore,sicut instrumento, ad quam attingere non possunt propter carentiam instrumenti.

QVAESTIO III.

D. Bo. li.4. di.20. ar.1. q.1. D Th 4.sẽ. di.21.q.1. ar.1.q.1. Sco li.4.di. 21.q.1.

Vtrum ad purgationem animarum sit aliquis locus deputatus specialiter.

CONCLVSIO.

Post hanc vitam purgatorium reperiri necesse est, in quo pœnam temporalem pro peccatis mortalibus & venialibus iam quò ad culpam dimissis animæ patiantur.

Respondeo, sicut patet per ea, quæ dicta sunt,li.3. distinct.22.artic.2. in inferno sunt quatuor loca se habentia, secundum superius, & inferius. In illo loco maxime infimo, sunt damnati pro peccato actuali. In illo, qui est immediate supra illum, sunt damnati pro solo peccato originali.In loco,qui consequenter est supra illum sunt animæ, quæ purgãtur, quia ibi de lege communi purgantur, quãuis aliqua alibi purgentur ex aliqua causa speciali,scilicet vt viuentibus aliquid nuncient, vel vt suffragia pro se impetrent, & vt patiendo, vbi peccauerunt, Dei iustitiam aliquibus sensibiliùs manifestent.In 4. loco modo nõ sunt aliquæ animæ,sed ante Christi aduentum, ibi erant animæ sanctorum Patrum, quæ pęnitentiam suam in purgatorio expleuerant, & illæ, quæ recedẽtes a corpore, nihil purgabile portauerant.Hugo tamen 2.li. de sacra. parte 15. c.7. negare videtur aliquẽ vnum locum determinatum esse purgationi animarum dicẽs, ꝓbabilius esse,vt in his potissimùm locis singulę pœnam sustinere credantur, in quibus culpam commiserunt,sicut multis sępe documentis est probatum,alia vero si qua sunt harũ pœnarum loca non facile est assignari. *Quatuor sunt loca in inferno.*

Ex dictis patet solutio ad quæstionẽ quartã.

ARTICVLVS II.

Consequenter quęritur de secundo principali. Et circa hoc, quæruntur quatuor.

Primo vtrum aliqua peccata venialia, post hanc vitam remittantur, quantum ad culpã.

Secundo vtrum ad remissionem, sufficiat pœna purgatorij sine motu contritionis.

Tertio vtrũ aliquod peccatum veniale, puniatur æterna pœna.

Quarto vtrum per lignum, fęnum, & stipulam intelligantur peccata venialia.

QVAESTIO I.

Vtrum aliqua peccata venialia post hanc vitam remittantur, quantum ad culpam.

Arg. 1. D.Bo. li 4 di.21.ar.1. q.1. D.Tho. vbi su ar 3.q.1 Sco.di.ead. q.1. Ale.vbi su. m. 4. Secundo. Tertio.

Et Videtvr, ꝙ non. Hugo 2. lib. de sacr.par.15.c.13.Nemo speret,qđ hic neglexit, cum obierit apud dominum promereri.

Item facilius est peccare, quam a peccato resurgere, sed animæ recedentes a corporibus cum charitate amplius non possunt peccare: ergo nec a peccato veniali resurgere.

Item Dam.li. 2. c.4. Quod est hominibus mors, hoc est angelis casus: quia post casum non est angelis pęnitentia: ergo a simili, nec animabus separatis.

Inoppositũ Contra, peccatum veniale, simul potest stare cum charitate: ergo potest esse, ꝙ anima recedat a corpore cum vtroque, aut ergo illa anima in perpetuum carebit vita glorię, quod esset iniustum, aut remittetur illud peccatum veniale.

CON-

CONCLVSIO.

In alia vita remittitur profectò nedum tēporalis pœna, sed & venialis culpa.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sicut dicit Magister huius di. c. 3. aliqua peccata venialia remittūtur post hāc vitam, nō tm̄ quantum ad pœnā, quia sic ēt remittuntur mortalia multa, in quantum quā in hac vita remissa sunt quātū ad culpā: pęna eis debita soluitur in purgatorio: sed etiā quantum ad culpā: nō sic intelligendo, ꝙ sine pęnitentia per ignē purgatoriū consumātur, sicut per ignem consumitur argenti rubigo: sed quia per pœnam iuuantur animę ad pęnitendum de venialibus, de quibus in hac vita nō pœnituerūt, & per charitatem, cum qua a corporibus recesserunt earum pęnitentia formatur, & acceptatur, & sic veniales culpæ eis remittuntur.

Vnde opinio dicentium animas non posse recedere a corporibus cum charitate, & aliquo peccato veniali simul, quia vt ipsi dicūt, ꝙ omne peccatum de quo homo non pœnitet ante ægressum animæ a corpore in ipso ęgressu fit mortale: non idem in numero: sed quia nón pœnitens in statu tali de omni peccato tā mortali, quam veniali saltem in generali mortale cōtemptum incurrit, falsa est: potest enim contingere, ꝙ homo in charitate existens obdormiat in aliquo peccato veniali, de quo nūquam pœnituit, nec in speciali nec in generali, & ꝙ sic dormiens moriatur, cū ergo in dormiendo homo nullū mortale cōtēptū possit incurrere: planū est, animā istius a corpore recedere cū charitate, & veniali peccato simul.

Præterea cum veniale peccatum simul stare possit cum charitate: si moriens vsum liberar. habens ex carnis fragilitate, si nō pœnitēs de aliquo veniali peccato, vere tamen pęnitēs de omni mortali peccato, non video rōnem quare talis debeat incurrere contemptū mortale: cum non adhæreat alicui rei includenti auersionem a Deo, nec corrumpenti formale principiū spiritualis vitæ, quod est charitas.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ibi Hugo loquitur de moriente in mortali peccato: talis enim hoc non meruit, vt digne possit postea pœnitere: sed anima recedens cū charitate, & aliquo peccato veniali simul hoc meruit, vt post hanc vitam de illo peccato digne pœnitere possit.

Ad secundum. Ad secundum cū dr̄, ꝙ facilius est peccare, quam a peccato resurgere, &c. dico, ꝙ de mortali peccato verum est, tam in hac vita, quam in alia, quia in hac vita a tali peccato resurgere est difficile: in alia est impossibile. Sed non sic dicendum de veniali peccato: quamuis. n. in hac vita facilius sit venialiter peccare, quā de veniali peccato verè pœnitere: nō tn̄ sic dicendum est post hanc vitam per comparationem ad animam, quæ a corpore recedit cum charitate: sicut enim illa, quæ sine charitate recedit potest male velle, & de mala voluntate digne pœnitere non potest: sic per cōtrarium ista non potest male velle, & de inordinato actu voluntatis veniali tamen quem habuit in hac vita digne pœnitere potest.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ illud simile nō valet nisi quantum ad animas, quæ recedūt a corporibus cum mortali peccato: illæ enim, quæ cum solo veniali recedunt mortuæ non sunt: neque venialiter peccare proprie dicitur cadere, quia per solum veniale non cadit anima a spirituali vita.

Ex dictis patet sol. ad quęstionē secundam.

QVAESTIO III.

Vtrum aliquod peccatum ueniale puniatur æterna pœna.

Arg. 1. D. Bon. lib. 2. dist. 42. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ non. Sicut se habet culpa ad culpā, ita pœna ad pœnam: sed culpa mortalis in infinitū excedit venialē: ergo pœna sibi debita excedit pęnam peccato veniali debitam in infinitum: non intensiue, quia omnis pœna est finita intensiue: ergo in duratione: sed secūdū Phi. 8. Phy. Omne minus infinito est finitū: ergo nullū veniale peccatū punit̄ æterna pęna.

Secundo. Item post hanc vitam pro æquali peccato nō punitur vnus magis, quam alius: quia sicut dicitur actuum. 10. non est personarum acceptor Deus: sed animę recedentes cum charitate, & cum venialibus peccatis simul nō puniūtur pro illis venialibus pœna æterna: ergo similiter nec animæ recedentes sine charitate. Nulla ergo anima pro peccato veniali punitur pœna æterna.

In oppositum. CONTRA, vt superius ostensum est dist. 16. peccatum veniale adiunctum cum mortali remitti non potest sine mortali: sed peccatum mortale in alia vita non potest remitti: ergo nec veniale adiunctum mortali: sed durante culpa durabit pœna: ergo pro veniali adiūcto mortali puniūtur animæ dānate pœna æterna.

CONCLVSIO.

Etsi uenialium nulli debeatur æterna pœna; per accidens tamen eorum pleraq; ęternaliter puniūtur.

Responsio. RESPONDEO, quòd nulli peccato veniali per se debetur pœna æterna, quia simul potest stare cum formali principio spiritualis vitæ, quod est charitas. Vnde ab æterno bono non separat, quamuis ad talem separationem disponat: per accidens tamen multa peccata venialia puniuntur æterna pœna: eo quòd sunt in subiecto carente charitate, & in actu, & in potentia, sine qua nullum potest remitti peccatum: & ideo, quia diuina iustitia exigit, vt manente culpa maneat pœna: eorum pœna est æterna. Vnde talia venialia, proprie loquendo, ligno, fæno, stipulæ non comparantur.

Opinio. Aliqui tamen dicunt, ꝙ Deus pōt a damnato extorquere totam pęnam suis peccatis venialibus debitā, sine remissione cuiuslibet culpæ: vnde dicunt, ꝙ veniale, nec per se, nec per accidens punietur pęna ęterna a iudice inflicta, quia pęna, quæ est in remorsu conscientię oportet durare durāte culpa: neq; pōt dici, ꝙ dānati soluant pęnā suis peccatis venialibus debitā, seu ꝙ satisfaciant: sicut nec in hac vita obligatus ad aliquā pęnā, quā malis gratibus eius iudex iuste extorquet ab eo: pōt dici soluere illam pęnam, vel satisfacere.

Eius instantia. Sed hæc opinio est contra cōmunē doctorum opinionē, & etiā cōtra rationē, quia cum Deus pęnam non acceptet, nisi acceptet sustinentē pęnā, sicut nec opera bona, nisi operantē acceptet: quādiu patiēs pęnam Deo acceptus nō est: pęna sua nō est Deo accepta, tāquā sibi satisfactoria; quia non est sibi accepta per comparationē ad sustinētem, quāuis sibi sit accepta per cōparationem ad seipsum iuste eā peccatori infligētem: hoc est dictu, ꝙ accepta est Deo sub ratione qua iusta est, & quādiu pęna illius, qui peccauit nō est digna acceptari a iudice, vt satisfactoria in toto nec in parte, semper peccator remanet debitor pænę.

Ad primū. Ad primum in oppositum cum dicitur, ꝙ sicut se habet culpa ad culpam, ita pęna ad pęnam, &c. dico, quod verum est per se, nō tñ oportet hoc semper esse verum per accidens, & ego bene concedo pęnam ęternam non deberi peccato veniali per se.

Ad secundum. Ad secūdū dicendū, ꝙ sicut in hac vita sine acceptione personæ pro æquali peccato diutius punitur vnus, quam alius, propter diuersam cōditionē subiecti, sic in alia vita fieri potest, qꝛ aīa cū charitate recedēs a veniali purgari pōt: recedēs vero sine charitate nō potest.

QVAESTIO IIII.

D. Bon. lib. 4. dist. 21. in dua. litera. lib.

Vtrum per lignum, fęnum, & stipulam intelligantur peccata venialia.

D. Tho. ubi sup art. 2. Alex. ubi supra. m. 5. ar. 1.

CONCLVSIO.

Per lignum, fęnum, & stipulam venialia peccata cōcinnè significantur.

Respondeo, ꝙ secundum sententiam Magistri huius di. c. 1. per lignum, fęnū, & stipulam intelliguntur venialia peccata per quędam similitudinem, quia venialia in eodē subiecto cū charitate existētia possunt per ignē purgatorij, & spiritualē ignē charitatis dilectionis consumi: sicut lignū, fęnū, & stipula cōsumuntur per ignē, & quia tardiùs cōsumitur lignū, quā fęnū: & fęnū, quā stipula: ideo per lignū significantur venialia grauiora: per fęnū media: per stipulā minora: huic cōcordat gl. 1. Cor. 3. super illud verbū, lignū, fęnū, stipulam, dicens. Lignū, fęnū, stipulā ędificant, qui & si aliena nō rapiunt, rebus tñ infirmitati cōcessis aliqua dilectione, supple obliqua inhærēt, qui secundum suos amandi hoc modos, diutiùs, vt lignum, vel minus, vt fænum, vel minimùm, vt stipula ignem sustinebunt, & qui hæc Deo non præponunt, salui erunt per fundamētum, qui vero hæc Deo præponūt non superędificant, sed destruunt fundamentum.

ARTICVLVS III.

Consequenter quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęrūt quatuor.

Primo vtrum per cōfessionem generalem deleantur peccata venialia.

Secūdo vtrū illa confessio sit sacramētum.

Tertio vtrum mortalia oblita deleātur per illam confessionem.

Quarto vtrum peccet confitens confitendo peccata, quæ non fecit.

QVAESTIO I.

Vtrum per confessionem generalem deleātur peccata venialia.

Arg. 1. D. Tho. ubi sup. q. 2. ar. 1. q. 1. Et videtur, quòd sine generali cōfessione possunt venialia remitti per contritionem, & sine contritione non possunt remitti per generalē confessionē: ergo nō remittūtur per generalem confessionem: sed per contritionem.

Secundo. Itē quādoq; aliqua peccata venialia per generalē contritionē nō remittuntur, vt sunt illa in quibus remanet voluntas habitualiter, sed ad remissionē venialium plus valet generalis cōtritio, quā generalis cōfessio: ergo sunt aliqua peccata venialia, quæ per generalem confessionē non remittuntur.

Tertio. Item Io. in prima cano. c. 1. Si dixerimus, ꝙ peccatū non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: cum ergo multi faciant cōfessionem generalem mortalibus carentes, si per illam confessionem remitterentur venialia, tales omni peccato carerent: ergo per eam venialia non remittuntur.

In oppositū. Contra, si per eā nō remittūtur venialia multo minus mortalia: ergo frustra fieret cum per eam nullum peccatum remitteretur.

Secundo. Itē potētior vr̄ ad remissionē peccatorū venialiū generalis cōfessio, q̄ aspersio aquæ benedictę, vel epālis bn̄dictio: sed peccata venialia dicūtur remitti per aspersionē aquæ benedictę. de cōs. di. 3. Aquā, & per epalem benedictionē. Vnde decre. di. 28. Presbyterū, benedictio sacerdotis sanctificationis traditio est: ergo multo fortius per generalem confessionē.

CONCLVSIO.

Generalis confessio, vel secreta fit, vel publica ad deletionem venialium valere potest.

Responsio. Confessio generalis duplex. Respondeo, ꝙ duplex est generalis confessio: quędā sacrālis, quæ fit sacerdoti in occulto: quędā non sacrālis, quæ fit in prima, & cōpletorio in publico. Prima est, cū homo de peccatis venialibus sacerdoti cōfitetur in occulto de generibus singulorum, & non de singulis generū, & per hāc remittuntur venialia, & per modum meriti inquantum excitat motum voluntatis, & feruorem charitatis, per quę fit venialiū remissio, & ex vi sacrī scilicet

per

per absolutioné sacerdotis: per aliam aūt nō fit venialiū remissio ex vi sacri: sed tantūmodo per modum meriti, quod principaliter cōsistit in cōtritione, ad quā habendam iuuatur homo per confessionem generalem, & oratio nem sacerdotalem. Ratio autem quare ad remissionem venialium non est necessaria contritio specialis, nec cōfessio, est quia nō auertunt a Deo, & simul stant cum charitate, quod de mortalibus dici non potest.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ nō plus cōcludit nisi, ꝙ principalius remittuntur per contritionē, quā per generalē confessionē, & ꝙ sine generali, vel speciali contritione remitti non possunt per generalem confessionem, & hoc est verū: generalis tamē confessio iuuat ad illam contritionē habendam, & ad augendum iam habitam.

Ad secundum. Ad secundum dicēdū, ꝙ illa peccata venialia in quibus voluntas remanet habitualiter, non comprahenduntur sub generali cōtritione: & ideo neq; per illā, neq; per generalē cōfessionem remittuntur: sed tātum illa, quæ voluntati displicerēt, si ad memoriam hominis in speciali reducerentur.

Ad tertiū. Ad tertium dicēdū, ꝙ nō fuit intētio beati Io. negare hominē posse esse sine omni peccato per aliquod momētum tēporis, sed ꝙ ista vita sine peccato trāsigi nō pōt, nec hō sine aliquo peccato diu manere de lege communi.

Ad aliam partem. Primū argumentum ad partē aliā q̄uis gr̄a conclusionis possit cōcedi, tñ ex vi formæ nō cōcludit: quia si faciēs confessionē generalē de nullo peccato veniali cōteretur, nec in generali nec in speciali, adhuc confessio generalis non fieret frustra, quāuis per eā nullū peccatum remitteretur, quia aliquam dispositionem faceret in homine ad contritionem.

Ex dictis patet solutio ad q̄stionē secūdā.

QVAESTIO III.

Arg. 1. D. Thom. vbi sup. ar. 2.

Vtrum per confessionem generalem deleantur mortalia oblita.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia homo de sua negligētia nō debet cōmodū reportare, sed si homo purgaretur a peccatis per suam negligētiam oblitis per generalem confessionem, de sua negligentia commodum reportaret: quia si esset eorum memor, teneretur illa confiteri in speciali: ergo non remittuntur per cōfessionem generalem.

Secundo. Item per ea non remittuntur peccata per ignorantiam commissa, vt patet in fidelibus: ergo a simili nec oblita.

In oppositum. CONTRA, ad quorum peccatorum remissionem non est necessaria contritio specialis, sufficit confessio generalis: sed ad remissionem mortalium oblitorum non est necessaria contritio specialis: ergo ad hoc sufficit cum contritione confessio generalis.

CONCLVSIO.

Hi confitentis culpa fuerint obliuioni tradita, per generalem confessionem Sacramentalem præsupposita contritione, oblita semper dimissa creduntur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ per confessionem generalem cum generali contritione remittuntur mortalia oblita: Deus .n. ab homine nō requirit vltra illud, quod pōt: de oblitis autem quamdiu oblita sunt, homo in speciali nō potest conteri, neq; cōfiteri: tenetur tñ homo facere, quod in se est, secundum ꝙ humana patitur fragilitas, vt omnia sua peccata mortalia ad memoriam in speciali reuocet, & si de oblitis postea memor fuerit, tenetur postea in speciali conteri, & cōfiteri. Nec intelligendū est, ꝙ ad remissionem mortalium oblitorum sufficiat generalis confessio, non sacramentalis, si homo habeat copiam sacerdotis, & facultatem confitendi: quia his habitis, tenetur de mortalibus oblitis generaliter confiteri, & a sacerdote recipere absolutionem.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ si homo per suam negligentiam aliqua peccata mortalia tradit obliuioni, non reportat ex hoc commodum, quia illa negligentia sibi imputatur in peccatum, & si de illis in speciali confiteretur facilius obtineret remissionē, & maioris partis pænæ relaxationem.

Ad secundum. Ad secundum dicendū, ꝙ non est simile, q̄a magis est inuincibilis ignorantia facti, quam ignorantia iuris: quia aliquid iuris potest homo ab alio requirere, quod de suo facto secreto non potest, vtraque tamen ignorantia si simpliciter inuincibilis esset, hominem a peccato totaliter excusaret.

QVAESTIO IIII.

Vtrum peccet confitens confitendo peccata, quæ non fecit.

Arg. 1. D. Bon. li. 4. dist. 21. p. 2. dub. 3. D. Tho. ibi. art. 3. Alex. p. 4. q. 18. m. 4. ar. 5.

ET VIDETVR, ꝙ non: decre. dis. 5. Ad eius. Bonarum mentium est ibi culpas suas cognoscere, vbi culpa non est.

Secundo. Item sine peccato potest homo satisfacere pro peccato, quod non fecit, vt superius habitum est: ergo a simili, & confiteri de peccato, quod non fecit.

In oppositum. CONTRARIVM tenet Magister huius di. c. penul.

Secundo. Item Aug. primo lib. de ciui. ca. 21. Falsi testimonij, non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quam si aduersus proximum hoc faceret.

CONCLVSIO.

Confitens peccatum à se non factum vtiquè delinquit.

Responsio. RESPONDEO, quòd confitens se fecisse peccatū, quod non fecit, dupliciter peccat: tū, quia cōscientiā suā in hoc sacerdoti nō manifestat, sed magis occultat: tū, quia mentitur,

quod sine peccato esse non potest. Vnde Magister huius dist.c.pen.& est.22.q.2. Cum humilitatis. Cum humilitatis causa mentiris: si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaueras.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ibi debet accipi cognoscere ꝓ formidare, iuxta illud Iob.9. Verebar omnia opera mea.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia satisfacere pro peccato alterius est consonũ charitati: sed ꝙ hõ confiteatur se fecisse peccatũ, quod nõ fecit, est cõtrarium veritati.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum sigillum confessionis sit de iure naturæ.

Secundo vtrum in aliquo casu liceat sacerdoti confessionem reuelare.

Tertio vtrum alius a confessore audiens a proposito, vel a casu peccata cõfitentis ignorantis, quòd peccata sua alius a confessore audiat teneatur illa celare.

Quarto vtrum sub sigillo confessionis cadat persona cũ qua pẽñs cõfitetur se peccasse.

QVAESTIO I.

Vtrum sigillum confessionis sit de iure naturæ.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia de nullius licentia licitum est facere contra ius naturæ: sed sacerdos de licẽtia confitentis potest peccatum suũ alijs manifestare: ergo sigillum confessionis non est de iure naturæ.

Secundo. Item, quod tenetur homo celare de iure naturæ, nullo alio modo potest licite reuelare: sed si homo sciat per aliam viam illud, quod scit per confessionem, potest illud licite reuelare: ergo celare peccatum confitentis non est de iure naturæ.

Tertio. Item confiteri sacerdoti non est de iure naturæ, vt superius habitum est, ergo a simili neque sacerdos obligatur de iure naturæ ad celandum peccata confitentis.

In oppositum. CONTRA, de iure naturæ est hominem in dubijs agibilibus consiliũ requirere a prudentiore, & vulneratum cõtra vulnera sua medelã quærere: sed hominibus hoc faciẽdi subtraheretur fiducia, si illi a quibus requiritur cõsiliũ, & medela non tenerentur absque Dei præcepto extrinseco sibi reuelata celare: ergo talis celatio est de iure naturæ.

Secundo. Item vitare fraudẽ, & seruare fidelitatẽ sunt de iure naturæ: sed sicut dicit Sap. in prouer.c.11. Qui ambulat fraudulẽter reuelat arcana, q aũt fidelis ẽ celat amici cõmissum: ergo celare nõ tm̃ peccata cõfitẽtis, sed quæcũq; ĩ secreto de suo cõsensu sibi sunt dicta ẽ de iure naturę.

CONCLVSIO.

Sigillum confessionis de iure naturæ esse rationabiliter sustinetur.

RESPONDEO, ꝙ sigillũ cõfessionis est de iure naturę, quod ad pręsens declarari põt duplici rõne. Eadẽ persona sm̃ naturã vere affirmare põt aliquid in ꝑsona alterius loquẽs, quod vere negat loquens in persona propria. Vnde Angelus loquẽs Moysi in persona Dei verè dixit. Ego sum dñs Deus tuus qui eduxi te de terra Egypti. Exo.20. qđ vere negasset in ꝑsona ꝓpria loquẽs: ergo a simili hõ repsẽtãs Dei ꝑsonã in foro cõfessionis, vere aliqd põt affirmare, qđ extra forũ cõfessionis, qñ loquitur vt ꝑsonã ꝓpriã gerẽs, vere negat: verũ ergo dicit negãdo se audiuisse, vel scire, quæ ad notitiã eius nõ deuenerũt nisi inquãtũ repræsentabat ꝑsonã Dei: ergo extra forũ cõfessionis dicẽdo se illa audiuisse, vel scire mentitur, sed vitare mẽdacium est de iure naturæ: ergo, & confessionis sigillum.

Præterea de iure naturæ est hoĩem seruare illud licitũ, qđ ꝓmittit tacitè, vel expresse: sed eo ipso, ꝙ pænitens solus sacerdoti soli reuelat sua peccata sacerdote cõsentiẽte, vt audiat tacitè, promittit se illa celaturum: ergo ad illa celanda obligatur de iure naturæ.

Responsio. AD PRIMVM in oppositũ dicẽdũ, ꝙ sacerdos de licẽtia confitẽtis põt licite peccatũ sibi cõfessum alij reuelare, qui sibi necessarius est, vel vtilis ad perficiẽdũ, quæ requirũtur ad illud forũ: qa q̃diu hoc pẽdet adhuc gerit personã vicarij Dei, sed de licẽtia cõfitẽtis reuelare alij ꝑsonę non licet, nisi ille q cõfessus est hoc iterũ diceret cõfessori extra cõfessionẽ: sed quãtumcunq; pęnitens hãc licẽtiã det cõfessori, cõfessor tñ debet valde vitare scãdalũ, scilicet ne fractor sigilli reputet, & qa si dicat se licẽtiatũ a pęnitẽte, ꝙ de peccatis eius possit loqui, & pęnitens negat; confessori incũbit probare, ꝙ prædictam licentiam a pænitente habuit, quam si probare nõ posset: tanquam reuelator confessionis puniretur.

Ad secundum. Ad sm̃ dicendũ, ꝙ maior vera est si nesciat alio mõ, aliter nõ, q̃uis sciẽs, vt hõ illud, qđ sibi fuit dictũ in cõfessione pp vitationem scãdali debeat de hoc tacere nisi pro necessitate, vel vtilitate, nunquam tamen debet dicere se audiuisse illud in confessione.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ nõ est simile, quãdoque enim requirere cõsilium ab aliquo est voluntarium, quod tamen celare illi a quo est requisitum est necessarium propter fidelitatis obseruationem, & fraudis euitationem.

QVAESTIO II.

Vtrum in aliquo casu liceat sacerdoti confessionem reuelare.

Arg. 1. D. Bon lib. 4 dis.21.q.2 ar.2.q.1. D. Thom. vbi sup. q.3.ar.1.q.1. Scot. lib.4. dist 21.q.2. Ale.p.4.q.19.m.2.articu.1.

ET VIDETVR, ꝙ sic. Ber. de pce. & dis.c.4. Iniquũ proculdubio foret si statuta pro sola charitate cõtra charitatẽ tenerentur, cum ergo celatio confessionis instituta sit pro sola charitate, si aliquando esset vtile animæ confitentis, vt eius cõfessio reuelaret, iniquũ esset si celaret.

Item

Secundo. Item sacerdos ad cęlandum confessionem tenetur ex præcepto ecclesiæ:ergo si Papa præciperet sibi cõtrarium a primo præcepto absolueretur.

Tertio. Item nullus obligatur ad mentiendũ : ergo in casu,vbi sacerdos cõpelleret dicere vtrum de aliqua persona sibi confessa audiuisset aliquod crimen,vel non : teneretur dicere se audiuisse,quia negando mentiretur.

Quarto. Item qua ratione confessor põt sibi cõfesso post forum confessionis verecundiam facere pro his, quæ audiuit ab ipso in cõfessione, pari ratione potest eius confessionẽ reuelare: sed confessor eum quem in confessione percipit excõicatũ solus vitare tenetur:extra de sẽ. exc.Cum nõ ab hoĩe.prelatus ẽt per cõfessionem sciens suũ subditũ aliquo officio vti malè,põt ipsum ab illo officio remouere: qa aliter confessio præiudicaret bono aĩæ cõfitentis:ergo a simili confessor in casu potest confessionem reuelare.

Quinto. Itẽ si duo eũtes cũ suo sacerdote ordinassẽt ipsum occidere in nemore, per qđ essent transitum facturi, & parum ante nemoris introitũ vnus pęnitentia ductus sacerdoti hoc in confessione reuelaret: licitũ esset sacerdoti se subtrahere ab introitu nemoris, quia aliter corporali morti se exponeret,& alij opportunitatem daret crimen committendi:sed subtrahẽdo se sibi confessum suo socio reuelaret: ergo in casu licet reuelare confessionem.

Sexto. Item non est proditor criminis, qui ipsum reuelat illi,qui vult prodesse, & non obesse:ergo pro reuelatione confessionis facta tali,reuelans non põt argui de criminis proditione.

In oppositum. CONTRA, extra de pę.& re.Omnis vtriusque sexus. Qui peccatum in pænitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare,nõ solum a sacerdotali officio deponendum decernimus : verum etiam ad agẽdũ pænitentiã in arctum monasterium detrudendum.

Secundo. Item Magister huius di.c.vlt.Caueat sacerdos ne peccatum pænitentium aliis prodat, alioquin deponatur.

Tertio. Item de pę.di.6.Sacerdos, & recitat Magister in litera huius dist.c.vlti.dicitur de reuelãte peccata sibi in confessione detecta,ꝙ deponatur,& omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.

CONCLVSIO.

Nullum peccatum aut futurum aut præteritum cuiuscunque confitentis,etiam hęretici, & impęnitentis reuelare vnquam debet confessor,quod sibi confitens sacramentaliter declarauit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in nullo casu licet sacerdoti reuelare cõfessionẽ: siue cõfitẽs pęniteat siue nõ:siue confiteatur peccatũ iã opere perpetratum siue perpetrãdũ : siue sit peccatũ in moribus,siue in fide. Vnde reprobanda est snĩa in hoc versu cõtenta. Est hæresis crimen, qđ nec cõfessio cęlat : tñ cõfessor cũ maxima diligentia debet præcauere pro posse,ne peccatũ ꝑpetrãdũ sibi in cõfessione detectũ opere perpetretur:maximè si est peccatũ ordinatum ad corruptionẽ aliorũ in fide: obseruata tñ discretione,vt nullo modo prodat illũ,qui sibi confessus est, nec aliquã malã suspitionẽ de illo aggeneraret in cordibus aliorũ.Si.n.licitũ esset reuelare cõfessionẽ vilis redderetur in reputatione populi,& populus a re sibi necessaria ad salutẽ retraheretur. Via ẽt fraudibus aperiretur, quia cũ multũ credatur in homini in sua cõfessione, multi mali se in confessione iustos ostẽderent, vt a sacerdote laudarentur,vt sic possent postea promoueri,& honorari. Forũ ẽt pnĩæ cũ foro exteriori confunderetur.Reuelans ẽt mentiretur, vt in præcedẽti quæstione ostensum est.Cęlatio ẽt cõfessionis de iure naturæ non esset, qđ in ꝓcedẽti quæstione improbatum est. Tunc ẽt illud, qđ gereretur exterius nõ esset signũ eius,qđ geritur interius,qđ tñ in sacris esse debet Deus.n. peccatũ cõfitẽtis cęlat nõ cęlatione opposita simplici notitiæ,sed notitiæ ordinatæ ad damnandũ cõfitentẽ pro illo peccato : hæc tamen vltima ratio per se insufficiens esset,quia non probat oportere cęlari nisi peccata cõfitentis non pęnitẽtis modo supradicto nõ cęlet,quia tamen illa cõfessio disponit ad cõtritionem, ex cõsequenti disponit ad peccatorum in cõspectu Dei cęlationem.

Opinioni huic aduersatur Alex. quẽ sequuntur Panor. & Syl. eius tamen fautores sunt Scot & D. Thomas,& alij.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ & si aliquando esset vtile confitenti, vt sua confessio reuelaretur : tamen nũquam potest esse vtile cõmuni vtilitati:cuius bonum principalius respicit charitas, quam singularitas personæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd sacerdos non tantum tenetur ad celandum confessionem de præcepto ecclesiæ, sed etiam de iure naturę,& diuino.Papa autem,& si sit super omne ius purè positiuum,nõ tamen est super omne ius naturæ,nec super ius diuinum. Vnde si accideret iste casus, ꝙ sacerdos haberet aliquod mortale peccatum de quo non posset confiteri, quin reuelaret illi cui confiteretur confessionem sibi factam : non deberet illud peccatum confiteri : durante enim tali casu sufficeret sibi de illo peccato confiteri, cum voluntate confitendi illud quando hoc facere poterit sine reuelatione illius personæ,quę sibi confessa est, & sine quocunque præiudicio sigilli confessionis: fortiori enim vinculo ligatur confessor ad cælandum,quam pænitens ad confitendum.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ in illo casu sacerdos tenetur dicere se nũquam audiuisse, & verum diceret,vt patet ex præcedenti quęstione.Nec est dicendum, vt dicunt quidam, ꝙ sacerdos interrogatus nunquã aliquã partẽ debeat dicere,sed tacere:quia posset casus cõtingere,in quo per suã taciturnitatẽ,vel fugã respõdẽdi:

malam suspitionem generaret in cordibus requirentium de illo qui sibi in confessione sua crimina detexisset.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ minor est falsa: neque hoc dicit decre. allegata, qđ patet. Ecce littera, à cõione illius q̃ pro sacri lege manuũ iniectione in clericũ in ędictũ excõicationis incidit: licet denunciatus non sit, debes abstinere nisi forte illud tibi soli pateret: in quo casu ipsum priuatim tm̃modo euitabis. hõ aũt bñ põt scire solus crimẽ alterius absq; hoc, ꝙ sibi dictũ sit in cõfessione. Prælatus ẽt remouẽdo ab officio suũ subditũ quẽ per suã cõfessionẽ scit male vti suo officio, & si faciat vtilitatẽ illius, tñ facit cõtra vtilitatẽ cõitatis quia alij per relationẽ remoti ab officio sciẽtes, ꝙ pro sua cõfessione a suo officio remotus est, proniores reddentur ad hoc vt nõ cõfiteantur secũdũ veritatẽ, & ille idẽ minus confessionẽ reuerebitur, & pronior erit ad peccatorũ suorũ celationẽ si tñ posset superior illũ ab officio remouere absq; hoc ꝙ ille, vel q̃cũque alius suspicari posset ipsum pro his, quæ dixit in cõfessione ab illo officio esse remotum: esset licitũ superiori, vt dicunt aliqui, ipsum ab officio remouere.


Ad quintũ. Ad quintum dicẽdum, ꝙ in illo casu sacerdos posset renuere intrare nemus cũ illis: confessionẽ nõ reuelando. s. prætendẽdo aliquam necessariam causam. Si tamẽ possit poni aliq̃s casus in quo oporteat aut sacerdotẽ mortem subire, aut confessionẽ reuelare: tenetur subire mortem, ne reuelet confessionem.

Ad sextum. Ad sextum dicẽdũ: ꝙ alia species criminis est reuelatio cõfessionis, q̃ proditio criminis: quod patet, quia põt esse aliquis criminis proditor, non existens confessionis reuelator, vt ille qui solus videns proximum suum crimen committere, & postea illud publicat ad eius confessionem.

QVAESTIO III.

Vtrum alius a confessore audiens a proposito, vel casu confitentis ignorantis, quòd peccata sua alius a confessore audiat teneatur illa cęlare.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. q. 3.



ET VIDETVR ꝙ nõ, q̃a extra de pę. & re. Oĩs vtriusque sexus. Vbi datur pręceptũ de cęlando peccata cõfitẽtis non fit mentio nisi de illo cui facta est confessio.

Secundo. Item iste nescit hoc per sacralẽ cõfessionẽ: q̃a si facta cõfessione cõfessor moreretur ante pęnitẽtis absolutionẽ, alius qui eã audiuit a casu ipsum absoluere non posset: ergo non videtur ratio quare ad cęlandum teneatur.

In oppositum. CONTRA, seruus auscultãs a casu, vel a proposito secretum, quod secrete tractatur in curia dñi sui, & postea illud reuelãs forinsecis, cõmittit crimẽ contra dñm, & curiã eius. Vnde talis secũdũ ius ciuile grauiter puniretur: sed sacr̃m pęnitẽtiæ est, quoddã secretũ, quod secrete tractatur in curia sũmi Regis, quia tractãt corã illo q̃ repræsentat ꝑsonã eius, quilibet aũt hõ seruus Dei est, quicũq; ergo homo auscultans a casu seu a proposito illud, qđ in foro pęnitentiæ tractatur, postea alijs reuelat, crimẽ contra dominum, & contra totam curiam trtumphãtem, & militantem committit, obligatur, ergo ad cęlandum.

CONCLVSIO.

Ius naturale, positiuum, ac diuinum, etiam alium à confessore, qui sic peccata confitentis audiuit, prodere posse prohibent.

Responsio. RESPONDEO, quòd alius confessore audiens a proposito, vel a casu peccata confitentis ignorantis, quòd peccata sua aliis a confessore audiat: tenetur illa celare ex præcepto iuris naturæ, & iuris positiui, & iuris diuini.

Primum declaro sic. Naturale iudicium rationis dictat, ꝙ homo debet facere alii, quod deberet velle ab illo sibi fieri in casu consimili, vt habetur decre. di. 1. c. 1. sed quilibet homo debet velle, vt si vel a casu, vel a proposito alius a confessore audiuit peccata eius dum cõfiteretur, ꝙ celet ea, quia quilibet debet celare ꝓ obseruatione ꝓpriæ famæ quãtũ licet: ergo quilibet peccata proximi audiẽs, dũ cõfitetur tenetur illa celare: siue illa audierit a proposito, vel a casu.

Secundum declaro sic. Luc. 6. Prout vultis, vt faciãt vobis hoĩes, & vos facite illis. Similiter dr̃ ẽt Matt. 18. Si peccauerit in te frater tu⁹: vade & corripe eũ inter te, & ipsum solũ: si te audierit lucratus eris fratrẽ tuũ: sed q̃libet debet velle, vt alius celet sua peccata, homo etiã dum cõfitetur corrigit se, aut ad correctionẽ se disponit: ergo hõ q̃cũq; sit ille, peccata illi⁹ vltra reuelãs directè facit cõtra illud ius diuinũ, quod allegatũ est Luc. 6. & contra illud qđ allegatum est Mat. 18.

Tertiũ declaro sic. extra de accus. Qualiter & q̃ñ secũdo denũciationẽ dẽt ꝑcedere charitatiua monitio: frustra aũt ꝑcederet si correct⁹ ꝑ charitatiuã monitionẽ, & secretã, & postea publicari licite posset: cũ ergo hõ ꝑ cõfessionẽ secreto corrigat̃, aut ad correctionẽ disponãt: nulli qualitercũq; peccata eius audiat licitũ est illa reuelare, nisi ex exꝓsso eius cõsensu.

Præterea illud ꝑceptũ datũ de celãdo peccata cõfitentis. extra de pę. & re. Oĩs vtriusque sexus. datũ est in fauorẽ cõfessionis, & cõfitẽtiũ: sed si ingerẽti se super cõfitẽtẽ a proposito, vel a casu, & sic eius peccata audiẽti liceret reuelare illa, hoc esset in præiudicium, & contra fauorẽ cõfitẽtis, & cõfitẽtiũ, quia tunc licite posset cõfitẽs ꝓ sua cõfessione ĩfamari: vr̃ ergo, ꝙ q̃uis illud ꝑceptũ primo, & directe, & explicite liget cõfessorẽ, tñ ex consequenti, & implicite ligat quẽcunq; tunc peccata confitẽtis audiẽtẽ, & ea per viã aliam nescientem.

Ad primũ. Ex DICTIS patet sol. ad primũ ĩ oppositũ.

Ad secundum. Ad sm̃ dicũt aliq̃, ꝙ si sunt in vna parochia duo sacerdotes: ità, ꝙ q̃libet ĩ solidũ: si vnus a casu

casu,seu a proposito audiat cõfessionē alicuius parochiani sui cõfitentis socio suo posset illũ absoluere, q̃uis ille nõ intenderet cõfiteri ei:cuius ratio est, quia illi duo nisi vnã ꝑsonã repræsentãt,& officiũ eorũ est vnũ. Vnde & in foro cõtẽtioso si sunt duo iudices ordinarii, ita, ꝙ quilibet in solidũ,vnus per acta alterius procedere potest ad rei cõdẽnationem,seu ab solutionem,prout illa acta requirunt.

Eorum impugnatio. Sed hæc opinio non mihi placet: nec ratio cogere videtur. Ad sacr̃m.n. pniæ est necessaria intẽtio,& ex parte absoluentis, & ex parte confitentis:cum ergo confitens vni, nullo modo intẽdat alij cõfiteri, alius nullo mõ põt eũ absoluere, vel ligare ꝓ cõfessione facta alteri.

Præterea: iudex de iure nõ põt dare sñiam diffinitiuã in iudicio contra reũ, vel pro reo pro confessione rei,quæ non fuit facta coram eo,vt coram iudice:sed cõfessio,quã facit pęnitens in foro pniæ sacerdoti cui cõfitetur nõ fit corã sacerdote latẽtet auscultãte,vt coram iudice in foro illo, dato ẽt ꝙ q̃libet illorũ sit curatus illius in solidũ:ergo ille solus cui pænitens confessus est,potest ipsum pro illa confessione in illo foro ligare,& soluere.

Ad illud aũt q̃d adducebat̃ pro alia opinione dicendũ,ꝙ non est simile de foro cõtentioso,& foro pœnitentiæ, quia in foro cõtẽtioso vnus iudicum confessionẽ corã eo factã, & acta sua potest college suo manifestare, & ille alius ꝑ acta talia p̃t ꝓcedere,ac si fuissent corã eo,& ab eo facta: sed in foro pniæ ille cui pænitẽs confitetur, nõ põt illã cõfessionẽ college suo manifestare: nec ali⁹ latẽter auscultãdo cognouit hoc vt iudex,& ideo,quia illę nõ debet iudicare de eã, qui nõ est de ea instructus, vt iudex: ideo alius ab illo cui facta est confessio confitentem non potest in illo foro nec absoluere nec ligare. Vnde patet,quòd nõ sic reputantur pro vna persona in foro pœnitentiæ,sicut in foro contentioso.

QVAESTIO IIII.

Vtrum sub sigillo confessionis cadat persona cum qua pęnitens confitetur se peccasse.

Arg. I. ET VIDETVR ꝙ nõ, quia illa persona nõ est peccatum, nec circunstãtia peccati, sed nihil aliud vr̃ cadere sub cõfessionis sigillo, ergo, &c.

Secundo. Itẽ nihil cadit sub cõfessionis sigillo nisi ꝑ q̃d cõfitens posset prodi:sed q̃nque posset homo loqui aliis de peccatis personæ cum qua pænitens confessus est se peccasse, absque proditione confitentis.

Tertio. Item hora,temporis, & locus nihil faciẽtes ad expræssionem peccati non cadunt sub sigillo confessionis: ergo a simili, nec persona cum qua pænitens confitetur se peccasse nihil faciens ad expræssionem peccati.

Item ratio quare confessor tenetur celare confitentis peccatum est,quia præsumitur, ꝙ Deus ipsum celat remittẽdo: sed peccatũ personæ accusatę in cõfessione non sic præsumitur esse remissum: ergo nec cõfessor obligatur ad ipsius cęlationem.

Quinto. Item nihil cadit sub sigillo cõfessionis nisi quod spectat ad iudicium illius fori, sed persona cum qua pęnitens confitetur se peccasse non spectat ad iudicium ipsius confessoris ergo non cadit sub sigillo confessionis.

Sexto. Item genus est magis intimum rei, quã circunstantia: sed genus peccati nõ cadit sub sigillo confessionis, quia licitũ est cõfessori dicere,talis persona confessa est mihi de omnibus peccatis suis, ergo multominus persona cum qua pænitens confitetur se peccasse,cum non sit nisi peccati circunstantia,cadit sub sigillo confessionis.

Septimo. Item magis rationabile est peccata cõfessa cadere sub sigillo cõfessionis, quam personã cum qua pænitens confitetur se peccasse: sed confessor de illis peccatis coram aliis potest loqui non referendo ea ad pænitentem: ergo multo fortius de peccatis personæ cum qua pænitens confitetur se peccasse.

Octauo. Item sigillum confessionis non debet esse in impedimentum obseruãtiæ disciplinæ: sed si persona cum qua pęnitens confitetur se peccasse caderet sub sigillo cõfessionis, hoc esset impedimẽtũ obseruantiæ disciplinę, quia tũc nõ posset corrigi mala ꝑsona accusata in cõfessione:ergo nõ cadit sub sigillo cõfessionis.

In oppositum. CONTRA, ex parte cõfessoris tam principalis, quam accessorius tenentur cõfessionem celare,vt patet cum sacerdos audit confessionem per interpretem: ergo a simili ita debet esse ex parte confitentis,ꝙ tam persona principalis,quam accessoria debet celari.

Secundo. Item priuilegia principum largissimè sunt interpretanda extra de donationibus, Cum dilecti,& de verbo. significa. Cum olim. & ff. de constitu. prin. l. vltima. ergo illa constitutio Domini Papæ. Omnis vtriusque sexus. cum facta fuerit in fauorem pænitentium:pro eis largissimè interpretanda:sed non interpręraretur largissimè qui negaret cadere sub sigillo confessionis personam cum qua pænitens cõfitetur se peccasse: cum frequenter accidat, ꝙ pænitens nullo modo vellet illius personæ propalationem:ergo videtur sub sigillo confessionis cadere.

Tertio. Itẽ qui dicit se scire, vel audiuisse aliq̃d crimẽ de persona aliqua,siue dicat illud accusando seu denũciãdo, puniẽdus est, si probare nõ põt quod asserit,extra de calũniatoribus, Cũ dilectus: sed asserens se crimen audiuisse de persona cum qua pænitens cõfessus est se peccasse: si alio modo audiuit,quam per cõfessionem,nõ potest illud probare, quia si vocaret sibi confessum in testimonium iam proderet ipsum:ergo talis puniendus est: ergo tenetur celare crimen personæ cum qua pęnitens cõfitetur se peccasse, si modo alio nescit illud.

CONCLVSIO.

Persona, quoque quacum confitetur confitens se peccasse, sub confessionis sigillo cadere perhibetur.

Responsio. RESPONDEO ꝙ accipiendo cadere sub sigillo confessionis pro eo quod est non licere reuelare personam cum qua penitens confitetur se peccasse, cadit sub sigillo confessionis,& primo declarandum est, ꝙ aliquando ita est, secundo ꝙ semper, tertio quomodo.

Primũ declaro sic, cum pœnitẽtia sit sacramentum, sacerdos tenetur celare omne illud quod necessarium est ad integritatem sacramenti: sed pęnitens aliquando non posset sufficienter suum peccatum exprimere nisi notificando personam cum qua peccauit.s.cũ cognouit filiam suam, & nunquam habuit nisi vnam.

Præterea sacerdos tenetur celare omne illud sibi dictum in confessione:quo confitens posset prodi, vel mala suspitio de illo aggenerari in cordibus aliorũ: sed quandoque detegendo personam cum qua penitens cõfitetur se peccasse proderetur confitens, quia si detegeretur filia concubuisse cum suo patre proderetur pater qui confessus est se concubuisse cum ea. Similiter si detegeretur persona quæ nunquam peccauit illo peccato nisi cum illa persona, quæ ipsam accusauit in confessione: statim cognosceret se esse accusatam ab illa, & forte vice versa de illa persona, quæ se accusauit assignaret malam opinionem in cordibus multorum. In prædictis ergo casibus persona cum qua penitens confitetur se peccasse cadit sub sigillo confessionis.

Secundum arti. declaro sic. non est licitum facere aliquid quod sit occasio retrahendi homines a re sibi ad salutem necessaria, si potest haberi, cuiusmodi est confessio, sed reuelatio personę cum qua pęnitens cõfitetur se peccasse, esset occasio retrahendi homines a confessione, quia non tantum retraheretur homo a re aliqua propter timorẽ lesionis famę propriè: sed etiam personæ coniunctę sibi vinculo amicitiæ: cuius crimen reuelari timeret si videret reuelari licere crimen personæ, cum qua pęnitens confitetur se peccasse.

Pręterea si talis reuelatio licita esset, minus sacramentum pœnitentię in reuerentia haberetur, quod ex hoc magnam præciositatẽ habet, ꝙ totum ꝙ ibidem sacerdoti dicitur sibi non tanquam homini tali, sed tanquam vicem gerenti Dei dicitur, quam vicem extra forum confessionis non gerit.

Præterea ęquitas iuris naturalis exigit, vt illud quod alicui dico tanquam Dei vicem gerenti: ipse de hoc non loquatur sine mea voluntate, inquantum gerit personã propriã tm̃.

Præterea: si talis reuelatio licita esset, via fraudibus esset aperta ad temporalem exaltationẽ impiorũ, & depræssionẽ iustorũ: cuius declaratio patet ex dictis in q̃one præcedẽti.

Præterea: dicens extra forum confessionis se audiuisse crimẽ de persona sibi in cõfessione accusata: cuius crimẽ modo alio non audiuit, mẽtiretur, qđ probari põt per modũ similẽ quo in præcedenti q̃one ꝓbatũ est reuelãtẽ crimẽ sibi cõfessi: ꝙ alio mõ nesciebat mẽtiri.

Quantum ad tertiũ ar. sciẽdũ ꝙ peccata ipsius pęnitentis in relatione ad ipsum cadũt sub sigillo confessionis de necessitate, & absolute: primo, & directe, & explicite, & ex oĩbus causis: persona aũt cũ qua pęnitẽs cõfitetur se peccasse cadit sub sigillo cõfessionis de necessitate, & absolutè, nõ primo, sed ex cõsequẽti, & indirectè, & implcitè: nec ex oĩbus causis: sed ex aliquibus peccata aũt ipsius pęnitẽtis nõ referendo ea ad determinatã personã: sicut cum aliquis dicit ego audiui tale quid, qđ tñ nõ audiuit nisi in confessione cadunt sub sigillo cõfessionis de necessitate, non tamen absolutè: sed sub conditione, si ex prolatione verborũ talium posset per se, vel per accidens directè, vel indirectè aliqua verecundia, vel cõfusio, vel suspitio mala, vel aliquod aliud nocumẽtũ illi qui cõfessus est prouenire: ea aũt quæ pęnitẽs interserit in sua confessione, quæ non sunt peccata, neque circũstãtiæ peccati, nec potentes deducere in manifestationem confitentis, vtpote si interserat in sua confessione, ꝙ in tali terra sunt bona blada, vel aliquod simile, non cadunt sub sigillo confessionis, nisi de cõgruitate, si in dicẽdo illa nõ dat intelligere cõfessori, ꝙ talia velit celari. Vnde confessor dicens se tale quid audiuisse mendax non est, qa per comparationem ad ea, non repræsentauit personam Dei, sed hominis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositũ dicẽdũ, ꝙ minor est falsa: quãdocunq; per illud qđ nec est peccatũ, nec circũstantia peccati posset prodi cõfitens, vel aliqua mala opinio, vel suspicio de ipso haberi, vel quodcunque nocumẽtum prouenire sibi, vel ipse, vel alius a cõfessione retrahi, vel sacrm̃ pnĩæ ĩ minori reuerẽtia hr̃i.

Ad secundum. Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ maior est falsa: sicut patet ex dictis in quæstione, & in solutione p̃cedẽtis ar. Minor etiã in pluribus falsa est: raro.n. põt contingere ꝙ reuelãdo peccata personæ, quæ pęnitẽs cõfessus est se cum illa commisisse, quin ex hoc posset per multas reductiones, & coniecturationes aliqua mala suspicio de confitente haberi.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ, ꝙ maior est falsa, quãdo reuelatio temporis & loci potest cooperari ad aggenerãdam aliquam malam suspitionem, vel opinionem de illo qui confessus est, quod frequenter posset accidere. Si enim canonicus sciens famulum suum, & nullum aliũ intrasse cameram suam hora nonę, & illa hora furaretur domini scyphũ, post multos autem dies dominus perpẽdat suum scyphũ esse perditũ, si cõfessor latronis illius vsque ad vnum annum, vel duos diceret scyphum talis domini

ni acceptū fuisse tali die hora nonę: statim pos set dominus suspicari scyphum fuisse acceptum a famulo suo tali die.

Præterea esto, ꝙ locus & tempus nec persona cum qua pęnitens confitetur se peccasse posset aliquid cooperari ad detectioné cōfitētis, tñ ꝑsona aliquo mō caderet sub sigillo magis q̃ tps, & locus, q̄a nō tm̄mō reputat hō sibi noceri cum nocetur in persona propria, sed etiam cū nocetur personę ab ipso dilectę.

Ad quartum. Ad quartum dicendum: quòd illa ratio quā tu allegas nō est tota ratio celationis, q̄a etiā si constaret confessori, ꝙ ille qui confitetur non pęniteret, & ex consequenti, quòd Deus sibi non indulgeret, tamen confessor talia peccata sibi confessa celare tenetur: non oportet enim, quòd quicquid cadit sub sigillo confessionis cadat sub eo omnibus causis ex quibus cadunt sub confessionis sigillo peccata vere pęnitentis.

Ad quintū. Ad quintum dicendum, quòd cum dicitur quòd nihil cadit sub sigillo confessionis, nisi quod spectat ad iudicium illius fori. &c. dico ꝙ verum est primo, & per se, potest tamen cadere sub sigillo ex consequenti, & indirecte, sicut patet ex dictis in corpore quæstionis.

Potest etiam dici ad minoré, ꝙ persona cū qua pęnitens confitetur se peccasse potest corrigi per iudicium fori confessionis, ex consequenti, & per accidens: inquantum confessor iudicans pęnitentem iniungit sibi, ꝙ a tali persona caueat, & monet, vt eam si potest ad confessionem inducat.

Ad sextum. Ad sextum dicendum, ꝙ confessio proprie non est nisi de peccatis, & ideo confessor dicens aliquem sibi esse confessum de suis peccatis nihil ponit in palam quod esset occultum, maxime cum dicat beatus Io. in prima canonica sua. cap. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed si confessor diceret aliquem sibi esse confessum de grauibus peccatis, vel de magna peccatorum multitudine, & sic de similibus reuelator cōfessionis esset.

Ad septimū. Ad septimum dicendum, ꝙ minor est falsa, quando per locutionem de peccatis confessis potest deueniri directe, vel indirecte, per se vel per accidens, vel per quæcūque alium modum in aliquam cognitionem, vel suspitioné, vel opinionem, vel dubitationem de cōfesso, vel inquantum per hoc potest sibi peruenire detrimentum in anima, vel in corpore, vel in possessionibus, vel in fama, vel in amicis, vel inquantum per hoc potest aliquod scādalum in populo generari, vel confessio magis odiosa, vel minus dilecta, vel magis onerosa, vel minus præciosa reputari: raro autem vel nunquā potest contingere quin ex reuelatione peccatorum in confessione auditorum per viam aliam non scitorum possit contingere aliquod de inconuenientibus prædictis, quamuis forte quandoque de illis nullum contingat.

Ad octauū. Ad octauum dicēdum, ꝙ minor est falsa, immo si persona cum qua pęnitens confitetur se peccasse non caderet sub confessionis sigillo multum esset in præiudicium obseruantiæ, & disciplinę, quia ex hoc multa inconuenientia frequenter accciderent, quę obseruationem disciplinę multum impedirent, sicut videri potest ex rationibus dictis in quæstione, nec valet eius probatio, quia ad hoc non est confessio ordinata, vt propter dicta in confessione aliqua persona in foro exteriori corripiatur, sed in foro pęnitentiæ.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, vtrum ille cui confessor reuelauit cōfessionem alicuius teneatur celare illam.

Secundo, vtrum pęnitens teneatur celare personam cum qua peccauit.

Tertio, vtrum pęnitens teneatur celare pęnitentiam sibi iniunctam a confessore.

Quarto vtrum sit differentia inter sigillum confessionis, & sigillum secreti.

QVAESTIO I.

Vtrum ille cui confessor reuelauit confessionem alicuius, teneatur celare illam.

CONCLVSIO.

Tenetur quidem, modo confessorem non aliunde hoc sciuisse, quàm per sacramentalem confessionem, ipsum non fugiat.

RESPONDEO, ꝙ illè cui confessor reuelauit confessionem alicuius, tenetur illam celare si sciat, ꝙ ille qui hoc sibi dixit nesciebat illud nisi per confessionem. Quicquid enim homo sacramentalem confessionem, siue immediate siue mediate celare tenetur: quamuis ad celandū fortius obligetur ille qui hoc scit per confessionem immediate, quam ille qui hoc scit per confessionem mediate: sed ille cui confessor reuelauit confessionem scit peccata pœnitentis per confessionem mediate, ille ergo celare tenetur. Responsio. Probatio prima.

Præterea, qui iuuat ad promouendum crimen quod alius inchoauit, participat cum eo in crimine, sed iste qui confessionem reuelat diffamationē pęnitentis inchoat, ille cui cōfessio reuelata est, si vlterius eam manifestat diffamationem promouet pęnitentis, talis ergo particeps esset in crimine cum illo qui sibi reuelauit pęnitentis confessionem, tenetur ergo eā celare, quia tenetur nō participare ī crimine.

Præterea, reuelās alicui confessionem, dat de facto illi potestatem, vt loqui possit alijs de peccatis penitentis, cuius confessionem reuelauit, quamuis autem illam potestatem contulerit de facto, eam tamen de iure conferre nō potuit, sed nulli licitum est vti potestate sibi

bi concessa ab aliquo de facto, qui eam sibi dare non potuit de iure: ergo illi cui illa confessio reuelata est, illicitum est vlterius loqui de illa confessione. Vnde prælato præcipienti sibi vt dicat ei si scit aliquod malum de illa persona, cuius confessio sibi reuelata est, non debet sibi dicere illud quod sibi dictum est a confessionis reuelatore.

QVAESTIO II.

Vtrũ pęnitẽs teneatur celare ꝑsonã cũ qua peccauit.

CONCLVSIO.

Persona subticenda est, nisi peccati grauitas, illius personæ correctio, pœnitentisque periculosa recidiuatio, secus expostularent.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ expræssio personæ, aut est necessaria ad expræssionem peccatorum, aut non. Si sic, tenetur eam exprimere confessori. Vnde mulieri cum qua concubuit frater eius non sufficeret dicere, quòd vnus vir concubuit cum ea, sed deberet expremere, ꝙ ille est frater eius, & si non habeat, nisi vnũ fratrẽ, tunc scit sacerdos quis est ille: & si est religiosus, debet exprimere, quòd est religiosus: & si est laicus, & est coniugatus debet exprimere, quòd est cõiungatus, & sic de alijs. Si autem expræssio personę non est necessaria ad expræssionem quantitatis peccati, tunc distinguo, quia aut est vtilis ad correctionem illius, vel præseruationem a recidiuo, aut non: si sic, tunc credo, quòd pęnitens bene facit, si extra confessionem dicit alicui personę quæ illi peccatori possit, & velit prodesse, & non obesse: sed pro illa causa nominare ipsum in confessione non expedit nec oportet, quia per talem nominationem confessor non posset procedere ad correctionem illius. Si autem illa nominatio non est vtilis ad illius correctionem, tunc subdistinguo; quia aut potest esse vtilis ad præseruandum pęnitentem a recidiuo, aut non: si sic, tunc bonum est, & expedit pęnitenti, quòd illam personam exprimat confessori: potest enim contingere, ꝙ confessor ꝑ cognitionem personę sciret iniungere pęnitẽti pęnitentiam talem, & talia dare documẽta, & tales facere monitiones, per quæ melius, & secretius pœnitens poterit præseruari a recidiuo. Si autem nominatio personæ non est vtilis ad magnitudinis peccati exprę́ssionem, nec ad eius correctionem, nec ad præseruandum a recidiuo pęnitentem, tunc credo, quòd pęnitens teneatur illam personam celare, quilibet enim tenetur non aggenerare mala opinionem de proximo suo in corde alterius sine rationabili, & vtili causa.

QVAESTIO III.

Vtrum pœnitens teneatur celare pœnitentiam sibi iniunctam à confessore.

CONCLVSIO.

Agat quod lubet dum in detrimentum nullum aut sui, aut confessoris, aut cuiusuis alterius vertatur propalatio hæc.

RESPONDEO ꝙ aut pœnitens manifestando pęnitentiam sibi iniunctam a confesso re faceret præiudicium fame propriæ absque aliqua vtilitate. Aut faceret præiudicium confessori, quia forte talem iniunxit pęnitentiam, pro qua si sciretur eam iniunxisse incurreret alicuius, vel aliquorum maliuolentiam, vtpote, quia iniunxit mulieri, vt abstineat a familiaritate alicuius viri, cuius familiaritas erat suæ castitati periculosa, vel iniunxit aliquid aliud pro quo aliqui offenderentur contra cõfessorem, si hoc scirent. Aut pęnitens manifestando suam pęnitentiam nec famæ propriæ, nec confessori, nec alicui præiudicium generaret. Responsio.

In casu primo pœnitens tenetur suam pęnitentiam celare, quilibet enim tenetur suam famam scienter non ledere sine aliqua vtilitate: iuxta illud Sap. Ecclesiast. 41. Curam habe de bono nomine.

In secundo etiam casu tenetur eam celare: si enim illud quod confessor sibi iniungit, seu consulit bona fide pro salute animæ suæ, & secreto alij reuelaret in confessoris præiudiciũ, crimen proditionis incurreret, & sigilli secreti fractionem.

In tertio autem casu eam non tenetur celare, nec tenetur dicere, sed de hoc irrepræhensibiliter potest facere quod istorum duorum sibi melius placuerit.

QVAESTIO IIII.

Vtrum differentia sit inter sigillum confessionis, & sigillum secreti.

CONCLVSIO.

Vtique, istud enim confessionis & dignius est, & quod qui frangit grauius peccat.

RESPONDEO, ꝙ sigillum confessionis, & sigillum secreti, accipiendo sigillum secreti in generali, se habẽt sicut superius, & inferius. Sigillum enim confessionis est sigillum secreti, sed non omne sigillum secreti est sigillum confessionis, cum enim vnus ab alio petit consilium, & de illo bona fide sibi consulit recommendans sibi vt hoc celet, vel personam, qui hoc cõsuluit nõ nominet, ille, qui consiliũ petiuit obligatur ad celandum per sigillum secreti, quod tamen non est sigillum confessionis: & quamuis frangens quodlibet sigillum istorum & mortaliter peccet, & crimen proditionis incurrat, tamen multo grauius peccat frangens sigillum confessionis, quam sigillum secreti frangens, quod est distinctum contra sigillum confessionis. Nec existimandum, ꝙ homo reuelans illud quod dictum est sibi soli vnquam frangat sigillum secreti, nisi ille qui hoc sibi dixit adiunxerit, Ego trado tibi hoc sub secreto, & alius sic recipit: quia si homo ab alio consilium petit, & illa bona fide sibi consulit in secreto, quamuis consulens non aduertat dicere illi, quòd sibi non consuleret, nisi consilium recipiat in secreto, tamen ille cui Responsio.

consilium

cõsilium datum est si videat materiam talem, quòd ex reuelatione personæ consulentis, persona consulens notabile detrimentum incurreret, & reuelet, crimen proditionis incurrit, & secreti sigillum frangit, quia materia, & natura negocij requirunt, quòd ille cui fidele cõsilium datum est personam consulentem in casu prędicto sub secreto tenere debet: minus, tñ peccaret cęteris paribus, quam si cõsulens expresse sibi sub secreto tradidisset, & ille ad tenendum hoc sub secreto se expresse obligasset, ille etiam a quo petitum est consilium hoc quod sibi proposuit consilium petens sub secreto tenere debet.

CIRCA litteram, Ad diem damnationis, supple quantum ad malos. Et remunerationis, supple quantum ad bonos. Non redarguo, quia forsitan verum est, non ponitur ibi forsitan, vt si non dubitationis de existentia purgatorij, sed vtrum de illo igne intelligatur illud verbum Apostoli prima Cor. 5. quod dicit de illis qui ędificant lignum, fenum, & stipulam. Nisi aliqua sint frequenter iterata, hoc non dicitur, quia venialia frequenter iterata confiteri in speciali sit necessarium: sed quia est magis securum. Omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat, quamuis hoc pęnitentia reuelatoribus confessionum antiquitus cum depositione iniungeretur, modo tamen loco peregrinationis illius in arctum monasterium ad agendam pœnitentiam detruduntur: extra de pe. & re. Omnis vtriusque sexus.

Si peccata dimissa redeant.

DISTINCTIO XXII.

Dist. 17. li. c / Dist. 14. li. d

CVMQVE multis autoritatibus suprà sit assertũ, in vera cordis cõtritione peccata dimitti ante oris confessionem, vel operis satisfactionem, ei etiam qui aliquando in crimen relapsurus est, quæritur, si post cordis contritionem confiteri contempserit, vel in peccatum idem vel simile ceciderit, an peccata dimissa redeant. Cuius quæstionis solutio obscura est & perplexa, alijs asserentibus, alijs contrà negantibus peccata semel dimissa vlterius replicari ad pęnam. Qui verò dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimonijs. Ambrosius ait, Donate inuicem, si alter in alterum peccat: alioquin Deus repetit dimissa. Si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiã, per quam misericordiam dederat: sicut in Euangelio de seruo nequam legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est: item Rabanus, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitum, quia non solum peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, sed

Amb. super 4. c ad Eph. in fin. Et in glos. inter-lin. ibidem. Matt. 18. d De pæ. di. 4 in prin. & s. sequenti. Et de pœnit. di. 4. Cõstat. De verbis Dom. Homil. 15.

etiam originalia, quæ in baptismo sunt ei dimissa. Itẽ Gregorius, Ex dictis Euangelicis constat, quia si ex corde nõ dimittimus quod in nos delinquitur, & hoc rursum exigi, quod iam nobis per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Item August. Dicit Deus, Dimitte, & dimittetur tibi: si ergo prius dimisit dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te: & quicquid dimiseram, replicabo tibi. Item, Qui diuini beneficij oblitus, suas vult vindicare iniurias, nõ solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed etiam præterita, quæ iã sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur. Item Beda, Reuertar in domum meam, &c. Timendus est ille versiculus, non exponendus: ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos uacantes opprimat. Item, Quemcunque enim post baptisma siue prauitas hæretica, seu cupiditas mũdana arripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum. Item Augustinus, Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertisimè Dominus in Euangelio docet in illo seruo, à quo dimissum dominus debitum petijt, eo q ille conseruo suo debitum nollet dimittere. His autoritatibus innituntur, qui dicunt, peccata dimissa, si replicantur, redire simpliciter. Quibus opponitur, Si quis pro peccato, de quo pœnituit, & indulgentiam accepit, iterum punitur, non videtur iustum. Si punitur pro eo quòd peccauit, & non emendauit, iustitia est aperta. Si verò requiritur quod fuerat condonatum, vel iniustitia est, vel iustitia occulta. Videtur etiam Deus bis in idipsum iudicare, & duplex tribulatio consurgere, quod scriptura negat. Sed ad hoc potest dici, quòd neque duplex tribulatio consurgit, neque iudicat Deus bis in idipsum. Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem & sufficiẽtem pęnam iterum puniret: sed non satisfecit dignè, & sufficienter, qui non perseuerauit. Debuit enim iugem peccati haberẽ memoriam, non ad faciendum, sed ad cauendũ. Debuit non obliuisci omnes retributiones Dei, quæ tot sunt, quot sunt peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei quot mala sua, ac pro illis vsque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad vomitum, sicut canis, redijt, anteacta bona mortificauit, & peccatum dimissum reuocabit, vt cui humiliato ante Deus peccatum dimiserat, eidem postea elato & ingrato imputet.

Ibid. quoad sententiam. Super Lucã lib 4. c. 4. Lucæ 6. f Ibidem. Li. 1. contra Donat. c. 12 Et de cõ. di. 4 cap. Qũo exaudit. Nahũ. 1. c. Aug. super Psal. 102.

Aliorum sententia.

SED quia absonum videtur, vt peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam, neminem pro peccatis semel dimissis iterũ à Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire & imputari, quia propter ingratitudinẽ ita reus & peccator constituitur, vt antè fuerat. Sic enim quod dimißum fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus, ita reus fit vt antè fuerat. Vtrique parti quæstionis probati fauent doctores. Ideoque alicui parti non pręiudicans studioso lectori iudicium relinquo, addens, mihi tutum fore ac saluti propinquum, sub mensa dominorum micas edere.

Quid sit hic Sacramentum, & Res.

POST prædicta restat inuestigare quid in actione pęnitentiæ sit Sacramentum & Res. Sacramentũ Matt. 15. c

enim

enim signum est sacræ rei. Quid ergo hic signum est? & quæ est res sacra huius signi? Quidam dicunt sacramentum hic esse, quod exterius tantùm geritur, scilicet exterior pœnitentia, quæ est signum interioris pœnitentiæ, scilicet contritionis cordis, & humiliationis. Quod si est, non omne sacramentum euangelicum id efficit quod figurat. Exterior enim pœnitentia non efficit interiorem: potius interior causa est exterioris. Sed ad hoc inquiunt illi, hoc esse intelligendum de illis sacramentis quæ in nouo testamento instituta sunt, vt est sacramentum baptismi, confirmationis, & corporis Christi. Sacramentum verò pęnitentiæ, & sicut & coniugij, ante tempus gratiæ, etiam à primordio humani generis fuit. Vtrunque enim institutum fuit in primis parentibus. Item, si exterior pœnitentia sacramentum est, & interior res sacramenti, sæpius præcedit res sacramentum, quàm sacramentum rem. Sed nec hoc inconueniens est. Nam & in alijs sacramentis quæ efficiunt quod figurant, hoc sepæ contingit. Quidam autem dicunt, exteriorē pœnitētiā, & interiorē esse sacramētū, nec duo sacramēta sed vnū, vt species panis & vini nō duo sunt sacramēta, sed vnū. Et sicut in sacramēto corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantùm sacramentum, scilicet exteriorem pęnitentiam, aliud sacramentum & rem, scilicet interiorem pœnitentiam, aliud rem & non sacramentum, scilicet remissionem peccatorum. Interior enim pœnitentia, & res est sacramenti, id est, exterioris pœnitentiæ, & sacramentum remissionis peccati, quam signat & facit. Exterior quoque pœnitētia, & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

Gãdulphus li 4 sent. circa finem sui tractatus de pœnit.

DISTINCTIO XXII.

Cõtinuatio.



VPERIVS determinauit Magister de pœnitentia secundū esse suū, & potestate ministrorum pœnitentiam iniungentium, & de modo remissionis mortalium, & de modo remissionis venialium. Hic determinat de reditu dimissorum. Et diuiditur in partes duas.

Diuisio.

Primo inquirit vtrum redeāt peccata prius per pœnitentiam dimissa.

Secundo quid sit sacramentum, & quid res in pęnitentia. ibi. (Post prædicta.) Prima in tres.

Primo proponit quæstionem.

Secundo ponit minus veram opinionem. ibi. (Cuius quæstionis.)

Tertio opinionem veriorem ibi. (Sed quia absonum.) Secunda principalis diuiditur in duas.

Primo ponit opinionem dicentium, quòd pœnitentia exterior est interioris sacramentum.

Secundo opinionem dicentium, ꝙ pęnitentia interior, & exterior sunt vnum sacramentum. ibi. (Quidam autem dicunt.)

CIRCA hanc distinct. quærendum est principaliter de secundo.

Primo de reditu peccatorum dimissorum.

Secundo de pœnitentia, vt est sacramētum.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur quinque.

Primo vtrū peccata dimissa possint redire eadem in numero quantum ad culpam.

Secundo vtrum omnia peccata dimissa per sequens mortale peccatum, redeant eadem spem, vel genere quantum ad culpam.

Tertio vtrum quantum ad pęnam.

Quarto vtrū īgratitudo sit speciale peccatū.

Quinto vtrum maior sit ingratitudo in casu ab innocentia, quam in casu a vera pœnitentia.

QVAESTIO I.

Vtrum peccata dimissa possit redire eadem in numero quantum ad culpam.

ET VIDETVR ꝙ sic: August. in lib. de baptis. contra donatistas vltra medium. Redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est apertissime dominus docet de illo seruo quem cum inuenisset debitorem decem millium talentorū deprecanti omnia dimisit. Ille autem conseruum suum qui ei debebat centum denarios cū misertus non fuisset, iussit eum dominus reddere quæ ei dimiserat.

Arg. 1. D. Bon. li 4. dist 22. ar. 1 q. 1. D Th p. 3. q 83 ar 1. Scot. lib 4. dist. 22. q. 1.

Item Magister in littera huius di. cap. 1. & est de pe. dist. 4. cap. 1. §. Considerandum. Si non ex corde dimittimus quod in nos delinquitur, illud rursus exigitur quod iam nobis per pęnitentiam dimissum esse gaudebamus. *Secundo.*

Item per gratiam sequentem bona merita quæ per peccatum mortale fuerant mortificata eadem in numero viua redeunt: ergo a simili peccata quæ per pœnitentiam fuerant dimissa, per sequens mortale peccatum eadem in numero redeunt. *Tertio.*

Item per subtractionem luminis a medio redit eadē tenebra in numero quæ erat in medio ante luminis infusionem, quia tenebra est carentia luminis in habente naturalem aptitudinem ad luminis susceptionem, sed post subtractionem luminis remanet eadem luminis carentia, & in medio eadem naturalis aptitudo ad lumen: cum ergo peccatum sit tenebra, & gratia spirituale lumen, videtur, ꝙ cum per sequens mortale peccatum gratia corrumpitur, tenebrę peccatorum quæ prius fuerant dimisse eædem in numero reuertantur. *Quarto.* *2. de anima T. c. 17.*

Item peccatum remitti nihil aliud videtur esse, quam ipsum a Deo non imputari, sed idem factum in numero pluries potest imputari, & non imputari, vt patet, homo enim quandoque iniuriam sibi factam, homini remittit propter emendam promissam, & iterum imputat propter solutionis promissi carentiam: ergo idem peccatum in numero redire potest quantum ad culpam. *Quinto.*

CON-

In oppositum. CONTRA, Auic. 3. meta. suę ca. 4. Quod annihilatum est non reducitur, sed cum peccatū remittitur annihilatur: ergo impossibile est, ꝙ idem peccatū in numero reuertatur.

Secundo. Itē nullum successiuum corruptum potest redire idem in numero: alias contradictoria possent esse simul vera, sed peccatum est de genere successiuorum, consistit enim in actu voluntatis qui successiuus est: ergo corruptum idem in numero redire non potest.

CONCLVSIO.

Etsi peccator post pœnitentiam relabatur, peccata tamen dimissa simpliciter redire nequeunt.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ peccatum dimissum siue originale siue actuale; mortale siue veniale, idem in numero redire non potest quantū ad culpam, quia sicut declarabitur in tractatu de resurrectione, nulla res potest redire eadem in numero, nisi per diuinam potentiam: sed *Scot. tenet opi. de præsenti resolute procedendo.* peccatum reuerti non potest idem in numero quo ad culpam per operationem diuinę potētię, quia vt superius ostensum est li. 2. Peccatum non est a Deo, nec esse potest. Quapropter vt dicit Aug. lib. 83. q. q. 3. Deo auctore nō fit homo deterior, restat ergo ꝙ cum peccatū per eius remissionem corrumpatur, redire quantum ad culpam non potest idem numero.

Ad duo prima argum. AD DVO PRIMA in oppositum dicendum, quòd pro tāto in his auctoritatibus peccata dicuntur redire, quia per ea sequens culpa aggrauatur, si enim mihi peccanti contra te indulsisti, & postea iterum contra te pecco, ex hoc istud peccatum grauius redditur.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd non est simile, quia vt superius habitum est bona merita in charitate facta per sequens mortale peccatū non mortificantur per se, & absolutè, sed per accidens, & in relatione ad peccatorem: quia durante peccati mortalis obstaculo, homo pertingere non potest ad efficaciam illorum: & ideo illo per pęnitentiam amoto homo remuneratur propter illa eadem merita in numero quæ fecit in charitate, sed peccata cum remittuntur per se, & absolute corrumpuntur, eo modo quo corrumpi conuenire potest priuationi.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd tenebra priuatio est: priuationes autem distinguuntur per habitus oppositos, & ideo in aere est alia, & alia carentia luminis in numero, secundum ꝙ est respectu alterius, & alterius luminis in numero.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ per hoc peccatum a Deo non imputatur, quia bonum cuius erat priuatio restituit, quod bonum non est idem numero prius corruptum, & postea restitutum, homo autem per suæ voluntatis mutationem ad diuersa remittere potest iniuriam sibi factam, & iterum imputare nihil operando, vel corrumpendo in illo qui sibi intulit iniuriam.

QVAESTIO II.

Vtrum omnia peccata dimissa per sequens mortale peccatum redeant eadem spem, vel genere quantum ad culpam.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic. Ezec. 18. ꝙ si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatē: omnes iustitiæ eius quas fecerat nō recordabuntur, qđ verum non esset nisi omnia mala illis iustitijs opposita sibi iterum ad culpam imputarētur.

Secundo. Item Iacob. 2. Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omniū reus.

Tertio. Item gratia est immediata causa remissionis peccatorum, sed remota causa remouetur effectus: ergo cùm per peccatum mortale sequens gratia corrumpatur, remouetur remissio peccatorum priorum: ergo redeunt, vel eadem in numero, vel specie.

Quarto. Item originale simile in specie reuertitur, quia obligatio ad pęnam originali debitā, quę pęna est carentia visionis Dei, reuertitur per sequens mortale peccatum: ergo a simili peccata actualia eadem in specie reuertuntur.

In oppositum. CONTRA, diuerse sunt maculæ, sicut diuersa genera peccatorum: ergo per vnum peccatum non possunt redire maculæ omniū peccatorum dimissorum.

Secundo. Item vnum oppositum nō reducit alterum, sed expellit: sed multa peccata inter se sunt opposita, vt sunt omnia illa inter quæ est virtus media: ergo per commissionem vnius non reuertuntur omnia prius dimissa.

CONCLVSIO.

Per mortale sequēs omnia peccata dimissa in eadem specie, vel genere redire non nisi secundum quid asseuerare licet.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in peccato duo considerantur, scilicet conuersio ad creaturam, & *In peccato duo aduertẽ.* auersio a Deo. In auersione generali, omnia peccata mortalia cōueniunt, quamuis in causa auersionis, & in gradu differāt: & ideo quia per sequens mortale peccatum peccās a Deo auertitur, ideo per ipsum, illud in quo omnia peccata mortalia cōueniunt reuertitur, sed ex hoc non sequitur, ꝙ reuertantur species omnium peccatorum dimissorum, quia per auersionem a Deo peccata in specie non reponuntur, sicut nec motus per sui recessum a termino a quo, cum motus specie differētes possint habere terminum eundem in specie: vt patet cum duorum alborū vnum denigratur, aliud rubificatur. Sed quia dicere res corruptas reuerti, quia eorum genus in aliquo indiuiduo reuertitur, non est eas reuerti nisi secundū q d. Ideo simpliciter dicendum, ꝙ per sequens peccatum mortale non reuertuntur omnia peccata prius dimissa eadem in specie, sicut nec per quemcūque recessum humorum a debita proportione reuertūtur omnes infirmitates prius curate.

AD PRIMVM, & secundum in oppositū dicendum

dicendum, ꝙ per illas auctoritates non plus habetur nisi ꝙ per mortale peccatum sequens pęnitentiam veram homo incurrit auersionē a Deo: in quo omnia peccata mortalia ratione suæ difformitatis tanquam in genere generalissimo conueniunt.

Ad tertium. Ad tertium cum dicitur, ꝙ remota causa remouetur effectus &c. dico, ꝙ verum est de causa quæ non tantum requiritur ad effectus productionem, sed etiam ad eius cōseruationem: sed quamuis gratia requiratur ad peccatorum destructionem, non tamen est necessaria ad illius destructionis conseruationem, nisi sub ratione qua formata est, & ego bene concedo, ꝙ per sequens peccatum mortale præcedens carentia peccatorum informis remanet.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ maior est falsa, & ad eius probationem dicendum, ꝙ non reuertitur obligatio ad carentiam visionis Dei sub ratione qua originali tantum est debita: quia talis carentia est sine remorsu, & sensibili pœna, sed reuertitur sub ratione qua est debita actuali mortali, quæ est cum remorsu, & alia pęna sensibili adiuncta.

QVAESTIO III.

Vtrum omnia peccata remissa per sequens mortale peccatum, redeant quantum ad pœnam.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2. D. Tho. vbi supra. Scot. vbi supra. ET VIDETVR, ꝙ sic: dicit Rabanus secundum ꝙ recitat magister in littera huius dist. c. 1. & est de pęn. dist. 4. versus principium, ꝙ ille qui non vult fratribus remittere, nō solum peccata quę post baptismum reputabuntur & ad pęnam, sed etiā peccata originalia quæ in baptismo ei dimissa sunt.

Secundo. Item qui contritus postea confiteri contēnit, post peccatorum remissionem, quæ fuit ex vi contritionis, per contemptum confessionis iterum mortale peccatum incurrit, in quo si moriatur, aut peccata prius dimissa remanebunt insufficienter punita, quod esset contra iustitiam, aut pro illis in inferno puniretur, quod non esset verum nisi per sequens mortalia peccata prius dimissa quantum ad pęnam reuerterentur.

Tertio. Item 12. q. 2. Episcopus qui mancipium: seruus manumissus propter ingratitudinem iterum pęnæ seruitutis iustæ subijcitur: ergo a simili homo a seruitute peccati per Dei misericordiam liberatus, per ingratitudinem pęnæ præcedentis seruitutis iterum subijcitur.

In oppositum. CONTRA, de pęn. dist. 4. versus finem. diuina clementia dimissa peccata in vltionem vlterius redire non patitur.

Secundo. Item pęna non debetur nisi culpæ, sed peccata non reuertuntur quantum ad culpam: ergo nec quantum ad pęnam.

CONCLVSIO.

Pęna omni expleta peccata dimissa p recidiuū eatenus dumtaxat redire quo ad pœnam dicūtur, quia peccata sequentia Deus grauius punit, quam si nulla pręcessisset peccatorum remissio.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ pęna quæ ante debebat pro peccatis per pęnitentiam dimissis, aut est tota expleta ante sequens mortale peccatum, aut non: si sic, dico ꝙ per sequens mortale peccatū, peccata prius dimissa non redeunt quantum ad pęnam, nisi inquantum aggrauant sequens peccatum, propter quam aggrauationē sibi pęna maior debetur: si non, tunc dico ꝙ remanet obligatus ad solutionem residui pęnæ, & si in illo peccato mortali moriatur pro peccatis illis (quo ad culpam, non tamen quo ad pęnam) prius dimissis in inferno pęna æterna punietur, scilicet per accidens, quia in peccato mortali nulla pęna est satisfactoria in conspectu Dei, & ideo quantumcunque puniatur, semper remanebit ad pęnam obligatus, tamen illa pęna minus erit intensa, quam si illa peccata non fuissent ei dimissa.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligitur quo ad aggrauationem culpæ, & quo ad similitudinem pęnæ in genere, non in specie.

Ad secundum. Ad secūdum patet solutio ex dictis in quęstione.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ non plus concludit, nisi ꝙ per sequens peccatum mortale iterum in seruitutem reducitur, & hoc est verū, non tamen reducitur in illam eandem in qua erat per illa peccata quæ sibi fuerunt dimissa: nec in tantam, sicut si illa peccata sibi nunquā fuissent dimissa.

QVAESTIO IIII.

Vtrum ingratitudo sit speciale peccatum.

Arg. 1. D. Bo. ibid. D. Tho. vbi sup. art. 4. ET VIDETVR, ꝙ non: Speciale peccatum non inuenitur in quolibet peccato, sed per quodcunque peccatum, homo Deo ingratus est: ergo ingratitudo speciale peccatum nō est.

Item Sene. 3. lib. de beneficijs. Ingratus est qui beneficiū se recipisse negat, ingratus qui dissimulat, ingratus est qui non reddit, ingratissimus omnium qui oblitus est: ergo ingratitudo non est vna species peccati.

In oppositum. CONTRA, quamuis homo per quodcunque mortale peccatum incurrat vitium inobedientiæ: quia nunquam homo mortaliter peccat, nisi faciendo contra aliquod diuinum pręceptum: tamen inobedientia est speciale peccatum: ergo a simili, quamuis homo peccando quocunque peccato sit ingratus Deo, ingratitudo tamen est speciale peccatum.

CONCLVSIO.

Et ex obiecto, & ex habitu opposito liquet ingratitudinem esse speciale peccatum.

RESPONDEO, ꝙ ingratitudo est speciale peccatum, quod patet, & ex parte obiecti, & habitus appositi: habet enim speciale obiectum, quod est beneficiū sub ratione qua non recognitum est: habitus etiam ingratitudini

dini

dini oppositus, quæ est gratia, est quædam specialis virtus pars potentialis iustitiæ existens, vt in 3. lib. ostensum est.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ vnum speciale peccatum materialiter bene potest concomitari quodcunque peccatum, & sic ingratitudo, & inobedientia concomitantur quodcunque peccatum mortale.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa non enumerãtur sicut ingratitudinis species sed sicut ingratitudinis gradus.

QVAESTIO V.

Vtrum maior sit ingratitudo in casu ab innocentia, quam in casu a vera pœnitentia.

Arg. 1. D Bona. vbi supra. Scot. vbi supra. D. Tho. vbi sup. ar. 2. ET VIDETVR, quod sic: quia quãto gradus altior tanto casus grauior cæteris paribus: sed status innocentiæ cæteris paribus altior est quam status pęnitentiæ: ergo ab innocentia est grauior casus: sed in grauiori casu, est ingratitudo maior: ergo maior est ingratitudo in casu ab innocentia, quam a vera pęnitentia.

Secundo. Item Adam peccando magis fuit Deo ingratus, quam quicunque alius homo peccans eodem genere peccati: sed Adam peccando cecidit ab innocentia: ergo maior est ingratitudo in casu ab innocentia, quam a vera pœnitentia.

In oppositum. CONTRA, vt superius habitum est: peccatum sequens veram pęnitentiam aggrauatur per peccata prius per pęnitentiam dimissa: sed peccatum quo cadit homo ab innocentia per nullum aliud peccatum præcedens aggrauatur: ergo grauior est ingratitudo in casu a pęnitentia, quam ab innocentia.

Secundo. Item magis ingratus est peccans contra illum q plus ei dimiserat, vt probari potest per illud quod dicit Saluator Luc. 7. approbando sententiam Simonis dicẽtis, ꝙ plus diligit cui plus donatum est, sed pęnitenti plus dimissum est quam innocenti: ergo maiorem ingratitudinem incurrit peccando, quam innocens.

CONCLVSIO.

Maior ingratitudo est cadere ab innocentia quam a pęnitentia, si quantitatem doni, contra quod peccatur, respiciamus, at si gratuitæ donationis modum intueamur, maior est a pœnitentia, quam ab innocientia.

Responsio. In actione gratiarum duo intuẽda sunt. RESPONDEO, gratiarum actio, respicere debet, & quantitatem doni, & modum gratuitę donationis: respiciendo ad quantitatem doni magis ingratus est innocens peccando, quam pęnitens: qa cæteris paribus maius donum est seruare hominem, vt non peccet, quã illi qui peccauit indulgere, cæteris enim paribus nobilior est status innocentiæ, quam pęnitentiæ. Sed considerando modum gratuitę donationis magis est ingratus pęnitens cum peccat, quam innocens, quia quanto aliquis magis est elongatus a debito recipiendi beneficium, tanto cum beneficium sibi cõfertur, est modus donationis magis gratuitus, magis autem elongatur a receptione gratiæ quantum est ex parte sua ille qui peccauit: quam ille qui non a gratiæ conseruatione. Omnibus tamen pensatis si compensetur aggrauatio quæ est in sequenti peccato, propter præcedentia iam dimissa maior est ingratitudo cadere a vera pęnitentia, quam ab innocentia: quamuis peccatum quo cadit homo ab innocentia sit grauius cæteris paribus, quam illud quo cadit a pęnitentia aggrauatione per peccata præcedentia circumscripta.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum ad primam partem dicẽdum, ꝙ bene concludit, quia cæteris paribus maior est ingratitudo in casu ab innocentia, quam in casu a vera pęnitentia aggrauatione peccatorum præcedentium circunscripta: quia supposita æquali gratia in innocente, & pęnitente, adhuc, quantum ad aliquid accidentale dignior est status innocentiæ, quam pęnitentiæ, non tãtum loquendo de innocẽtia tempore naturæ institutę, sed etiam destitutę.

Ad secundum. Ad secũdum patet solutio ex dictis, quamuis multo magis peccauerit Adam quã cadens a statu innocentiæ tempore naturæ destitutę p idem genus peccati, propter maiorem nobilitatem status illius, & quia in illo nulla erat pronitas ad peccatum, & quia peccatũ suum fuit totius humanæ naturæ corruptiuum.

Ad primũ. 2. partis. AD PRIMVM argumentum ad partem secundam dicendum, ꝙ procedit de casu a statu pęnitentiæ cum aggrauatione propter præcedentia peccata quæ fuerant dimissa.

Ad secundum. Ad secundum cum dicitur, ꝙ magis ingratus est peccans contra illum qui plus ei dimiserat &c. dico, ꝙ non oportet hoc esse verum quando plus datum est de bono ei cui minus dimissum est: sed innocenti habenti æqualem charitatem cum pęnitentiæ plus boni datum est, quam pęnitenti: quia a Deo accepit continuitatem bonitatis suæ, quam pęnitens habuit interruptam. Vnde per illam parabolam qua voluit dominus declarare Magdalenam plus diligere, non intendebat eam cõparare ad seipsam, vel aliã æqualis bonitatis semper seruate sine interruptione: sed ad alium pęnitẽtem, cui non erat facta ita perfecta remissio.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum pęnitentia exterior sit sacramentum.

Secũdo vtrum remissio peccatorum sit res huius sacramenti.

Tertio vtrum sit vnum sacramentum.

Quarto vtrum sit ab institutione.

Quinto quando fuit institutum.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum exterior pęnitentia sit Sacramentum.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. arti. 2. q. 2. D. Tho. 3. p. q. 84. ar. 1. Alexã. p. 4. q. 14. m. 2.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia omne sacramentum euangelicum efficit illud quod figurat: sed exterior pęnitentia non efficit interiorem: sed potius interior exterioris est causa: cum ergo pęnitentia sit euangelicum sacramentum, pęnitẽtia exterior non est sacramentum.

Secundo. Item sacramentũ sæpius præcedit rem, quã econuerso: sed interior pęnitentia sæpius præcedit exteriorem quam econuerso: ergo pęnitentia exterior non est sacramentum interioris. Hæc duo argumenta facit magister in littera.

Tertio. Item Hugo. 1. libr. de sacram. parte 9. cap. 2. Sacramentum est materiale elementum ex sanctificatione continens aliquam inuisibilẽ gratiam: sed pęnitentia exterior non est materiale elementum, neque aliquid sanctificatum: quia sanctificatio est per verbum, vt superius habitum est: ergo non est sacramentum.

In oppositum. CONTRARIVM, tenet magister in lrã.

Secundo. Item sicut se habet baptismus fluminis ad baptismum flaminis: sic pœnitentia exterior ad interiorem, sed baptismus fluminis sacramentum est baptismi flaminis: ergo pęnitẽtia exterior sacramentum est interioris.

CONCLVSIO.

Pęnitentia exterior cum & interioris signum sit, & remissionis peccatorum, ipsa sacramentum proculdubio est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ pœnitentia exterior sacramentum est interioris, & interior res est huius sacramenti: exterior enim pęnitentia signum est interioris, & aliquo modo causa, inquantum actus pęnitentis exteriores pęnitẽtiam interiorem excitant, quæ si informis est, & non sit obstaculum ex parte pœnitentis, per sacerdotis ministerialem absolutionẽ a Deo effectiuè formatur: pęnitentia aũt interior intelligi debet esse res huius sacramenti, prout in proposito coniungitur pœnitentiæ exteriori, non secundum, ꝙ absolutè est tantum actus virtutis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ secũdum magistrum in litera, maior est intelligenda de sacramẽtis illis quæ ante legem euangelicam non fuerunt: sacramentum autẽ pœnitentiæ fuit ante.

Potest tamen aliter dici, quòd pęnitentia exterior aliquo modo est causa interioris: sicut in quæstione ostensum est, quamuis etiam aliquo modo sit ab ea causata quantum ad illud quod est ex parte pęnitentis, quod quasi materiale est in exteriori pęnitentia respectu absolutionis sacerdotis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dicit magister in litera, non est inconueniens, quòd in sacramento pœnitentiæ res sæpius præcedat sacramentum, quam econuerso: quia in alijs sacramentis sæpe contingit, quòd res præcedit sacramentum.

Vel potest dici, quòd pęnitentia interior quantum ad illud augmentum, vel firmitatem quam recipit per exteriorem confessionem, & humiliationem, & quantum ad eius formam quam aliquando recipit per sacerdotis absolutionem, ratione quorum propriè dicitur res huius sacramenti, posterior est, quam sacramentum.

Ad tertium dicendum, quòd ibi Hug. vocat materiale elementum quodcunque sensibile signum, & sic exterior confessio pęnitentis, & humiliatio possunt dici materiale elementum, & potest dici sanctificari quantum ad vsum per sacerdotis absolutionem. Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Vtrum remissio peccatorum sit res huius sacramenti.



T VIDETVR, ꝙ non: sacramentum est signum suæ rei: sed cõfessio exterior, & satisfactio non est signũ remissionis peccati: immo magis est signum existentię eius, cum cõfitens dicat se talia fecisse: ergo remissio peccati nõ est res huius sacramenti. Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supra. Alexã. vbi supra.

Item res sacra sequitur sacramentum, vt effectus causam; sed remissio peccati præcedit exteriorem pęnitẽtiam, inutilis enim videtur exterior pęnitentia existenti in peccato mortali: ergo remissio eius non est res pęnitentiæ exterioris. Secundo.

CONTRA, curatio morbi est res illius sacramenti, quod ad eam significandam, & efficiendam ordinatur: sed pœnitentia exterior ordinatur ad significandam, & efficiendam actualis peccati remissionem: ergo illa remissio est res sacramenti pęnitentiæ. In oppositum.

CONCLVSIO.

Ita remissio peccati res est sacramenti pęnitentiæ tum interioris, tum exterioris, sicut exterior est sacramentum tantum, ac interior res, & sacramentum simul.

RESPONDEO, sicut recitat Magister in litera, in hoc sacramento est aliquid, quod est sacramentum tantum, scilicet exterior pęnitẽtia, aliquid quod est res, & sacramentum, scilicet pęnitentia interior, quæ est res pęnitentiæ exterioris, & sacramentum remissionis actualium peccatorum, quia vt est coniuncta pęnitentiæ exteriori, in re, vel in proposito, illã remissionem aliquo modo significat, & dispositiuè efficit, quamuis coniuncta exteriori in proposito tantum prædictam remissionem nõ significet nisi ipsimet pęnitenti, nisi per aliqua signa alijs appareat talem pęnitentiam esse in ipso. Est etiam ibi aliud quod est res, & non sacramẽtum. s. peccatorum actualium remissio. Et ꝙ sit res vtriusq; pęnitentiæ, patet: qa ad illam Responsio.

Iam significandum, & aliquo modo efficiendum vtraque pęnitentia ordinatur. Vnde vt sui causam semp præsupponit pnīam interiorem coniunctam exteriori in re, vel in proposito, explicite vel implicite.

Ad primū argumentū. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ confessio exterior cum humilitate facta, & ad quærendum medicinam contra peccatum ordinata, quamuis significet in pęnitente peccata fuisse, significat tamen ea in ipso desinere esse. De absolutione autē planum est quomodo expresse significat peccatorum remissionem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ de lege cōi remissio peccatorum actualium semper pręsupponit exteriorem pęnitentiā in re, vel in proposito explicite, vel implicite. Et ꝙ per exteriorem pœnitentiam, vt realiter habitam, quādoque causetur actualis peccati remissio, patet per hoc, ꝙ superius dictum est, ꝙ interior pęnitentia informis, si non sit obstaculum ex parte pęnitentis per pœnitentiam exteriorem realiter habitam formatur.

QVAESTIO III.

Vtrum pœnitentia sit vnum sacramentum.

Arg. I. T videtvr, ꝙ non: quia vbi sunt duæ res, & duo signa non est vnū sacramentum: quia vnitas sacramenti nō potest esse, nisi vel ex parte signi, vel ex parte rei, sed in hoc sacramēto sunt plura signa. s. pœnitentis confessio, & satisfactio, & sacerdotis absolutio, ibi etiā sunt duę res. s. pœnitentia interior, & peccatorum actualiū remissio: ergo pnīa non est vnum sacramētū.

Secundo. Item ex eis, quæ non sunt simul, non constituitur aliquid vnum, sed partes pœnitentiæ non sunt simul: ergo ex illis non constituitur aliquid vnum.

In oppositū. Contra, si pęnitentia non esset vnum sacramentum: sed plura, tunc plura essent sacramenta, quàm septem.

CONCLVSIO.

Pœnitentia sacramentum vnum est, ex pluribus relatis, ipsum integrantibus, constitutum.

Respon. Respondeo ꝙ pœnitentia est vnum sacramentum, sed non debet dici, ꝙ sit aliquid vnum vnitate indiuisibilitatis, nec continuitatis, neq; essentiali, sed vnitate integrata ex pluribus relatis ad aliquid vnum significandum, & aliquo modo efficiendum, quod est remissio actualium peccatorum.

Ad primū. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ illa plura signa cōcurrunt ad integritatem vnius sacr̄i: pnīa etiā interior & exterior sunt vnū sacr̄m remissionis actualiū peccatorū, sicut refert Magister in littera, nec obstat vnitati sacr̄i, ꝙ sint ibi duæ res, quando est vna alterius sacr̄m, quod patet, quia character baptismalis est res absolutionis exterioris, & sacr̄m originalis peccati, & tñ baptismus est vnum sacramentum. Similiter corpus Christi verū, est res sub specie panis vere contenta, & per eam significata, & est sacramentum corporis mystici, & tamen sacramentū Eucharistiæ est vnum sacramentum.

Ad secundum. Ad secundū cū dicitur, ꝙ ex eis, quæ nō sūt simul, nō cōstituitur aliquid vnum, &c. dico, ꝙ verum est in permanentibus, & loquendo de vnitate continuitatis, vel essentiali in successiuis, tamen loquendo de vnitate integrata ex pluribus relatis ad vnum significandum & efficiendum non est verum. Sacramentum autē pœnitentiæ consistit in quadam successione, & est vnum vnitate prædicta.

QVAESTIO IIII.

Vtrum pœnitentia sit ab institutione.

ET videvr, ꝙ non: quia quod est a natura, nō est ab institutione, nisi dicatur esse ab institutione naturæ: sed sacr̄m pnīæ est a natura, naturalis. n. ratio dictat peccatorem debere pęnitere de suis peccatis: ergo nō est ab institutione. *Arg. I. D. Bo. li. 4 di 22. ar. 2. q. 1. D. Th. vbi su. ar. 7. Alex. p. 4. q. 14. m. 1.*

Secundo. Item sacramenta, quæ sunt ab institutione non fuerunt in lege naturæ: sed sicut dicit Magister in littera huius dist. c. vlt. Sacramentum pęnitentiæ fuit ante tempus gratiæ etiam a primordio generis humani: ergo non est ab institutione.

In oppositū. Contra, Hug. 1. lib. de sac. par. 9. c. 2. ponit in diffinitione sacr̄i, ꝙ est ex institutione significans, sed quælibet pars diffinitionis dicitur de quolibet contento sub diffinito: ergo de quolibet sacramento vere dicitur, ꝙ est ex institutione significans.

CONCLVSIO.

Pœnitentia etsi vt virtus, vel actus virtutis ab institutione non sit, est tamen vt sacramentum.

Respon. Respondeo, ꝙ pnīa dupliciter potest accipi. s. pro virtute, vel actu virtutis, vel ꝓ sacramento: primo modo pnīa est de lege naturæ, naturale. n. iudicium rationis dictat peccatorem debere pœnitere de suis peccatis, & in tali pnīa habituari, & sic non est ex institutione: secundo modo non est de lege naturę: sed ab institutione diuina, declaratum est enim superius, distinct. 17. q. 2. ar. 2. quòd confiteri peccata sacerdoti non est de iure naturæ, & ex consequenti, ꝙ neque contritio, vt iuncta cum proposito, sic confitendi est de lege naturæ.

Ad argum. primæ par. Ad argumenta ad partem primam dicendum, quòd procedunt de pœnitentia, inquantum est virtus, vel actus virtutis tantum.

Ad aliam partem. Argvmentvm ad partem aliam procedit de pęnitentia, inquantum est sacramentum.

QVAESTIO V.

Arg. 1. D B. ibid. D. Th. ibid. Sco. li. 4. di. 2 q. 1. Ale. vbi su.

Vtrum hoc sacramentum immediate a Christo fuerit institutum, & quando.

CONCLVSIO.

A Christo domino institutum fuit post resurrectionem sacramentum hoc, cum apostolis dixit. Quorum remiseritis peccata, &c.

Respon. RESPONDEO, quod immediate fuit a Christo institutum, ante enim passionem instituit hoc sacramentum, quantum ad interiorẽ contritionem pęnitẽtis, & operis satisfactionem, cum dixit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Luc. 5. & per alia verba, quibus ad pęnitentiam inuitabat, maxime cum dixit. Nisi pęnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Luc. 13. Confessionem autem implicite in exemplo, cum dixit leproso mũdato. Vade ostende te sacerdotibus: vt scriptũ est. Matth. 8. Absolutionem autem in ministerio cum Lazaro resuscitato dixit. Soluite eũ. Io. 11. sed expresse potestatem absoluendi nõ dedit, vsque post resurrectionem: cũ dixit eis: vt habetur Io. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Potestatẽ autem iurisdictionis super totam ecclesiã promisit se daturum Petro cum dixit ei: vt habetur Matth. 16. Tibi dabo claues regni cęlorũ, & quodcunque ligaueris, &c. non tamen tũc dedit. Vnde decretum Anacleti, distin. 21. In nouo testamento exponendum est de promissione, secundum Glo. ibidem, nec tamen tũc tantum promisit se daturum potestatem iurisdictionis, sed etiam potestatem absoluendi & ligandi in foro pœnitentiæ, quam post resurrectionem cum alijs discipulis accepit, sed potestas iurisdictionis super totam ecclesiam sibi soli fuit data pro se, & successoribus eius cũ Christus post suam resurrectionem dixit ei. Pasce oues meas. Io. 21. quod potest probari per illud quod habetur 50. dist. Considerandum, & cap. Fidelior: extra de electio. Significasti.

Quo tempore Christus pñiæ sacramentũ ordinauerit.

Soluit eum Aug. & habetur de pæ. dist. 1. quã pœnitet.

CIRCA litteram. Peccata originalia, non significatur hoc peccatum originale in plurali: quia in eodem homine sint plura, sed quia multiplex in effectu, inquantum corrũpit diuersas vires animæ. Mox omnium prosterneret in via vitiorum, idest cito, nisi pęniteat, quia peccatum quod per pęnitentiam nõ diluit, mox suo pondere ad aliud trahit. Ita reus, & peccator constituitur, vt ante fuerat, idest similiter, sed non tantum, vel refert hoc ad reatum pœnæ damni, non seruus. Quidam dicunt pœnitentiam exteriorem, & interiorem esse sacramẽtum, nec duo sacramenta, sed vnum, & isti bene dicunt, est enim communis opinio, & vera.

De sacramento Vnctionis.

DISTINCTIO XXIII.



PRAETER præmissa est etiam aliud sacramentum, scilicet vnctio infirmorum: quæ fit in extremis, oleo per Episcopum consecrato. Et sunt tria genera vnctionis: est enim vnctio quæ fit chrismate: quæ dicitur principalis vnctio; quia in ea principaliter paracletus datur. Vnde & propter abundantiam gratiæ duos liquores mixtos habet, oleum scilicet & balsamum, oleum conscientiæ, balsamum † famæ. Chrisma verò græcè, vnctio latinè dicitur. Nec tamen omne oleum ad vnctionẽ sanctificatum chrisma vocatur, sed illud solùm quod miscetur cũ balsamo: quo capita Regum, & Pontificum vnguntur: quo etiam baptizatos sacerdos vngit in vertice, & Põtifex per impositionem manus confirmandos vngit in frõte. Est & alia vnctio, qua catechumeni & neophyti vnguntur in pectore, et inter scapulas in perceptione baptismi. Tertia verò vnctio est, quæ dicitur oleum infirmorum: de qua nunc agitur.

Vide Hu. li. 2 de sacr. p. 15. c. 1.

† bonæ famæ.

A quibus institutum sit hoc sacramentum.

Hoc sacramentum vnctionis infirmorũ ab Apostolis institutũ legitur. Ait. n. Iacobus. Infirmatur, quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eũ, vngentes eũ oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, dimittẽtur ei. In quo ostenditur, duplici ex causa sacramẽtũ hoc institutum. s. ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Vnde constat eum qui hanc vnctionem fideliter, deuoteque percipit, & in corpore, & in anima alleuiari, si tamen expedit, vt in vtroque alleuietur. Quòd si fortè corporis valetudinem illi habere non expedit, illã quæ est aïæ, sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in alijs sacramentis, ita & in isto aliud est sacramentũ, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa vnctio exterior. Res sacramenti, vnctio interior: quæ peccatorum remissione, & virtutũ ampliatione perficitur. Et si ex contemptu, vel negligentia sacramentum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile.

Hu ibi. c. 1. Iaco. vlt.

De iteratione huius sacramenti.

Quærunt aliqui, si hoc sacramentũ iterari possit, cum baptismus & alia quædã sacramẽta semel suscepta nõ iterentur. Aug. dicit, sacramentũ non iterãdũ & sacramento non faciendã esse iniuriã: sed hoc dicit, vbi agit de sacramento baptismi, & cõfirmationis, & ordinationis. Vnde nõ videtur illud generaliter accipiendũ, sed de sacramento baptismi, confirmationis, & ordinationis, quæ nullatenus sunt repetenda: quia semel tantum, & nõ sæpius datur baptismus, cõfirmatio, & ordinatio. Sacramentũ verò altaris, & pñia, & cõiugij, sæpe iterari videtur: quia sæpe sacramentũ corporis pcipitur, frequẽter pñia agitur, cõiugiũ, sæpe cõtrahitur. Quare ergo vnctio similiter nõ põt iterari? Si morbus nõ reuertitur, medicina non

Hug ib. c. 9 Lib 2. cõtra epist. parme. c. 13. qu. 1. Quidã.

na non iteretur: Si verò moribus non potest cohiberi, quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita & vnctio iterari posse videtur: vtraque enim illic commemorat Iacobus, & vtrumque alteri cooperatur ad conferendam alleuiationem corporis & animæ. Cur ergo negatur vnctionem super infirmum posse iterari, & ad impetrandam sæpius sanitatem mentis & corporis, cum propter idem sæpe iteranda sit oratio? Quidā autem de omni sacramento intelligi volunt, quòd non sit iterandū. s. secundum totum illud quod pertinet ad sacramentum, dicentes quædam sacramenta sæpius posse suscipi, quædam verò non. Nec tamen quæ sæpius sumuntur, totaliter iterantur, vt sacramentū altaris, & vnctionis: quæ licet sumantur sæpius: tamen quia nō iterum benedicitur eadem hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. Sed dicet quis, sic & baptismus non iteratur, etiam si aliquis frequenter baptizetur, dum eadem aqua non iterum benedicatur. Sed aliud est, inquiunt illi, de benedictione aquæ qua fit baptismus, aliud de benedictiōe panis & olei. Potest.n. baptismus celebrari in aqua, etiam non benedicta: quia illa benedictio pro reuerentia tantum fit, & decore, nō virtute sacramenti: sed corpus Christi non potest confici, nisi de pane consecrato, nec vnctio illa fieri potest, nisi de oleo ab Episcopo consecrato. Ideoque illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel tantùm benedicitur quisq;, non sæpius. Benedicitur.n. vt ait (Ambrosius) cum prima, & non secunda vxore. Si ergo cùm dicitur sacramentum non esse iterandum, nec iniuria ei esse facienda, rationem dicti referas ad sanctificationem rei, qua sacramentum expletur, de omni sacramento generaliter id verum est, si verò ad susceptionem sacramenti, de quibusdam verum est, quòd non iterantur crebra susceptione, & de alijs verò quibusdam non: quia frequēter sumuntur: vt hoc vnctionis sacramentum, quod in omni penè ecclesia sæpe repetitur.

Aliorū opinio. Hug. li. 4. sen. c. Præter supradicta.

Amb. in sin commen. su. 1. Cor. 7. Et in gl. super illud eiusdē c. Nubat tātum in Domino.

DISTINCTIO XXIII.

Continuatio.

SVPERIVS determinauit Magister de baptismo, & de confirmatione, & Eucharistia, & pęnitentia. Hic determinat de extrema vnctione, & diuiditur in duas.

Primo de eius institutione.

Secundo de iteratione, ibi. (Quærunt.)

Diuisio.

Primā in tres.

Primo determinat de eius materia.

Secundo de eius institutore. ibi. (Hoc sacramentum.)

Tertio de institutionis causa, ibi. (In quo ostenditur.)

CIRCA hanc distin. quærendum est principaliter de secundo.

Primo de ipso sacramento, vnctionis extremæ.

Secundo de eius administratione.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur sex.

Primo vtrum extrema vnctio sit sacr͞m.

Secundo a quo fuit institutum.

Tertio vtrum materia huius sacramenti sit oleum de oliuis per episcopnm consecratum.

Quarto vtrum huius sacramenti sit aliqua determinata verborum forma.

Quinto vtrum effectus huius sacramenti sit infirmitatis corporalis alleuiatio.

Sexto vtrum sit venialium peccatorum remissio.

QVAESTIO I.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia sicut infirmi inunguntur oleo per episcopū consecrato, sic & catechumeni: sed vnctio catechuminorum non est sacramentū: ergo a simili nec vnctio infirmorū. *Arg. 1. D. Tho. q. 29. ar. 1. in Addi. 3 p. Sco. lib. 4. d. 23. q. vnica*

Secundo. Item ipsum oleum per episcopum cōsecratum est sacramentum: quia sicut dicit Hug. 1. lib. de sac. p. 9. c. 2. Sacramentum est materiale elementum, sed ipsum oleum non est ipsa vnctio, cum vnum sit substantia, & aliud accidens: ergo ipsa vnctio non est sacramentum.

Item in vna collatione sacramēti verba nō repetuntur, sed in vna collatione extremę vnctionis pluries verba repetuntur, scilicet in vnctione cuiuslibet membri: ergo talis vnctio, non est sacramentum. *Tertio.*

Item sacramentum vna collatione non confertur, nisi ab vno ministro, sed extrema vnctio confertur a pluribus sacerdotibus. Vnde dicitur Ia. 5. Inducat presbyteros: ergo talis vnctio non est sacramentum. *Quarto.*

CONTRA, Magister dicit in littera huius distinct. cap. 1. ꝙ est sacramentum. *In oppositum.*

Item Hug. 2. lib. de sac. par. 15. cap. 2. dicit idem. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Extrema vnctio verum est sacramentum gratiā conferens.

RESPONDEO, ꝙ extrema vnctio est sacramentum. Illud enim quod est sacræ rei signum, & causa per se ordinata ad efficiēdum rem sacram, non tantum est sacramentum, sed est sacramētum no. l. vt superius habitum est, sed extrema vnctio signum est per se, & causa spiritualis vnctionis interioris, quæ est res sacra, quia sacrans: & ideo extrema vnctio sacramentum est nouæ legis. *Respon.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est simile de vnctione catechuminorū, & infirmorum: qnia illa non ordinatur per se ad remissionem peccatorum, sed per aliud. s. per baptismum, hęc vero per se ordinatur ad interiorem vnctionem significandum, & causandū eo mō, quo sacr͞a sunt suorū effectuū cā. *Ad primū*

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ipsum oleum per episcopum consecratum nõ dicitur sacramentum nisi in prędicatione, quę est per causam: quia est huius sacramenti materialis causa: sed ipsa vnctio per essentiam est sacramentum. Verbum autem Hug. aut intelligitur de quolibet sensibili signo, aut secundum prędicationem causalem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ sicut plures vnctiones constituunt vnam integram vnctionẽ: ita verba quæ dicuntur in vnctione cuiuslibet membri constituunt vnam integram verborũ prolationem, quæ est integra sacramenti forma, eo modo quo verba dicuntur forma sacramenti, nec repetuntur verba penitus eadẽ: quia in vnctione oculorũ dicitur, quod ꝑ oculos: in vnctione auriũ dicitur, per aures: & sic de alijs, quamuis alia verba repetantur eadem.

Ad quartũ Ad quartum dicendum, ꝙ Ia. ibi posuit plurale pro singulari, vnus enim perficit sacramẽtum, qui si deficerent, alius deberet supplere non factum iterare.

QVAESTIO II.

Vtrum hoc sacramentum à Christo fuerit institutum.

Respon. SVPERIVS dist. 2. in illa q. vtrum omnia sacramenta no l. fuerit instituta a Deo immediatè, sufficienter patet quid dicendum ad hanc quæstionem. Et ideo de eius solutione hic supersedeo.

QVAESTIO III.

Vtrum materia huius sacramenti sit oleum de oliuis per episcopum consecratum.

Arg. 1. D Bo. li. 4 di. 23. ar. 1. q. 3. Sco. vbi su. D. Tho vbi su. ar. 4. ET VIDETVR, ꝙ non: hoc sacramẽtum est necessitatis: dicit enim Magister huius dist. cap. 2. ꝙ si ex contemptu, vel negligentia sacramentũ prætermittatur periculosum est & damnabile: sed sacramentum necessitatis debet celebrari in materia valde cõmuni, quapropter baptismus celebrari potest, ĩ qualibet naturali aqua: ergo cum oleum de oliuis per episcopum consecratum sit materia non multum communis, sed specialis, non est huius sacramẽti materia.

Secundo. Item sacerdos simplex potest sanctificare materiam baptismi, quod est maius sacramentum, quàm extrema vnctio: ergo multo fortius materiam extremæ vnctionis: ergo non opo. tet ꝙ sit per episcopum consecrata.

In oppositũ. CONTRA, Magister huius dist. cap. 1. dicit, ꝙ hæc vnctio fit oleo per episcopum consecrato, sed cum dicitur oleum simplici nomine intelligitur oleum de oliuis: quia anthonomasice dicitur oleũ: vt superius habitum est, distinct. 7.

CONCLVSIO.

Oleum oliuarum per episcopum, vel sacerdotem, à summo Pontifice facultatem habentem, consecratum, necessaria materia est sacramenti istius.

Respon. RESPONDEO, ꝙ materia debet correspõdere principali effectui sacr̃i, effectus aũt principalis huius sacr̃i est peccatorũ venialiũ curatio immediate introducens, nisi sit aliud, qđ obstat ad supereminentẽ sanitatẽ vitæ æternę, ad cuius ingressũ sufficit cõsciẽtia pura: & q̃a oleũ multũ valet ad curationẽ plagæ: vt innuit Isa. 1. vbi dicitur. Plaga tumẽs, q̃a non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo, & maxime oleũ de oliuis, in quo perfectius inueniuntur proprietates olei, q̃ in alio oleo: iõ materia huius sacr̃i est oleum de oliuis, & q̃a balsamũ reprę̃sentat bonã famã, iõ non est mixtũ cum balsamo, ad significãdũ, ꝙ ad ingrediendũ sanitatẽ vitæ æternę sufficeret sine fama puritas cõscientiæ, & nitor, qui per oleũ designatur: extra de sacra vnct. c. 1. Oleũ enim lucet in aqua, & ad significãdũ illius sanitatis supereminentiã: debet esse consecratũ per sacerdotem supereminentis dignitatis, id est per episcopum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ hoc sacr̃m non est necessitatis absolute, sicut baptismus, q̃uis mortaliter peccaret, q̃ ipsum ex contemptu ꝑ̃termitteret: contẽnere. n. quodcũque sacr̃m ecclesiæ peccatũ ẽ mortale.

Ad secũdũ. *Ioan.* Ad secundũ dicendũ, ꝙ non est simile, quia Christus, q̃ est maximus in dignitate tactũ mũdissime carnis suæ, q̃n a Ioãn. baptizatus fuit, vim regeneratiuã contulit aquis, intelligendo hoc, vt superius expositum est in tractatu de baptismo, & ideo nõ ĩdiget ꝑ ep̃m sãctificari. Et pręterea sacramentum baptismi est sacramentum necessitatis absolute, non sic autem hoc sacramentum.

QVAESTIO IIII.

Vtrum huius sacramenti sit aliqua determinata verborum forma.

Arg. 1. D Bon. vbi su q 4. D. Tho vbi su. ar 8. Sco. vbi su. Secundo In oppositũ. ET VIDETVR, ꝙ non: quia nulla inuenitur eius forma determinata ab institutore.

Itẽ determinata forma verborũ sacr̃i est eadẽ apud oẽs, sed forma verborũ huius sacr̃i nõ ẽ eadẽ apud oẽs, q̃dã. n. ecclesiæ vtũt̃ forma ĩdicatiua, q̃dã forma dep̃catiua: ergo istius sacr̃i, non est determinata forma verborum.

CONTRA, Rom. Eccl. vtitur in hoc sacr̃o determinata verborũ forma, q̃ est hæc. Per istã sanctã vnctionẽ, & suã pijssimã misericordiã parcat tibi dominus, quicquid oculorum vitio deliquisti, sed cum inunguntur aures dicitur, vitio auriũ: cũ nares dr̃, vitio nariũ: q̃n os dr̃, vitio linguę vel oris: q̃n manus dr̃, vitio tactus: q̃n pedes dicitur, vitio incessus: quãdo lũbi dicitur, vitio lũborũ, seu carnis vitio, & debet fieri quælibet inunctio cum signo crucis.

CONCLVSIO.

Deprecatiua oratio, scilicet, Per istam, &c. conuenientior forma est.

RE-

Respon. RESPONDEO, ꝙ ex determinata materia, & determinata forma fit determinatum compositum, aliter non. Cum ergo hoc sacramentum sit determinatum sacramentũ ab alijs sacramentis distinctum, oportet, ꝙ habeat determinatam materiam, & determinatam formam: etiam accipiendo formam, secundum ꝙ per quandam similitudinem principalior pars inter integrales forma, dicitur totius integralis, secundum quam similitudinem verba sunt formæ in sacramentis. Quod autem propriæ forma sit ibi, videri potest per illud, qđ superius dictum est, dist. 3. in illa quæstione, vtrum ordinatio ad sanctificandum sit forma baptismi, & est conuenientior forma depræcatiua, quàm indicatiua, quod innuit beatus Ia. in cano. sua. cap. 5. dicens. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ & si non sit scripta forma determinata expresse, tamen posuit eam beatus Iaco. implicite in verbis prædictis, quam beatus Petrus explicitè creditur Romanæ ecclesiæ tradidisse, sicut & plura alia quæ explicite in scriptura sacra scripta non sunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ si sint aliquę ecclesiæ vtentes forma indicatiua, pie credendum est, ꝙ modus exprimendi per modũ imperatiuum determinate, vel indicatiuum non sit de necessitate sacramenti, sicut superius dictum fuit de modo exprimendi actum baptizandi, quem græci exprimunt hoc verbo, Baptizetur: & Romana Ecclesia hoc verbo, Baptizo.

QVAESTIO V.

Vtrum effectus huius sacramenti sit venialium peccatorum remissio.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 1. Sco. vbi su. D. Th. q. 30 ar. 1. 2 Add. ET VIDETVR, ꝙ non: quia vbi sufficit vnum remedium non debent poni plura: sed ad remissionem venialium sufficit sola pęnitẽtia interior, quam facilius possunt habere infirmi, quam sani, infirmitas enim inclinat ad detestandũ vanitatem mundi: ergo aliud remedium non est necessarium infirmis ad venialium remissionem.

Secundo. Item sacramentum ad illud finaliter ordinatur, propter quod principaliter administratur: sed non administratur principaliter, propter venialium remissionem, sed propter corporis sanationem: quia sani magis implicantur venialibus, quam infirmi, & tamen nõ administratur sanis, sed infirmis: ergo venialiũ remissio non est huius sacramenti effectus, saltem principalis.

In oppositũ. CONTRA, Iaco. 5. Postquam dictum est, vngentes eum oleo, &c. paucis interpositis sequitur. Et si in peccatis sit, dimittentur ei.

CONCLVSIO.

Venialium peccatorum remissio est huius sacramenti effectus.

Respon. Prima opi. D. Thom. AD ISTAM quæstionem dixerunt quidã, ꝙ hoc sacramentum non confertur cõtra peccata venialia, sed contra sequelas relictas, tã ex originali, quam ex actualibus peccatis.

Instantia. Sed contra hanc opinionem est auctoritas beati Iacobi præallegata.

Dicendum ergo ad quæstionem, ꝙ in hoc sacro tria sunt, scilicet vnum, quod est sacrm tantum, quod est vnctio exterior: aliud quod est res, & sacrm, scilicet spiritualis alacritas mentis, quę est res signata, & causata per exteriorem vnctionem, de qua alacritate: vt habetur extra de sacra vnctione. c. 1. intelligitur illud quod dicit Ioan. apostolus. Vnctio quam accepistis maneat in vobis, & est sacramentũ principaliter remissionis venialium peccatorum, quia si digne sumatur per eam remissio venialium non tantum significatur, sed etiam causatur. Vnde in decretali prædicta dicitur, vnctio inuisibilis, interior non solum est signum, sed etiam sacrm: quia si digne sumatur vel agit, vel auget absq; dubio quod designat: & sic patet, ꝙ remissio venialium est in hoc sacramento principalis res, & non est sacrm. Opinio Doctoris, cui concordant D. Bon. Sco. & Duran.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicunt aliq, ꝙ quamuis pnĩa interior ad remissionem venialium sufficiat, tamen pp statum infirmi, q non potest ita perfecte illo remedio vti, sicut sanus, requiritur aliud.

Obiectio. Sed contra hoc est, ꝙ frequenter inunguntur infirmi in tali statu, ꝙ facilius possunt interius pœnitere, quam sani.

Doctor. Ideo videtur dicendum, ꝙ sicut per sacrm pœnitentię ex vi sacri formatur attritio prius informis, sic ex vi huius sacramenti confortatur mens ad habendum sufficientiam pęnitentiæ venialia delentis, quæ quandoque ante sacramenti susceptionem tam debilis est, vt non sufficiat ad plenam venialium remissionem. Per huius etiam sacramenti susceptionẽ pars pęnæ pro venialibus debitæ remittitur, si dignè suscipiatur.

Ad secundũ. Ad secundum dicendum, ꝙ non datur infirmis tantum: quia sit principaliter ordinatum ad corporalis infirmitatis alleuiationẽ. Sed propter hoc, quia appropinquat eggressui, in quo venialia perfectè possunt curari, absque hoc, ꝙ eis homo iterum implicetur.

QVAESTIO VI.

Vtrum effectus huius sacramenti sit infirmitatis corporalis alleuiatio.

Arg 1. D. Bon. vbi sup. D. Tho. vbi sup. Sco. vbi su. ET VIDETVR, quòd non: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, si suscipiantur dignè: sed huius sacramenti susceptio, quantumcunque suscipiatur digne non liberat communiter ab infirmitate incu-

rabili per naturam: ergo effectus eius nō est alleuiatio corporalis infirmitatis.

Secundo. Item viri quanto sunt perfectiores tāto magis desiderant dissolui, & esse cū Christo, sicut patet per Pau. ad Phili. 1. Sed huius sacri effectus non est contra desiderium perfectorū: ergo effectus eius, non est infirmitatis corporalis alleuiatio.

Tertio. Item medicinæ spiritualis non est effectus corporalis: sed hoc sacramentum sicut & alia, est medicina spiritualis, ergo effectus eius nō est alleuiatio infirmitatis corporalis.

In oppositū. CONTRA, Mar. 6. dicitur de discipulis Christi, ꝙ vngebant oleo multos ęgros, & sanabantur: sed hoc intelligitur de vnctione, q̃ est sacrm. Vnde Glo. ibidem. Patet ab Apostolis hunc morem traditum esse, vt energumini, & alij ægroti vngantur oleo a pontifice cōsecrato: ergo effectus huius sacramenti est alleuiatio infirmitatis corporalis.

Secundo. Item Iaco. 5. postquam dictum est, vngentes cum oleo in nomine domini, immediate subiungitur, & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus.

CONCLVSIO.

Infirmitatis corporalis alleuiatio est huius sacramenti effectus secundarius.

Respon. RESPONDEO, ꝙ alleuiatio corporalis infirmitatis est huius sacramenti effectus non principalis, quapropter neque exprimitur in forma sacramenti, sed secundarius: & ideo nūquam causatur per hoc sacramentum, nisi secundum, ꝙ expedit principali effectui, qui est remissio venialium peccatorum: sed si digne suscipiatur semper causat istum secundarium effectum, quando expedit effectui principali.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ secundarius effectus huius sacramenti non est cuiuslibet infirmitatis totalis amotio, etiā si hoc expediret effectuiprincipali: sed alleuiatio, quam dupliciter causat. Vno modo mediante operę naturæ, inquantū mentis alacritas interior naturaliter per quandam redundantiam operatur ad corporis meliorem dispositionem, vel malæ dispositionis eius mitigationem. Alio modo pure supernaturaliter, & hunc effectum semper consequitur respectu cuiuscunque infirmitatis, quando expedit effectui principali, & digne suscipitur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd euadere ab infirmitate, non est contra desiderium virorum perfectorum, quando credunt hoc expedire ad salutem animarum suarum. Vnde dicit beatus Marti. Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem, fiat voluntas tua.

Ad tertiū. Ad tertiū dicendū, ꝙ & si medicina spūalis non sit totalis effectus principalis, potest tamē eius esse effectus secundarius, & magis, quàm medicinæ corporalis spūalis effectus, q̄a plus pōt aīa sup corpus, q̃ corpus sup aīam, & quāuis assignare vni sacro duos principales effectus, vnū principalē spūalem, & aliū corporalē esset inconueniens, tn̄ hoc sacrm̄ quāuis sit vnū hr̄e duos effectus, vnū spiritualem, & aliū corporalē, ita ꝙ spiritualem primo, & principaliter, & corporalem secundario conueniēs est: vt patet ex superioribus dictis.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quęritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur sex.

Primo vtrum hoc sacramentum possit conferri a non episcopo.

Secundo vtrum a non presbytero.

Tertio vtrum debeat conferri aliquibus sanis.

Quarto vtrum omnibus infirmis.

Quinto vtrum sola instrumenta sensuū debeant inungi.

Sexto vtrum hoc sacramētum iterabile sit.

QVAESTIO I.

Vtrum hoc sacramentum possit conferri a non episcopo.

Arg. 1. D Bon. ibi. ar. 2. q. 1 D. Tho. in add. 3. p. q. 31. ar. 3 ET VIDETVR, ꝙ non: philosophus 2. physi. In his, quæ sm̄ artem materiam facimus, ꝓpter opus: nobilius ergo est vti materia disposita, quam ipsam disponere: cū ergo consecratio olei sit materiæ huius sacri dispositio, & vnctio infirmorū sit eius vsus, nobilius est infirmos vngere oleo consecrato, quā ipsum consecrare, sed oleum non potest consecrari a non episcopo: ergo nec aliquis illo oleo vngi a nō episcopo.

Secundo. Item sicut non episcopus non potest consecrare sacri confirmationis materiam, ita nec confirmare: ergo a simili sicut non potest materiam huius sacramenti consecrare, ita nec eā infirmos vngere.

In oppositū. CONTRA, Ia. 5. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesiæ, & orent sup eū vngentes eum oleo in nomine domini.

Item decre. di. 95. presbyteros. §. Sed istud: dicitur, ꝙ oleo sanctificato permittitur presbyteris vngere infirmos.

CONCLVSIO.

Vtique, sic enim infirmorum expostulat status.

Respon. RESPONDEO, ꝙ hoc sacrm̄ a non episcopo pōt conferri, & hoc propter statum infirmorum, qui non possunt episcopos adire. Vnde di. prædicta. Illud: dicitur, ꝙ iccirco presbyteris concessum est vngere infirmos sanctificato oleo: quia episcopi occupationibus, alijs impediti ad omnes languidos ire non possunt.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum, quòd & si vngere infirmos sit simpliciter nobilius, quā olei sanctificatio, cum eius sanctificatio sit propter vsum, tamen propter necessitatē magis

gis

gis concessum est presbyteris non episcopis, oleo sanctificato vngere, quàm oleum sanctificare: faciliter enim potest oleum sanctificatum ab episcopo per omnes parochias episcopatus haberi, non sic autem episcopus potest præsens esse cuilibet infirmo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile: quia in confirmatione spiritus sanctus datur ad robur, & plenitudinem gratiæ,& ideo merito eius administratio reseruatur episcopis, in quibus est potestas plenior, quam in sacerdotibus inferioribus.

QVAESTIO II.

Vtrum posset conferri a non presbytero.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. Sco. vbi su. D. Th. vbi ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia melior est oratio boni laici, quam mali sacerdotis: sed hoc sacramentum efficaciam habet ex oratione. Vnde forma eius est deprecatiua: ergo magis potest cõferri a bono laico, quã sacerdote minus bono.

Secundo. Item maius est baptizare, quàm hoc sacramentum conferre: sed non presbyteri possunt baptizare: ergo & hoc sacramentum cõferre.

In oppositũ. CONTRA, vt superius visum est, effectus huius sacramenti est venialium peccatorum remissio: sed non presbyteri non possunt ministerialiter peccata remittere, quamuis sancti homines orando possunt adiuuare peccatores ad impetrationem misericordiæ: ergo non presbyteri non possunt hoc sacramẽtum conferre.

CONCLVSIO.

Necessariò sacramentum hoc est à presbyteris ministrandum.

Respon. RESPONDEO, ꝙ hoc sacramentum cõferri non potest a non presbyteris. Soli enim presbyteri, propter sacramentorum ecclesiasticorum dignitatem constituti sunt administratores eorum. Vnde illud quod legitur de sancta Genouefa, ꝙ oleo vngebat infirmos, & sanabantur, miraculosum fuit, non sacramentale.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis priuata oratio sacerdotis, minus boni non sit ita efficax, sicut oratio laici melioris: tamen oratio eius inquantum eius persona est publica est efficacior: quia efficaciã habet ex vi meriti totius ecclesiæ, oratio autẽ inquantum est forma huius sacramenti conuenit presbytero, inquantũ persona publica est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis baptismus sit nobilius sacramentum, quàm extrema vnctio: tamen quia est sacramentum simpliciter necessarium, ideo quilibet homo ipsum administrare potest, quamuis a solis sacerdotibus administrari debeat, casu necessitatis excepto, hoc autem sacramentum non sic necessarium est.

Et preterea ad sacramentum baptismi non est necessaria materia per episcopum consecrata, sicut ad hoc sacramentum, quam tractare non decet non sacerdotem, sicut decet sacerdotem.

QVAESTIO III.

Vtrum conferri debeat aliquibus sanis.

Arg. 1. D. Bo. eo loco q. 2. Sco. vbi su. D. Tho. ibi. q. 32. ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic. Hoc sacr̃m conferri debet constitutis in periculo mortis: sed multi sani frequẽter sũt in periculo mortis. s. in bello, & ĩ mari, & quidam sub certitudine mortem expectãtes, vt ad mortem damnati: ergo talibus sanis debet hoc sacramentum conferri.

In oppositũ. CONTRA, beatus Iaco. in cano. sua ca. 5. non scit mentionem de conferendo hoc sacramentum, nisi infirmis.

CONCLVSIO.

Haud sanis, sed solis infirmis, ac in extremis laborantibus ministrari debet.

Respon. RESPONDEO, ꝙ cũ effectus principalis huius sacr̃i sit venialiũ remissio, nõ quæcũq; sed plena, & ꝑfecta de ꝓximo introducẽs ad incorruptibilẽ sanitatẽ vitæ æternę, q̃ remissio de lege cõi sanis cõuenire non potest: iõ nulli sano debet hoc sacr̃m conferri, nec ĩfirmo, nisi sic aggrauato, ꝙ ꝓbabile sit ipsum esse ĩ periculo mortis de ꝓximo imminẽtis. Quia tñ defectus naturę ex senio, quasi quędam infirmitas est, ideo etiam senibus ex defectu naturæ solo constitutis in periculo mortis de ꝓximo imminentis, hoc sacramentum cõferri debet.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositũ dicẽdũ, ꝙ hoc sacr̃m cõferri nõ debet, nisi cõstitutis ĩ mortis periculo ꝓueniẽte ex recessu a debita ꝓportione humorum, qui est infirmitas, vel ĩfirmitatis ꝓxima cã, vel ex cõsumptione radicalis humidi, & caloris naturalis defectu, quod periculum sanis hominibus non imminet.

QVAESTIO IIII.

Vtrum debeat conferri omnibus infirmis.

Arg. 1. Doctores vbi supra. Cap. vlt. ET VIDETVR, ꝙ sic: sñ philo. 2. Topi. Quod nullo addito dicis, simpliciter dicis. Sed btũs Iaco. in can. sua, c. 5. dicit hoc sacramentum debere conferri infirmis nullam restrictionem apponendo: ergo videtur fuisse intentio sua, ꝙ dari debeat omnibus infirmis.

Secundo. Item planum est, ꝙ debeat dari omnibus infirmis ex infirmitate sua in mortis periculo constitutis, & infirmis de quibus non desperatur, quia medicina corporalis magis danda est infirmis, de quibus non desperatur, q̃ illis de quibus desperatur: ergo hoc sacramentum dandum est omnibus infirmis.

In oppositũ. CONTRA, decr. 95. distinct. Illud dicitur, quòd hæc vnctio non pœnitentibus conferri non potest: sed non pœnitentium quidam sunt infirmi: hoc sacramentum non omnibus infirmis conferri debet.

CONCLVSIO.

Tribus generibus personarum extrema vnctio cōferri debet, totidemque negari.

Respon. RESPONDEO, ꝙ hoc sacramentum conferri non debet, nisi non habentibus obstaculum impediens sacramenti effectum: & habentibus deuotionem, & reuerentiam ad sacramẽtum: & habentibus, vel habere potentibus, de communi lege veniale peccatū, & quia in non pœnitentibus est obstaculum contra effectum sacramenti, & in perseueranter furiosis nō est deuotio, nec reuerentia ad sacramentum, & in paruulis non est veniale peccatū, ideo hoc sacramentum conferri non debet impœnitentibus, nec perseuerāter furiosis, nec paruulis.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis determinatio verbi Iaco. non sit scripta, tamen ex vsu ecclesiæ, quem beatus Petrus introduxit est sufficienter habita.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut non esset danda medicina corporalis infirmo, de cuius infirmitatis corporalis sanatione, & alleuiatione desperaretur, sic non esset dandum hoc sacramentum alicui, si de suæ infirmitatis spiritualis sanatione desperaretur.

Clarius q. 3. immediate præcedēte. Ratio autem quare non debet dari leuẽ infirmitatem corporalem habentibus patet, ex dictis in corpore quæstionis.

QVAESTIO V.

Vtrum sola instrumenta sensuum debeant inungi.

Arg. 1. D. Bo. ibi. q. 3 Sco. ibidem. D. Tho. vbi su. ar. 6. ET VIDETVR, ꝙ non: quia vt superius habitum est lib. 1. Anima est in qualibet parte corporis tota: sed nullum peccatum est in corpore nisi per animam: ergo cum hæc vnctio fiat per remissionem peccatorum venialium, fieri debet in qualibet parte corporis.

Secundo. Item vt habetur Matth. 15. De corde exeūt cogitationes malæ: sed sedes cordis est in pectore: ergo debet fieri inunctio in pectore.

Tertio. Item cęci nati nunquam peccauerūt per visum: ergo in eis oculi non debent inungi.

In oppositū. CONTRA, vsus ecclesiæ habet, ꝙ omnia organa deseruientia sensitiuæ, generatiuæ, & progressiuæ inungantur, & nulla alia.

CONCLVSIO.

In quinq; sensuum organis fieri debet vnctio hęc.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sola instrumenta deseruientia sensitiue, generatiue, & progressiue, & non aliæ corporis partes debēt inungi: & quoniam sunt quinque instrumenta deseruientia sensibus particularibus, scilicet oculi, aures, nares, os, manus, & lumbi generatiue deseruiant, & pedes progressiue, ideo secundum morem Romanæ Ecclesiæ istę septem partes corporis, & non aliæ inunguntur.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis anima, secundū essentiam sit in qualibet parte corporis tota, non tamen secundū cuilibet potentiæ suæ vsum, & ideo non debēt inungi omnes partes corporis: sed illæ determinatæ quæ dictæ sunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ a corde dicuntur exire cogitationes malæ, propter hoc, ꝙ influentia animæ deriuatur ad alia membra mediāte corde, quamuis enim sit in qualibet parte corporis tota per essentiam, tamen cor recipit immediate eius influentiam, quapropter motus est Auic. ad dictum li. 3. de animalibus: Quòd anima occultatur in corde: & quia peccata venialia, vt frequentius contrahuntur ex occasionibus acceptis per partes illas determinatas, quæ supradictæ sunt, ideo magis inūguntur, quàm pectus.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ si cæci nati nunq̃ peccauerunt per actum videndi, tamen peccare potuerunt per videndi concupiscentiam, & mutilati per concupiscentiam operandi per illa membra, quibus dum erant paruuli fuerūt mutilati, & ideo loca prædictorum membrorum debent inungi.

QVAESTIO VI.

Vtrum hoc sacramentum iterabile sit.

Arg. 1. D. Bon. vbi su q. 4. D. Tho. q. 33. ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: Dignior est vnctio hominis, quàm altaris: sed vnctio altaris iterari non debet, extra de consec. ecclesiæ, vel altaris, c. 1. ergo nec vnctio hominis.

Secundo. Item alia sacramenta quæ consistunt in vnctione non iterantur: vt confirmatio, & ordo: ergo a simili nec istud.

In oppositū. CONTRA, Hu. 2. li. de sacra. par. 15. ca. 3. Si vnctio iterari non potest, nec oratio iterari potest, sed oratio iterari potest: ergo & vnctio.

Secundo. Item Magister huius dist. c. vlt. consentit, ꝙ hoc sacramentum iterabile est.

CONCLVSIO.

Sacramentum hoc cùm infirmo nullum imprimat characterem indelebilem, planè iterari potest.

Respon. RESPONDEO, ꝙ hoc sacramentum aliquo modo iterabile est, aliquo modo non: circa enim eundem infirmum eadem infirmitate in numero respectu eiusdem infirmitatis status iterari non debet: quia quodlibet sacramentum circa materiam propriam, vna vice sortitur totum suum effectum, si non sit indispositio in susceptione; & ideo eadem hostia bis non consecratur, quia in prima consecratione efficitur corpus Christi verum, sub vna specie, nec eędem coniuges bis desponsantur. De baptismo, confirmatione, & ordine clarū est, in solo sacramento pœnitentiæ dubiū est, quod quidam dicunt respectu eorundem peccatorum in numero iteratū qualibet vice habere aliquem effectum, quia tantum idem homo in numero potest pluries infirmari, & in eadem infirmitate in numero possunt esse status diuersi, in quorū quolibet infirmus est in notabili, & probabili periculo mortis: ideo cū infir-

infirmo nullum imprimat indelebile effectũ potest, & debet eidem homini pluries conferri, vel pro diuersis infirmitatibus, vel pro eiusdem infirmitatis diuersis statibus supradictis.

Nec te moueat, quod dictum est, sacramẽtum Eucharistiæ vna vice circa eandem materiam totum suum sortiri effectum: quia ab eodem homine est pluries suscipiendum. In eius enim susceptione non consistit illius sacramẽti essentia, & ideo quamuis pluries suscipiatur, & in eodem suscipiente pluries habeat effectum, tamen essentia sacramenti circa eandem materiam non iteratur, & iteratum non haberet effectum.

Ad Primvm dicendum, quòd rõ quare vnctio altaris, vel ecclesiæ consecratio non iteratur, est, quia ipsa consecratio, & vnctio vna vice collatę habent totum suum effectum, qui est esse dedicatum ad diuinum cultum: & simili ratione etiam consecratio materiæ confirmationis, & materiæ huius sacramenti non iteratur. Chrisma enim vna consecratione perfecte ordinatur ad vsum illius sacramenti; similiter dico de consecratione olei, respectu vsus huius sacramenti, & quia circa eundem infirmum eadem infirmitate, respectu eiusdẽ infirmitatis status hoc sacrametum totum suũ sortitur effectum, si nõ sit aliquis defectus ex parte suscipiẽtis, ideo hoc modo nõ iteratur, quia tamẽ morbus, cõtra quem est, pluries potest reuerti, ideo circa eũdem hominẽ potest pluries iterari, quia sic circa eũdem hominem pluries effectum potest habere.

Ad secũdum dicẽdum, quòd nõ est simile, quia confirmatio, & ordo imprimunt characterem, qui est indelebilis effectus, nec morbus contra quem principaliter sunt in eodem homine iteratur, hoc autem sacramentum effectum indelebilem in suscipiẽte nõ imprimit, & ideo morbus cõtra quem est iteratur.

Circa litteram, Quo capita regum, & põtificum inunguntur.

Contra: extra de sacra vnctione cap. 1. §. Hoc vnguento. Princeps non vngitur in capite, sed in brachio, siue humero, siue armo, in quibus principatus congrue designatur.

Respondeo verbum Magistri intelligendum est de vnctione Regum in veteri lege non in noua: sic enim dicitur in decretali prędicta. Principis vnctio a capite ad brachiũ est translata. Corpus Christi non potest confici, nisi de pane consecrato, quod non est intelligendum de consecratione præcedente ipsam confectionem, sed de consecratione, quę in ipsa confectione consistit, quæ est per hęc verba; Hoc est enim corpus meum: nisi forte Magister consecrationem vocet ibi ordinationem panis de frumento, ad hoc, vt sit huius sacramenti materia, quam ordinationem Christus instituit suo facto, ad cuiusmodi similitudinem dicitur aquas consecrasse, quando fuit baptizatus, eo quòd illo facto aquam ordinauit ad hoc vt esset materia sacramenti baptismi.

De ordinibus Ecclesiasticis.

DISTINCTIO XXIIII.



Vnc ad considerationem sacræ ordinationis accedamus. Septẽ sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines: sicut ex sanctorum patrum dictis apertè traditur, & capitis nostri, scilicet Iesu Christi, exemplo monstratur: qui omnium officiá in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est Ecclesia, eosdem ordines obseruandos reliquit. Septem autem sunt, propter septiformem gratiam sancti spiritus: cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indignè accedunt. Illi verò in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus sancti, cùm ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur. Hug. li. 2. par. 3. c. 4 Quare septẽ sint ordines Esaiæ 11. a

Quales assumendi sunt ad Clerum.

Tales autem ad ministerium spirituale eligendi sunt clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim Episcopo paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui ordinatori graue onus inducant. tales enim decet esse ministros Christi, qui septiformis gratia spiritus sancti sint decori, & quorum doctrina & conuersationis forma, eadem gratia in alijs transfundatur, ne cœlestes margaritas spiritualium verborum officiorumque diuinorũ sordidæ vitæ pedibus conculcent. In sacramento ergo septiformis spiritus septem sunt gradus ecclesiastici. scilicet, Ostiarij, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes: omnes tamen clerici vocãtur, idest, sortiti. Corona enim signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat: quia seruire Deo regnare est, Vnde ministri ecclesiæ, reges esse debent, vt se, & alios regant, quibus Petrus ait. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Summitas capitis desuper nudantur, vt eorum mens ad Dominum libera monstretur, qua reuelata facie gloriam Dei cõtempletur. Summitas enim capitis est eminentia mẽtis. Denudatio capitis est reuelatio mentis. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet. Tondentur etiam capilli vsque ad reuelationem sensuum, scilicet oculorum, & aurum: vt vitam corde & opere pullulantia doceantur præcidenda, ne ad audiendum, & intelligendum verbum Dei præpediatur mens, pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ autem ecclesiastica vsus à Nazareis exortus videtur: qui prius crine seruato deinde ob vitæ continentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus inoleuit, vt qui diuinis cultibus mancipantur, quasi Nazarei, idest sancti, cri- Clem. Papa in epist. 2. ad Iacobũ apostolũ cesa cris vestibus & habetur di. 23. c. Tales. Matth. 7. a De corona, & tonsura. Hug li. 2. p. 3. c. 1. 1. Pet. 2. b 2. Cor. 3. d Hug. vbi su p. 1. c. 1. Isid. li. 2. os. eccl. cap. 4. Num. 6 b.

Acta. 18.e & 21.d. cti, crine posito inueniantur. Sicut ad Ezechiele dicitur. Fili hominis sume gladium acutum, & duc super caput tuum, & barbum. In actibus etiam Apostolorum. Priscillam, & Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoque & alij quidam discipuli Christi hoc fecerunt. Rectè ergo in quibuslibet gradibus constituti, clerici vocantur, quorum nomina, & rationes nominum Isidorus exponens, ait. Cleros, & clericos hinc appellatos esse credimus, quia Mathias electus est sorte: quem primùm per Apostolos legimus ordinatum. Cleros enim Græcè, Latinè sors, vel hæreditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici, quia sunt de sorte domini, vel quia Deum partem habent. Generaliter verò clerici nuncupati sunt omnes, qui in ecclesia Dei deseruiunt: quorum gradus, & nomina sunt hæc, Ostiarius, Lector, &c.

Isi.li.7.Ety c. 12. Et di 21.c.Cleros. Act. 1.d. Nu. 3. & 18.

De Ostiarijs.

Isid. lib.7. Ety.ca. 12. in fine. 1. Par.26. Ex con. 4. Cart ca. 9. Et de cōse. di.23. cap. Ostiarius. Et Hug.ubi su.c.5. Ioan 2.c. Ioan. 10 b

Ostiarij, ijdem Ianitores sunt, qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus. Dicti autem ostiarij, eò quòd præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus, & extra custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, dignos recipiũt, indignos respuunt. Vnde & eis, cùm ordinantur, claues ecclesiæ dantur ab episcopo, & dicitur eis. Sic agite, tanquam rationem Deo reddituri pro rebus, quæ clauibus istis recluduntur. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes, & ementes eiecit de templo. Ipse enim se ostiarium significans dicit. Ego sum ostium per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

De Lectoribus.

Hug.ibidē. cap 7. Isid. lib. 7. Ety. ca.21. Et di 21.c. Cleros. Idem li. 2. de of. c.11.

Secundus est gradus Lectorum. Lectores à legendo, sicut Psalmistæ à psalmis canendis vocati sunt. Illi enim prædicant populis quid sequantur: isti cantant, vt excitent ad compunctionem animos audientium: licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, vt quosdam ad luctum & lamentationem cōpellant. Iidem etiam Pronunciatores vocantur, qui populo annunciant: quia tam erit clara eorum vox, vt etiam longè positorum aures adimpleat. Ad lectores autem pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ nunciauerunt populis prædicare: vt iam ex officio in ecclesia legat prophetias & lectiones. Vnde & ei, vidente populo traditur ab Episcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur. Accipe, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter impleueris officium, partem cum his qui benè verbum Dei ministrauerunt. Qui ad hunc gradum prouehitur, literarum scientia debet esse instructus, vt sensum verborum intelligat, vim accẽtuum sciat, distinctè legat: ne confusione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicatiuè, quid interrogatiuè sit legendum, vbi sit in oratione facienda distinctio. Hæc enim malè seruata, intellectum turbant, & alios ad risum prouocant. Auribus, & cordi consulere debet vox lectoris. Hoc officium impleuit Christus, cùm in medio seniorum librum Esaiæ aperiens, distinctè ad intelligendum legit. Spiritus Domini super me, &c. Ex quo lectori-

Ex cōc.Car. 4 c.8. dist. 23.c lector

Luce 4. c Esaie 61. a

bus datur intelligi, quia gratia spirituali clarere debent, qui alijs verbum Dei annunciant. Hic ordo formam, & initium à prophetis accepisse videtur: quibus dicitur. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Esaia. 58.

De exorcistis.

Hu. vbi su. c.8. Isi li.7 Ety c.12. Et di. 21.c.cleros Dist. 25.c. Perlectis.

Tertius est ordo Exorcistarum. Exorcistæ autē ex Græco in latinum adiurantes, vel increpantes vocantur. Inuocant enim super catechumenos, & super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos, & catechumenos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mundum, qui spiritibus immundis imperat: & malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno: ne medicina, quam alij facit, sibi non prosit, & dicatur ei. Medice cura te ipsum. Hic cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis. Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos vel catechumenos. Hoc officio vsus est Dominus, quando saliua sua tetigit aures, & linguam surdi & muti, dicens, Epheta, quod est. Adaperire; per hoc docens, nos spiritualiter debere aperire aures præcordiorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum: vt pulso dæmone spiritus sanctus vas suum recipiat. Hoc etiam officio vsus est Christus, cum dæmoniacos multos sanauit. Hic ordo à Salomone videtur descendisse: qui quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati exorcistæ vocati sunt. De quibus Christus in euangelio. Si ergo in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri, scilicet exorcistæ, in quo eijciunt?

Luce 4. d Ex cō.Car. 4.cap 7 & Isi. vbi sup. c.13.& di. 23.c. Exorcista. Mar. 7.d

Matth. 8.d Dist. 21.c. Decretis. Glo.3.Reg. 4. & Iosephus lib.8. antiq.ca. 2

De Acolytis.

Hu. vbi su. c 9 Isi.c.12 li. predic. di. 21. cap. Cleros.

Quarto loco succedunt Acolyti. Acolyti verò Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, vel sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria, & deportantur ab eis, non ad effugandas aeris tenebras, cum sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum: vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua legitur, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad Acolytum pertinent præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat, ipse vrceolum cum vino & aqua suggesta, pro eucharistia, subdiaconis præparat. Hic cum ordinantur, cum edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant, ab archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, & vrceolum vacuum. Hoc officium Dominus se habere testatur, dicens. Ego sum lux mundi; qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Huius officij formam illi gerebant in veteri testamento, qui lucernas candelabri componebant, & accēdebant igne cœlesti, ad illuminandas tenebras Aquilonares.

Ex conc. 4. Car.c.6.

Ioan. 8.b Exod. 27.a Io. 6. b. & 23 a. Exo.25.a.

De subdiaconis.

Quintus est ordo Subdiaconorum. Græcè Hypodiaco- Hu. vbi su.

diacones vocantur, quos nos Subdiacones dicimus, Qui ideo sic appellantur, qui subiacent præceptis, & officijs Leuitarum. Oblationes enim in templo à fidelibus suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebræos Nathinæi vocabantur, idest, in humilitate Domino seruientes. Ad subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque ministrare: vrceolum quoque, & aquamanile, & mantergium tenere. Episcopo, & presbyteris, & leuitis, pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere. His lex continentiæ imponitur: quia altari propinquantes, vasa corporis & sanguinis Christi portant. Vnde illud implere debent. Mundamini qui fertis vasa Domini. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo: necnon corporalia, & pallas, & substratoria lauare. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi patenam & calicem vacuum; ab archidiacono verò vrceolum cum aquamanili, & mantergium. Hoc officio vsus est Dominus, quando linteo se præcinxit, & mittens aquam in peluim, pedes discipulorum lauit, & linteo tersit.

1. Esdræ. 2. | Isid. de eccl. off. li. 2. ca. 10 & Greg. in regist. ep. 42. li. 1. | Esa. 52. d | Ex cō. Cart. 4. cap. 5. | Ioan. 13. a

De diaconis.

Diaconorum ordo sextum tenet locum, propter senarij perfectionem. Hic ordo in veteri testamento à tribu Leui omnem accepit, vel traxit: dicuntur enim & Leuitæ. Præcepit quippe Dominus Moysi, vt post ordinationem Aaron, & filiorum eius, prorsus tribus Leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur, & consecraretur Domino, & seruirent pro Israel coram Aaron, & filijs eius in tabernaculo: ipsique gestarent arcam, & tabernaculum, & omnia vasa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent, & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumque componerent. A vigintiquinque annis, & supra iussi sunt seruire in tabernaculo. Quam regulā in nouo Testamento sancti patres constituerunt, quia hæc ætas ad ferenda onera est robusta. Leuitæ ergo ex nomine autoris vocati sunt. De Leui enim Leuitæ exorti sunt, à quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi Græcè Diacones, Latinè ministri dicuntur: quia sicut in sacerdote cō secratio, ita & in Diacono mysterij dispensatio habetur. Ad Diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, scilicet in baptismo, in chrismate, in patena, & calice: oblationes quoque inferre, & disponere in altari: componere etiam mensam Domini & vestire, crucem ferre, & prædicare euangeliū, & epistolam ad populum. Nam sicut Lectoribus vetus testamentum, ita Diaconis nouum prædicare præceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, & recitatio catechumenorum nominum. Ipse præmonet aures habere ad Dominum: ipse donat pacem, & ipse annunciat. Quod autem huic ordini à Moyse statutum est, hoc etiam in nouo testamento repræsentatur, cum Diacono super læuum humerum stola ponitur, & casula in diebus ieiunij cō plicatur: quia quicquid laboris, & sustinentiæ in hac vita toleratur, quasi in læua portatur, donec in dextera, idest æternitate, requies habeatur. Hic ordo ab Apostolis celebratus est, quando (vt legitur in Actibus Apostolorum) septem viros plenos spiritu sancto ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa, manus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo inoleuit, vt in omni matrice ecclesia septem Diacones circa Christi aram, quasi septem columnæ, assistant. Hi sunt septem angeli tuba canentes in Apocalypsi: qui quales esse debeant apostolus docet, Timotheo scribens. Hi cum ordinantur, solus Episcopus eis manum imponit: quia ad ministerium applicantur. Ponit eis orarium, idest stolam, super læuum humerum, vt per hoc intelligant se accepisse iugum Domini suaue, quo ad sinistram pertinentia diuino timori subijciant. Accipiunt, & textum euangelij, vt intelligant se esse præcones euangelij Christi. Hi autem antequam ordinentur, probentur, vt docet apostolus: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Hoc officio vsus est Christus, quando post Cœnam sacramentum carnis, & sanguinis discipulis dispensauit, & quando apostolos dormientes ad orationem excitauit, dicens. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

Hug. lib. 2. par. 3 c. 16 | Nu. 3. b. & 8. d & 18. a | Num. 4. a | Num. 18. a | In decre. di. 78. | Isid. lib. 7. Ety cap. 12. dist. 21. ca. Cleros. | Dist. 25. ca. Perlectis. | Num. 4. a | Isi. vbi sup. c. 8. | Act. 6. b | De cō. d. 2. ca eps. | Apoc. 8. a | 1. Tim. 3 a | Ex cō. Cart. 4 c. 4. & Isido. de eccl. of. ca. 8. | Di 23. cap. Diaconus. | Matt. 11. d | 1. Tim. 3. b | Matt. 26. c | Lucæ 22. d

De presbyteris.

Septimus est ordo presbyterorum. Presbyter Græcè, senior interpretatur Latinè. Non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem, & dignitatem quam acceperunt: presbyteri nominantur, qui morum prudentia & maturitate conuersationis præcellere debent in populo. Vnde scriptū est. Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorū numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Ideo autem ēt Presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent sicut Episcopi: quia ipsi nec chrismate frontem signant, nec paracletum dant: quod solis deberi Episcopis lectio Actuum apostolorum demonstrat. Vnde apud veteres iidem Episcopi & presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis * hoc ætatis. Sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quod est sacrum dans, siue sacer dux. Sicut enim Rex à regendo, ita Sacerdos à sacrando dictus est: consecrat enim & sanctificat. Antistes verò sacerdos dictus est ab eo, quòd antè stat: primus enim est in ordine ecclesiæ. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere. Qui cum ordinantur, inunguntur eis manus, vt intelligant se accepisse gratiam cō secrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipiunt & stolam, quæ vtrunque tenet latus: quia debent esse muniti armis iustitiæ contra aduersa & prospera. Accipiunt etiam calicem cum vino, & patenam cum hostijs, vt per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo à filijs Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices & minores sacerdotes instituit Deus per Moysem: qui ex præcepto Dei. Aaron in summū potificem, filios verò eius vnxit in minores sacerdotes. Christus quoq; duodecim elegit discipulos prius quos

Hug. c. 12. li. prealle. | Isid. 7. Ety. c. 13. di. 21. ca. cleros. | Sapien. 4. b | Di. 23. para. 1. supra. | Act. 8. cap. 19 a. | * non. | Dist. 25. c Perlectis. | Rom. 6 b | Isi. lib. 2. de ec cl. of. c. 7 | Exod. 29. a | Math. 10. a

Luca 10 a quos & Apostolos vocauit: quorum vicem gerunt in ecclesia maiores Pontifices. Deinde alios septuaginta & duos discipulos designauit: quorum
Matt.16. c vicem in Ecclesia tenent presbyteri. Vnus autem inter Apostolos princeps extitit Petrus: cuius vicarius, & successor est pontifex summus: vnde dicitur Apostolicus: qui & Papa vocatur, scilicet pater patrum. Qualis autem eligi de-
1. Tim.3.a beat presbyter. Apostol. scribens Timotheo ostendit: vbi nomine Episcopi presbyterum signifi-
Matt. 27. f Hebr. 9. c Matt. 26. cat. Hoc autem officio vsus est Christus, cùm seipsum in ara crucis obtulit, idem sacerdos, & hostia, & quando post cœnam panem, & vinum in corpus suum, & sanguinem commutauit. Ecce de septem ecclesiæ gradibus, breuiter elocuti, quid ad quemque pertineat insinuauimus: Cumque omnes spirituales sint & sacri: excellenter tamen canones duos tantùm sacros ordines appellari censent, Diaconatus, scilicet & Presbyteratus: quia hos solos primitiua ecclesia legitur habuisse, & de his solis præceptum Apostoli habe-
1.Tim. 3.b mus. Apostoli enim in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus: quorum maxi-
Actuũ 6. b mus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos verò &
De æta. & qual.ord.c. Acolytos procedente tempore ecclesia sibi constituit.

Quid sit quod hic dicitur ordo.

Si autem quæritur, quid sit, quod hic vocatur ordo; sanè dici potest signaculum esse, idest sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. Character ergo spiritualis, vbi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra, idest gratia, confertur, quam figurant ea quæ ibi geruntur.

De nominibus dignitatis, vel officij.


Sunt & alia quædam non ordinem, sed digni-
Isid. lib. 7. Ety.ca. 12. Et dist. 21. c.Cleros. tatum, vel officiorum nomina. Dignitatis simul, & officij nomen est Episcopus. Episcopatus autem vocabulum inde dictum est, quòd ille, qui Episcopus efficitur, super intendat, curam, scilicet
Aug.19.de ciu. Dei ca. 19. subditorum gerens. Σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Episcopi autem Græcè, Lati-
Ezec. 33. b nè speculatores interpretantur. Nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eo quòd speculetur, atque prospiciat populorum infra se positorum mores & vitam. Pontifex est princeps sacerdotum, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos nuncupatur: ipse enim Leuitas, & sacerdotes efficit: ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.

De quadripartito ordine episcoporum.

Isid ibid.& eadem. dis. Ordo autem Episcoporum quadripartitus est, scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis. Patriarcha Græcè, summus patrum interpretatur: quia primum, idest Apostolicum tenet locum: vt Romanus, Antiochenus, Alexandrinus: sed omnium summus est Romanus. Archiepiscopus, princeps Episcoporum. Archos enim Græcè, Latinè princeps dicitur. Metropolitæ autem à mensura ciuitatum dicuntur. Singulis enim prouincijs præeminent: quorum autoritati, & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt. Solicitudo enim totius prouinciæ ipsis Episcopis commissa est. Omnes autem superius designati ordines, Episcopi nuncupantur. Nota quòd Archiepiscoporum nomine primates superius significasse videtur, & Metropolitanorum, quos nunc Archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio à Gentilibus introducta videtur, qui suos flamines alios simpliciter flamines alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Sacerdotes enim Gentilium flamines dicebantur, qui habebant in capite pileum, in quo erat breuis virga, desuper habens aliquid lanæ: quod cum per æstum ferre non possent, filium tantum in capite ligare cœperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nefas erat. Vnde à filio quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Sed festis diebus filo deposito, pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. Vates à vi mentis appellati sunt. Cuius significatio multiplex est: modò enim sacerdotem, modo prophetam, modò poetam significat. Cantor verò vocatur, qui vocem modulatur in cantu. Huius sunt duo genera. Præcentor, & Succentor. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu: Succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat. Qui autem non consonat, nec concinit, concentor non erit. His breuiter tractatis, admonendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita præcellant vitæ sanctitate, vt plebs eis commissa, eorumque disciplinis edocta, gratanter eis obediat, & eorum imitatione de die in diem proficiant, à quibus diuina sacramenta percipiunt, & missarum solemnia audiũt. Missa autem dicitur, vel quia missa est hostia, cuius commemoratio fit in illo officio: vnde dicitur. Ite, missa est. idest, sequimini hostiam, quæ missa est ad cœlestia, tendentes post eam: vel quia missus cœlestis venit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare cœleste defertur hostia. Vnde & dicitur, Missa est.

[Right margin: 2.Cor.11.g; Isid.ibid.& di. præall.; Hug.lib. 2. Par.cap. 3.]

DISTINCTIO XXIIII.



VPERIVS determinauit Magister de sacramento baptismi, confirmationis, eucharistiæ, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis. Hic determinat de sacramento ordinis, & diuiditur in duas. Continuatio.

Primo determinat de ordinum distinctione. Diuisio.

Secundo de collatione dist. sequenti. ibi. (Solet quæri.)

Prima in tres.

Primo de dispositione ad ordinem, scilicet de tonsura.

Secundo de ipsis ordinibus ibi. (Ostiarius.)

Tertio de officijs, & dignitatibus quæ ordines

dines consequuntur ibi. (Sunt & alia.)
Media diuiditur in septem.
Primo determinat de ostiarijs.
Secundo de lectoribus ibi. (Secundus.)
Tertio de exorcistis. ibi. (Tertius.)
Quarto de acholitis. ibi. (Quarto loco.)
Quinto de subdiaconis. ibi. (Quintus.)
Sexto de diaconis. ibi. (Diaconorum.)
Septimo de presbyteris. ibi. (Septimus.)
Illa pars, quæ incipit ibi. (Sunt & alia.) Diuiditur in tres,
Primo determinat de dignitate episcopali.
Secundo de gradibus dignitatis illius. ibi. (Ordo autem.)
Tertio de quibusdam officijs minoribus, ibi. (Vates a vi mentis.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de quinque.
Primo de tonsura.
Secundo de conditione, portandi tonsuram.
Tertio de ordine.
Quarto de ordinis effectu.
Quinto de episcopatu.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur tria.
Primo vtrum tonsura sit ad ordinũ susceptionem dispositio congrua.
Secundo vtrum sit ordo.
Tertio vtrum sibi abrenunciatio temporalium sit annexa.

QVAESTIO I.

Vtrum tonsura sit ad ordinum susceptionem dispositio congrua.

Arg. 1. D. Bon. li. 4 di. 24. du. 4 D. Tho. in Add. 3. p. q. 40 ar. 1.

ET VIDETVR, quòd non: magis etenim est congrua ad ordinum susceptionem dispositio animæ, quam corporis, sed indispositus in anima sicut peccator potest suscipere ordines: ergo in corpore nulla requiritur dispositio ad eorũ susceptionem.

Secundo. Item essentialius ordinatur ordo prior ad sequentem, quam tonsura ad aliquem ordinẽ: sed prætermisso ordine priori, potest suscipi sequens ordo: extra de clerico per saltum promo. cap. vnico: ergo tonsura non requiritur ad ordinum susceptionem.

Tertio. Item sicut dicit Magister huius dist. cap. 1. Tonsuræ ecclesiasticæ vsus a Nazareis exortus videtur, sed vt habetur Nume. 6. Nazareorum radebatur totum caput: quia ibi dicitur quòd radebatur caput eorum nulla restrictione apposita: ergo tonsura facta eo modo, quo fit in clericis non est dispositio ad susceptionem ordinum: sed deberet totum caput eorum radi.

In oppositũ. CONTRA, secundum Magistrum huius distinctio. capitulo primo. Omnes ordinati, dicti sunt electi, non potest ergo aliquis esse ordinatus, nisi sit clericus: cum ergo nullus sit clericus nisi tonsuratus, tonsura est dispositio ad ordinum susceptionem.

Secundo. Item consuetudo approbata pro lege habẽda est, sed secundum approbatam consuetudinem ecclesiæ, homines tonsurantur antequam ordinentur: ergo tonsura dispositio est ad ordinum susceptionem.

CONCLVSIO.

Tonsura capillorum ad ordines suscipiendos congrua æquidem dispositio est.

Respon. Ad aliquid suscipiendũ no. duplicẽ dispositionẽ. RESPONDEO, quòd duplex est dispositio ad aliquid suscipiendum, quædam necessitatis, quædam congruitatis. Primo modo tonsura non est dispositio ad ordinum susceptionem: quia si non tonsuratus ordinaretur vere reciperet ordinis sacramentum, quamuis ipse scienter, sic ordinem recipiens, & ordinator talem sciẽter ordinans grauiter peccarẽt: quia ordinari non debet nisi clericus, & sine tonsura clericus non est: argumentum ad hoc decre. 23. distinct. Psalmista. § Clerici.

Secundo modo loquendo, dico quòd tonsura facta in summitate capitis ad modũ speręcum resecatione capillorum inferiorum: ita vt non possit tegere aliquod organum sensuum, est dispositio ad ordinum susceptionem, in eis enim, vt dicit Magister huius distinctio. cap. primo, debet denudari capitis summitas, vt eorum mens libera ad Deum monstretur; summitas enim capitis repręsentat eminentiam mentis, & denudatio capitis mentis reuelationem, clericus enim secretorum Dei ignarus esse non debet: ideo etiam in modum spere debet fieri: quia vt dicit Magister eodem capitulo, per tonsuram significantur esse in parte sortis ministerij Dei, cui seruire regnare est: ministri enim ecclesiæ reges esse debent, sic intelligendo, vt se & alios regant, quod probat Magister per illud quod dicit beatus Petrus in prima canoni. sua capi. secundo. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Debent etiam resecari capilli inferius, ita vt non operiant aliquod organum sensuum ad significandum, vt vitia per organa sensuum pullulantia præcidantur, & quòd ad audiendum & intelligendum verbum Dei a superfluitate rerum temporalium impediri non debent. Quod autem in modum speręradi debeant: habetur decre. distinct. 23. Prohibere. Quod autem resecari debeant inferiùs capilli modo supradicto habetur eadem dist. Non liceat: secundo, & congruum est a statu laicorum ad statum ordinatorum ad ministerium Dei transire, volentes recipere dispositionem prædictam qua a statu laicorum separarentur, & ad diuinum ministerium præpararentur. In omni transitu ab vno statu in aliũ con-

conueniens est transire per mediam dispositionem, quod etiam nos docet natura non trāsmutans materiam ab vna forma in aliam, nisi aliqua mediante dispositione.

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ peccator scienter recipiens ordinem grauiter peccat, & talem scienter ordinans, & simile concessi de non tonsurato, tamen sicut si peccator ordinatur ordinatus est, ita si non tonsuratus ordinatur ordinatus est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd prior ordo ita est dispositio ad sequentem, quòd quāuis priori non suscepto, sequens possit suscipi, non tamen sine peccato, tam ex parte suscipientis, quàm conferentis, nisi forte per probabilem ignorantiam excusetur: simili modo dico de non tonsurato, qui ordinatur.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd similitudo tōsuræ Nazareorum, & clericorum attenditur, quantum ad genus, non quantum ad tonsionis speciem, vel modum. Tonsio enim Nazareorum significabat totalem eorum separationem a communibus officijs seculi: sed non eorum electionem, ad speciale ministerium Dei.

Ad aliam partem. Ad Dvo argumenta ad partem secundam dicendum, ꝙ procedunt de dispositione congruitatis.

QVAESTIO II.

Vtrum tonsura sit ordo.

Arg. 1. D. Bon. di. eadem. ar. 1 q. 2. D. Th. vbi su. ar. 2. Et videtvr, ꝙ sic: quia est signum rei sacræ, vt visum est: sed esse signum rei sacræ, est ratio sacramenti: ergo est sacramentum, sed non aliud, quam ordo.

Secundo. Item absque sacramento ordinis, non constituitur quis in gradu dignitatis ecclesiasticæ super alios fideles: sed per tonsuram constituitur tonsuratus in gradu aliquo dignitatis ecclesiasticæ super laicos: ergo tonsura est ordo.

In oppositū. Contra, ordo non confertur sine celebratione missæ, secundum consuetudinem ecclesiæ Romanæ, sed tonsura absque celebratione missæ irreprehensibiliter confertur: ergo non est ordo.

CONCLVSIO.

Ipsa non est ordo, sed ad ordinis susceptionem dispositio.

Respon. Respondeo, quòd tonsura proprie loquendo non est ordo, sed dispositio ad ordinis susceptionem, vt dictum est: ordo enim sacramentum est, vt ostenditur, & tonsura sacramentum non est: sicut enim catechismus non est causa rei sacræ a sacrando dictæ, nisi mediante baptismo, sic nec tonsura nisi mediāte ordine. Vnde & si sit quid sacramentale, nō tamen sacramentum.

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, quòd tonsura, & si sit signum alicuius rei sacræ, non tamen est signum rei sacrantis, quam efficiat, non enim cum aliquis tonsuratur ex vi tonsurationis sacer efficitur. Vnde tonsura, propriè loquendo, non est sacramentum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd si extendatur nomen dignitatis maior est falsa: quia sic non tantum dicitur dignitas in illa, in qua confertur spiritualis potestas in ordine ad sacramentum Eucharistiæ conficiendum, & dispensandum: quæ dignitas est in sacramento ordinis, sed dicitur etiam dignitas aliquem consequens ordinem, vt episcopatus: & dispositio ad ordinem, vt tonsura: & officium annexum ordini, vt psalmistatus: qui ordo non est, sed propriè loquendo, est officium annexum ordini lectoris: quia lector legendo instruit intellectum: sed cantando excitat affectum, & quia primum requirit distinctam prolationem, quæ non conueniret multitudini simul loquenti: ideo ordinatur homo ad hoc, vt solus hoc officium faciat, excitatio autem affectus benè fit per multitudinis cantum, & meliùs, quàm per cantum vnius. Vnde psalmistatus ordo non est, nec nisi impropriè dignitas dici potest.

QVAESTIO III.

Vtrum tonsuræ temporalium abrenunciatio sit annexa.

Arg. 1. D. Bon. q. 3 D. Th. ar. 3 Et Videtvr, quòd sic: illi annexa est abrenunciatio temporalium, pro quo debet homini ab ecclesia prouideri: sed cuiuslibet clerico debet ab ecclesia prouideri de victu: extra de præbendis. Non liceat: vbi dicitur de episcopo, vt duorum alterum eligat, vt faciat clericos, vel si fecerit det illis vnde viuère possint: ergo cum per tonsuram fiat homo clericus tonsuræ temporalium abrenunciatio est annexa.

Secundo. Item duodecima quæstione, idest, Nolo: qui habuerit proprium, vel habere voluerit: & de proprio viuere, sequitur parum post. Parum est, vt dicam non manebit mecum, sed nec clericus erit.

Tertio. Item ad maiorem perfectionem tenentur clerici noui testamenti, quàm veteris: sed clerici veteris testamenti non habuerunt sortem propriam: eis enim dixit Dominus, vt habetur Numerorum decimo octauo. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ergo pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel: ergo nec licitum est clericis noui testamenti proprium habere.

In oppositū. Contra, prima, quæstione secunda. Clericos. Clericos illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari: quibus parentum, & propin-

pinquorum bona nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum, & propinquorum, & operibus sustentari possunt: si quod pauperum est, accipiunt sacrilegium profecto committunt: ergo clericis licitum est habere proprium, si bona ecclesiæ non habent.

Secundo. Item duodecima quæstione prima. Certe ego: & sumptum est ab Augustin. in quodam sermone. Qui volunt habere aliquod proprium, quibus non sufficit Deus, & Ecclesia eius maneant vbi volunt, non eis clericatum aufero: ergo clericis licitum est habere proprium.

CONCLVSIO.

Temporalium abrenunciatio tonsuræ verè annexa non est, at minor solicitudo temporalium clericos decet, quàm laicos.

Respon. RESPONDEO, quòd habentium tonsuram clericalem, quidam profitentur regularem vitam & istis non licet habere proprium; extra de statu monacho. Cum ad monasterium, vbi dicitur. Prohibemus districtè, in virtute obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat. Et infra, paragrapho, prior autem. Nec existimet abbas, quòd super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam, nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Illis autem, qui non profitentur regularem vitam, licitum est habere proprium; prima quæstione secunda. Pastor. & capitulo sequen. & duodecima quæstione prima, Episcopi, vbi dicitur, quòd de rebus proprijs, vel acquisitis, vel quodcunque de proprio habent hæredibus suis, si voluerint derelinquant, in quo expressè patet, quòd non tantùm illi clerici, qui non habent nisi tonsuram, sed etiam episcopi licitè possunt habere proprium: magis tamen decet, quòd de proprio minus sint solliciti, quam laici, & quòd de illo liberaliùs pauperibus eleemosynas distribuant. Et sic patet, quod temporalium abrenunciatio tonsuræ non est annexa.

Ad primũ. Quibus de temporalibus ecclesia prouidere debet. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd habentium tonsuram clericalem, quidam sunt constituti in sacramentis, & istis ordinatores, vel eorum successores prouidere tenentur, eo modo, quo superius dictum est: cuius ratio est: quia Ecclesiæ obligati sunt, nec valent reuerti ad seculares actus, & de talibus intelligitur illa decretalis. Non liceat. Quidam sunt non constituti in sacris, & istis non tenetur ecclesia prouidere, nisi quandiu ecclesiæ deseruiunt. Ex quadam tamen honestate, si pauper est, plus tenetur sibi Ecclesia, quàm alteri pauperi: quamuis etiam ordinatis in sacris non habentibus proprium sufficiens ad necessitatem naturæ, vel ad viuendum secundum dignitatem status, vel personæ prouidere teneatur ordinator per eius successor: extra de præben. Cum secundum Apostolum: tamen habentibus proprium sufficiens ad necessitatem naturæ, & dignitatem status, & personæ prouidere non tenentur, prima quęstione secunda. Pastor ecclesiæ. vbi dicitur: his quibus sua sufficiunt non debet pastor ecclesiæ, aliquid erogare.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis primo ita senserit Augustin. postmodum tamen mutauit duodecima quæstione prima. Certe ego sum, qui statueram nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere: vt si vellet a proposito recedere rectè illi tollerem clericatum, ecce in conspectu Dei, & vestro muto consilium.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd clerici veteris testamenti, & si non debeant habere sortem distinctam ab alijs tribubus, eo quòd propter diuinum cultum debebant inter eos morari, tamen habebant proprias possessiones cum illis.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER queritur de secundo principali. Et circa hoc, quæruntur tria.

Primo vtrum clerici non beneficiati, nec in sacris constituti teneantur portare tonsuram.

Secundo vtrum clerici vxorati, non tamen bigami, teneantur portare eam.

Tertio vtrum bigami non teneantur portare eam.

QVAESTIO I.

Vtrum clerici non beneficiati, nec in sacris constituti teneantur portare tonsuram.

Arg. 1. ET VIDETVR, quòd non: quia qui potest renunciare priuilegio clericali non tenetur portare tonsuram propter quam priuilegiatus est, sed prædicti clerici possunt renunciare priuilegio clericali: quilibet enim renunciare valet ei quod pro se noscitur introductum: extra de regularibus. Statuimus: ergo prædicti clerici, non tenentur portare clericalem tonsuram.

Secundo. Item extra ne clerici, vel monachi secularibus negocijs se immisceant. Sacerdotibus. Indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari, sed illi quibus non debet ecclesia subuenire, non videntur teneri ad portandum clericalẽ ton-

tonsuram: quia si eam portarent esset in ecclesiæ opprobrium, non honorem: ergo clerici per quos scandalum in ecclesia generatur, nõ tenentur portare clericalem tonsuram.

In oppositum. CONTRA, decre. distinct. 23. Clerici. Clerici, qui comam nutriunt ab archidiacono etiam si nolunt inuiti detondeantur.

Secundo. Item extra de vi. & honesta. clericorum. Si quis. Si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit.

CONCLVSIO

Clerici cuncti vtentes priuilegio clericali clericorum insignia deferre tenentur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ clerici de quibus est quæstio, aut publicè exercent actus repugnantes statui clericali, aut non: si sic, quamuis exercendo actus tales peccent, non portando tamen tonsuram clericalem non peccant, immo magis eam portando peccarent, & tales si tertio moniti ab illo ad quem spectat seipsos emendare contempserint priuilegio clericali efficiantur exortes: extra de sentent. excommunicatio. Contingit secundo, quia vt ibidem dicitur priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. Si autem non exercent actus repugnantes statui clericali: sed tanquam clerici priuilegio clericali vtuntur, peccant non faciendo sibi radi tonsuram loco, & tempore sicut decet, & ad eam portandum compelli possunt, & debent, & sic intelligenda sunt iura allegata ad partem secundam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd minor est falsa, nisi enim clerici prędicti vellent ad bigamiam se transferre, quo facto tonsuram portare non tenentur, sed non portare, vt patebit, vel aliàs faciant aliquid pro quo priuentur priuilegio clericali, illi priuilegio renunciare non possunt, cum non sit hoc beneficium personale, sed potius toti collegio ecclesiastico publicè sit indultum: extra de foro compe. Si diligenti. est etiam hæc libertas clericis indulta pro clericorum tutela, & laicorum violentia coercenda: extra de sentent. excommunicatio. Contingit primo. ius autem ad contrarium allegatum intelligendum est de priuilegio indulto in fauorem personæ tantum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd clerici scandalum generantes in ecclesia, ad correctionem compellendi sunt, & ex consequenti ad portandum tonsuram clericalem cogendi, nisi forte tale facinus commiserint, pro quo merito debeant priuari clericali priuilegio.

QVAESTIO II.

Vtrum clerici vxorati non tamen bigami teneantur portare tonsuram.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: extra de clericos coniu. Ioannes. dicit dominus Papa de clerico vxorato, qui ante in acholitum fuerat ordinatus, ꝙ super ipsum tonsuratione sua episcopus non molestet, dummodo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum, ratione cuius teneatur deferre clericalem tõsuram.

Secundo. Item e. t. Ex parte: dicit dominus papa reginæ angelorum de clericis vxoratis. Equanimiter diximus tolerandum: si a talibus institutis debitas velut ab alijs vxoratis exigas, & seruitia consueta. Tales ergo non gaudent priuilegio clericali, sed non gaudentes priuilegio clericali tonsuram clericalem non tenentur portare.

Tertio. Item e. t. c. Vt consultationi. miles tuę dioce. qui cum in minori constitutus erat ætate tonsuram tantum, & clericalem coronam assumpsit non est cogendus deferre habitum clericalem: ergo a simili nec tonsuram.

In oppositum. CONTRA, tales gaudent priuilegio clericali, sicut de facto, & consuetudine videmus: ergo tonsuram clericalem portare tenentur.

Secundo. Item extra de vi. & honesta. clrico. Clericus si tonsura. Clericus si tonsura dimissa ac ceperit vxorem: paucis interpositis sequitur. Tondeatur, nec in vita sua tonsuram suam dimittere audeat.

CONCLVSIO.

Priuilegio clericali si potiantur, tenentur profectò.

Respon. RESPONDEO, quòd clerici de quibus est quæstio, aut vtuntur priuilegio clericali, aut non. Si sic tenentur portare clericalem tonsuram. Si non, aut hoc est vt euitent ecclesiasticum iudicium, quod propter suum delictum formidant existimantes euadere facilius in curia laici, aut hoc non est propter aliquod delictum, pro quo formident iudicium ecclesiasticum, sed quia volunt se pęnitus ad actus laicales transferre, vtpotè qui volunt fieri milites, vel alia secularia negocia exercere.

Primo modo compelli possunt, & debent, vt tonsuram ferant, & iudicium ecclesiasticum subeant. secundo modo credo, quòd compelli non debent tonsuram portare clericalem, & sic intelligi debent iura allegata ad partem primam. De illis autem qui volunt vti priuilegio clericali, procedunt argumenta ad partem secundam.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum bigami teneantur tonsuram non portare.

CONCLVSIO.

Bigamos seculares clericalem tonsuram deferre non decet, religiosis verò, quam ante bigamiam susceperunt, licere deferre autumamus.

RESPONDEO, ꝙ clerici bigami, aut sunt religiosi, aut seculares. Si seculares, dico ꝙ tenentur tonsuram clericalem non portare decre. dist. 84. Si quis clericus viduam, aut secundam ducens vxorem omnis ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox denudetur. Et extra de bigamis. Alrercationis. Bigamos omni priuilegio clericali declaramus esse denudatos, & coertioni fori secularis adiectos, consuetudine contraria non obstante, ipsos quoq; sub anathemate prohibemus deferre tõsuram, vel habitum clericalem. Si autẽ sunt religiosi: sic etiam dicunt quidam ꝙ tenentur eã non portare, quia constitutio generaliter lata est, quãuis pro religiosis non fuerit lata. Vnde sic videmus, ꝙ constitutio torneamenta prohibens omnes ligat quacunque intentione torneent, & quantuncunque sobriè propter hoc, ꝙ generaliter lata est, quãuis propter abutentes fuerit facta, sic a simili videtur istis, ꝙ in proposito sit dicendum. Ego autem credo, ꝙ licitum est bigamis religiosis tonsuram quam ante bigamiam receperunt, & maxime ante editionẽ constitutionis prædictæ in religione portare, quia series textus constitutionis illius ostendit, quamuis implicitè ipsos in hac prohibitione non includi, quia hoc relatiuum ipsos, refert tantum illos de quibus immediatè locutus est ante illos, scilicet q. adiecti sunt coertioni fori secularis, quod ad religiosos bigamos planum est non extendi, nec valet simile quod alij inducebant, quia ex serie textus decretalis illius, qua torneamenta prohibentur patet constitutionem generaliter esse latam, & nullam personam ab eo exclusam.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum ordo sit in ecclesia.

Secundo vtrum ordo sit sacramentum.

Tertio vtrum sint septem ordines tantum.

QVAESTIO I.

Vtrum ordo sit in ecclesia.

Arg. 1. D. Bon. dist. ead. arti. 2. q. 1. Scot. di 24. q vnica. D. Thom. in Addit. 3. p. q. 34. ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia vbi ordo ibi dominiũ, & seruitus, sed inter fideles nulla debet esse seruitus. Vnde Apostolus ad Gal. 5. Vos in libertatem vocati estis fratres: ergo in ecclesia non est ordo.

Secundo. Item vbi ordo ibi distinctio: sed vt dicitur ad Ephes. 4. Nos debemus esse soliciti seruare vnitatem spiritus: ergo inter nos non debet esse ordo.

In oppositum. CONTRA, Exod. 25. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratũ est, sed illud exemplar est ecclesia triũphãs, quæ est in monte sancto Dei: cum ergo in illa sit ordo, debet etiam esse in ecclesia militãte.

Secundo. Item Apostolus ad Ro. 13. Quæ a Deo sunt ordinata sunt, sed ecclesia est a Deo: ergo in ipsa est ordo.

CONCLVSIO.

Summopere decuit, imo necessarium fuit, ordines existere in ecclesia.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ Deus non tantum est ens, sed est omnium aliorum entium causa effectiua, & gubernatiua, & ideo vt expressius repræsentaretur in creaturis sub ratioue qua est causa effectiua, & gubernatiua, non tantum cõmunicauit eis participationẽ sui esse, eas efficiendo: sed etiam aliquam participationẽ rationis causæ, quibusdã conferendo super alias potestatem, quæ si sit respectu naturaliũ actuũ inuenitur in creaturis insensibilibus, sic enim superiora corpora potestatem habent super corpora inferiora. Si autem sit respectu actuũ agendorum ex imperio voluntatis, & iudicio rationis, sic est in creaturis habentibus intellectum, & voluntatem, & primo, & principaliter in ecclesia triumphante, & secundario in militante ad exemplar illius. Vnde Ber. tertio, de consi de. ca. 13. de hoc ordine dicit. Nec vilem reputes formam hanc quæ in terra est: exemplar habet in cælo, & in terra, non est paruipendendum, ꝙ & Deum habet actorem, & de cęlo ducit originem. Si autem hęc potestas in ecclesia militãte sit respectu temporalium magis debet dici principatus, vel dominium, quam ordo. Illa autem quæ est respectu spiritualium, maxime debet dici ordo, quia ordo temporalium sequi debet ordinem spiritualium, & secundum ipsum dirigi, & ad ipsum reduci.

Et etiam alia ratio quare diuina dispositio ordinem esse in ecclesia voluit, quæ plane ponitur decret. dist. 89. Ad hoc. Ad hoc dispositionis prouisio gradus diuersos, & ordines cõstituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores exhiberent potioribus, & potiores minoribus dilectionem impenderent, & vera cõcordia fieret, & ex diuersitate contexio, & ratione officiorum gereretur administratio singulorum, neque vniuersitas, alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Qui ordo attenditur secundum dona gratiæ gratis datę, quæ est potestas aliquod officium deputata, & talis nobis sub certitudine nota est, quamuis non sit gratia gratum faciens.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ subiectio non repugnat libertati nisi cum aliquis dominatur ad sui vtilitatẽ, vtens subiectis non ad vtilitatem eorum, potestas autem quæ est in ecclesia ad hoc est, vt prælatus vtatur subiectis ad eorum vtilitatem, & Dei honorem.

Vel potest dici, ꝙ ibi Apostolus loquitur de libertate spiritus quæ seruituti non opponitur corporali.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ vnitas spiritus in vinculo pacis, quæ est vnitas concordiæ nõ opponitur distinctioni officiorum: sed cõcordat, quia per talem distinctionem prædicta vnitas efficacius in ecclesia custoditur.

QVAESTIO II.

Vtrum ordo sit sacramentum.

Arg 1. D. Tho. vbi supra q. 2. Scot. vbi supra. D. Tho. ibidem ar 3. ET VIDETVR, ꝙ non: quia ordo est non tantum in hominibus, sed in angelis non est sacramentum: ergo a simili nec in hominibus.

Secundo. Item cuiuslibet sacramenti est aliqua determinata materia, quod per inductionẽ potest probari, sed ordinum non est determinata aliqua materia: ergo ordo non est sacramentum.

Tertio. Item si est sacramentum aut vnum, aut plura. Non vnum, quia si ordo esset sacramentũ, plures ordines essent plura sacramenta: Nec plura, quia tunc essent plura sacramẽta, quam septem, quod falsum est.

In oppositum. CONTRA, illud maxime videtur sacramentum per quod sacramenta alia dispensantur, sed tale quid, est ordo: ergo sacramentum.

Secundo. Item magister huius dist. c. 8. Ordo est quodam signaculum. i. quodam sacramẽtum quo spirituales potestas traditur ordinato, sed spiritualis potestas est res sacra, & signaculũ, quo traditur est signum illius. Cum ergo sacramẽtum sit rei sacræ signum, sequitur, ꝙ ordo sit sacramentum.

CONCLVSIO.

Ordo est verum sacramentum.

Responsio. Ordo dupliciter sumi potest. RESPONDEO, ꝙ ordo dupliciter potest accipi, vel pro ritu, seu signo quo traditur potestas ordinato, vel pro ipsa potestate tradita. Primo modo ordo est sacramentum tantum, secundo modo est sacramentum, & res: res, scilicet respectu signi prædicti, & sacramentum rei. i. gratiæ gratum facientis, seu augmenti eiusdem quæ dignè ordinem suscipienti confertur, vt inferius patebit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est simile, quia potestas angelorum nõ datur in aliquo sensibili signo, sicut illorum potestas qui in ecclesia ad diuinum ministerium ordinantur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ordinis determinata est materia, non tamẽ vna communis cuilibet ordini, sed in diuersis ordinibus diuersa: & sicut omnes ordines vnũ sunt sacracramentum, sic materiæ singulorum ordinum vnam completam materiam huius sacramenti constituunt: quæ autem sit materia in quolibet ordine, in sequenti articulo dicetur.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ est vnum sacrm̃ vnitate integra ex pluribus partibus ordinatis ad vnam, quia alij sex ordines ordinantur ad ordinem presbyteratus, qui est potestas conficiendi corpus Christi verũ, & sic patet quòd quamuis ordo sit sacramentum, non propter hoc sequitur, ꝙ plures ordines plura sint sacramenta.

QVAESTIO III.

Vtrum sint septem ordines tantum.

Arg. 1. D. Bon. dist. ead. p. 1. ar. 2. q. 4. Scot. ibid. D. Tho. q. 37. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ nõ: decre. di. 21. Cleros, & sumptum est ab Isid. li. 7. ety. ca. 12. Nouem sunt ordines, seu gradus in ecclesia: hostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbyter, Episcopus.

Secundo. Item vt superius habitum est in ecclesiastica hierarchia, est ad exemplar angelicæ, sed in angelis sunt nouem ordines: ergo a simili nouem sunt in ecclesia militante.

Tertio. Item in primitiua ecclesia non fuerunt ordines nisi presbyteratus, & diaconatus: cum ergo sacramenta sint a Deo instituta, non ab hominibus, videtur ꝙ non sint plures ordines quam illi duo, non enim legimus Deum postea alios instituisse.

In oppositum. CONTRA, Magister huius dist. c. 1. Septẽ sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines, sicut ex sanctorum patrum dictis aperte traditur, & capitis nostri, scilicet Iesu Christi exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est ecclesia eosdem ordines obseruandos reliquit.

CONCLVSIO.

Septem dumtaxat, nec plures, nec pauciores sunt ordines, & conuenientissime quidem.

Responsio. Ministri ecclesiastici sunt mediatores inter Deũ, & homines eisq; vnire debent. RESPONDEO, ꝙ potestas ordinis ministrorum ecclesiæ cum sint mediatores inter nos, & Deum, ordinatur ad vniendum nos cũ Deo, quæ vnio maxime fit per Eucharistiæ sacramentum, in quo Christus a nobis sumitur. Vnde, & maxime dicitur sacramentum vnionis, ad quam vnionem requiritur approximatio Christi ad nos. Et nostri ad ipsum. Primũ fit per sacramenti confectionem. Secundum per dignam eius sumptionem. In primo actu deseruiunt tres ordines, scilicet diaconatus, subdiaconatus, & presbyteratus. Subdiaconatus autem materiam sacramenti accipit a populo, & offert diacono: & diaconus accipit a subdiacono, & offert pſbytero: & presbyter a diacono, & offert Deo ipsam consecrando. In secũdo actu deseruiũt quatuor ordines minores, disponimur. n. ad dignam sacri susceptionem,

nem,& per remotionem prohibentis,& collationem dispositionis conferentis, prohibens autem quantum in se est, est homo malus ad cuius exclusionem ordinatur hostiarius,& etiam malus angelus, ad cuius expulsionẽ ordinatur exorcista:dispositio autem conferens aut disponit ad illuminãdum intellectum, ad quod ordinatur acolitus cęreos ad excitationem deuotionis deportãs, hi tamen ordines, quamuis sint sacramentum vnum vnitate prædicta,non tamẽ habent inter se, ita necessariã connexionem quin de facto possit suscipi posterior priori non suscepto.extra de clerico p saltum promoto.vbi Papa quendam qui diaconatus ordine prætermisso ordinem presbyteratus susceperat,mandat in diaconum ordinari,sed non ordinem presbyteratus reiterari,sed ipsum de misericordia permittit ministrare in ordine sacerdotis, & dicit de misericordia,quia ad hoc requirebatur dispensatio, qui enim per saltum promouetur non tantum peccat sic ordinem suscipiens, sed etiam executionem illius ordinis de iure non habet.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ ibi Isid.loquitur de ordine dicto communiter non propriè, propriè enim loquendo psalmistatus ordo nõ est,vt superius visum est,nec etiam Episcopatus, sed est nomen dignitatis ordinem præsupponentis,vt ostenditur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia ordines distinguuntur secundum exigentiam hierarchiarum quę sunt tres,quarũ quęlibet requirit tres ordines ad distincta officia ordinatos,sed ordines ecclesiastici accipiuntur in comparatione ad vnum, scilicet ad corpus Christi conficiendum,ad quod septem ordines sufficiunt, & ideo non oportet tot esse ordines in ecclesiastica hierarchia, quot in angelica.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ in primitiua ecclesia, quia pauciores erant fideles non fuit necessaria tanta multiplicatio ministrorum, sicut modo, & ideo illo inspirante qui omniũ ordinum officia in semetipso exhibuit,ecclesia voluit ministros multiplicare non de nouo ordines instituendo, quia omnes a Christo fuerũt instituti,sed alios quinque ordines conferendo.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum gratia gratum faciens in ordinatione conferatur.

Secundo vtrum character in quolibet ordine imprimatur.

Tertio in quo actu ordinationis imprimatur.

QVAESTIO I.

Vtrum gratia gratum faciens in ordinatione conferatur.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia ordo tam in ecclesia triumphante, quam militante est ad illuminandum, purgandum, & perficiendum: sed istos actus exercent in ecclesia triumphante superiores in inferiores sine noua collatione gratiæ gratum facientis:ergo similiter in ecclesia militante illuminatur, purgatur, & perficitur homo per sacramentum ordinis, absque susceptione gratiæ gratum facientis. *Arg.1. D.Thom.q. 35.art.1.in Addi.3.p. D.Bon. lib. 4. dist. 23. dub.2.*

Secundo. Item cum sacramentum ordinis sit directè contra defectum ignorãtiæ,vt superius visum est distin.2.magis videtur per ipsum conferri scientia,quam gratia:sed frequenter homo ordinatur cui cum ordine non confertur scientia,quod patet, quia post ordinis susceptionẽ non videtur sapientior,quam ante: ergo similiter frequenter homo ordinatur,cui cum ordine gratia non confertur.

Tertio. Item nullum sacramentum suum pręsupponit effectum, sed ordinari non debet nisi habens gratiam gratum facientem:quia vt habetur decre.distin.23.Tales.Tales ad ministeriũ eleganter qui digne possint sacramẽta Dominica pertractare, quod sine gratia gratum faciente esse non potest: ergo gratia gratum faciens non est sacramenti ordinis effectus.

In oppositum. CONTRA, vt superius habitum est,sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant:sed ordo est sacramentum nouæ legis:ergo efficit quod figurat, sed figurat gratiam gratum facientem, quia omne sacramentum no.l.est inuisibilis gratiæ visibiliter forma: ergo indignè suscipiente causat instrumentaliter, & dispositiue gratiam.

CONCLVSIO.

Per sacramentum ordinis confertur ordinato ordinem dignè suscipienti gratia gratum faciens.

Opin.1: & erronea. AD ISTAM quæstionem dixerunt quidã gratiam gratum facientem dari in ordinatione tanquam necessarium ad actus ipsius ordinis, dicebant enim sacerdotem malum conficere non posse.Sed hæc opinio est erronea, & superius improbata dist.13.

Secũda, & hæretica. Alij dicunt non esse necessariam aliam ordinationem,nisi gratiæ gratum facientis collationem,quia qui a maiorem eam habet in altiori gradu est,& maiorem potestatem habet, quia Deo propinquior est. Vnde dicunt ita posse conficere bonum laicum sicut sacerdotem. Sed hæc opinio hæretica est, & superius improbata dist.13. quamuis enim melior laicus sit in altiori gradu bonitatis, & sanctitatis quam minus bonus sacerdos, nõ tamen est in altiori gradu potestatis quantũ ad actum ecclesiasticæ hierarchiæ. Vnde,& sacerdos minus sanctus,formalior sanctior est potestatiuę quam laicus eo melior.

Responsio vera, & catholica. Dicendum ergo ad quæstionem, ꝙ in collatione cuiuslibet ordinis confertur ordinato gratia gratum faciens: si suscipiat ordinem dignè. Sicut n. natura non tantũ dat suo effectui illud quod necessarium est ad executionẽ sui naturalis actus: sed etiam illud quod requiritur ad idoneam actus executionem. Vnde nõ tm̃ dat pedes, & tibias ad ambulandum: sed ẽt decẽtem illorum membrorum dispõnem, nisi a casu præter intentionem naturæ qñque contrarium accidat, pp inobedientiam materiæ, vel pp aliquod aliud accidens impediẽs. Sic dico aliquo modo a simili, ꝙ Deus qui principalis est causa cuiuslibet effectus sacramenti, non tm̃ imprimit ptãtem ordinato necessariã ad exequẽdũ actum ordinis, sed etiã dispõnẽ conuenientem, & idoneam ad dignam illius actus executionem: non est aũt dignus exequi ordinis actus qui non habet gratiam gratũ facientem, sicut enim non est dignus ministrare regi terreno ille qui est eius inimicus, sic non est idoneus ministrare regi æterno q est eius inimicus. Vnde talis se ingerens diuino ministerio, præter necessitatis articulum, non placat Deum, sed offendit: non potest tamen occurrere necessitatis articulus, quin sacerdos se sciens in peccato mortali conficiens corpus Dominicum incurrat nouum peccatum mortale.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ Angelis non est necessaria nouæ gratiæ collatio ad idoneã suorũ actuum executionẽ, qa tm̃ habent de gratia, ꝙ Deo cõiuncti sunt per clarã visionem, & perfectã fruitionẽ. Vnde ad illorum illuminationẽ, & perfectionẽ, & purgationem, de quibus loquitur Diony. sufficit diuinorum secretorum reuelatio. Vnde dicit Diony. 7. ca. angelicæ hierar. ꝙ purgatio illuminatio, & perfectio est diuinæ scientię assumptio, quod in 2. lib. expositum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ semper digne suscipienti ordinẽ cõfertur aliqua illuminatio, contra ignorantiam quæ est in homine ratione originalis peccati tm̃, quamuis nõ semper appareat in effectu talẽ hominẽ illuminationem recepisse, illa tamen illuminatio totam ignorantiam illam non tollit, sed minuit.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ordinis susceptio præsupponit de congruitate gratiam gratũ facientẽ in suscipiente, non tñ de necessitate, qa sine illa potest suscipi q̃uis non digne, nisi forte cũ homo conscientiã suã examinans non credit se esse in mortali peccato, & tñ est: qa sua pęnitentia formata non est, & põt qñq; contingere ꝙ p susceptionem sacri sua attritio fit contritio. Dico ergo, ꝙ sacrm non causat gratiã inquantũ præexigitur ad eius dignã susceptionem, sed inquantum requiritur ad actus ordinis idoneam executionem. Vnde cum habente gratiam ordo suscipitur augmentum gratiæ datur.

QVAESTIO II.

Vtrum character in quolibet ordine imprimatur.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia character est signaculum perpetuum in anima: ergo debet character imprimi animæ nisi ad perpetuum actũ: sed actus ordinum non sunt perpetui: ergo in ordinatione nullus character ipsi animæ imprimitur. *Arg. 1. D. Bon. dist. 24 p. 1. ar. 1. q. 1. Scot. vbi supra. D. Tho. ibi. ar. 2.*

Item si imprimeretur character in quolibet ordine, aut imprimeretur in quolibet ordine idem, aut in diuersis ordinibus diuersi. Non idem, in quolibet ordine: quia impossibile est eandem rem numero pluries imprimi, nisi interueniente corruptione. Nec diuersi in diuersis, quia aut differrent solo numero, aut specie. Si solo numero, tũc plures qualitates eiusdem speciei essent simul in eodẽ subiecto, qđ falsum est. Si differrent specie, impossibile esset ex illis vnum sacramentum constitui. *Secundo.* *5. meta. T. c 15.*

Item per nullum sacramentum, quod est cõtra iterabilem morbũ imprimitur character: sed sacramentum ordinis est contra iterabilẽ morbũ, ignorantia enim contra quam est, est iterabilis morbus: ergo per sacramentum ordinis nullus imprimitur character. *Tertio.*

Item character est signum indelebile: sed susceptis minoribus ordinibus tantum, licet redire ad actus seculi, sicut ad matrimonium: ergo in illis non imprimitur character. *Quarto.*

CONTRA, vt superius visum est, dist. 5. p baptismum distinguitur totus exercitus militantis ecclesiæ ab exercitu contrario. Per confirmationem distinguuntur deputati ad spirituale certamẽ contra fidei persecutores a cõi populo. Per sacramẽtum ordinis distinguunt duces ab alijs, cũ ergo character imprimat in baptismo, & in confirmatione, multo fortius imprimitur in ordine quolibet, vt videtur. *In oppositum.*

Item character est signum configurans nos Christo: sed sicut dicit magister huius dist. c. j. Christus in semetipso officia omnium ordinũ exhibuit: ergo in quolibet ordine imprimitur character quo configuramur ei. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Cum ordines cuncti irreiterabiles sint, in singulis quoque eorum characterem imprimi, fidelium quis ibit inficias?

RESPONDEO, ꝙ in quolibet ordine character imprimitur, omne enim sacramentum non iterabile aliquem effectum indelebilem imprimit, sed nullus ordo est iterabilis: ergo qlibet ordo aliquẽ effectũ indelebilẽ ĩprimit, non grãm gratum facientẽ, qa illam amittere potest qui ordinem suscepit: restat ergo, ꝙ ille effectus indelebilis quem imprimit fit character: cum per ipsum sacramentum alium effectum indelebilem non inueniamus animæ impri- *Responsio.*

imprimi. Nec te moueat, ꝙ potestas ordinum aliquorum non videtur esse nisi respectu corporalium actuum, vt potestas hostiarij, & acoliti, secundum enim rei veritatem illi corporales actus ad actus spirituales ordinati sunt, vt deportatio cereorum ad inflammandum affectum, & exclusio malorum hominum ab ecclesia, ad remouẽdum illud quod prohibet animæ profectum.

Ad primũ. Duplex actus characteris ordinis. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ characteris ordinis duplex est actus. Vnus est actus ministerij ad illum ordinem pertinẽtis, & hic non est perpetuus: sed bene perseuerantibus vsque in finem præmium eius est ꝑpetuũ. Alius est actus distinguendi, & hic erit perpetuus, per ipsum enim characterem, videbitur, ad quod ministerium habens characterem fuerit ordinatus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd in diuersis ordinibus imprimuntur characteres diuersi, non tantum numero, sed specie: & quamuis ex differentibus specie non possit constitui vnũ per essentiam, potest tamen ex illis integrari vnum vnitate qua hoc sacramẽtum dictum est superius esse vnum. Vtrum autem verum sit plures qualitates solo numero differentes simul esse non posse, non oportet determinare ad arg. solutionem. Aliqui tamen dicunt illud habere instantiam, quia dicunt in eadem parte medij posse esse plura lumina specie nõ differentia manentia tamen distincta per suas origines, quod cõfirmatur per Diony. in libr. de diui. nom. cap. 2. *Circa hanc materiã vide Antoniũ Andreæ 5. meta. suæ. q. 7.*

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd sicut dicunt alij, & si ignorantia sit iterabilis, non tamen illa cuius solum peccatum originale causa fuit, contra hanc autem est ordinis sacramentum. Vel potest dici secundum alios, quòd ordo datur non in remedium vnius personæ, sed totius Ecclesiæ. Vnde, quòd dicitur dari contra ignorantiam non est ita intelligendum, quòd per susceptionem ordinis expellatur ignorantia a suscipiente: sed quia suscipiens ordinem perficitur ad expellendum ignorantiam a plebe, hoc tamen est contra opinionem dicentiũ omne sacramentum esse medicinã contra aliquem morbum in suscipiente.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd quamuis cõstitutus in minoribus ordinibus tantum possit contrahere matrimonium, character tamẽ non deletur. Vnde si mortua vxore velit vlterius promoueri ordo quem prius susceperat, sibi iterum non confertur.

QVAESTIO III.

Vtrum in quo actu cuiuslibet ordinationis imprimatur character.

Arg 1. D. Bon. dist. 24. p. 2. ar. 1. q. 4. D. Tho. vbi sup. q. 37. ar. 4. & 5. ET VIDETVR, ꝙ in ordinatione hostiarij non imprimatur character in clauium ecclesiæ traditione. Nec in ordinatione lectoris in traditione codicis diuinarum lectionum. Nec in ordinatione exorcistæ, in traditione libri exorcismorum, quia effectus cõmunis est per causam communem: sed character est communis prædictis ordinibus: ergo non imprimitur in aliqua prędictarum traditionum, cum nulla sit causa cõmunis tribus prædictis ordinibus.

Item videtur, ꝙ in ordinatione accoliti nõ imprimatur in traditione candelabri cum cęreo, quia per actum archidiaconi character nõ imprimitur: sed sicut dicit magister huius dist. c. 5. Et est decre. dist. 23. Acolitus. Hi cum edocti fuerint, ab Episcopo qualiter in suo officio agere debeant ab archidiacono accipiunt candelabrum cũ cęreo, & vrceolum vacuum: ergo in tali traditione non imprimitur character. *Secundo.*

Item videtur, ꝙ in ordinatione subdiaconi non imprimatur character in traditione patenę, & calicis vacui: quia in ordinatione sacerdotis traditur illi qui ordinatur calix cum vino, & patena cum hostia: si ergo in traditione calicis vacui character imprimeretur, multo fortius in traditione calicis cum vino, & patenę cum hostia imprimeretur, quod falsum est, quia in ordine sacerdotij in impositione manuum imprimitur. *Tertio.*

Item ꝙ in ordinatione diaconi non imprimatur character, in traditione textus euangelij videtur, quia sicut dicit magister huius dis. c. 7. Hic ordo ab apostolis est celebratus, quando vt legitur in actibus apostolorum: septem viros plenos spiritu sancto ad hoc officiũ elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt: ergo videtur, ꝙ cum ordinãtur per impositionem manuum ab Episcopo eis imprimatur character. *Quarto.*

Itẽ vr̃, ꝙ in ordinatione sacerdotis non imprimatur character, cum sibi Ep̃s tradit calicẽ cum vino, & patenam cum hostijs, quia sicut dicit magister huius dist. c. 8. hic cũ ordinatur inunguntur ei manus, vt intelligat se accepisse gratiam consecrandi: ergo inunctio manuũ maxime repræsentat principalem actum, ad quem sacerdotium ordinatur, sed in tali signo confertur character illius ordinis: ergo character sacerdotalis imprimitur per manuũ inunctionem. *Quinto.*

CONCLVSIO.

Character in quolibet ordine per illã actionẽ imprimitur, per quam principalius illius ordinis potestas expressius significatur.

Responsio. RESPONDEO, hoc pro gñali regula habẽdũ est, ꝙ in susceptione illius exterioris signi imprimit̃ character in quolibet ordine, in quo signo principalis ptãs quã respicit ille ordo significatur expressius, ad quam expressionẽ concurrunt alicuius instr̃i traditio, & vbi expressio, quo verbo expressius determina-

tur instrumenti significatio. Et quia principalis potestas quam respicit ordo hostiarij expressius significatur in clauium Ecclesiæ datione, quam in aliquo alio, quod circa ipsum fiat. Et potestas lectoris per hoc, quòd ab Episcopo traditur sibi codex diuinarum lectionum. Et potestas exorcistæ per hoc, quod de manu Episcopi accipit librum exorcismorũ. Et potestas acoliti per hoc, quòd accipit candelabrum cum cereo. Et potestas subdiaconi per hoc, quòd accipit de manu Episcopi patenam, & calicem vacuum, ideo in prædictis cum formis determinatis, verborũ characteres prædictorum ordinum imprimũtur. Cum autem per prædicta principales potestates ordinum prædictorum expressius significentur, quam per alia, patet diligenter consideranti dicta magistri in litera qui actus ad quos deputantur prædicti ordines explicat diligẽter.

3. de anima, T. c 38. In ordine autem diaconatus dicunt aliqui characterem imprimi per manuum Episcopi impositionem, moti non tantum per illud, quod in arguendo dictum est, sed quia manus est organum organorum in quo principalius residet potestas operandi, & in isto ordine confertur excellens potestas sub sacerdotio.

Sed hoc non videtur rationabile: quia Episcopus non tantummodo imponit manus illi quem ordinat in diaconum: sed etiam illi quẽ ordinat in sacerdotem: per illud autem, quod est commune duobus ordinibus non videtur in vno illorum ordinum character imprimi.

Videtur ergo mihi dicendum, quòd potestas diaconi media est inter potestatem subdiaconi, & sacerdotis: subdiaconus autem habet potestatem tangendi vasa ministerij, sacerdos consecrandi corpus, & sanguinem Christi: diaconus, & si non habet potestatem tangendi corpus Christi, habet tamẽ potestatem portandi corpus in patena, & dispensandi sanguinẽ in calice, & in hoc est principalis eius potestas, & ideo in sua ordinatione exprimi non posset per traditionem vasorum tantum, nec per dationem materiæ, nec decens esset, vt sibi traderentur vasa cum sanguine, & corpore, cum sacerdoti qui superior est non tradãtur sanguis, & corpus: sed vinum, & hostia, & ideo potestas diaconi exprimi non potest quãtum ad suum principalem actum, nisi per eius expressionem quantum ad actum secundarium qui est legere euangelium, & ideò sibi character imprimitur, cum sibi ab Episcopo traditur textus euangeliorum. *Actus diaconi principalis & secundarius.*

In ordine autem sacerdotij dicunt aliqui charactere imprimi cum sibi Episcopus manus imponit dicens. Accipite spiritum sanctum &c. quia dicunt tunc Christum dedisse discipulis potestatem sacerdotalem, quando post suam resurrectionem dixit eis. Accipite spiritũ sanctũ, quorũ remiseritis peccata, &c. *Io. 20. c.*

Mihi autem videtur dicendum, ꝙ illi qui ordinatur in sacerdotem character imprimitur cum ab Episcopo accipit calicem, cum vino, & patenam cum hostijs, principalis enim actus potestatis sacerdotalis respicit corpus Christi verum, & secundarius, corpus Christi mysticum: principalis enim actus est transubstantiare panem in corpus Christi, & vinum in eius sanguinem: & actus secundarius est ligare, & soluere fideles vt sic disponantur ad dignam corporis Christi susceptionem, quãuis ergo magis exprimatur hoc potestas quãtum ad secundarium actum per manuum Episcopi impositionem super caput illius qui ordinatur cũ prolatione verborũ, Accipite &c. tamen quantum ad actum principalem magis exprimitur per hoc, quòd sibi datur calix cũ vino, & patena cum hostijs. Vnde dicit magister in litera, quod ideo hæc sibi dantur, vt per hoc sciat se potestatem accepisse Deo placabiles hostias offerendi. *Sacerdotis ptãs duo respicit.*

Ad rationem autem, quam alij pro se allegant dicendum, quòd quamuis Christus post resurrectionem dederit discipulis suis ordinationem seu relationẽ sacerdotalis potestatis ad secundarium actum, tamen in cena quando post transubstãtiationem panis in corpus suum dixit discipulis suis. Hoc facite in meã commemorationem, dedit eis potestatem sacerdotalem q̃tũ ad actum eius principalem. *Luc. 22. c.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd character non est communis illis ordinibus cõmunitate speciei: sed generis, & ideo non est incõueniens, ꝙ in diuersis ordinibus imprimatur per actus specie differentes. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ in traditione instrumenti ab ordinatore fit charitatis impressio: sed in traditione quæ fit ab archidiacono fit potestatis collatæ expressio. Vel potest dici, ꝙ in minoribus ordinibus hoc est singulare, vt postquam Episcopus docuit ordinãdos qualiter in officio suo agere debeãt, ab archidiacono de mandato, & volũtate Episcopi accipiunt instrumentum in cuius acceptione character imprimitur, quia illa instrumenti traditio principalius est ab Episcopo, quam archidiacono. *Ad secundum.*

Ad tertium patet solutio ex dictis. *Ad tertiũ.*

Ad quartum dicendum, ꝙ sicut in primitiua ecclesia Apostoli inspiratione spiritus sanctus cõfirmabant per manuum impositionẽ, & tamen modo traditur sacramentum confirmationis ꝑ chrismatis in fronte inunctionem, sic eadem inspiratione ordinabant tunc diacones per manuum impositionem cũ oratione, nec ex hoc sequitur, ꝙ modo per impositionem manuum Epi, fiat talis ptãtis collatio. *Ad quartum.*

Ad quintum dicendum, ꝙ Episcopus in ordinum collatione non tantum tradit ordinis potestatem, sed etiam eos præparat ad eius susceptionem, eos instruendo de officio suo, & circa eos aliquid operando: quæ præparatio *Ad quintum.*

paratio

Sacerdotis ordinandi preparatus in tribus cõsistit. paratio in tribus consistit, scilicet in benedictione, & manus impositione, & iniunctione: per benedictionem ordinandus diuinus obsequijs mancipatur: per manus impositionẽ gratia dãda significatur, qua sint apti ad dignam sui officij executionẽ, rationabilius enim est differentiæ gratiã dari in illo actu in quo character imprimitur, qui est dispositio ad gratiã quam in actu alio. Vnde non approbo sententiam dicentium in manus impositione gratiã dari, nec characterem imprimi, in vnctione ad aliquod sacramentum tractandum ordinari significantur. Vnde illorum tantum qui ordinantur in sacerdotes manus iniunguntur.

Ex dictis patet, ꝙ hoc vnctio non ita repræsentat in speciali principale actum potestatis sacerdotalis, sicut traditio calicis cum vino, & patenę cum hostijs, quia tamẽ certum non est in quo actu characteres imprimantur, ideo si in ordinatione alicuius constiterit aliquid esse omissum, illud postea est supplendum sine reiteratione aliorum.

ARTICVLVS V.

Consequenter quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum super sacerdotalem ordinem sit aliqua potestas in ecclesia.

Secundo vtrum Episcopatus sit ordo.

Tertio vtrum omnium Episcoporum sit aliquis superior in Ecclesia.

QVAESTIO I.

Vtrum supra sacerdotalem ordinem, sit aliqua potestas in Ecclesia.

Arg 1. D.Bon dist. 25.ar.1 q.1 D.Thom.in Additio.q. 40.ar.4. Scot. vbi supra. ET VIDETVR, ꝙ non: quia in cęna oẽs discipuli immediatè a Christo acceperunt sacerdotalem potestatem quantum ad eius principalẽ actum, & post resurrectionem quantum ad secundarium: ergo sacerdotalis potestas quantum ad vtrumque actum suum, nullam potestatem habet supra se nisi diuinam.

Secundo. Item sacerdos gerit personam Christi, qui se pro nobis patri hostiam obtulit, sed nullus est maior in Ecclesia illo qui caput ecclesiæ repræsentat: ergo in Ecclesia nullus est maior sacerdote.

In oppositum. Contra, magister huius dist. c. 8. dicit de ordine presbyteratus, ꝙ a filijs Aarõ sumpsit exordium, sed filij Aaron fuerũt minores sacerdotes. Aaron summus Pontifex: ergo supra ptãtem presbyteri est potestas Pontificis.

Secundo. Item secundum magistrum eo. c. Vices apostolorum in ecclesia gerunt Põtifices: sed autẽ discipulorũ vices gerunt presbyteri: sed apostoli maiores fuerunt quam alij discipuli: ergo maioris potestatis sunt Episcopi, quam presbyteri.

CONCLVSIO.

Licèt respectus sui principalis actus sacerdotalis potestas superiorem non habeat, respectu tamen secundarij sacerdotalem potestatem Episcopalis potestas excellit.

Responsio. Respondeo, ꝙ potestate sacerdotalis ordinis respectu sui actus principalis, qui est transubstantiare panem in corpus Christi verum, & vinum in eius sanguinem, non est aliqua potestas superior nisi diuina, sed respectu actus sui secundarij, qui est ligando, & soluendo disponere fideles ad dignã corporis Christi susceptionẽ, est potestas Episcopi superior: indirectè tamen, quia secundum dispositionẽ vicarij Christi, mediante quo a Christo deriuatur in alios iurisdictionis potestas, sic ordinatum est vt pauciores, & in paucioribus casibus sint sub iurisdictione sacerdotum, tam in foro exteriori, quam in foro pęnitentiæ, quam sub iurisdictione Episcoporũ. Vnde sunt multi sacerdotes nulla pęnitus super aliquem iurisdictionem habentes excepto casu necessitatis, & ideo quia actus potestatis requirit debitam materiam in quam transeat, & debita materia respectu ãctus ligandi, & soluẽdi non sit nisi homines super quos aliquam iurisdictionem habet saltem in foro pęnitentiæ habens ligandi, & soluendi potestatem, ideo nec tot, nec in tot casibus possunt ligare, & soluere presbyteri sicut Episcopi.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ potestatem ligandi, & soluendi in foro pœnitentiæ acceperunt tam apostoli, quam alij discipuli a Christo immediatè. Vnde potestatem absoluendi in foro pœnitentiæ quantum est ex parte habentis eam non potest Episcopus minuere: quia sic ęqualis est in omni sacerdote, vt concludebat argumentum, ex parte tamen materiæ super quam maiorem habet potestatem Episcopus quam simplex sacerdos, potuit rationabiliter actus illius potestatis quantum ad simplices sacerdotes restringi, & quantum ad Episcopos ampliari.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quilibet minister eeclesiæ quantum ad aliquid gerit figuram Christi: quia vt superius habitum est Christus ordinum omnium officia in semetipso exhibuit, sicut magister exemplificat in lit. tamen ille est superior qui secũdum maiorem perfectionem repræsentat Christum; sacerdos autem Christum repræsentat in hoc, quòd per seipsum aliquod ministerium impleuerit: Episcopus autem etiam in hoc, quòd alios ministros instituit, & ecclesiam fundauit. Vnde ad Episcopum pertinet alios ordinare ad diuinum cultum. Qua propter sponsus Ecclesiæ dicitur ad similitudinem Christi.

QVAESTIO II.

Vtrum Episcopatus sit ordo.

Arg. 1. D.Bon dist. 24.p.2. ar. 2.q.3. D.Tho. vbi sup art.5. Scot. vbi supra.

ET VIDETVR, q sic: ab Isido.lib. 7.Etymologiarum.c.12. & magistro huius dist.ca.vlti. Episcopatus dicitur ordo.

Secundo. Itē Diony.c.5. Ecclesiasticæ hierarchiæ assignat tres ordines, scilicet Episcopatum, sacerdotium, & diaconatum: diaconum vocans ministrum.

Tertio. Item omnis spiritualis potestas est potestas ordinis, vel iurisdictionis: sed Episcopalis potestas non est potestas iurisdictionis: quia non potest committi non sacerdoti: ergo est potestas ordinis.

In oppositum. CONTRA, non sunt nisi septem ordines in ecclesia, quod non esset verum si Episcopus esset ordo.

Secundo. Item sacri ordinis nō conferuntur nisi diebus sabbatorum: sed vt habetur dist.75. q die. ordinationes Episcoporum celebrantur die dominico, per sacerdotes enim ibi intelliguntur Episcopi secundum glo: ergo Episcopatus non est sacer ordo, & constat, q non est ordo non sacer: ergo non est ordo.

CONCLVSIO.

Non ordo, qui est sacramentum, sed potius quædā ordinis dignitas Episcopatus dicendus est.

Responsio. Ordo dupliciter sumi potest. RESPONDEO, q ordo dupliciter potest accipi. Vno modo pro gradu potestatis ordinatē mediatē, vel immediatē ad consecrationem corporis, vel sanguinis Christi. Alio modo pro quolibet gradu potestatis respectu quarumlibet actionum sacrarum. Primo modo ordo est sacramētum, & sic Episcopatus non est ordo. Vnde nec characterē imprimit, propriè loquendo de charactere, vt quidam dicunt. Et præterea vnus ordo non dependet a præcedēti, quantum ad necessitatem sacramēti, quamuis sequens de iure recipi non debeat priori prætermisso, sed si non præsbyter ordinaretur in Episcopum nihil esset factum. Secundo modo Episcopatus est ordo, non est sacramētum, sed sacramentale, & hoc modo Episcopatus ab Isido. & Diony. & a magistro dicitur ordo.

Ad primū. & secundū. ET sic patet responsio ad duo prima arg.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd potestas Episcopalis non tantum est potestas iurisdictionis, sed potestas ordinis, qui tamen non est sacramentum.

Ad partem aliam. ARGVMENTA ad partem secūdam procedunt de ordine primo modo dicto. Videtur tamen aliquibus, quòd Episcopatus magis sit ordo, quam aliquis ordo præter præsbyteratum, quia potest, quod nullus alius potest nec de facto, nec de iure, & hi etiam dicunt, q characterem imprimit: vnde consecratio Episcopalis iterari non potest.

QVAESTIO III.

Vtrum omnium Episcoporum sit aliquis in ecclesia superior.

ET VIDETVR, q non: quia si aliquis esset, ille esset Papa: sed Papa non est omnium superior, quia vt dicitur ad Hebr.7. Absque nulla contradictione minor a maiore benedicitur, sed dominus Papa consecratur ab hostiensi Episcopo: ergo hostiensis est eo maior. *Arg. 1. D.Bon. lib. 4. dist. 25. ar. 1. q. 1. ad argum. D.Tho. vbi sup. ar. 6.*

Item imperator habet ius, & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi apostolicam sedem, vt habetur decret. 63. Adrianus Papa Roma. ergo Papa non est imperator superior: ergo nec alijs Episcopis, vt videtur. *Secundo.*

Item vt habetur eadem dist. 1. synodo. Papa Leo Ottoni primo regi Teutonicorum, eiusq; successoribus concessit facultatem eligendi successorem, & Sedis Apostolicæ ordinandi Pontificem: ergo idem quod prius. *Tertio.*

Idem Episcopi sunt successores Apostolorum: sed inter Apostolos nullus fuit sup alios: quia omnes suam potestatē immediatē a Christo acceperunt: ergo nullus Episcopus omnibus alijs superior est. *Quarto.*

Itē Moyses qui princeps superior fuit quā Aaron, qui erat summus Pontifex iudæorum: ergo dignior est principatus, quam Episcopatus, sed nullus princeps est omnibus Episcopis superior: ergo multo fortius nullus Episcopus. *Quinto.*

CONTRA, extra de maiorita. & obe. Solite. comparatur maius luminare potestati spirituali, & maximè potestati Papæ, & minus luminare potestati temporali: ergo sicut maius luminare, qđ est sol est omnibus alijs stellis potentior, ita potestas papalis est omnibus alijs potestatibus in ecclesia superior. *In oppositum.*

Item 9.q.3. Conquestus. §. Sola. Sola Romana Ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus, De ea nulli iudicare permittitur. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Omnibus Episcopis, Episcopus vnus in Ecclesia præest, qui sub Christo totius Ecclesiæ caput est, scilicet Episcopus Romanus.

RESPONDEO, q omnium Episcoporum est aliquis in Ecclesia superior qui sub Christo totius Ecclesiæ caput est. Cuius ratio est. In omni re vna ex diuersis rebus integrata oportet esse aliquid præeminens quo diuersę partes teneantur in vnū: sicut est anima in hūmano corpore, & corpus super cōtrarietatem eleuatum, quod est cęlum in machina mundi: per virtutem enim cælestem conciliantur elementa quæ contraria sunt, vnde cum Ecclesia sit vnum corpus Christi mysticum ex diuersis statibus, & membris constitutum ad obseruationem huius vnitatis, oportet esse vnū caput *Responsio.*

omnium

omnium statuum Ecclesiæ, & mēbrorum vniuersali regimine regitiuū, sub quo diuersi status Ecclesiæ, & membra diuersa conueniant secundum debitam proportionem in vnum, vt sic conformetur ecclesia militans suo exēplari in cœlo. Vnde Ber. 3. li. de consi. c. 13. Sicut Seraphin, & Cherubin ac cæteri ordinantur sub vno capite Deo, ita hic sub vno summo Pontifice primates, vel patriarchę, archiepiscopi, episcopi, presbyteri, vel abbates, & reliqui in hunc modum. Ille autem episcopus qui præest toti ecclesiæ est episcopus Romanus. Vnde 9. q. 3. Cuncta primo. Cūcta per mūdum nouit ecclesia, ꝙ sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habet iudicandi: neque cuique de eius licet iudicare iudicio. Et sicut dicitur decre. di. 21. quamuis nullis synodicis constitutis supple tantum cæteris ecclesijs prælata est, sed euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi primatum obtinuit.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut videmus in naturalibus vnum esse virtuosius, alio simpliciter, & tamen secundum quid est, econtrario: ignis enim simpliciter est virtuosior terra, & tamen inquantum est in potentia ratione suæ materiæ est inferior terra, inquātum est actu per suam formam: aliàs enim agens in terram non pateretur ab ea. A simili dico, ꝙ quamuis Papa sit simpliciter superior omnibus alijs episcopis, tamen inquātum est in potentia ad recipiendum consecrationem antequam eam habeat, est inferior episcopo hostiēsi, qui iam actu cōsecratus est: non sic autem posset dici de sacerdote respectu episcopi, quia potestas sacerdotis exceditur a potestate episcopi quasi a potestate alterius generis: sed potestas episcopi a potestate Papæ quasi a potestate eiusdem generis, quia omnem actum hierarchicum, quem potest facere Papa in ministratione sacramētorū, potest facere episcopus, quia quātum ad ea, quæ sunt episcopalis ordinis omnes sunt æquales.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ potestati datę imperatori in ordinando apostolicam sedem resignauit Ludouicus imperator, vt habetur 63. di. Ego Ludouicus. Quo etiam resignauit illi potestati sibi confirmatę per Leonem Papam, eadem di. Tibi, & de vtrisq; resignatione simul habetur. ca. sequenti. §. Ex his, vbi sic dicitur. Ex his constitutionibus, & pacto Ludouici Imperatoris depræhenduntur imperatores illis renunciasse priuilegijs, quæ de electione summi Pontificis Adrianus Papa Carolo imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo regi Teutonicorum fecerat. Et merito resignare debuerunt: tum, quia talis potestas eis non cōueniebat, sicut nec decet corpus habere potestatem in ordinatione animæ, sed econuerso: tum, quia ecclesia necessitate cōpulsa, & a persecutoribus oppressa, talem potestatem eis concesserat, vt ecclesię subuenirent, quod alias facere tenebantur.

Ad tertiū. Et sic patet solutio ad tertium.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod minor est falsa. Petrus enim summus fuit inter alios apostolos, quia quamuis potestatem clauium omnes immediate receperint a Christo, tamē potestatem iurisdictionis acceperunt mediante Petro, vt patet ex superioribus dictis: & quia iurisdictio ministrat materiam, quæ est subditus habentis iurisdictionem, quæ requiritur ad hoc, ꝙ potestas clauium exeat in actū. Ideo vsus illius potestatis, quem omnes immediatè acceperunt à Christo, indirectè depēdebat a Petro: sic dico de potestate episcoporū per comparationem ad Papam.

Ad quintū. Ad quintum dicendum, ꝙ Moyses non tantum fuit princeps, sed sacerdos iuxta illud Ps. 98. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & decre. di. 22. Sacro sancta in glo. Vnde Moyses expresſius, quam Aaron figurauit Christū qui fuit summus Rex, & summus Pontifex, & ex cōsequenti vicarium eius in terris, in quo simul sub Christo est vtraque potestas.


CIRCA litteram Matthias electus est sorte: hoc factum fuit consilio spiritus sancti. Vnde non est trahendum ad consequentiā: vsus enim sortis in electionibus perpetua prohibitione dānatus est: extra de sortilegijs. Ecclesia vestra. Sciat debet esse instructus: non est intelligendum, quòd sciat theologiam: sufficit enim, quòd sciat distincte legere, & sensum grammaticalem intelligere. Canones duos tantum ordines sacros appellari cēsent. Hoc intelligendum est, secundum canones antiquos, quia modo subdiaconatus est sacer ordo, & sibi votum continentiæ annexum est. Ordo episcoporum: qualiter episcopatus ordo dici debeat in quæstionibus dictum est: Romanus, Anthiochenus, Alexandrinus.

Contra decre. distinctio. 22. Sacro sancta: dicitur, quòd prima sedes est Romana ecclesia. 2. Alexandrina. 3. Anthiochena.

Respondeo, quòd aliquando Alexandrina fuit secunda sedes: sed postea Constantinopolitana facta est secunda, eo quòd sit noua Roma. ea. di. Constantinopolitanæ. Vnde hic est, ordo sedium. Primo Romana. Secundo Constantinopolitana. Tertio Alexandrina. Quarto Anthiochena. Quinto Hierosolymitana. ea. di. Renouantes: potest dici, ꝙ Magister in littera nominat Anthiochenā post Romanā, quia in Anthiochena primo nomen Christianorum est exortum eadem distin. Sacro sancta, quamuis omnes ante fideles dicerentur discipuli, & fratres, vt dicit glo. ibidem.

De ordinatis ab hæreticis.

DISTINCTIO XXV.



OLET etiam quæri, si hæretici ab ecclesia præcisi, & damnati possint tradere sacros ordines, et si ab eis ordinati, redeuntes ad ecclesiæ vnitatem, debeant reordinari. Hanc quæstionem perplexā ac penè insolubilem faciunt doctorum verba: qui plurimùm dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere, hæreticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinari videtur, gratiam recipere. Dicit enim Inno. Arrianorū clericos non videri suscipiendos cum sacerdotij, vel ministerij alicuius dignitate: quibus solum baptismā ratum esse permittit, quod in nomine patris, & filij, & spiritus sancti percipitur. Dicit etiam eos nō posse dare spiritum sanctum, quem amiserunt: & ordinatos ab hæreticis, caput habere vulneratum, & eū qui honorem amisit, honorem dare non posse; nec illum aliquid accepisse: quoniam in dante nihil erat, quòd ille posset accipere. Tradit etiam, venientibus ab hæreticis per manus impositionem, laicam tantum tribuendam communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum subrogandum. Greg. etiam dicit sacrilegam esse Arrianorum consecrationem, cum ex eorum manu communio percipitur. Cyprian. etiam dicit, omnia quæcunque faciūt hæretici, carnalia, & inania, & sacrilega esse, & eorum altaria falsa, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega: qui more simiarum, quæ cum homines non sint, formam imitantur humanam; vultum ecclesiæ Catholicæ, & autoritatem sibi vendicant, cum ipsi in ecclesia non sint, & cùm sint sacrilegi, sacerdotium administrant, & altare ponunt: cùm nec sacrificari oblatio illic possit, vbi spiritus sanctus non sit: nec cuiquam Dominus per eius preces, & orationes prosit, qui Dominum ipsum violauit. Hiero. quoque asserit, omnia, quæ offeruntur ab hæreticis contaminata esse in conspectu Domini: quia licet sancta videantur specie sui, tamen quia contacta sunt ab illo, qui pollutus est, polluuntur omnia. Idem, Odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proijcit, & quoties in nomine eius congregati fuerint, detestatur fœtorē eorum, & claudit nares suas. Idem, Illi offerunt panem sacrilegum, &c. Leo etiam testatur, extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera esse sacrificia. Idem etiam dicit, Per crudelissimam vesaniam in Alexandrina sede omnium sacramentorum lumē extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. His alijsq; testimonijs astrui videtur, sacramenta ecclesiastica, præcipuè corporis, & sanguinis, ordinationis, & confirmationis, per hæreticos non posse ministrari.

In epist. 18. c. 3. ad Alexan. episco. Et 1. q. 1. c. Arrianos. Epist. 22. c. 3. Et 1. q. 1. c. Ventū est. Li. 3. de dialo. ca. 31. Li. 1. epi. 6. ad Magnū. Et citatur. 1. q. 1. ca Si quis inquit circa medium. Ad eū locū Aggæi 2. Interroga sacerdotes Et 1. q. 1. c. Sic populus. Amos. 5. Odi, & proieci festiuitates. 1. O-seæ. Leo epi. 40. ad Anato. c. 1. Idē epist. 75. ad Leonem Augustum.

Autoritates ponit, quæ videntur præmissis obuiare.

Contrà autem alij sentire videntur, quod ab hæreticis etiam præcisis, sacri ordines, sicut, & baptismus, tradi valeant: nec ab hæreticis redeuntes, qui illic ordinati sunt, & baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Vnde Augu. De hæreticis etiā damnatis, quod quidam dicunt: Baptisma, quod accepit non amittit qui recedit ab ecclesia; ius dandi, quod accepit, amittit: multis modis apparet inaniter dici: Primò, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui illud baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Vtrunque enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrunque homini datur: illud cū baptizatur, istud cum ordinatur. Ideo non licet in catholica ecclesia vtrunque iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes, etiam præpositi, pro bono pacis correctio schismatis errore suscepti sunt; etsi visum est opus esse, vt eadem officia gererent, quæ agebant non sunt rursus ordinādi. Sed sicut baptismus in eis, ita in eis mansit ordinatio integra, quia in præcisione fuerat vitium, quod in vnitate pacis est correctum: non in sacramentis, quæ vbicunque sunt, ipsa vera sunt. Et cùm ipsi expedire videtur ecclesiæ, vt præpositi eorum venientes ad Catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideoq; non eis manus imponitur: ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est ius, quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi est: vtrunque quidem ad perniciē suam. Sed aliud est, non habere, aliud perniciosè habere, aliud salubriter habere. Idem. De his qui ab ecclesia vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin & habeant, & dare possint, sed perniciosè habent, perniciosèq; dant, quia extra vinculum pacis sunt. Neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut non rectè habet: qui ab vnitate recedit, sed tamē habet, & ideo redeunti non redditur: sic etiam non rectè dat qui ad vnitate recedit, & tamen dat, & ideo qui ab eo accipit, venienti ad vnitatem nō iteratur. Idem, Aliud est non habere aliquid, aliud est non iure habere, vel illicitè vsurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi, & ecclesiæ, quia eis illicitè vtuntur, non modo hæretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigendi sunt, & puniendi, illa autem sunt agnoscenda, & veneranda. Item Greg. Quod dicitis, vt qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculum est, vt enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari. His alijsq; authoritatibus videtur asseri, in omnibus impijs, etiam in hæreticis præcisis, & damnatis. Christi sacramenta permanere cum iure dandi. Possunt enim dare, sed perniciosè, & quibus dederint, non sunt iterum ordinandi, quæ præmissis ex opposito obuiare videtur.

Li. 2. contra epist. Parme. c. 13. & 7. Et habetur 1. q. 1. Quod quidam. Aug lib. 3. contra Donat. cap. 10. Lib. 2. Regist. epist. 32. ad Ioā. Rauennatē episcopum Et dist. 68. cap. Sicut semel.

Determinatio præmissæ contradictionis autoritatem.

Hæc autem quidam ita determinant: dicunt enim hæreticos accepta sacerdotali, vel episcopali vnctione ab ecclesia recedentes, baptismi quidem dādi ius retinere, sed non habere facultatem tribuendi sacros ordines, vel consecrandi dominicum corpus, postquā præcisi, & damnati sunt ab ecclesia. Sicut degradatus

tus episcopus non habet potestatem largiendi sacros ordines: facultatem tamen baptizandi non amisit. Quòd verò Augustinus ait, intelligunt dictum de hęreticis, qui non sententia ecclesiæ, sed prauitate sensus sui à fidei veritate ac doctrinę vnitate diuisi sunt, qui licet tales sint, ius tamen ordinandi, & consecrādi habent. Et qui ab eis ordinantur ante manifestam præcisionem, etiam si cum eis apertè exierint, & sententia ecclesiæ damnati fuerint: tamen si redierint, iterum ordinandi non sunt. Et vbicunque legitur de ordinatis ab hæreticis, quòd seruatis ordinibus ministrare valeant, vel iterum ordinandi non sint: de huiusmodi accipiendum dicunt. Nam postquam præcisi fuerint, & damnati iudicio ecclesiæ, ius ordinandi & consecrandi eis detractum asserunt, vt degradatis, vel excommunicatis. Alij verò dicunt, sacramenta ab hæreticis, & præcisis secundum formam ecclesiæ celebrata, vera esse, & rata, quia recedentes ab Ecclesia ius dandi, & consecrandi non perdiderunt, & qui sic ab hæreticis ordinantur, cùm redeunt, iterum ordinandi non sunt. Quæ verò ab hæreticis aliter quam in ecclesia fiunt, falsa sunt, & inania, & qui à talibus ordinari videntur, non munus, sed vulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiam variè de his loquuntur Doctores. Quidam verò dicunt eadem sacramenta ab hæreticis præcisis posse celebrari, quæ à Catholicis, si ab illis forma ecclesiæ seruetur, & ab eis celebrata vera esse, & rata, quantum ad se: quantum verò ad effectum, falsa esse, & inania, & in his qui malè tractant, & in his, qui malè suscipiunt, & ideo irrita, & falsa, quia quod promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt. Damnanda etiam dicuntur, quia illicitè dantibus, vel accipientibus sunt in iudicium. Polluta etiam dicuntur, non quantum ad se, sed propter indignam hæreticorum tractationem. Ideo Gregorius communionem Arrij vocat execrationem, & Innocentius Bonosii ordinationem, damnationem: non q̄ ita in se sint, sed quia male dantes, vel accipientes tales facit. Sicut etiam Hieronymus sacrificia eorum, panem luctus vocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli verò tradunt, illos hęreticos, qui in ecclesia ordinati sunt, ius ordinandi, & consecrandi, etiā cùm separati fuerint, habere. Qui verò in schismate, vel hæresi positi, ab eis ordinati, & inuncti fuerint, illo iure carent. Ideoque cùm ordinare volunt, vulnus potius infligunt, quàm gratiam conferant.

Secunda solutio. *Tertia solutio vera.* *To. 6. ad c. 2. et 4. Oseæ*

De Simonia, vnde dicitur, & quid sit.

Hug lib. 2. de Sacram. par. 10. tra de Simonia cis. Act 8. d. 4. Reg. 5. f.

De Simoniacis verò non est ambigendum: quin sint hæretici: qui tamen ante sententiam degradationis, & ordinant, & consecrāt. Et licet simoniaci proprie dicantur, qui instar Simonis magi impretiabilem gratiam pretio conducere volunt; & qui pro ministerio sacro pretium recipiunt in modum Giezi Giezitæ vocandi sunt; omnes tamen, & dantes, & accipientes, Simoniaci dicuntur, & vtrique eadem sententia percelluntur.

De his qui scienter à Simoniacis ordinantur.

Vrbanus Papa 1. q. 1. Si qui a simo.

Differt tamen inter eos, qui ordinantur à simoniacis scienter, & eos qui ignoranter. Qui enim scienter à simoniacis se permiserint consecrari, imò execrari, eorum consecratio omnino irrita est. Qui verò ordinātur à simoniacis, quos, cùm ordinantur, nesciunt esse simoniacos, qui & tunc pro catholicis habentur eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia.

Paschalis. 1. q. 3. c. Si quis obiecerit.

Si verò aliqui obiecerint, se non consecrationes emere, sed res ipsas, quæ ex consecratione proueniūt penitus desipere probantur. Nam quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutru vendere derelinquit.

Distinctio simoniacorum.

Simoniacę autem hęresis tripartita est distinctio. Alij enim simoniacè à simoniacis ordinantur, alij simoniacè à non simoniacis, alij non simoniacè à simoniacis. Vnde Nicolaus Papa, Statuimus decretum de simoniaca tripartita hæresi, id est, de simoniacis simoniacè ordinantibus, vel ordinatis, & de simoniacis simoniacè à non simoniacis, & de simoniacis non simoniacè à simoniacis. Simoniaci simoniacè ordinati, vel ordinatores, secundum canones à proprio gradu decidant. Simoniaci etiam simoniacè à non simoniacis ordinati, similiter ab officio remoueantur. Simoniacos verò non simoniacè à simoniacis ordinatos, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his, qui ordinantur à simoniacis, ignorantes eos esse simoniacos. Hoc facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

1. q. 1. c. Statuimus decretum.

Alexander Papa de his qui violenter à Simoniacis, vel ab hæreticis ordinantur.

Alexander secundus. 1. q. 1. c. Ergo simoniacos. 1. q. 1. Constat. Nō tenetur hic Magister.

Similiter cùm decernit Alexander Papa, simoniacos omnino damnandos, ac deponendos, subintelligendum est, nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim, & à quibuslibet hæreticis violenter ordinatis, dicit Innocentius, quòd possunt habere aliquē colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum conciliabulo renunciant.


De ætate Ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa.

Dist. 77. & 78. quasi p totum.

Sacri, inquit, canones sanxerunt, vt Subdiaconus non ordinetur ante quatuordecim annos, nec Diaconus ante vigintiquinque, nec Presbyter ante triginta. Deinde, si dignus fuerit, ad Episcopatum eligi potest, quod nos etiam pari modo seruari iubemus. Itē Fabianus, Si quis triginta ætatis non impleuerit annos, nullo modo Presbyter ordinetur, etsi valde dignus, quia & ipse Dominus triginta annorum baptizatus est, & sic cœpit docere.

Matth 4. d Lucæ. 4. b

DISTINCTIO XXVI.



S VPERIVS determinauit Magister de ordinum distinctione. Hic determinat de collatione. Et diuiditur in tres. Primo determinat de potestate conferentis.

Continuatio.

Secundo de vitio collationis. ibi. (De simoniacis.)

Diuisio.

Tertio

Tertio de impedimentis susceptionis. ibi. (Sacri.) Prima in tres.

Primo mouet quæstionem si hæretici possint tradere sacros ordines, & arguit ad partem negatiuam.

Secundo ad affirmatiuam. ibi. (Econtra.)

Tertio soluit ostendendo circa hoc opinionum diuersitatẽ. ibi. (Hæc autẽ.) Illa pars, quæ ibi incipit. De symoniacis. Diuiditur in tres partes.

Primo ostendit symoniæ grauitatem.

Secundo eius inexcusabilitatem. ibi. (Si vero.)

Tertio symoniacorum punitionẽ. ibi. (Symoniaci autem.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de sex.

Primo de potestate conferentis ordines.

Secũdo de vitio collationis. ibi. (Symonia)

Tertio de casibus in quibus committitur symonia.

Quarto de puræ naturalibus defectibus impedientibus ordinis susceptionem.

Quinto de impedimentis, quæ prouenire possunt ex natura, & ex voluntate.

Sexto de impedimentis prouenientibus ex infamia.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum solus episcopus possit ordines conferre.

Secundo vtrum episcopus hæreticus.

Tertio vtrum episcopus degradatus.

QVAESTIO I.

Vtrum præsbyter non episcopus possit ordinare.

Arg. 1. D Bon dist. 25. a. 1. q. 1. D. Tho. in Add. q. 38 art 1. Scot. distin. 24 q unica

ET VIDETVR, ꝙ sic: Quia cum sacerdos ordinatur nõ solus episcopus ei manus imponit: sed etiã omnes presbyteri, qui sunt præsentes. decre. di. 23. Presbyter: ergo nõ solum episcopus ipsum ordinat.

Secundo. Item, quæ ad solum episcopum pertinent non episcopo committi non possunt: sed minores ordines quandoque conferuntur ex cõmissione a non episcopis. extra de ordinatis ab episcopo, qui renunciauit. c. 1. ergo conferre saltem minores ordines ad solũ episcopum non pertinet.

Tertio. Item magis excellit presbyter diaconum, quam episcopus episcopum: sed vnus episcopus potest alium consecrare: ergo presbyter potest diaconum ordinare.

In oppositum. CONTRA, Isy. lib. 17. ety. ca. 12. dicit de Pontifice, quòd ipse efficit sacerdotes atque leuitas: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ergo ordines conferre ad nullũ alium pertinet.

Secundo. Item solus episcopus potest virgines consecrare. 26. q. 6. Si iubet, & altare consecrare: eadem. q. ministrare. Sed maius est conferre ordines, quam altare consecrare, vel virgines: ergo solus episcopus potest ordines conferre.

CONCLVSIO.

Solus episcopus, & non alius sacros ordines maiores conferre potest, minores vero etiam à sacerdote nõ episcopo conferri possunt, vel ex commissione, vel ex lege.

RESPONDEO, potestas conferendi ordines: alicui potest conuenire dupliciter, scilicet, vel ex ordinaria potestate, vel ex generali seu speciali commissione. Responsio. Quomodo posse alicui sacros ordines conferre, dupliciter considera.

Secundo modo minores ordines conferre potest quandoque non episcopis conuenire, vt ostendebatur in arguendo.

Primo modo potestas conferendi quemcũque ordinem conuenit solis episcopis. Cuius causa est institutio diuina: cuius institutionis fuit ratio congrua, quia sicut ad solum principem pertinet non tantum ordinare viros bellatores in exercitu: sed etiã exercitus duces. Sic ad episcopos, qui sunt in ecclesia principes nõ tantum pertinet homines ordinare ad certandum cõtra fidei persecutores audacter confitendo Christi fidem, quod fit per sacramentum confirmationis: sed etiam ad ipsos solos pertinet duces ecclesiastici exercitus cõstituere, quod faciunt sacramentum ordinis conferendo, vt enim superius dictum est di. 5. ordinati administrandum sacramenta ad hoc sunt deputati, vt sint duces aliorum.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ in manuum impositione non confertur ordo secundum quorundam opinionem. Vel potest dici secundum alios, ꝙ impositio manuũ episcopi est ad ordinem conferendum: sed impositio manuum sacerdotum assistentium est, ad concordiam, & communionem ecclesiasticam significandam. Ad primũ.

Ad secũdum patet solutio ex dictis in quęstione. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis presbyter magis excellat diaconum in ordine, quam episcopus episcopum consecrandum: tamen in dignitate est econtrario: cõsecrãdus enim in episcopum nondum habet dignitatem episcopalem, quãuis ante hæc habeat, quæ iurisdictionis sunt post suam confirmationem. Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Vtrum episcopus hæreticus possit ordines conferre.

ET VIDETVR, ꝙ non, in ordinando Deus agit principaliter, & ordinans instrumentaliter: sed instrumẽtum non agit nisi coniunctum principali motori: ergo nec episcopus ordinat nisi in ordinando sit Deo cõiunctus: sed episcopi hæretici in ordinando, Deo non sunt coniuncti, quia vt habetur prima. q. prima. Odit. Odit dominus sacrificia hæreticorum, & a se proijcit: ergo verum ordinem conferre non possunt. Arg. 1. D Bon. ubi sup. q. 2. D. Tho. ubi sup. ar. 2.

Item ea. q. Si qui a symoniacis. Qui sciẽter Secundo.

se

se a symoniacis cõsecrari: immo execrari per miserint eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus: ergo multo fortius irrita est ordinatio collata ab hæreticis.

Tertio. Item maius est sacramentum ordinis conferre, quam recipere: sed hęretici non possunt recipere ordinis sacramentum: ergo nec conferre.

In oppositum. CONTRA, Aug. 2. li. contra epistolã parmeniani vltra medium, dicit de hæreticis, ꝙ sicut habẽt in baptismo, ꝙ per eos dari possit; sic in ordinatione ius vtrumque dandi ad perniciem suam quamdiu charitatem nõ habent vnitatis.

Secundo. Itẽ sacerdos hæreticus potest corpus Christi consecrare: ergo a simili episcopus hæreticus potest ordines conferre.

CONCLVSIO.

Episcopus hęreticus sacros ordines de facto conferre potest, modo intentione debita in forma ecclesię ordinet, etsi ordinando peccat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ episcopi hæretici, aut fuerunt ordinati, & consecrati in forma ecclesiæ, aut non: si non, veri episcopi nõ sunt; & ex consequenti nec ordines conferre possunt: si sic, veri episcopi sunt: sed officij executionem non habent, quia vt superius habitum est, omnes hæretici ipso iure sunt maiori excommunicatione excommunicati, & omnes sic excõmunicati sunt suspensi ab omnibus actibus legitimis, & ideo episcopi hæretici executionẽ ordinis conferre non possunt, quia eam non habent: quia quod non habet aliquis dare nõ potest, prima. q. 7. Diambertum, & extra, de ordinatis ab episcopo qui renunciauit. c. 1. in gl. Verum tamen ordinem conferunt: si cum debita intentione formam ecclesiæ seruant; decre. di. 19. Secundum. Si autem formam ecclesiæ non seruant cum debita intentione verum ordinem non conferunt: quantumcunque tamen seruent formam ecclesiæ in ordinando mortaliter peccant, quia ab executione sui officij sunt ipso iure suspensi.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ episcopi hæretici, & si non sint Deo coniuncti per fidem, & charitatem, quæ coniunctio respicit episcopum, inquantum est singularis persona, tamen Deo coniuncti sunt secũdum quid scilicet inquantum mouentur a Deo in obseruando formam ecclesiæ in ordinando, quia quo ad hoc ministri ecclesiæ sunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ talis consecratio dicitur irrita quantum ad executionem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ sicut hæretici verum ordinem conferre possunt de facto: non tamen de iure, sic & recipere. Vnde quamuis hæreticus si ordinatur in forma ecclesiæ, verum ordinem recipit: tamen recipiendo mortaliter peccat.

QVAESTIO III.

Vtrum episcopus degradatus possit ordines cõferre.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non, prima. q. 1. Quod quidam. §. Opponitur autem. Degradatus episcopus potestatem largiendi sacros ordines non habet, facultatem tamen baptizandi non amisit.

Secundo. Item princeps iuste depositus non est princeps: ergo a simili nec episcopus iustẽ degradatus est episcopus: sed non episcopus nõ potest ordines conferre: ergo nec episcopus degradatus.

Tertio. Item non potest veram tonsuram conferre quia tonsuratus ab eo debet iterum tonsurari: ergo a simili non potest conferre verum ordinem.

In oppositũ. CONTRA, vt superius ostensum est. dist. 13. Sacerdos degradatus potest Christi corpus consecrare: ergo a simili episcopus degradatus potest ordines conferre.

Secundo. Item hæretici ipso iure sunt omni dignitate priuati: cum ergo episcopi hęretici possint ordines conferre de facto, quamuis non de iure, vt in præcedẽti quæstione habitum est: episcopus degradatus potest ordines cõferre de facto: quamuis non de iure.

Tertio. Item illa potestas fundata est super aliquid quod per hominem auferri non potest: fundata enim est super factum esse cõsecrationis, & decreto diuinæ sententiæ, quod decretum est, vt ille qui sic consecratus est, talem habeat potestatem.

CONCLVSIO.

Episcopus degradatus quamuis de iure sacros ordines conferre nequeat, tamen si ordinat, de facto verũ ordinẽ confert, licet cõferendo mortaliter peccet.

Responsio. iuxta primam opinionem. AD ISTAM quæstionem dixerũt aliqui ꝙ quamuis episcopi suspensi excommunicati hæretici possint ordines de facto cõferre: hoc tamen non possunt episcopi degradati, quia degradati non tantum sunt suspensi ab officij executione: sed etiam sunt spoliati episcopali dignitate, vnde non remanent episcopi, quamuis enim per hominem auferri non possit a sacerdote potestas conficiendi corpus Christi verum: eo, ꝙ nulli cõcessit Christus talem potestatem, quia nec decebat pro magna dignitate corporis sui, quia tamen dignitas episcopalis respicit corpus Christi mysticum: super quod concessit vicario suo potestatem: potest ab episcopo dignitas episcopalis totaliter auferri, auctoritate vicarij Christi.

Obiectio prima. Sed contra hoc sic potest argui. Altare, calix, & sic de aliis semel consecrata nunquam consecrationem amittere possunt nisi destruãtur: ergo multo fortius nec episcopus: cum cõsecratio episcopi sit a Deo principaliter, quãuis ab homine ministerialiter.

Secunda. Præterea episcopus, qui resignauit loco, & dignitate, quamuis talis exequi nõ debeat officium episcopi de iure: tamen si ordinat verum

rum ordinem confert, quamuis non ordinis executionem extra de ordi. ab episcopo, qui renunciauit episcopatui.ca.1. quia vt ibi dicit gl.resignatio non abstulit isti ordinem: sed ordinis executione:sed degradatus non est magis spoliatus dignitate episcopali, quam iste: quamuis turpiori modo sit ab executione illius dignitatis suspensus,quam iste:ergo videtur,ꝙ episcopus degradatus possit verum ordinem conferre de facto: quamuis nõ debeat de iure.

Opinio secunda. Et ideo alij hanc conclusionem concedunt dicentes: episcopum per hominem dignitate episcopali totaliter spoliari non posse. Vnde degradatio,non est dignitatis ablatio:sed perpetua suspensio ab executione dignitatis illius,extra de conse.ecclesiæ.in gl.ibi enim dicitur,ꝙ visibilis vnctio exterior signum est interioris vnctionis in corde, quæ perpetua est, & amitti non potest:licet executio quandoq; suspendatur.

Ad primũ pro opinione prima. QVI TENENT hanc secundam opinionem,quæ mihi videtur rationabilior possunt dicere ad primũ, ꝙ degradatus ideo dicitur potestatem largiendi sacros ordines non habere,quia effectu suæ potestatis pęnitus priuatur:secũdum, ꝙ patet per textum sequentem. Vnde secundum glo. ibidem confert ordinẽ: sed non ordinis executionem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ sicut dignitatẽ apostolatus omnes Apostoli,quorũ sunt episcopi successores,immediate acceperũt a Christo:ita episcopus quantum ad dignitatem episcopalem supra se, potestatem quæ illam sibi possit auferre non habet nisi diuinam: quãuis eius executio a superiori in iurisdictione depẽdeat potestate scilicet a potestate Papę,quę est omnibus alijs potestatibus superior in iurisdictione,vt superius dictum est. Sed principatus terrenus depẽdet a potestate capitis ecclesię,& principatus inferior a superiori:ideo ab inferiori potest principatus auferri ꝑ principem superiorem,& a principe superiori per vicarium Christi,cum iusta causa, & rationabilis hoc requiritur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum: ꝙ tonsuratus ab eo non debet iterum tonsurari: sed tamen debet puniri.

Pro secũda opinione. QVI TENENT opinionem primam possunt dicere ad primum in oppositum sicut dictum est in corpore quæstionis.

Ad primũ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ hæretici ipso iure non sunt priuati omni dignitate, nisi quãtum ad executionem. Vnde magis debent dici ab omni dignitate suspensi, quam priuati, per sententiam tamen sunt priuandi.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum,ꝙ sicut a Deo decretum est,vt ille circa quem fit talis cõsecratio habeat talem potestatem:ita decretum est, vt ille qui degradatur careat illa potestate.

Ad obie- AD PRIMVM quod arguebatur in corpore quæstionis contra hanc opinionem solui potest per interemptionem maioris. Papa enim posset ab altari, & calice auferre consecrationem absque illorum destructione. *ctione primam in corpore.q.*

Ad secũdũ. Ad secundum etiam dicendum,ꝙ per resignationem nõ potest se episcopus priuare omnibus,quibus posset priuari per degradationem:quamuis enim iurisdictio siue ordinaria siue delegata sola volũtate, & verbo possit cõferri:tamen consecratio episcopalis dignitatis sola voluntate,& verbo non confertur: immo facto opus est,extra de cõs.ecclesiæ. A qua in glo. A simili dico,ꝙ quamuis sola voluntate,& verbo possint episcopi ab his, quæ sunt iurisdictionis priuari: tamen sola voluntate, & verbo non possunt priuari dignitate epali:

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quęrũtur tria. Primo vtrum simonia sit studiosa voluntas vẽdendi,vel emendi aliquid spirituale,vel annexum spirituali.

Secundo vtrum simonia conuenienter nominetur.

Tertio vtrum simoniaci sint irregulares. Vtrum autem sint hæretici superius quæsitum est.di.3.

QVAESTIO I.

Vtrum sit simonia studiosa voluntas emendi, vel vendendi quid spirituale, vel spirituali annexum.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia voluntas studiosa respectu mali dicitur malitia, sed non semper committit homo simoniam ex malitia,sed quãdoque ex infirmitate,vel ignorantia: ergo male ponitur in diffinitione simonię studiosa voluntas. *Arg. 1. D Bon. ubi sup q.3. D.T 2.2.q. 100.*

Secundo. Item spiritualia non possunt pecunia possideri. Vnde vt habetur Act.8.Symoni mago volẽti emere donum spiritussancti dixit Petrus, Pecunia tua tecum sit in perditione,quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri: cũ ergo vt habetur.3.ethi.c.5. electio non sit impossibilium,& studiosa voluntas sit cum electione:male dicitur,ꝙ simonia sit studiosa voluntas vendendi,vel emendi spiritualia.

In oppositum. CONTRA, prima. q. prima. Qui studet, prædicta diffinitio implicitẽ continetur.

CONCLVSIO.

Congrua profecto est simoniæ descriptio isthæc.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ competens est prædicta descriptio simoniæ: continet principalem actum in hoc,quod dicitur volũtas studiosa, idest actus voluntatis cum effectu secundum glo.ibidem,& actum exteriorem scilicet venditionem,& emptionẽ, & obiectum, quod est spirituale,vel annexum spirituali.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ studiosa voluntas,dicitur voluntas ad effectum deducta, quia quamuis simonia mentalis

lis sit peccatum: tamen non obligat ad renunciationem, vel restitutionem rei acquisite. extra de simonia. Mandato nostro. Potest etiam dici, ꝙ quia perfectio peccati est in electione: quamuis quandoque ad hoc inclinetur homo ex ignorantia, vel infirmitate: ideo dicitur simonia esse studiosa voluntas, vt intelligatur esse voluntas non subreptoria, sed eligens.

Ad secundum Spirituale dupliciter nominatur. Ad secundum dicendum, quòd aliquid spirituale dicitur dupliciter. Vno modo per essentiam: sicut gratia, & virtutes, & respectu talium non potest esse contractus venditionis, vel emptionis. Alio modo causaliter, vel dispositiue, & sic sacramenta sunt spiritualia, inquantum sunt causa instrumentaliter disponens ad gratiam, & virtutes, & ista inquantum sunt quædam res corporales vēdi possunt de facto, quamuis vendi non possint de iure, & sic accipiuntur spiritualia in diffinitione simoniæ.

QVAESTIO II.

Vtrum simonia conuenienter nominetur.

Arg. 1. D.Tho. ubi sup. ET VIDETVR, ꝙ non: quia vt habetur act. 8. Symon magus noluit vēdere spiritualia: sed emere. Sed vt habetur. 4. Reg. ca. 5. Gyezi spiritualia vendidit Naaman Syro: ergo nō magis debet dici simonia, quam Gyezia.

In oppositum. CONTRA, simonia communiter nominatur in iure.

CONCLVSIO.

Apprimè hoc nomen sibi vindicat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ conuenientius nominatur simonia, quam Gyezia, quia vitium emptionis, & venditionis quantum ad voluntatē fuerunt in simone mago: ad hoc enim voluit emere pecunia donū spiritussancti, vt postea alijs venderet. Si tamen distinctè & per appropriationem loqui volumus possumus vocare spiritualia vendentes gyezitas, & ementes simoniacos. Et sic patet quid dicendum est ad argumenta.

QVAESTIO III.

Vtrum simoniacè sint irregulares.

Arg. 1. D.Tho. ibi. art. 6. ET VIDETVR, ꝙ non. Dare pecuniam pro sacramentis sine pacto, & post sacramenti susceptionem non facit hominem irregularē: sed hoc faciens est simoniacus. Gyezi enim pecuniam a Naaman accepit non ex pacto, & postquam curatus fuerat: ergo nō omnis simoniacus est irregularis.

Secundo. Item vt habitum est li. 2. Ignorantia inuincibilis totaliter excusat: sed potest accidere, ꝙ aliquis ordinetˀ, vel beneficiū ecclesiasticū cōsequatˀ per simoniā: ipso de hoc habente ignorātiam inuincibilem, vt cum aliquis clam dat pecuniam ordinanti, vel prælato, vt ordinem, vel beneficium conferat alij ignoranti: ergo talis non efficitur irregularis.

In oppositū. CONTRA, decre. dist. 33. Maritum. Inter non promouēdos numeratur ille, qui per emptionem ad imitationem Simonis magi pecuniam obtulerit.

CONCLVSIO.

Quicunque per simoniam, vel ordinum susceptionem, vel beneficij ecclesiastici consecutionem sibi cō parat, irregularis efficitur.

RESPONDEO, ꝙ simoniacus: siue sit simoniacus propter ordinis susceptionē simoniacè suscepti: siue ptopter beneficij ecclesiastici consecutionem irregularis est, quia tales iura decernunt sine dispensatione promoueri ad ordines non posse. Quod credo esse intelligendum, si talis simonia commissa fuit ipso sciente, quia si ipso ignorāte inuincibili ignorātia fuit data pecunia, vt ordinaretur, vel beneficium ecclesiasticum consequeretur, quāuis statim postquā huius rei notitiam habuerit teneatur renunciare beneficio sic assecuto, & desistere ab amministratione ordinis sic suscepti: quousque cum eo fuerit dispensatum: irregularitatem tamen non incurrit pro beneficij tali assecutione: quamuis secundum quid eam incurrerit pro tali ordinis susceptione: inquantum in illo non debet ministrare sine dispensatione: non tamen est irregularis simpliciter, quia absque omni dispensatione in ordinibus ante legitimè susceptis ministrare potest, & eo ipso, quod dispēsatum est, cum eo in ordine quem sic suscepit potest absque alia dispensatione ad vlteriores ordines promoueri. Sciendum tamen, ꝙ grauior est simonia in ordine, quam in consecutione beneficij ecclesiastici. Vnde cum illis qui ordinem sciēter simoniacæ susceperunt: maxime si commissa fuit simonia, & ex parte ordinati, & ordinatoris, vel præsentatoris: non est consuetum dispensari etiam in religione. extra de simonia. Ex tuæ: & cum simoniacis quibuscunque, qui scienter spirituale, vel spirituali annexum simoniacæ susceperunt: solus Papa potest dispēsare, vel ipse cui hoc commiserit, quod potest probari per illud, quod dicitur prima. q. 1. Erga, vbi ipse Papa eos omnino damnat: ac deponendos auctoritate Apostolica sancitur: nisi violenter attractus fuerit, & extra de simonia. Nobis fuit in textu, & in glosa.

Ad primū. Anaaman syro postulata accipiens triplicem culpam contraxit. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ Gyezi accipiendo pecuniā a Naamam, triplex incurrit peccatum, quia mentitus est, & famam domini sui læsit: quantum in se fuit, & quia directè & ex intētione pecuniam pro beneficio spiritussancti: quamuis iam exhibito exegit: aliud enim est pro beneficio iam recepto liberaliter dare pecuniam: non sicut præcium: sed loco actionis gratiarum, quod licitum est, & aliud pecuniam exigere: sicut præcium, quod fecit Gyezi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ignorantia inuincibilis quamdiu durat a toto excusat ignorantem: sed postquā cessat homo tenetur quātum

tum in se est malum corrigere, quod ignorauerat, & ideo ille pro quo ignorante data fuit pecunia, vt eligeretur ad aliquam dignitatem, vel ordinaretur, vel beneficium ecclesiasticũ sibi conferretur, postquam venit ad notitiam facti tenetur beneficiũ, quod sic assecutus est, resignare, & ab executione ordinis sic suscepti desistere: nisi pecunia data fuisset in fraudẽ, & in malũ illius extra. de simonia. Nobis fuit: in hoc enim casu pecunia ab alio data ipse pęnitus ignorante non nocet: nisi ex post facto consentiat: alioquin contingere posset, ꝙ alicuius factum insidias inimico parentis ei dãnosum existere: cui pęnitus displiceret, & aliquis de fraude sua commodum reportaret. extra. de simonia. Sicut tuis.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo vtrum simonia committatur in emptione, vel venditione sacramentorum.

Secundo vtrum in emptione, vel venditione quorumcunque spiritualium.

Tertio vtrum in emptione, vel venditione spiritualibus annexorum.

QVAESTIO I.

Vtrum in emptione, vel venditione sacramentorum committatur simonia.

Arg. 1. D. Bon dist. 25. a. 1. q. 4. D. Tho. ubi supra. ET VIDETVR, ꝙ non: quia quamuis temporale non possit esse præcium spiritualium, tamen vnum spirituale potest esse præcium alterius: ergo videtur, ꝙ non est illicitum emere vnum sacramentum per aliud.

Secundo. Item missa principaliter consistit in altissimo Eucharistiæ sacramẽto: sed licitum est dare aliquid temporale pro cęlebratione missę, vt enim habetur extra. de præben. Significatũ est: quidam canonici sacerdoti cuidam vnam præbendam in ecclesia dederunt, vt missam quotidie de beata Virgine celebraret, & Papa illam pactionem confirmauit.

Tertio. Item electio ad episcopatum res est spiritualis, & ipse episcopatus quid sacramentale: sed vt habetur. extra. de ele. vt prateritæ: dicit Papa. Statuimus, vt expẽsæ necessariæ quas capitulum Constantinopolitanum, vel eius nuncij vacante sede pro electionis negocio fecerint: de bonis patriarchatus fiant totaliter, vel reddantur.

Quarto. Item matrimonium est sacramentum: sed pro matrimonio licite dat̃ pecunia ex pacto.

Quinto. Item absolutio sacramẽtale quoddam est, sed officiales cõmuniter pecuniam accipiũt, vt ab excommunicatione absoluant.

Sexto. Item episcopatus sacramẽtale quid est: sed electo in episcopum licet dare pecuniam aduersario suo, vt ab impedimento suæ electionis desistat.

Septimo. Item sacramenta ordinantur ad remissionem peccatorũ: sed remissio peccatorum potest emi. iuxta illud Dani. 4. Peccata tua eleemosynis redime: ergo multo fortius sacramentum ordinatum ad peccatorum remissionem emi potest.

Item si monachus roget sacerdotem, vt baptizet paruulum imminente mortis articulo nullo alio existente, qui ipsum baptizare possit, & sacerdos nolit ipsum baptizare nisi pro pecunia: tunc aut monachus permittet puerũ damnari, quod nullo modo permittẽdum est, si sibi possit succurri: aut a sacerdote emet sacramentum baptismi: in casu ergo sacramentum baptismi licite potest emi. *Octauo.*

CONTRA, prima. q. 1. Baptizandis, & c. sequenti habetur contrarium. *In oppositum.*

Item extra. de simonia. Si quis. Si quis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquã promissionem, vel iuramentum ab ipso recipiens, quia super prouisione sua nõ inquietet eundem: ordinator à collatione, præsentator vero ab executione ordinum per triennium, & ordinatus ab ordine sic suscepto donec dispensationem super hoc per sedem Apostolicam obtinere meruerit: nouerint se suspensos: ergo multo fortius illicitum est, ordinem, vel quodcunque aliud sacramentum emere, vel vendere. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Sacramenta aut vendendo, aut emendo simonia prorsus committitur.

RESPONDEO, ꝙ in emptione, vel venditione sacramentorum ecclesiæ committitur simonia: cuius ratio triplex est. *Responsio.*

Prima quia contra rationem gratiæ est ipsam vendi, vel emi. Vnde de ratione sua est, ꝙ gratis detur: sacramenta autem sunt instrumẽta disponentia ad gratiam, & ideo qui vendit ea, vel emit eis iniuriatur.

Alia ratio est, quia causa dispositiua cuius effectus mensurari non potest aliqua re tẽporali excedit pręcium cuiuscunque rei temporalis, & ideo cum pro sacramẽtis pecunia datur, res inappreciabilis sub temporali præcio ponitur: sacramenta enim sunt causæ instrumentales disponentes ad gratiam, quæ inappreciabilis est.

Tertia est, quia homines non sunt domini sacramentorum, sed ministri: res autem emi non debet nisi a domino: nec eam vendere debet nisi dominus, vel minister auctoritate domini: Deus autem hominibus non dedit potestatem sacramenta vendendi, quamuis ministris ecclesiæ potestatem dederit ea administrandi: & ideo quicunque emit sacramentum emit rem ab illo qui eius dominus non est, & qui eam vendere non potest, & ideo merito illicita est, & execrabilis talis emptio, vel venditio.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd cum substantia spiritualis, & eius actus, & habitus nõ sint accepta Deo, nisi per gratiã, nullum *Ad primũ.*

nullum aliud spirituale donum a gratia potest esse sufficiens precium gratiæ. Vnde apostolus ad Rom. 11. Si gratia Dei iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Sed quamuis hæc solutio verum contineat: tamen argumento non satisfacit, quia vnum sacramentum posset esse eiusdem sacramenti in specie precium si essent res vendibiles. Vnde nisi aliud obstaret possent duo adulti baptizandi hanc pactionem inter se facere. Promitto tibi, quòd baptizabo te tali pacto, ꝙ postea baptizabis me, quod tamen facere licitum non esset, quia in talibus omnis pactio, vel conuentio cessare debet. extra. de simonia. Tua nos.

Dicendum ergo ad argumentum, quòd dare aliquid spirituale pro sacramento ex pacto quamuis non sit illicitum ex tot causis ex quot illicitum est dare ex pacto pecuniam pro talibus: tamen illicitum est duabus de causis: tum quia emitur res a non domino: tum quia est contra rationem gratiæ vt vendatur pro quocunque precio: dicere tamen orabo pro vobis, & rogo vos quòd pro me oretis, & similia in nullo est repræhensibile: hoc enim non est vendere, nec emere spirituale pro spirituali, quia hic nulla pactio est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd non est licitum ex pacto aliquid dare tanquam precium missæ: si tamen sacerdos non habet sumptus pro quibus missam teneatur ex officio celebrare: nec etiam aliunde: potest accipere pecuniam pro suo labore ad sustentationem vitæ: nec est decretalis allegata contra prædicta, quia ibi non fuit aliqua pactio: sed illi prabendæ fuit annexum illud officium cantandi missam talem.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd aliud est expensas accipere necessarias pro labore, quod est ad procurandum negocium electionis, & aliud pecuniam accipere pro ipsa electione. Primum enim licet maxime cum accipiuntur non ex pacto: sed ex iuris auctoritate quo statutum est, vt accipi possint.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd matrimonium non tantum est sacramentum: sed etiam naturæ officium. Vnde ex illa parte qua est sacramentum in dispensatione ministrorum ecclesiæ consistens: non cadit sub venditione. Vnde qui pro benedictione nubentium pecuniam exactam accipit: simoniam committit. Sed pro matrimonio inquantum est naturæ officium: licet precium dare, & accipere, & conditionem interponere de re temporali accipienda, vel danda: sicut pro alijs ciuilibus, & corporalibus officijs.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quod pro exhibitione absolutionis pecuniam accipere non licet tanquam absolutionis precium: sed illi qui absoluitur iniungi potest solutio pecuniæ in pœnam peccati: tenetur tamen cauere absoluens ne in hoc magis intendat deseruire cupiditati, quam correctioni.

Ad sextum. Ad sextum dicendum, quod si illi electo non est acquisitum ius: per illam electionem non licet dare pecuniam aduersario, vt desistat. Si autem est ei ius acquisitum: licet ei dare pecuniam aduersario non pro electione, quia iam debito modo electus est: sed pro redemptione vexationis suæ iniustæ. extra de simonia. Dilectus filius. R.

Ad septimum. Redimere eleemosynis peccata quomodo. Ad septimum dicendum, quod ibi accipitur redimere per quandam similitudinem, quia proprie redemptio non est: sed ideo redemptio dicitur, quia sicut per dationem precij homo retrahit ad se alienatam hæreditatem: sic homo dando eleemosynas pauperibus pro amore Dei dispositiue ad se retrahit diuinã amicitiam, & ius participationis vitæ æternæ: a qua per sua peccata fuerat alienatus.

Ad octauum. Ad octauum dicendum, quòd in illo casu non sufficeret dicere, quòd monachus emeret aquam a sacerdote, & puerũ baptizaret, quia monachus ipsum non posset immergere. Si ergo ponatur casus in isto districtu: aut quòd puer moriatur sine baptismo: aut quòd sacerdoti detur pecunia pro sacramento: magis debet eligere monachus primum, quam secũdum, quia secundum Apostolum ad Roma. 3. Non facienda sunt mala, vt veniant bona. Aliqui tamen dicunt, quòd in isto casu posset dari pecunia: ita tamen quòd dans non intenderet eam dare pro sacramento: sed pro vitanda damnatione pueri, & ad remouendum insaniã sacerdotis. Secus autem est de alijs sacramentis, quæ sine periculo damnationis ex causa possunt differri.

QVAESTIO II.

Vtrum committatur simonia in emptione, vel venditione quorumcunque spiritualium.

Arg. 1. D. Bon. ubi supra. D. Tho. ibi. Et videtur, quòd non: pro ecclesiarum consecratione potest episcopus procurationem exigere. extra de simonia. Cum sit Romana: sed ecclesiarum cõsecratio res spiritualis est.

Secundo. Item totum officium ecclesiasticum quid spirituale est: sed frequenter accipiuntur certi redditus pro anniuersario celebrando.

Tertio. Item visitatio, & correctio res spirituales sunt: sed pro visitationem prælati accipiunt procurationes.

Quarto. Item doctrina est quid spirituale: sed magistri artium pecuniam accipiunt pro sua doctrina.

Quinto. Item iudicium, cõsilium, testimonium sunt bona spiritualia: sed pro his potest accipi pecunia.

Sexto. Item religiosus status quoddam bonum

 spiri-

spirituale est : sed in quibusdam monasterijs exiguntur quædam ab his qui sunt ibi recipiendi.

Septimo. Item prædicatio bonum spirituale est: sed pro illa possunt accipi stipendia temporalia. Vnde apostolus prima ad Corinth.9. Si nos vobis spiritualia seminamus: non magnum est si carnalia vestra metamus.

Octauo. Item oratio maximè spiritualis est: sed sancti viri dant eleemosynas pauperibus, vt orét pro eis.

Nono. Item prophetia res spiritualis est, & tamen prophetis afferebant dona. Vnde vt habetur. 3.Reg.14. Vxor Ieroboam attulit ad Heliam prophetam.10.panes & crustulam, & vas mellis quando venit quærere ab eo responsum domini.

In oppositum. CONTRA, prima.q.prima. Quicquid. Quicquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur nunquam quæstibus, vel quibuslibet præmijs venundari penitus debet: dicente domino. Quod gratis accepistis gratis, date.

Matt 10.
Secundo. Item extra:de magistris ne aliquid exigant primo.cap. Pro licentia docendi nullus precium exigat, vel sub prætextu alicuius consuetudinis ab eis quos docet aliquid quærat: qui autem contra hoc venire præsumpserit ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. In capitu. etiam immediatè sequenti dicitur. Prohibeas ne pro licentia docendi exigatur aliquid: aut etiam promittatur. Cum ergo hæc licentia non sit aliquid spirituale nisi per comparationem ad spiritum humanum: multo fortius illicitum est emere, vel vendere quæcunque alia spiritualia.

CONCLVSIO.

Spiritualia emens, aut vendens, quæ ordinantur ad spiritum sanctum, proculdubio simoniam committit.

Responsio. Non spiritualia multipliciter dicuntur. RESPONDEO, quòd aliquid spirituale dupliciter potest dici, scilicet, vel per comparationem ad spiritum sanctum, vel ad spiritum humanum. Primo modo aliqua dicuntur spiritualia per essentiam, vt gratia, & virtutes, & hæc, nec de iure, nec de facto védi possunt. Quædam per causam instrumentalem, vt sacramenta, & hæc de facto vendi possunt: non tamen de iure, vt in præcedenti quæstione habitum est. Quædam quasi per effectum, vt ea, quæ alicui ex aliquo spirituali dono, vel officio conueniunt, & hæc etiam vendi de iure non possunt: quamuis aliquando aliquid possit accipi pro labore in sustentationem vitæ.

Spiritualium etiam per comparationem ad spiritum humanum: quędam sunt spiritualia per causam, vt doctrina, quædam per essentiam, vt scientiæ philosophicæ, quæ per inuestigationem, & doctrinam humanam acquiruntur: doctrina prædictarum scientiarum potest vendi de facto, & de iure: cum doctor non habet aliquod stipendium ab ecclesia quo docere teneatur. Si autem habet salarium ab ecclesia incurrit vitium simoniæ, vel quasi vitium simoniæ, si pro doctrina sua precium exigat a clericis eiusdem ecclesiæ, & a pauperibus vndecunque sint. extra. de magistris: ne aliquid exigant. Quia nonnullus. in text. & in glos. Dicunt tamen aliqui, quòd non prohibetur exigere a diuitibus, vt videtur dicere glo. ibidem quod credo debere intelligi non de diuitibus eiusdem ecclesiæ: sed alterius: neque etiam ab illis deberet exigere, nisi ex licita causa esset factus pauper, vel debitis obligatus: prædictæ etiam scientiæ: nec de iure, nec de facto vendi possunt. Vnde prouer.17. Quid prodest habere diuitias stulto cum sapientiam emere non possit.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd pro consecratione ecclesiæ non debet episcopus procurationem exigere: sed tanquam debitam pro suo labore secundum determinationem ecclesiæ. *Ad primum argum.*

Ad secundum dicendum, pro anniuersario celebrando non licet facere pactum de pecunia danda: si tamen ex deuotione datur ecclesiæ: ecclesia tenetur pro illis celebrare pro quibus datur secundum, quod pro recepto beneficio se videt magis obligatam. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, quòd pro correctione, seu visitatione, non licet pecuniam accipere, tanquam earum precium: sed tanquam debitam ad sustentationem ex ordinatione ecclesiæ. *Ad tertium.*

Ad quartum solutum est ex dictis in quæstione. *Ad quartum.*

Ad quintum dicendum, quòd iudici non est licitum vendere iudicium, quia ad hoc tenetur ex officio suo: nec testimoniũ, quia quilibet interrogatus loco, & tempore tenetur veritati testimonium perhibere. Vnde tales prædicta vendentes grauiter peccant, & si talia respiciunt spiritualem causam simoniaci sunt: sed aduocatus vendere potest patrocinium, & iurisperitus suum consilium, quando a iudice, vel a curia non recipiunt salarium: pro quo ad ista exhibenda absque nouo precio teneantur. Nec potest dici, ꝙ isti vendant iustitiam, vel veritatem, sed laborem suum, & suam sollicitudinem. *Ad quintum.*

Ad sextum dicendum, quòd quando possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandum plures, quam ibi sunt: volenti seruire Deo cum illis licitum est intimare sine pacto, ꝙ nisi afferret vnde viueret: ipse & alij penuriam paterentur, per quam possent aliquo modo a diuino officio impediri: si autem monasterium abundat: hoc volenti intrare: dicere non licet. *Ad sextum.*

Ad

Ad septimum. Ad septimum dicendum, quòd nullo modo licitum est prædicare pro pecunia: ita vt sit prædicationis precium: licitum est tamen prædicare pro pecunia: ita vt sit res prædicata: dum tamen in hoc finis prædicationis non ponatur, vt cum homo prædicat diuitibus, vt dent pecuniam pauperibus, vel ad aliquod opus pium.

Ad octauum. Ad octauum dicendum, quòd oratio simpliciter supernaturalis est quantum ad essentiam, & quantum ad causam: vnde nullo modo pro ea aliquid ex pacto dari debet. Vnde illi qui dant pecuniam pauperibus orationem non emunt: sed animos pauperum alliciunt ad orandum pro se, & eos sibi debitores constituunt. Clerici autem dicentes psalteria pro mortuis si pecuniam accipiunt pro suo labore non peccant: si indigent, & ad hoc alias non teneantur.

Ad nonum. Ad nonum dicendum, quòd talia afferri poterant prophetis licitè non tanquam precium prophetiæ: sed ad eorum sustentationem, vt spiritualibus vacarent liberius: non tamen erat licitum pactum aliquod interuenire.

Ad aliam partem. Ad secundum, ad secundam partem dicendum, quòd quamuis exigere aliquod pro dando licentiam sit illicitum, vt bene ostendunt iura ad hoc allegata: tamen propriè loquendo simonia non est. vnde gloss. ibidem non dicit, quòd sit simoniacum: sed quasi simoniacum, & dominus Hosti. dicit in summa: quòd non est simoniacum: sed crimen concussionis. Est autem crimen concussionis cum aliquis prætextu officij sui ab inuito aliquid extorquet, quod non debet. 23. q. 1. Militare: cum ergo simoniacum dicitur extenditur nomen simoniæ ad simoniam propriè dictam. *Concussionis crimen quid.*

QVAESTIO III.

Vtrum committatur simonia in emptione, vel venditione spiritualibus annexorum.

Arg. 1. D. Bon. ubi sup. q. 3. Et videtvr, quòd non: quia vasa ecclesiæ sunt spiritualibus annexa, & tamen pro liberatione captiuorum, & subuentione contra inopiam miserorum vendi possunt, & debent. 12. q. 2. Aurum.

Secundo. Item ius patronatus est annexum spiritualibus, & tamen potest vendi cum villa, vel castro: transit enim cum tali venditione nisi excipiatur extra de iure patronatus. Ex literis, & c. Cum sæculum.

Tertio. Item decimæ sunt spiritualibus annexæ: sed sicut dicitur extra de locato, & conducto. Vestra. Vestrarum decimarum prouentus illis libere locare poteritis cum quibus ecclesiæ vestræ conditionem poteritis facere meliorem, sed quod locari potest vendi.

Quarto. Item ius sepulturæ spiritualibus est annexum est enim ius competens ecclesiæ. 13. q. 1. Ecclesias, sed vt habetur Gen. 23. Abraham emit ab Emor speluncam duplicem in sepulturam: nec de hoc reprehensus est.

Quinto. Item ius primo genituræ antiquitus erat spiritualibus annexum, quia vt habetur super illud Gen. 14. At vero Melchisedech rex salē. in gloss. aiunt hebræi omnes primogenitos a Noe vsque ad Aaron pontifices fuisse, & tamen vt habetur Gen. 25. c. Iacob emit ab Esau fratre suo ius primogenituræ: neque a Deo de hoc reprehensus est.

Sexto. Item corporalis labor annexus est spiritualibus officii, sed vt superius habitum est aliquando licet homini suum laborem vendere.

In oppositum. Contra, extra de iure patronatus. De iure. Et de simonia. Querelā: dicitur quòd annexum spirituali, nec emi, nec vendi potest de iure, & idem expresse dictum glosæ super decretalem vtramque.

Secundo. Item emere decimas, vel vendere: simonia cum est. 1. quæst. 1. Presbyter, sed decimæ sunt spiritualibus annexæ, quia debentur clericis pro cultu diuino. extra de decimis. Tua nobis: ergo a simili videtur quòd alia spiritualibus annexa vendere vel emere simoniacum est.

CONCLVSIO.

Absque simoniæ vitio, & emi, & vendi possunt spiritualibus annexa, dummodo propter spiritualia nil exigatur.

Responsio. Respondeo, sicut superius visum est quædam sunt spiritualia per comparationem spiritum sanctum: quædam per comparationem ad spiritum humanum. Spiritualium primo modo dictorum: quædam sunt spiritualia causaliter vt sacramenta: quædam essentialiter vt virtutes & gratia, quædam quasi effectiue, vt ea, quæ illic alicui conueniunt ex aliquo spirituali dono, vel officio, vt prophetare, & diuinum seruitium celebrare. Annexa spiritualibus, quæ de facto vendi possunt multa sunt. Vnde omnia spiritualibus annexa, quæ de facto vendi possunt: aut sunt annexa sacramentis, vt vasa sacra: in quibus spiritualia ministrantur, & hæc licet vendere non habito respectu ad consecrationem: ita tamen vt personæ sæculari non vendantur, nisi prius redacta in massam. 12. q. 1. Aurum. Alij vero ecclesiæ in eadem forma vendi possunt. Aut sunt annexa spiritualibus, quæ alicui ex aliquo spirituali dono, vel officio conueniunt, & hoc tripliciter, scilicet, vel antecedenter, vt ius *Spiritualibus annexa quæ possunt vendi, & quæ non.*

Spiritualia cui piam ex officio aut dono conuenientia tripliciter euenit. ius patronatus, quod est potestas clericum præsentandi ad officia ecclesiastica, & istud vendere non licet in speciali. extra de iure patronatus. De iure: sed transit cum vniuersitate vendita in vniuersali: nisi excipiatur eod. titu. cap. Ex literis. Vel consequenter, vt perceptio decimarum, quæ clericis debetur propter diuinum cultum, & hoc vendere licet: ita tamen, quòd ipsum ius percipiendi decimas non vendatur: aliud enim est fructus vendere propter necessitatem ecclesiæ: aliud ius percipiendi: hoc enim nullo modo vendi debet extra de loca. & conduc. Vestra. Vel concomitanter, vt labor annexus spiritualibus officijs, & tale annexum locari potest: si aliàs non tenetur ad exequendum illa officia: sicut patet in clerico legente psalterium pro defunctis, & sic de alijs.

De annexis vero spiritualibus per comparationem ad spiritum humanum dici potest, quòd annexa doctrinæ Physicæ, vt sunt scholæ: libri, & consimilia, vendi possunt quantum est de iure communi: nisi ecclesia doctori propter instructionem clericorum talia ministraret: tunc enim pro prædictis nõ liceret ei præcium aliquod exigere.

Ad argumenta tria prima. AD tria prima in oppositum patent solutiones ex dictis in quæstione.

Ad quartum Ad quartum dicẽdum, ꝙ Abrahã emit terram non consecratam, & hoc facere licet.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum, quòd ius primogenituræ debebatur Iacob ex diuina ordinatione, & ideo non ita dici potest ius illud emisse: sicut suam vexationem iniustam redemisse. Vel potest dici, quòd non sic dicendum est de annexis spiritualibus in lege veteri: sicut in noua, quia sicut sacerdotium veteris legis, magis debet dici fuisse figura sacerdotij, quam sacerdotium: ita magis debet dici fuisse figura spiritualis officij, quam spirituale officium.

Ad sextũ. Ad vltimum dicendum, quòd labor corporalis annexus spiritualibus vendi potest: eo modo quo superius dictum est: non tamen ille, qui est in ministratione sacramentorum.

Ad aliam partem. AD argumenta ad partem aliã patet quid dicendum ex dictis in quæstione.

Munus ex pacto tribuere pro spiritualibus, simonia committitur. Et notandum ad maiorem explanationem prædictorum, quòd non tantum committitur symonia cum pro spiritualibus, vel annexis eisdem datur ex pacto pecunia. Sed etiam cum ex pacto datur munus quodcunque siue sit munus ab obsequio, quod est seruitus indebite impensa: siue munus a lingua, quod est fauor. prima quæst. 1. Ordinationes, & expressius. cap. immediate sequenti: si tamen sine pacto ex libertate munus aliquod benefactori datur post beneficium iam receptum accipi potest. ead. quæst. Quicquid. Si etiam sine aliquo pacto aliquis seruit alij: ille qui seruitium recipit si ipsum remunerat aliquod beneficium ecclesiasticum conferendo: si tamen alias dignus sit: non peccat nisi principalem aspectum habeat ad seruitium, quod ab ipso recipit. Clericus etiam seruiens episcopo in spe futuræ remunerationis symoniam non committit: si sine omni pactione, vel conditione seruiat. dummodo principaliter hac intentione non seruiat: nec episcopus directè pro hoc seruitio præbendam ei assignet: extra de simonia. Cum essent in gloss. Si autem seruiat principaliter intentione obtinendi beneficium aliquod ecclesiasticum: nullo tamen pacto penitus interueniente, quamuis grauiter peccet, & simoniam incurrat mentalem: tamen non incurrit illam symoniam, quæ obligat ad resignationem beneficij ecclesiastici, quod simoniacè adeptum est, quòd potest probari a simili per illud quod habetur: extra de simonia. Mandato vestro.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo. vtrum sexus muliebris impediat ordinis susceptionem.

Secundò vtrum infantilis ętas.

Tertiò vtrum defectus natalium.

QVAESTIO I.

Vtrum sexus muliebris impedit ordinis susceptionem.

ET VIDETVR, quòd non. Christus est qui principaliter ordinat: sed sicut dicitur ad Gal. 3. In Christo Iesu non est masculus neque fęmina: ergo ita potest ordinari fœmina: sicut masculus. *Arg. 1. D. Bon. ubi sup. ar. 1 q. 1. D. Thom. in Addit. q. 39 art. 1.*

Item decre. di. 32. Presbyter. & cap. Mulieres: fit mentio de presbytera, & 27. q. 1. dicitur diaconissam non debere ante anos 40. ordinari: ergo mulieres suscipere possunt ordines diaconatus, & presbyterij. *Secundò.*

Item mulieres possunt habere actum prophetandi. Vnde Lucæ. 2. Erat Anna prophetissa: ergo a simili possunt ordinari. *Tertio.*

CONTRA, decreto. distin. 23. Sacratas. Sacratas Deo fęminas, vel monachas sacra vasa, vel sacras pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem, quæ omnia reprahẽsione, & vituperatione plena esse nulli rectè sapientium dubium est. Sed illud quod impedit contactum sacramentorum, impedit ordinis susce- *In oppositum.*

susceptionem: ergo sexus muliebris impedit ordinis susceptionem.

Item clerici debent tonsurari (vt superius habitum est) sed vt dicit Apostolus, primæ ad Corinthios secundo. Turpe est mulieri tonderi, & parum post. Si comam nutriat gloria est illi: cum: ergo non debeant ordinari, nisi clerici: mulier non debet ordinari.

CONCLVSIO.

Tum de iure, tùm de facto sexus fœmineus ita impedit ordinis susceptionem, vt nulla fęmina characterem recipere possit.

Responsio. RESPONDEO, quòd sexus muliebris impedit susceptionem ordinis de iure, quia non debet ordinari, & etiam de facto, quia si circa mulierem fierent exterius omnia, quæ fiunt circa illos qui ordinantur ordinem non susciperet. Cuius ratio est. Sacramenta vim habent ex sua institutione; Christus autem hoc sacramentum instituit conferri masculis tantum, non mulieribus. Cuius institutionis duplex fuit ratio congrua.

Mulieres non debere ordinari, duplex ratio demonstrat. Vna quia ordini competit officium doctrinæ inquantum omnis ordo ordinatur ad presbyteratum: cui hoc officium conuenit. 16. q. prima. Adijcimus, quòd etiam conueniat ordini diaconatus dicitur decre. distinct. 25. Perlectis. §. ad diaconum & 92. distin. In sancta, quod sic debet intelligi, vt sacerdotis fit principaliter officium, & diaconi ex delegatione, vel secundum glo. ibidem prædicationem vocat lectionem euangelicam: docere autem publicè mulieri non conuenit propter debilitatem intellectus, & mutabilitatem affectus: quos defectus mulieres, de communi lege notabilius patiuntur, quam viri: decet enim Doctorem habere viuacem intellectum in veritatis cognitione, & stabilem affectum in persistendo in eius confessione.

Alia ratio est, quia ordo ordinatum constituit in aliquo gradu ęminentiæ, quod aliquo modo significari debet ex ęminenti natura illius qui ordinatur: mulier vero in respectu viri statum subiectionis habet, quod etiam naturæ consonum est, quia muliebris sexus naturaliter imperfectus est, in respectu sexus virilis. Has duas rationes extrahere possumus ex dictis Apostoli primo Timo. 2. dicentis. Mulier in silentio discat cum omni subiectione, docere autem mulieri non permitto: neque dominari in virum.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum, cum dicitur, quòd in Christo non est masculus, neque fœmina: dico, quòd per comparationem ad Christum, quamuis non sit differentia inter masculum, & fœminam quo ad meritum: est tamen quo ad officium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd ibi vocantur presbyteræ viduæ seniores: non mulieres ordinatæ: immo de illis, quæ ibi vocantur presbyteræ dicit idem canon, quòd illas tanquam ordinatas in ecclesia constitui non debere decernimus: per diaconissam autem intelligitur abbatissa secundum gloss. ibidem. Melius est tamen, vt dicamus, quòd diaconissæ dicebantur quibus fiebat aliqua benedictio ad legendum homeliam in matutino, vt dicit alia glo. ibidem.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd non est simile, quia per prophetiam non datur mulieri potestas aliqua super virum: ordinatus autem, est aliquo gradu ęminentiæ super non ordinatos viros. vnde quamuis non repugnet mulieri esse abbatissam super mulieres ad coercendum eas propter periculum cohabitationis virorum, tamen absonum esset, vt esset abbatissa virorum.

QVAESTIO II.

Vtrum infantilis ętas impediat ordinis susceptionem.

Arg. 1. D. Bon dist. 25. arti. 2. q. 2. Sco. dist. eadem. q. 2. D. Tho. ubi sup. ar. 2. ET VIDETVR, quòd sic. decre. distinct. 77. Subdiaconus non minor. 20. annorum ordinetur, & capitulo sequenti. Placuit. dicitur vt ante. 25. annos diaconi non ordinentur: nec virgines consecrentur, & lectores populum non salutent.

Secundo. Parum post principium. Item secundum Philosophum lib. de somno, & vigilia. Cuius est potentia eius est actus: sed actus ordinis non potest conuenire infanti: ergo nec potestas.

Tertio. Item continentia annexa est ordini sacro: sed infantes: non possunt ad continentiam obligari, quia ad hoc nullus nisi voluntarie obligatur: ergo non possunt recipere ordinem sacrum.

Quarto. Item sicut forma non recipitur nisi in materia disposita: sic nec ordo nisi in anima disposita: sed dispositio in anima ad recipiendum ordinem est consensus: ergo infantes ordinem non possunt recipere cum consentire non possint.

In oppositum. CONTRA, ordinatus in minoribus ordinibus infra annos discretionis postea non reordinatur: extra de clerico per sal. promoto, quod verum non esset nisi ordinem verum suscepissent.

Secundo. Item pueri possunt recipere alia sacramenta imprimentia characterem, vt baptismum, & confirmationem: ergo a simili, & istud cum characterem imprimat.

CONCLVSIO.

Aetas infantilis, aut defectus usus rationis nec minorum, nec maiorum impedit susceptionem ordinum,

dinum, at conferens mortaliter peccat.

Responsio. RESPONDEO, quòd infantilis ætas impedit rationis vsum, & ideo impedit omnia illa sacramenta, quæ de necessitate requirunt actum rationis, in suscipiente sacramentum: cuiusmodi sunt pęnitentia, & matrimonium. Sacramentum autem ordinis non requirit ad hoc, vt suscipiatur actum rationis in suscipiente, quia in collatione ipsius sacramenti in suscipiente recipitur quędam infusa potestas, quæ ordine naturæ, & tẽporis potest præcedere actum, & ideo quamuis non possit recipere sacramẽtũ pęnitentiæ & matrimonij: potest tñ recipere ordinis sacramẽtũ de facto.

Duran. dist. præsenti q. 2. oppositũ sustinet.

In minoribus tñ ordinibus requiritur discretionis vsus, in suscipiente, nõ de necessitate præcepti, sed de honestate propter reuerentiam sacri. Sed ad susceptionem maiorum ordinum requiritur vsus rationis, non tãtum de honestate: sed etiam de necessitate præcepti: tum propter votum continentiæ annexum: tũ quia eis committitur potestas tanta, ꝙ non debet dari nisi illi, a quo cum reuerentia, & deuotione suscipitur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ nõ omne, quod est de necessitate præcepti, est de necessitate sacramenti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis eiusdem sit potentia cuius est actus: tamen potentia præcedere potest actum: non tantum ordine naturæ, sed etiam tempore.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ continentia secũdum aliquos nõ est annexa ordini sacro, nisi quo ad illos qui ipsum voluntarie suscipiunt: quamuis aliqui dicant contrarium.

Ad quartũ. Ad quartum dicẽdũ, ꝙ ad hoc, vt forma suscipiatur in materia sufficit ex parte materię: ꝙ in ea non fit aliquid repugnãs formæ introducendæ. In paruulis autem anima nihil repugnans est susceptioni characteris ordinis: videtur tamen multis, & probabiliter, ꝙ in adultis requiritur suscipiendi intentio explicite, vel implicite, in spirituali, vel in generali, & quamuis ad susceptionem formæ elementaris sufficiat ex parte materiæ, quod in ea non fit aliquid repugnans illi formæ: non tamen hoc est verum de quacunque alia forma: ad susceptionem enim intellectiuæ requiritur in materia aliqua dispositio positiua, vt in libro secũdo ostensum est.

QVAESTIO III.

Vtrum defectus natalium impediat ordinis susceptionem.

Arg. 1. Scot dist. ead. q. 1. D. Bon. ibi. q. 4. D. Thom. vbi sup. artic. 5.

ET VIDETVR, ꝙ sic, deutero. 23. Non ingredietur mancer: hoc est de scorto natus in ecclesiam domini vsque ad decimam generationem. Sed quod impedit ingressum in ecclesiam, multo fortius impedit ordinis susceptionem.

Secundo. Item decre. distinct. 56. in principio. Præsbyterorum filij ad sacra officia non sunt admittendi.

Tertio. Item extra de filiis presbyterorum non ordinandis. capit. primo. Prohibentur filij presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad sacros ordines promoueri.

In oppositũ. CONTRA, filius quantum ad ea, quæ respiciunt animam, cum eam non habeat a carnali patre, non debet portare iniquitatem patris. Vnde Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris: ergo fornicatio patris, & matris non impedit in prole fornicatorum ordinis susceptionem.

Secundo. Item decre. distinct. 56. Satis peruersum, & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra, quorũdam voluptatibus commodis suis quis priuetur: sed si nati de fornicatione non possent ordines suscipere, priuarentur suis commodis propter illicitam parentum voluptatem: ergo videtur, quòd defectus natalium non impediat ordinis susceptionem.

Tertio. Item vnicuique magis debet obesse culpa propria, quam aliena: sed fornicator post peractam pœnitentiam potest licite promoueri: ergo multo fortius ille qui est de fornicatione natus, & non est fornicator.

CONCLVSIO.

Ordinis susceptionem de iure impedit quidem defectus natalium; de facto autem illegitimè natus si ordinetur, uerè sacramentum suscipit.

Responsio. RESPONDEO, quòd defectus natalium non impedit alicuius ordinis susceptionem de facto, aliàs enim per dispensationem non permitterentur ministrare, nisi iterum ordinarentur: impedit tamen ordinis susceptionem de iure. Iura enim tales prohibent ordinari: tum propter sacramenti reuerentiam: tum quia ordinantus constituitur in aliquo eminenti gradu, quæ eminentia non conuenit illegitimè natis, eo quòd eorum claritas ratione turpitudinis suæ originis in conspectu hominum offuscatur. Tum propter detestationem criminis parentum. Tum quia tales plus quàm alii, vt in pluribus solent esse malè morigerati, eo, quòd a parentibus non ita sollicite, sicut legitime nati, instruuntur. Per dispensationem tamen nisi (paternæ incontinentiæ imitatores fuerint) possunt licitè promoueri, & tanto est difficilior dispensatio, quãto turpior est eorum origo. Et cũ talibus, vt possint obtinere dignitates, & personatus, & alia beneficia curã animarũ habẽtia, dispẽsatio ab apostolica sede requiritur: extra de filijs presbyterorum non ordinandis.

nandis.c.1.& c.vlt.etiam si religionem intrauerint: quamuis postquam in religione professi sunt, possint sine speciali dispensatione ad ordines omnes promoueri, & hoc habetur in glo. super decretalem prędictam, & possunt tales in religione audire confessiones ex commissione: non tamen posset aliquis talis curatus poni in parochia nõ obstãte, ꝙ abbas suus potest ipsum inde amouere.

Argumenta ad partem primam procedunt de ordinis susceptione de iure.

Ad argum. partis primæ.

Ad primum ad partem aliam dicendũ ꝙ irregularitas non semper est pœna iniquitati debita: cum quandoque ex actu virtutis homo fiat irregularis, vt patet cum iudex zelo iustitiæ suspendit latronem, & ideo quamuis nati de illegitimo thoro sint irregulares: non propter hoc sequitur, ꝙ portent parentũ iniquitates.

Ad primũ. secũda partis.

Ad secundum dicendum, ꝙ secundum glo. ibidem istud capitulum intelligitur de iã promoto: talis enim propter delictum alterius sequens suam promotionem non priuatur iure suo.

Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ ea, quæ committuntur per actum volũtarium, postea per actũ contrarium cum Dei adiutorio possunt purgari: nõ sic autem defectus qui ex natura sunt, quamuis Deus si vellet ordinem naturæ mutare posset, & ideo cum defectus nataliũ sit proueniens ex naturali origine, nõ purgatur per actum patientis illum defectum.

Ad tertiũ.

Vel potest dici, ꝙ quamuis vnicuique plus obsit culpa propria, quam aliena, quo ad meritum, & per comparationem ad Deum: non oportet tamen hoc verum esse quo ad officiũ, & quo ad hominum forum.

ARTICVLVS V.

Consequenter quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum seruitus impediat ordinis susceptionem.

Secundo vtrum notabilis defectus alicuius membri.

Tertio vtrum homicidium.

QVAESTIO I.

Vtrum seruitus impediat ordinis susceptionem.

Et videtvr, ꝙ non. ad Gal. 3. In Christo Iesu non est seruus neque liber: ergo ita potest ordinari seruus sicut liber.

Arg. 1. D. Bon. ubi sup. D. Tho. ubi sup. art. 3. Scot. eadem dist. q. 1.

Item omnia alia sacramenta ita possunt recipere serui sicut liberi: ergo a simili, & istud.

Secundo.

Item peior est seruitus diaboli, quam seruitus hominis, quia seruitus hominis est meritoria si patienter toleretur: sed seruus diaboli potest ordinari, quia quilibet existens in peccato mortali, diaboli seruus est: ergo multo fortius seruus hominis.

Tertio.

Contra, decre. distin. 54. Nulli. Nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius a proprijs dominis legitimam libertatem consequantur.

In oppositum.

Item extra de seruis non ordinandis. De seruorum. De seruorum ordinatione statutũ est, vt nullus episcoporum deinceps ad sacros ordines eos promouere præsumat.

Secundo.

Item decre. distin. 54. Si quis. Si quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domini: non est ordinandus clericus nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit. Sed nullus potest recipere quemcunque ordinem quin sit clericus: ergo seruitus impedit cuiuscunque ordinis susceptionem.

Tertio.

CONCLVSIO.

Seruitus de facto ordinis susceptionem non tollit, sed tantùm ne sacri ordines de lege recipi possint in causa est.

Respondeo, quòd seruitus non impedit alicuius ordinis susceptionem de facto: si enim ordinetur, verè ordinem suscipit: tamen impedit cuiuslibet ordinis susceptionem de iure. Iura enim tales prohibent ordinari, nisi prius sint redditi libertati, vel nisi sit de consensu dominorum: si enim domini consentiant ipso facto efficiuntur liberi, & consentire præsumuntur: nisi si sciant, & possint reclament. decre. distinct. 54. Si seruus sciente. In susceptione enim ordinis mancipatur homo diuinis officijs, & quia seruus sui potestatem non habet, cum sit Domini sui: quia sicut dicit Philosophus primo Polit. capitulo tertio. Seruus est res animata possessa: non potest se dare seruitio ecclesiastico, quia nullus potest dare, quod suum non est: hæc ratio tangitur implicite decre. distinct. 54. capitulo primo, vbi dicitur. Debet esse immunis ab alijs qui diuinæ militiæ est, aggregandus, vt a castris Dominicis, quibus nomen eius ascribitur: nullius necessitatis vinculis abstrahatur. Si autem seruus de facto ordinetur domino suo nesciente, quòd ordinetur, & ordinatore, & præsentatore ignorantibus, quòd sit seruus: tunc si non est constitutus nisi in minoribus ordinibus reuocatur in seruitutem, & domino redditur. decre. dist. 54. Nulli, & cap. Ex antiquis. Diaconus autem dabit vicarium quem si sibi dare non potuerit domino reddetur. eadem distinct. Ex antiquis. Simili modo dicendum est de subdiacono pro

Responsio.

nunc, quia modò facer ordo est: extra de seruis non ordinandis. Miramur: si autem seruus sit factus sacerdos in eodem gradu peculij solа amissione mulctatus remaneat: decre. dist. 54. Ex antiquis: si vero peculium non habeat seruiat domino: non tamen in seruitijs inhonestis, quæ suum ordinem dedecent, sed in seruitijs honestis. eadem distinct. Frequens. Si autem seruus ordinetur domino ignorante seu contradicente, & ordinatore seu præsentatore scientibus, quòd sit seruus, illæ qui hoc sciuit duo mancipia domino dare tenetur. e. di. Si seruus absente, si autem non habuerit, vnde hanc faciat satisfactionem domino, reddetur seruus ordinatus: si ipsemet, vel alius ipsum non redimerit, si tamen sacerdos est, domino seruiet in seruitiis honestis, vt dictum est: potest autem dominus seruum ordinatum ipso ignorante repetere infra annum a tempore scientiæ suæ. ea. di. Si seruus sciente. in text. & in glo.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, quod illa auctoritas apostoli intelligenda est quo ad meritum, non quo ad officium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, quod non simile, quia conferendo alia sacramenta seruis nullũ fit præiudicium dominis suis, quia dignitatẽ illorum sacramentorum, & reuerentiam possunt in se seruare, & dominis suis seruire.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum: quod non est simile, quia seruitus hominis nõ potest a seruo deponi pro sua voluntate, sed seruus diaboli potest fieri liber quando vult, Deo adiuuante. Potest etiam dici, quod clericus quamdiu est in peccato mortali ordinari non debet, & qui scienter talem ordinaret peccaret, nisi in casu in quo peccatum suum esset occultum, & episcopus eum ordinare teneretur.

Ad partem oppositam. Argumenta ad partem aliam procedunt de ordinis susceptione de iure.

QVAESTIO II.

Vtrum notabilis defectus alicuius membri impediat ordinis susceptionem.

Arg. 1. D. Bon. ubi sup. D. Tho ibi. art. 6. Sco vbi su. ET VIDETVR, quod non: Afflicto non debet addi afflictio: ergo propter defectum membri, qui est quędam afflictio, nõ debet impediri homo ab ordinis susceptione.

Secundo. Item ad ordinis susceptionem magis requiritur integritas discretionis, quam corporis: sed aliqui possunt ordinari ante annos discretionis: ergo non impediũtur ab ordinis susceptione propter defectum notabilem membri.

In oppositũ. CONTRA, extra de corpore vitiatis. Exposuisti. dicitur de mutilato manu, quod non potest ad sacros ordines promoueri.

CONCLVSIO.

Corpore notabiliter vitiatus ordinum promotioni ineptus decernitur ob sacramenti reuerentiam.

Responsio. RESPONDEO, quòd defectuum in mẽbris quidam sunt ita notabiles, quod impediunt officij executionẽ: verbi gratia. abscisio pollicis, & sic de similibus, & hæc prohibent ordinis susceptionem de iure: quidam offuscãt notabiliter personæ claritatem, vt abscisio nasi, & sic de similibus, & tales etiam defectus impediunt ordinis susceptionem de iure. iura. n. tales prohibent ordinari propter sacramenti reuerẽtiam dignitatẽ. Vnde Leui. 21. dicitur. Homo qui habuerit maculam non offerret panes Deo suo, nec accedet ad ministeriũ eius: in quo fuit figuratum, quod non tantummodo in hominibus promouendis ad sacerdotium nõ uæ legis attendendum est, quod careant maculã animæ, sed etiam, quod careant notabili macula corporis, quæ derogare posset illi reuerentiæ, quæ debetur ordini: vnde habens oculum erũtum, siue sit per culpam suam, siue non, prohibetur ordinari. 55. distin. Si euangelica. Defectus autem membrorum notabilem deformitatem in facie, vel in manibus non generãtes, si non est introducta ex culpa propria, nullam inducunt irregularitatem. Vnde. e. dist. Eunucus. Eunucus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, fiat episcopus, & cap. sequenti. Si quis. Si quis pro ægritudine naturalia à medicis secta habuerit. Si militer & qui a barbaris aut a dñis suis castrati fuerint, & moribus digni inueniuntur, hos canon permittit ad clerum promoueri. Si autẽ se sponte non interueniente iusta causa mutilat, a susceptione ordinũ repellẽdus est. Vnde qui ad reprimendum carnis temptationem sibi abscindunt virilia irregulares sunt. ea. distin. Si quis absciderit, talis enim non habet iustam causam castrationis suæ: quia virtute carnali vitio repugnandum est. ea. distin. Hi qui se. Eadem ẽt dist. dicitur. Qui partem cuiuslibet digiti sui volens abscidit hunc ad clerum canones non admittunt: sic ergo patet, quod plura sunt vitia membrorum, quæ si ex culpa vitiati proueniant irregularitatem inducunt, & si sine sua culpa proueniant ipsum irregularem non reddunt, & plura, quæ ex quacunque prouenientia causa vitiatum irregularem efficiunt. Nullum tamen prædictorum vitiorum impedit ordinis susceptionem de facto: si enim circa irregularem fiant ea, quæ fieri debẽt circa illum qui ordinatur vere suscipit ordinem, quem sicut suscipere non debuit: ita nec susceptum debet exequi.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd quandoque affligitur aliquis sine culpa sua, & tamen non sine iusta causa: loquendo de temporali afflictione, & similiter afflicto addi potest temporalis afflictio ex iusta causa.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, quod quamuis ante annos

annos discretionis possit aliqua suscipere ordinem de facto, non tamen de iure.

QVAESTIO III.

Vtrum homicidium impediat ordinis susceptionem.

Art. 1. D. Bon. ibi. D. Tho. vbi sup art. 4. Scot. ibid. ET VIDETVR, ꝙ non: Exod. 32. dicit Moyses leuitis. Consecrastis manus vestras hodie domino vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio, sed sicut dicit magister in præcedenti distinctio. c. 7. Ordo diaconatus a tribu Leui nomen traxit: ergo videtur ꝙ in diaconibus licet occidere homines ex iusta causa, sicut licuit leuitis.

Secundo. Item 50. dist. decret. Quia te. dicitur de illo qui captus a saracenis videbatur homines interfecisse, quod quia non sua sponte illud fecisse cognoscitur, inde canonicè nullo modo iudicabitur: ergo non omne homicidium impedit ordinis susceptionem.

Tertio. Item pro actu virtutis nulli debetur pœna, sed quandoque homo in occidendo aliũ exercet actum virtutis iustitiæ, vt cum iudex suspẽdit latronem: ergo pro tali homicidio nõ incurrit irregularitatis pęnam.

Quarto. Item pro eo quod homo tenetur facere de necessitatis salutis, nullo modo repellẽdus est a susceptione ordinis: sed homo in hac necessitate constitutus, ꝙ oportet ipsum occidere, vel occidi, tenetur de necessitate occidere, si potest, quia præceptum charitatis est magis diligere se, quam proximum: ergo tale homicidium non impedit ordinis susceptionem.

Quinto Item homo agens contra latronem coram iudice seculari de crimine, non tamen criminaliter, sed ciuiliter, non efficitur irregularis, si iudex secularis propter talem querelam ad duriorem pęnam procedat; vtpotè ad pęnam mortis. extra de homicidio. Postulasti. in text. & in glo. sed per istum qui quærimoniam deposuit, ille occiditur: ergo non omne homicidium impedit ordinis susceptionem.

Sexto. Item homo aliquando occidit hominẽ casu, sed casuale homicidiũ non reddit hominẽ irregularem: quia vt dicitur extra de homicidio. capit. vlti. Qui omnes casus fortuitos qui præuideri non possunt, forsitan non præuidit, non debet propter homicidium sic casu commissum quo ad officium, vel beneficium impediri.

Septimo. Item carentibus vsu liberi arbitrij nihil imputatur, quod faciunt secundum Ber. lib. de libero arbitrio ante mediũ: ergo si puer vel homo in actu furię, vel dormiens, vel ebrius interficiunt hominem, non propter hoc irregulares sunt.

In opposi- tum. CONTRA, 15. q. prima. Si quis insaniens. Quæ mente alienata fiunt, & si non imputantur ad pęnam, tamen sacri muneris executionem impediunt: tales ergo sunt irregulares, & multo fortius quicunque alij homicidę.

CONCLVSIO.

Ex homicidio voluntario, ac membri mutilatione ordinis susceptio præpediri. summopere condecens est.

Responsio. Homicidiũ quadruplex. RESPONDEO, ꝙ quoddam est homicidium simpliciter voluntarium, quoddam simpliciter non voluntarium, & quoddam simpliciter inuoluntarium, & quoddam partim voluntarium, & partim inuoluntarium.

Homicidium simpliciter voluntarium impedit cuiuslibet ordinis susceptionem de iure. Iura enim tales prohibent promoueri, & prius promotos in susceptis ordinibus ministrare. 50. dist. Miror. & c. sequenti. Cuius prohibitionis potest assignari triplex ratio congruitatis: quia noluit Deus vt Dauid qui multum sanguinem effuderat ædificaret sibi domum, sed Salomon filius eius, vt habetur secũdo Regum septimo, vbi dicit glosa. Vir sanguinum templum Dei ædificare prohibetur. Alia est quia sacerdos repræsentat Christum, qui fuit summæ mitis, & est, cuius mansuetudinem quæ maximè apparuit in hoc, ꝙ mori voluit pro nostra redemptione, reducit ad memoriam officium missæ, homicidium autẽ repræsentatio est crudelitatis. Vnde sacerdos inquantum homicida magis repræsentat interfectores Christi, quam Christum. Alia ratio est propter detestationem effusionis sanguinis, & eius horrorem propter quæ prohibuit dominus Noe, & filijs eius, vt carnem cũ sanguine non comederent, vt habetur Gen. 9.

Homicidium non voluntarium est, cum aliquis carens vsu rationis occidit hominem, in tali enim non est voluntarium, nec inuoluntarium propriè loquendo: & talem homicidam, si per culpam suam non incidit in defectum vsus rationis, aliqui non reputant irregularẽ, quod probant per illud quod dicit. 15. q. 1. Aliquos: vbi dicitur de carente vsu rationis, qui hominem occidit quomodo reus cõstituitur qui nescit quid fecerit, & illud causam. Si q̃s insaniens, exponunt de illo, qui per culpam suam vsu rationis priuatus est. Alij tamen dicunt tales esse irregulares, quamuis non sint rei, quia non imputatur eis ad culpam, nec ad aliam pęnam, quantum ad irregularitatem.

Homicidium autem inuolũtarium est cum quis volens non occidere, occidere compellitur, vt si accipiatur manus eius violenter cũ gladio, & homo moueat brachiũ eius per violentiam, vel si contra volentem ipsum occidere vertit gladium, ne ille cum cultello possit ipsum percutere, & ille ex ira irruat in eius gladium, & percutiat eum, & tale homicidiũ irregularitatem non inducit, quia propriè loquendo, talis homicida non est, cum in occidendo non sit cã agens, sed patiens, qui enim brachium mouit violenter occidit, & irruens in gladium seipsum occidit. Similiter aliquis incidit arborem, & aliquis sub ipsa veniens, opprima-

opprimatur ab arbore cadente: succidens arborem irregularis non est, si quantū in se fuit volentem transire sub arbore sufficienter præmonuit. 50. dist. decre. Hi qui arborē. Et duobus capitulis sequentibus.

Homicidium partim voluntarium, & partim inuoluntarium est, cum quis positus in necessitate, vt occidatur, vel occidat, occidit: qa absolutè non vult occidere, vult tamen occidere ne occidatur, & talis irregularis est. 50. distin. decre. De his clericis pro quibus, & c. De his clericis, qui in obsidionis, sed cum talibus faciliter debet dispensari. Illi etiam qui non voluntate, sed casu hominem occidunt si debitam diligentiam non adhibuerunt committūt homicidium partim inuoluntarium, inquantum voluntariè omiserunt debitam diligentiā adhibere, & partim non voluntarium inquantum absolutè occidere non volebant, & talis irregularis est. 50. dist. decret. Si quis voluntate. §. Si autem. & c. Eos vero, & c. Clerico. Nec tantum reputādus est irregularis qui occidit, sed etiam qui hominem mutilat membro. distin. 55. capit. vlt. talis enim conditioni Dei est inimicus, eadem dist. Si quis absciderit, non tamen ita grauis est irregularitatis cæteris paribus, sicut illa quæ per homicidium est contracta.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est simile de clericis veteris legis, & nouæ: lex enim vetus pęnam sanguinis infligebat, quia erat lex timoris, nō autem lex noua, quia est lex amoris.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ secundum glo. ibidem illud verbum debet intelligi secundū rigorem canonicum, quia talis misericorditer toleratur, in quo notatur talis indigere dispensatione, quamuis cum eo faciliter debeat dispensari.

Vel potest dici, ꝙ ille hoc fecerat inęuitabili necessitate, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, sic autem hominem occidens, nec peccatum, nec irregularitatem incurrit.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ pro actu virtutis, incurri potest hæc pęna, quæ est irregularitas, quia per actum virtutis potest homo facere factum crudelitatem repræsentans, pro qua repræsentatione est magis ineptus ad repræsentandum mansuetudinem Christi.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ in casu prædicto homo non tenetur de necessitate occidere, quamuis possit, tenetur tum se defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & si ex hoc mors alterius sequatur, nō imputatꝰ ei ad peccatum, nec ad irregularitatis pęnam. Si tamen ipsum percutiat, vt occidat, & mors sequatur, quamuis aliter se liberare non posset, irregularis est, sed cum eo debet faciliter dispēsari. Vnde dicitur extra de homicidio. Interfecisti, ꝙ si presbyter sine odio liberādo se, & sua furem, vel latronem interfecerit non deponatur, tamen quamdiu viuit pęnitentiam agat: in quo datur intelligi ipsum esse irregularem, non tamen irregularitate graui. Quod autem dictum est, ꝙ homo tenetur se defendere, non est intelligendum cum volens occidere persequitur in ipso fidem, vel bonos mores, tunc enim melius facit mortem patienter pro Christo sustinendo, quam se defendendo, vt probatur exemplo Sancti Mauricij sociorumque eius.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ hoc intelligitur si iudex ipsum grauius puniat, quam natura querimoniæ requirat. Si enim homo proponeret per hunc modum. Ego conquæror de isto, quia occidit patrem meū, non tamen peto vt moriatur, sed vt mihi de pecunia satisfaciat, & iudex quærimonia probata ipsum suspenderet, deponens quærimoniam esset irregularis, quia & si ille durius punitus sit, quam natura petitionis requirat, non tamen durius punitus est quam natura quærimoniæ requireret. Si tamen aliquis rem suā repetens a latrone coram iudice seculari, quam aliter rehabere non poterat non imponens illi latrociniū, sed tantum affirmans, & probans rem suam illaam esse, si postea iudex inquirat, & inueniat, ꝙ ille qui rem detinebat furtiuę eam acceperat, & eum suspendat, ille qui rem suam repetiuit irregularis non est, quia iudex ad plus processit ex officio suo, quam natura quærimonię requireret.

Ad sextum. Ad sextum dicendum, ꝙ hoc intelligendū est quando homo da operam rei licitè, & adhibet omnem diligentiam, quam debet vt periculum homicidij euitetur. Vnde decretalis illa loquitur de quodam presbytero qui quendam aduocauit in adiutorium ad ædificationem ecclesiæ, & presbyter quoddam lignum dissolueret, ille homo cum ligno iuit in terrā, & mortuus fuit, qui presbyter alta voce, ita vt omnes intelligere poterant præmonuit circūstantes, vt omnes sibi cauerent, vnde merito talis nō fuit irregularis. Simili modo nec sacerdos pulsans campanam ad missam: si campapana cadat super aliquem euntem sub campanili, extra de homicidio. Ioannes sacerdos. Similiter nec si aliquis ludens cum alio habente cultellum ad latus, & ipsum proijciens ad terram cadens super eum impingat in cultellum illius, & ex hoc moriatur, ille qui cultellū portabat non est irregularis, extra de homicidio. Lator præsentium.

Ad septimum. Ad vltimum dicēdum, ꝙ illud verbum intelligendum est de imputatione quo ad culpam, & pęnā quæ non debetur nisi culpę, qualis pęna non est irsegularitas, vt superius dictum est.

Audiui tamen quendam magistrum dicentem etiam ebrium occidentem irregularem non esse, quamuis illud homicidium fuerit voluntarium in sua causa, quia suus potus excessiuus

fiuus non ordinabatur ad homicidium, & dũ fecit factum vsu libe.arb.carebat.

Sed contra hanc opinionem est directe decretum ad partem secundam allegatum, & illud quod dicit Philosophus, tertio ethico.c.8. ꝙ ebrijs debentur duplices increpationes: do minus est enim eius quod est non inebriari.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quæritur de sexto principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo vtrum infames infamia iuris ciuilis repellendi sint, etiam post peractam pęnitentiam ab ordinum susceptione.

Secundo vtrum infames infamia iuris canonici.

Tertio vtrum infames infamia facti.

QVAESTIO I.

Vtrum infames infamia iuris ciuilis sint repellendi ab ordinum susceptione.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia ad iudicem temporalem non pertinet statuere pęnam ecclesiasticam, sed repelli ab ordinum susceptione est pęna ecclesiastica: ergo propter infamiam iuris ciuilis nullus repellendus est ab ordinum susceptione.

Secundo. Item cōdemnatus de furto, est infamis infamia iuris ciuilis. Vnde dicitur. ff. de furtis. l. non potest præses prouinciæ efficere, vt furti damnatum non sequatur infamia, sed si talis emendetur, & fiat bonus homo, non videtur ratio quare repellendus sit ab ordinum susceptione.

In opposi- tum. CONTRA, extra de testi. Testimonium. in glo. dicitur de his qui condemnati sunt de furto, & similibus: quia licet animas per pęnitentiam saluare possimus, infamiã tamen abolere non possumus, & sic pęnitentia non prodest eis quantum ad hoc, quia actus legitimi sunt infamibus interdicti.

Secundo. Item 2.q.3. Euphemium. §. Hic autem colligitur, dicitur, quod illud Gelasij, & Stephani, quamquam animas per pœnitentiam saluare possimus, infamiam tamen abolere non possumus, & sub nota perpetuæ infamiæ ad pęnitentiam suscipimus, de illis intelligitur quibus per ciuilem iudicẽ infamia irrogatur, ex hoc arguo, vt prius.

CONCLVSIO.

Quicunque infames infamia iuris ciuilis, & canonici simul a susceptione ordinum prorsus sunt repellendi.

Responsio. Fama. Infamia. RESPONDEO, ꝙ sicut fama est illesæ dignitatis status vita, & moribus comprobatus. Sic infamia est quantum ad vitam, & mores lęsæ dignitatis status, & si sic effectus iuris, dicitur infamia iuris, siue contrahatur ipso facto, siue irrogetur per sententiam. Quo viso sciendum, ꝙ quidam sunt infames secundum canones, qui non sunt infames secundum leges: & aliqui infames secundum leges, qui nō sunt infames secundum canones. 6.q.prima. Omnes vero. in glo. sed vt in pluribus omnes infames secundum leges sunt infames secundum canones. Vnde in prædicto.ca. dicitur in tex. sic. Omnes infames esse dicimus quos leges seculi infames appellant. Dico ergo ꝙ infames infamia iuris ciuilis hoc vltimo modo siue erogetur per sententiam, siue cōtrahatur ipso facto, nisi restituti fuerint in integrum ab illo qui potest, sunt ipso iure priuati actibus legitimis: vnde repellendi sunt non tantum ab ordinum susceptione, sed ab accusatione, & testificatione, etiam post peractam pęnitẽtiam de illo crimine pro quo facti sunt infames. Cuius ratio est, quia ea propter quæ iura ciuilia, & canonica concorditer iudicãt aliquem esse infamem reddunt eum, & opprobriosum, & vilem in reputatione hominum, quamuis egerit pęnitentiam: & sic dicitur extra de exces. prælа. Inter dilectos. Personis vilibus, & indignis portæ dignitatis patere non debet. Quandoque tamen propter criminis enormitatem, vt est crimen symoniæ, & alia crimina excepta, criminosi testis recipiuntur de æquitate, cum de illo crimine ciuiliter agitur, non recipiuntur tamen simpliciter; sed cum alijs amminiculis, & cum persona contra quam inducuntur, est malę famæ, extra de symonia. Per tuas.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ procedit de infamibus infamia iuris ciuilis tantum. Ad primũ.

Ad secundum dicendum, ꝙ minor est falsa, vt patet ex dictis in corpore quæstionis. Ad secundum.

AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, ꝙ non est intelligendum per illam gl. ꝙ Papa non possit infamatum clericum restituere famæ, quia contrarium habetur expresse. 2. q.3. Euphemium. §. Hinc colligitur. ibi enim dicitur ꝙ hinc colligitur clericorum infamiã per Romanum Pontificem aboleri posse. Ad primũ 2. partis.

Potest etiam vt volunt aliqui & probabiliter abolere infamiam laicorum etiam per ciuilem iudicem irrogatam. Vnde illud verbũ. Alias per pęnitentiam saluare possumus, infamiam tamen abolere non possumus: sic exponendum est, Non possumus, scilicet per pęnitẽtiam, possumus tamẽ per restitutionem in integrum, & hanc expositionem tangit glo. ibidem. Quod autem princeps possit a laico prædictam infamiam tollere per restitutionem in integrum habes eadem.q. Si quem pęnituerit. §. Notandum quoque, circa finem, & ibidem etiam habes restituendi formam, quæ est hæc. Restituo te in integrum honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum infames infamia iuris canonici repellendi sint etiam post peractam pœnitentiam ab ordinum susceptione.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: extra de testibus. Non dabet. in gloss. dicitur, ꝙ testimonium in criminali accusatio, & ordinum susceptio pari passu incedunt, sed infames infamia canonica post peractam pęnitentiam possunt testificari in criminali, & accusare, quod probo, quia vt habetur. 6. q. 1. Omnes vero. in glo. Infamia canonica aboletur per pęnitentiam: ergo tales post peractam pęnitentiam non sunt repellendi ab ordinum susceptione.

Secundo. Item ea. q. Illi qui. vbi dicitur de talibus, ꝙ infamia sunt notati antequam sacerdotali auctoritate sanentur: ergo videtur, ꝙ post pęnitentiam cessant esse infames, & si sic, non sunt a susceptione ordinum repellendi.

In oppositum. CONTRA, infamis propter periuriũ infamis est infamia iuris canonici, & tamẽ emẽdatus de tali crimine non admittitur ad testimonium, nec in causa criminali, nec in causa ciuili. extra de testibus. Testimonium. in text. & in glo. ergo nec admittendus est ad ordinũ susceptionem: quia vt dicitur supet idem cap. in glos. In nullo debet vacillare opinio ordinandi.

Secundo. Item infamia iuris canonici, quamuis emẽdatus, non recipitur ad testificandum in causa criminali: sed vt superius dictum est. Testimonium in criminali, & accusatio, & ordinũ susceptione passu incedunt: ergo infamis infamia iuris canonici repellendus est etiam post peractam pœnitentiam ab ordinum susceptione.

CONCLVSIO.

Et quidem, modo a iudice per definitiuam sententiam irrogata fuerit infamia hæc, ab eoque facultatem habente nõdum abolita, secus verò si eam ipso iure tantùm infamis per mortale crimen incurrerit, quod aut depositionem non inducat, vel si inducat occultum sit.

Responsio. Infamia iuris canonici diuersimode contrahi potest. RESPONDEO, ꝙ infames infamia iuris canonici, qui tamen non sunt infames infamia iuris ciuilis, aut contraxerunt illam ipso iure, aut eis est per sentẽtiam diffinitiuam irrogata a iudice. Si secundo modo. non credo, ꝙ per pęnitentiam aboleatur infamia, ita vt de iure possint ordinari: sed oportet eã aboleri per restitutionem in integrum ab illo qui hoc potest. Si autem infames illam infamiam incurrerunt ipso iure, aut eam incurrerunt per aliquod illorum peccatorum mortalium, quorum nullum inducit depositionem, aut per aliquod illorum quæ inducnnt depositionem, nec tamẽ propter illa incurritur infamia secundum iura ciuilia. Quod autem distinctio sit rationabilis videtur, qa per quodlibet peccatum mortale incurritur aliqua infamia secundum canones. 6. q. 1. Omnes vero, in glo. & c. sequenti. in text. tamen non omne peccatum mortale quod homo cõmittit post sui promotionem, inducit iam promoti depositionem, vt tenet dominus Hostien. in summa. c. de accu. vbi declarat quis sit effectus accusationis. Nõ omne etiam mortale peccatũ, quod secundum canones inducit depositionẽ est tale, ꝙ per ipsum contrahatur ciuilis infamia, quod patet si diligenter cõsiderentur crimina, per quæ cõtrahitur ciuilis infamia, quæ ponuntur. ff. de his qui notantur infamia, & crimina, quæ secundum canones depositionẽ inducunt, quorum multa refert dominus Hostien. in titulo supradicto Dicunt ergo aliqui, ꝙ illi qui infamiam secundum canones incurrunt ipso iure per aliquod peccatorum illorũ mortalium, quorum nullum inducit depositionem, non sunt post peractam pęnitentiam veram, & legitime secundum iura probatam repellendi ab ordinum susceptione, nec etiã ab accusatione, & testificatione, nec in ciuili, neque in criminali, quia quasi iam noui homines effecti sunt.

Aliq tamen dicunt tales esse repellendos ab ordinum susceptione, accusatione, & testificatione in criminali causa, quamuis non in ciuili, vel in criminali, cum ciuiliter agitur, & de talibus criminalibus dicunt debere intelligi, quod dicitur in illa decretali. Testimonium, quod declarant per hoc ꝙ postquam dixit. Si vero sit emendatus de crimine, statim subiungit. Et eum non comitetur infamia. Et hi dicũt infamiam quæ totaliter per pęnitentiam aboletur, esse illam quæ contrahitur tantum per crimen occultum, de quo nulla est infamia facti, nec probari potest. Sed hoc alijs non videtur, quia ab illis peccatis de quibus loquitur illa decretalis. Testimoniũ, excipit periuriũ, quod est tale crimen, quod inducit depositionem. Et præterea iura dicũt, & doctores iuris, ꝙ pęnitentia per quam aboletur infamia quã iura dicunt per pęnitentiam aboleri, probanda est per sacerdotem. Illa autem quæ tantum de occulto crimine probatione non indiget. Vnde illud verbum. Et eum non comitetur infamia, intelligendum est, secundum eos de infamia ciuili, vel de infamia facti. Illi autem qui ipso iure secundum canones incurrũt infamiam per aliquod illorum criminum quæ depositionem inducunt, per quæ tamen non contrahitur infamia secundum iura ciuilia, quamuis eorum infamia per pęnitentiam remoueatur, quo ad hoc, ꝙ possunt admitti ad accusandum, & testificandum in causa ciuili, aut in criminali, cum ciuiliter agitur non tamen ad hoc debent admitti in causa crimina-

li, cum

li, cum criminaliter agitur: extra de testi. Testimonium, nec etiam ad ordinum susceptionẽ, non enim decet, vt qui ab accusatione, & testificatione tali repellitur, ad ordinum susceptionem admittatur, cum dignior, & honorabilior actus sit ordines suscipere, & in eis subministrare, quam accusare, vel testificari. Vnde ordinandi, sine quacunque nota infamiæ debent esse.

Ad prim. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ infamia canonica de qua dicitur. 6. q. 1. Omnes vero in glo. & c. sequenti. in tex. & in glos. ꝙ aboletur per pęnitẽtiam incurritur per aliquod mortale peccatum: de quo non est peccator per sententiam condemnatus, nec inducit depositionem, aut si depositionem inducit, tamen occultum est, ita vt contra peccatorem probari non possit, nec de hoc est orta cõtra peccatorem aliqua infamia facti, & ꝙ talis criminosus actibus legitimis restituatur per pęnitentiam, habes expressum extra de temporibus ordinandorum. cap. vlt.

Ad secundum. Ex dictis patet quid dici debeat ad secundum.

Ad opposită partem. AD PRIMVM ad partem secundam dicendum, ꝙ emendatus de crimine, si eum post pęnitentiam comitetur infamia non est recipiendus in testem, nec in causa criminali, nec in ciuili, sed qui periurat scienter; & ex deliberatione infamis est infamia iuris, extra de testi. Testimonium in glo. & C. de transactionibus. Si quis maior, & 6. q. 1. Infames, talis autem infamię nota non aboletur per pęnitentiam, & hoc rationabile est, cum enim vt dicit Apostolus ad Hebr. 6. omnis controuersiæ hominum finis ad confirmationem sit iuramentum, periuro portæ dignitatis claudi debent, quousque ab illo qui potest in integrum fuerit restitutus.

Et præterea de illo qui conuictus est semel scienter periurasse, præsumitur, ꝙ alia vice faciliter periuraret, tum propter lubricitatem linguæ, tum quia præsumitur inconstans in veritatis confessione.

QVAESTIO III.

Vtrum infamis infamia facti sit repellendus ab ordinum susceptione.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia illud quod non prohibet officij executionem, non videtur prohibere ordinis susceptionem: sed infamia facti: non prohibet officij prælationis executionẽ, quod probo: quia vt dicitur extra de testibus. Non debet in gl. Cum aliquis est accusatus de crimine statim grauata est opinio eius, & tamen vt postea in eadem glo. dicitur. Pendente accusatione remanet in officio suo, & interim subditi ei obedire tenentur. Et hoc idem habetur extra de accusationibus. Olim: ergo infamia facti non videtur prohibere ordinis susceptionem.

Secundo. Item infamis non est ipso facto suspensus ab officij executione. extra de purgatione canonica. Inter sollicitudines, vbi dicitur, quòd ecclesiastica constitutio tales ab officio docet suspendendos: ergo a simili tales non sunt ipso facto illegitimi ad ordinum susceptionẽ.

Tertio. Item propter infamiam facti, nullus debet perpetuo repelli ab ordinum susceptione: sed si propter infamiam facti, aliquis esset repellendus ab ordinum susceptione: esset perpetuo repellendus, quia vt dicitur extra de purgatione canonica. Ex tuarum. in glo. Infamiã facti omnino remouere solius Dei est: ergo infamis infamia facti tantum non est repellendus ab ordinum susceptione.

In opposită. CONTRA, accusatus de crimine: quia pendente sua accusatione grauata est eius opinio: repellendus est a promotione sua accusatione durante, extra de accusationibus. Omnipotens Deus. in tex. & in glo. ergo per infamiam facti repellendus est homo ab ordinum susceptione.

Secundo. Item extra de testi. Non debet, accusati nisi prius se probauerint innocentes ab accusatione, & susceptione ordinum repellãtur, hoc autem non est nisi quia ante suam purgationem sunt infames infamia facti: ergo propter infamiam facti repellendus est homo ab ordinum susceptione.

Tertio. Item si aliquis cõdemnatus est de crimine, & appellet, pendente appellatione non reciperetur ad testificãdum in casu criminali, extra de testi. Non debet in glo. hoc autem non videtur esse nisi propter infamiam facti: sed vt eadem glo. Testimonium. in criminali accusatio, & ordinum susceptio pari passu incedunt: ergo infamatus infamia facti est ab ordinum susceptione repellendus.

CONCLVSIO.

Dum non ex dictis paucorum, ac leuium, sed multorum proborum, ac grauium exorta sit infamia isthæc, ab ordinum promotione infamis vtique repellendus censetur, qui si infamiæ sit expers, iudicio subiaceat eidem, quousque per canonicam purgationem infamiam aboleuerit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ infames infamia facti sunt infames quorum apud multos bonos & graues super aliquo crimine, vel pluribus grauata est opinio, infamiam autem non faciunt dicta paucorum, nec multarum leuium personarum, dum tamen apud bonos, & graues læsa opinio non existat. Dico ergo quòd quamuis infamibus infamia iuris siue sit irrogata per sententiam diffinitiuam, siue contracta per aliquod illorum criminum, propter quæ iura ciuilia, & canonica concorditer decernunt, & pronunciant hominem esse infamem ipso facto actus legitimi sunt ipso iure interdicti, tamẽ infamibus infamia facti actus

legitimi

legitimi non sunt interdicti ipso iure, vt patet per iura allegata in duobus primis argumentis ad partem primam, & etiã per illud quod habetur extra de purgatione cano. Si quis pb̃yter. Non est enim tam grauis infamia facti sicut infamia iuris. Et præterea quãdoque infamantur aliqui infamia facti sine sua culpa, quia tamen illa infamia aliquã facit præsumptionem contra infamatum, ideo illis actus legitimi sunt interdicti quousque suam infamiã aboleuerint per canonicam purgationem. Illa enim infamia facti quæ magis proprie dicitur infamatio, & per quam magis proprie dicitur homo infamatus, quàm infamis aboletur purgatione, quantum iuris est. 15. q. 5. De crimine, & extra de purgatione cano. Ex tuarum. Vnde post talem purgationem non sunt repellendi ab ordinum susceptione: quamuis frequenter non obstante canonica purgatione remaneat fama eius læsa in hominum opinione, seu reputatione.

Prima duo argumẽta. DVO prima argumenta ad partem primã non plus concludunt, nisi ꝙ infamibus infamia facti tantum actus legitimi nõ sunt interdicti ipso iure, & hoc est concessum. Vnde si tales ordinarentur, non essent suspensi ipso iure ab executione suorum ordinum, gratia tamen formæ non multum cogerent, quia multa impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promotum.

Ad tertiũ. Ad tertium cum dicitur, ꝙ infamiam facti remouere solius Dei est, &c. intelligẽdum est per comparationem ad hominum opinionem seu reputationem, quia quantum ad ius pertinet remouetur per canonicam purgationem, ita vt propter prædictam infamiam a nullo actu legitimo sit repellendus.

Ad oppositam partẽ. Argumenta ad partem secundam concludunt, ꝙ homo propter infamiam facti repellendus est ab ordinum susceptione, quousque se canonice purgauerit, quod concedo, quia talibus actus legitimi interdicti sunt accusati, tamen de crimine pendente sua accusatione; & illi qui de crimine condemnati sunt, & ab iniqua sententia appellauerunt pendente sua appellatione non sunt repellendi ab accusatione, & testificatione in causa ciuili, vel criminali: cum ciuiliter agitur si de crimine de quo sunt accusati emendati sunt: extra de testi. Non debet in tex. sed expressius in glo. Illi etiam quorum grauata est opinio pro eo, ꝙ quandoque per exceptionem fuerunt a testificando repulsi non sunt repellendi ab accusatione, vel testificatione in causa ciuili, vel criminali, cum ciuiliter agitur, si de crimine sunt emendati. supra eo. tit. Testimonium. in tex. & in glo. satis sufficienter possunt probare se emendatos per sacerdotem suum, qui de ipsis debet testimonium perhibere, vt dicitur in glo. prædicta, & argumentum ad hoc infra de symonia. Nemo. Quod non credo sic debere intelligi, ꝙ sacerdos etiam inductus in testem, & requisitus ab illo, qui se vult probare de crimine fideliter emendatum debeat dicere, ꝙ talis sibi de illo crimine fideliter confessus est, & pœnitentiam egit, sed potest, & debet dicere, ꝙ credit eum esse bonum hominẽ, & ꝙ nescit nec credit eum esse culpabilem de illo crimine.

CIRCA litteram. Episcopus degradatus non habet potestatem largiẽdi sacros ordines, quid autem de hoc tenendũ sit in quæstionibus dictum est. Eorum consecratio omnino irrita est: hoc dicitur de illis, qui se scienter, & voluntarie fecerunt ordinari a symoniacis, quorum ordinatio irrita est, quantum ad executionem: quia de consuetudine cum talibus non dispensatur: maxime si cum hoc est symonia ex parte illius, qui ordinatur.

Nota versus in quibus continentur casus quidam in quibus de consuetudine non dispensatur. *Casus in quibus non dispensatur.*

Versus.
Siue bis ordo datur, seu baptismus repetatur.
Vel si præstetur, vt vtrunq; symon operetur.
Seu ꝙ vertatur fidei status ordo petatur.
Vt dispensetur spes irrita prorsus habetur.
Quisquis horum alterum vendit sine quo alterum non habetur neutrum inuenditum derelinquit.

Argumen. CONTRA, vt in quæstionibus visum est, ius patronatus non debet vendi, & tamen trãsit cum venditur villa, vel castrum, nisi excipiatur.

Respon. RESPONDEO, verbum magistri non est intelligendum de venditione temporalium, cum quibus transit aliquid spiritualibus annexum: vt ius patronatus: sed de venditione tẽporalium, quæ ordinantur ad spiritualia, & ea consequuntur, quod patet, quia verbum Magistri sumptum est ex decreto Paschalis Papæ, 1. q. 3. Si quis obiecerit, vbi prædictus Papa loquitur contra illos, qui emunt redditus ecclesiæ, qui de iure consequuntur illum, seu debentur illi qui ordinatur illi ecclesiæ in prælatum, nec ius percipiendi illos redditus alij de iure potest deuenire, quàm prælato. Alias expositiones verbi prædicti, inuenies in glo. super allegatum decretum.

Ius patronatus quadrupliciter transfertur. Nota hic, ꝙ ius patronatus transfertur venditione, vt superius habitum est in quæstionibus, & successione: extra de iure patronatus. c. 1. & c. In quibusdam, & permutatione, 16. q. vlti. Nemini regum. & donatione de cõsensu episcopi facta: extra de iure patrona. Nullus. Vnde versus. *Versus.* Iura patronatus transire facit nouus hæres. Res permutata, donatio, venditioque. Symoniacos damnatos ac deponendos, &c. Huic penæ non subduntur, qui pactionem reuocant efficaciter, & fideliter re integra: quia quamuis tales pactum fecerint illicitum, & in hoc peccauerint: tamen non proceditur ad pacti effectum. Nec etiam illæ, vt symo

symoniacus irregularitatem incurrit, secundum iudicium conscientiæ, quòd quamuis pactum fecerit patri pro dando beneficio ecclesiastico filio hoc pactum ignoranti, vel pro adiuuando ipsum, vt sibi conferatur, & postea pactum obliuioni tradens dat illi eidem illud beneficium purè intuitu pietatis, vel ipsum adiuuet, vt conferatur eidem, nisi ex post facto illud quod in pacto fuerat positum sciēter recipiat: quia talis secundum diuinum iudicium interpretatiuè recessit a pacto re integra. Nec illæ tanquam symoniacus irregularitatem incurrit, qui patri alicuius clerici ꝓmittit adiuuare filium suum, si ipse pater desistat a committendo aliquod pactum, quod committere intendebat, nec clericus per adiutorium tale beneficium assecutus tenetur ad illius beneficij resignationem, postquam sibi constituerit se per supradictum modum beneficium assecutum, prædicta enim pactio, quā illæ, qui ipsum adiuuit fecit cum eius patre, non videtur illicita fuisse, cum etiam prælato licitum sit alicui dicere. Promitto tibi, ꝙ ego tibi prouidebo de beneficio competenti, si à mala opera declinando, & bona opera faciendo te beneficio ecclesiastico reddideris dignum, talis enim conditio est ad honorem, & reuerentiam Dei, nec per talem conditionem obligatur hoc suscepturus beneficiū ad aliquod ad quod alias non esset obligatus, vnde per supradictam promissionem prælatus non tam obligat suscepturum beneficiū, quā inducit ad faciendum illud quod tenetur facere per legem diuinam. A proprio gradu decidant, hoc dicitur de symoniacis symoniace ordinatis, vel ordinatoribus, qui secūdum canones a proprio gradu decidunt. s. quantum ad executionem, quamuis secundum rem retineant characterem, & gradum. Subdiaconus non ordinatur ante 14. annos. Hoc di citur secundum antiqua iura: quia modo non debet ordinari ante 20. decre. 78. dist. Subdiaconus. Nec presbyter ante 30. hoc modo nō tenetur, potest enim ordinari presbyter 25. annorum: extra de elect. Cum in cunctis. §. Inferiora. Episcopi tamen promoueri non debent, nisi trigesimum annum compleuerint: vt habetur in decre. prædicta.

De sacramento coniugii, cuius institutio & causa ostenditur.

DISTINCTIO XXVI.



Vm alia sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint. Matrimonij sacramētum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino: non tamen ad remedium, sed ad officium. Refert enim scriptura Gen. Genes. 2. d *in Adam misso sopore, atque vna de costis eius sumpta, & exinde muliere formata, virum in spiritu intelligentem, ad quem vsum mulieri facta esset, post extasim propheticè dixisse. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.* Matt. 19 a

De duplici institutione coniugij.

Coniugij autem institutio duplex est: Vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso, vbi esset torus immaculatus, & nuptiæ honorabiles, ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent. Altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum, propter illicitum motum deuitandum. Prima, vt natura multiplicaretur. Secunda, vt natura exciperetur, & vitium cohiberetur. Nam & ante peccatum dixit Deus. Crescite & multiplicamini: & post peccatum, omnibus penè hominibus per diluuium consumptis. Quod verò ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium, post peccatum verò ad remedium concessum, August. testatur, dicens. Quod sanis est ad officium, ægrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentiæ, quæ est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum, Si verò non peccassent primi homines sine carnis incentiuo, ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum conuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset, & remunerabilis. Quia verò propter peccatum lethalis concupiscentiæ lex membris nostris inhæsit, sine qua carnalis non fit commixtio, reprehensibilis est, & malus coitus, nisi excusetur per bona coniugij. Heb. 13 a; Hugo li. 2. de Sacram. par. 11. c. 3.; Gen. 1. d.; Gen. 9. b; Super Gen. lib. 9 ca. 7. tom. 3.; Ibid. c. 3.; Cap. 10.; Rom. 6. d

Quando secundum præceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium.

Prima institutio habuit præceptum, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo, humano generi propter vitandam fornicationem indultū esse coniugium. Indulgentia verò, quia meliora non eligit, remedium habet, non præmium: à quo si quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod secundū indulgentiam conceditur, voluntarium est, non necessarium: alioquin transgressor esset, qui illud non faceret. Et potest sanè intelligi illud sub præcepto dictū hominibus primis ante peccatum. Crescite, & multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebantur, vsquequo est facta multiplicatio, postquam secundum indulgentiam matrimonij contractus fuit. Ita etiam post diluuium, quo vniuersum penè humanum genus deletum est, secundum præceptum dictum est filijs Noe, Crescite, & multiplicamini. Multiplicato verò hominē, secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium. Hug lib. 4. senten. tra. de Coniugio, cap. 1.; Gene. 1. d; Gene. 9. b

Quibus modis accipiatur Indulgentia.

Indulgentia autem diuersis modis accipitur, scilicet, pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est concessio in nouo Testamento de minoribus bonis, & permissio de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium: quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, idest, de venialibus, est coitus qui fit causa incontinentiæ.

tiæ. Illud enim, coniugium scilicet, indulgetur, id est, conceditur: illud verò, id est, coitus talis, indulgetur, id est, permittitur, id est, toleratur, ita quòd non prohibetur.

Quod nuptiæ sint bonæ.

Aug. de Hæresib. c. 25. tom 6. Damasc. li. 100. Heresum. c. 45. & 45. Hug. 4 sen. cap. 3. *Fuerunt autem nonnulli hæretici nuptias detestãtes, qui Tatiani appellati sunt. Hi nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus, aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numero coniugio vtentem marem vel fœminam. Quòd autem res bona sit coniugium, non modò ex eo probatur, q Dominus legitur coniugium instituisse inter primos* Gen 2. d Ioan. 2. a Matt. 19. b 1. Cor. 7. g *parentes, sed etiam quod in Cana Galilææ nuptijs interfuit Christus, easque miraculo cõmendauit, aqua in vinum conuersa. Qui etiam postea virum dimittere vxorem prohibuit, nisi causa fornicationis. Apo. etiam ait. Virgo non peccat, si nubat. Constat ergo rem bonam esse matrimonium: alioquin non esset sacramentum. Sacramentum enim sacrum signum est.*

Cuius rei sacramentum sit Coniugium.

Cum ergo coniugium sacramentum sit, & sacrũ signum est, & sacræ rei, scilicet coniunctionis Christi Ephes. 5 g Gene. 2. d *& ecclesiæ, sicut ait Apost. Scriptum est, inquit, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Vt enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum, & secundum permixtionẽ corporum; sic ecclesia Christo copulatur voluntate & natura: quia idem vult cum eo: & ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter & corporaliter, id est, charitate, ac conformitate naturæ. Huius vtriusque copulæ figura est in coniugio. Consensus enim coniugum, copulam spiritualem Christi, & ecclesiæ quæ fit per charitatem, significat: commixtio verò sexuum, illam significat quæ fit per naturæ conformitatem.*

Qualiter intelligendum sit illud, Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua nõ est commixtio sexuum.

Inde est quòd quidam doctorum dixerunt, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, quæ non experitur carnalem copulam. Ait enim Augu. Non 27. q. 2. ca. Non est. In epist 92. ad Ru. Narbo e 4. *dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo Papa. Cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter commixtionem sexuum † non habeat in se Christi, & ecclesiæ sacramẽtum; non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item Augu. Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Hoc si secundum superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum, vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium, & inter Mariam, & Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum: quod nefas est sentire. Tanto enim sanctius fuit atq; perfectius, quantò à carnali opere immunius. Sed superius posita, ea ratione dicta esse intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cũ qua non est permixtio sexuum: sed non pertinet ad matrimonium, quod expressam, & plenam tenet figuram coniunctionis Christi, & Ecclesiæ. Figurat. n. illam vnionem Christi, & Ecclesiæ quæ est in charitate, sed non illam quæ est in naturæ conformitate.* Ephe. 5. g *Est ergo, & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, sed illius tantum, qua Ecclesia Christo charitate vnitur: non illius, qua per susceptionem carnis, capiti membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est cõiugium: quia, vt ait Augu. In nuptijs plus valet sanctitas sacramenti, quam fœcunditas ventris.* Lib. de bon. cõiugali. 18. tom. 6. *Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniri debent. Vnde Apost. ait. Viri, diligite vxores vestras, vt corpora vestra.* Ephe. 5 a

† Hæc negatio non est apud Leonẽ. lib. 1. Soliloqui c. 10. sententialiter to 1. vbi dicitur. Sine contactu corporũ vxor haberi non potest.

DISTINCTIO XXVI.



SVPERIVS determinauit Magister de baptismo, confirmatione, Eucharistia, pœnitentia, extrema vnctione, & ordine. Hic determinat de matrimonio. Cõtinuatio.

Et diuiditur in partes 4. Diuiso.

Primo determinauit de matrimonio, quo ad causam formalem.

Secundo quo ad efficientem, dist. sequenti, ibi. (Post hoc.)

Tertio, q ad finalem, quæ consistit in bonis matrimonij. 31. dist. ibi. (Post hoc de bonis.)

Quarto quo ad causam materialem: hoc est de personis contrahentibus. dist. 34. ibi. (Nũc super est.)

Prima in tres.

Primo agitur de matrimonij institutione.

Secundo de eius honestate ibi. (Fuerunt.)

Tertio de eius significatione, ibi. (Cum igitur.)

CIRCA hanc distinctio. quærendũ est principaliter de 4.

Primo de matrimonij institutione.

Secundo de eius honestate.

Tertio de eius oblatione.

Quarto de eius quiditate.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur 3.

Primo vtrum matrimonium sit de iure naturæ.

Secundo vtrum fuerit institutum ante peccatum.

Tertio vtrum institutum fuerit a Deo immediate.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium sit de iure naturæ.

ET VIDETVR, q non: quod est a voluntate, nõ est a natura: quia quod est a voluntate, aliquo modo est ab intellectu. Et philosophus, secundo physic. intellectum distinguit contra naturã, sed matrimonium non est sine consensu voluntatis: ergo non est de iure naturæ. Arg. 1. D Bon. dist. 26 ar. 1. q. 1. D. Th. in 4. di. 3. p. q. 41 ar. 1. Sco. di. 26. q. vnica.

Item

Secundo. Item Tullius circa principium Rhetoricæ, dicit, ꝙ fuit quoddam tempus, in quo nemo nuptias legitimas, nec certos quisquam aspexerat liberos, sed vt dicitur decr. dist. 5. circa principium. Ius naturale cępit ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore: ergo matrimonium cũ sit legitima coniunctio maris, & feminæ, non est de iure naturæ.

Tertio. Item di. 8. in principio. Naturæ iura omnia sunt communia omnibus, sed per matrimoniũ est appropriatio mulieris ad virum, & ecõuerso: ergo non est de iure naturæ.

In oppositũ. CONTRA, Philosophus primo poli. c. 1. dicit masculum, & fęminam non sine inuicem possibiles esse generationis gratia, & hoc non est ex electione, sed sicut in alijs animalibus, & plantis naturale appetere quale ipsum tale derelinquere alterum.

Secundo. Item. ff. de iustitia, & iure. l. 1. §. Ius naturale. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, & parum post. Hinc descendit maris, atque feminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus.

CONCLVSIO.

Matrimonium de iure naturæ est, prout naturale sumitur pro eo, ad quod natura inclinat, & libero arbitrio mediante perficitur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ aliquid dicitur esse de iure naturæ dupliciter. Vno modo illud quod causatur ex naturali necessitate, non cooperante voluntate, nisi illius, qui naturam instituit, & sic dicimus, ꝙ de iure naturæ ignis est ascendere sursum, & sic matrimonium non est de iure naturæ. Alio modo dicitur esse de iure naturæ, illud ad quod natura inclinat, quamuis per liberum arbitrium perficiatur, secundum quem modum actus virtutum dicuntur de iure naturæ, & sic matrimonium est de iure naturæ, quia ad ipsum inclinat natura generis, & speciei per comparationem ad principalem eius finem, qui est bonũ prolis, & per comparationem ad secundarium, qui est mutuũ obsequiũ in rebus domesticis.

Quod autem natura generis ad hoc aliquo modo inclinet, declaro sic. Procreatio filiorum communis est omnibus animalibus, quãuis ad hoc non inclinet vno modo in omnibus, quia quædam sunt animalia, quorum filij nati statim possunt sibi victum sufficienter q̃rere, vel ad quorum sustentationem sufficit mater per se, & quamuis in istis natura inclinet ad coitum, non est tamen in istis determinatio masculi ad fęminam. In illis autem in quibus filij indigent sustentatione vtriusque parentis, vsque ad paucum tempus est per naturam determinata coniunctio masculi ad fœminam, vsque ad paucum tempus, vt patet in quibusdam auibus. Filij autem hominum indigent cura vtriusque parentis, vsque ad magnũ tempus, & ideo in hominibus natura inclinat ad determinatam coniunctionem maris, & fęminæ, vsque ad magnum tempus. Quia tamen ex hoc non posset concludi, ꝙ natura generis inclinaret ad inseparabilem coniunctionẽ per totam vitam, ideo natura generis non ita perfecte inclinat ad matrimonium, sicut natura speciei, quæ conuenit homini sub ratione, qua est homo. Quod autem ad hoc inclinet natura speciei, & perfectius, quam natura generis declaro sic. Ius naturæ dictum a natura humanæ speciei est, quod ratio naturalis hominis constituit, naturalis autem hominis ratio non tantum dictat filiorũ procreationem, sed etiam educationem, & instructionem, vnde secundum philosophum. 8. Eth. c. 2. Filij habent a parentibus esse, nutrimentum, & disciplinã: disciplina autem parentum, vt in pluribus indigent filij per totam parentũ vitam: non possent autem commode filij sic instrui, nisi certos haberent parentes, & nisi esset indissolubilis obligatio viri ad mulierem. Si enim essent parentes certi, non tamen obligati adinuicem per totam vitam non esset eorum tam perfecta & diligens sollicitudo circa prolis educationem, & instructionem: vnde videmus, ꝙ nati de fornicatione, quamuis certos habeant parentes, tamen ab eis, vt plurimum negligũtur, & ideo naturalis rõ dictat debere esse obligationem determinati viri ad determinatã mulierem indissolubiliter per totam vitam, quæ obligatio est per matrimonium.

Quod aũt ad matrimonium inclinet natura per comparationem ad secundariũ eius finẽ, qui est mutuum obsequiũ, manifestari põt sic: homines in defectibus, & perfectionibus se habent inter se, sicut excedentes, & excessi, & iõ dictat naturale rationis iudicium debere homines simul cohabitare, vt mutuo sibi inuicẽ suppleant defectus: quapropter dicit Philos. 1. Poli. c. 2. ꝙ eorum quæ natura ciuitas est, & ꝙ homo natura ciuile animal est. Et infra. e. c. dicit, ꝙ per naturã est impetus in hominibus ad talem communitatem, quæ dicta concordant Apostolo dicẽte ad Gal. 6. Alter alterius onera portate. Simili modo dici potest, ꝙ cũ in rebus domesticis quædam magis conueniant viro, quàm mulieri, & quædam mulieri, quàm viro: naturalis ratio dictat, non tantũ cohabitationem viri, & mulieris in vna domo, vt suos defectus mutuo suppleant, sed etiã cohabitationẽ per totã vitã indissolubilẽ, vt libentius, & fidelius sibi inuicem subueniatur, vnde Phi. 8. Ethic. c. 12. Viro, & vxori amicitia videtur, secundum naturam existere, homo enim natura est coniugale.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ illud argumentum non plus concludit, nisi: ꝙ matrimonium non est totaliter a natura, & hoc est verum, quia per liberum arb. p̃ficitur, vt. n. inferius declarabitur, ad hoc requiritur mutuus consensus liberè voluntatis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis ius natu-

naturæ, quantum ad prima sua principia, & proximas conclusiones omnibus habentibus vsũ liberi arbitrij notum sit, tamen quantũ ad conclusiones remotas in multis omnibus offuscatum fuit, & adhuc est: matrimonium autem secundum quod est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitę consuetudinem retinẽs, est de remotis conclusionibus iuris naturæ.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod illud verbum intelligẽdum est de possessionibus ordinatis ad vsum viri, & mulieris, & de communitate quãtum ad vsum; non quãtum ad proprietatem, referẽdo ad tempus naturæ lapsæ, & quod hoc de mulieribus intelligi non debeat, patet: quia Philosophus 2. Politi. ca. 1. quamuis concedat possessiones debere esse communes, quantum ad vsum, hoc tamen de mulieribus negatur, cõtrariũ dicentibus, imponens, quod manifeste opera virtutis temperantiæ interimunt.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium fuerit institutum ante peccatum.

Arg. 1. D. Bo. dist. ead. ar. 1. q. 1. Sco vbi su. D. Th. ibid. q. 42. ar. 2. ET VIDETVR, quod non: Illud quod est de iure naturæ, alia institutione nõ indiget: sed matrimonium est de iure naturæ: vt in præcedenti qõne habitum est: ergo non fuit institutum.

Secundo. Item non debet institui medicina pro illo statu in quo non est morbus: sed ante peccatũ nullus erat morbus: ergo cum quodlibet sacramentum sit medicina, contra morbum nullum sacramentum fuit institutum ante peccatum.

In oppositum. CONTRA, Hug. 2. lib. de sacra. par. 2. c. j. dicit, quod solum coniugij sacramẽtum etiam ante peccatum legitur institutum: non tamen ad remedium, sed ad officium.

Secundo. Item idem dicit Magister in littera huius distinct. cap. 1.

CONCLVSIO.

Matrimonium in statu innocentiæ ante lapsum in officium duntaxat, post lapsum verò & in officium, & in remedium institutum dicimus.

Respon. Matrimõij institutio quadruplex. RESPONDEO, quod secundũ aliquos quadruplex potest cõsiderari institutio matrimonij. Quædam ordinata ad procreationem prolis, & mutuum solatium, & hoc dicitur esse in officium, & sic fuit institutum ante peccatum. Quædam in remedium concupiscentię contra concupiscentiam, quæ est vulnus peccati, & sic potest dici fuisse institutum post peccatum tẽpore legis naturæ. Quædam quantum ad determinationem personarum, & sic potest dici fuisse institutum in lege Moysi. Quædam quãtum ad repræsentationem mysterij coniunctionis Christi, & ecclesiæ, & sic potest dici fuisse institutum in noua lege. Sed quia tres vltimæ institutiones in hoc conueniunt, quòd sunt in remedium, & etiam sua institutio, siue ante peccatum, siue post, fuit signum coniunctionis Christi, & ecclesiæ: melius est, vt dicamus secundum sententiam Magistri in littera, vt ante peccatum fuerit institutũ in officium, post peccatum autem non tantum in officium, sed etiam in remedium: & quia de ratione sacramenti est, quod sit signum, & remedium, ideo non ita propriè dicitur, quod matrimonium inquantũ est sacramentum, fuerit institutum ante peccatum, sicut post peccatum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod ea quæ sunt de iure naturæ, aliquando indigẽt institutione determinante, vel remotam conclusionem manifestiùs exprimente, & sic matrimonium fuit institutum: institutio enim sua manifestat hoc debere fieri, & qualiter debeat fieri determinat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd tempore quo non erat morbus non fuit institutum matrimonium sub ratione, qua medicina, nec sua ratione, qua sacramentum propriè loquendo, vt patet ex dictis.

QVAESTIO III.

Vtrum matrimonium fuerit institutum a Deo immediate.

Arg. 1. D. Bo. dist. ea ar. 1. q. 2. Sco. vbi su. D. Th. ibi. ET VIDETVR, quòd non: Gen. 2. dicit Adam. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et parum post. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: sed tunc fuit matrimonium institutum, dicente Domino, Matth. decimonono. Non legistis, quia qui fecit homines ab initio masculum, & fœminam fecit eos, & dixit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ: ergo Deus matrimonium instituit homine mediante.

Secundo. Item circa ea quæ Deus immediate instituit, nulla per hominem fieri potest mutatio: sed per hominem multiplex fit mutatio circa matrimonium: ergo non fuit a Deo immediate institutum.

In oppositum. CONTRA, omne quod a Deo mediante homine instituitur per hominẽ põt destitui, quod patet: quia canones non habentes vim, nisi ex iure positiuo, ecclesia potest destituere, quamuis a Deo mediante ecclesia fuerint instituti: sed homo non potest matrimonium separare, dicente Christo, Matt. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet: ergo fuit a Deo immediatè institutum.

CONCLVSIO.

A Deo immediatè institutus est matrimonij contractus.

RESPONDEO, quòd Deus matrimonium instituendũ prædixit, cũ dixit: vt habetur Gen. 20. Non est bonum hoĩem esse solũ: faciamus ei adiutoriũ simile sibi. Matrimoniũ

facto instituit implicitè, cũ de costa Adæ dormientis formauit mulierem, & adduxit eã ad Adam: vt habetur e. c. Et ipsum matrimonium verbo benedixit cum dixit Gen. 1. Crescite, & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam. Vnde Augu. 14. de ci. cap. 22. Nos nullo modo dubitamus, secundum benedictionem Dei crescite, & multiplicamini, & replete terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculum, & fęminam. Adam autem Deo inspirante institutionem matrimonij specificauit, & explicuit, cum dixit, vt habetur Gene. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & parum post. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. In quibus verbis tria bona matrimonij explicuit .s. bonũ inseparabilitatis: cum dicit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem. i. cohabitationem patris: & matris: & bonũ fidei, cum dicit. Et adhærebit vxori suæ, non alienæ supple: & bonum prolis, cum dicit. Erunt duo in carne vna, supple vnius pueri procreanda. Fuit autem conueniens matrimoniũ institui per Deũ & hominem diuinitus inspiratum, vt cã respõderet effectui: in matrimonio. n. est virtus spiritualis in significando, & efficiendo: & aliquid carnale, & humanum. s. obligatio ad carnalem actum. Hæc dicta sunt de institutione matrimonij, inquantum fuit in officium.

Matrimonij tria bona.

Item inquantum etiam fuit in remediũ fuit institutum a Deo post peccatum implicitè, cũ dixit mulieri. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: & Adæ dixit. Quia audisti vocem vxoris tuæ, &c. Ex quibus verbis, & sequentibus simul in vnũ collectis videri potest Deum insinuasse eorũ copulam iam non esse in officium tantum, sed etiam in remedium. Expressius aũt hoc instituit Deus, cum post diluuium dixit Noe, & filijs suis. Crescite, & multiplicamini, & replete terram: vt habetur Gen. 9. Multiplicatio. n. hominum coniunctione maris, & fęminæ perficitur: cum aũt Christus dixit. Matth. 19. Quòd Deus coniũnxit, homo non separet, & infra. Quicunque dimiserit vxorem suã, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit męchatur: non p illa verba matrimonium instituit, quamuis q̃dam dicant, ꝙ tunc ipsum instituit, inquãtum est repræsentatiuum coniunctionis Christi, & ecclesiæ: sed per illa verba ostendit matrimonium iãdudum institutum esse, & separari non posse, & hoc dixit ad instruendum illos, qui de inseparabilitate matrimonij non bene sentiebant, sicut patet per litteram ibidem.

Gen. 3.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, ꝙ non plus concludit, nisi quòd matrimonium aliquo modo fuit institutum a Deo immediatè, aliquo modo ab homine diuinitus inspirato, & hoc est verum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ mutatio per hominem non põt fieri circa matrimonium, quo ad ea quæ diuina institutio determinauit: sed quo ad ea, quæ indeterminata reliquit per ecclesiam determinanda.

Ad partem oppositam. Ad argumentum ad partem aliam dicendũ ꝙ illud, quod instituitur ab homine tantũ per hominem destitui põt: sed matrimonium, & si fuerit institutum aliquo modo ab hoĩe, non tamen tantum, quia a Deo fuit institutum immediatè, homo etiam hoc instituit ex præcepto Dei sibi facto sancta inspiratione, & iõ si Deus non instituisset matrimonium, nisi mediante homine, adhuc deberet dici matrimoniũ principaliter esse institutum non per hominem, sed per Deum.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum actus matrimonij, quantũ ad copulam carnalem sit licitus.

Secundo vtrum meritorius.

Tertio vtrum in susceptione matrimonij, gratia conferatur.

QVAESTIO I.

Vtrum actus matrimonialis sit licitus.

Arg 1. Sco vbi sup. D Th ibid. q. 41. ar. 3. ET VIDETVR, ꝙ non: quia non est licitum homini se priuare vsu rationis, nec simpliciter, nec ad tempus: sed in actu coniugali priuatur homo vsu rationis. Vnde philoso. 7. li. Eth. ca. 8. dicit de venere, ꝙ furatur intellectum spisse sapientis: ergo ille actus est illicitus.

Secundo. Item omnis actus est illicitus quem de necessitate concomitatur peccatum: sed actum coniugalem de necessitate concomitatur saltem veniale peccatum: quia vt dicit Augu. 19. de ci. c. 4. Nonnullum vitium est cum caro cõcupiscit aduersus spiritum. In actu vero illo semper caro concupiscit aduersus spiritum, ipsum etiam semper concomitatur tentatio, q̃ est ex carne, de qua dicit Magister. li. 2. di. 21. ꝙ non fit sine peccato: ergo actus coniugalis est illicitus.

Tertio. Item nihil indiget excusatione nisi peccatum: sed actus coniugalis indiget excusari per bona cõiugij, secundum magistrum huius di. c. 1. ergo actus cõniugalis est peccatum.

In oppositũ. CONTRA, secundum Augustinum, 14. de ciui. cap. 18. Concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum fit causa procreandorum liberorum licitus est & honestus.

Item obligatio ad actũ, q̃ non est licitus, est peccatũ: sed ĩ matrimonio est obligatio ad cõiugalem concubitum: cum ergo nubere nõ sit peccatum dicente Apostolo, 1. Corinth. 7. Si

Si nupserit virgo non peccauit, concubitus cõiugalis fieri potest licitè.

CONCLVSIO

Actũ matrimonialẽ licitum esse, fierique sine peccato posse, ambigendum non est.

Responsio. RESPONDEO, sicut superius habitũ est, ad matrimonium inclinat non tantum natura generis, sed etiam natura speciei, non tantum per comparationem ad secundarium eius finẽ qui est mutuum obsequium, seu mutua subuentio in rebus domesticis, sed etiam per comparationem ad principalem eius finẽ, qui est ꝓcreatio liberorũ, cũ autem naturalis rõ a Deo sit instituta, quamuis in aliquo per peccatum sit obfuscata, impossibile est ipsam inclinare ad aliquod, quod sit secundum seipsum, & vniuersaliter illicitũ, ita vt in eo medium licitum inueniri non possit.

Præterea a Deo matrimonium est institutũ vt visum est: Deus autem nihil instituit, in quo implicetur obligatio ad aliquid illicitum, cũ ergo in matrimonio sit obligatio ad coniugalem concubitum, altero coniugum hoc petente loco, & tempore debitis, actus coniugalis fieri potest licitè.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositũ cum dicitur, ꝙ non est licitũ homini se priuare vsu rõnis, &c. dico, ꝙ imò aliquando, quando. s. illa priuatio est quasi momentanea, & præordinata a rõne ad magnum spũale bonum, & ex auctoritate diuina. & talis est priuatio vsus rõnis in hoĩe, per coniugalem concubitum purè, & directè ordinatum ad reddendum debitũ, vel ad procreationem liberorum ad diuinum cultum.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ minor est falsa, illa. n. rebellio virium inferiorum cõtra rationem vitium quoddam est, inquantum est declinatio a prima institutione naturæ, sed ꝑ bona matrimonij caret ratione culpæ. Vtrum autem tentatio q̃ est ex carne possit esse sine peccato, determinatum inuenies lib. 2. dist. 21.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ pro tanto dicitur carnalis concubitus excusari per bona matrimonij: quia extra matrimoniũ, semper est peccatum, & in matrimonio fieri potest sine peccato. Vnde idem actus in matrimonio nõ est prius peccatum, & postea fit non peccatum per bona coniugij.

QVAESTIO II.

Vtrum actus matrimonialis sit meeitorius.

Arg. 1. D.Th. ibid. ar. 4. ET VIDETVR, ꝙ nõ: Magister huius dist. c. 1. dicit, ꝙ si non peccassent primi homines, coitus eorum bonus esset, & remunerabilis: in quo implicare videtur, ꝙ modo non sit remunerabilis, sed omnis actus meritorius est remunerabilis: ergo concubitus coniugalis nõ est meritorius.

Secundo. Item secundum philosophum, 2. Ethi. ca. 3. semper circa difficilius fit ars, & virtus: sed concubitus coniugalis non est difficilis, sed delectabilis: ergo non est virtuosus, sed nullus actus est meritorius, nisi sit virtuosus.

Item dimittere illud, quod est meritorium non est laudabile, sed laudabile est dimittere matrimonium, propter castitatem virginalẽ, vel vidualem: ergo actus matrimonialis non est meritorius. Tertio.

Item 32. q. 2. Connubia. Connubia legitima carent peccato, non tamen illo tempore, quo coniugales actus geruntur, præsentia spiritussancti dabitur, sed nullus actus est meritorius, nisi per præsentiam spiritussancti. Quarto.

CONTRA, actus virtutis est meritorius, sed vxor reddendo viro debitum facit actum iustitiæ, quæ reddit vnicuique quod suum est: ergo concubitus coniugalis potest esse meritorius. In oppositũ.

Item omnis actus procedens ex voluntate deliberatiua, aut est secundum rationem, aut præter rationem. Si secundum rationem, est virtuosus, si præter rationem est vitiosus. Vnde Dama. li. 2. c. vlti. Manentes in eo quod secundum naturam est, in virtute sumus: declinantes ex eo quod est secundum naturam ex virtute ad id, quod præter naturam est deuenimus, & in malitia sumus. Et vocat ibi naturam, naturale rationis iudicium inclinans ad virtutem: cũ ergo concubitus coniugalis possit procedere ex deliberatiua voluntate absq; hoc, ꝙ sit vitiosus: quia vt habetur in præcedẽti quæstione, licite potest fieri, potest esse virtuosus, & ex consequenti meritorius. Secundo.

CONCLVSIO.

Si actus matrimonialis coniugum referatur in Deum, ipse profectò apud Deum erit meritorius gratiæ.

Respon. RESPONDEO, ꝙ concubitus matrimonialis, aut fit directe, & tantum causa reddendi debitum, aut procreandi liberos educãdos ad cultum diuinum, & sic est actus virtutis, & ex consequenti meritorius, sicut probant argumenta ad partem secundam: aut propter delectationem carnis, seu propter remedium carnalis concupiscentiæ, sistendo tamen intra limites matrimonij, quo ad hoc, ꝙ homo nõ vellet hoc facere cum non sua, nec põnendo ibi vltimum finem. Et vtrum concubitus hac de causa factus, nunquam possit fieri sine omni peccato, aut semper sit peccatum veniale inferius declarabitur. Si autem voluntas extra limites matrimonij feratur, vtpotè quia talem actum vellet exercere cum muliere, etiam si non esset sua, tunc est mortale peccatum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd si primi homines non peccassent, quilibet coitus eorum fuisset remunerabilis, & sic intelligit Magister, modo autem non sic, quia aliquis est remunerabilis, & aliquis non.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ actus coniugalis licitus, & bene ordinatus, quamuis habeat declarationem annexam ex parte operantis, habet

Ad secun- habet tamen difficultatem ex parte sui: quia in delectationibus secūdum tactum valde difficile est tenere medium.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ laudabile est dimittere minus meritorium, pro magis meritorio,& quamuis aliquis actus coniugalis sit meritorius,tamen obseruatio castitatis virginalis, vel vidualis magis est meritoria.

Ad quartũ Ad quartum dicendum,ꝙ secundũ glo.ibidem pro tanto dicitur in illo actu præsentiam spiritussancti non dari: quia tunc non datur, quo ad actum faciendi miracula, vel prophetandi,quia in illo actu est quidam stupor mentis,& homo totus carneus efficitur.

QVAESTIO III.

Vtrum in susceptione matrimonij gratia conferatur.

Arg. 1. D.Bo'dist. ead. ar. 2. q. 2. Sco vbi su. D.Th ibid. q.42. ar.3. ET VIDETVR, ꝙ non: per susceptionem cuiuslibet sacri cũ quo conferatur gratia minuitur morbus contra quem est,sed carnalis concupiscētia,contra quam est matrimonium, per ipsum nõ minuitur,sed augetur, sicut enim dicit philos. 3. Ethi.c.vlt. Concupiscentiæ operatio auget conatum:ergo videtur, ꝙ gratia non confertur in matrimonio.

Secundo. Item per susceptionem cuiuslibet sacri cũ quo confertur gratia configuratur hõ aliquo modo Christo pro illo statu, quo passus est ꝓ nobis,aliter.n.non dicerentur sacra habere efficaciam a passione eius:sed matrimonium in nullo repræsentat Christi passionem,cũ in matrimonio sit delectatio, passio Christi, maxime fuerit afflictiua:ergo videtur ꝙ non conferatur gratia in matrimonio.

Tertio. Item omne sacrm in quo confertur gratia contra aliquem morbum debet suscipi ab omnibus participantibus illum morbum,sed omnes in statu naturæ lapsæ habent, de lege cõi, morbum carnalis concupiscentiæ: ergo si in sacramento matrimonij conferretur gratia cõtra carnalem concupiscentiam, omnes viri, & mulieres deberent matrimonium contrahere, quod falsum est.

In opposi- tum. CONTRA, vt superius est habitum in diffinitione sacri ponitur,ꝙ est ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem, & specialẽ gratiam;sed quælibet pars diffinitionis conuenit, cuilibet parti subiectiuæ contentæ sub diffinito:cum ergo matrimonium sit sacramẽtum nouæ legis, vt ostẽdetur,in eius susceptione confertur gratia,vt videtur.

Item sacramenta no.le.efficiunt, quod figurant, sed quodlibet sacramentum figurat gratiam:quia vt superius habitum est,sacramentũ est inuisibilis gratiæ visibilis forma:ergo in susceptione matrimonij cũ sit sacramentum nouæ legis confertur gratia.

CONCLVSIO.

Sacramentum istud velut cætera nouæ legis sacramenta gratiam confert.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ contrahentibus matrimonium digne,cõfertur gratia gratũ faciens, nõ tñ gratis data,vt quidã dicere volunt. Sicut.n.natura nulli cõfert potentiã,quin ẽt cõferat si potest dispositionẽ necessariã ad idoneã executionem actus illius potẽtiæ, sic ipse Deus conferendo alicui aliquã potestatẽ per sacramenti susceptionẽ, simul confert dispositionẽ necessariam ad idoneam executionem actus illius,per sacrm autem matrimonij datur ex diuina institutione matrimonium contrahentibus potestas, vt vnus vtatur alio ad ꝓcreationẽ prolis, & ad concupiscentiæ remediũ:cuius potestatis actus exequi non possunt idonee,& digne sine gratia gratum faciente.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositũ dicendũ,ꝙ per matrimonium reprimitur concupiscentia in sua radice per gratiã, q̃ confertur in matrimonio,excluditur ẽt turpitudo, q̃ sine matrimonio esset ĩ carnali copula,& ꝑ illũ actũ ab alijs corruptelis retrahitur, propter quod dicit Apost. 1.Cor.7. Melius est nubere quàm vri.

Dicendũ ergo ad auctoritatẽ philos.ꝙ q̃uis operatio concupiscentiæ si nõ est rõne ordinata,augeat conatũ,tñ qñ est ordinata rõne,reprimit eius excessum:quia actus dispon unt ad similes habitus.

Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ quamuis ꝑ matrimoniũ non conformentur contrahentes passioni Christi,quantũ ad pœnã, conformantur tamẽ ei,quantũ ad illius passionis cãm,q̃ fuit ex ꝑte patientis,q̃ cã fuit charitas, qa ꝑp nimiã charitatẽ suã,qua dilexit nos,pati voluit, vt ecclesiã sibi assumeret ĩ sponsam,quã charitatẽ rep̃sentat honesta dilectio nubentiũ.Illi tamẽ qui ad onera matrimonij aspiciunt,forte dicerẽt, ꝙ quantum ad aliqua repræsentat passionis Christi pœnam, multæ.n. sunt tribulationes in matrimonio.Vnde Apost.1.Cor.7.Tribulationem carnis habebunt huiusomdi.

Ad tertium dicendũ, ꝙ argumẽtũ bene concluderet si contra cõcupiscẽtiã non posset alia medicina efficacior inueniri,vacare aũt operibus spũalibus, & carnem per pnĩam macerare multo sunt efficaciora remedia contra morbũ concupiscentiæ, quàm matrimonium.

Quomodo autem licitum sit dare pecuniã pro matrimonio contrahendo, cum sit sacrm conferens gratiam, superius expositum est, vbi quæsitum est de symonia. *Di.25.ar.3 q.1.*

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo vtrum copula matrimonialis fuerit in præcepto ante peccatum.

Secundo vtrum post peccatum.

Tertio vtrum omnes obligentur ad illud præceptum.

QVAESTIO I.

Vtrum copula matrimonialis fuerit in præcepto ante peccatum.

Arg. 1. D. Bon. ar. 1. q. 3. Sco. ibidem D. Th. vbi sup. q. 41. ar. 2.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia Damasce. li. 2. c. vlti. dicit de primo homine, ꝙ sciens præcognitor Deus, ꝙ in transgressionem fieret, & sub corruptione caderet, fecit ex ipso fęminam auxiliatricem sibi ipsi, secundum ipsum. Et simile dicit li. 4. c. 16. ergo videtur, ꝙ copula matrimonialis nunquam fuisset si non fuisset peccatum, non fuit ergo sub præcepto pro statu ante peccatum.

Secundo. T. c. 34. Item secundum philos. 2. de anima. Multiplicatio indiuiduorum in eadem specie est ꝓpter conseruationem speciei, sed ante peccatum species poterat conseruari in vno indiuiduo: quia non erat necessitati corruptionis subiectum: ergo copula matrimonialis non fuit in præcepto pro statu ante peccatum.

In oppositũ. CONTRA, Magister huius dist. c. 2. dicit, ꝙ prima institutio matrimonij habuit pręceptũ.

CONCLVSIO.

Præcepta terna Deus homini tribuit ante lapsum quorum alterum coniugalis copula extitit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ Deus homini ante peccatum triplex dedit præceptum. Vnum disciplinæ pertinens ad profectum gratiæ: cum dixit, vt habetur Gen. 2. de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Alterum pertinens ad cõseruationem naturæ, cum dixit eodem ca. De omni ligno paradisi comede. Alterũ pertinẽs ad multiplicationem indiuiduorũ speciei humanæ, propter impletionem numeri electorũ: cum vt habetur Gene. 1. dixit. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, quia tamen fuit præceptum affirmatiuum, non obligabat nisi pro loco, & tempore, & ideo non fuerunt trãsgressores præcepti istius, quamuis nunquam in paradiso fuerunt carnaliter copulati. Ratio autem quare non coierũt potest assignari triplex, vna quia satis cito post formationẽ mulieris facta est illa transgressio propter quam de paradiso eiecti sunt. Alia quia determinationem temporis, quo coire inciperent expectabant ab auctoritate diuina, tertio quia nõdum erat in eis superfluitas cibi, tertia digestione digesti, quę est materia seminis: vt in li. 2. ostensum est. Primæ duæ rationes tanguntur ab Augu. 9. super Gen. longe post principium.

Protoplasti ante peccatum carnalem copulã, quare nõ cõtraxerunt.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ hic non est tenenda opinio Damasceni, dicit. n. Augu. 14. de ciui. c. 23. Quisquis dicit homines non fuisse coituros, nec generaturos, nisi peccassent, quid aliud dicit, nisi propter numerositatem sanctorum, necessarium hominis fuisse peccatum. q. d. hoc dicere inconueniens est.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ ibi philosophus non tangit totam causam multiplicationis indiuiduorum in eadem specie: sed partem, alteram autem partem, quæ est impletio numeri electorum non tangit: quia ad propositum suum non pertinebat, vel forte quia eam ignorabat.

QVAESTIO II.

Vtrum copula matrimonialis fuerit sub præcepto post peccatum.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. D. Th. vbi sup. Sco. vbi sup.

ET VIDETVR, ꝙ non: non enim est licitum alicui vouere aliquid cõtra præceptum: sed glo. super illud Lucę primo. Quoniam virum non cognosco dicit. Ecce tangit, ꝙ ipsa vouerat castitatem: ergo copula matrimonialis non erat sub præcepto.

Secundo. Item Magister huius dist. cap. 2. dicit, ꝙ secunda institutio matrimonij habuit indulgentiam: sed quod indulgetur non præcipitur.

In oppositum. CONTRA, sicut primis parentibus ante peccatum dictum est. Crescite, & multiplicamini, & replete terram: ita hoc idem dictũ est Noe, & filijs eius post diluuiũ: vt habetur Genesis 9.

Secundo. Item magis fuit necessarium matrimonium post peccatnm, quam ante, quia ante peccatũ non fuit nisi in officium: post peccatum vero & in officium, & in remedium: ergo cum fuerit in præcepto ante peccatum, multo fortius post peccatum.

CONCLVSIO.

Matrimonium, vt est in officium tam diu duntaxat fuit sub præcepto post lapsum quousque modicus numerus extitit hominum Deum colentium, vt vero est in remedium nunquam sub præcepto fuit.

Respon. RESPONDEO, quòd matrimonium post peccatum fuit in officiũ, & in remedium. Quo ad primum fuit in præcepto etiam post peccatum, quousque facta fuit sufficiens multiplicatio hominum ad cultum diuinum, & quòd tot fuerunt vacantes illi operi, quòd melius erat aliquos manere in castitate virginali, vel viduali, quàm omnes copulæ matrimoniali intendere. Quo ad secundum autem nunquam fuit in præcepto: quia morbum carnalis concupiscentiæ efficacius possunt homines temperare per exercitium, meditationum, & affectionum spiritualium, & degustationum cœlestium, & macerationum corporum, quàm per matrimonialem concubitum, sicut enim dicit Ber. in epistola ad proprios parentes. Gustato spiritu, necesse est desipere carnem, affectanti cœlestia, terrena non sapiunt, æternis inhianti, fastidio sunt transitoria.

Ad primũ. AD PRIMVM, in oppositũm dicendum, ꝙ tempore virginis Mariæ iam erat facta sufficiens multiplicatio hoĩum ad diuinũ

cultum, & ideo iam copula matrimonialis nō erat sub præcepto. Vnde nec Ioannes Baptista contraxit matrimonium.

Vel potest dici, ꝙ priuilegiatæ personæ, vt B. Virgo, & Ioannes Baptista erant de illo pręcepto per diuinam dispensationem secretam exemptæ.

Ad secundum. Ad secundum patet solutio ex dictis in qōnē. Duo argumēta ad partem aliam procedūt de matrimonio, inquantum est in officium, & pro illo tempore, quo erat modicus numerus hominum colentium Deum.

Ad partem oppositam.

QVAESTIO III.

Vtrum modo obligentur homines ad illud præceptum.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic: præceptum, quod est de iure naturæ semper durat, sed vt superius visum est, matrimonium est de iure naturæ: ergo pręceptū de matrimonio cōtrahēdo adhuc durat.

Secundo. Itē p̄ceptum durat quousque reuocatur, sed nusquam in sacra scriptura inuenimus huius præcepti reuocationem.

Tertio. Item præceptum quod dedit Deus homini ad conseruationem indiuidui, quæ est per actū nutritiue adhuc durat: ergo a simili præceptum quod dedit Deus homini ad conseruationem speciei, quæ est per actum generatiue adhuc obligat.

In oppositū. CONTRA, consilium non contrariatur præcepto, sed virginitas contrariatur copulæ matrimoniali, quam tamen consulit apostolus 1. Cor. 7. ergo copula matrimonialis modo non est sub præcepto.

Secundo. Item laudantur homines castitatem seruantes, de quo tamen laudari non deberent si adhuc esset matrimonialis copula sub pręcepto.

CONCLVSIO.

Cessante necessitate multiplicandi humanum genus, cessauit, & hoc præceptum.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ præceptum illud fuit affirmatiuum, præcepta .n. affirmatiua nō obligant pro semper, sed pro loco, & tempore cōuenientibus, & ideo quandiu fuit modicus numerus hominum Deum colentium, illud pręceptum obligauit, quæ causa modo cessat: q͂a magna est multiplicatio hoīum Deum colentium, & tot sunt vacantes copulæ matrimoniali, ꝙ expediens est, vt multi maneant in continentia viduali, & virginali. Vnde Augu. li. de bono coniugali, ante medium. Ita iam sese habet genus humanum, vt alijs qui se non continent non solū per nuptias occupatis, sed multis etiam per illicitos concubitus luxuriantibus bono creatore de malis faciente, quod bonum est, vt non desit numerositas prolis, & abundantia successionis, vnde sanctæ amicitiæ conquirantur.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositū dicendū, ꝙ naturale iudicium rōnis quædā dictat vt semper facienda, & sic copula matrimonialis non est de dictamine naturalis rationis, quædam dictat vt facienda pro loco, & tempore, & sic matrimonium est de dictamine rationis naturalis.

Ad secundum. Ad secūdū dicendū, ꝙ istud p̄ceptū in hoc satis reuocatū est, ꝙ apostolus continentiā virginalē præfert copulæ coniugali, vt patet 1. Cor. 7. & per hoc, ꝙ iam cessat causa pro qua datum fuit illud præceptum.

Ad tertiū. Ad tertium dicendū, ꝙ conseruatio indiuidui non pōt suppleri per aliū, q͂ per ipsummet indiuiduum, sed cōseruatio speciei suppletur per multos, quamuis alij maneant in continentia viduali, vel virginali. Si tñ redigeretur mūdus ad ita paruum numerū hominū, ꝙ quibusdam castitatem seruantibus alijs non sufficerent ad sufficientem multiplicationem hominum ad cultum diuinū, tūc matrimonialis copula omnibus illi actui vacare potentibus eēt præceptū: tñ iā tot creduntur saluati, & ita sunt homines per mundum multiplicati, ꝙ sicut dicit Augu. de bono coniugali, ante medium: Si omnes vellent continere ab omni concubitu de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta: multo citius ciuitas Dei compleretur, & accel eraretur terminus sęculi.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum matrimonium sit in genere relationis.

Secundo vtrum sit sacramētum nouæ legis.

Tertio vtrum concubitus sit de integritate matrimonij.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium sit in genere relationis.

Arg. 1. T. c. 10. ET VIDETVR, ꝙ non: Secundum philosophum. 5. physi. in ad aliquid non est motus. s. immediate: sed consensus legitimarum personarum per verba de præsenti expressus terminatur ad matrimonium immediate: ergo matrimonium non est relatio.

Secundo. Item inter vnum virum, & vnam vxorē non est nisi vnū matrimonium, sed relatio viri ad vxorem, non est relatio vxoris ad virum: ergo matrimonium non est relatio.

In oppositū. CONTRA, Magister distinct. sequenti. c. secundo. Matrimonium est maritalis coniunctio viri, & mulieris inter legitimas personas indiuiduam vitę consuetudinem retinens, sed hoc non potest intelligi de coniunctione, quæ est actio, quia tunc inter dormientes non esset matrimonium: ergo hoc intelligitur de coniunctione, quæ est relatio causata per coniunctionem, quæ est actio.

CONCLVSIO.

Matrimonium equidem in genere relationis est.

Respon. *Matrimonium multipliciter considerare potest.* RESPONDEO, quod matrimonium dupliciter potest accipi. Vno modo pro eo, quod in matrimonio est sacramentum tãtum. Alio modo pro eo quod in matrimonio est res, & sacramentum.

Primo modo dupliciter, scilicet, aut pro signis sensibilibus mutuum voluntatis consensum exprimentibus, & sic non est relatio: verba enim sub ratione, qua sunt soni, sunt in genere qualitatis. Aut pro significatione illorũ signorum, & sic dico est relatio significata per modum actionis.

Secundo modo etiam dupliciter potest accipi. Vno modo pro muto consensu voluntatis viri, & vxoris, & sic nõ est relatio, sed actio. Alio modo pro mutua obligatione vtriusque ad reddendum debitum, & non ad impediendum procreationem prolis, quę obligatio causatur inter legitimas personas per mutuum cõsensum per verba de præsenti expressum, & sic matrimonium est relatio, & quia proprie loquendo hæc obligatio verius dicitur matrimonium, quam aliquod prædictorum, quia alia aut sunt matrimonij signum, aut cã, ideo concedendum est matrimonium esse in genere relationis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum cũ dicitur, quod in ad aliquid non est motus immediate, &c. dico, quod verum est de motu propriæ dicto, qui est actus entis in potentia, secundum quod huiusmodi, sic autem non est motus voluntatis con-*T. c. 50. & inde.* sensus, vnde dicit philosophus 3. de anima. de actu animæ, quod est altera species motus: vnde per consensum voluntatis immediatæ potest causari obligatio hominis ad Deum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod matrimonium non accipitur pro altera istarum relationum tantum: sed pro vtraque simul, & ideo inter virum, & vxorem nõ est nisi vnum matrimoniũ, secundum quem modũ dicimus, quod inter duos vicinos non est nisi vna vicinitas, quamuis relatio Ioannis ad martinum sit alia ab illa quæ est Martini ad Ioannem: quia vicinitas est nomen illarum duarum relationum simul, quæ sunt inter duos vicinos.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium sit sacramentum nouæ legis.

Arg. 1. *D. Tho. in addi 3. p. q 42 ar. 1.* *Sco. di præsenti. q. 1.* *Ale p. 2. q. 2. m. 2. ar. 1.* *T. c. 70.* ET VIDETVR, quod non: quia in omni sacramento nouę legis est aliquid sensibile pro materia, & aliqua verba, quasi pro forma, sed non sic est in matrimonio: si. n. verba de præsenti mutuũ consensum exprimentia sunt quasi forma, nulla est ibi materia, si sunt materia: nulla est ibi forma: quia secundũ philosoph. 2. physi. materia, & formã nunquam coincidũt: ergo matrimonium non est sacramentum no. le.

Secundo. Item fuit institutum ante no. le. ergo nõ est sacrm no. le. quia omnia sacramenta no. le. in no. l. instituta sunt.

Tertio. Item sacramentum no. le. efficit quod figurat: sed secundũ Apost. ad Eph. 5. & Magistrum in littera huius di. c. 4. Matrimoniũ significat coniunctionẽ Christi, & ecclesiæ, quã non efficit: ergo non est sacramentum no. le.

Quarto. Item nullus homo potest aliquod sacramẽtum no. le. recipere a seipso: nullus. n. potest cõfirmare seipsum, vel baptizare, & sic de alijs, sed vir, & mulier per seipsos possunt contrahere matrimonium, quia si contrahũt contractũ, est quamuis sic facere non debeant: ergo non est sacramentum no. legis.

In oppositum. CONTRA, Apost. ad Ephe. 5. dicit de matrimonio. Sacrm hoc magnum est. dico aũt in Christo, & in ecclesia, sed hoc non posset dici de aliquo sacramento, quod non esset no. le.

Secundo. Item vt superius habitum est sacramenta veteris le. non conferebant gratiam: sed sacramẽtum matrimonij confert gratiam, vt in hac di. habitum est: ergo est sacramentum no. le.

CONCLVSIO

Cum matrimonium à Christo in Euangelio denuò institutum, & confirmatum fuerit in remedium contra peccatum, vimque habeat, si non ponatur obex, gratiam conferendi, no. le. verè est sacramentum.

Respon. *Sacramentũ no. le. dici dupliciter attendit.* RESPONDEO, quod sacramentum aliquod põt dici no. le. dupliciter. Vno modo, quia primo in noua lege institutum fuit, sicut baptismus, & cõfirmatio, & sic de alijs. Et sic matrimonium non est sacrm no. l. Fuit. n. institutum ante no. l. Alio modo quia quamuis fuerit institutum ante no. le. tunc non habens vim conferendi gratiam, in no. le. non est euacuatũ, sed confirmatum, & factum gratiæ causatiuum, & sic sacrm est no. le. Ante. n. no. le. fuit institutũ, & tunc gratiam gratum facientem non conferebat. & in no. l. non est euacuatum, sed approbatum, & confirmatum, & factum gratiæ causatiuum, in quo sacramento, est sacramentum tantum expressio consensuũ per verba de præsenti, res, & sacramentum, vnio consensuum, & obligatio mutua: de qua superius dictum est, quod per mutuum consensum per verba de præsenti expressum est causata. Hæc. n. est res respectu significationis exterioris, quæ est per sensibilia signa, & est sacramẽtum duplicis rei scilicet charitatis, quã significat, & dispositiuæ efficit, & vnionis Christi, & ecclesiæ, quam significat, sed non efficit, ipsa autem charitas est res tantum. *q. 1. huius ar. | Matrimoniũ duplici res & sacramentum habetur extra debita mis debitũ.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod essentia huius sacramenti consistit in sensibili actione suscipientium sacramentum, vnde verbũ primo prolatum ab altero eorũ habet rationem materiæ, & verbũ sermo prolatũ ab alio rationẽ habet, quasi formæ, eo modo, quo verba sunt forma in sacro, sicut. n. cũ verbũ accedit ad elemẽtũ fit sacramẽtũ: vt supius

habi-

habitum est: sic cum ad verbum illius qui primo dicit: accipio te in vxorem: accedit verbũ alterius dicentis, & ego accipio te in virum, vel econuerso. fit sacramentum. Et ita patet, ꝙ ibi non est idem materia, & forma: nec est de necessitate sacramenti, quòd verbum viri pręcedat verbum mulieris neque ecõuerso, quia quodcunque illorum præcedat nihil obest sacramento. Nec dicẽdum est, quòd benedictio sacerdotis sit forma huius sacramẽti. illa enim est quid sacramentale. non quid pertinens ad essentiam sacramenti.

Ad secundum. Ad secundum solutum est ex dictis in quęstione.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ nõ oportet quodlibet sacramentum no. leg. efficere quamlibet rem quam figurat: sed illam, quam primo figurat: hoc autem sacramentum primo figurat charitatem qua coniuges debent sese mutuo diligere dilectione sancta, & hanc rem dispositiue efficit.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, ꝙ hoc est singulare in hoc sacramento, ꝙ non potest suscipi ab vna persona tantum: sed oportet, ꝙ sint plures. vnde non est inconueniens ꝙ a seipsis possint suscipere hoc sacramentum, quia vnus alij ministrat partem vnam, & alius aliam: vnde nullus eandem partem sacramenti recipit a seipso sed ab alio: prima enim proferens verbum pertinens ad sacramenti essentiam ministrat alij sacramenti materiam, & persona secundo proferens aliud verbum pertinẽs ad eiusdem sacramenti essentiam ministrat priori quasi formam sacramenti.

QVAESTIO III.

Vtrum concubitus sit de integritate matrimonij.

Arg. 1. D. Bon. dis. eadem. art. 2. q. 2. D. Tho. vbi sup. art. 4. ET VIDETVR, ꝙ sic. Omne illud est de integritate sacramenti, quod exprimitur in institutione eius: sed cũ Deus mediante adam matrimoniũ instituit: fuit expressa carnalis copula. cum dictum fuit. Erunt duo in carne vna: ergo carnalis copula est de integritate matrimonij.

Secundo. Item Magister huius dist. ca. 4. & est. 24. q. 2. Non est dubium. Non est dubium illam mulierem nõ pertinere ad matrimonium: cum qua docetur non fuisse commixtio sexus.

Tertio. Item secundum aptum ad ephe. 5. matrimonium est sacramentum Christi, & ecclesię: sed sicut dicit Magister, vbi prius, & est. 27. q. 2. Cum societas: nuptiæ præter commixtionem sexuum non habent in se Christi & ecclesiæ sacramẽtum: ergo carnalis copula est de matrimonij integritate.

In oppositum. CONTRA, inter Mariam, & Ioseph fuit verum matrimonium, & tamen inter eos nunquam fuit carnalis copula.

Secundo. Item deficiente aliquo quod est de integritate sacramenti, sacramentum est minus sanctum. sed sicut dicit Magister huius di. c. 4. matrimonium in quo nunquam fuit carnalis copula: non ideo est minus sanctum: ergo nõ est de eius integritate.

CONCLVSIO.

Haud quidem quoad perfectionem primam, & essentialem, sed quò ad ipsius matrimonij consumationem.

Respon. RESPONDEO, ꝙ matrimonium dupliciter potest considerari. aut quantum ad eius perfectionẽ primam, quæ est perfectio essentialis, & sic carnalis copula non est de eius integritate: sed sine illa est matrimonium ratũ. quantum ad perfectionem secundam, quæ est perfectio aliquo modo accidentalis, & sic carnalis copula est de eius integritate: per illam enim efficitur matrimonium consumatum: sicut dicitur, ꝙ puer per eius deductionem ad quantitatem perfectam efficitur vir consumatus, quæ tamen puer existens habebat totam suam perfectionem in esse primo, quæ respicit hominis essentiam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ adam tetigit non tantum, quod est de integritate matrimonij rati: sed etiam consumati.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligitur de matrimonio consumato, vel ibi accipitur non fuisse pro non esse potuisse: propter scilicet mulieris arctationẽ: sic exponunt quidam, vt recitat glo. ibidem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis matrimonium absque carnali copula sit sacramentum vnionis Christi, & ecclesiæ quæ est per charitatem non tamen figurat illam, quæ est in natura conformitate: sed matrimonium cõsumatum vtranque vnionem figurat secundũ quod dicit Magister in littera.

CIRCA litteram. Coitus eorum bonus esset, & remunerabilis. supple vniuersaliter, sed post peccatum non sic. Indulgentia, quia meliora non eligit remedium habet: nõ pręmium. hoc potest intelligi de matrimonio inquantum indultum est causa fornicationis vitandæ. Vsque quo facta est multiplicatio. postquam secundum indulgentiam matrimonium contractum fuit. quamuis enim inquantum matrimonium est in remedium concupiscentiæ nunquã habuit præceptum: sed indulgentiam. inquantum autem in officium aliquando habuit pręceptum. modo tamen propter multiplicationem hominum sufficienter iam factam non præcipitur: sed indulgetur: etiam inquantum est in officium. Et est permissio in nouo testamento de minoribus bonis, & minoribus malis, sed prima proprie dicitur concessio, & alia permissio. De minoribus bonis est coniugium: hoc intelligendum est de bonis illis, quæ conferunt gratiam gratum facientem. Non meretur palmam, nec supple accidentalem priuilegiatam, quæ est aureola. Alia sufficienter sunt exposita in quæstionibus.

Quæ

Quæ sunt consideranda in coniugio.

DISTINCTIO XXVII.

POST hæc aduertendum est, quid sit Coniugium, & quæ sit efficiens causa coniugij, & causa propter, quam contrahi debeat, & quæ sint bona coniugij, & quomodo per ea excusetur coitus carnalis, quæ sint legitimæ personę ad matrimonium. Sunt & alia plura in matrimonio consideranda, quæ sub cōpendio perstringemus.

Quid sit coniugium.

Definitio Matrimonij Glossæ ordin circa illud 1. Cor. 7. De quibus autem. Et 27. q. 2. in prin.

Sunt ergo Nuptiæ vel matrimonium, viri mulierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Ad indiuiduam consuetudinem vitæ pertinet, quòd absque consensu alterius neuter continentiam profiteri potest, vel orationi vacare, & quòd inter eos, dum viuunt, vinculum coniugale permanet, vt alij se copulare non liceat, & vt inuicem alter alteri exhibeat, quod quisque sibi. Hac autem descriptione legitimorum, & fidelium tantum matrimonium includitur.

De consensu qui efficit Coniugium.

Efficiens autem causa matrimonij est consensus, non quilibet, sed per verba expressus: nec de futuro, sed de præsenti. Si enim consentiunt in futurum, dicentes, Accipiam te in virum, & ego te in vxorem, non est iste consensus efficax causa matrimonij. Item si consentiant mente, & non exprimant verbis, vel alijs certis signis, nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicant, quod tamen corde non volunt, si non sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa verborum, quibus consentiunt dicentes, Accipio te in virum, & ego te in vxorem, matrimonium facit.

Autoritatibus probat, quòd solus consensus faciat Matrimonium.

27. q. 2. in prin.

Quòd autem consensus matrimonium faciat, subditis probatur testimonijs. Ait enim Isidorus, Consensus facit matrimonium. Item Nicolaus Papa. Sufficiat solus secundum leges eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur, qui solus si fortè in nuptijs defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Item Ioan. Chryso. Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas, & ideo non soluit illud separatio corporis. Item Ambros. Non defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Ex his apparet, quòd consensus, id est pactio coniugalis, matrimonium facit, & ex tunc coniugium est, etiam si non præcessit, vel secuta est copula carnalis.

In opere imperfecto, ho. 32. ad c. 19. Matth in medio.

Quando incipiat esse coniugium.

Li. de insti. uirg. c. 6

Quòd enim ab ipsa desponsatione, in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, sanctorum testimonia probant. Ait enim Ambrosius, Cum initiatur coniugium, coniugij nomen adsciscitur: cum coniugitur viro, coniugum est, non cùm viri admixtione cognoscitur. Item Isidorus, Coniuges verius appellantur à prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Item Aug. Coniunx vocatur (scilicet Maria) ex prima desponsationis fide, quam concubitu non cognouerat, nec fuerat cogniturus, nec peierat, nec mendax mansérat coniugis appellatio, vbi non fuerat nec futura erat carnis vlla commixtio. Propter quod fidele cōiugium ambo parentes Christi vocari meruerunt, non solum illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius: vtrunque mente, non carne. Ex his euidenter insinuatur, quòd ex tempore quo intercedit consensus voluntarius ac maritalis, qui solus coniugium facit, veri coniuges sunt sponsus, & sponsa.

Lib Ety. 9. cap ult. Li. 1. de nup & concupiscentia, ca 11 tom. 7. Matt. 12. d Luca 2. g Luca 3. c.

Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem copulam, sed sponsi, & sponsæ sunt.

Quidam tamen asserunt, verum coniugium non contrahi ante traductionem, & carnalem copulam, nec verè coniuges esse aliquos, antequam intercedat commixtio sexus: sed à prima fide desponsationis vir sponsus, & mulier sponsa est, non coniunx. Sponsos autem, & sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint, sed quia futuri sunt: cuius rei spōsionem inuicem fecerunt. Et secundum hoc verba præmissarum autoritatum intelligenda fore tradūt.

Qua ratione nitantur.

Quòd verò inter sponsam, & coniugem plurimū inter sit, ex eo astruunt, quia licet sponsæ ante carnalem copulam inconsulto, vel nolente sponso monasterium eligere: quo facto, sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus verò vel coniugata, nec continentiam nisi ex cōmuni consensu seruare valet, nec monasterium petere, nisi vterque continentiam pariter profiteatur. Quòd verò liceat sponsæ monasterium eligere, autoritatibus sanctorū probatur. Ait enim Eusebius Papa, Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: tamen licet sibi monasterium eligere. Item Grego. Decreta legalia desponsatam, si conuerti voluerit, nullo pęnitus censuerūt dāno mulctiari. Refert etiam Hiero. quod Macarius inter Christi ęremitas præcipuus, celebrato nuptiali conuiuio, cùm vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egrediens transmarina petijt, & eremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit. His autoritatibus & exemplis liquet, licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, & econuerso, continentiam profiteri.

27 q 7. ca. De sponsatam. Li 6. regis. epi 20. quæ est in ordine epis reg. 184. & habetur ubi supra, cap. Decreta. Legitur hoc In Vitis patrum, parte 1 in uita sācti Maca. Rom 27 q. 2 cap. Scripsit nobis.

Quod coniugatus, vel coniugata nequeant continentiam, profiteri sine alterius consensu.

Hoc autem coniugatis nullatenus licet. Nō enim potest vir melioris vitæ propositum sumere sine vxoris consensu, & econuerso. Vnde Greg. scribens Theotistæ patritiæ, Sunt qui dicunt, religionis gratia coniugia debere solui. Verùm sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, tamen lex diuina prohibuit. Si verò vtrisque conueniat continentem vitam duce-

Lib 9 regi. epi 39. media. Et 27. q 2 cap. Matth. 5 c. & 19. b

re,

re, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius continentem vitam duxisse, & post ad sanctæ ecclesiæ regimina migrasse. Si verò continentiam, quam vir appetit, mulier nō sequitur, aut quā vxor appetit, vir recusat, coniugium diuidi non potest, quia scriptum est, Mulier potestatem sui corporis nō habet, sed vir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier. Idem, (Agathosa latrix præsentium que sta est, virum suum contra voluntatem suam in monasterium esse conuersum. Quapropter experientiæ tuæ præcipimus, vt diligenti inquisitione discutias, ne fortè eius voluntate conuersus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc repereris, & illum in monasterio permanere prouideas, & hanc, sicut promisit, mutare vitam compellas. Si verò nihil horum est, nec quondam fornicationis crimē (propter quod licet vxorem dimittere) prædictam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuersio vxoris relictæ in seculo fieri posit perditionis occasio, volumus vt maritum suum illi, etiam si iam tonsuratus est, reddere debeas, omni prorsus excusatione cessante: Quia nisi fornicationis causa virum vxorem dimittere nulla ratio concedit. Postquam enim copulatione coniugij viri, & mulieris vnum corpus efficitur, nō potest ex parte conuerti, & ex parte remanere in seculo. Item ex octaua Synodo, Si quis coniugatus cōuerti ad monasterium velit, non est recipiendus, nisi prius à coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales ergo coniuges tunc sine culpa sequūtur Christum, relicto seculo, si habent ex pari voluntate castitatis consensum. Item, Si vir & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine consensu Episcopi fiat: vt ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam vxore nolente, vel altero illorum, etiam pro tali re matrimonium non soluitur. Item Aug. Si abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatū illius, tuæ imputabitur abstinentiæ. Item Nicolaus Papa, Scripsit nobis Thaberga regina, regia se vel le dignitate, vel maritali copula exui, & sola vita priuatæ esse cōtētā desiderare. Cui rescripsimus, nō hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitā vir eius Lotharius elegerit. Ex his patet, ꝙ coniugati sine communi consensu monasterium eligere, continentiam profiteri, vel habitum religionis sumere non valent, & si fecerint, reuocari debent. Sponsi verò possunt sine communi consensu monasterium eligere. Vnde videtur inter sponsum, & sponsam coniugium non esse. Ideóq; asserunt à prima fide desponsationis coniuges appellari, non re præsentium, sed spe futurorum, quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges. Præmissas autem autoritates, quibus asseritur ꝙ consensus matrimonium facit ita intelligi volunt, vt consensus, vel pactio coniugalis, non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut enim defloratio virginitatis non facit matrimonium, nisi præcedat pactio coniugalis, ita nec pactio coniugalis antequam adsit copula carnalis. Ex pactione ergo coniugali sponsi, & sponsæ fiunt ante coitum: in coitu verè efficiuntur coniuges. Facit etiam pactio coniugalis, vt quæ prius erat sponsa, in coitu fiat coniunx.

[Margin: 1. Cor. 7. a — Greg. lib. 9. Regist. cap. 44. Et 27. q. 2. ca. Agathosa. — 27. q. 2. ca. Si quis. — Ex syn. Eugen. quarti. & in decretis, ca. 36. & 27. q. 2. Si vir — Id habet Chrys. hom. 1. in psal. 50. Et 27. q. 2. si abstines. 27. q. 2. cap. scripsit.]

Responsio ad prædicta, cum determinatione superiorum.

His autem ita respondemus, Fit aliquando despōsatio, vbi est compromißio viri, & mulieris de contrahendo matrimonio: non est autem ibi consensus de præsenti. Est & desponsatio habens consensum de præsenti, idest pactionem coniugalem, quæ sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione, vbi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantùm, & sponsæ fiunt, non coniuges, & talibus sponsis licet sine communi consensu cōtinentiam profiteri, & monasterium eligere. In ea verò desponsatione vbi est consensus de præsenti, coniugium contrahitur, & ab illius desponsationis prima fide veri coniuges appellantur. Secundū hanc distinctionem desponsationis, de sponsis variè loquuntur doctores.

Quomodo accipiatur Sponsa in subditis capitulis.

Aliquando enim sponsas vocant, quæ talem habuerunt desponsationem, vbi fuit pactio coniugalis de præsenti, & ille verè coniuges sunt. Vnde Grego. Si quis vxorem desponsauerit, vel subarrauerit, quā quam postmodum, præueniente die mortis eius, nequiuerit eam ducere in vxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio, & si inuentum fuerit factum, separetur omnino. Item Iulius Papa, (Si quis desponsauerit vxorem, vel subarrauerit, & vel præueniente die mortis, vel irruentibus quibusdam causis eam non cognouerit, nec frater eius, nec vllus de consanguinitate eius eandē sibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore. Item Greg. Qui desponsatam proximi sui puellam ceperit in coniugium, anathema sit ipse, & omnes consentienties ei, quia secundum legem Dei mori decernitur. Nam diuinæ legis mos est sponsas appellare coniuges, vt in Euang. Accipe Mariam coniugem tuā. Et in Deuteron. Si quis alterius sponsam in agro vel quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia vxorem proximi sui violauit, non quæ iam vxor erat, sed quæ à parentibus vxor fieri debebat. Ex his colligitur, quòd sponsæ quædam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed fortè illud mouet quod in fine capituli dicitur, Nō quæ iam vxor erat, sed quæ vxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet, quasi vxor verè non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercesit: sed quia nondum traducta fuerat, nec res vxoria intercesserat, scilicet, cō cubitus coniugalis.

[Margin: 27. q. 2. ca. si quis uxorem. — Leuit. 20. b — Matth. 1. d — Deut. 22. d]

Quod aliter accipitur in his alijs capitulis sponsa.

Hæc etiam sponsa est, quæ sic viro desponsata est, vt non intercesserit consensus de præsenti, sed sponsio futuri. Secundum quem modum illud decretum intelligitur, Si quis sponsam filij oppresserit, & post filius eius eam duxerit, pater postea, non habeat uxorem nec mulier uirum: filius qui patris facinus ignorauit, aliam ducat. Si coniunx illa fuisset, quod utique foret, si in sponsalibus pactio coniugalis intercessisset non permitteretur sponso aliam ducere.

[Margin: Ex Cōc. Ti. c. 4. & 27. q. 2. cap. si quis spōsā.]

Ibidē, c. 41. & hab. ubi supra c. qui buidam de sponsauit.

Mœchis autem pœna non nubendi ex rigore infligitur, vt alij terreantur. Item ex eodem. Quidam desponsauit vxorem, & dotauit, & cum ea coire non potuit, quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit: decretum est, vt quamuis nupta nō potuerit esse legitimo viro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit: sed mœchus, & mœcha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita verò eis coniugia non negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet, vbi non fuit consensus coniugalis de præsenti, alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia.

27. q. 2. ca. Statutum.

Secundum hoc etiam illud intelligi debet, Statutum est à sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiēs non fuerit, licentia nubendi alteri non negetur. Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de præsenti, & ideo non fuisse coniugem, cui viuente sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Sunt enim quædam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsi, & sponsæ vocantur, nec exinde coniuges sunt. Et est pactio quædam coniugalis de præsenti, quæ sponsum, & sponsam etiam coniuges facit. Et vtraq; pactio desponsatio, vel sponsalia interdum dicuntur: propriè tamen sponsalia dicuntur quædam solemnia pacta nuptialia.

Quare non statim tradantur sponsæ.

Li. 8 confes. c. 3. ubi supra, c Institutum.

De nuptialibus pactis, vbi est tantùm sponsio futuri. Aug. Institutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit sponsus dilatam.

Quæ sponsa sit vidua mortuo sponso, & quæ non.

28. q. 2 ca. Quod autē parag. Item si sponsa. Dist. 24. ca.

Et est sciendum, quòd illa sponsa, quæ tantùm in futuro est pacta, mortuo sponso non remanet vidua: quia non fuerat vir eius. Vnde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur, quia non duxit viduam. Viduæ enim maritus æquè sicut bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex tali autem copula nullus arcetur à sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest.

Secundum hoc intelligendum est, quod ait Pelagius Papa, de illo qui mortuo sponso eius sponsam duxit in vxorem, Nihil est, inquit, quantum ad hunc articulum attinet, quod ei obuiet de Canonicis institutis, quin ad sacros ordines promoueri valeat. Si verò talis sponsa fuisset, inter quam, & spōsum eius, consensus de præsenti intercessisset, eo mortuo vidua remansisset, cui copulatus in coniugio, vlterius ad sacros ordines non accederet, cum viduam duxerit.

Magister hic non recipitur.

Non est ergo ambigendum, quin solus de præsenti consensus coniugium efficiat, & exinde ueri coniuges appellentur. Ideo post talē consensum, si quis alij se copulauerit, etiam si carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam reuocandus est.

DISTINCTIO XXVII.

Continuatio.

SVperius determinauit Magister de matrimonio quantū ad eius causam formalē. Hic determinat de ipso quantum ad eius causam efficientem idest de consensu.

Et primo de ipso quantum ad eius effectū.

Secundo quantum ad eius defectum. di. 39. ibi. Oportet autem. Prima in duas.

Diuisio.

Primo determinat principaliter de effectu consensus expresi per verba de præsenti.

Secundo de effectu consensus expresi per verba de futuro di. sequenti. ibi. Hic quæri debet. Prima in tres.

Primo determinat veritatem.

Secundo recitat quorūdam falsam opinionem. ibi. Quidam tamen.

Tertio subdit auctoritatum pro eis adductarum solutionem ibi. His autem ita respōdemus. Prima in quatuor.

Primo ostendit quid est matrimonium.

Secūdo quid est efficiēs matrimonium ibi. Efficiens autem.

Tertio probat, q consensus facit matrimonium ibi. (Quod autem consensus.)

Quarto ostendit quando incipit esse matrimonium ibi. (Quod enim.) Illa pars quæ ibi incipit. (His autem ita respondemus.) Diuiditur in quinque. Soluens enim ibi auctoritates contrarias per distinctionem dispensationis.

Primo prosequitur vnum membrum.

Secundo aliud ibi. (Vocatur etiam.)

Tertio reddit rationem quare sponsæ per verba de futuro non statim traduntur ibi. (De nuptialibus.)

Quarto ostendit, quæ sponsa debeat dici vidua mortuo sponso ibi. (Et sciendum.)

Quinto ostendit q secūdum aliquam significationem sponsus ducens alterius sponsam potest ad sacros ordines promoueri. ibi. (Secundum hoc.)

CIRCA hanc di. quærendum est principaliter de quatuor.

Primo de causa matrimonij effectiua.

Secundo de causa dissolutiua.

Tertio de sponsalibus, quæ sunt ad matrimonium dispositiua.

Quarto de bigamia.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum cōuenienter nominetur matrimonium nomine coniugij, & nuptiarū, & matrimonij.

Secundo vtrum ad contrahendum matrimonium necessarius sit verus viri, & mulieris consensus.

Tertio

Tertio vtrum sufficiat consensus tacitus.

Quarto quid consulendum est alteri coniugum, cui alter affirmat, ꝙ numquam in eum consensit nec consentit.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium prædictis nominibus conuenienter nominetur.

Arg. 1. D.Bon.dis. 27 art.1.q. 1. D.Thom in addit 3 p. q 44. ar.2.

ET VIDETVR, ꝙ non: Coniugiū enim dicitur a coniunctione: sed cōiunctio genus est ad cōiunctionem matrimonij: cum ergo genus nō ducat in distinctam cognitionem speciei, & res per suum nomen debeat distincte significari inconuenienter dicitur coniugium.

Secundo. T.c.28.

Item secundum Philosophum.4. Met. ratio quā significat nomē est diffinitio: diffinitio autem indicat essentiam rei: cum ergo nubere non pertineat ad matrimonij essentiam: sed ad causam, & nuptiæ dicantur a nubendo, inconuenienter nominantur nomine nuptiarum.

Tertio.

Item a digniori vnumquodque denominādum est: sed in procreatione prolis dignius principium est pater quam mater: ergo matrimonium conuenientius diceretur patrimonium.

In oppositū.

CONTRA, in vsu communi tribus prædictis nominibus nominatur.

CONCLVSIO.

Ex eius diuersa consideratione constat, matrimonium his nominibus non incongruè nuncupari.

Respon. Tria circa matrimonium nomina uē da sunt. Vnde nuptiae contra uerit uocabula, uide 30 q 5. nec nec illud & c famine.

RESPONDEO, ꝙ circa matrimonium tria consideranda sunt scilicet causa, essentia, & effectus. Ratione primi dicuntur nuptiæ a nube: vnde Isi.li.9.etymolo.c.vlt. Nuptiæ dicuntur eo, ꝙ ibi nubentium capita velent. Ratione essentiæ dicitur coniugium. Ratione effectus qui est proles dicitur matrimoniū quasi matris munium idest officium: eo, ꝙ matri maxime incumbit officium nutriendæ prolis vel quasi matrem muniēs, quia per ipsum proles munitur, vel quasi matrem mouēs scilicet ne derelinquat virum.

AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ sicut accidenti communi, quia habet plus de ratione accidentalitatis, quam proprium: appropriatur nomen accidentis. Sic quia in matrimonio est maxima coniunctio, quia est ibi coniunctio corporum, & animorum, ideo conuenienter nominatur nomine coniugij a coniunctione dictum, quamuis inueniatur cōiunctio in rebus alijs.

Ad secundum dicēdum, ꝙ quamuis nomē imponatur ad significandum essentiam rei: tamen frequenter imponitur ab accidente rei, quia per nomen res innotescit, & sicut dicit

T.c.11.

Pphilosophus primo de anima accidētia maximam partem conferunt ad cognoscendum, quod quid est: ita dico, ꝙ potest nomen rei cōuenienter imponi ad significandam rei essentiam a causa effectiua, quia multum cooperatur ad rei cognitionem.

Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis sit vir principalius principium in prolis generatione, quam mulier: tamen in nutritione est econuerso, quia dum est in ventre matris nutritur menstruo sanguine matris suæ, & postquā natus est nutritur lacte matris, & postquam ablactatus est adhuc per magnum tempus magis incumbit officium nutriendi ipsum matri, quam patri. Econuerso quia in acquisitione possessionis principalior est pater, quam mater ideo dicitur patrimonium.

QVAESTIO II.

Vtrum ad contrahendum matrimonium necessarius sit verus viri, & mulieris consensus.

Arg. 1. D. Bon.dis. 28 a. 1.q.2 D.Tho.ubi sup.q.45. art.4. Scot. dist. 30. q.1.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia cum nūquam possit constare de vero consensu, nunquam possent homines esse certi vtrum essent in vero matrimonio, quod videtur inconueniens.

Secundo.

Item Magister huius di.c.2. dicit ꝙ si vir & mulier verbis explicant: quod tamē corde nō sit ibi coactio, vel dolus matrimonium contrahunt: sed non est verus consensus si verbo explicant, quod corde non volunt.

Tertio. Di.26.art. 1. q 3.

Item ad ea, quæ sunt ab institutione diuina non requiritur consensus voluntatis humanę sed matrimonium, vt superius visum est ab institutione diuina est: ergo ad hoc non requiritur consensus voluntatis humanæ.

In oppositum.

CONTRA, ad veram collationem sacramenti requiritur vera intentio conferendi: ergo similiter ad verè contrahendum sacramentum matrimonii requiritur vera intentio contrahendi.

Secundo.

Item extra de spon. Tua nos. in fi. fine consensu cætera nequeunt fœdus perficere coniugale: sed non est consensus nisi sit verus: ergo ad hoc requiritur verus consensus.

CONCLVSIO.

Respon.

Si verba duntaxat, uel signa exteriora adsint absq; interiori consensu alterius coniugum, matrimonium quò ad Deum non esset, licet ecclesia, quæ de interioribus non iudicat, secus æstimaret.

RESPONDEO, ꝙ ad hoc vt verè contrahatur in foro conscientiæ, & Dei qui cordiū nouit occulta, requiritur verus consensus interior, quamuis non sufficeret sine institutione diuina, quia cū vir, & mulier plenariè subsint dominio Dei: non liceret vni transferre corpus suum in potestatem alterius nisi concurrente ad hoc domini voluntate, & auctoritate tamen quantum ad iudicium ecclesiæ militantis, quę secūdum exteriora iudicat: si dicātur verba quæ consensum interiorem exprimunt: quamuis secundum rei veritatem non adsit: iudicabitur matrimonium: nisi signis euidentibus probari potuerit nunquā interiorē cōsensum affuisse, qđ ꝓbare nimis esset difficile, nec ad pſens occurrit mihi quo hoc sit possibile

Ad


Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis non posit constare certa scientia de vero consensu, de hoc tamen potest constare per probabilem coniecturam, & hoc sufficit: sicut enim dicit Philosophus primo Eth. c.2. disciplinati est in tantum certitudinem inquirere secundum vnumquodque genus inquantum rei natura sufficit.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ verbum Magistri intelligendum est quantum ad iudicium ecclesiæ, quæ per exteriorem expresionẽ cõsensus præsumit interiorem consensum affuisse.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ ad ea, quæ sunt ab institutione diuina requiritur consensus voluntatis humanæ, in quibus Deus instituit, vt requiratur: Deus autem instituẽdo matrimonium implicite instituit, vt requiratur ad hoc viri & mulieris consensus, & hoc fuit rationabile cum in matrimonio sit aliquid carnale, & humanum.

QVAESTIO III.

Vtrum ad contrahendum matrimonium sufficiat consensus tacitus.



Arg. 1. D. Bon dis. 28. a. 1. q. 4. D. Th. vbi sup. Sco. ubi su. ET VIDETVR, ꝙ sic: extra de sponsalibus. Tuę fraternitati: matrimonium in veritate contrahitur per legitimi viri, & mulieris consensum: sed necessaria sunt quantum ad ecclesiam verba consensum exprimentia de præsenti: ergo verba non requiruntur ad hoc vt in foro Dei matrimonium contrahatur: sed tãtum ad hoc vt ab ecclesia contractum matrimonium iudicetur.

Secundo. Item. 32. q. 2. Non omnis. §. Cum dicitur in tex. & in glo. & in decr. prædicta in gl. Si parentes contrahant pro filijs præsentibus, & scientibus sufficit eorum taciturnitas.

Tertio. Item consensus tacitus facit adulterium, dicente domino Matth. 5. Quicunq; viderit mulierem ad concupiscendum eam iam męchatus est eam in corde suo: ergo a simili consensus tacitus potest facere matrimonium.

In oppositum. CONTRA, consensus tacitus alicuius nõ dat ius alij in re sua: sed per matrimonium habet vir potestatem in corpore mulieris, & ecõuerso, secundum Apostolum. 1. Corin. 7. ergo ad matrimonium contrahendum non sufficit consensus non expræssus.

Secundo. Item Magister huius dis. c. 2. dicit de viro, & muliere, ꝙ si consentiant mente, & non exprimant verbis vel alijs certis signis, talis consensus matrimonium non efficit.

CONCLVSIO.

Matrimonium per consensum tacitum haud contrahitur, sed vt per aliquod signum sensibile interior consensus innotescat, necesse est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ad contrahendum matrimonium requiritur consensus mutuus per verba de præsenti, vel per alia signa in nõ potẽtibus loqui, & dico per alia signa: quia muti possunt contrahere matrimonium. extra de sponsa. Tuę fraternitati. Inter etiam absentes, & qui se nunquam viderunt potest contrahi matrimonium per procuratorẽ, & literas consensus mutuos exprimentes, dum tamẽ fama, vel auditu, vel aliquo modo se nouerint. 30. q. 5. Nec illud in glo. & 32. q. 2. Nõ omnis. §. Cũ dicitur. in glo. Ratio autem quare requiritur expresio mutui consensus per aliquod sensibile signum est, quia sic est institutum: cuius institutionis fuit ratio congrua, quia matrimonium est sacramentum, & de ratione sacramenti est, vt superius visum est, ꝙ in eo sit aliquod sensibile signum. Aliam etiam rationem asignat aliqui, quia in contractu matrimonij quilibet donat alij potestatem corporis sui quantum ad coniugalem actum: donatio autem non perficitur nisi concurrente consensu donatoris, & donatarij: donatarius autem cõsentire non potest in donationem, nisi donator voluntatem suam sibi exprimat, quod sine signo sensibili facere non potest. In matrimonio contrahendo sensibile signum requiritur, & quare.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis verba sint necessaria quantum ad ecclesiam, nihilominus sunt etiam necessaria ad hoc vt in iudicio Dei matrimonium contrahatur: vnde verba decretalis intelligenda sunt per appropriationem, eo ꝙ in iudicio Dei principalior est consensus interior, quã expræsio eius exterior. In iudicio autem ecclesiæ militantis est econtrario.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ dicunt aliqui, ꝙ in casu prædicto sufficit consensus sine verbis illorum, qui contrahunt, quia verba parẽtum, & taciturnitas filiorum præsentium, & verba intelligentium æquiualent sensibili signo exprimenti interiorem consensum, maxime quando ex aliquo gestu annuunt, & ex verecundia loqui omittunt: si autem verba dicerentur per alios quam per parentes non sufficeret taciturnitas prædicta: plus enim in hoc valent verba parentum, eo ꝙ filij sunt aliquid substantiæ eorum. Alij glosas prædictas negant nec enim ex tex. ex quo accipiuntur secundum rei veritatem possunt haberi.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ, ꝙ non est simile, quia peccatum committi potest in sola voluntate, sed ad sacramẽtum requiritur sensibile signũ ex diuina institutione.

QVAESTIO IIII.

Vtrum aliquid consulendum sit alteri coniugum: cui alter affirmat, quòd nũquam in eum consensit, nec consentit.

CONCLVSIO.

Ne id credat ei consulendum est at si temerè perseueret credens, dum sic credit, alteri carnaliter cõmisceri non debet.

Respon. RESPONDEO, ꝙ consulendum est ei ꝙ hoc non credat, quia nec alteri coniugum in hoc credere tenetur: extra de probationibus, Per tuas. nimis indignum est iuxta legitimas sanctiones,

sanctiones,vt quod sua quisque voce dilucidè protestatus est in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Si autem temerariè credat, ꝙ alter coniunx verum dicat durāte ista credulitate non licet ei cum illo carnaliter commisceri,nec ad petitionem propriā, quia credit,ꝙ nō sit eius coniunx: nec ad petitionem alterius, quia sibi in hoc præiudicat quamdiu affirmat se coniugem non esse: si autem postea affirmat se mentitum esse, & petat debitum: si alter coniux remaneat in pristina credulitate perplexus est quamdiu durat illa credulitas,quia illa credulitate manente non credit alterum suum coniugem esse: vnde si redderet debitum contra scientiam faceret, quia nec debitum credit esse,immo indebitū: si autem non reddit etiam peccat, quia quamuis alter coniunx in dicendo se non esse cōiugem præiudicaret sibi quo ad potestatem exigendi debitum quamdiu hoc non reuocabat; tamen postquam reuocat credo, ꝙ expirat illud præiudicium, quia reuocatio concordat verbis quibus in contractu expressit suum cō sensum de præsenti.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER queritur de secundo principali. Et circa hoc, quæruntur quatuor.

Primo vtrum matrimonium non consumatum possit dissolui per mutuum dissensum.

Secundo vtrum per religionis ingressum.

Tertio vtrum per abscisionem genitaliū.

Quarto vtrū per religionis ingressum possit dissolui matrimonium consumatum.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium non consumatum posit dissolui per mutuum dissensum.

Arg. I. D.Bonau. D.Tho. ub sup Scot.bi u. ET VIDETVR, ꝙ sic:extra de regu. iur.Omnis res. Omnis res per quascunque nascitur causas, per easdem dissoluitur: sed matrimonium nascitur per mutuum voluntatis consensum: ergo dissoluitur per mutuum volūtatis dissensum.

Secundo. Itē destructa causa destruitur effectus, quia sicut dicit Auic.6.Meta sua.c.1. Causatū eget datore sui esse semper & incessanter quamdiu habuit esse.Et ca.sequenti dicit,ꝙ vnaquęque causa est simul cum causato, sed mutuus consensus, qui est matrimonij causa destruitur per dissensum : ergo per mutuum dissensum matrimonium dissoluitur.

Tertio. Item destructo fundamento religionis destruitur religio:sed matrimonium comprahēdit duas religiones simul fundatas super mutuum consensum,vt ostensum est: ergo per destructionem consensus destruitur matrimonium.

In opposi. tum. CONTRA, 32.q.7.Licitæ,quæ separatur a viro nunquam carebit coniugij sacramento: etiam si non reconcilietur viro:hoc autem verum non esset si dissensus matrimonium dissolueret.

Item extra de reg.iur.Omnis res. dicit glo. quòd matrimonium solo dissensu non dissoluitur. Secundo.

CONCLVSIO.

Matrimonium per mutuum dissensum quò ad thorum dissolui potest,quò ad vinculum non potest.

RESPONDEO, ꝙ matrimonium dissolui dupliciter potest intelligi: aut quantum ad thorum:aut quantum ad vinculum. Respon.

Primo modo dissolui potest per mutuum dissensum: si enim ambo dissentiunt a carnali copula, possunt concorditer facere continentiæ votum,quo facto vnus alii nō tenetur obedire quantum ad carnalem copulam.

Secundo modo, matrimonium dissolui nō potest per mutuum dissensum. Cuius ratio est quia mutuus consensus nō est tota matrimonij causa: sed ad hoc principaliter concurrit institutio diuina,vt superius ostensum est, & quia Deus ordinauit,vt post mutuum consensum vinculum illud non maneat subiectū voluntati eorum:ideo quātum ad vinculum dissolui non potest per mutuum dissensum. Di.26.art. 1.q.3.

AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis,quia consensus mutuus non est tota causa,quod si esset per mutuum dissensum posset dissolui. Ad primū.

Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum intelligendum est de causa, quæ non tantum est effectiua: sed etiam conseruatiua effectus, talis autem causa matrimonij non est contrahentium mutus consensus. Ad secundum.

Ad tertium dicendum,ꝙ matrimoniū fundatur super factum esse mutui consensus, & subiectione cōiugum institutioni diuinæ: per mutuum enim consensum,dum est in fieri fiūt coniuges:dum factus est, sunt cōiuges: nō est autem possibile post factum esse consensum destrui: impossibile est etiam coniuges non esse subiectos institutioni diuinæ, quod & si per impossibile, & incompossibile poneremus coniuges desinere esse sub diuina potestate per mutuum dissensum posset vinculum dissoluere. Ad tertiū.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium non consumatum possit dissolui per religionis ingressum.

Arg I. D. Bon dis. 32 artic.1. q 2. Scot. dist. eadem. D. Thom. q 53. ET VIDETVR, ꝙ non: quia matrimonio cōtracto statim alter cōiugū tenetur alteri petenti reddere debitum,quia sicut dicitur.ff. de reg.iur. In oībus . In oibus obligationibus in quibus dies nō ponitur præsenti die debetur: sed hoc non esset verum si matrimonium non consumatū solui posset per religionis ingressum,qa coniunx exactus objicere posset petēti se velle religionē intrare:ergo nō soluitur tale matrimonium per religionis ingressum.

Item

Secundo. Item altero intrãte religionẽ, aut alter statim potest contrahere, aut non. Si non, non est solutum matrimonium: si sic, cum ille qui intrauit religionem possit ante suam professionem redire ad seculum contingere posset, ꝙ vna esset sponsa duorum simul in seculo remanentium, quod falsum est.

Tertio. Item aut illæ qui remansit in seculo potest contrahere matrimonium ante alterius professionem, aut non: si sic, tunc solueretur matrimonium nulla intereueniẽte morte, nec corporali, nec spirituali: quia intrans religionem non moritur spiritualiter seculo vsque ad suã professionem: si non tunc illæ qui religionem intrauit posset parum ante suam professionẽ aliam religionem intrare, & postea aliam, & sic remanens in seculo sine culpa sua defraudaretur multo tempore suo iure, quod est inconueniens.

In oppositũ. CONTRA, Magister huius di. ca. 6. & est. 27. q. 2. Desponsatam. Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: tamen licet monasterium sibi eligere, quod verũ nõ esset, nisi illa obligatio solui posset per religionis ingressum.

Secundo. Item. extra de conuersione coniugatorum. Verum. Post consensum legitimum de præsenti licitum est alteri, altero etiam repugnante eligere monasterium. Et parum post: dummodo carnalis commixtio non interuenerit inter eos, & alteri remanenti si commonitus continentiam seruare voluerit, licitum est ad secunda vota transire.

CONCLVSIO.

Matrimonium non consumatum vtiquè dissoluere potest religionis ingressus.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in matrimonio non consumato adhuc nõ est nisi coniunctio spiritualis, & ideo per mortem qua homo spiritualiter seculo moritur potest solui, qua morte moritur per hoc, ꝙ in religione profitetur, & hæc ratio tangitur, extra de conuersione coniugatorum. Verum vbi dicitur, ꝙ cum nõ fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere. Huic concordat significatio prædicti matrimonij, quo non significatur vnio humanæ naturæ ad personam filij Dei quæ est indissolubilis, sed significat dissolubilem vnionem, quæ est inter Deũ, & animam, per charitatem viæ: nec illud verbum saluatoris scriptum Matth. 19. non licet viro nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere, intelligẽdum est nisi de his quorum matrimonium carnali est copula consumatum. extra de conuers. coniu. Ex publico.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ in illa obligatione si alter coniugum proponat se velle religionem intrare est indulta a iure dilatio duorum mensium ad reddendum debitum. extra de conuer. coniug. Ex publico: in casu tamen committitur arbitrio iudicis, vtrũ plus, vel minus tempus indulgeat ad profitendum, vt dicit glo. ibidem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ remanens in seculo non potest contrahere matrimonium ante professionem alterius in religione, quia tunc primo illæ qui est in religione moritur spiritualiter mundo, & ideo tunc primo vinculum matrimonij soluitur.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ illæ qui remanet in sæculo non potest matrimonium contrahere ante professionem illius qui religionem intrauit, & si de facto contraheret, & alius ante suam professionem de religione exiret, ei esset restituendus. Ad subueniendum tamen remanenti in seculo, ne suo iure fraudulenter priuetur, iudex illi qui intrauit religionem præfigere debet terminum peremptorium infra quem profiteatur, aut consumet matrimonium: alioquin ipsum excommunicet, vt habetur in prædicta decr. in glo. & supra. tit. proxi. c. Statuimus in glo.

QVAESTIO III.

Vtrum matrimonium non consumatum possit dissolui per abscissionem genitalium.

Arg. 1. D Bon di. 34 a 1 q. 1. D. Thom q. 58. ar 1. Sco. dis 34. ET VIDETVR, quòd non. 32. q. 7. Hi qui matrimonium dicitur, quòd coniugium illorum qui post coniugium membris truncantur, aut a barbaris execti fuerunt: propter hanc causam solui non potest.

In oppositum. CONTRA, 33. q. 1. c. 1. in glo. Quæcunque sit in potentia scilicet coeundi si matrimonium præcessit illam, ita ꝙ effecti sint vna caro propter nullam causam superuenientem possunt separari. In quo videtur dare intelligi, ꝙ nõ sint effecti vna caro, ꝙ propter superuenientem perpetuam impotentiam coeundi possunt separari.

CONCLVSIO.

Abscisionem genitalium matrimonium si præcesserit, maximeque si coniuges vna caro effecti iam fuerint, dissolui nequit.

Responsio. Prima opinio. AD ISTAM quæstionem dicunt quidã quòd matrimonium non consumatum potest dissolui per abscissionem genitalium, quod declarant auctoritate, ratione, & exemplo.

Auctoritas. Auctoritate sic. 33. q. 1. cap. 1. Coniugium. Coniugium confirmatur officio, scilicet carnis, secundum glo. sed vt dicitur parum post. e. ca. antequam confirmentur impossibilitas officij soluit vinculum coniugij.

Ratio. Ratione sic: matrimonij non consumati solutio per religionis ingressum non est per ius pure positiuum, quia matrimonium est de iure naturæ & diuino. Ius autem quod non habet vim nisi ex positione nihil potest contra ius

ius naturæ, vel diuinum: dicit etiam dominus Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet, restat ergo, quòd matrimonij non consumati solutio per religionis ingressum si per hoc quod ius naturæ, & diuinum dictat coniunctionem, quæ tantum est spiritualis qualis est coniunctio matrimonij non consumati debere solui per alterius coniugis, vel amborum mortem spiritualem quo ad carnales actus matrimonij: qua morte moritur vir vel mulier quando in religione profitentur: sed ille qui truncatur genitalibus membris moritur quo ad carnales matrimonij actus: cum ergo vbi est similis causa debeat esse similis effectus: videtur, quòd truncatio membrorum genitalium compræhendendo testiculos, & virgam sit sufficiens causa soluendi matrimonium non consumatum. Non sic autem est dicendum secundum aliquos de truncatione testiculorum virga remanente, si tamen erigi possit: vnde. 32. q. 7. Hi qui matrimonium. in gloss. dicitur de spadone, quòd si habet virgam erectam siue resoluat sperma siue non, quòd ibi sit matrimonium. Nam talis satisfacit mulieri: sicut mulier satisfacit viro siue resoluat sperma siue non, neque requiritur, quòd semper in matrimonio sit spes filiorum, quia sufficit, quòd non euitent prolem.

Exemplum. Principale autem propositum ostendunt exemplo, quia si mulier post tempus determinatum a iure infra quod vir, & mulier bona fide operam dederunt carnali operi, ostendat per aspectum corporis se incognitam esse a viro, potest secundum formam iuris ab eo separari propter impotentiam coeundi ex parte viri, vt inferius ostendetur: neque oportebit ipsam probare, quòd illa impotentia coeundi præcesserit matrimonium ratum: ergo a simili ad hoc, quòd truncatio genitalium sit sufficiens causa dissoluendi coniugium non oportet, quòd præcedat matrimonium ratum: sed sufficit, quòd pręcedat matrimonij consumationem.

Opi. secūda. Alij autem dicunt contrarium, quia matrimonium, vt ipsi dicunt non inuenitur in iure posse dissolui quantum ad vinculum nisi per mortem corporalem, si est matrimonium consumatum, aut per professionem in religione, si est matrimonium non consumatum. Nec ponendum est pro causa, quod talis redditur impotens de iure ad matrimoniales actus, sed quia sic statutum est in fauorem religionis.

Ad primū argumentū QVI VVLT TENERE primam opinionem potest dicere ad primum, quod illud decretum intelligendum est de matrimonio consumato, quod sic probo. 33. quęst. prima capitu. 1. & in gloss. habetur, quod illæ auctoritates quas ibi Gratianus adducit ad probandum, quod propter impossibilitatem reddendi debitum superuenientem matrimonio mulier a viro suo separari non possit, sophistice a Gratiano inducuntur, quia de consumato matrimonio intelliguntur, & hoc patet, quia postquam eas induxit Gratianus respondet eis, quod intelligendæ sunt de matrimonio consumato officio, quod intelligendum est de officio carnis secundum Glo.

Ad argumētum secundæ partis. QVI VVLT TENERE aliam opinionem, quæ mihi videtur securior potest dicere ad argumentum ad partem secundam, quod in illa glo. supplendum est maximè sic: maximè si effecti fuerint vna caro.

Ad auctoritatem autem Saluatoris. Quos Deus coniunxit homo non separet, quæ pro alia opinione adducebatur: potest dici, quod intelligenda est de matrimonio consumato. Vnde etiam interlinearis super illud. Quos Deus coniunxit dicit: faciendo vnam carnem: vel si intelligatur etiam de non consumato: intelligenda est de homine operante potestate humana: cum autem summus pontifex statuit matrimonium non consumatum solui per alterius coniugium, vel amborum professionem in religione: hoc non statuit potestate humana: sed diuina sibi a Christo data inquantum est vicarius eius: vnde interlinearis super illud. Homo non separet dicit: sed Deus.

QVAESTIO IIII.

Vtrum per religionis ingressum possit dissolui matrimonium consumatum.

Arg. 1. D. Bon. dis. 32 a 1 q 2. D Th q. 61. art. 1. Sco. dis. 38. ET VIDETVR, quod sic, quia si statim post matrimonium contractum, vir mulieri carnaliter copuletur, ipsa quantum potest renuente, & se velle religionem intrare allegante, nihilominus consumatum est matrimonium: ergo si post matrimonium consumatum mulier inuito viro non posset religionem intrare priuaretur inuita, & sine culpa sua suo iure, quod inconueniens videtur.

Secundo. Item lex diuina magis debet fauere religioni, quam humana. Sed lex humana concedit gratia religionis coniugia debere solui: in authentica de nuptijs. §. Distrahuntur: ergo multo fortius hoc concedit lex diuina.

Tertio. Item vinculum minus soluitur per maius: vnde de religione laxiori licitum est transire ad arctiorem: sed maius est vinculum religionis, quam matrimonij, quia illud est spirituale, istud carnale: ergo per ingressum religionis soluitur vinculum matrimonij consumati.

In oppositum. CONTRA, Apostolus prima ad Corinth. 7. dicit coniugatis. Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Si ergo nō licet alterum subtrahere se ab altero, nisi ex consensu consumato, non soluitur matrimonium consumatum per religionis ingressum.

Secundo. Item non soluitur per alterius coniugum corporalem mortem, quia si resuscitaretur alter coniunx teneretur ipsum recipere: iuxta illud ad Hebræ. 11. Acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos: ergo multo minus soluitur per professionem in religione.

CONCLVSIO.

Quamuis quò ad vinculum matrimonium consumatum per religionis ingressum dissolui neutiquam possit, potest tamen mutuo interueniente consensu dissolui quò ad thorum.

Respon. RESPONDEO, quòd matrimonium consumatum, nullo modo potest solui, quantum ad vinculum, nisi per alterius coniugum corporalem mortem: iam enim sunt facti vna caro per carnalem commixtionem, & ideo per mortem qua homo spiritualiter moritur mundo, per professionem in religione solui non potest, quia iam non est coniunctio spiritualis tantum sed etiam carnalis: vnde secundum Magistrum præcedentis distin. ca. vlt. Hoc matrimonium figurat vnionem naturæ humanæ in persona filij Dei, quæ indissolubilis est. Ex mutuo tamen consensu dissolui potest quantum ad thorum per religionis ingressum, altero etiam remanente in sæculo, si non sit suspectus de incontinentia: ita tamen, quòd votum castitatis emittat antequam alter profiteatur. extra de conuersione coniugatorum. Cum sis. Si autem mulier est ita iuuenis, quòd de ipsa posset oriri suspitio si remaneret in seculo, vir profiteri non debet, nisi ipsa religionem intret, quantumcunque remanens in seculo velit castitatem vouere, vt habetur in decretali prædicta. Et infra eod. titu. Ex parte abbatis. in text. & in gloss. Si tamen vir de licentia vxoris castitatem non vouentis professionem in religione fecerit, & postea ad ipsam fuerit reuocatus: eo, quòd quando prædictam dedit licentiam credebat se posse in seculo remanere, quia ius ignorabat: alias enim compulsa fuisset religionem intrare, ea mortua tenetur ad religionem reuerti: vnde dicitur in decre. prædicta, quòd ea sublata de medio votum sine salutis suæ periculo non potuit violare. Si autem contra voluntatem vxoris professionem in religione faciat profitendo peccat, & ad mulierem reuocabitur ad eius petitionem: nec ea mortua cogetur ad religionem reuerti: vlterius tamen non poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat, & ideo quo ad hoc votum tenuit: non reddere autem non erat in eius, sed in mulieris potestate: extra de conuersio. coniuga. Quidam intrauit. Similiter dico de muliere intrante religionem contra voluntatem viri: vnde de muliere, quæ credens virum mortuum habitum religionis assumpsit, & professionem fecit, & postea reuerso viro fuit ad eum reuocata. dicitur. extra de conuersio. coniuga. Placet, quòd quamuis mortuo viro consultius sit ei, & congruentius ad salutem, vt ad monasterium redeat; tñ si ad hoc induci non poterit, dominus Papa ipsam in vitam credit non cogendam, & sic in ead. decre. dicitur, licet votum eius vsquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium: quatenus se potuit obligare: promisit enim intrando monasterium se non exacturam carnis debitum, quod erat in potestate ipsius. Ex quo patet, quòd quamuis reuocata teneretur debitum petenti reddere, si bi tamen petere non licebat: vnde vlterius nō potest virum ducere, vt habetur in decre. prædicta.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd mulier cognita a viro modo supradicto non potest postea, viro contradicente, religionem intrare, quia per contractum matrimonium iam translata erat potestas corporis vnius in alium: quamuis adhuc non plenè, & ideo copula modo supradicto extorta non potest dici fuisse omnino violenta: vnde & si ista priuetur iure suo sine culpa sua: non tamē sine rationabili causa. Ad primū.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile de lege humana, & diuina, quia lex humana considerat matrimonium inquantum est aliquid carnale: lex autem diuina inquantum est spirituale sacramentum indiuisibilem vnionem humanæ naturæ ad personam filij Dei significans, & ideo dicitur in littera. cap. 7. & est. 27. quæst. 2. Sunt qui dicunt, quòd & si lex humana gratia religionis cōiugia supple consumata solui debere concessit, tamen lex diuina prohibuit. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod maior intelligenda est, de vinculis eiusdem generis incompossibilibus: vinculum autem religionis, & matrimonij eiusdem generis non sunt. Ad tertiū.

Vel potest dici, quod vir, & mulier matrimonium contrahendo transferunt in seinuicem suorum corporum potestatem quantum ad actum coniugalem. Contra rationem autem est, quod homo rem alterius alteri possit obligare, sed homo profitendo in religione tradit corpus suum in potestatem religionis, & ideo neutrum vinculorum prædictorum per aliud potest solui.

AD

Ad Secundum, argumentum ad partem secundam dicendum, quòd si alter coniunx mortuus resuscitaretur alius non teneretur ipsum recipere, quia per mortem vinculum fuit solutum: vnde Apostolus prima Corin.7. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit, quòd si dormierit vir eius libe-rata est a lege viri, quod ergo dicitur, quòd mulieres acceperunt de resurrectione mortuos suos non intelliguntur ibi: aut per mortuos mariti earum: sed filij vel alij amici, quos recuperauerunt: aut si intelligitur, quòd acceperunt maritos suos, hoc fuit per nouum consensum, & nouum matrimonium.

ARTICVLVS III.

Consequenter quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum sponsalia posśint contrahi ante septennium.

Secundo quot modis sponsalia contrahuntur.

Tertio vtrum sponsalia publice contracta coram amicis: non tamen in facie ecclesiæ: posśint solui per mutuum dissensum præter iudicium ecclesiæ.

Quarto quot modis dissoluuntur.

QVAESTIO I.

Vtrum sponsalia posśint contrahi ante septennium.

Arg. 1. D.Bon.dis 36. art.cu 293 D.Tho q. 58.ar.5. Scot.di.36. q2. Et videtur, quòd sic: quia spōsalia possunt contrahi per parentes. 32. quæst. secunda. Non omnis. §. cum dicitur. Honorantur parentes. Rebeccę muneribus: consulitur puella non de sponsalibus. Illa enim iudicium expectat parentum. Sed contractus qui per alios potest fieri, non requirit discretionem in illis de quibus agitur: ergo sponsalia possunt ante septennium contrahi.

Secundo. Item Grego. dial. lib. 4. refert de quodam puero quinquenni blasphemāte, quòd in gremio patris fuit a demonibus extinctus, & ad infernum tractus: sed nullus retrahitur ad infernum nisi propter mortale peccatum: ergo ante septennium potest puer mortaliter peccare: multo fortius ergo sponsalia contrahere.

In opposi-tum. Contra, Magister infra distinc.36. cap. vlti. & est. 30. quæst. secunda. in principio, sponsalia ante septennium contrahi non possunt.

CONCLVSIO.

Ex consensus defectu sponsalia ante septennium, non posse contrahi constat.

Responsio. Respondeo, quòd sponsalia contrahi non possunt ante septennium, quia ad hoc requiritur consensus, qui non potest interuenire nisi ab alterutra parte illud intelligatur, quod inter eos agitur, quod ætatis puerorum ante septennium infirmitas non dimittit 30.q.2.§ Sponsalia.

Ad primū. Ad Primum in oppositum dicendum, quòd sponsalia, quæ contrahuntur per parentes efficaciam non habent, si illi de quibus agitur non consentiunt: vnde illud verbum decreti: consulitur puella non de sponsalibus, debet intelligi cum hoc aduerbio tantum, quia etiam fuit requisita de perfectione, & sic exponit glo. ibidem, & concordat sacræ scripturæ. Gen.24. vbi dicitur, Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem: tamen vt dicit glo. in prædicto decre. si non contradicit consentire videtur, scilicet, quo ad forum ecclesiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd præter solitum vsum naturæ erat acceleratus vsus libe. arbi. in puero illo. Iura autem aptantur ad ea, quæ vt in pluribus accidunt.

QVAESTIO II.

Vtrum multis modis sponsalia contrahantur.

CONCLVSIO.

Sponsalia, & absolutè, & conditionaliter modis pluribus contrahi possunt.

Respon. Respondeo, quòd sponsalia secundum, quòd proprie accipiuntur, scilicet pro spōsione futuri matrimonij possunt contrahi, vel absolute, vel sub conditione.

Primo modo, quinque modis scilicet nuda promisśione, vt cum vir dicit, Accipiam te in meam: & mulier, Accipiam te in meum.

Alio modo datis arris sponsalitijs, vt pecunia, vel aliquo huiusmodi.

Alio modo annuli subarratione.

Alio modo interueniente iuramento.

Alio modo fidei datione.

Si autem sponsalia contrahantur sub conditione: aut honesta est conditio, vt si vir dicat, Accipiam te in meam si placet parentibus meis, & tunc stante conditione tenent sponsalia, aliter non: extra de cōditionibus in despōsatione appositis. De illis. Aut est conditio inhonesta: non tamen contra bona matrimonij, vt si dicat vir, Accipiam te in meam si factis meis consentias, & hæc conditio habetur pro non apposita, & tenent sponsalia: ac si facta essent absolute. eodem. titu. capitu. 1. vt exponit glo. ibidem, & etiam capitu. vlti. Si autem

est conditio contra bona matrimonij, vt si dicat vir, accipiam te in meam si venena sterilitatis procuraueris, tūc sponsalia non tenēt: conditio enim contractum corrumpit, quando est contra naturam, ipsius eodem titu. capitu. vlti.

QVAESTIO III.

Vtrum sponsalia publicè contracta coram amicis, non tamen in facie ecclesiæ poßint solui per mutuum dissensum tantum præter iudicium ecclesiæ.

CONCLVSIO.

Haud quidem, nisi adsit iudex ecclesiasticus.

Respon. RESPONDEO, quòd non: tales enim contractus ex quo sunt notorij seu manifesti, ita, vt legitimè probari possint coram ecclesiastico iudice, ad iudicium ecclesiæ referendi sunt: siue facti fuerint in præsentia ministrorum ecclesiasticorum, siue non.

QVAESTIO IIII.

Vtrum aliquibus modis sponsalia dissoluantur.

CONCLVSIO.

Sponsalia in casibus decem dissolui possunt.

Responsio. Sponsalia in decem casibus dissolui posse Arti. 2 huius di q. 2. RESPONDEO, quòd sponsalia dissoluuntur in decem casibus.

Vnus est quando alter religionem ingreditur, quia per hoc solueretur matrimonium non consumatum, vt visum est.

Secundus, quando contrahit cum alia per verba de præsenti. extra de sponsalibus. Si inter. Cuius ratio est, quia per sponsalia non transfertur corpus vnius in potestatem alterius, sed fit promissio de transferendo: per matrimonium autem transfertur potestas corporis vnius in alium, & si aliquid promissum alicui postea detur alij, tenet donatio, quamuis donans sic peccet. Et in duobus prædictis casibus soluuntur sponsalia ipso iure.

Tertius est quando transfert se ad regionem aliam, & conuenienti tempore expectatus, & debitò modo requisitus non reuertitur. extra de sponsalibus. De illis.

Quartus quando alter incurrit lepram, vel paralysim, uel aliā enormem læsionē. extra de iureiur. Quemadmodum. §. Quia si, in tex & in glo.

Quintus quando alter eorum fornicatur.

Sextus si superuenit affinitas, vel cognatio spiritualis. extra de consanguinitate, & affinitate. Super eo.

Septimus quando alter alterum absoluit ne forte deterius inde contingat: si talem ducat, quam odio habeat. extra. de sponsalibus. Præterea. §. Si autem.

Octauus quando minor ad legitimam ætatem veniens dissentit.

Nonus si probetur fama de impedimento inter eos, vel scandalum de eorum cōiunctione. extra de sponsalibus. Cum in tua.

Decimus vt aliqui dicunt si sponsalibus superueniat simplex continentiæ votum, quia vt videtur eis, sicut votum solennizatum per professionem in religione, soluit matrimonium non consumatum: ita votum continentiæ simplex sponsalia soluit, & in his octo casibus non sunt soluenda sponsalia nisi iudicio ecclesiæ, quod verum est si sunt publice contracta. Si autem vir, & mulier inter se sponsalia secreto contraxerunt, non video rationem, quare sine iudicio ecclesiæ nō possint dissolui in prædictis casibus, cum secreta non subsint iudicio militantis ecclesiæ nisi quo ad forum pœnitentiæ.

Et notandum, quòd sponsalia contracta promissione iuramento firmata, non soluunt sponsalia, nuda promissione contracta.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum bigami sint irregulares.

Secundo vtrum illa irregularitas tollatur per baptismum.

Tertio vtrum contrahens non de iure, sed de facto cum corrupta ab alio viro sit irregularis.

Quarto vtrum cum bigamis possit per summum pontificem dispensari.

QVAESTIO I.

Vtrum bigami sint irregulares.

ET VIDETVR, quòd non: quia hoc esset aut propter signum incontinentiæ, aut propter defectum integritatis in significatione ex parte sacramenti: non propter primum, quia maius signum incontinentiæ est fuisse fornicatum cum multis, quā m cognouisse affectu cōiugali multas: sed qui cum multis fornicatus est, non propter hoc est irregularis. Nec propter secundum, quia sicut matrimonium consumatum significat indiuisibilem vnionem vnius naturæ humanæ cū vna persona diuina: ita Arg. 1. D. Bon dist. 25. artic. 2. q 3. D. Thom. in Addit 3 P. q 66. ar. 1. Scot dist. 31. q. 2.

ita matrimonium non consumatum significat vnionem vnius ecclesiæ cum vno sponso scilicet Christo. Sed ille qui habuit plures vxores virgines, & nullam cognouit non est irregularis: ergo similiter nec ille qui habuit plures, & vtranque cognouit.

Secundo. Item sicut se habet vna virtus ad aliam, ita vnum sacramentum ad aliud: sed vna virtus non impedit alterius susceptionem: ergo neque propter sacramentum matrimonij pluries iteratum impeditur homo a susceptione sacri ordinis.

Tertio. Item saltem ostendo, quòd ducens viduam non propter hoc fit irregularis, quia plus nocet vnicuique corruptio propria, quam aliena: sed si homo prius per fornicationem corruptus, postea contrahit matrimonium cum virgine non efficitur irregularis: ergo multo fortius nec ducens corruptam.

Quarto. Item illæ qui nubet virgini ab alio viro relictæ non est irregularis. extra de bigamis non ordinandis. Debitum. sed in hoc sacramento est defectus significationis, quia vna sancta anima, quam repræsentat virgo ducta non potest esse sponsa nisi vnius scilicet Christi: ergo defectus significationis in sacramento matrimonij non consumati non causat irregularitatem: ergo a simili nec defectus significationis in sacramento matrimonij consumati.

In oppositum. Contra, decre. distin. 34. Præcipimus. prohibentur bigami ordinari.

Secundo. Item extra de bigamis non ordinandis. c. 1. Bigami pęnitentes, vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non ascendant.

CONCLVSIO.

Bigamus, cum habeat aliquid repugnans significationi requisitæ in persona, Christi personam in ecclesia repræsentante, prorsus irregularis est.

Responsio. Matrimonium triplex significat. Respondeo, triplex est matrimonij significatio: vna est significatio diuisibilis vnionis, quæ est inter animam, & Deum per charitatem viæ. Alia est significatio indiuisibilis vnionis inter humanam naturam, & filij Dei personam: Tertia est significatio vnionis indiuisibilis inter ecclesiam, & Christum, sicut inter sponsum, & sponsam: vnde Apostolus 2. ad Corinth. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo: ecclesia enim nunquam deficiet: sed semper Christo vnita manebit, quamuis non sic posset dici de qualibet anima per charitatem viæ Christo vnita.

Notatio bigami quare sint irregulares. Prima vnio significatur per matrimonium non consumatum. Duæ aliæ per matrimonium consumatum: non quòd ipse carnalis concubitus has duas significet vniones: sed consumatio matrimonij, quæ est per actum illum: hæc prædicta trahuntur ex dictis. extra de biga. non ord. Debitum. ex text. & glo. Cum ergo vni soli diuinæ personæ sit vnita vna sola humana natura, & vni Christo vna tantum ecclesia, consumatio matrimonij cum pluribus, & ducere ab alio corruptam deficiunt a significationibus prædictis, quia primo modo duæ fuerunt vnius: secundo modo vna duorum: cum ergo ille qui ordinatur ad ministrandum alii sacramenta non debeat in sacramento pati defectum: ideo ordinatum est, vt ille qui matrimonium consumauit cum pluribus, vt cum corrupta ab alio viro ad ordines non promoueatur, & hoc accipitur ex dictis. extra de bigamis non ordi. Debitum.

Bigamiæ irregularitas quotupliciter contrahatur. Et nota, quod contrahitur irregularitas bigamiæ in pluribus casibus.

Vnus est quando quis diuersis temporibus habet plures legitimas vxores, & cognoscit ambas, & hæc est bigamia proprie dicta.

Alius quando diuersis temporibus habet plures: vnã de iure: alteram de facto, & cognoscit ambas.

Alius cum simul habet plures: vnam de iure, alteram de facto, & cognoscit ambas.

Alius quando contrahit cum vidua, & ab altero marito cognita, & eam cognouit.

Alius quando contrahit, & matrimonium consumat cum corrupta ab alio: siue hoc sciat ille qui contrahit, siue non.

Alius quando propriam vxorem cognoscit postquam ab alio cognita est: siue tempore quo eam cognoscit sciat eam esse ab alio cognitam, siue non: & omnes hi modi trahi possunt ex dictis extra de bigamis non ordi. super eo. in glo. Ille etiam irregularis est qui post solenne votum continentiæ contrahit matrimonium de facto, siue cum vidua, siue cum virgine, & eam cognoscit: cum de iure non possit. extra de biga. non ordin. Nuper. & capit. vlt. & cap. super eod. in gloss & 27. quæst. 1. Quotquot. Sed talis non est irregularis propter defectum significationis in sacramento: cum ibi sacramentum non sit: sed quia sic statutum est: eo, quòd contra talem præsumitur de incontinentia inhærenti, & etiam vt sacramentum ordinis in maiori reuerentia habeatur, & in his sex casibus est bigamia interpretatiue dicta.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, quòd matrimonium non consumatum significat vnionem animæ cum Christo per charitatem viæ, & plures animæ sic vniuntur Christo: sed non significat vnionem vnius ecclesiæ cum Christo factam per assumptionem humanæ naturæ a diuina persona: hoc enim significatur, per matrimonium consumatum

Ad secūdū. Ad secundum dicendum, quòd sacramentum non repugnat susceptioni ordinis: sed defectus integritatis in sua significatione.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd quamuis quā tum ad culpam, & pęnam debitam culpę plus noceat vnicuique corruptio propria, quam aliena: tamen quantum ad pœnam irregularitatis non est sic in proposito. Cuius ratio est secundum quosdam, quia ecclesia nunquam fuit adultero iuncta: nec nisi vni sponso: sed sponsus ecclesiæ aliquando habuit synagogam quasi concubinam, & ideo consumatio matrimonij cum muliere prius corrupta ab alio magis est contra significationem, quæ debet esse in sacramento, quam cum vir prius corruptus consumat matrimonium cum muliere non prius corrupta. Sed hæc ratio nulla est, quia sicut fuit vna fides antiquorum, & modernorum, vt in 3. lib. ostensum est, ita, & vna ecclesia: vnde sancti patres qui Christi præcesserunt aduentum, iam pertinebant ad veritatem ecclesiæ: vnde illorum collatio nō debet dici fuisse concubina, sed sponsa. Vnde & in prophetijs sponsa vocatur.

Extranea opinio. *Impugnatio.* *Di. 15.*

Iob. c. 19. Præterea si esset verum quod illi dicunt copula fornicaria esset sacramentum vnionis synagogæ cum Deo, quod est absurdum.

Opi. propria 5. Physico. T. c. 4. Dicendum ergo aliter, quòd motus non distinguuntur secundum speciem per comparationem ad terminum a quo, sed ad quem: vnde consumatio matrimonij, inquantum est cum non prius corrupta: quamuis sit ab illo qui prius carnem suam diuisit per fornicationem cum alia, non sic deficit ab integritate significationis vnius coniunctionis inter Christum, & ecclesiam: sicut consumatio matrimonij, quæ est a viro non prius corrupto cum muliere corrupta ab alio. Similiter dico, ꝙ si mulier esset ordinis susceptiua irregularis fieret per consumationem matrimonij cum viro prius corrupto cum alia: non autem per consumationem matrimonij cum viro non prius corrupto, quamuis ipsa prius fuisset ab alio per fornicationem corrupta.

Ad quartū. Ad vltimum dicendum, quòd grauior est defectus significationis in matrimonio consumato, quam nō consumato: plus enim ponderandi sunt defectus in rebus iam consumatis, quam in his, quæ nondum peruenerunt ad suam consumationem.

QVAESTIO II.

Vtrum irregularitas bigamiæ tollatur per baptismum.

CONCLVSIO.

Bigamus ante baptismum etiam post baptismum manet irregularis.

Ad istam quæstionem dixerunt quidam, inter quos fuit Hieronimus, quòd ille qui ante baptismum habuit plures vxores per baptismum sequentem ab irregularitate purgatur, vt habetur super illud prima Thimo. 3. Vnius vxoris virum, & etiam decre. distin. 16. Vnius vxoris. Quorum ratio est, quia cum baptismus tollat omnem culpam, & omnem pęnam: non videtur ratio quare non tollat irregularitatem. August. autem, & communis opinio Doctorum tenent contrarium, quia quamuis per baptismum tollatur omnis culpa, & omnis pœna pro actuali peccato debita, ex hoc tamen non sequitur, quòd tollat irregularitatem bigamiæ, quia non debetur homini pro peccato: sed pro defectu sacramenti matrimonij in significando. decre. distinct. 26. Acutius. ibi enim dicitur, quòd acutius intelligunt qui neque eum qui cathecuminus habuit alteram ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur non de peccato. Ex hoc vt dicunt quidam videtur probabiliter posse concludi, quòd baptismus tollat omnem irregularitatem prouenientem ex peccato, non aliam.

Arg. 1. Sco. ubi sup. D Tho. ubi sup ar. 4. Respon. secundum opi singularem. Opi. cōmunis.

Sed contra hoc arguitur, quia si hoc esset verum tolleret illam, quæ prouenit ex interfectione hominis iniusta, & non illam, quæ prouenit ex interfectione hominis iusta, qđ rationabile non videtur.

QVAESTIO III.

Vtrum contrahens non de iure, sed de facto cum corrupta ab alio viro, sit irregularis.

Arg. 1. D Tho. ubi sup. arti. 2. Et videtur, quòd non: quia simile est quantum ad irregularitatem contrahere cum vidua, & cum duabus vxoribus. Sed non inuenitur in iure expressum, quòd contrahens cum duabus de facto & ambas cognoscens sit irregularis: ergo nec ille laicus qui cōtrahit cum vidua de facto non de iure.

Secundo. Item si contractus de facto induceret irregularitatem: tunc ille qui contraheret cum aliqua vxore viuente adhuc eius marito, irregularis esset, quod non inuenitur de iure expressum.

Tertio. Item talis non est irregularis nisi sit bigamus. Sed bigamus non est, qui in veritate nullam habuit vxorem, & opinioni est, veritas præferenda, & potest trahi hoc argumentum ex quibusdam dictis. extra de biga. non ordi. Nuper.

In oppositum. Contra, ff. ad l. Corneliam. de sicarijs dimis. Qui hominem non occidit, sed vulnerauit, vt occidat pro homicida est damnandus: ergo a simili, qui quantum in se est, contrahit cum vidua: quamuis istæ contractus non sortiatur effectum: tamen ita bigamus reputandus est, quo ad

ad pœnam ac si contractus de iure effectum habuisset.

CONCLVSIO.

Hic irregularis censendus est, si postquàm cum ea contraxit, carnaliter cognouerit eam.

Respon. RESPONDEO, ꝙ talis irregularis est si illum contractum consecuta est carnalis copula: non quia in rei veritate sit bigamus: sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto. extra de bigamis non ordi. Nuper, & quia vt in eadem decre. dicitur in glo. In maleficijs voluntas spectatur non exitus, quod est intelligendum de voluntate manifesta in opere ordinato ad exitum: sicut percutere hominem cum cultello ordinatur ad homicidiũ, quamuis non omnis qui sic percutitur occidatur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ inuenitur in iure in simili, ꝙ contrahens cũ duabus de facto, & ambas cognoscens est irregularis, certum est, quòd inuenitur expressum quòd contrahens cum vna de iure, & alia de facto, & ambas cognoscens est irregularis, quod verum non esset nisi contractus de facto quo ad incurrendum irregularitatis pœnam ponderaretur, vt contractus de iure.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ille qui contrahit cum aliqua viuente eius marito, & eam cognoscit irregularis est, quia quamuis non sit bigamus in rei veritate: tamen quo ad pęnam irregularitatis inter bigamos propter similitudinem reputãdus est, vt enim dicitur extra de biga. non ordi. Nuper. in Glo. Aliquando propter similitudinem facti aliquis numeratur inter eos, de quorum numero non est.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd in aliquibus casibus veritati præfertur opinio, vt habetur in Glo. super decretalem prædictam, quod nõ est sic intelligendum, quia vnquam simpliciter opinio veritati præferenda sit: sed secundum quid scilicet quo ad male facientium pęnam.

QVAESTIO IIII.

Vtrum cum bigamis possit per summum pontificem dispensari.

Arg. 1. D. Thom. ibid. art. 5. Sco. ubi su. Secundo. ET VIDETVR, ꝙ non. extra de biga. non ord. super eo. In bigamis cõtra apostolum dispensare non licet.

Item quod bona ratione constitutum est, dissolui non est velle Dei. Sed bigamos non esse ordinandos, bona ratione constitutũ est: ergo hoc dissolui non est velle Dei: sed contra velle Dei Papa dispensare non potest.

In oppositũ. CONTRA, decre. dis. 24. Si subdiaconus. Necessitate exigente bigamus vsque ad subdiaconatum possit promoueri.

Secundo. Item. ca. sequenti. Lector si viduam alterius vxoris acceperit in lectoratu permaneat: aut si necessitas fuerit subdiaconatus fiat.

CONCLVSIO.

Potest utique, sed non decet, ne apostolicæ traditioni iniuria fiat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quamuis Papa nõ possit dispensare contra ius naturæ, nec cõtra ius diuinum, quia sua potestas vtroque iure est inferior, & vtrunque supponit tanquam fundamentum, tamen quia est successor Petri qui princeps fuit Apostolorum ęqualem potestatem habẽs potestati Petri: immo vt proprius loquar eandem, & inferior non possit obligare superiorem, nec par parem: Papa de plenitudine potestatis dispensare põt contra statuta apostolorum quorumcunque: si tamen vim nõn habeant ex iure naturæ vel diuino. decre. di. 82. Presbyter. Cum ergo bigamum non ordinari Apostolicum sit præceptum. Cum bigamo dominus Papa dispensare potest: tamẽ quia non decet hoc faciliter fieri propter reuerentiam Apostolorum: ideo cum bigamis dominus Papa non dispensat nisi exigente necessitate. Aliqui tamen dicunt, ꝙ in diaconatu, & presbyteratu cum bigamis dominus Papa dispensare non potest, quod tamen nõ credo, vt habetur decre. dist. 34. Lector. in Glos. Lucius dispensauit cum panormitano Archiepiscopo qui fuit bigamus. Extra de biga. nuper et I. di. si quis viduam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd ibi accipitur licet, pro non decet: similiter exponendum est illud, quod dicitur infra. eo. tit. Nuper scilicet, ꝙ cum bigamis non liceat dispensari.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ vrgente necessitate, & magna ecclesię vtilitate non esset cõtra velle Dei bigamum ordinari.

In oppositũ. Auctoritates ad partem aliam intelliguntur de plenitudine potestatis.

CIRCA litteram. Si verbis explicant, quod tamen corde non volunt, &c. hoc intelligendum est quantum ad iudicium ecclesiæ quæ per verba significantia præsentem, & interiorem consensum præsumit cõsensum interiorem affuisse. Macharius inter Christi æremitas præcipuus. Nota, quòd illi æremitę monachi erant: alias si solus vixisset in æremo, non propter hoc solutum fuisset matrimonium. Talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri, & monasterium eligere, quamuis hoc dicatur de sponsis, qui nondum sunt coniuges, tamen hoc etiam verum est de sponsis qui coniuges sunt ante matrimonij consumationem. Viduæ maritus, quæ supple cognita fuit ab alio.

alio. Aequæ sicut bigamus sacerdos fieri prohibetur: supple si cum illa matrimonium consumauit. Si vero talis sponsa inter quam, & sponsum eius consensus de præsenti intercessisset eo mortuo vidua remansisset, cui copulatus vlterius ad sacros ordines nō accederet: hoc intelligi debet si non tantum fuit cognita a viro secundo, sed etiam a primo, alias non esset verum quod hic dicit Magister, quod patet per illud quod habetur, extra de biga. non ordi. Debitum, & decre. dist. 34. Presbyteri. §. Vidua. & ca. immediate sequenti. Si quis alij se copulauerit etiam si carnis commixtio illic sequatur ad priorem copulam reuocandus est. hoc expræssum est. extra de spon. duorum. Licet.

Si consensus de futuro cum iuramento faciat coniugium.

DISTINCTIO XXVIII.



HIC quæri debet, vtrùm consensus de futuro, addito etiam iuramento, coniugium efficiat, vt si quis promittat, vel etiam iuret alicui, se vsque ad tempus placitum illā ducturum, & illa promittat, vel iuret se illi nupturam, nunquid talis sponsio eos coniuges facit? Si mutato proposito alter, vel vterque ad alienam copulam transit, nunquid ob priorem sponsionem iuramento subnixam, secundæ fœderationis pactum scindetur? Considera quia longè aliud est promittere, & aliud facere. Qui promittit, nondum facit. Qui ergo promisit se in vxorem ducturū aliquam, nondum eam duxit in vxorem, & quæ spopondit se nupturam, nondum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari possunt, qui nondum contrahunt, sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item, Si ex vi iuramenti ad futurum pertinētis mox efficiuntur coniuges, cur iurant in futuro se facturos quod in præsenti efficiunt? Item, Si ex quo iurant, mox efficiuntur coniuges, tunc rem hanc efficiunt, quam iurant se facturos. Ideo dico, quòd coniugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si verò ille post vxorem duxit, & illa marito nupsit, coniugium vtrinque fuit, & non potest dissolui. Præcedens ergo mendacium, vel periurium pęnitentia est corrigendum, sed coniugium sequens non est dissoluendum. Non autem sic est, quando † iuramentum coniugij, præsentis consensus attestatione firmatur, quia post talem consensum si quis alij se copulauerit, etiam si prolem procreauerit, & irritum debet fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari.

*[margin: * Forte sic, cōiugij præsentes consensus iuramenti attestatione.]*

Quæ videntur obuiare præmissis.

[margin: In auto. qui bus mo na. eff l parag. pen. col. 6. Et allegatur. 30 q. 5. Si quis.]

Præmissæ autem sententiæ videtur obuiare illud quod leges tradunt, Si quis tactis diuinis scripturis iurauerit mulieri se eam legitimam vxorem rem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illi legitima vxor, quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostēditur, quid fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat. Non enim per illud iuramentum tunc fit vxor, sed fieri debet, quia iuratum est. Potest & de illo iuramento hoc dictum intelligi, vbi de præsenti consentiunt, ac se inuicem suscipiunt. Illi etiam sententiæ qua dictum est solum consensum facere coniugium, videtur obuiare, quod Euaristus Papa ait, Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his qui super fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus sponsetur, & legibus dotetur, & à sacerdote, vt mos est, benedicatur, & à paranymphis custodiatur, ac solenniter accipiatur. † Item, Ita legitima scitote esse connubia: aliter verò præsumpta, non coniugia, sed adulteria, † vel fornicationes sunt, nisi voluntas propria suffragata fuerit, et vota succurrerint legitima. Hoc autem non ita intelligendum est, tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum cōiugium: sed quia sine illis nō habet decorem & honestatem debitam. In huius enim sacramēti celebratione, sicut in alijs, quædam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, vt consensus de præsenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium: quædam verò pertinentia ad decorē, & solennitatem sacramenti, vt parentum traditio, Sacerdotū benedictio, & huiusmodi, sine quibus legitimè fit coniugium, quantum ad veritatem, non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri, vel fornicatores conueniunt, vt illi qui clanculò nubūt, & vtique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas uerbis expressa de præsenti, quę legitimum inter eos facit matrimonium. Nam & cōsensus occultus de præsenti per verba expressus, coniugium facit, licet nō sit ibi honestus contractus: sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fuit. Si enim alterum dimiserit, non cogitur iudicio ecclesiæ redire, & commanere quasi cum coniuge, quia non potest probari testibus cōtractus qui in occulto est factus. Quòd si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntariè in manifesto profiteantur, tunc vtique propria uoluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sanciendū coniugium, quod prius occultè fuerat contractum. Voluntas ergo uerbis expressa in occulto ad hoc suffragatur, ut fiat coniugium, manifestè uerò expressa suffragatur, ut sanciat, & roboret, ac liberum sit ecclesiæ de hoc iudicare, si expedierit.

*[margin: Epist. 1. Et 30. q. 5. ca. Aliter. * Addit. Euarist. et presbiteris benedictionibus. * Addit. vel contubernia, vel stupra.]*

De qua re fit cōsensus ille, an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

Hic quæritur, cùm cōsensus de præsenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille, an carnalis copulæ, an cohabitationis, an vtriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tūc frater cum sorore, pater cum filia potest cōtrahere matrimonium si carnalis copulæ, tunc inter Mariam, & Ioseph nō fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in uirginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet: secundum, quod uidetur angelo dixisse, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? id est, me non

[margin: 27 q. 2. ca. sufficiat pa ra sed quæ ritur.]

cogni-

cognituram proposui. Neque enim quia virum tunc non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset habere filium, sed quia se nunquam cognituram proposuerat. Dicit enim Beda, quòd in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositū pòst consensit in carnalem copulam, videtur facta vo ti rea mente, etsi non opere † violati. Dicamus ergo quòd consensus cohabitationis, vel carnalis copulæ, non facit coniugium: sed consensus coniugalis societatis, verbis secundum præsens tempus expressus: vt cum vir dicit, Ego accipio te in meam non domi nam, non ancillam, sed coniugem. Quia enim non an cilla, vel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo à principio formata est, sed de latere viri, ob cō iugalem societatem. Si de summo fieret, vt de capite, videretur ad dominationē creata: si verò de imo, vt de pedibus, videretur ad seruitutem subijcienda. Sed quia nec in dominam, nec in ancillam aßumitur, facta est de medio, idest de latere: quia ad con iugalem societatem assumitur. Cùm ergo sic conueniunt, vt dicat vir, Accipio te in meam coniugem: & dicat mulier, Accipio te in meum virum: his ver bis, vel alijs idem significantibus exprimitur consen sus, non copulæ carnalis, vel cohabitationis corporalis, sed coniugalis societatis: ex qua oportet eos co habitare, nisi fortè causa religionis pari voto corporaliter separentur, vel ad tempus, vel vsque in finem.

Luc. 1. d

† violata.

Gen. 2. e Supra li. 2. di. 18. lit. c

DISTINCTIO XXVIII.

Continuatio.

SVPERIVS determinauit Magister principaliter de effectu consensus expreßi per verba de præsenti. Hic de effectu cō sensus expreßi per verba de futuro. Et diuiditur in tres.

Diuisio.

Primo ostendit, ꝙ consensus de futuro matrimonium non efficit.

Secundo opponit in contrarium, & soluit ibi. (Præmissa autem.)

Tertio inquirit cuius rei sit ille consensus, qui matrimonium facit ibi. (Hic quæritur.)

CIRCA hanc distinctionem quærendū est, principaliter de duobus.

Primo de consensu de futuro.

Secundo de consensu de præsenti.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum expressus cōsensus de futuro per se matrimonium efficere poßit.

Secundo vtrum cum carnali copula sequente accedente consensu de præsenti, per verba tamen de præsenti non expresso.

Tertio vtrum sufficiat ad matrimonium solus consensus de futuro, cum carnali copula sequente.

Quarto vtrum post carnalem copulam solū consensum de futuro sequentem matrimoniū aliud contrahi poßit.

QVAESTIO I.

Vtrum consensus de futuro per se matrimonium efficere poßit.

ET VIDETVR, ꝙ sic: quia consensus de præsenti efficit matrimonium præsens: ergo a simili consensus de futuro efficit matrimoniū futurum.

Arg. 1. D. Bon. dist. 28 ar. 1. q. 1 D. Tho. in addi. 3 p. q. 45 ar 3. Sc. dist. 28. q vnica.

Item omne vinculum inter virum, & mulierem fortius sponsalibus est matrimonium, sed per simplicem promißionem contrahuntu sponsalia: cum ergo promißio iuramento firmata efficiat fortius vinculum, quàm promißio simplex, talis promißio efficit matrimonium.

Secundo.

Item vinculum indissolubile inter virum, & mulierem, quo ad mutuam translationem po testatis corporum suorum cōtractuum matrimonium est. Sed promißio de tali translatione causat vinculum indissolubile inrer eos, qa impletio promißionis est de iure naturæ, qđ autem est de iure naturæ solui non potest: ergo consensus de futuro efficit matrimonium.

Tertio.

CONTRA, Magister dist. præcedenti. c. 2. Efficiens matrimonij causa est consensus, nō quilibet, sed per verba expressus, nec de futu ro, sed de præsenti: ergo consensus de futuro etiam iuramento affirmatus matrimonium non facit.

In oppositū.

Item Magister huius distin. cap. 1. probat, ꝙ consensus de futuro etiam iuramento firmatus, matrimonium non facit.

Secundo.

CONCLVSIO

Consensus per verba de futuro expressus matrimonium per se minimè efficit, sed virum, & mulierem promißione deuincit.

RESPONDEO, ꝙ per consensum de futu ro vir, & mulier promittunt se mutuo assumere in matrimonium, & contractus matrimonij est adimpletio promißionis illius: vinculum autem contractum per promißionem, non est promißionis impletio, quia illud vinculum est obligatio ad implendum promissum: obligatio autem ad aliquid implendum nen est ip sa adimpletio: vinculum ergo contractum per cōsensum expressum per verba de futuro per se non potest efficere matrimonium.

Responsio.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ consensus de futuro dupliciter potest intel ligi. Vno modo pro consensu de futuro respectu matrimonij futuri, & sic procedit argumē tum, quia sicut consensus hodiernus per verba de præsenti expressus hodie facit matrimo nium, sic consensus crastinus, qui tunc per ver ba de præsenti exprimetur cras faciet matrimonium. Alio modo pro consensu de præsenti respectu matrimonij futuri, & sic non valet processus argumenti, quia consensus de præsenti attingit immediatè matrimonium, quod efficit, seu vnitur ei, sicut causa effectui, nō sic autem potest dici de consensu de præsenti respectu matrimonij futuri.

Ad primū. Cōsensus de futuro dupliciter considerari potest.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ firmatio promissionis per iuramentum non mutat genus vinculi, sed idem genus vinculi fortificat: vnde inter spõsalia quædã sunt alia alijs fortiora

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ impletio promissionis non est de iure naturæ, quando remittitur ab illo cui facta est, vel a iure.

QVAESTIO II.

Vtrum expressus consensus de futuro, cum carnali copula sequente, accedente consensu de præsenti per verba tamen de præsenti nõ expresso, efficiat matrimonium.

Arg 1. ET VIDETVR, ꝙ non, secundũ Magistrum dist. precedenti. Efficiens cã matrimonij est solus consensus per verba de præsenti expressus, sed ꝑ hypothesim prædictus consensus de præsenti non exprimitur per verba de præsenti: sed tantum per carnalem copulam, & verba de futuro quæ præcesserunt: ergo omnia illa simul nõ efficiunt matrimonium.

Secundo. Item solus consensus de præsenti si per verba, vel alia signa non exprimitur esse præsens matrimonium non efficit, quamuis sequantur sponsalia, sed carnalis copula aduenieñs de nõ matrimonio non efficit matrimonium, sed factum matrimonium consumat: ergo carnalis copula sequens sponsalia matrimonium non efficit, quamuis accedat consensus de præsenti, per verba de præsenti non expressus.

In oppositũ. CONTRA, omnis carnalis copula, extra matrimonium facta est mortale peccatum, sed carnalis copula cum conditionibus prædictis non est mortale peccatum: ergo carnalis copula cum alijs prædictis conditionibus verũ efficit matrimonium.

CONCLVSIO.

Et quidem, cum consensus præsens per carnalem copulam expressus ex institutione æquiualeat verbis de præsenti.


Respon. RESPONDEO, ꝙ sicut ex institutione sufficit ad contrahendum matrimoniũ consensus de præsenti per verba, vel alia signa expressus, sic ex institutione sufficit ad contrahendum matrimonium inter legitimas personas consensus in matrimonium præsens expssus per carnalem copulam in relatione ad verba quæ consensum de futuro, prius expresserant, quamuis neutrum prædictorum per se sufficeret ad prædicti consensus expressioñe, eo modo quo requiritur ad causandum matrimonium.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis consensus ille non exprimatur per verba de prẽsenti, exprimitur tamen per aliqđ æquiualẽs ex vi institutionis matrimonij.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ in casu prædicto carnalis copula cum consensu de præsenti in matrimonium, & per verba de futuro, quæ præcesserant, matrimonium & efficit, & consumat.

QVAESTIO III.

Vtrum sufficiat ad matrimonium solus consensus de futuro, cum carnali copula sequente.


ET VIDETVR, ꝙ sic: quia iudiciũ ecclesiæ iustum est, sed in prædicto casu ecclesia iudicat esse matrimonium, nisi aliud impedimentum obstiterit. Arg. 1. D. Th. 1. ar. 1. Sco. di. 28.

Secundo. Item maius est exprimere consensum verbo, & facto, quàm verbo tantum. Sed in prædicto casu personæ suum consensum exprimunt verbo, & facto: ergo verius est ibi matrimoniũ quàm inter personas suum consensum exprimentes per verba de præsenti carnali copula, non sequente.

In oppositum. CONTRA, vbi dolus adest, & consensus abest non potest fedus perfici coniugale, extra de spon. Tua nos: & cõstat hoc intelligi debere de consensu de præsenti: ergo ad contrahendum matrimonium non sufficit solum cõsensus de futuro cum carnali copula sequente.

CONCLVSIO.

Sufficeret profectò apud ecclesiam, sed non apud Deum.

Respon. RESPONDEO, ꝙ in casu prædicto esset matrimonium præsumptum, & secundum iudicium ecclesiæ, eo ꝙ ecclesia per verba quæ præcesserunt de futuro, & copulam carnalem sequentem præsumit consensum de præsenti affuisse, & ipsos se mutuo matrimoniali affectu cognouisse, tamen non esset ibi matrimonium verum, nec secundum iudicium Dei, quia matrimonium, secundum rei veritatem sine reali consensu de præsenti contrahi non potest.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ in prædicto casu iudicium ecclesiæ iustũ est a iustitia iudicantis, quia iustum est, vt iudicãs qui non nouit occulta cordium iudicet secundum ea quæ exterius patet, ille autem iudex, cui dicitur. Tu solus nosti corda filiorum hominum, potest iudicare secundum certitudinẽ de interiori consensu. 3. Reg. 8.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quantumcunque exprimatur consensus, si non adest interiùs non est matrimonium, secundum iudiciũ Dei, quamuis talis, qui sic carnalem copulam extorsit teneatur implere, quod verbo ꝓmisit.

QVAESTIO IIII.

Vtrum post carnalem copulam solum consensum de futuro sequentem, aliud matrimonium contrahi possit.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: extra de spon. Is qui fidem. Is qui fidem dedit. m. muliere super matrimonio contrahendo carnali copula subsecuta, & si in facie ecclesiæ deducat aliam, & cognoscat, ad primam redire tenetur, quia licet præsumptum primum matrimoniũ videatur, contra

contra præsumptionem tamen huius, non est probatio admittenda.

Secundo. Item ecclesia potest facere aliquas personas illegitimas ad cõtrahendum inter se: cum ergo ecclesia ꝓhibeat illũ, qui post fidẽ datã de cõtrahendo mulieri,& postea carnaliter cognouit eandem,alij nubere illa viuẽte,videtur ꝙ talis sit illegitimus ad cõtrahẽdũ cum alia.

Tertio. Item si aliquis contrahit sponsalia cum aliqua quamuis nulla sint, prohibetur tamen ducere aliquam consanguineam illius in vxorẽ, extra de spõ. Ad audientiam: ergo a simili,matrimonium,quod secundum rei veritatem nullum est, potest reddere personam illegitimam ad contrahendum cum alia.

In oppositum. CONTRA, consensus verus præualet ꝑsumpto consensui, sed cum aliquis post promissionem factam mulieri de ducẽdo eam in vxorem, postea carnaliter cognoscit eam non affectu maritali, sed fornicario,non est consensus,nisi præsumptus: ergo si postea consentiat in aliam consensu de præsenti, per verba de præsenti expresso,& econuerso,verum matrimonium contrahitur.

CONCLVSIO.

Responsio iuxta primam opin. *Matrimonium aliud utiquè contrahi posset quò ad iudicium Dei,quod esset uerum matrimonium, secus uerò quò ad iudicium ecclesiæ quæ de interioribus non iudicat.*

AD ISTAM quæstionem dixerunt aliqui ꝙ quamuis primum matrimonium non fuerit verum, sed præsumptũ, tamen ex constitutione ecclesię in sic contrahentibus generatur impedimentum, ne cum alijs cõtrahere possint: & si vir contrahit cum alia prima viuente, vel mulier cum alio primo viro viuente,talia matrimonia,tãquam nulla sunt dirimenda, vnde extra de spon. Is qui. dicitur de matrimonio contracto post matrimonium præsumptum,ꝙ nec verum,nec aliquod censetur matrimoniũ. Doctoris opinio.

Sed quamuis hæc opinio sit probabilis, tamen non est vera, nec communiter tenetur a doctoribus,quia primum matrimonium cum non fuerit verum,sed præsumptum non generat in sic contrahentibus verum impedimentum contrahendi cum alijs personis, sed præsumptum: & quia ecclesia iudicat de interioribus per exteriores præsumptiones,secũdum matrimonium,quamuis esset verum, secũdum iudicium Dei,tamen dirimeretur per iudiciũ ecclesiæ,& ad priorem copulam compellũtur reuerti,etiam per ecclesiasticam censuram, tamen quia secundum rei veritatem coniuges non fuerunt,& vera sunt matrimonia, quæ cõtraxerunt cum alijs,prius debet permittere se quilibet excommunicari,& quamcunque pœnam aliam subire, quàm carnaliter copuletur priori: similiter dico de muliere respectu viri,nec propter hoc talis perplexus est, quia in hoc casu non obediendo ecclesiæ non peccat, sed sustinentia excommunicationis hac de cã meritoria sibi videtur, pro excommunicato, tamen se gerere debet, & a susceptione Eucharistiæ maxime in loco vbi factum suum notũ est,debet propter scandalum abstinere.

AD PRIMVM, in oppositum dicendum, ꝙ illud verbũ decretalis,scilicet quod ad primam redire tenetur: & illud aliud, quod fuit allegatum pro prima opinione, scilicet quòd matrimonium contractum post præsumptum non est verum, intelligenda sunt secundum iudicium ecclesiæ. Ad secundum. Ecclesia aliquid fieri prohibet dupliciter.

Ad secundum dicendũ,ꝙ ecclesia aliquando aliquid prohibet fieri decernendo implicitè, vel explicitè irritum,& inane factum, contra hanc prohibitionem, & sic nõ prohibet cõtrahi matrimonium, post matrimonium præsumptum,quod secundum rei veritatem, nullum est. Alio modo prohibet aliquid fieri nõ decernendo explicitè, vel implicitè irritum, vel inane,si contrarium fiat, & quamuis faciẽs contra talem prohibitionem peccet, tamen factum tenet, nisi sit aliud quod obsistat, & hoc modo ecclesia prohibet cõtrahi matrimoniũ, durante alio matrimonio pręsumpto,quod secundum rei veritatem est nullum.

Vel potest dici, ꝙ ecclesia non prohibet cõtrahi secundum matrimonium,nisi pręsupponendo ex præsumptione,quòd primum sit verum,& ideo secundum matrimonium quamuis realiter sit verum, secundum Dei iudiciũ, tamen secundum iudicium ecclesiæ est nullũ: & ita eo modo est nullum, quo ab ecclesia fuit prohibitum.

Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis contrahens sponsalia,cum aliqua,quæ secundum rei veritatem nulla sunt,eo ꝙ illam in vxorem nõ potest habere, non possit postea, etiam post mortem illius, aliquam sibi attinentem infra gradum prohibitum ducere in vxorem,tamen post matrimonium præsumptum, quod secundum rei veritatem nullum est, aliud matrimonium contractum cum aliqua non attinente priori tenet,secundum iudicium Dei,quia qđ in prædicta decretali dictum est ordinatũ est ab ecclesia,propter publicæ honestatis iustitiam: vt dicit Apparatus ibidem, & est statutum non tantum prohibens ne fiat, sed etiã decernens irritum, & inane,si contrarium fiat. Ad tertiũ.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur quatuor

Primo vtrum mutuus consensus de translatione potestatis corporum ad tempus, faciat matrimonium.

Secundo vtrum mutuus consensus sub conditione,faciat matrimonium.

Tertio vtrum consensus clandestinus efficiat matrimonium.

Quarto vtrũ cõsensus in carnalẽ copulam necessarius sit ad cõtrahendũ matrimonium.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum consensus mutuus de translatione potestatis corporum ad tempus faciat matrimonium.

Arg. 1. D. Bo. di 28 ar. 1. q. 2. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia omnis carnalis concubitus extra matrimonium est illicitus, sed carnalis concubitus cum concubina, quamuis sit illicitus habenti aliam vxorem, tamen licitus est aliam vxorem nō habenti: dicitur enim. C. de concu. l. 1. Nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinam penes se habere. In quo videtur dare intelligi, ꝙ non cōstante matrimonio talis licentia potest concedi: ergo videtur, ꝙ concubinatus sit matrimonium, sed constat, ꝙ non est nisi ad tempus.

Secundo. Item qui potest aliquam rem cōcedere simpliciter, potest etiam concedere ad tēpus, sed vir & mulier possunt sibi mutuo cōcedere simpliciter potestatem corporum suorum: ergo hanc cōcessionem possunt facere ad tempus; sed talis concessio efficit matrimonium.

Tertio. Item sicut se habet consensus simpliciter ad matrimonium simpliciter, ita consensus ad tēpus, ad matrimonium ad tēpus: ergo sicut mutuus cōsensus simpliciter efficit matrimoniū simpliciter, ita mutuus consensus ad tempus efficit matrimonium ad tempus.

In oppositū. CONTRA, extra de conditionibus in desponsatione appositis. cap. vlti. dicitur, si alter dicat alteri, Contraho tecum, donec inueniam aliam honore, vel facultate meliorē, talis contractus caret effectu, hoc autem nō est, nisi ꝗa talis contractus est ad tempus.

Secundo. Item secundum Magistrum, superius di. 27 cap. 1. Matrimonium indiuiduam vitæ consuetudinem retinet, sed contractus ad tēpus est diuisibilis: ergo talis contractus non potest esse matrimonium.

CONCLVSIO.

Translatio corporum mutua in matrimonio matrimonium simpliciter facit, & non ad tempus.

Respon. RESPONDEO, ꝙ nō potest contrahi matrimonium ad tempus. Seruus enim alicuius domini habentis super ipsum plenitudinē potestatis non potest sine concessione domini illius, & auctoritate concedere, alij qualēcunque potestatem in corpus suum, sed quilibet homo est seruus Dei, qui habet super quemlibet hominem omnimodam plenitudinem potestatis: ergo nullus vir potest concedere mulieri, nec econuerso aliquam potestatem in corpus suum, nisi ex concessione Dei explicita, vel implicita: Deus autem non tantum nō concedit, sed etiam prohibet fieri inter virū, & mulierem mutuam concessionem potestatis suorum corporum, quantum ad concubitū carnalem ad tēpus, quod patet Matth. 19. vbi dicitur. Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Triplex autē est congrua ratio, quare Deus hoc voluit fieri. Vna est, quia hoc esset contra bonum prolis, copulati enim ad tempus non essent ita solliciti, vt in pluribus de suæ prolis disciplina, & educatione religiosa, sicut copulati simpliciter.

Alia est, quia hoc esset contra bonum honestæ dilectionis, quæ debet esse inter coniuges: quia forte quamuis copulati ad tempus plus diligerent se, propter delectabile, secundum carnem, quàm copulati simpliciter, tamen dilectione quæ est propter honestū copulati simpliciter, magis diligunt se: vt in pluribus, quā si essent copulati ad tempus, plus enim diligit vnusquisque, vt in pluribus rem, quæ sua est simpliciter, quàm si non esset sua, nisi ad tempus.

Tertia ratio est, quia in copula ad tempus non saluaretur ratio sacramenti, quia talis copula cum esset diuisibilis non significaret indiuisibilitatem humanæ naturæ a persona filij Dei, nec indiuisibilem vnionem ecclesiæ cum Christo.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ dicta lex concubinatum non concedit, sed homini non vxorato permittit, tanquam lege humana non puniendo, nec ex hoc sequitur, ꝙ puniri non debeat lege diuina, quia sicut dicit Augu. 1. lib. ar. longe ante medium. Lex humana multa impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur, & recte. Ad primū.

Ad secundum dicendum, ꝙ maior est vera, quando potestas superioris domini ita concedit, seu permittit fieri concessionem rei ad tempus, sicut permittit ea fieri simpliciter, quod in proposito non est verum, vt visum est in corpore quæstionis. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ maior falsa est, sicut patet ex dictis in corpore quæstionis. Ad tertiū.

QVAESTIO II.

Vtrum mutuus consensus conditionalis faciat matrimonium, re non existente posita sub conditione.

Arg 1. D. Bo. ibid. q. 3. D. Th. q. 47 ar. 5. Sco. d. 29 q. vnica. ET VIDETVR, ꝙ sic: extra de conditionibus in desponsatione appositis. cap. 1. Quicunque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, & eam relinquere voluerit, dicimus, ꝙ frangatur conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur: ergo siue existat conditio, siue non, tenet desponsatio: multo fortius ergo matrimonium.

Secundo. Item si aliquis iurauerit mulieri se eam ducturum in vxorem, si tantum sibi donauerit, scilicet 10. vel 20. marcas: si conditio nō existat, & interueniat consensus de præsenti, aut carnalis sequatur copulam, eam tenetur accipere in vxorem, extra e. ti. De illis: ergo a simili matrimonium tenet, quamuis res apposita

sita sub conditione non existat.

Incipit. CONTRA, e.ti. super eo. dicitur de illo qui consensit in quandam mulierem, si pater eius suum præstaret assensum, q nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendus est ad matrimonium contrahendum. Sed si sponsalia sub conditione contracta nõ tenent re posita sub conditione non existẽte, a simili, nec matrimonium.

CONCLVSIO

Si conditio, matrimonij substantiæ contraria fuerit, ipsum planè nullum reddit, at si non contraria in casu quodam sic, in quodam verò non.

Respon. RESPONDEO, q conditionum appositarum in contractu matrimonij, quædam sunt contra matrimonij substantiam: vt si alter dicat alteri, Contraho tecum si generationem prolis euites, quod est contra bonum prolis. Vel donec inueniam aliam honore, vel facultate meliorem, quod est contra significationẽ sacramenti. Aut si adulterãdam te tradas, qđ est contra bonum fidei, & sub talibus conditionibus, nullum matrimonium est: vt habetur extra de condi. in desponsatione appo. ca. vltimo.

Quædam sunt non contra substantiam matrimonij. Et istarum quædam sunt turpes, aut impossibiles, & matrimonium contractũ sub talibus conditionibus tenet, quia pro nõ adiectis habentur, vt dicitur in decretali prędicta: quædam sunt honestæ, & possibiles, & istarũ quædam sunt de præterito, vt si dicatur, Contraho tecum, si maritus tuus mortuus est, quędam de præsenti: vt si dicatur, Contraho tecum, si tu es virgo, & sub istis conditionibus, vel similibus, matrimonium contractum tenet existentibus rebus ĩ cõditionibus appositis, aliter nõ. Et sic intelligitur auctoritas ad partem secũdam allegata, quamuis illa videatur de spõsalibus loqui. Quædam sũt cõditiones de futuro, vt si dicatur, Cõtraho tecum, si patri tuo, vel patri meo placuerit, & tũc iudicãdum est, sicut de spõsalibus, sub cõditione contractis: quia vt dicitur extra de condi. in desponsatione appositis. Super eo. Huiusmodi consensus non est de præsenti habendus, licet per verba de præsenti euidentiùs exprimatur, quia in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit.

Ad primũ. AD PRIMVM dicendum, q illa decretalis intelligitur de conditione turpi non existẽte contra naturam matrimonij, vt dicit Apparatus ibidem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, q quamuis primo apposita sit conditio de futuro, si postea consentiat de præsenti, aut carnalis copula subsequatur, conditione non replicata recedit a cõditione prius apposita, & simpliciter intelligitur consentire, vt dicit Apparatus ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum consensus clandestinus efficiat matrimonium.



ET VIDETVR, q non: 30. q. 5. Aliter. Dicitur de clandestinis matrimonijs, q non sunt coniugia, sed adulteria, vel concubinia, vel stupra, aut fornicationes, potius quàm legitima coniugia. *Arg. 1. D. Bon. vbi su. q. 45 D. Tho. vbi sup. q. 45. ar. 5.*

Secundo. Item quia ecclesia prohibet consanguineos matrimonialiter copulari, ideo mutuus eorũ consensus matrimonium non efficit: sed ecclesia prohibet matrimonia clandestina, eadem q. nullus, & extra de clandestina desponsatione. Cum inhibitio: ergo consensus clandestinus matrimonium non efficit.

Tertio. Item carnalis concubitus inter cõiuges est licitus, sed si aliqui clandestinæ matrimoniũ contrahant, non licet eos simul carnaliter copulari, quia scandalizarent populum: ergo videtur, q tale matrimonium est nullum.

In oppositum. CONTRA, 30. q. 5. Iudicantem, dicitur de illis, qui clandestinæ consenserunt, q reatum adulterij, vterque incurrit, dum vtroque eorũ viuente, alij se copulauerit, sed hoc non esset verum, nisi per mutuum consensum clandestinum contraxisset matrimonium verum: ergo talis consensus verum efficit matrimonium.

Secundo. Item si tales transferrent se ad regionẽ longinquam, vbi non est consuetudo monitiones & solemnitates in matrimonijs adhiberi, licitum esset eos ibi carnaliter copulari, sed nunquam carnalis copula, extra matrimonium est licita: ergo clandestinus consensus verum efficit matrimonium.

CONCLVSIO.

Quamuis apud Deum consensus clandestinus matrimonium verum efficere queat, ecclesia tamen, quæ non iudicat de occultis, talia connubia detestatur, & abhorret.

Responsio. RESPONDEO, q sicut matrimoniũ clandestinum dicitur tripliciter, ita potest dici de clandestino consensu. Vno modo dicitur matrimonium clandestinum, quod contrahitur, sine præsentia testium, extra de clandest. despon. Quod nobis. Alio modo quod contrahitur non adhibitis solennitatibus consuetis, quamuis contractum fuerit in præsentia testium. 30. q. 5. Aliter. Tertio modo, quãdo fit sine præmissa denunciatione, extra de clãde. despon. Cum inhibitio: & quolibet istorũ modorum, si affuit mutuus consensus per verba de præsenti expressus verum est matrimonium, secundum Dei, & conscientię iudiciũ: illud tamen quod ita est clandestinum, quod non fuit in præsentia testium, non iudicabitur verum matrimonium ab ecclesia, quæ iudicat secundum allegata, vnde si aliquis istorũ, cum alia persona in facie ecclesiæ contraheret, præciperetur ei per ecclesiam cohabitatio cum ea, & prohiberetur ei accessus ad primã, cui

cui tamen præcepto obedire non deberet, quã tum ad redditionem carnalis debiti, quia magis obediendum est iudicio Dei, & conscientiæ, quàm iudicis ecclesiasticis, qui secundum præsumptiones iudicat, in quibus tamen posset obedire ecclesiæ, absque peccato obedire tenetur, sicut in subueniendo illi mulieri in necessarijs si indiget, & ipsæ illi, & alij suffice re posset.

Ad primũ. Ad Primvm, in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicit Magister huius dist. cap. 2. illud non est ita intelligendum, ꝙ non sit legitimũ coniugium, sed quia non habet decorem, & debitam honestatem. Vel potest dici, ꝙ illud decretum intelligendũ est de clandestino con sensu non expresso in præsentia testium, qui consensus non efficit matrimonium, secundũ præsumptionem, & ideo carnalis concubitus talium ab ecclesia illicitus iudicatur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile de vtraque prohibitione, quia ita prohibet cõsanguineos copulari, ꝙ personas intendit red dere illegitimas ad contrahendum: non sic autem prohibet clandestina matrimonia.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis carnalis concubitus in matrimonio sit licitus regulariter, tamen per accidẽs aliquo loco, & aliquo tempore potest esse illicitus, vt propter scandalum populi, sicut dictum est: vel propter ecclesiæ prohibitionem, quæ alicubi prohibet coniuges carnaliter copulari, antequam adhibeatur matrimonio solennitas consueta, quã tamen prohibitionem quidam dicunt esse nõ respectu actus debiti reddendi, sed respectu actus petendi, vnde peccaret exigens, & non peccaret reddens.

QVAESTIO IIII.

Vtrum consensus in carnalem copulam, sit necessarius ad matrimonium contrahendum.

Arg. 1. D.Bo. ibid. q. 6. D.Th. q. 46 Et Videtvr, ꝙ sic. 17. q. 1. Sunt quidam. Vouentibus supple virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est, sed hoc verum non esset, nisi consensus in carnalem copulam necessarius esset ad matrimonium contrahendum.

Secundo. Item ad contrahendum matrimonium, necessarius est consensus in ea, propter quæ est matrimonium institutum. Sed matrimonium non tantummodo institutum est in officium, sed etiam in remedium: ergo ad ipsum contrahendum, necessarius est consensus in illud, p quod habetur remedium contra carnalem cõcupiscentiam, illud autem remedium est carnalis copula.

Tertio. Item ad contrahendum matrimonium, necessarius est consensus in illud, quod si excludatur in contractu: matrimonium nullum est, Sed si vir, & mulier contraherent apposita hac conditione, ꝙ vnus alij nunquam debitũ redderet, nullum esset matrimonium: ergo ad contrahendum matrimonium necessarius est consensus in redditionem debiti.

In opposit. Contra, Magister huius dist. cap. vlti. Consensus cohabitationis, vel carnalis copulæ non facit coniugium, sed consensus coniugalis societatis verbis, secũdum præsens tempus expressus.

Secundo. Item Beata Virgo, verum matrimoniũ cõtraxit cum Ioseph, non tamen in carnalem copulam consensit, quia semper Virgo perfecta non tantum corpore, sed etiam mente permãsit: ergo consensus in carnalem copulam non est necessarius ad matrimonium contrahẽdũ.

CONCLVSIO.

Non quidem explicitè, sed implicitè consensus in carnalem copulam necessarius perhibetur.

Respon. Tã clidẽ nõ matrimoniũ, quã cõsensu cũ dest. triplicitèr dicitur. Respondeo, ꝙ ad matrimonium contrahendum, non est necessarius consensus explicitè in illud, quod non est de matrimonij essentia: copula autem carnalis est huiusmodi, postquam enim aliqui matrimonium contraxerunt, si postea perpetuo continent, nihilominus esset inter eos verum matrimonium, sicut patuit in matrimonio inter Virginẽ Mariam, & Ioseph: ad contrahendum ergo matrimonium non est necessarius consensus in carnalem copulam explicitè, quia tamen in essentia matrimonij continetur carnalis copula, sicut vsus in potestate ordinata ad vsum, non de necessitate, sed voluntariè: ideo aliquo modo implicitè requiritur cõsensus in carnalem copulam ad cõtrahẽdum matrimonium, inquãtum ad hoc necessarius est cõsensus mutuus in trãslationem corporis proprij in potestatem alterius cõiugis, quãtum ad cõcubitũ cõiugalem, sed hoc nõ est cõsentire in carnalem copulam, neque explicitè, neque implicitè absolutè, sed implicitè, & sub conditione. si alter cõiux vti sibi cõcessa voluerit ptãte.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicẽdum, ꝙ ille, qui vouit virginitatem, volẽdo nubere, vult se obligare obligationi icompossibili voto suo, si alter cõiunx voluerit, & ideo mortaliter peccat: quia quãtum in se est, vult se exponere necessitati veniẽdi cõtra votum suum, si alter voluerit. Et quamuis quod dictum est regulariter sit verum, ex inspiratione tamen spiritus sancti virgo quæ vouit virginitatem sine peccato nubere potest, sicut patuit in Virgine gloriosa, quæ antequam nuberet certificata fuit per reuelationẽ spiritus sancti, ꝙ Ioseph ab ea nunquam debitum exigeret, & ideo cõtrahẽdo cum eo nõ exposuit se alicui periculo veniendi contra votum, quo virginitatem vouerat, cum esset perfectè certificata, quòd Ioseph non vteretur potestate sibi concessa.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non plus concludit, nisi ꝙ necessarius est consensus in car nalem

nalem copulam implicitè, & sub conditione, scilicet, si alter coniux potestate sibi concessa vti voluerit.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ si aliqui contrahunt inuicem sub hac conditione, ꝙ nunquã sibi inuicem reddent debitum, ipsi non tantũ excludunt carnalem copulam, sed etiam mutuam translationem corporum suorum in alterius potestatem, quantum ad concubitum coniugalem: & ego bene concedo, ꝙ consensus in talem translationem requiritur ad matrimonium contrahendum.

Ad opposi. si partem. Ad argumenta ad partem aliam patet, q̃d dici debeat ex iam dictis, & quomodo inter Gloriosam virginem Mariam, & Ioseph fuit verum matrimonium, absque præiudicio virginitatis eiusdem.

CIRCA litteram. Matrimonium non sanxit consensus, qui in occulto fuit, idest nõ ostendit factum, quantum ad forẽse iudicium ecclesiæ.

Coactio excludit consensum coniugalem.

DISTINCTIO XXIX.



OPORTET *autem consensum coniugalem liberum esse à coactione. Coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit, sicut testatur Vrbanus Papa, scribens Sanctio regi Arragonum in hæc verba. De nuptis tuæ coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc æquitate dictante decreuimus, vt si illa virum illum omnino (vt dicitur) renuit, & in eadem voluntate persistit, vt viro illi se prorsus deneget nupturam; nequaquam eam inuitam, ac renitentem eiusdem viri cogas coniugio copulari. Idem, Si verum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet quòd ipse coactus, & dolens filiam suam flentem, & pro viribus renitentem, Raynaldo desponsauerit; quoniam legum, & canonum autoritas talia sponsalia non approbat; ne ignorantibus leges, & canones nimis durum videatur, ita sententiam temperamus, vt si princeps cum assensu filiæ id quod cæptum est perficere voluerit, concedamus, sin autem, legatus noster vtrasque partes audiat, & si nihil fuerit ex parte Raynaldi, quod amplius impediat, ab ipso Iordane sacramentum, quo constet hæc quæ dicta sunt, accipiat. Et nos canonũ, & legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus quin alij viro (si voluerit) prædicta eius filia tantum in Domino nubat. Ex his apparet, coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter renitentes, & inuitos. Veruntamen qui inuitè, & coactè coniuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spacio sine contradictione, & quærimonia cohabitauerint, facultate discedendi, vel reclamandi habita, consentire videntur: & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.*

31.q.2.cap. De nuptiis.


Ibidem. ca. Si verum.

1.Cor.7.8

Quis consentire dicatur.

Consentire autem probatur, qui euidenter non cõtradicit, secundum illud. In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptijs desideratur. Intelligitur tamen semper patri filia consentire, nisi euidenter dissentiat. Item Sponsalia, sicut nuptiæ, cõsensu fiunt contrahentium. Et ideo sicut in nuptijs, ita & in sponsalibus patris familias filiam consentire oportet, quæ si patris voluntati non repagnat, consentire intelligitur. In lib. Pan. dectarum.

DISTINCTIO XXIX.



SVPERIVS determinauit Magister de consensu matrimonij, quantum ad eius effectũ. Hic determinat de ipso quantum ad eius defectum. Cõtinuatio.

Et primo quo ad defectum voluntatis. Diuisio.

Secũdo quo ad defectum intentionis. di.se. ibi. (Nec solum.) Prima in tres.

Primo ostendit, ꝙ coactio excludit matrimonium.

Secundo ostendit, ꝙ consensus sequens ratificat. ibi. (Veruntamen qui inuiti.)

Tertio, ꝙ sufficit, quandoque consensus tacitus. ibi. (Consentire autem.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de duobus.

Primo de consensus contrahentium coactione.

Secundo de talis contractus ratificatione.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum consensus coactio ꝑ metum, impediat matrimonium.

Secundo vtrum impediat sponsalia iuramẽto firmata.

Tertio vtrum persona cõsentiens in aliam, sibi non cõsentientem, possit illa viuente contrahere matrimonium.

Quarto vtrum parentes liberos suos possint cogere ad matrimonium contrahendum.

QVAESTIO I.

Vtrum consensus coactio per metum impediat matrimonium.

ET VIDETVR, ꝙ non: quod nihil est matrimonium non impedit, sed nulla est consensus coactio, quia cõsensus est actus liberi arbitrij, quod non potest cogi: vt in secundo lib. ostensum est: ergo coactio consensus matrimonium nõ impedit.

Arg. 1. D.Bo.di.29 ar 1.q.1. D.Th. q 47 ar 1.in Ad di 3 p. Sco di. 29. q.vni. Alex. p. 2. q. 28.

Item

Secundo. Item omnis vir, aut est constans, aut inconstans, sed coactio per metum cadens solum in viris inconstantibus matrimonium non impedit, in virum autem constantem, nulla coactio per metum cadit, sicut enim dicit Phil.3.eth.c.9. Fortis impauidus est.

Tertio. Item coactio consensus per metum non est nisi vehemens inductio, quia interiores actus liberi arbi. sufficienter cogi non possunt. Sed sicut vehementer potest homo inclinari per metum ad consentiendum, ita per blanditias: cum ergo vehemens consensus inductio per blanditias non impediat matrimonium, videtur similiter, quòd nec illa quæ est per metum.

Quarto. Item coactio consensus quę est per metum, non impedit susceptionem sacramenti baptismi: ergo a simili, nec susceptionem sacramēti matrimonij.

In oppositū. CONTRA, Magister in littera in principio dist. præsentis. Oportet consensum coniugalem liberum esse a coactione: coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit.

Secundo. Item extra de spō. Cum locum, Cū locū non habeat consensus vbi metus, vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi consensus vtriusque requiritur coactionis materia repellatur.

Tertio. Item fauorabilior est status religionis, quā matrimonij. Sed professio facta in religione per consensum metu mortis coactum, non tenet: vnde talis reuerti potest ad sæculum: extra de his, quæ metusue causa fiunt. ca.1. ergo multò fortiùs contractus matrimonij per consensum metu mortis coactum non tenet.

CONCLVSIO.

Consensus coactio per metum cadentem in constantem virum matrimonium contractum facit irritū, & inanè, nisi post coactionem coacti vltrò consenserint per liberam cohabitationem superuenientem.

Respon. primæ opi. AD ISTAM quæstionem dicunt aliqui, ꝙ coactio per metum etiam cadentem in virum constantem matrimonium nō impedit, secūdum iudicium Dei, & conscientiæ, si adsit cōsensus interior, non tantum ad verba proferēda, sed etiam ad ipsum matrimonium cōtrahendum: quia ad hoc vt interius cōsentiat in matrimonium locum non habet coactio per metum, quia in hoc, ꝙ consentit in prolationem verborum significantium interiorē consensum euadit periculum, quod metuit: cum illi quos timet nō possint de suo interiori cōsensu iudicare, secundum tamen iudicium ecclesiæ matrimonium non est, quia talem præsumit non consensisse, sed tantum in prolationem verborū ad periculum, quod metuit euadendum.

Improbatio Sed hæc opinio peccat in duobus.

Primo in hoc quod dicit, ꝙ respectu interioris consensus in matrimonium, locum nō habet coactio per metum cadentem in constātem virum, quia exprimere cōsensum interiorem in matrimonium, si non adsit, mētiri est: omne autem mendacium peccatum est, sed ꝙ virum constantem, per quem intelligo virtuosum, vehementer inducit per grauem metum ad dicendum aliquid quod sine peccato dicere non potest, nisi dictis correspondeat consensus interior: ex consequenti eum vehementer induxit ad ita cōsentiendum interiùs, sicut exprimit exteriùs.

Secundo peccat opinio in hoc, quod dicit ecclesiam præsumere talem interiùs non consensisse in matrimonium, quia ecclesia nō debet præsumere aliquem peccare in aliquo facto, nisi per probationes legitimas, vel præsumptiones hoc ecclesię constiterit: cum ergo exprimere exteriùs se consentire in matrimonium sit peccatum, si non adsit consensus interior, ecclesia non debet præsumere talem interiùs non consensisse, nisi fortè hoc ei constaret per aliquam protestationem, quam coactus secretò fecisset, in præsentia tamē testiū, de quibus confidebat dicens. Protestor corā vobis, ꝙ verba, quæ modo dicam, dicam tantum ad euadendum mortis periculum, quia nullo modo consentio interiùs, nec cōsentiā.

Propria opi. Metus duplex. Videtur ergo aliter dicendum ad quæstionem, scilicet, ꝙ duplex est metus, quidam non cadens in constantem virum, & coactio consensus per talem metum non impedit matrimonium, nec quantum ad iudicium Dei, nec quantum ad iudicium ecclesiæ. ar. ad hoc extra de spon. Veniens. secundo. Est etiam quidam metus cadens in constantem virum. i. in virum virtuosum, sicut est metus mortis, vel enormis lesionis corporis, vel seruitutis, vel stupri, vel aliorum aliquorum grauium malorum expressorum in iure, quando talia mala intentantur ab illo, de quo præsumit probabiliter vir constans, ꝙ ille talia velit, & possit sibi inferre, nisi sibi consentiat, & coactio consensus per talem metum matrimonium impedit etiam quantum ad iudicium Dei, & quantum ad iudicium ecclesiæ: extra de spon. Veniens.2.& c. Consultationi. §. Sane. etiam si adsit consensus interior in matrimonium, quamuis enim consensus interior in matrimonium sufficienter cogi non possit: tamen per prędictum metum, tam vehementer inducitur, ꝙ multum in illo diminuitur de ratione voluntarij, & ideo nec Deus, nec ecclesia voluerūt hominem per talem consensum esse ligatum mulieri. Cuius ratio est duplex: vna est, quia matrimonium significat cōiunctionem Christi, & ecclesiæ, quæ fit per liberum amorem: alia est ne talia matrimonia malos exitus haberent, quia quod aliquis nō diligit facile cōtemnit. 20.q.3. Præsens. *Consensus coactio per metū facta, quare matrimonium impedit.*

Potest etiam dici secundum aliquos, ꝙ ecclesia aliquo modo implicite constituit, vt pꝫsona modo prædicto coacta sit illegitima durante prædicta coactione ad contrahendum

cum

cum illa ad quam ducendam cogitur, sicut.n. ecclesia potest reddere personas aliquas illegitimas ad contrahendum inter se pro quocũque tempore: ita potest reddere aliquam personam illegitimam ad contrahendum cũ aliqua persona determinata pro aliquo tempore, & sub aliqua conditione, quam pro aliquo tempore, & cessante illa conditione, reputat legitimam ad contrahendum cum illa eadem persona.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ quamuis consensus non possit cogi, tamen per aliquem metum potest, tamen vehementer induci, ꝙ derogatur illi libertati, quàm Deus esse vult in consensu ad hoc, vt sit causa efficiens matrimonij.

Ad secundũ. Vir. Pertinax. Ad secundũ dicendum, ꝙ quamuis vir constans medius est inter virum pertinacem & inconstantem, pertinax.n. vix pro quocunq; timore, recedit a proposito suo: inconstans fere, pro quolibet timore leuiter recedit a proposito suo. *Constans Inconstans.* Constans autem quandoque recedit a proposito suo pro timore, & quandoque non, quia temperat passionem timoris, secundum rectum iudicium rationis, & ideo quandoque timor oritur ex forti existimatione alicuius horribilis mali, quod non potest homo euadere, nisi subeundo aliquod malum minus pœnale, quod tamen absolute nollet subire; subit ipsum, qu ia sic esse faciendum docet ratio recta: pro timore autem oriente, siue ex leui, siue ex forti existimatione minoris mali, nunquam inquantum virtuosus consentit subire maius malum: sic ergo patet, ꝙ Philosophus in auctoritate allegata, non intendit dicere, ꝙ vir fortis, nunquam timeat: quod patet, quia eo.c. dicit postea de magno terribili, ꝙ hoc est terribile omni homini habenti intellectum, & parum post, dicit, ꝙ fortis instupefactibilis est vt homo: timebit autẽ vt oportet, & vt ratio sustinebit boni gratia.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ non est simile de inductione consensus per blanditias, & ꝑ fortem metum, inductio.n. quæ est per timorem, aliqualiter minuit de ratione voluntarij, parũ enim intẽse volumus, quę ex timore volumus, sed inductio q̃ est per blanditias intendit consensum, vnde Philosop. 3. Eth. c. 2. dicit, ꝙ operationes, quæ fiunt ex timore, mixtæ sunt, qa aliquo modo sunt voluntariæ, & aliquo mõ inuoluntariæ, vt declarat ibidem, & postea. e. li. c. 4. dicit, ꝙ forsitan non bene dicitur inuolũtaria esse, quæ propter cõcupiscentiam, & eo. li. c. vlt. dicitur, ꝙ voluntario magis assimilatur intemperantia, quam timor, & ꝙ magis est voluntarium, quod fit per intemperantiam, q̃ per timorem.

Ad quartum. Ad quartum dicendũ, ꝙ nõ est simile, qa intentio suscipientis baptismũ nõ est cã efficiẽs sacri baptismi, sicut consensus est cã efficiens matrimonij, & ꝑterea per susceptionem baptismi in nullo efficitur cõditio suscipiẽtis peior, sed simpliciter melior, per contractum autem matrimõij efficitur cõditio cõtrahẽtiũ minus bona, q̃ũ ad aliqua, qa efficit magis onerosa, per hoc tñ non efficitur mala, malo culpæ.

Ad partem contrariam Argumenta ad partem aliam procedunt de coactione consensus per metum cadentem in constantem virum.

QVAESTIO II.

Vtrum consensus coactio per metum impediat sponsalia iuramento firmata.

Arg. 1. Et videtur, ꝙ sic: Fortior ẽ obligatio per consensum de præsenti, quam per consensum de futuro. Sed prędicta coactio impedit oblationẽ per consensum de præsenti: ergo & multo fortius impedit illam, quæ est per cõsensum de futuro: talis autem est obligatio in contractu sponsalium.

Secundo. Item extra de his, quæ vi metusue cã fiunt. Abbas, in Glo. Matrimonium contractum per metum, non tenet, nec obligatus est qui hoc facit, etiam si iurat: ergo a simili, nec sponsalia per metum contracta, etiam si firmetur iuramento tenent.

Tertio. Item qui coactus suam ecclesiam pœnitus abiurat, illi debent cum integritate vniuersa restitui. eod. cap. in textu. Sed si tale iuramentum obligaret, non deberet sibi restitui: ergo nullum iuramentum, quod metu extortum est obligat.

In oppositum. Contra, non est necessaria absolutio a iuramento, quod ipso iure non obligat. Sed a iuramento extorto coactione, quæ est per metum necessaria est absolutio: extra de iure iurando. Verum vbi dicitur, ꝙ Romani Pontifices tales a iuramenti nexibus absoluerunt: ergo tale iuramentum non est ipso iure nullum, sed est obligatorium.

Secundo. Item renũciatio electionis facta per metũ, si sit iuramento firmata, est obligatoria: extra de his, quæ vi, metusue causa fiunt. Ad aures. Sed minor consensus requiritur ad sponsalia contrahenda, quàm ad obligationes alias: qđ patet quia septẽnes possũt contrahere sponsalia, cum tamen propter defectum discretionis ad alias obligatiões sint inepti: ergo videt ꝙ cõtractus spõsaliũ factus ꝑ cõsensum metu coactum teneat si iuramento firmetur.

Tertio. Itẽ 22. q. 4. Inter cætera. dicitur de quodã q timore necis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam suscipere in coniuge, quod quia quam prius habuerat non est peccatum in coniugem suscipere: matrimonium sic in Deo firmatum est stabile: ergo sponsalia facta ꝑ metũ, & iuramẽto firmata tenent.

CONCLVSIO.

Sponsalia metu graui simul, ac iuramento firmata ipso iure nulla esse censentur.

Respon. iuxta primam opinionem. AD ISTAM quæstionem dicunt quidam, ꝙ sponsalia per metum cadentem in constantem virum contracta, & iuramento firmata, tenent & obligant contrahentē in foro cōscientiæ. Quod sic declarant. Quocunque metu homo scienter iuret falsum, periurat: quodlibet autem periurum scienter commissum peccatum mortale est: nullus ergo metus excusat, scienter periurantem a mortali peccato, sed qui per iuramentum promisit se ducturū aliquam in vxorem, si quod iurauit non implet, periurat, ad quod sequitur, ꝙ mortaliter peccat, sed quilibet obligatur ad vitandum mortale peccatum: ergo qui coactus per metum cadentem constantem virum iurauit se aliquā ducturum in vxorem, implere tenetur quo ad forum conscientiæ, quod iurauit: in foro tamen exteriori non reputaretur obligatus, eo ꝙ ecclesia præsumeret consensum interiorem non affuisse.

2. opinio. Sed quia hic modus respondendi, videtur posse improbari per ea, quæ in præcedenti q̄stione, in reprobatione primæ opinionis dicta sunt. Ideo dicunt alij, ꝙ sponsalia prædicto modo contracta, non tenent ipso iure, nec in foro exteriori, nec in foro conscientiæ, q̄a nec Deus, nec ecclesia, tale iuramentum voluerunt obligatorium esse, respectu eorum, in quibus maxima requiritur libertas, de quorū numero est contractus sponsalium, & in religione professio: vnde professio in religione facta, propter metum mortis profitentem nō obligat: extra de his, quæ vi metusue cā fiunt. c. 1. & 15. q. 1. Non est: dicitur, ꝙ voluntariū sibi militem eligit Christus.

Pro opinione prima, duo prima argumenta. QVI vult tenere primam opinionem, pōt dicere ad duo prima, ꝙ procedunt de obligatione in foro exteriori.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ minor est falsa, q̄dam .n. sunt promissiones factę per metum cadentem in constantem virum, quæ nō sunt nullæ ipso iure, quæ tamen rescindendæ sunt per actionem, si sunt perfectæ, vtpotè quia post stipulationem facta, numeratio est. Si aūt imperfectæ, vt puta: stipulationem numeratio nō est secuta, rescindi possunt per exceptionem. ff. de eo qđ metus cā gestū est. l. Metū aūt p̄sentē §. sed ꝙ p̄tor: vt tamen ibidem dr̄ in negocijs perfectis interdū cōpetit exceptio, & in imperfectis, quādoque actio, quamuis frequentiùs, & conuenientiùs perfecta rescindatur per actionem, & imperfecta per exceptionem.

Pro secūda opinione. Ad primū in oppositū. Promissiones per metum factæ, quæ sint irritæ ipso iure. QVI vult tenere opinionem secundam potest dicere ad primum, ad partem secundam, ꝙ quædam sunt promissiones, quæ factę p metum cadentem in constantem virum ipso iure non valent: vt promissio de ducendo aliquā in vxorem, vel in virum: extra de despon. Cū locum. Et promissio dotis. ff. de eo, quod metus cā gestum est. l. Si mulier. §. Si dos, vbi dicitur, ꝙ si dos per metum promittatur, non nascitur obligatio.

Item in rebus ecclesiæ est speciale, ꝙ non tenet traditio, vel promissio, vel iuramentum factum per metum de rebus ecclesiæ: extra de iureiuran. 1. Peruenit.

Item votum factum per metum non tenet: extra de his, quæ vi metusue causa fiunt. c. 1. quia votum est res voti, & non præcepti, & liberum est arbitrium in vouendo, quia voluntarium militem sibi eligit Christus. 15. q̄. 1. Non est.

Item iurisdictio extorta per metum non tenet. ff. de iudicijs. l. 2.

Item auctoritas tutoris per metum extorta nulla est. ff. de auctoritate tutoris. l. 1. §. vlti. & hoc habetur extra de his, quæ vi metusue causa fiunt. Abbas in Glo.

Item vt volunt quidam: pronunciatio sententiæ ex metu non tenet. 11. q. 3. Iniustum tamen, vt dicit Glo. ibidem talis sn̄ia tenet, nisi elidatur per exceptionem. Quædam aūt sunt, quæ per metum facta, vel promissa, non sunt nulla ipso iure, sed tenent quousque subueniatur metum passo auctoritate superioris, qui officio eius implorato etiam probato metu debet a promissione per metum extorta illum, q promisit absoluere, & si aliqua per prædictum metum tradidit, vel resignauit, debet facere sibi restitui. Decretalis autem allegata in arguēdo non loquitur de iuramento per metum extorto, quod nullum est ipso iure, sed de iuramēto facto circa talem materiam, quod ipso iure tenebat, & ideo ille, qui sic iurauit absolutionē indigebat, & simili modo intellige quod habetur sup. eo. tit. Si vero.

Ad secundum dicunt aliqui, ꝙ septēnes ita ex forti consensu possunt contrahere sponsalia, sicut adulti possunt in alios contractus cōsentire, propter naturalem inclinationem ad illum contractū, quæ cōsensum facit fortiorē. *Ad secundum.*

Aliter potest dici, & melius, ꝙ non est simile de sponsalibus contractis inter septēnes, & inter adultos, quia .n. prima sponsalia faciliter possunt solui: ideo sufficit ibi modicus consensus, sed contracta inter adultos non dissoluuntur altero contradicente, nisi in casibus determinatis a iure: ideo requiritur ibi plenior cōsensus.

Ad tertiū dicendū, ꝙ ibi non interuenit iustus metus, qui possit cadere inconstātē virū, quia non erat probabile, ꝙ illi qui necem minabantur eam inferre possent, & vellent. *Ad tertiū.*

Vel dicas, prout consueuit exponi, ꝙ illud verbum matrimoniū sit firmū, & stabile nō ponitur præceptiuè, sed consultiuè, vel fortè metus non fuit sufficienter probatus, & habētur hæ solutiones: extra de his, quæ vi metusue cā fiunt. Abbas in Glo. Vel potest dici, ꝙ illud decretum loquitur in eo casu, quādo post coactionem commixtus est ei carnaliter, vt habetur ibidem in Glo.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum persona consentiens in aliam sibi non consentientem possit illa viuente contrahere matrimonium.

ET VIDETVR, ꝙ non: secundum philosophum .4. Meta. Aliquãdo ita se duo habent, ꝙ vnum refertur realiter ad aliud, & non ecõuerso, vt patet in scientia, & scibili: ergo a simili cum matrimonium sit religio quædam, vt superius ostensum est, potest vir realiter matrimonio copulari cum muliere consentiendo in ipsam, illa non consentiente in ipsum, ad quod sequitur, ꝙ illa viuente cum alia cõtrahere nõ põt.

Secundo. Item secundum iudicium ecclesię matrimonium ex altera parte potest esse solidum, & ex altera nullum: ergo a simili, ita potest esse verum in foro conscientiæ per cõsensum ex parte vna, non existẽte consensu ex parte alia: ꝓbatio assumptæ. Si mulier in iudicio confitetur se consensisse per verba de præsenti ĩ Martinum, & Martinus in eam. Martino hoc negãte, & muliere non potente probare quod proposuit. Martino nõ interdicetur licentia contrahendi cum alia, sed mulieri prohibebitur, ne viuente Martino contrahat cũ alio, quia cõfitenti in iudicio contra ipsum creditur.

Tertio. Item si aliquis donat alij rem aliquam illo alio nihil dante sibi, tamen datum acceptante tenet donatio: ergo similiter si vir consentiẽdo in mulierem donat ei potestatem corporis sui, illa non consentiente, ꝙ vir habeat potestatem aliquam in corpus suum, acceptante tamen potestatem sibi datam a viro tenet donatio: ergo vir ille non poterit contrahere cum alia contra voluntatem illius.

In oppositũ. CONTRA, vir consentiens in mulierem, vel econuerso non prohibetur contrahere cũ alia, nisi inquantum consensus ille facit matrimonium, sed si consensus fit ex vna parte, & non ex alia, non potest matrimonium perficere: extra de sponsal. Tua nos; ergo consentiens in non consentientem sibi, potest cũ alio vel alia contrahere matrimonium illo vel illa viuente.

Secundo. Item inter coniuges est quędã relatio æquiparantię, quia secundum Apostolum 1. Cor. 7 Mulier sui corporis nõ habet potestatem, sed vir: similiter vir sui corporis potestatẽ nõ habet, sed mulier. Sed relatio æquiparantiæ nunquam est inter aliqua duo, nisi sit mutua: ergo matrimonialis obligatio nunquam est in viro respectu mulieris, nisi sit etiam in muliere respectu viri.

CONCLVSIO

Consentiens in non consentientem sibi in corde, uerbis tamen se consentire significantem, illa persona uiuente, cum alia contrahere nequit, è contra uero si dissentiens dissensum exterius non significauerit aut post significationem mox non reuocauerit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ persona nõ consentiẽs in corde, aut exterius significat se consentire, aut nõ. Si non, non est matrimonium, nec secũdum iudicium Dei, nec secũdũ iudiciũ ecclesiæ: vnde non obstãte consensu ex altera parte, licebit cuilibet cum alia persona contrahere; Deus enim qui matrimoniũ instituit non vult vinculum matrimoniale, posse contrahi, nisi cum mutua obligatione per consensum mutuum causata. Si aũt non cõsentiens in corde, significat per verba de præsenti se consentire, est matrimonium præsumptum: vnde persona quæ consensit debet putare verum matrimonium esse contractum, etiam si alia persona post temporis interuallum notabile iuret, se nunquam consensisse in corde, quia sicut dicitur extra de proba. Per tuas. Nimis indignũ est iuxta legitimas sanctiones, vt qđ sua q̃sq; voce dilucidè protestatus est: in eundẽ casum proprio valeat testimonio infirmare. Vnde nõ credo, ꝙ in hoc casu sit licitũ ꝑsonæ, q̃ consensit cũ alia cõtrahere illa viuente, q̃a si cõtraheret se ꝓbabili periculo adulterij exponeret. Si tñ non cõsentiẽs q̃ verbis significat se cõsentire in cõtinenti reuocet, ꝑsumi põt, ꝙ ex errore primum dictum ꝓtulerit, & tunc persona q̃ consentit stare poterit verbis secundo ꝓlatis. Argumentũ ad hoc: extra de testib. cogendis. Præterea, & in hoc casu credo, ꝙ personæ q̃ cõsensit, licitũ sit cum alia contrahere priori viuente. Si aũt ꝑsona q̃ corde non consensit, & cõsensum verbis significauit, postea in corde cõsentiat, durãte consensu alterius efficitur matrimoniũ verũ, q̃a tũc ex vtraq; parte adsumit, oĩa q̃ ad verum matrimonium requiruntur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non valet illa consequentia, sic est in aliquibus relatiuis: ergo ita in quibuslibet alijs, vel esse potest.

Ad secundum. Ad scđm dicẽdũ, ꝙ nunq̃ ecclesia iudicat m̃rimoniũ esse solidum ex vna ꝑte, & nullũ ex alia, sed aliq̃n iudicat verum esse matrimoniũ secundum confessionem partis alterius, & ideo personæ confitenti se esse in legitimo matrimonio prohibet aliud contrahere.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ non est simile, q̃a dominus superior aliquarũ rerũ concedit valere donationẽ, q̃uis acci piẽs nõ redonet, sed donationẽ ꝑtãtis in corpus proprium, q̃tũ ad carnalẽ concubitũ non ꝑmittit valere, nisi acceptãs similẽ ꝑtãtem in corpus proprium donet illi, q̃a si secus fieret esset contra tria bona matrimonij, q̃ coniugũ carnalẽ excusant concubitũ, & quandoq; meritorium reddunt.

Ad oppositam partẽ. AD argumẽta ad partẽ aliã dicẽdũ, ꝙ q̃uis bene concludãt non contrahi m̃rimoniũ verũ sine consensu mutuo: non tm̃ in ore, sed in corde, ex hoc tñ non sequitur, ꝙ consentiẽs in nõ consentientem sibi in corde, verbo tamẽ significantẽ se consentire possit cum alia persona illa viuente contrahere, propter rationem, quæ in corpore quæstionis dicta est.

QVAESTIO IIII.

Vtrum parentes possint liberos suos cogere ad matrimonium contrahendum.

Arg. 1. D. Bo. ibid. q. 3. D. Tho. q. ea. ar. 6. Sco. dist. ea. ET VIDETVR, ꝙ sic. ff. de spon. l. Sed quæ patris. dicitur de filia, ꝙ tunc solum dissentiendi a patre licẽtia conceditur si indignum moribus vel turpem sponsum ei pater eligat.

Secundo. Item extra de desponsatione impuberum. Tua. Potest filium nondum adultum cuius voluntas discerni non potest, pater cui vult matrimonio tradere, & postquam filius peruenerit ad perfectam ętatem omnino debet hoc adimplere.

Tertio. Item pater spiritualis. s. Papa potest filios cogere ad contrahendum matrimonium spirituale, potest enim cogere clericos ad recipiẽdum episcopatus: ergo a simili parentes carnales possunt cogere filios ad contrahendum matrimonium carnale.

In oppositum. CONTRA, 27. q. 2. Sufficiat. dicitur, ꝙ si solus consensus defuerit cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur: ergo parentes, inuitos filios nuptui tradere non possunt.

Secundo. Item extra de despon. impub. c. 1. dicitur, ꝙ si filius adultus aliquo mõ non consentit, pater non potest ipsum facere matrimoniũ contrahere.

CONCLVSIO.

Ob onus matrimonij, ipsiusque significationem filius, vt contrahat matrimonium parenti, coniugium præcipienti, obedire non tenetur, nisi sit necessariũ ad aliquem finem.

Respon. RESPONDEO, ꝙ propter onus matrimonij, & quia significat liberam coniũctionem Christi, & ecclesiæ, parentes non possunt inuitos filios, vel filias cogere ad matrimoniũ contrahendum, nisi fortè accideret casus in quo sine præcepto paterno matrimonium cõtrahere tenerentur: vnde illud verbum Apostoli ad Collos. 3. Filij obedite parentibus p omnia, non intelligitur simpliciter vniuersaliter, sed de omnibus pertinentibus ad potestatem paternam. Si tamen illi de quorũ coniunctione agitur non sunt sui iuris, sufficit consensus tacitus, cum expresso eorum consensu, in quorum sunt potestate: si autẽ sunt sui iuris, requiritur illorum expressus consensus.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis secundum iura ciuilia, ita sit de filia: aliter tamen est secundũ canones: extra de despon. impu. c. 1. in Glo.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ illud verbum intelligendũ est, vel in casu, in quo filius sine pcepto paterno illam eãdem ducere teneretur, vel de filio, qui ante annos pubertatis erat doli capax, & consenserat, vel illud verbum debet intelligi de debito honestatis, non necessitatis, secundum Glo. ibidem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ non est simile, qa dominus Papa maiorem potestatem habet super membra ecclesiæ, quam parentes carnales super filios suos carnales, & præterea contrahens matrimonium spirituale efficitur melioris conditionis, quam contrahens matrimonium carnale. Nec est dicendum, ꝙ dominus Papa non possit cogere personam idoneam, ad recipiendum episcopatum, sed ꝙ hoc possit indubitanter est asserendum.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum matrimonium contractũ per consensum metu coactum, ratificetur per sequentem consensum tacitum.

Secundo vtrum per carnalem copulam sequentem.

Tertio vtrum ratificet si firmetur per iuramentum.

Quarto vtrum ille, qui iurauit aliquam ducere in vxorem, possit religionem intrare, matrimonio non prius contracto.

QVAESTIO I.

Vtrum ratificetur per sequentem consensum tacitum.

Arg. 1. D. Bon. d. 28. art. 1. q. 4. ET VIDETVR, ꝙ non: quia si aliqua duo requiruntur pro cã vnius effectus, non causant effectum, nisi simul coniuncta, si. n. duo hoĩes requiruntur ad vnum nauis tractum, nunquam eam traherent diuisim: cum ergo ad contrahendũ matrimonium requiratur consensus de pręsenti interior, & eius expressio exterior, non efficient matrimonium diuisim: ergo sequens tacitus consensus cum expressione exteriori, q̃ præcessit non efficiunt matrimonium.

Secundo. Item quod nihil est, non ratificatur, sed matrimonium contractum per cõsensum coactũ, nullum est: ergo per sequentem consensum tacitum non ratificatur.

In oppositum. CONTRA, si existens in ætate debita contrahit cum persona non sufficientis ætatis ad matrimonium, quamuis matrimonium nondum sit: ratificatur tñ post cõsensum illius, qui fuerat minoris ætatis, cum ad annos nubiles peruenerit, extra de despon. impu. De illis primo: ergo a simili, q̃uis matrimonium contractum per consensum coactum nullum sit, tamen per sequentem consensum liberum, quamuis tacitum potest ratificari.

CONCLVSIO.

Matrimonium consensu coacto, ac metu cadente in constantem virum contractum per subsequentem consensum tacitum verum, & validum efficitur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ matrimoniũ contractũ p cõsensum coactũ metu cadente in constantem virum, aut est cõtractum per coactionem consensus viri, vel mulieris tantum, aut vtriusque simul: si primo modo, ille qui liberè cõsensit ligatus est: aliter nõ, si tamen postea tacite con-

te consentiat, & liberè, persona ligata in consensu pristino persistente verum efficitur matrimonium, & tunc vterque ligatus est, quia quamuis tacitus consensus per se non sufficeret: tamen sufficit cum expressione exteriori quæ præcessit. Si autem persona ligata resiluit a consensu ante sequentem cõsensum alterius tunc distinguo, quia aut contraxit matrimonium aliud, & tunc dico, ꝙ illud secũdum matrimonium tenet, quamuis peccauerit contrahendo, si congruo tempore non expectauit liberum consensum alterius tacitum, vel expressum. Aut non contraxit aliud matrimonium, & tunc secundum iudicium ecclesiæ præsumetur in eodem consensu permanere, quia quæ in aliquem semel consenserit amplius non poterit dissentire, si alius non negauerit suũ præstare consensum: extra de spon. impu. De illis primo, secundum tamen iudicium Dei, nõ est matrimonium verum: quia talis non põt esse sine concursu mutui consensus interioris. Si autem vtraq; persona fuit coacta: tunc ad hoc ꝙ sit verum matrimonium, requiritur nouus consensus, ex vtraque parte: sed non noua exterior expressio.

Ad primũ AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior non est vniuersaliter vera, si intelligatur de simultate coniunctionis, secundum essentias, proles enim guttæ requiruntur pro causa vnius cauationis, nec tamen omnes simul sunt, secundum essentias, quãdo causatur cauatio, sed vna causat virtute præcedẽtium; quarum quælibet aliquam fecit dispositionẽ. Aliqualiter dico a simili, ꝙ sequens consensus tacitus cum virtute expressionis, quæ præcessit, efficit matrimonium.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ proprie loquendo, melius dicitur illud matrimonium per sequentem tacitum consensum perfici, quàm ratificari, & consensus coactus, qui consensus fuit, quamuis non ratus, per sequẽtem consensum tacitum ratificari.

QVAESTIO II.

Vtrum per carnalem copulam sequentem ratificetur.

CONCLVSIO.

Matrimonium metu contractum per sequentem copulam carnalem validum euadit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ mulier quæ contraxit per cõsensum coactũ metu cadente in mulierẽ constantẽ, si postea cũ illo, cũ quo cõtraxit carnaliter copulatur, aut ad hoc cogitur per vim absolutã, aut ꝑ sufficientẽ metũ, aut ꝑ leuẽ, primis duobus modis nõ ratificatur ꝓdictũ matrimoniũ, nec q̃tũ ad iudiciũ fori, nec quantũ ad iudiciũ poli, ꝑ copulã carnalem, sed tertio mõ ratificatur ꝑ eã, quantũ ad iudiciũ fori, siue interiùs cõsentiat, siue nõ: qa ex quoad hoc inducitur ꝑ leuẽ metũ, aut habita potestate reclinãdi permittit se cognosci præsumitur interiùs consentire, si tamen interius non consentiat in matrimonium, non efficitur matrimonium verum, secundum iudicium poli.

QVAESTIO III.

Vtrum matrimonium contractum per consensum metu coactum, ratificetur, si firmetur per iuramentum.

CONCLVSIO.

Coniugiũ metu graui contractũ, ac iuramento firmatum ipso iure nullum esse existimatur.

Ad hoc dicunt quidam ꝙ sic, saltem in foro conscientiæ, qñq;. n. contractus, q̃ non tenet, si nõ ꝑ iuramentum firmetur, vel ꝑ interpositionem fidei, validus efficitur si firmetur ꝑ alterũ illorũ: ext. de his, q̃ vi metusue causa fiunt. Ad aures: vbi dicitur, ꝙ renunciatio electionis facta ad terrorem laicorum non tenet, nisi iuramento, vel fide interposita firmetur. *Respon primæ opi.*

Alij dicunt, & probabiliter, ꝙ matrimoniũ contractum coactione per metum cadentem in constantem virum, firmatum per iuramentum non tenet, nec in foro exteriori, nec in foro conscientiæ, qa aut illo iuramento iuratur, aliqd ꝓteritum, aut aliqd ꝑsens, aut aliquid futurum: si primo mõ, planum est, ꝙ non põt ratificare matrimoniũ, quod alias esset nullũ, qa si coactus iurat, ꝙ vere cõsenserit, tale iuramẽtum non põt facere consensum iam præteritũ esse validum, si ante non valuit: si secundo mõ, ẽt ratificare non põt: qa si contrahendo iuret, ꝙ in rei veritate consentit interius in corde, & nõ consentiat periurus est: periuriũ aũt mrimonium ratificare non põt: si aũt vere consentit, quãuis verum iuret: tñ illud iuramentum matrimonium non ratificat, quia tale iuramentũ est assertoriũ, vnde illo non fit, nisi testificatio de præsentia ĩterioris cõsensus, vnde si ĩterior cõsensus de se est inualidus, & inefficax ad matrimonium cõtrahendum, testificatio ꝑsentiæ talis consensus nihil facit ad matrimonium: si aũt iuretur aliqd de futuro sic. Iuro tibi, ꝙ cõsentiã in te, planum est, ꝙ tale iuramentum nõ põt ratificare contractum per verba de ꝑsenti, qui præcessit, quia tali iuramento non firmatur, nisi promissio de contrahendo. *2 opi. quã Doctor sequitur.*

Verum aũt talis promissio iuramento firmata teneat, visum est qõne 2. articuli ꝓceden.

Et tenentes hanc secundam opinionem ad decretalẽ allegatam ꝑ alia opinione, dicũt, ꝙ nõ est simile, qa maior libertas reqritur in cõtrahendo mrimonium, quam in renunciando electioni: vnde extra. eo. ti. Abbas. in Glo. dicitur, ꝙ matrimonium contractum per metum, non tenet, nec obligatus est, qui hoc facit, etiam si iurat, quia matrimonia libera esse debent, quia inuite nuptiæ difficiles exitus consueuerũt habere: & parum post dicitur, ꝙ vbi metus, vel coactio intercedit, consensus liber dici non potest.

QVAESTIO IIII.

Vtrum ille qui iurauit aliquam ducere in vxorem, possit religionem intrare matrimonio non prius contracto.

Arg. 1. D. Bon. di. 27. ar. 3. q. 2. D. Th. q. 43 ar. 3. Sco. di. 32. q. vn.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia nullus potest facere quin periurium sit peccatum, cũ sit contra, secundum pceptũ primæ tabulæ, sed si talis intraret religionẽ non prius contracto matrimonio p iurat: ergo si talis intraret religionem matrimonio non prius contracto, peccaret.

In oppositũ. CONTRA, si contraheret, aut intenderet explicitè, vel implicitè se obligare ad carnalem copulam, si alter cõiunx exigeret, aut nõ. Si sic, intenderet se obligare, si alter coniunx vellet, ad illud quod sibi viam præcluderet ad maius bonum, ad talem autem obligationem nullus tenetur. Si vero non, contractus ille nullus esset, quia ad hoc, ꝙ vinculum matrimonij contrahatur, requiritur, ꝙ vterque coniugum explicitè vel implicitè consentiat in carnalem copulam sub hac conditione, si alter coniux eam exigeret: ergo videtur ꝙ ille licitè potest religionem intrare, non contracto matrimonio.

CONCLVSIO.

Religionem ingredi volens post præmissum iuramentum de uxore ducenda, potest absque peccato religionem intrare matrimonio non contracto.

Respon. iuxta primam opinionem, cui adhæret Doct.

RESPONDEO, vt habetur extra de sponsal. Commissum. tutius est ei: religione iuramenti seruata prius contrahere, & postea si elegerit ad religionem migrare. Quod nõ sic est intelligendum, secundum quosdam ꝙ hoc sit tutius, secundum veritatem, sed quo ad opinionem, ne de facto dicatur iste contra suum iuramentum venisse, quia non videtur infringere iuramentum, qui illud commutat in melius: extra de iureiurando. Peruenit secundo. vnde si vult, potest absque peccato, religionẽ intrare matrimonio non contracto.

Secũda opi. Alij dicunt contrarium, quia potest vtrunq; facere, quia ante consummationem matrimonij cuilibet coniugum altero inuito licitũ est religionem intrare, non tenentur tamen contrahere, nisi in loco tuto, vbi ad carnalem copulam cogi non possint. Videtur autem mihi magis adhærẽdum opinioni primæ, maximè, quia sic contrahens matrimonium nõ contraheret illa intentione, qua se contracturum iurauit, nec sub illa qua mulier recepit iuramentum: vnde si contraheret cum ea, ante redditionem debiti religionem intrare intendens eam deluderet.

Pro prima opinio. Ad argumentum. QVI vult tenere primam opinionem potest dicere, ꝙ talis intrans religionẽ non contracto prius matrimonio nõ periurat, quia iuramentũ nõ infringit, qui illud in melius commutat, vt patet per decr. allegatam pro prima opi. dr̃ etiam in glo. ꝙ non dicitur deiurare, q ex iuxta causa deserit iuramentum. Argumentum ad hoc 22. q. 2. Beatus, & extra de voto, & voti redẽp. Scripturæ.

Pro secũ. opinione ad argumẽt. QVI vult tenere secundam opinionem potest dicere ad argumentum ad partem primã, ꝙ vt dicitur: extra de spon. Commissum. in textu. sed expressius in Glo. quia licet talis gerat in corde virginitatem, consentire potest in matrimonium, & hoc rationabile est, quia talis consentit implicitè in carnalem copulam, si alter coniux exegerit: si non fecerit illud per quod a tali debito absoluatur, quamuis hoc firmiter intendat facere.

CIRCA litteram. Tantum in domino nubat, idest cum fideli: non cum infideli. Si patris voluntati non repugnat consentire intelligitur: si tamen interiùs non consentit, nõ est matrimonium, secundum rei veritatem, est tamen matrimonium præsumptum, si illa non erat sui iuris.

De errore, qui euacuat consensum.

DISTINCTIO XXX.



NEC solũ coactio impedit, vel excludit cõsensum, sed ẽt error. Nõ aũt omnis error cõsensum ĩpedit. Est.n. error alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ quãdo hic putatur esse hõ ille, & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse diues, q paup est, uel ecõuerso. Error cõditionis, quãdo putatur esse liber, q seruus est. Error qualitatis, quãdo putatur esse bonus, q malus est. Error fortunæ & qualitatis cõiugij cõsensum nõ excludit. Error uerò cõditionis cõiugalẽ cõsensũ euacuat: de qua cõditione postmodũ tractabimus. Error quoque psonæ cõsensum cõiugalẽ nõ admittit, ut si quis fœminã nobilẽ in cõiugiũ petat, & p ea alia ignobilis tradatur ei, nõ est inter eos cõiugiũ: qa nõ cõsensit uir in istã, sed in aliã. Vt si qs promitteret mihi se uẽditurũ aurũ; & pro auro offerret mihi aurichalchũ, & ita me deciperet: nũquid dicere cõsensisse in aurichalchũ? nũquã uolui emere aurichalchũ: nec ergo ĩ illud cõsensi: quia cõsensus nõ nisi uolũtatis est. Sicut ergo error materiæ excludit cõsensum, ita & in cõiugio error psonæ, sed obiicitur de Iacob, qui pro Rachel septẽ annis seruierat, & supposita est ei Lia: nũqd error psonæ exclusit cõiugiũ, cũ nõ in ea, sed in Rachel cõsenserit? Sed qđ ibi factũ est, in mysterio gestũ nõ ĩprobè traditur: ibi tamẽ etsi nõ pcessit, secutus est cõsensus, nec ex illo cõcubitu, qui cõsensũ pcessit, fornicarij iudicãtur, cũ ille maritali affectu eã cognouerit, & illa uxorio affectu debitũ psoluerit, putãs lege primogenitarũ & paternis ĩperijs se illi iure copulatã. Excusatur ẽt, qa Dei cõsilio in mysterio ita actũ est. Hodie ẽt excusaretur ille, cui ĩscio uxoris soror lectulũ eius ĩgressa se subiiceret: quæ cũ sine spe cõiugij ppetuò manere cẽseatur, illæ tamẽ qui cognouit eã p ignorantiã, excusatur: quod p simile probatur. Si. n. diabolus transfigurans se in angelum lucis, credatur bonus,

Dist. 36. in ius.

Oppositio. Gen 29. d

Solutio.

45 q. 1. et 6 c. Intellectum.

bonus, non est error periculosus. Quòd autem vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur. Si quis hæreticus nomine Augustini vel Ambrosii, alicui catholico se offerret, eumque ad suæ fidei mutationem vocaret, si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hæreticorum sectam, sed in integritatem fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Error verò fortunæ consensum non excludit. Quæ enim nubit pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renunciare priori conditioni, quamuis errauerat. Nec error qualitatis: vt si quis ducat vxorē meretricē, vel corruptā, quā putat esse castā vel virginem, nō potest eā dimittere.

Ex 6o cap. Enchiri. 1. Cor. 11. c

De coniugio Mariæ, & Ioseph.

Præmissis aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam & Ioseph intercessit. Sanè credi potest, non solum Mariam, sed etiam Ioseph apud se disposuisse virginitatē seruare, nisi Deus aliter iuberet: eosque sic consensisse in coniugalem societatem, vt vterque de altero, reuelante spiritu sancto, intelligeret, quòd virginitatem seruare vellet, nisi Deus aliter inspiraret: sed illam voluntatem verbis non expresserant: postea verò expresserunt, & in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulā, nisi de eadem specialiter Deus præciperet: cuius etiā consilio in maritalem consensit copulam: quia virginitatem seruare volebat: & ideo non aliter consensisset in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset: de qua Augustinus sic ait. Beata Maria proposuit se seruaturam votū virginitatis in corde: sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuinæ dispositioni, proposuit se perseueraturam virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuinæ dispositioni, consensit in carnalem copulam, non illā appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroq; obediēdo: postea verò simul cū viro labijs expressit, & vterq; in virginitate pmāsit.

Aug li. 23. contra Faustū Manic. ca. 8. & 9. tom. 6.

27. q. 2. ca. Beata Maria.

Quod perfectum inter eos fuit coniugium.

Inter quos, vt ait Augustin. perfectum fuit coniugium: perfectum quidem non in significatione, sed in sanctitate. Sanctiora sunt enim coniugia pari voto continentium. Vnde Aug. Quod Deo pari voto, & consensu voueratis, ambo perseueranter reddere debuistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem persseuera. Non quia pariter temperabatis à commixtione carnali, ideo maritus tuus esse desiiterat: imò verò tanto sanctius coniuges manebatis, quantò sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectum ergo fuit Mariæ & Ioseph coniugium in sanctitate: perfectum etiam fuit secundum triplex bonum coniugij, fidem scilicet, prolem, & sacramentum. Omne enim nuptiarum bonum, (vt ait August.) impletum est in illis parentibus Christi; fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum. Fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullū diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non intercesserit coniugalis concubitus, coniuges tamen verè fuerunt mente, non carne, sicut & parentes: quamuis Ambrosius dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulam: In omni, inquit, matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis: quam confirmat, & perficit coniunctorum commixtio corporalis. Sed intelligendum est cōiugium perfici commixtione corporali, non quantum ad veritatem vel sanctitatem coniugij, sed quantum ad significationem: quia perfectius vnionem Christi, & Ecclesiæ tunc figurat.

In epist. ad Ediciā, quæ est 199. Ibidem paulo post.

Li. de patriarchis c. 11. & 12. to. 4. Et 27. q. 2. cap.

De causa finali coniugij.

Exposito quæ sit efficiens causa matrimonij, consequens est ostendere ob quam causam soleat, vel debeat contrahi matrimonium. Est igitur finalis causa matrimonij contrahendi principalis procreatio prolis: propter hoc enim instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit, Crescite & multiplicamini, &c. Secunda est, post peccatum Adæ vitatio fornicationis. Vnde Apostolus. Propter fornicationem vnusquisque habeat vxorem suam, & vnaquæque habeat virum suum. Sunt, & aliæ causæ honestæ, vt inimicorum reconciliatio, & pacis redintegratio: sunt etiam & aliæ causæ minus honestæ, propter quas aliquando contrahitur, vt viri mulierisq; pulchritudo: quæ animos amore inflammatos sæpe impellit inire coniugium, vt valeant suum explere desiderium. Quæstus quoque & diuitiarum possessio frequenter est coniugij causa, & alia multa: quæ cuique diligentiam adhibenti facile est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicunt non esse coniugium, quod propter has causas minus honestas cōtrahitur. Constat. n. ex præmissis, coniugium fieri ex cōi consensu verbis de præsenti expresso, quamuis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum præstat Iacob, qui Rachel decoram facie, & venusto aspectu amauit, eamque multùm diligens ait. Seruiam tibi pro Rachel septem annis. In Deut. etiam legitur. Si videris in medio captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque vxorem habere, introduces eam in domum tuam, &c.

Gene. 1. e 1. Cor. 7. a

Dist. 27. & 28.


Gen. 29. Deut. 21. b

Quod malus finis non contaminat sacramētū.

Et licet fine non bono contrahatur coniugiū, quando species contrahentis mouet animum, coniugium tamen bonum est: quia vita mala, vel intentio peruersa alicuius, sacramentum non cōtaminat. Habuit autem coniugium Mariæ & Ioseph alias causas speciales, s. vt virgo solatio viri sustentaretur, & ut diabolo partus celaretur, ut Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspicionis, ne ut adultera damnaretur.

Glos. circa illud Mat. 1 Cū esset desponsata ex Origen.

DISTINCTIO XXX.



SVPERIVS determinauit magister de cōsensu mr̄imoniali quātū ad eius defectū ex parte voluntatis. Hic determinat quātū ad eius defectū ex pte ītētionis, & diuiditur in tres. Continuatio.

Primo determinat magister de defectu intentionis per errorem causato. Diuisio.

Scđo de cōiugio īter Ma. & Ios. ibi. (Pręmissis.

Tertio de causis contrahendi matrimoniũ; ibi. (Exposito.)

Media diuiditur in duas.

Primo determinat de virginitate Mariæ, & Ioseph.

Secundo de ipsorum coniugio ibi. (Inter quos.)

Illa pars, quæ ibi incipit: (Exposito.) diuiditur in duas.

Primo determinat de causis cõtrahendi matrimonium in communi.

Secundo de causis contractus matrimonij inter Mariam, & Ioseph in speciali. ibi. (Habuit autem.)

CIRCA, hanc di. quærendum est principaliter de tribus.

Primo de impedimento matrimonij ꝓpter intentionis defectum causatum per errorem.

Secundo de aliquibus tangentibus coniugium Mariæ, & Ioseph.

Tertio de causis contrahendi matrimoniũ.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum aliquis error impediat matrimonium.

Secundo vtrum solus error, respectu personæ, vel conditionis eius, cum qua contrahitur impediat matrimonium.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquis error impediat matrimonium.

A. § 1. D. Bon. di. 30. ar. 1. q. 1. D. Tho. in add. 3. p. q. 51. ar. 2. Sco. dist. 30 q. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia nihil impedit matrimonium, nisi sit cõtra aliquod de bonis matrimonij, sed error cum nihil aliud sit, quam aliud pro alio putare, secũdum Augustinum Enchiridion. 13. cap. non est contra aliquod de bonis matrimonij, vt patet inducenti: ergo non impedit matrimonium.

Secundo. Item si aliquis baptizat vnum quem putat esse alium: vel seruum, quem putat esse liberum vere baptizat: ergo a simili si mulier contrahit cum vno quem putat alium, vel cum seruo quem putat liberum, verum contrahit matrimonium.

Tertio. Item nõ obstante errore personæ fuit inter Iacob, & Lyam matrimonium: vt habetur Ge. 29. sed si aliquis error impedit matrimonium hoc maxime faceret error respectu personæ: ergo nullus error impedit.

Quarto. Item quamuis Isaac benedicẽdo Iacob crederet benedicere Esau, valuit tamen benedictio Iacob: vt. n. habetur Gen. 27. dicit Isaac, benedixit ei, & erit benedictus: ergo a simili quãuis contrahat mulier cũ vno, quẽ credit aliũ, verum est matrimonium, sed si talis error non impedit, multo fortius nullus alius.

In oppositũ. CONTRA, si aliquis promittit se venditurum mihi aurum, & pro auro affert mihi aurichalcum non tenetur contractus, quia nõ consensi in emptione auricalchi, sed auri: error. n. circa materiam excludit cõsensum, sicut dicit Magister huius di. cap. 1. & est 29. q. 1. ante medium: cum ergo personæ cõtrahentes sint materia matrimonij, error respectu personæ, cum qua contrahitur impedit matrimonium.

Secundo. Item secundum philos. 3. Eth. c. 3. Omne qđ est propter ignorantiam nõ est voluntarium, sed quod fit per errorem, fit per ignorantiam: ergo est non voluntarium, sed consensus actus est voluntarius: ergo error respectu personę, circa quam erratur, impedit errantis consensum, & ex consequenti matrimonium, quia quod impedit causam, impedit effectum.

CONCLVSIO.

Error in persona, vel in conditione cum sit circa matrimonij essentialia, matrimonij contractum procul dubio impedit.

Responsio. Error personæ, fortunæ conditionis qualitatis. RESPONDEO, secundũ ꝙ dicit Magist. huius di. c. 1. & est 26. q. 1. § 1. alius est error personæ: alius fortunæ: alius cõditionis: alius qualitatis. v. g. mulier volens contrahere errat circa personam, cum qua contrahit, quando putat ipsum esse alium, qui non est, vt si putet ipsum esse Titiũ, & est Martinus. Errat circa eius fortunã, si putat eum esse diuitem, & est paup. errat circa eius conditionem, si putat eũ esse liberum, & seruus est: errat circa eius qualitatem, si putat eum esse bonũ, & est malus. Primus error impedit matrimonium, quia impedit consensum ex parte errantis respectu personæ cum qua cõtrahit, cum. n. Berta cõtrahit cum Titio non putans illũ esse Titiũ, sed Martinũ, nõ consentit in Titium, sed in Martinum, quia sicut secundum Aug. 10. de Tri. c. 1. non possunt amari, nisi cognita, sic non potest esse consensus in personam nõ cognitam. Qũo autem error conditionis impediat matrimoniũ declarandum est inferius, distin. 36. Vtrum autem error fortunæ, & qualitatis matrimoniũ impediat, vel non, declarabitur in sequenti quæstione.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ error personæ est cõtra essentiam matrimonij, inquantum impedit eius efficientẽ causã, qui est mutuus consensus.

Ad secundum. Ad secundũ dicendũ, ꝙ non est simile, quia in susceptione baptismi efficitur simpliciter, melior conditio suscipientis: nõ aũt efficitur simpliciter melior conditio matrimoniũ contrahẽtis, & iõ reqrit̃ spãlior ĩtẽtio & cõsensus liberior in mrĩmoniũ cõtrahẽte q̃ ĩ baptizãte.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sicut dicit Magister in lit. huius di. ca. 1. q̃uis concubitum Iacob, cũ Lya non præcesserit consensus: tamen est subsecutus, sicut dicitur 29. q. prima. quasi statim post medium Iacob, & Lyam non fecit coniuges, præcedens consensus, sed subsequens.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quòd non est simile, quia illa benedictio fuit opus Dei, circa quod non potest cadere error, sed consensus

sensus est actus hominis circa quem error cadere potest.

Praeterea illa benedictio debebatur Iacob ex ordinatione diuina, quod post factũ Isaac per reuelationem intelligens benedictionem confirmauit dicens benedixi ei, & erit benedictus.

QVAESTIO II.

Vtrum solus error respectu personae vel conditionis eius, cum qua contrahitur impediat matrimonium.

Arg. 1. ET VIDETVR, quod non: quia omnis error respectu alicuius de bonis matrimonij impedit matrimonium: sed error sterilitatis est respectu alicuius quod est contra bonum prolis: ergo error sterilitatis impedit matrimonium.

Secundo. Item Magister huius dis. ca. 1. Si quis foeminam nobilem in coniugium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos cõiugium, sed error ignobilitatis comprahenditur sub errore fortunae, vel qualitatis: ergo nõ solus error personae vel conditionis impedit matrimonium.

Tertio. Item omnis error qui impedit voluntariũ impedit matrimonium: sed secundum Philosophum. 3. Ethico. cap. 3. Ignorantia cuiuslibet circunstantiae tollit voluntarium: ergo error respectu cuiuscunque circunstantiae impedit matrimonium.

Quarto. Item si aliquis contrahit cum consanguinea, quam putat extraneam impeditur matrimonium: sed error respectu consanguinitatis non est error respectu personae, nec respectu conditionis: ergo alijs error ab illis impedit matrimonium.

In oppositum. CONTRA, Magister huius dist. c. 1. & habetur. 29. q. 1. ante medium. Error fortunae, & qualitatis coniugij consensum non excludit: error vero conditionis coniugalem consensum euacuat: error quoque personae coniugalem consensum nõ admittit. Cum ergo omnis error ad vnũ de illis quatuor reducatur, solus error personae, vel conditionis matrimonium impedit.

CONCLVSIO.

Error in bonis fortunae, aut in qualitatibus coniugum matrimonium haud impedit, sed in persona duntaxat, aut conditione.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ inter habentes vsum liberi arbitrij nullus alius error, quam personae, vel conditionis matrimonium impedit, quia nullus error matrimonium impedit nisi sit respectu alicuius eorum, quae sunt matrimonio essentialia. Sed solus error personae, vel conditionis est respectu eorum, quae sunt matrimonio essentialia: error enim personae est respectu huius, quod est materiale in matrimonio. personae enim contrahentes sunt matrimonij materia. error vero conditionis est respectu huius quod est formale in matrimonio, quod est obligatio per totã vitam ad reddendum debitum, cum ab altero coniuge exigatur: cui obligationi opponitur conditio seruitutis, quia seruus cum sit possessio domini sui, potest occupari per dominum frequenter circa opera, quae non patiuntur ipsum reddere debitum petenti, si contraxit praeter licentiam domini sui. Aliae etiam rationes inferius dicentur. Error autem fortunae, vel qualitatis non est nisi respectu eorum, quae sunt accidẽtalia matrimonio: diuitię enim, & paupertas: pulchritudo, & turpitudo: boni mores & mali matrimonio sunt accidentalia, & ideo error circa talia matrimonium non impedit.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ bonum prolis secundum ꝙ est quid essentiale matrimonio nõ est generatio prolis: sed obligatio ad eius susceptionem, & religiosam educationem si genita fuerit: contra hoc autẽ est sterilitas. Ad primũ.

Ad secundum dicendum, ꝙ aliquando errat contrahens circa subiectum nobilitatis: aliquando circa nobilitatem subiecti non circa subiectum. Ad secundum.

Primo modo est error personae, vt cum intendit contrahere cum filia regis, & loco illius sibi praesentatur filia vnius ciuis, & ideo talis error impedit matrimonium, & sic intelligitur auctoritas Magistri.

Secundo modo est error qualitatis nec impedit matrimonium, vt si quis consentiat in personam sibi notam, quia credit eam nobilem, & tamen non est.

Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis error cuiuslibet circunstantiae impediatur secundũ quid uoluntarium: error tamen cuiuslibet circunstãtiae nõ impedit simpliciter voluntariũ. Ad tertiũ.

Ad quartum dicendum, ꝙ quędam sunt impedimenta matrimonij, siue respectu eorum fit error, siue non, vt consanguinitas, & plura alia de quibus dicetur inferius, & talia non cõprahenduntur sub impedimento erroris: quaedam sunt quae non impediunt nisi per errorẽ adiunctum: sicut diuersitas personae, & conditio seruitutis, & haec tantum comprahenduntur sub impedimento erroris. Ad quartũ.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER queritur de secundo principali. Et circa hoc quaeruntur duo.

Primo vtrum beata virgo virginitatem vouerit.

Secundo vtrum inter ipsam, & Ioseph matrimonium perfectum fuerit.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum beata virgo virginitatem vouerit.

Arg. 1. D. Bo. dist. 30 artic. 1. q. 2. D Tho dis. eadem q. 2. ar. 1 q. 1. Scot. dist. eadem. q 2.

ET VIDETVR, quòd non: quia dicitur Deutero.7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus tam in hominibus, quã in gregibus tuis: sed beata virgo nihil vouit, quod esset contrarium legi: cum ergo virginitas includat sterilitatem: virginitatem non vouit.

Secundo. Item Matth. primo dicitur, ꝙ Ioseph non cognoscebat eam donec pareret filium suum primogenitum: ergo videtur, ꝙ post partum Christi Ioseph cognouit eam, quod non fuisset si virginitatem vouisset, quia nunquam peccauit.

Tertio. Item Ioan. 2 dicitur de Christo qui descendit Chapharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: ergo Christus fratres habuit carnales, quia aliter non poneretur copula inter fratres, & discipulos. Hoc autem nõ fuisset si beata virgo virginitatem seruasset: cum ergo quicquid vouerit seruauerit virginitatem non vouit.

Quarto. Item Lucæ. 2. dicit mater eius ad illum. Ecce pater tuus & ego dolentes quęrebamus te: ergo Ioseph fuit pater Christi, ꝙ non esset verum: si beata virgo virginitatem seruasset.

In oppositũ. CONTRA, super illud Lucæ. 1. Virum non cognosco. dicit glo. interlinearis: ecce tãgit, ꝙ ipsa vouerit castitatem.

Secundo. Item Magister huius distin. cap. 2. & decretum. 27. q. 2. Beata Maria. dicunt, ꝙ Beata Maria proposuit seruaturam votum virginitatis in corde: sed ipsum votum non expressit: postea simul cum viro labijs expressit, & vterq; in virginitate permansit.

CONCLVSIO.

Beatissima virgo virginitatem suam Deo, & vouit, & vt voueret decentissimum fuit.

Respon. RESPONDEO, sicut dicit Ansel. in libro de conceptu virginali. c. 18. Decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret: nempe decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret. Et infra. de qua spiritus sanctus volebat & operaturus erat, vt conciperetur, & nasceretur ille de quo ipse procedebat. Sed cęteris paribus purior, & magis nitẽs est virginitas Deo per votum dicata, quam illa, quæ non, vt inferius ostendetur: ergo beata virgo non tantum virginitatem seruauit, sed se seruaturam etiã vouit, sub hac conditione, nisi Deus aliter ordinaret: secundum, quod dicit Magister in littera huius distinctio. c. 2. & hæc conditio fuit tam honesta, quia etiam si non fuisset apposita, debuisset tamen esse subintellecta. (Dis. 38. art. 6 q. 2.)

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ auctoritate illa accipitur sterilis pro illa, quæ vacabat concubitui coniugali: nec tamẽ cõcipiebat. Vel potest dici, ꝙ beata virgo fuit confinium veteris legis, & nouæ: sicut aurora noctis præcedentis, & diei sequentis, & ideo fecit votum cõsonum legi nouæ, nec tamen contrarium legi veteri, inquantum conditionem apposuit.

Ad secũdũ & tertium. Ad secundum, & tertium dicendum, ꝙ ex illis verbis ortum habuit vilissima hæresis Eluidianorum dicẽtium Beatam Virginẽ post Christi partum a Ioseph cognitam. Sed illa hęresis est omnino irrationabilis, & directè, & manifestè contra Catholicam fidem, ꝙ sit irrationabilis patet per ea, quę dicta sunt in corpore quæstionis.

Et præterea irrationabilissimum est opinari, ꝙ ex quo fuit corporale templum filij Dei, & perfectum spirituale habitaculum spiritus sancti vacaret operibus carnis. Quod in figura elegante designatur in Ezechiele. ca. 44. cũ dicitur. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam: eritque clausa principi porta. Porta est Maria: Deus Israel Christus: clausura virginitas: princeps Ioseph.

Dicendum ergo ad auctoritates, ꝙ ibi scriptura vocat primogenitum non post quem alius, sed ante quem nullus. Similiter donec, ibi accipitur: sicut cum dicitur in psal. Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, per hoc non intelligitur, ꝙ postea non sedeat: sed ꝙ vsque tunc, & postea. Similiter cum dicitur non cognoscebat eam donec peperit, &c. intelligendum est, ꝙ non cognouit eam ante nec postea.

In alia etiam auctoritate vocantur fratres non illi qui sunt de eodem vtero nati: sed consanguinei germani. vnde Paulus ad Gal. 1. dicit. alium autem Apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem domini, & constat, ꝙ ille Iacobus fuit consanguineus germanus Iesu Christi filius, scilicet matertere suæ. Christum autem non habuisse fratres filios matris suæ patet in hoc ꝙ vt habetur Io. 19. Moriens matrem suam recommendauit Ioanni euangelistæ loco filij, cum tamen non esset eius filius: sed nepos: quod non fecisset si alios præter Christum habuisset.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, ꝙ ibi nominatus est Ioseph pater Christi putatiue, secũdum gl. interlinearem ibidem. cui concordat illud, quod dicitur Lucæ. 3. Ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorum. 30. vt putabatur filius Ioseph.

QVAESTIO II.

Vtrum inter Mariam, & Ioseph fuerit perfectum matrimonium.

Arg. 1. D. Bon. ubi sup. D. Tho ubi sup. Sco. ubi sup.

ET VIDETVR, ꝙ non: non est perfectum matrimonium, quod est contra legem: sed illud matrimonium fuit cõtra legem, quia vt dicitur numerorum vltimo fœminæ maritos de eadem tribu accipient. Ioseph autem fuit de tribu iuda, & maria, & de genere sacerdotali: ergo inter

ter eos non fuit matrimonium perfectum.

Secundo. Itē non est matrimoniū perfectū, quod cōtra hitur ex irrationabili causa: sed illud matrimonium fuit contractum ex irrationabili causa, quia vt dicit Magister circa finē huius di. contractum fuit, vt partus diabolo celaretur, quæ causa nō videtur fuisse rationabilis, quia quamuis diabolus non possit nosce ea, quæ sunt in mente non latent tamen ea, quæ sunt in corpore: ergo non fuit matrimonium perfectum.

Tertio. Item ad perfectum matrimonium requiritur consensus in carnalem copulam, quia ad hoc requiritur obligatio ad reddendum debitum cum ab altero coniuge exigitur: sed beata virgo in carnalem copulam non consensit, quia vt habitum est in quæstione præcedenti vouerat virginitatem, & constat, ꝙ votum suū non violauit: ergo inter ipsam, & Ioseph perfectum matrimonium non fuit.

Quarto. Item post perfectum matrimonium non licet sponso sponsam dimittere: sed Ioseph quā uis esset iustus voluit occulte dimittere Mariam, vt habetur Matth. 1. ergo inter eos non fuit perfectum coniugium.

In oppositum. CONTRA, Magister huius dist. c. 3. dicit & habetur. 27. q. 2. Institutum. §. iuxta hāc di. Inter Mariam, & Ioseph perfectum fuit cōiugium.

Secundo. Item perfectum est coniugium quando cōiuges non tantum consentiunt in maritalem societatem: sed etiam in copulam carnalem: sed sicut dicit Magister in littera. huius di. ca. 2. & habetur. 27. q. 2. c. 1. Cum ergo. Beata virgo consensit in maritalem societatem, & in copulam carnalem: ergo inter ipsam, & Ioseph perfectum fuit coniugium.

CONCLVSIO.

Matrimonium ratum sanctissimæ Virginis, ac Ioseph verum, & perfectum fuit.

Responsio. Perfectionem rerum duplicem esse considera. RESPONDEO, ꝙ perfectio rei duplex est. quædam in esse primo. quædam in esse secunde: prima in hoc consistit, ꝙ res habet omnia, quæ pertinent ad eius essentiam: secunda consistit in quibusdam perfectionibus nō pertinentibus ad essentiam.

Primo modo fuit perfectum matrimoniū inter Mariam, & Ioseph, nō secundo, quia nō ita perfecte significauit indiuisibilem vnionē Christi, & ecclesiæ, & humanæ naturæ cum diuina persona: sicut matrimonium consumatū. vnde dicit Magister huius distin. cap. 3. ꝙ fuit perfectum, non in significatione, quia vt infra dicitur eodem capitulo matrimonium consumatum perfectius vnionem Christi, & ecclesiæ figurat.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod Maria, & Ioseph fuerunt de eadē tribu. quia quamuis ipsa fuerit de genere sacerdotali ex parte matris: fuit tamen de tribu Iuda ex parte patris. Christus enim fuit de tribu Iuda vnde Apoc. 5. Vicit leo de tribu iuda.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ minor est falsa, contractum enim fuit ex rationabili causa scilicet, vt partus diabolo celaret. Et vt Ioseph matri, & filio obsequeretur, quæ causæ tangūtur a magistro circa finem huius dis. & ab Origene in quadam homel. super illud Matth. 1. Cum esset desponsata, &c. Et vt Ioseph esset testis castitatis eius eam defendens ab infamia suspitionis, quam etiam causam tangit Magister vbi prius, & Ambrosius in homelia quadā super illud Lucæ. 1. Missus est Angelus. Et etiā ne virginibus sinistra opinione viuentibus, relinqueretur excusationis velamē, si mater domini visa fuisset infamata: sicut dicit Ambrosius vbi prius.

Ad illud ergo quod dicitur, ꝙ diabolo nō latent ea, quæ sunt in corpore, dico, ꝙ immo quandoque cum appropinquare non potest, diabolus autem virgini appropinquare non poterat propter virtutem sanctitatis illius, & ideo scire non potuit vtrum virgo concepisset: cum eam maritum habere videret.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ ad primam matrimonij perfectionem non requiritur cōsensus in carnalem copulam nisi implicite & sub conditione, scilicet si alter coniunx eam exegerit, & si Deus debitum reddendi non relaxauerit, & sic beata virgo in carnalem copulam consensit: nec in hoc periculo se exposuit, nec suo voto in aliquo derogauit, quia diuina inspiratione certificata fuit, ꝙ Ioseph ab ea nūquam exigeret carnalem copulam, & ꝙ si Ioseph exigeret Deus eam a debito absolueret reddendi, & sic intelligitur auctoritas allegata secundo ad secundam partem, quod patet, quia postquam dictum est, consensit in carnalem copulam, statim subiungitur: nō illam appetendo: sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo.

Ad quartū. Ad quartum dicendum, ꝙ Ioseph nunquā voluit eam dimittere quo ad separationem vinculi: sed aliquando timuit simul cum ea manere forte aliqua suspitione motus, quem timorem, & quam suspitionem admonitione angeli deposuit.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER queritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum ex causa inhonesta possit cōtrahi matrimonium.

Secundo vtrum tale matrimoniū sit bonū.

QVAESTIO I.

Vtrum ex inhonesta causa posit contrahi matrimonium.

Arg. 1. D. Thom. in Addit. 3. p. q. 48. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ nō q̄a nulla cōiūctio procedēs ex īhonesta cā a Deo sed omne matrimonium est a Deo. vnde Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet: ergo matrimonium con-

contrahi non potest ex inhonesta causa.

Secundo. Item in administratione cuiuslibet sacramenti requiritur ecclesiæ intentio: sed contrahens matrimonium ex inhonesta causa non seruat ecclesiæ intentionem: ergo non potest contrahi ex inhonesta causa.

In oppositum. CONTRA, vt habetur Genes. 2. Iacob contraxit cum Rachele, quia diligebat eam propter eius pulchritudinem: sed dilectio mulieris propter eius pulchritudinem est inhonesta causa contrahendi matrimonium, ergo & ex inhonesta causa potest contrahi.

CONCLVSIO.

Ex causa inhonesta matrimonium vtiquè contrahi potest, at illa non per se, sed per accidens coniugij causa nuncupabitur.


Respon. RESPONDEO, causa finalis contrahendi matrimonium duplex est: quædam per se, scilicet illa propter quam matrimoniũ fuit institutum, quæ duplex est: prima prolis procreatio, secunda fornicationis euitatio: sicut *te. cõ 50.* dicit Magister huius distinctio. c. 3. & hæ causæ semper sunt honestę: quædam per accidens scilicet ex intentione contrahentis, quę multiplex est, quædam enim sunt honestę: quædam inhonestę, & istę non habent numerum determinatum, quia sicut dicit Phil. 2. Physi. causæ per accidẽs sunt infinitæ. Dico ergo, ꝙ loquẽdo de causa per se, ex causa inhonẽsta non potest contrahi matrimonium, potest tamen ex causa per accidens: causæ enim per accidens in effectu non faciunt essentialem transmutationem nisi mediante aliqua causa per se.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ de coniunctione matrimoniali ex inhonesta causa possumus loqui dupliciter: aut ratione actionis contrahentis, aut ratione vinculi ex illa actione prouenientis, quod vinculum est matrimonium. In ipsa autem actione duo sunt, scilicet essentia actionis, & deformitas eius, essentia a Deo est, deformitas autem nõ, & quia ex illa actione sub ratione qua essentia est, non sub ratione qua deformis causatur matrimonij vinculum, quia sicut dicit Dionysius. 4. c. de di no. longe vltra mediũ. Malũ nõ operatur nisi in virtute boni: ideo matrimoniale vinculũ ex illa actione causatũ a Deo ẽ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est necessaria intentio ecclesiæ in speciali, sed sufficit in generali: quamuis autem contrahens matrimonium ex inhonẽsta causa non obseruet ecclesiæ intentionem in speciali: obseruat eam tamen in generali in hoc, ꝙ intendit verũ cõtrahere matrimonium.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium ex inhonesta causa contractum sit bonum.

Arg. 1. 
ET VIDETVR, ꝙ non. Phil. 2. topi. *c. 23.* Quorum generationes malę, & ipsa mala: sed matrimonij contracti ex inhonesta causa est generatio mala: ergo ipsum est malum.

Secundo. Item Boetius. 2. li. topic. Cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: ergo a simili, cuius finis malus est, ipsum malũ est. Sed matrimonij contracti ex inhonesta causa est finis malus: ergo ipsum est malum.

In oppositum. CONTRA, Magister huius dist. c. vltimo, dicit, ꝙ licet fine non bono contrahatur coniugium quando species contrahentis mouet animum: coniugium tamen bonum est, quia vita mala, vel intentio alicuius peruersa non contaminat sacramentum.

CONCLVSIO.

Coniugium etiam propter causas inhonestas contractum bonum est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ipsum matrimoniũ ex inhonesta causa contractum est bonũ, quia mala actio contrahentis non causat matrimoniale vinculum ratione suæ deformitatis, ratione cuius est mala: sed per suam essentiam ratione cuius est bona: & ideo sicut bona est proles per fornicationem genita, quia non generatur per deformitatem actionis, sed per eius essentiam: sic bonum est matrimonium ex inhonesta causa contractum, peruersitas enim in actione contrahentis dehonestat contrahentem, non matrimonium.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum Philosophi intelligendum est de generatione, quæ sub ratione qua mala, est geniti causa.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum Boetij intelligendum est de fine per se, matrimonij autem finis per se, semper est bonus.

CIRCA litteram. Si diabolus trãsfigurãs se in angelum lucis credatur bonus non est periculosus, quod intelligendum est si credens vltra non procedat, quia ille est error nõ iuris, sed facti: sed si vltra procederet adorando ipsum, vtpote si ille diceret se esse Christũ, caderet in idolatriam, nisi ipsum adoraret sub hac conditione si est Christus, Non in hæreticorum sectam, sed in integritatem fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere: supple diceretur consentire, quod verum est si illi hęretico dicenti se esse Augustinum, ille fidelis assentiret in generali, dicens se assentire de fide sicut ille: si autem ille hæreticus aliqua prædicaret contra fidem, & alius illi prædicationi assentiret non excusaretur ab errore, & maxime si prędicaret contra aliquem illorum articulorum quos quilibet fidelis vsum habens liberi arbitrij tenetur credere explicite. Ne vt adultera damnaretur. sicut enim dicitur Leui. 21. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui flaminis exuretur: beata autẽ virgo, vt superius visum est ex altera parte, erat de genere sacerdotali, & ideo si iudæi vidissent eã pręgnãtem, & nõ maritatã voluissent eã cõdemnare credentes ꝙ ex fornicatione, vel adulterio concepisset.

De tribus bonis coniugii.

DISTINCTIO XXXI.

Super Gen. lib 9. ca. 7. tomo 3. POST hæc de bonis coniugij, quæ sint, & qualiter coitum excusent, dicendum est. Tria sunt principaliter bona coniugij. Vnde August. Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles, sacramẽtum. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum alio, vel alia coeatur. In prole, vt amanter suscipiatur, religiosè educetur. In sacramento, vt cõiugium non separetur, & dimissus, vel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur.

De publici separatione.

Matt. 19. b 1. Cor. 7. A Separatio autem gemina est, corporalis scilicet, & sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis, vel ex communi consensu causa religionis, siue ad tempus, siue vsque in finem. Sacramẽtaliter verò separari non possunt dum viuunt, si legitimæ personæ sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos, etiam si alijs à se discedentes adhæserint. Li. 1. de nu. & concu. c. 10. tomo 3. Vnde Augustinus, Vsque adeò manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges etiam separati, quam cum alijs quibus adhæserunt. Ibidem. Item, Manet inter viuentes quoddam coniugale vinculum, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre: sicut apostata anima de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc qui recesserit, ad cumulũ Ibid c. 11. supplicij, non ad meritum premij. Item. Quibus placuit ex consensu ab vsu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit, vt vinculum inter illos coniugale rumpatur: imo firmius hæret, quò magis ea pacta secum gerunt, quæ charius concordiusque seruanda sunt, non voluptarijs corporum nexibus, sed voluntarijs animorum affectibus. Aug. 4. Sit. ca 5 para. Nunc quæ sunt. Et attende, ꝙ tertium bonum coniugij dicitur sacramentum, non quòd sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacrę signum est, id est, spiritualis, & inseparabilis coniũctionis Christi, & Ecclesiæ.

Hæc tria non adsunt omni coniugio.

Hugo lib 2. de Sacram. par. 11. c. 8. Et est sciendum, ab aliquibus contrahi coniugiũ, vbi hæc tria bona non comitantur. Deest enim fides, vbi vir cum alia, vel mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adhæret, vt ex eo, si adsit, amplius commendetur coniugium, si non adsit, non inde annihiletur. Quæ enim adultera est, non ideo coniunx non est: imò si coniunx non esset, adultera esse nõ posset. Non enim est adulterium nisi cum fides tori violatur legitimi, quòd cùm fit, culpa committitur, sacramentum verò non cassatur. Bonum quoque prolis non omnibus adest coniugibus. Quidã enim pari voto continẽtiam seruant: alij pro ætatis defectu, vel alterius rei causa generare non valent. Nec omnes illi etiam, qui prolem recipiũt, bonum prolis habẽt. Nã bonũ prolis dicitur nõ ipsa proles, vel prolis spes quæ ad religionem non refertur, verùm ad hæreditariam successionẽ; (vt cùm quis hæredes terrenæ possessionis habere desiderat) sed spes ac desideriũ quo ꝓles ad hoc quæritur, vt religione informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carẽt: nec ideo tamen coniugium esse desinit. Sacramẽtum verò ita inseparabiliter coniugio hæret legitimarum personarum, vt sine illo coniugium non esse videatur, quia semper manet inter viuentes vinculum cõiugale, vt etiam interueniente diuortio fornicationis causa, coniugalis vinculi firmitas non soluatur. Vbi verò non inter legitimas personas contrahitur coniugium, nõ adest illud bonum, quod dicitur sacramẽtum, qui a potest solui talium copula; de quibus post dicetur. Quòd verò coniugium sit inter eos qui coniugali affectu, non tamen gratia prolis, sed explendæ libidinis causa conueniunt, nec fornicarij, sed coniuges appellentur, ostendit Aug. inquiens, Solet quęri, Dist. 34. cùm masculus, & fœmina, nec ille maritus, nec illa Lib. de bono coniugɐ li. c. 5 to. 6. vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copu- Et 32. q. 2. c. Solet qri. lantur, ea fide media, vt nec illa cum altero, nec ille cum altera faciat id; vtrùm nuptiæ sint vocandæ. Et potest fortasse non absurdè hoc appellari connubiũ, si vsque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sunt, non tamen vitauerint, vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiã opere malo aliquo agãt ne nascantur. Cæterum si vel vtrunque, vel vnum horum desit, non inuenio quo modo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus aut suis facultatibus inueniat, quam in coniugio adducat; animo ipso adulter est, nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista cum qua sic cubat, vt cum ea nõ habeat maritale consortium. Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conueniunt: si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non vitent.

De his qui procurant venena sterilitatis.

Qui verò venena sterilitatis procurant, non con- De nupt et cõc. li. 1. c. 15 to 7. Et 32. q. 2. ca. Aliquãdo. iuges, sed fornicarij sunt. Vnde Aug. Aliquãdo eousque peruenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam venena sterilitatis procuret, & si nihil valuerint, cõceptos fœtus intra viscera aliquo modo extinguat, vel fundat, volendo prolem suam prius interire quàm viuere; aut si in vtero viuebat, occidi antequàm nasci. Prorsus si ambo tales sint, coniuges non sunt, & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt: Si uerò ambo tales non sunt, audeo dicere, aut illa quodammodo est mariti meretrix, aut ille adulter uxoris.

Quando sint homicidæ qui procurant abortum.

Hic quæri solet de his qui abortum procurant, quando iudicentur homicidæ, uel non. Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quãdo formatum est, Aug lib q. super Exo. cap. 80. & animam habet, ut August. super Exod. asserit: In- 32 q 2. ca. Quod uero forme autem puerperium, ubi non est anima uiua, lex ad homicidiũ pertinere noluit. Dicit etiam Au- Lib. q. uet. ac no te ca. 23. to. 4. gustin. quòd informe puerperium non habet animam:

mam:ideoq; mulctatur pecunia, non redditur anima pro anima. Sed iam formato corpori anima datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nā si cum semine, & anima existit de anima, multæ animæ quotidie pereunt, cùm semen fluxu non proficit natiuitati. Primùm oportet domum compaginari, & sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint, vbi erit anima? Item Hieron. ad Algasiam. Semina paulatim formantur in vtero, & tamdiu non reputatur homicidium, donec elementa † confecta suas imagines membraque suscipiant. Ex his apparet, tunc eos homicidas esse qui abortum procurant, cùm formatum est, & animatum puerperium.

To. 3. epi. in solut qu. 4. * confusa, legis Hiero.

De excusatione coitus, quæ fit per hæc bona.

Hug 4. sen. ten. cap. 4.

Cum ergo hæc tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt, ad excusationem coitus carnalis valent. Quando enim seruata fide thori causa prolis coniuges conueniunt, sic excusatur coitus, vt culpam non habeat. Quando verò deficiente bono prolis, fide tamen seruata conueniunt causa incontinentiæ, non sic excusatur, vt non habeat culpam, sed venialem. Vnde Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia, non habet culpam: concupiscentiæ verò satiandæ, sed tamen cum coniuge, propter thori fidem, venialē habet culpam. Item, Hoc quòd coniugati victi concupiscentia vtuntur inuicem vltra necessitatem liberos procreandi, ponam in his pro quibus quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra, &c. Vbi autē hæc bona desunt, fides scilicet, & proles, non videtur coitus defendi à crimine. Vnde in sententiolis Xysti Pythagorici legitur, Omnis ardentior amator propriæ vxoris adulter est. Item Hier. Sapiens iudicio amat coniugem, non affectu: non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum. Nihil est fœdius quam vxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis vxoribus iungi, imitētur saltem pecudes, & postquam venter vxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Idem, In matrimonio opera liberorum concessa sunt, voluptates autem, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore sunt damnatæ.

Lib. de bono coniugali, c. 6 to 6. Ibidē, ca 7. Matth. 6 b Citat Hier. li 1 con. Iouinia & in 18 c Ezec. Lib. 1 cōtra Iouinia in fine Et 32. q 4 c Origo quidem 32. q 4. ca. Liberorum.

De indulgentia Apostoli, quomodo sit accipienda.

Sed si concubitus qui fit causa prolis, culpa caret quid Apostolus secundum indulgentiam permittit? ita enim ait. Hoc autem dico secūdum indulgentiā. Cui enim præstatur venia, nisi culpæ? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatum. Sed, vt prædictum est, indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apostolus de nuptijs, & de carnali coitu, & ad utrunque retulit illud, Hoc autem dico secundum indulgentiam. Indulgentur enim nuptiæ secundum concessionem, & concubitus nuptialis qui fit tantùm causa prolis. Concubitus uerò qui est præter necessitatem generandi, ob incontinentiam, indulgetur secundum permissionem, quia ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoque non iubetur, nec conceditur, sed permittitur, quia non est laudabilis, sed venialis. De hoc Aug. sic ait, Fortè aliquis dicet: Si veniam concessit Apostolus, ergo peccatum sunt nuptiæ. Cum enim venia, nisi peccato conceditur? Planè quod infirmitati permisit secundum veniam audeo dicere peccatum esse: veniam namque concedens Apostolus, concubitū attendit coniugatorum, vbi est incontinentiæ malum. Incontinentiæ malum est, quod vir cognoscit vxorem etiam vltra necessitatem procreandi liberos: sed & ibi est nuptiarum bonum. Non enim quia incōtinentia malum est, ideo coniugium, vbi est concubitus præter intentionem generationis, non est bonum: non propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale, quod non reprehendit Apostolus sed malum incontinentiæ. Item, Concubitum qui non fit causa prolis, nuptiæ non cogunt fieri sed impetrant ignosci: si tamen non ita sit nimius, vt impediat tempora, quæ orationi debentur, nec immutetur in eum vsum qui est contra naturam. Concubitus enim necessarius causa generandi, inculpabilis, & solus ipse nuptialis est. Ille verò qui vltra necessitatem progreditur, non rationi, sed libidini obsequitur, & hunc non exigere, sed reddere coniugi ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si verò ambo tali concupiscentiæ subiguntur, rem faciunt, quæ non est nuptiarum: cuius delicti non sunt nuptiæ hortatrices, sed deprecatrices. Decus quidem coniugale est castitas procreandi, & reddendi carnalis debiti fides: hoc est opus nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apostolus dicens, Non peccat virgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit generandi intentio nec concubitus, qui propriè nuptijs imputandus est, quid secundum veniam concedit Apostolus, nisi quod coniuges debitum carnis exposcunt, non propaginis voluntate, sed libidinis voluptate? Quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam. Immoderata ergo progressio secundum veniam conceditur. Quocirca, & hinc laudabiles sunt nuptiæ, quæ etiam illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ, sic agitur, vt impediatur fœtus quem postulant nuptiæ. Omnino ergo in genere suo nuptiæ bonæ sunt, quia fidem tori seruant, & prolis suscipiendæ causa vtrunque sexum commiscent, & impietatem separationis horrent. Sanctitati etiam coniugij nec coniux infidelis obesse potest, sed potius fidelis prodest infideli, vt Apostolus docet. Ex his ostenditur, quòd coniuges qui causa prolis tantum conueniunt, vel qui exigentibus debitum reddunt, defendit à peccato sanctitas coniugij, bonumq; nuptiale. Si enim absq; peccato non posset fieri concubitus coniugalis, non præcepisset Dominus post diluuium eos copulari, dicens, Crescite, & multiplicamini, cùm iam sine carnali concupiscentia non possint commisceri.

1. Cor. 7 a. Dis. 26. li. d.

Citatur in Glo. ord. su. illud Cor 7 Secundum indulgentiam. Li 9 de Gen. ad li. c. 7. Et de bono uiduitatis, ca 4 sententia liter. Au li. de bono coniugali ca. 10. to. 6. Ibid. c. 11. 1. Cor. 7 g Au. c. 14. li. 1. de nupt. & cōcupis. tomo 7. Au. li 3 contra Iulianum. c. 11. 1. Cor 7 b Hu. 4. sen. capite 4. Gene. 9. a

Quod non omnis delectatio carnis peccatum est.

Sed fortè aliquis dicet, omnem carnis concupiscētiam, & delectationē, quæ est in coitu, malam esse, et peccatū, quia ex peccato est, & inordinata. Et nos dicimus illam cōcupiscentiam semper malā esse, quia fœda

Hug. ibidem.

fœda est, & pœna peccati: sed non semper peccatum est. Sepe enim delectatur vir: sanctus secundum carnem in aliqua re, vt requiescendo post laborem, edēdo post esuriem: nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic & delectatio, quæ fit in coitu coniugali, cui adsunt illa tria bona, à peccato defenditur. Videtur tamen Beatus Gregorius aliter sentire, scilicet sine peccato non posit fieri carnalis commixtio, dicens, Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua, ecclesiam intrare non debet. Quamuis diuersæ hominum nationes de hac re diuersa sentiant, & alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus fuit, post admixtionem proprie coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse coniugium: sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu est abstinendum, quia voluptas ipsa sine culpa nullatenus esse potest.

Greg. in re sponsum ad 10 interrogationem Aug. Cantuariensis episcopi, in fine 12. lib. regist. 33. q. 4. ca. Vir cum propria.

Determinat authoritatem.

Hoc autem ne prædictis obuiet, intelligendum est in illis, qui non gratia prolis cōueniunt: quorum voluptas nō est sine peccato. Et vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes, qui non interdum conueniant præter intentionem procreandæ prolis. Hoc autem quoties fit, ab ingressu ecclesiæ abstinendum est. Et quòd ita intelligendum sit, Gregorius consequenter ostendit: Si quis verò sua coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantùm creandorum liberorum gratia vtitur, iste profectò, siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus, quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habeant coniuges etiam de commixtione sua, quod defleant. Tunc autem vir qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionē valet accipere, cum ei secundum præfinitam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

Ibidem.

DISTINCTIO XXXI.

Continuatio.

SVperius determinauit Magister de matrimonio quo ad causam formalem, & efficientem. Hic determinat de ipso quo ad finalem, quæ in bonis matrimonij consistit.

Et diuiditur in tres.

Diuisio.

Primo determinat de tribus bonis cōiugij communiter.

Secundo de bono fidei in quocunque coniugio specialiter de se. ibi. (Sciendum est etiam.)

Tertio de bono fidei in coniugio patrum antiquorum specialissime di. 33. ibi. (Quæritur hic de antiquis.)

Prima in duas.

Prima determinat, quæ & quot sint coniugij bona.

Secundo qualiter excusant concubitum cōiugalem. ibi. (Cum igitur.

Prima in tres.

Primo ostendit, ꝙ tria sunt coniugij bona.

Secundo ostendit, ꝙ intentio vitandæ prolis in cōtrahendo matrimonium excludit. ibi. (Qui vero venenat.

Tertio ostendit incidenter quando iudicādi sunt homicidæ, qui procurent aborsum, & quando non ibi. (Hic quæri solet.)

Illa pars quæ ibi incipit. Cum igitur. diuiditur in tres partes.

Primo ostendit quādo hæc bona excusant coniugalem concubitum, & quando non. Secundo opponit in contrarium. ibi. (Sed si concubitus.

Tertio ostendit quomodo ambo coniuges se habent ad actum illum. ibi. (Sciēdum etiā.)

Secunda in tres.

Primo opponit per auctoritatem.

Secundo per rationem, & Gregorij auctoritatem. ibi. Si forte.

Tertio ponit auctoritatis Greg. determinationem. ibi. (Hoc autem.)

CIRCA hanc dist. quærēdum est principaliter de tribus.

Primo de bonis matrimoniū excusantibus.

Secundo de eorum habitudine ad matrimonium.

Tertio de modo excusandi per illa coniugale concubitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA, primum quæruntur tria.

Primo vtrum debeant esse aliqua bona matrimonium excusantia.

Secundo quæ & quot sunt.

Tertio quod est principalius inter illa.

QVAESTIO I.

Vtrum debeant esse aliqua bona matrimonium excusantia.

ET VIDETVR, quòd non: quia Res bona excusatione non indiget: sed matrimonium est res bona, & inquantum est in officium, & inquātum est in remediū: ergo bonis excusantibus non indiget. *Arg. I. D Bon. dis. eadem. art. 1. q. 1. D. Tho. in Addi. 3. p. q. 49. art. 1. Sco eadem dis. q. un.*

Item sicut cōseruatio indiuidui, quę est per actum nutritiue est de intentione naturæ: ita conseruatio speciei, quæ est per actum generatiue: sed actus nutritiue bono excusante non indiget: ergo a simili nec cōcubitus matrimonialis qui est actus generatiue. *Secundo.*

Item non minorem iacturam patitur homo quantum ad rationis vsum in dormiendo quam in actu carnalis copulæ, sed dormitio non indiget aliquo bono excusante: ergo nec actus carnalis copulæ. *Tertio.*

CONTRA, Magister in principio huius di. tria sunt principaliter bona coniugij. Et in *In oppositum.*

fra

fra ead. dis. c. 4 dicit, ꝙ cum hæc tria in aliquo coniugio simul concurrunt valent ad excusationem coitus carnalis.

Responsio. Nota. RESPONDEO, recta ratio docet non esse aliquid faciendum ab homine de quo patiatur iacturam: nisi pro recompensatione æqualis boni vel maioris: sed in contrahendo matrimonium homo obligat se saltem implicitè ad carnalem copulam sub cōditione scilicet si alter coniunx exegerit, & nisi coniunx exactus religionem infra tempus debitum intrauerit: in carnali autem copula sub conditione, scilicet, si alter coniunx exegerit: ratio iacturam patitur quantum ad sui vsum, quia in illo actu impeditur vsus rationis. vnde Philosophus. 7 lib. Ethi. c. 8. dicit de venere, quod furatur intellectum spisse sapientis: homo ergo in contrahendo matrimonium obligat se saltem implicitè, & sub conditionibus prædictis ad patiendum iacturam quātum ad vsum rationis. Existentes etiam in matrimonio iacturam patiuntur propter solicitudinem, & carnis tribulationem. vnde Apostolus prima Corin. 7. dicit de illis, ꝙ tribulationem carnis habebunt huiusmodi, & ideo debuerunt esse bona prædictas iacturas recompensantia, & hæc sunt illa, quæ concubitum matrimonialē excusant.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ matrimonium sine prædictis bonis non esset tres bona. vnde pro tanto ipsum excusare dicuntur, quia per ipsa est res bona.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ homo per actū nutritiuę nō patitur iacturas similes illis quas patitur per actum generatiuę. non enim sic infecta est nutritiua, & generatiua.

Ad tertiū. Aliud est vsus rationis impediri, & aliud pati iacturam. Ad tertium potest dici, ꝙ maior est falsa. non enim idem est pati iacturam quantum ad rationis vsum, & impediri in vsu rationis: quāuis enim dormiens impediatur in vsu rationis: non tamen patitur damnum si moderatè dormiat quantū ad rationis vsum: immo post somnum moderatum homo potetior est quātum ad rationis vsum: non sic autem potest dici de coniugali concubitu: non tantum enim homo per illum actum impeditur in rationis vsu: sed etiam damnum patitur quātum ad rationis vsum. vnde illum actum frequentantes efficiuntur debiliores ad clare videndum ea, quæ sunt secundum iudicium rationis, & merito, quia impedimentum, quod homo tunc patitur prouenit ex repugnantia, & inobediētia sensualitatis contra rationem, & ex dominio eius super eam durante illo actu. vnde illud impedimentum est vitiosum: sed quando causatur per coniugalem actum propter aliquod bonum matrimonij factum non est vitiosum secundum, ꝙ vitium accipitur pro culpa: sed secundum, ꝙ accipitur pro quodam recessu seu pro quadam obligatione a prima rectitudine naturæ: impedimentum autem vsus rationis in dormiendo prouenit ex lassitudine naturalium virium, & sensitiuarum.

Potest etiam dici ad minorem, ꝙ dormitio habet bona excusantia impedimētum vsus rationis in somno, quæ bona sunt vigoratio vsus rationis post somnum, & corporalis fortificatio, & naturæ sustentatio, quia sine somno natura humana pro statu isto sustentari non posset.

QVAESTIO II.

Vtrum plura sint, matrimonij bona, & quæ sint.

CONCLVSIO.

Matrimonij tria sunt essentialia bona sine quibus consistere haud potest, accidentalia vero plurima. *Arg. 1. D. B. in ibi. q. 2. D. Tho. ubi sup. ar. 1. Sco. vbi su.*

RESPONDEO, ꝙ sicut bonitas creaturę duplex est: quædam essentialis, & quædam accidentalis sic matrimonij quoddam est bonū essentiale, quod in tria diuiditur, scilicet, in fidem, prolem, & sacramentum, quoddam accidentale, & illud est multiplex, & indefinitum: sicut pax, & multa alia, quę ex matrimonijs aliquibus proueniunt. Numerus autem bonorū essentialium in matrimonio potest accipi: aut ex parte causę matrimonij: aut effectus: aut naturæ ipsius boni. *Matrimonij bonitas duplex. Respon.*

Primo modo sic, vt superius visum est ad matrimonium inclinat natura, & sic respicit bonum prolis, & ratio recta, & sic respicit bonum fidei: est etiam a iure diuino quod ipsum ad aliquod significandum instituit, & sic habet bonum sacramenti.

Secundo modo sic: in matrimonio est tria cōsiderare. videlicet vinculū, & vsum vinculi, & fructum ad quem ordinatur. vsus ratione primi bonum matrimonij est sacramētū: quo ad secundum bonum fidei: quo ad tertium prolis.

Tertio modo sic, secundum Philosophum. 8. Eth. cap. 2. bonum diuiditur in delectabile, vtile, & honestum, delectabile est bonū fidei: vtile bonum prolis. honestum bonum sacramēti, quę propter appropriationē dicta sunt. quia in quolibet trium prædictorū potest inueniri aliquo modo ratio delectabilis, vtilis, & honesti.

QVAESTIO III.

Vtrum bonum sacramenti sit principalius inter illa.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia finis est principalissimum in vnoquoq; sed bonum prolis est finis propter quem institutum fuit matrimoniū: ergo bonum prolis principalius est in matrimonio, quam bonum sacramenti. *Arg. 1. D. Bon. ibi. D. Tho. vbi sup. ar. 3. Sco. vbi su.*

Secundo. Item illud est principalius in vnaquaque re quod magis pertinet ad eius essentiam: sed bonum fidei est huiusmodi, quia matrimoniū nihil aliud videtur esse nisi mutua obligatio ad reddendum debitum exigenti, quæ obligatio ad bonum fidei pertinere videtur: ergo bonum fidei principalius est in matrimonio, quam

quam bonum sacramenti.

Tertio. Itẽ rei naturali essentialius est illud, quod in ea respicit esse naturæ, quam illud quod respicit esse gratiæ, sed vt superius habitum est: matrimonium est res naturalis, & bonum prolis, & bonum fidei ipsum respiciunt: inquantum est quoddam officium naturæ: bonum autem sacramenti inquantum est sacramentum gratiæ: ergo bonum prolis, & bonum fidei essentialiora sunt matrimonio, quam bonum sacramenti, & ex consequenti in matrimonio principaliora sunt.

In oppositum. CONTRA, illud est principalius in re, quod in eius diffinitione ponitur, quam illud quod non: sed inseparabilitas est huiusmodi, vt patet supra di. 27. c. 1. cum ergo bonum sacramenti sit in matrimonio ratione inseparabilitatis: bonum sacramenti principalissimũ est in matrimonio.

Secundo. Item illud bonum principalius est in matrimonio: sine quo matrimonium esse potest: sed sicut dicit Magister huius di. c. 1. matrimoniũ potest esse sine bono fidei, & prolis, & non sine bono sacramenti: ergo in matrimonio bonum sacramẽti est principalius, quam bonum fidei & prolis.

CONCLVSIO.

Matrimoniale vinculum principalius decernitur tum quia cæteris bonis præstantius, tum quia magis de essentia matrimonij est.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ simpliciter, & omnibus pensatis inter bona matrimonij bonum sacramenti principalius est: tum quia dignius: tum quia matrimonio essentialius. Quia autem sit dignius patet, quia bonum fidei, & bonũ prolis pertinent ad matrimonium inquantum est quoddam officium naturæ: bonum sacramenti inquantum est sacramẽtum gratiæ. dignior autem est gratia, quam natura. Quia vero sit matrimonio essentialius, patet, quia pertinet ad matrimonium ratione inseparabilitatis secundum August. 9. lib. super Gene. longe ante medium, & recitat Magister huius distinct. capitu. 1. inseparabilitas autem essentialior est matrimonio, quam bonum prolis, & bonum fidei, postquam enim matrimonium contractum est possunt ab ipso separari bonum prolis, & bonum fidei vinculo matrimoniali remanente: si enim coniuges venena sterilitatis procurent etiam etiam ex pacto inter se: non propter hoc soluitur, matrimonium prius contractum: quamuis si tale pactum interuenisset in contrahendo nullum fuisset matrimonium. cum etiam ob causam fornicationis coniuges separantur adhuc remanet matrimonij vinculum: nec tamen inter eos remanet mutua obligatio ad exhibendum sibi mutuo vsum sui corporis, & si hoc alter eorum exigeret: inseparabilitas vero ita matrimonio adhæret, vt sine illa esse non possit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd finis matrimonij inquantum est quoddam officium naturæ est bonum prolis, & bonum fidei: sed inquantum est sacramentum gratiæ: principalior finis eius est bonum sacramenti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod minor falsa est. illa enim mutua obligatio tolli potest ob causam fornicationis: vinculo tamen matrimonium sub ratione qua res, & plenum sacramentum in significando videtur essentialiter esse quoddam vinculum vnionis inter virum, & mulierem per mutuum consensum expressum per verba de præsenti, vel per alia signa in non potentibus loqui, & copulam carnalem sequentem causatum: per quod neuter eorum potest alij matrimonialiter copulari altero viuente: indissolubilem vnionem naturæ humanæ cum persona filij Dei ex institutione significans.

Ad tertiũ. Ad tertium dicẽdum, quòd matrimonium non tantum est res naturæ: sed etiam gratiæ, & quamuis essentialius pertineant ad matrimonium bonum prolis, & bonum fidei: inquãtum est quoddam officium naturæ, quam bonum sacramenti: tamen est econuerso inquantum est sacramentum gratiæ, & quia omnibus pensatis principalior est gratia, quam natura. ideo omnibus pensatis principalior est gratia, quam natura. ideo omnibus pensatis illud bonum est essentialius matrimonio, quod ipsum essentialius respicit inquantum est sacramentum gratiæ, quam illud quod ipsum essentialius respicit inquãtum est officium naturę.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum ad contrahendum matrimonium sit prædicta bona esse in contrahẽtium intentione.

Secundo vtrum ad esse matrimonij sit necessarium illa esse in obligatione.

Tertio vtrum ad cõseruationem matrimonij necessarium si illa esse in matrimonij executione.

QVAESTIO I.

Vtrum ad contrahendum matrimonium necessariũ sit illa tria bona esse in contrahentium intentione.

Arg. 1. D. Bon. dist. 31 ar 1. q. 3. Sco. ubi su. ET VIDETVR, ꝙ sic quia ad contrahendum matrimonium necessarius est consensus in ea, quæ sunt de essentia matrimonij: sed prædicta bona sunt essentialia matrimonio: ergo ad cõtrahendum matrimonium necessarium est cõtrahentes consentire in illa. non possent autẽ in illa consentire nisi essent in eorum intentione.

Secundo. Item illa intentio est necessaria ad matrimonium contrahendum: cuius oppositum impedit matrimonium contractum: sed si

contrahentes intendunt agere contra bonum prolis, vel fidei, vel sacramẽti non contrahũt matrimonium. vnde de procurantibus venena sterilitatis dicit Magister huius di. c. 2. ꝙ si ab initio talis fuerit non sibi per connubium: sed per stuprum potius conuenerunt: ergo ad contrahendum matrimonium verum necessarium est prædicta tria bona esse in contrahentium intentione.

In oppositum. Contra, homo potest matrimonium contrahere cum illa quam scit non posse parere: sed sic contrahens: non potest habere bonum prolis in intentione: ergo illud bonum non est necessarium esse in intentione contrahentis matrimoniũ. *Secundo.* Item vir potest cum muliere verum matrimonium contrahere quamuis intendat aliam mulierem adulterando cognoscere: sed talis non tantum non habet in intentione bonum fidei: sed etiam habet in intentione oppositum: ergo bonum fidei nõ est necessarium esse in intentione contrahentis verum matrimonium.

CONCLVSIO.

Vt contrahentium intentio saltem implicita, & habitualis sit, indissolubile vinculum non dissoluere, essentiale fidei bonum non negare, prolemq; sub conditione suscipere, & educare; necnon ipsius necem non procurare, necessarium asserimus.

Responsio. Matrimonij bona esse in contrahentium intentione dupliciter intelligi. Bonum fidei in matrimonio duo continet. Bonũ prolis tripliciter sumi potest. Respondeo, quòd prædicta bona esse in contrahentium intentione dupliciter potest intelligi: aut in habitu, & implicitè: aut in actu & explicitè: dico ergo, quòd non potest contrahi matrimonium nisi bonum sacramenti sit in intentione contrahentium altero prædictorum modorum, quia oportet, quod contrahentes consentiant in vinculi inseparabilitatem: ratione cuius est in matrimonio bonum sacramenti. Illo etiam modo necessarium est bonum fidei esse in intentione contrahentium aliquo modo, & aliquo modo nõ. in bono enim fidei considerantur duo, vnum scilicet essentiale, quod est non negare vsum sui corporis: si coniunx alius petat, alterum accidentale: seu accessorium scilicet non exhibere alteri, quam suo coniugi vsum corporis sui: ratione primi necessarium est bonum fidei esse in contrahentium intentione ad minus habitualiter, & implicitè, ratione autem alterius non necessarium est ad contrahendum matrimonium. Bonum etiam prolis tripliciter potest accipi scilicet aut pro prolis susceptione, & educatione, absolutè, aut sub conditione si Deus eam dederit: seu pro non procurando aliquod impedimentum prolis.

Primo modo non est necessarium bonum prolis esse in contrahentium intentione: nec actualiter nec habitualiter, nec explicitè, nec implicitè sed secundo modo, & tertio necessarium est ipsum esse in contrahentium intentione ad minus habitualiter, & implicitè. vnde si contrahentes intenderent non suscipere prolem nec educare si Deus eam daret, vel venena sterilitatis procurare, ne proles veniret, matrimonium sic contractum esset nullum, loquendo autem de esse in contrahentium intẽtione actualiter, & explicitè, sic ad contrahendum matrimonium non est necessariũ aliquo prædictorum modorum esse in contrahentiũ intentione, sufficit enim, ꝙ in contrahendo intendat illud quod inter contrahentes requiritur ad matrimonium.

Ad primum. Ad primum in oppositum dicendum, quòd procedit de intentione in habitu, & implicitè, & de bono prolis, secundum quòd accipitur pro eius susceptione, & religiosa educatione sub conditione, si Deus eam dederit, vel pro non procurando aliquid in præiudicium generationis prolis, & de eo, quod est essentiale in bono fidei, quod est non negare vsum corporis sui alteri coniugi hoc exigẽti.

Ad secundum. Et simili modo dicendum est ad secũdum.

Ad primum partis oppositæ. Ad primum ad partem aliam dicendum, quòd procedit de bono prolis secũdum quòd accipitur pro prolis susceptione, & religiosa educatione absolute, & sic intelligitur illud verbum Magistri dicentis huius di. ca. 1. quod bonum prolis non omnibus adest coniugibus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd procedit de eo, quod in bono fidei est accidentale seu accessorium, & sic intelligitur illud verbum Magistri dicentis huius di. c. 1. contrahi coniugium ab aliquibus, ꝙ hæc tria bona non cõmunicãtur. deest enim fides vbi vir cum alia, vel mulier cum alio coit.

QVAESTIO II.

Vtrum ad esse matrimonij necessarium sit illa bona esse in obligatione.

CONCLVSIO.

Consumato matrimonio, nec dehinc voto continẽtiæ ex mutuo consensu interueniente, aut thori separatione ob fornicationis causam, proculdubio necesse est matrimonij bona in obligatione esse.

Responsio. Respondeo, ꝙ sic. In omni enim matrimonio est obligatio ad inseparabilitatẽ: ita ꝙ coniuges ab illa se mutuo absoluere non possunt vita corporali durãte: si tamen sit matrimoniũ consumatũ, quãuis hoc possint ante matrimonij consumationẽ per religionis ingressum. Est ẽt in omni matrimonio de necessitate obligatio ad prolis susceptionẽ, & religiosam educationẽ si proles affuerit, & obligatio ad fidei obseruationem non tantũ quãtũ ad illud quod est bonũ fidei essentiale, qđ est non negare vsum corporis sui alteri coniugi hoc exigenti: sed etiam quantum ad illud, quod est accessorium, vel accidẽtale, quod est non cõcedere vsum corporis sui alteri, quam suo coniugi, quandoq; enim contractus obligat cõtrahẽtẽ ad aliqđ a quo actualiter dissentit

tit dum contrahit absque hoc quod irritus sit contractus, & ideo quamuis sine prolis susceptione, & fidei obseruatione posfit remanere matrimonium, tamen obligatio ad prolis susceptionem si venerit, & ad fidei obseruationem, ita sunt essentiales matrimonio, ꝙ ab illis separari nō potest: nisi ab obligatione reddendi debitum mutuo se absoluant per continentiæ votum ex vtriusque cōsensu, vel nisi interueniat separatio quantum ad thorū ob fornicationis causam.

QVAESTIO III.

Vtrum ad conseruationem matrimonij necessarium sit illa bona esse in matrimonij executione.

CONCLVSIO.

Nequaquam, cum ab aliquibus contrahatur coniugium vbi hæc tria bona non comitantur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ non: inseparabilitas enim nō respicit per se, & primo matrimoniales actus, sed matrimonij essentiam: bonū autem prolis & fidei respiciunt matrimoniales actus in quibus cōsistit executio matrimonij. non autem est necessarium, ꝙ per actus matrimoniales proueniat bonū prolis, quia in matrimonio cum muliere sterili prouenire non potest, & tamen cum illa potest manere matrimonium, nec etiam necessarium est ad conseruationem vinculi matrimonij alterum coniugem concedere vsum corporis sui alteri coniugi hoc exigenti, vel negare alteri, quam suo coniugi. vnde Magister huius distin. ca. 1. Manet vinculum coniugale inter cōiuges etiam si alijs a se discedentes adhæserint.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum per bona matrimonij ita posset excusari carnalis concubitus coniugium, vt nullum pęnitus sit peccatum.

Secundo vtrum eorum concubitus nō causa reddendi debitum nec prolis procreandæ semper sit peccatum.

Tertio vtrum semper sit peccatum mortale.

Solutio quæstionis primæ sufficienter patet per illam, quæstionem superius factam dis. 26. s. vtrum actus matrimonij quantum ad copulam carnalem sit licitus, & maximè per quę stionem immediatè sequētem, quę est. vtrum actus matrimonialis sit meritorius, ideo de hac quæstione videtur mihi hic supersedendum.

QVAESTIO II.

Vtrum concubitus coniugum non causa reddendi debitum, nec prolis procreandæ semper sit peccatū.

ET VIDETVR, ꝙ non, qui vtitur re ad finem propter quē est. in hoc pęnitus nullum committit peccatū, sed vt habetur præcedenti dist. c. vlt. causa finalis matrimonij post peccatū est euitatio fornicationis: ergo carnalis concubitus propter fornicationem vitandam nullum pęnitus est peccatum. gr. 1. D. Bona. ubi sup ar. 2. q. 2. & 3. D. Tho. ibi. art. 6. Scot. dist. 19.

Secundo. Item qui vtitur re sua ordinate, in hoc nullum pęnitus committit peccatum: sed qui cognoscit vxorem suam secundum naturalem vsum, vtitur re sua ordinate, quia vir habet potestatem corporis mulieris, vt dicit Apost. 1. Cor. 7. ergo concubitus cum vxore secundum naturam nunquam est peccatum.

Tertio. Item bonum ex genere non efficitur malū: nisi ex mala intentione, vel propter indebitā circunstantiam: sed concubitus coniugis bonum est ex genere: cum ergo cōcumbens propter fornicationem vitandam bonam habeat intentionem si concumbat loco, & tempore, & modo debitis cum sua coniuge, ille concubitus nullum est peccatum.

Quarto. Item principalius bonū matrimonii est bonum sacramenti: si ergo bonum prolis, vel fidei ita possunt excusare concubitum cōiugū, vt nullum pęnitus sit peccatum: multo fortius hoc per se potest bonum sacramenti.

In opposit. CONTRA, Aug. in lib. de bon. coniug. lōge post principium, & recitat Magister huius di. c. 4. coniugalis cōcubitus generādi gratia non habet culpam concupiscentiæ vero satiādæ: sed tamen cum coniuge propter thori fidem, venialem habet culpam.

Secundo. prima opinio. Item vtens actu nutritiue vltra illud quod est necessarium ad conseruationem indiuidui peccat: ergo a simili vtēs actu generatiue propter aliud quam propter illud, quod requiritur ad conseruationem speciei peccat.

CONCLVSIO.

Cum non reddendi debiti, nec prolis procreandæ gratia sit coniugalis concubitus, sed ad delectationem tantum, & animo explendi libidinem, venialiter peccatur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ bona matrimonij secundū ꝙ sunt in ipso excusant ea, quæ sunt in matrimonio. bonum autem prolis & fidei considerari possunt: aut prout sunt in intentione contrahentium: aut in natura contractus per obligationē: cōtractus enim matrimonii includit obligationem ad illa: aut prout sunt in intentione concubitu coniugali vtentium.

Primo mō excusant contrahētiū propositū.

Secundo modo reddunt contractum matrimonij honestū. Tertio modo bonū fidei, & bonū prolis excusant cōiugalē concubitū: ita, ꝙ si alterū prædictorū bonorū tantū moueat intentionem in concubitu coniugali vtentiū:

ita perfectè excusat illum concubitum, vt nullum pęnitus sit peccatum, & etiam reddit ipsum meritorium. Bonum autem sacramēti per non sufficit ad excusandum ab omni peccato coniugalem concubitum, vt tenet communis opinio, quia bonum sacramenti non respicit primò nec directè matrimonij vsum: sed essentiam. bonum autem prolis, & fidei secundum id, quod sunt primò & directè respiciunt matrimonij vsum: non essentiam: nisi prout includuntur in contractu matrimonij in obligatione, & ideo quamuis bonum sacramenti per se sufficiat ad hoc vt matrimonia honesta remaneant: non tamen sufficit per se ad excusandū vsum matrimonij ab omni peccato sicut bonū prolis & fidei.

Secunda opinio & eius media. Primum. Aliqui autem contra hoc sic arguunt, velle moderatè delectari in facto honesto nullum pęnitus est peccatum, delectatio enim corporalis non est secundum se mala, aliter respectu eius non esset virtus modificans eam, virtus autem temperantiæ est respectu delectationis quæ sunt secundum tactum, & gustum, sed vt ipsi dicunt bonum sacramenti inquantum est in intentione vtentium concubitu coniugali honestat actum, vnde vt habetur decre. di. 31 c. Nicęna. concubitus cum propria coniuge castitas est, est autem bonum sacramenti in intentione vtentium concubitu coniugali inquantum habent in intentione actualiter, vel habitualiter ꝙ non concuberent nisi esset honestas matrimonij inter eos, quæ est ibi per sacramēti bonum.

Secundum. Præterea si aliquid propter plures causas est institutum non abutitur eo qui eo vtitur propter aliquam illarum: sed matrimonium non tantum est institutum propter prolis generationem: sed etiam ad vitandum fornicationem.

Tertium. Præterea si aliquis patiens infirmitatē, quę nullomodo, vel de difficili potest curari nisi interueniente carnali concubitu propter salutem corporis cognoscit propriam vxorē peccare nō videtur: tamen ille concubitus nō est causa prolis: nec propter redditionem debiti.

Quartum. Præterea Apost. 1. Corin. 7. dicit, ꝙ propter fornicationem habeat vnusquisque suam vxorem, & tamen vt habetur Ro. 3. reprobat sententiā illorum qui dicunt. Faciamus mala vt veniant bona: ergo videtur sentire, ꝙ cognoscere propriā vxorē causa fornicationis vitandę nullum pęnitus est malum: nec obstat, quod postea dicit. hoc autē dico non secundum imperium: sed secundum indulgentiam: immo magis videtur esse ad propositū, quia in hoc vř dicere, ꝙ licitū est: q̄uis nō sit præceptum.

Quintum. Præterea Aug. li. de bon. cōiug. ante mediū dicit, ꝙ illū cōcubitū nuptiæ non cogunt fieri sed impetrant ignosci: si tñ nō ita fit nimius vt impediat tempora quæ debētur orationi: sed nō videtur loqui de ignosci per pęnitentiam, quia sic etiam fornicatio ignoscitur ergo videtur, ꝙ accipiat ignosci pro eo, quod est nō imputari ad culpam.

Prima opinione prima. Ad primū. Qui vult tenere primam opinionē, quæ est cōior & Magistri cōsona verbis Aug. & Magistri, vt patet in littera: potest dicere ad primū in oppositū, ꝙ qui vtitur re ꝑpter finē ad quē instituta est secūdū imperium aut secundum indulgentiam concessionis, quæ est de minori bono in hoc nō peccat, vti vero ea ad finem ad quē instituta est secūdum indulgentiā permissionis, quæ est de minori malo peccatum est saltem veniale: talis vero est vsus carnalis copulæ quæ fit causa incontinentiæ vitandæ secundum magistrum superius dist. 26. c. 2.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ vir qui vtitur vxore sua causa incontinentiæ vitandæ in ipso: quamuis vtatur ea ordinate quantū ad naturam generis si cognoscit eā secūdū naturalē vsum: non vtitur tamen ea rectè secundum iudicium rationis, quæ dictat ipsum nō debere ea vti nisi propter bonum prolis, vel bonum fidei: vti autem vxore ad vitādum incontinētiam in ea est ea vti propter bonum fidei etiā si mulier non petat expressè: sed tacitè tantū, & per quandam inuitationem.

Ad tertiū. Ad tertiū dicendū, ꝙ concubitus qui fit cā incōtinētiæ vitāda in seipso tm̄ efficitur malus propter omissionē finis debiti, qui est bonū prolis, vel bonum fidei, & secundum Phil. 2. Ethi. c. 3. cuius gratia est vna de principalibus circunstantijs.

Ad quartū. Ad quartū patet solut. ex dictis in corpore quæstionis.

Pro secunda opinione Ad primū in oppositū. Qui aūt tenent opinionē contrariā dicunt ad primum in oppositū, ꝙ satiare concupiscētiā, & velle moderatè delectari nō sunt idem, potest ēt dici, ꝙ Aug. ī illo verbo & similibus accipit culpā pro vitio quod est quædā declinatio a prima rectitudine naturæ, quæ nō semper est culpa propriè dicta vt in lib. 2. ostensū est, & illā obligationē Aug. dicit venialē īquātum Deus propter honestatē sacramēti nō imputat eā ad aliquā culpā propriè dictam.

Ad secundum. Ad secundū dicunt, ꝙ maior est falsa, non enim peccat homo quotiescunque accipit cibū propter delectationem saporis.

QVAESTIO III.

Vtrum concubitus non causa reddendi debitum: nec procreandę semper sit peccatum mortale.

Arg. 1. D. Bon. ibi. Scot. ibi. D. Tho. ibi. Videtur, ꝙ sic. Magister huius dis. c. 4. & est. 32. q. 4. Origo. Adulter est amator ardētior proprię vxoris. cum ergo adulterium sit peccatum mortale, & cognoscēs vxorē non causa boni prolis vel fidei: sit eius amator ardentior: talis mortaliter peccat.

Secundo. Item Magister. e. c. & est etiam decretorum q. prædicta. Liberorum voluptates, quæ de meretricum capiuntur amplexibus in vxore sunt damnatę: sed tales sunt voluptates, quæ capiũ tur

tur in vxore non causa boni prolis nec fidei: ergo tales fuerunt damnatę.

Tertio. Item concubitus coniugalis non differret a fornicatio si per aliquod bonum matrimonij non excusaretur, sed concubitus qui fit nō causa boni prolis nec boni fidei per nullum bonum matrimonij excusatur, quia quamuis bonum sacramenti matrimonium honestet: tamen per se non sufficit ad excusandum coniugalem concubitum: ergo concubitus cum propria vxore non causa boni prolis nec fidei est peccatum mortale: sicut cōcubitus fornicarius.

In opposi-tum. CONTRA, vti cibo suo propter delectationem non semper est peccatum mortale: ergo similiter vti cum propria vxore propter delectationē nō semper est peccatū mortale.

Secundo. Item Magister huius distinctionis. c. 5. dicit de concubitu qui fit libidinis voluptate cum vxore, ꝙ propter nuptias accepit veniam. sed hoc non diceretur de mortali peccato: quamuis accipiat veniam propter pœnitentiam: ergo talis concubitus non semper est peccatum mortale.

CONCLVSIO.

Cum coniux coniugem accersit, si eius intentio matrimonij limites non exit, semper à mortali censetur immunis.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ intentio concumbentis cum propria vxore non propter bonum prolis: nec fidei: aut exit fines matrimonij: ita ꝙ vellet facere etiam si non esset vxor sua, & talis concubitus semper est peccatum mortale, & sic cum vxore concumbens dicitur ardentior amator vxoris propriæ: talium etiam cōcubituum voluptates similes sunt illis, quæ capiūtur de meretricum amplexibus. Aut sistit actu vel habitu intra cōfines matrimonii: ita, ꝙ non vellet concumbere cum ea si non esset vxor propria, & talis cōcubitus nō est peccatū mortale, excusatur enim a peccato mortali propter matrimonij honestatem, quæ maximè in eo est ratione inseparabilitatis, per quā est in eo sacramenti bonum.

Ex dictis patent solutiones ad duo prima argumenta.

Ad 1 prima duo argum. Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis bonum sacramenti per se non sufficiat ad excusandū carnalem concubitum ab omni peccato, sufficit tamen ad excusandum a mortali peccato, quia quamuis non respicit carnalem concubitum primò, & directè: respicit tamen secundariò & indirectè, inquantū honestat essentiam matrimonij: ratione cuius honestatis talis cōcubitus pōt excusari a peccato mortali.

CIRCA litteram. Sacramentaliter vero separari nequeunt dum viuunt. supple si est matrimoniū cōsumatū. alias possent per religionis ingressum. Sacramētū fidei. i. charactērem qui est res & sacramētum. Immo firmius erit. s. quantum ad amorem spiritualem in domino, vel potest dici, ꝙ non loquitur hic Magister de cōtinentia a prima carnali copula qua matrimonium consumatur: sed de cōtinentia a sequentibus. Si coniunx non esset: adultera non foret. tamen esset fornicaria. Cōiuges dicuntur qui solius concubitus causa cōueniūt. dum tamen affectu matrimoniali copulētur. Si tamē prolis generationem aliquo dolo malo non vitent. s. consentiendo in talem dolum: dum contrahitur matrimonium, quia si talis dolus post matrimonium contractum superueniret, vinculum matrimoniale nō solueret. Si ambo tales sunt coniuges non sunt. hoc est nō faciūt actus debitos cōiugio. Si ambo non sunt tales: aut illa est meretrix mariti, &c. i. ad modum meretricis se habens. Sapiēs iudicio amat coniugem non affectu. s. effrenato. Nihil est fędius vxorē amare quasi adulteram, quod non est sic intelligēdum, ꝙ nō sit aliquod peccatum grauius illo: sed vult dicere, ꝙ est valde fędum. Incōtinentiæ malū est, ꝙ vir cognoscit vxorem vltra necessitatem procreandi liberos. loquitur de actu cognoscendi exigendo debitum non reddendo. Ipse solus nuptialis est. s. principaliter, quia ad procreationem liberorū principaliter ordinatus est cōcubitus nuptialis. Voluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest. hoc nomine culpę intelligit fęditatē vitiosam quæ in nobis est ex culpa primorum parentum.

De solutione carnalis debiti.

DISTINCTIO XXXII.



CIENDVM etiam est, quod cum in omnibus alijs vir præsit mulieri, vt caput corpori (est enim vir caput mulieris) in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus vtrique pariter præcipit in hac causa sibi inuicem subijci, inquiens, Vir debitum reddat vxori, similiter, & vxor viro, quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed mulier, quia nec mulier ad alium virum, nec vir ad aliam mulierem potestatem sui corporis habet: nec vir ad continendum, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu, sed alter alterius potestatem habet corporis, vt poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc enim pares sunt, quia nec viro, nec mulieri corpus suum licet alij tradere: sed sibi inuicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio. Per quod non dominium tollitur viro, sed vitium. Debent enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem, liberorum procreandorum causa, (quæ prima est in ista mortalitate societas) verum etiam infirmitatis inuicem excipiendæ, ad illicitos concubitus deuitandos, mutuam quodammodo seruitutem, vt etsi alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis: quod

1. Cor. 11. a
1. Cor. 7. a
Li. de bono coniuga. ca. 6. tom 6 Et 32. q. 2. ca. Quicquid inter.

quod adeo verum est, vt etiam quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis, & incontinentiæ causa expetit vel ille de matrimonio, vel illa, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis: exigere autem vltra generandi necessitatem, culpæ est venialis. Fornicari vero vel mœchari, puniendi est criminis.

Ibidē, ca. 7. Ad ps. 149.

Quod neuter continere valeat, nisi ex communi consensu.

Quòd verò sine consensu vxoris vir continere non valeat, subditis probatur testimonijs. Ait enim Augustinus, Si dicat vir, Continere iam volo, Nolo autem vxor: non potest. Quod enim tu vis, illa nō vult. Nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria. Si alij nupserit tè viuo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod tibi debetur exigis, sed reddis, quod debes vxori. Idem, Secundum verba Apostolica, etiam si vir continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret continentiam, si non suæ, sed tuæ concederet infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis ergo compatiens infirmitati vxoris, reddit, non exigit debitum; aut si propter propriam infirmitatem ducit vxorem, plangens potius quia sine vxore esse non potuit, quàm gaudens quia duxit; securus expectat diem nouissimum. Idem, Vna sola causa esse potest, qua te ad id, quod vouisti, non modo non hortaremur, sed etiam prohiberemus implere, si fortè tua coniunx hoc tecum suscipere, animi vel carnis infirmitate recusaret. Nam vouenda talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu, & voluntate communi, & si præproperè factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio. Non enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum. Idem, Apostolus nec ad tempus, vt vacent orationi, nisi ex consensu voluit coniuges carnali inuicem fraudare debito. Idem, Manifestum est, ita voluisse legem fœminam sub viro esse, vt nulla eius vota, quæ abstinentiæ causa vouerit, reddantur ab ea, nisi autor fuerit vir permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit lex, si prius permiserit, & postea prohibuerit; non tamen dixit, vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa iam prius à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit, quod prius concesserat: nō tamen mulieri ex hoc iussum dedit, vt cùm prius vir ei concesserit, postea si prohibuerit, contemnatur. Ex his apparet, quòd vir vel mulier continentiam Deo offerre non potest sine communi consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si verò quilibet eorum alterum à suo iure absoluerit, ad præteritam seruitutem nunquid reuocare poterit? Hoc enim videtur August. supra voluisse. Quibusdam videtur, quòd mulier nō discedens à domo viri, quæ viro permittente continentiam vouerit, vel promiserit, eodem prohibente soluere non valeat, & hoc propter dignitatem viri, qui est caput mulieris. Sed melius

33. q. 5. Si dicat uir Augu. epis. — Aug. epist. 199 ad Ediciā Et 33. q 5 c. Secūdum uerba. In præf. ex positi. psal. 147. — Idē ad Armentarium epi 45 in fine, to. 2. Et 33. quæst. 5. Vna sola. — Augu. li. 1 de adulterinis cōiugijs c. 2. Lib. 4 quæ super nu. cap 59. to 4. Et 33 q. 5. Manifestum est. Num. 30.

hoc intelligitur in tali casu, vbi vir concedit mulieri vouere continentiam, & ante votum prohibet implere. Si verò habitum mutauerit, non potest reuocari, secundum illud, Qui vxorem suam velari permiserit, aliam non accipiat, sed similiter cōuertatur.

Quibus temporibus cessandum sit à coitu.

Et licet debitum poscenti semper sit soluendum, non licet tamen qualibet die poscere. Vnde August. Christiano cum vxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non. Propter processionis enim dies, et ieiuniorum aliquando non licet conuenire, quia etiā à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Idem, Quoties enim vel dies natiuitatis, vel reliquæ festiuitates aduenerint, non solū à concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinete. Item Ambrosius. Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum vsum, quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio conceptus, & partus iuxta legem cessare, vsum carnis his debere temporibus demonstrant.

Hieronymus videtur dissentire præmissis.


Illi autem quod dictum est, reddere debitum non esse peccatum, videtur obuiare quod ait Hieronym. Quicunque vxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec carnes agni edere. Item, Si panes propositionis ab his qui vxores suas tetigerant, comedi nō poterant, quanto magis panis qui de cœlo descendit, non potest ab his qui coniugalibus paulò ante hæsere complexibus, violari atque contingi? non, quod nuptias condemnemus, sed quòd eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus, vacare à carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum maximè ad ministros ecclesiæ pertinere videtur: quibus non licebat sacra officia celebrare atque misteria, tempore coniugalis amplexus, quo ēt præsentia Spiritus sancti nō datur. Vnde idē ait, Cōnubia legitima carent quidē peccato: nec tamē tpe illo quo coniugales actus gerūtur, præsentia Spiritus sancti dabitur, ēt si propheta esse videatur qui officio generationis obsequitur.

Quibus temporibus non sunt celebrandæ nuptiæ.

Nec solum in opere carnali obseruanda sunt tēpora, sed etiā in celebrandis nuptijs: secundū illud, Nō oporteret à septuagesima vsq; in octauā Paschæ, & tribus hebdomadis ante festum sancti Ioannis, & ab aduentu Domini vsq; post Epiphaniā celebrare nuptias, quod si factū fuerit, separētur. Item Nicolaus Papa. Nec vxorē ducere, nec coniugia facere quadragesimali tēpore conuenire posse vllo modo arbitror.

Ex cōcil. ... men 33 q 5. Qui uxorem. — Li quæ mater ac non. test. ad fin. In sermo de dominica 1. aduentus. Et 33 q 4. Christiano & Quotiescunque Circa illud 1. Corin 7. Ne uos tentet Satanas & 33 q 4. Si causa In sermo. de esu agni pa schalis, t. 4. Et 33 q 4. Sciatis. Ibidem. 1. Reg. 1 Ioan 6. — Orige hom 6. super nu. Et 33. q 2. c Connubia 33 q 4 ca. Nō oportet. Nicolaus Papa ad cō sulta Bulgarorū. et 33. q 4 ca. Nec uxorem.

DISTINCTIO XXXII.



Vperius determinauit Magister de tribus bonis coniugij. Hic determinat de bono fidei in quocunque coniugio specialiter. Et diuiditur in duas partes.

Cōtinuatio.

Primo determinat Magister de necessitate reddendi debitum.

Diuisio.

Secundo

Secundo de tempore exigēdi (ibi. Et licet.) Prima in duas.

Primo ostendit, ꝙ non potest vnus coniūx sine licentia alterius vouere.

Secundo quærit vtrum datam licentiā possit reuocare. ibi. (Si vero quilibet.) Prima in duas.

Primo ostendit, ꝙ vnus coniunx tenetur alteri debitum reddere.

Secūdo auctoritatibus probat, ꝙ vnus sine alterius consensu non potest continere. ibid. (Quod vero.) Illa pars quæ ibi. incipit. (Et licet.) diuiditur in tres.

Primo ꝙ aliquando est cessandum a debiti exactione.

Secundo inquirit an cessandum sit aliquando a redditione. ibi. (Illi autem.)

Tertio ostendit quando cessandum sit a nuptiarum celebratione. ibi. (Nec solum.)

CIRCA hanc distin. quæritur principaliter de quatuor.

Primo de carnalis debiti redditione, & exactione.

Secundo de licentia continendi.

Tertio de tempore reddendi carnale debitum, vel exigendi.

Quarto de tempore nuptias celebrandi.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum sit necessitatis debitum reddere.

Secundo vtrum aliquando sit necessitatis exigere.

QVAESTIO I.

Vtrum reddere debitum sit necessitatis.

Arg. 1. D. Bon. dis. 32. artic. 1. q. 1. D. Thom. in Addit. 3. p. q. 64. ar. 1. Scot. distin. præsenti. Nota.

ET VIDETVR, quòd non: quia qui scienter reddit se impotentem ad reddendum illud ad quod reddendum de necessitate tenetur: mortaliter peccat: sed maritus per ieiunia multa, & vigilias & alios labores aliquando reddit se impotentem ad reddendum vxori carnale debitum, & tamen sic pro Deo ieiunans non peccat: ergo reddere debitum non est necessitatis.

Secundo. Item Magister huius dist. c. 4. & est. 33. q. 4. Sciatis. Sciatis, quod quicunque vxori debitum reddit vacare non potest orationi: nec carnes agni edere: sed nullus excluditur a perceptione corporis Christi, quia facit illud, quod facere est necessitatis: ergo reddere debitum non est necessitatis.

In oppositum. CONTRA, primo. Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat. similiter autem, & vxor viro, obseruatio autem Apostolici pręcepti necessitatis est.

CONCLVSIO.

Casu quodam excepto, necessitatis est coniugale debitum non negare.

RESPONDEO, quòd reddere debitum est necessitatis, quia sicut dicit Apostolus. 1. Corinth. 7. mulier sui corporis potestatem nō habet sed vir: similiter autem, & vir corporis sui potestatem non habet: sed mulier: sed necessitatis est non negare homini vsum licitum rei, quæ de iure est in potestate sua. In casu tamen in quo vir non posset vxori debitum reddere salua incolumitate corporis proprij debitum reddere non tenetur, quia noluit Deus virum obligari mulieri in his quæ sunt contra rectam inclinationem naturæ: recta autem inclinatio naturæ istius hominis per prius est ad actum nutritiue: quo conseruatur proprium indiuiduum, quam ad actum generatiue qui ordinatur ad conseruationem speciei: nam prius sumit de nutrimento quod necessarium est indiuiduo, & superfluū reseruat ad actum generationis, & ideo homo non tenetur ad actum generatiue in notabile præiudicium incolumitatis corporis proprij.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd maior vera est de illo qui se reddit impotentem modo illicito: sed ille qui se reddit impotentem ieiunando, & orando intentione bona reddi se impotentem modo licito: si tamen rationabile fuerit obsequium suum. sic enim ieiunando non reddit se totaliter impotentem ad reddendum debitum quamuis minus potentem se reddat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ minor est falsa aliquando enim aliquid excludit a perceptione corporis Christi ad tempus: non quia sit peccatum: sed propter sacramenti reuerētiā.

QVAESTIO II.

Vtrum aliquando sit necessitatis debitum exigere.

Argum. 1. Scot. ibi. q. vn. ET VIDETVR, quòd sic. debitum etiam si non exigatur: debet offerri: ergo quamuis mulier non petat a viro carnale debitum: vir tamen offerre sibi.

Secundo. Item si infirmus medicinam salubrem non petat: tamen sibi debet a medico dari: ergo cū redditio carnalis debiti sit remedium contra periculum incontinentiæ debet a viro reddi mulieri etiam non petenti: sed offerre non petenti est exigere.

In oppositum. CONTRA, si exigere aliquando esset necessitatis, vir exactioni renunciare nō posset: sed vir se obligare potest ad non exigendum: ergo exigere non est necessitatis.

CONCLVSIO.

Reddere vtiquè, petere autem nequaquam.

RESPONDEO, quamuis necessitatis sit debitū reddere nō tm̄ petēti expresse: sed ēt petēti per aliqua signa per quę coniecturaliter cō-

niūx suum coniugem affectare sibi carnale debitum reddi:tamen exigere propriè loquendo de exactione nūquam est necessitatis:nullus enim tenetur vti iure suo quod pro se tantum introductū est: extra de regularibus. Ad apostolicam. Nec aliquis a suo debitore suum debitum repetere compellitur: nec debitum offerre si est tale debitum, quod non debetur: si non petatur expressè vel tacitè: cuiusmodi est carnale debitum.

Ad primū. Et sic patet solutio ad primum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ medicus non debet dare medicinā infirmo nisi aliquibus signis appareat ipsum medicina indigere, & ego concedo, ꝙ quando vir per aliqua signa probabilia perpendit vxorem suam desiderare debitum illud carnale sibi reddi: tenetur sibi reddere: aliter non, quia illud remedium est tale, ꝙ ad fornicationem vitandam illa mulier non indiget nisi desideret.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum vnus coniunx sine licentia alterius possit continentiam vouere.

Secundo vtrum datam licentiam possit ille qui dedit reuocare.

QVAESTIO I.

Vtrum vnus coniunx sine alterius licentia possit continentiam vouere.

Arg. 1. D. Bon. dist. præsenti artic. 1. q. 1. D. Thom in Addit. 3 p. q 64. art. 4. D. Th in 4. dist. 32 q 1. ar. 4. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia nulli per legem diuinam præcluditur via proficiendi in melius: sed si coniūx posset vouere continentiam sine licentia alterius: vnus coniunx posset viam alij præcludere proficiēdi in melius, quia melius est esse continentem, quam vti carnali concubitu. ergo vnus coniunx sine licentia alterius potest continentiam vouere.

Secundo. Item vir sine licentia vxoris potest crucem accipere: extra de voto, & voti redemptione. Ex multa. §. quod autem. Sed licitum est votū crucis in votum religionis mutare: ergo vir sine licentia vxoris potest profiteri continentiam in religione.

In oppositum. CONTRA, Apost. 1. Cor. 7. Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

CONCLVSIO.

Vouere vtique potest vt nunquam debitum exigat, At petenti non reddere, non potest.

Responsio RESPONDEO, vouere voluntatis est. vnde de his tantum potest esse quæ nostræ subiacent voluntati. vnde Magister in littera huius di. c. 2. & est. 33. q. 5. Vna, & sumptū est ab Aug. in epis. ad Armētarium versus finem. Non exigit Deus si quis ex alieno vouerit aliquid: sed potius alienum vsurpare vetat, & quia reddere debitum est necessitatis nō volūtatis: ideo vnus coniunx sine alterius licentia vouere hō pōt: debitū petēti non reddere. hoc enim esset votū facere de alieno: sed quia exigere est in voluntate exigētis: ideo secūdum aliquos vnus coniunx sine alterius licentia vouere potest, vt nunquam exigat.

Alij autē dicunt contrariū, quia ex hoc vt ipsi dicunt alteri coniugi redderet matrimoniū nimis onerosum, quia semper oporteret ipsum confusionē petendi debitum subire: irrationabile aūt est, vt vnus coniunx sine alterius licentia possit emittere votum in ipsius præiudicium.

Sed prima opinio est securior, & communior: non enim ex hoc, ꝙ alter coniunx vouet non exigere redditur matrimonium alteri cōiugi magis onerosū: sed magis leue, quia reddere debitum multotiens est pęnale, & quo ad reddendum debitum ille qui vouit remanet in seruitute, & alius liber efficitur.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ viam proficiendi in melius quantū ad mutationem status præcludit homo sibi per consumationem matrimonij, nisi alter coniunx voluerit, quia sic in melius proficere esset in præiudicium alterius coniugis: sed nec propter hoc præclusa est sibi via proficiēdi in melius in suo coniugio remanenti. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, ꝙ coniūgato cruce signato non licet votum crucis in votum religionis commutare, quia non sic est præiudiciale vxori votum primum secundum, quia virum cruce signatum potest sequi si vult, & si non vult, non propter hoc obligatur ad perpetuam continentiam, quia maritus potest reuerti, & si moritur potest alium virum ducere non sic autem posset dici de ipsa si vir eius profiteretur in religione. *Ad secūdū.*

QVAESTIO II.

Vtrum coniunx dans alij licentiam vouendi continentiam possit illam postea reuocare.

ET VIDETVR, ꝙ sic. Magister huius di. c. 2. & glos. in Nu. 30. & est. 33. q. 5. Manifestum: dicit, ꝙ si vir prius promiserit mulieri votum abstinentiæ facere, & postea prohibuit, quamuis peccet prohibendo, quod concesserat: non tamē faciat mulier quod vouerat: ergo a simili ita potest dici de voto continentiæ. *Arg 1. Sco. ibidem q. vn.*

Itē si laicus de licentia, & permissione vxoris professionem fecerit in religione, nisi vxor ad religiōnem transierit, aut perpetuam castitatē promiserit, vir pōt, & debet, de monasterio, reuocari, ext. de conuersio. coniug. c. 1.

CONTRA, 33. q. 5. Qui vxorē suā. Qui vxorē suā velare permiserit aliam non accipiat: sed similiter conuertatur. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Potest, nisi id auctoritate diocesani Episcopi, uel ordinarij sui, fecerit, castitatem vouendo.

RE-

Respon. RESPONDEO, ꝙ si coniunx dat alteri cõiungi licentiam cõtinentiam vouendi, aut dat eam in facie ecclesiæ,& coram suo ordinario, & sic datam reuocare nõ põt, aut in priuato, & tunc antequam voueat licentiam reuocare põt, ius enim hoc ideò cõcedit, quia tales licentiæ clam factæ sunt periculosæ,& quia licentiatus ante votum nõ est nouo vinculo obligatus melius est, ꝙ reuertatur ad cõiugem, quam cõiunx in fornicationis periculo remaneret. sed vt multi dicũt post voti emissionẽ, Prima opi. impletionem voti prohibere non põt, nec in hoc sibi tenetur mulier obedire: quia iam alio vinculo ligata est,& de licẽtia mariti, qui hoc potuit cõcedere,& huic sententię cõsentit Magister huius di.c.2 & decre.33.q.5. Manifestũ. §. ex præmissis, vbi dicitur de coniugibus, ꝙ cum quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit ad præteritam seruitutem ipsum reuocare non poterit.

Secunda. Alij dicunt, ꝙ nisi licentietur ab altero coniuge auctoritate diœcesani episcopi,& nisi licentians monasterium intrauerit, vel votum castitatis emittat in sæculo remanens, & talis sit ætatis, ꝙ de ipsa probabiliter oriri nõ possit suspitio, iura decernunt talem licentiam ad petitionem eiusdem coniugis, qui eam dedit quantum in se fuit irritandam,& quamuis cõiunx peccet hoc petendo, tamen ad eius petitionem, illè qui religionem intrauerat potest & debet de monasterio reuocari, & ꝓ hac opinione videtur expresse esse decretalis allegata in opponendo,& glo. ibidem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ nõ est simile de voto cõtinentiæ, & abstinentiæ, quia vt dicitur in §. prædi. in textu, & in gl. in debito cõiugij æque mulier habet potestatem viri, sicut & vir mulieris, in cæteris vero, vir est caput mulieris,& mulier corpus viri,& ideò mulier votum continentiæ, qđ emisit de licentia viri poterit obseruare, & debebit, quamuis vir postea cõtradicat, sed votum abstinentiæ, quamuis viro permittente possit ꝓmittere, ipso tamen ꝓhibente promissa non valebit implere, quamuis vir peccet ꝓhibendo: argumentum ad hoc.23.q.1. Quid culpatur, vbi dicitur, ꝙ fortasse aliquando reum facit regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendit ordo seruiendi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ibi loquitur de illo, qui de licentia vxoris ignorante episcopo in religionem profitetur, & talis reuocari potest, secundum forum iudicij, quia talis licẽtia mõ debito data non fuit, nec accepta, vel quia prædicta licentia ꝓbari sufficienter non potuit, quia vt volunt aliqui si ꝓbari potuisset mulier debuisset cõpelli religionem intrare si erat iuuenis: ad hoc argumentum.33.q.5. Qui vxorem, vel tantum castitatem vouerit, si erat senex.

Qui vult tenere opinionem secundam, põt dicere ad decretum allegatum in contrarium, ꝙ illud verbum similiter conuertatur, sic intelligendum est, scilicet, nisi malit suum cõiugem reuocare, sic soluunt quidam, vt refert gl. ibidem. Vel potest dici, ꝙ melius, ꝙ ideò dicitur, similiter conuertatur, quia reuocãdo peccat, quamuis ad eius petitionem alius debeat per iudicem reuocari, quia iura ex rationabili causa decernunt talem licentiam ad petitionem coniugis alterius irritandam, quia nisi hoc fieret multa pericula imminere possent coniugi in sęculo remanenti.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum tempore sacro liceat debitũ reddere, vel exigere.

Secundo vtrum hoc liceat non obstante, ꝙ mulier sit prægnans.

QVAESTIO I.

Vtrum tempore sacro liceat debitum reddere & exigere.

ET VIDETVR, ꝙ non: Magister huius di.3.c.& 33.q.4. Quotiensc unq; Quotienscunque, vel dies Natiuitatis Domini, vel reliquæ festiuitates aduenerint, non solum a concubinarum consortio, sed etiam a proprijs vxoribus licet abstinere. Arg. 1. D Bo. ibi. q. 2 ar 3. Sco vbi sup. D Th in 4. di 32. q. 1. ar 5.

Secundo. Item Magister eo. cap. & est decretorum. q. prædicta. Christiano licet: cum vxore sua licet aliquando conuenire, aliquando non, ꝓp processionis enim dies, & ieiuniorum aliquãdo conuenire non licet.

In oppositum. CONTRA Psalmus 105. Beati qui faciunt iudicium, & iustitiam in omni tempore, sed reddere debitum petenti, est opus iustitiæ: ergo hoc licitum est omni tempore.

CONCLVSIO.

Licet, imo reddere semper necessitatis est, vtile tamen foret temporibus sacris ab actu illo carnali cessare.

Respon. RESPONDEO, Ecclesia nihil potest cõtra ius naturæ, & ideò quia reddere debitum petenti est de iure naturæ, ideò ecclesia hoc non prohibet, neque dissuadet quocunque tẽpore, non intendit etiam filijs suis laqueum ponere,& ideo quia prohibere exactionẽ debiti sacro tempore esset quodammodo coniugatis laqueum ponere, eo & carnis corruptio, non tantum mouet concupiscentiam tempore non sacro: sed etiam sacro, exactionem debiti tempore sacro nõ prohibet, sed dissuadet, eoꝙ vacare operibus carnis, multum impedit eleuationem mentis ad cęlestia, cui maxime mens tempore sacro debet intendere. Non sic tamen dicendum est de loco sacro: quia facilius mutari potest locus, quam tempus. Et prę-

terea

terea locus itá pollui potest, ꝙ indiget reconciliatione: vnde in loco sacro nó licet carnale debitum exigere, nec reddere. Si tamen ꝑ lōgum tempus essent violenter reclusi in loco sacro, videtur ꝙ tunc licitum esset eis in illo loco debitum exigere, & reddere, in tali.n. casu nó videtur illa prohibitio debere intelligi, ꝙ non est ponendus laqueus animabus, propter inundantiam loci.

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ monitio est de nó exigendo, nó ꝓhibitio.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ licere nó est ibi nota ꝓhibitionis, sed dissuasionis, quod patet: quia immediate subiungitur: quia a licitis abstinendum est ad tempus, vt facilius impetrari possit; quod postulatur: huic concordat glo. super illud 1. ad Corint. 7. vt vacetis orationi: in qua dicitur, ꝙ a licitis abstinendum est, vt facilius ad effectum deducatur oratio.

QVAESTIO II.

Vtrum liceat reddere, vel exigere debitum tempore impregnationis.



Arg. 1. ET Videtvr, ꝙ nō: Magister huius dist. c. 3. & est 33. q. 4. Si causa. Ipsa rō cōceptus, & partus, iuxta legem cessare vsum carnis his debere temporibus demonstrat.

Secundo. Item decre. dist. 5. Ad eius. Ad eius cōcubitum, vir suus accedere non debet quousque qui gignitur ablactetur.

In oppositum. Contra, quandiu mulier potest impraegnari sibi pōt debitum reddi, & ab ea exigi, nisi aliud obstet, sed mulier prægnans pōt adhuc alium fœtum cōcipere, sicut dicit Auic. li. 9. de animalibus. cap. de formatione embryonis in speciali: ergo mulieri prægnanti, potest debitum reddi, & ab ea exigi.

CONCLVSIO.

Fas quidem est, & reddere, & exigere; Matrimonium enim non solum in officium, sed etiam in remedium ordinatur.

Respon. Respondeo ꝙ si sine periculo abortus vir pōt carnaliter copulari suæ vxori prægnāti, & sibi tenetur debitum reddere, & ab ea potest exigere sine peccato mortali: quia cōcubitus matrimonialis, nō tantum est in officium, sed etiam in remedium, & mulier prægnans frequenter plus appetit cōcubitum, quam qn̄ nō est prægnans, si autem nō pōt cum ea carnaliter copulari sine periculo abortus, tunc nō debet sibi reddi debitum, nec ab ea exigi: quia matrimonium principalius ordinatum est ad prolem procreandam, quàm in remedium.

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas Magistri intelligitur de debito honestatis non necessitatis, & de exibendo, non de reddendo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud decrētū non loquitur de prægnante, sed de muliere, q̄ iam peperit, & nondum est purificata, de qua quid dicendum sit, videbitur in sequenti quęstione.

Ad partem oppositam. Argumentum ad partem aliam, parum valet: quia parum concludit. Et præterea raro accidit, vt mulier impregnetur super imprægnationem, & quando hoc accidit, abortitur, vt in pluribus, secundum quod dicit Auicen. ibidem.

ARTICVLVS IIII.

Consequenter quęritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum tempore menstruorum liceat debitum reddere, vel exigere.

Secundo vtrū coniunx sanus teneatur coniugi leprosæ debitum reddere.

QVAESTIO I.

Vtrum tempore menstruorum liceat debitum reddere, vel exigere.



Arg. 1. Sco ibid. q. vnica ar. 4. OStendo ꝙ non. Leu. 20. Qui coierit cum muliere in fluxu mēstruorum, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis interficientur ambo.

Secundo. Item glo. super illud Isa. 64. Quasi pannus menstruatæ: dicit ꝙ tempore menstruorum viri debent ab vxoribus abstinere, & tūc enim concipiuntur membris damnati, claudi, leprosi, & huiusmodi: quia parentes non erubuerunt, sic misceri in conclaui, eorum peccata pateant cunctis, & aperte redarguantur in paruulis.

In oppositum. Contra, mulier tempore menstruorū magis appetit carnalem concubitum, quam alio tempore, propter commotionem, quæ est tunc circa partes venereas: ergo tunc magis indiget remedio contra concupiscentiā, quam alio tempore, sed vir debet eius periculo præcauere: ergo tunc debet sibi debitum reddere.

Secundo. Item lex scripta non præiudicat iuri naturæ, sed debitum reddere est de iure naturæ: ergo lex scripta non intendit prohibere reddere debitum tempore menstruorum, sed exigere.

CONCLVSIO.

Si talis passio naturaliter determinato accidit tēpore, tunc nec reddere, nec exigere licet, esset enim in prolis præiudicium, licet tamen si mulier quasi cōtinue patiatur, tunc enim mulierem non concipere probabile est.

Respon. Ad Istam quæstionem dicunt quidam ꝙ tempore menstruorum non est licitum debitum exigere, sed est licitum reddere: primū enim quia est in voluntate coniugis lex prohibet, non secundum, quia est de lege naturę, & sic

& sic dicunt debere intelligi auctoritates ad primam partem allegatas.

Prima opinio. Alij dicunt, ꝙ si illa passio accidit naturaliter.s.semel in mense determinato tempore, tunc non licet exigere, nec reddere, quod videtur exprimi in auctoritate primo allegata ad partem primam, quæ vtrumque præcipiebat interfici. Cuius ratio est: quia propter maximam corruptionem, quæ tunc est in corpore mulieris, quam ostendit earum fœtor illo tempore, & infectio speculi per aspectum earum, vt dicit philosophus de somno & vigilia. Semen viri, quod tunc in ea recipitur aliquam incurrit infectionem, & illud quod ministrat mulier est immundum, & ideo ex tali concubitu geniti, vt in pluribus efficiuntur leprosi, vel alijs grauibus corruptionibus inficiuntur, sicut dicit Glo. allegata ad partem primam: talis ergo concubitus est in præiudicium prolis, non licet autem homini vti cõcubitu coniugali in remedium, quando est in prolis notabile, & probabile præiudicium: quia principalius ordinatur ad prolem procreandam, quam ad remedium. Si autem mulier naturaliter patiatur, sicut sunt aliquæ, q̃ quasi continue patiuntur sanguinis fluxum, tunc licet exigere, & reddere, & tunc mulier concipere non potest, vt dicunt quidam, qa vt dicit Auic. 9. de animalibus c. de formatione embryonis in speciali. Sanguis menstruus diuidit se in impręgnata, secundum tres partes.s. in cibum pueri, & alia pars ascendit ad mamillas, & tertia pars est superfluitas, quæ quiescit intus, vsque ad tempus partus, & eijcitur. Mulieri autem quæ peperit si est purificata ab illis corruptionibus, & commotionibus, quæ sunt in mulieribus aliquo tempore post partum reddendum est debitum si petat, quamuis nondum aduenerit tempus purificationis suæ ab ecclesia determinatum, sed ante illud tempus ab exigendo abstinere debet saltem debito congruitatis. Quod autem dicitur in decre. di. 5. ad eius, scilicet ꝙ, vir non accedat ad vxorem antequam puer ablactetur, abrogatum est, vel magis est monitio, quam præceptum.

Leprosus oriturus.

Ad primũ. AD PRIMVM argumentum contra hanc vltimam opinionem patet solutio ex dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ carnalis concubitus, nunquam est debitus, nec de iure naturæ, quando est in notabile præiudicium prolis.

QVAESTIO II.

Vtrum coniunx sanus teneatur coniugi leprosæ debitum reddere.

Arg. 1. D. Bo. ibid. ar. 3. q. 1. Sco. ibidem q. vnica.

CONCLVSIO.

Cum ex illa coniunctione, haud probabile sit lepram incurri (actus siquidem ille cito transit) debitum reddere tenetur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ non est idem quærere vtrum teneatur debitum reddere, & vtrum teneatur ei cohabitare, cohabitare enim magis est consilium, quam præceptum, propter periculum infectionis, vnde quod dicitur extra de coniugio leprosi. cap. 1. s. & vxores viros, & viri vxores sequantur, qui lepræ morbum incurrunt, & eis coniugali affectione ministrent, exhortatio est non pręceptum, vt patet per litteram immediate sequentem, sed reddere debitum præceptum est: vnde dicitur eo. titu. Quoniam, ꝙ si virum, siue vxore leprosum fieri contigerit, & infirmus a sano carnale debitum exigat generali præcepto Apostoli, quod exigitur est soluendum, cui præcepto nulla in hoc casu exceptio inuenitur, & ideò vt dicit glo. ibidem. Nos ex sensu nostro excipere non debemus, in reddendo enim debitum non sic est periculum de infectione, sicut in commanendo assidue: quia actus ille cito transit, & quamuis ex tali concubitu proles genita infectionem lepræ, vt in pluribus, non euadat, maxime viro existente leproso tempore concubitus, tamen magis ponderandum est continuum fornicationis periculum, quam prolis infectio, maxime cum melius sit proli esse leprosum, quam si nunquã exiuisset in esse: vnde magis esset contra prolis bonum si leprosi nunquam generarent, quam si proles nunquam nasceretur ex eis. Non sic autem potest dici de menstruata: quia & si non concipiat illo tempore, & concipere potest tempore alio, & quamuis non sit contra bonum prolis si concipiatur leprosa, quando sana non potest concipi, tamẽ est contra bonum prolis cognoscere mulierem illo tempore, quo non potest proles concipi sana, quando cito post, potest cognosci tali tempore, ꝙ sana potest proles concipi. Furioso etiam habenti lucidum interuallum reddẽdum est debitum in illo interuallo: quia tunc sine periculo proprię personæ potest reddi. Coniugi etiam, qui est idiota se habens, quo ad discretionem ad modum pueri reddẽdum est: quia tali etiam sine periculo propriæ personæ potest reddi. Furioso autem actu existẽti in furia non tenetur alter coniunx debitum reddere: quia nec pro illo tempore debitum est.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum licitum sit celebrare nuptias omni tempore.

Secundo vtrum matrimonium cõtractum tempore prohibitionis ecclesię, sit separandum.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum licitum sit celebrare nuptias omni tempore.

Arg. 1. D. Bon. ibi. ar. 4. q. 1.



STENDO, ꝙ sic, matrimonium cũ sit sacramentum celebrari potest tẽ pore sacro, & constat quòd celebrari potest tempore non sacro, cum ergo omne tempus sit sacrum, vel non sacrum, licitum est matrimonium omni tempore celebrare.

Secundo. Item quandocunque licitus est effectus licita est causa, sed redditio carnalis debiti, quæ est effectus celebrationis nuptiarum licita est omni tempore: ergo & celebratio nuptiarum.

In oppositum. CONTRA, dicit Magister huius distinct. c. vlti. & est 33. q. 4. Non oportet secundus, non oportet a Septuagesima, vsque ad octauam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Ioann. Baptistæ, non immediate præcedentibus festum prædictum, sed incipiendo a tertia die ante Ascensionem, vsque ad octauas Pentecostes, secundum sententiam Apparatus ibidem, & ab Aduentu Domini, vsque ad Epiphaniam nuptias celebrare.

CONCLVSIO.

Cum celebratione nuptiarum animi fidelium ad gaudia vana conuertantur, ideo iure optimo interdictum est nuptias celebrari tempore Aduentus, vsque ad octauas Epiphaniæ, a Septuagesima, vsque ad octauas Paschæ, & a tertia die ante Ascensionem, vsque ad octauas Pentecostes.

Respon. RESPONDEO, ꝙ aliqua tempora sunt in quibus non est licitum nuptias celebrare, quæ determinata sunt in argumento ad partẽ secundam, quia in illis temporibus debent fideles plusquam altero tempore spiritualibus intendere, maxime, quia in tribus festiuitatibus, maximis quæ contingũt temporibus illis consueuerunt communicare fideles, per solemnem autem nuptiarum celebrationem, propter festa, quæ ibi fiunt, animi multum a spiritualibus retrahuntur. Illis tamen temporibus vt quidam dicunt licitum est nisi contradicat patriæ consuetudo, matrimoniũ manifeste contrahere per simplicem animorum consensum sine solemni benedictione, & traductione ad cohabitandum, extra de ferijs. Capellanus, sed expresſius in glo. cui concordant Goff. & Ray. quia sic matrimonium contrahere non ita prohibet animum spiritualibus intendere sicut celebratio nuptiarũ quæ solemnem benedictionem comprehendit, & traductionem ad cohabitandum. Hostiensis autem sentire videtur in summa, ꝙ tam consensus, quam solemnitas supradictis diebus interdicuntur: dicit enim sic. Ego puto, ꝙ hodie & consensus, & solemnitas interdicantur, nam illis diebus non interponit ecclesia auctoritatem suam, sicut de facto seruare videmus, nec sine auctoritate ecclesiæ est matrimonium contrahendum: alias pœnam habet, & clandestinum iudicatur: licet matrimonium teneat si contrahatur.

Ad prim. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ celebratio nuptiarum non prohibetur fieri temporibus illis ratione sacramenti, sed ratione festiuitatum secularium, quæ ibi fiũt.

Ad secun. Ad secundum dicendum, ꝙ illa gaudia secularia, quæ in celebratione nuptiarum exercentur non sunt per se causa redditionis debiti, sed valde per accidens, & frequenter licitus est effectus, & causa eius per accidens illius.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium contractum prohibito tempore ab ecclesia sit separandum.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup. q. 2.



T VIDETVR, ꝙ sic: dicit Magister huius dist. cap. vlt. & est 33. q. 4. non oportet secundo, & tale matrimonium separetur.

In opposit. CONTRA, extra de matrimonio contra interdictum ecclesiæ contracto. Ex litteris: dicitur de quodam qui contraxit contra interdictum ecclesiæ, ꝙ licet contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non est tamen conueniens, vt ob id solum, sacramentum coniugij dissoluatur.

CONCLVSIO.

Est quidem separandum, non simpliciter tamen, sed ad tempus solum in peccati pœnam.

Respon. RESPONDEO, ꝙ matrimonium sic cõtractum propter hoc separari non debet, quo ad vinculum, nec quo ad thorum, & cohabitationem simpliciter, sed ad tempus in pęnã eorum, eo ꝙ præceptum ecclesiæ contempserunt: extra de matrimonio contra interdictũ ecclesiæ. cap. 1. & de tali separatione intelligitur auctoritas allegata ad primam partem.

Ad argum. ad opposit. Auctoritas autem allegata ad partem secundam de perpetua separatione intelligenda est supradicta enim ecclesiæ prohibitio, non est cum statuto irritante illud quod in contrarium agitur.

CIRCA litteram. Magis est corrigenda temeritas, quam persoluẽda promisſio, temerarium est enim vouere illud quod vouenti non licet implere. Hoc capitulum proprie ad ministros ecclesiæ pertinere videtur: quia ministri ecclesiæ vbi licitum est eos habere vxores, vt in Oriente, quamuis teneantur petenti debitum reddere, tamen propter sacramenti reuerentiam debent postea per aliquantulum temporis ab officio abstinere.

De iuris coniugii legibus.

DISTINCTIO XXXIII



QVAERITVR hic de antiquis patribus, qui plures simul leguntur habuisse vxores, vel concubinas, vtrùm peccauerint. Ad quod dicimus, pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet, & Euam, inchoatum est coniugium, Deo per os Adæ dicente, Homo adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna, & secundum inchoationis modum inter duos tãtum per omnem successionem temporum contraheretur coniugium, si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum verò copulam filij, & filiæ eorum matrimonio coniuncti sunt, sed vnus uni tantum. Ideo autem fratres sororibus tunc sunt copulati, quia nõ erant aliæ mulieres vel viri, quibus Adæ filij, vel filiæ iungerentur. Primum omnium Lamech duas legitur simul habuisse vxores, & hoc in eo arguitur quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea verò, cùm iam penè omnes homines falsis dijs seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est a Deo plures in matrimonio copulare sibi, ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde Abraham viuente vxore ad ancillam intrauit, & ex ea genuit. Iacob etiam liberis & ancillis se copulauit. Et filiæ Loth patre ebrio * vsæ sunt. Cum enim cæteris in idololatria relictis, Abraham & filios eius in peculiarem populum sibi Dominus elegisset, ritè multarum fœcunditate mulierum populi Dei multiplicatio, quærebatur; quia in successione sanguinis, erat successio religionis. Vnde etiam in lege maledicta erat sterilis, quæ non relinquebat semen super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sũt: quia in successione familiæ, successio est officij. Nõ ergo Abraham vel Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæsiuit, nec tamen illorum exemplo præter coniugale debitum, fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere; cum illorum coniugia nostrorum æquentur virginitati, & immoderatus vsus coniugij nostri temporis, turpitudinem ferè imitetur fornicationis illius temporis. De hoc Augu. sic ait. Antiquis iustis non fuit peccatum, quòd pluribus fœminis vtebantur, nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem; quia eo tempore ea fiebant, nec contra præceptum; quia nulla lege erat prohibitum. Idem, Obiiciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, crimen non erat. Sic Patriarchæ coniugibus excipientibus semen suũ miscebantur, non concupiscentia perficiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis: sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis.

Gen. 2. d
Gen. 4. e
Gen. 16. a
Gen. 26. 30
Gen. 9. g.
* abusæ.
Deut. 7. e
Exod. 23. d
Leuit. 1. a
Contra Faustum lib. 21 cap. 47.
Ibid ca. 48. et 31. q. 4 c. Obiiciuntur
Ibid. 2 c.

Idem alibi, Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostræ mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant, non victi libidine, sed ducti pietate, qui multò facilius continere possent, & vellent. Vtebantur tamen coniugibus, & plures vni viro habere licebat: quas castius habebat, quàm nunc vnam quilibet istorum, in quibus videmus, qđ secundum veniam concedit Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderij. Item Ambro. Dixit Sara ad Abraham. Ecce conclusit me Dominus, vt non pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea: & ita factũ est. Considera primum ꝙ Abraham ante legẽ Moysi, & ante euangelium fuit. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legem præuenit. Nondum enim interdictum videbatur. Secundò considera, quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorum; sed studio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat humani generis, erat etiam religionis. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum, & ideo publici muneris gratia, priuatam culpam prætexit. Item Augu. Iustus quamuis cupiat dissolui, & esse cum Christo, tamen sumit alimentum, non cupiditate viuendi, sed officio consulendi, vt maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri fœminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, & vtrunque non est sine delectatione carnali, quæ tamen modificata, & refrenãte temperantia in vsum naturalem redacta, libido esse non potest. Quod autem in sustentando vitam illicitus est cibus, hoc est in quærẽda prole fornicarius, vel illicitus concubitus, & quod est in cibo licito immoderatior appetitus, hoc est in coniugibus venialis ille concubitus.

Ibidẽ de bono coniuga. cap. 13.
1. Cor. 7. a
Li. 2 de Abraham pa- 'ria' ca. 4. et 32 q. 4 c. Dixit Sara.
Gen. 19. d
Gene. 19. g
Lib. de bono coniu. c. 15
Ibid. c. 16

Non præfertur virginitas Ioannis, castitati Abrahæ.

Quòd verò castitas virginalis non præferatur in merito coniugali castitati Abrahæ. Augustinus ostendit, inquiens, Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & in Ioanne qui passus non est: sic non est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt, sed continentiam Ioannes in opere, Abraham in solo habebat habitu. Melior est autem castitas cœlibum, quàm nuptiarum, quarum vnam Abraham habebat in vsus, ambas in habitu. Castè enim & coniugaliter vixit, Esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Item Hier. Quis ignoret, sub alta dispensatione Dei, omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quo modo Abraham ante placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in castitate. Seruiuit ille legi & tempori suo: seruiamus, & nos legi & tempori nostro, in quos fines seculorum deuenerunt.

Lib. de bono coniu. c. 21.
ibidem c. 22
Lib. 2 cõtra Iouin paulo post princi. Et hab 32 q. 4. cap. Quis ignoret.

1.Cor. 10 e Gen. 30. d nerunt. Ex his apparet, quòd sancti Patres ante legem sine peccato plures habuerunt vxores, vel concubinas. Eas enim nunc vxores appellat scriptura, nunc concubinas. Rachel tamen & Lia ambæ vxores fuerunt, non concubinæ.

Oppositio.

Si quis opponat, quòd fidem tori non seruabant illi Patres; dicimus in hoc seruasse fidem tori, quia non alijs, sed proprijs vxoribus vel ancillis miscebātur. Ecce quæ fuerit consuetudo in hac re ante legē.

Leuit. 18 a Deut. 27. d Legis verò tempore interdixit Moyses carnalem copulam fieri cum matre, cum nouerca, cū sorore, cum nepte, cum amita, cum matertera, cum nuru, & alijs quibusdam. Permisit autem diuortium fieri dato libello repudij: in quo vir scribebat causas, pro Deut. 24. a quibus vxorem repudiabat. Permisit autem aliam ducere, dato priori libello: quod propter duritiam Chry homi. 32. super Mat. 19 c. in opere imperfecti. cordis eorum permissum Christus dicit: non vt concederetur dissidium, sed vt tolleretur homicidium. Permisit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc permittendo non Dei iustitiam demonstrauit, sed in peccatore minuit culpam.


Cui licebat plures habere, vel non.

Deut. 17. e Li 5.7 Deu. c.27. Ito. 4. 3.Reg.11. a 2.Reg.11. c Sed nunquid sub lege licebat habere plures vxores? Audi quid scriptum est in Deuteronomio. Non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant animā eius. Super quem locum ait Augustinus. Manifestū est Salomonem hoc præceptum transisse. Dauid autem plures habuit, nec præceptum præterijt. Permissum est enim regi plures habere: non plurimas, * multiplicata. quæ alliciant animam, * multiplicare. Cum tamen additur. Vt non eleuetur cor eius: de alienigenis prohibitum esse videtur. Veruntamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est. Permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare. Venie-Gal. 4. a te autem plenitudinis tempore, quo Christi gratia vbique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorem honestioremque institutionem, vt vnus vni in figura Christi, & Ecclesiæ coniungatur. Nec quæritur electio muneris in successione generis, sed in * scientia. perfectione vitæ & sinceritate * conscientiæ, & virginitas fœcunditati præfertur, & sacerdotibus continentia indicitur.

De Virginitate mentis, & carnis.

Li. 2. de virginib. paulo ante me diū. Et hab. 32. q.5. ca Renera. Melior est autem virginitas mentis, quam carnis. Vnde Ambrosius. Tolerabilius est mentem virginem quàm carnem habere. Vtrunque bonum est, si liceat: si non liceat, saltem non homini, sed Deo casti simus. Virgo prostitui potest, adulterari non potest, nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas Lib. ad virlapsam, ca. 4. & 32. q. 5. c. Renera Isi. in Synonim. lib. 2. paragra. 3 Aug lib. de bono coniu. c 16. Et 32 q.4 cap. Sicut. etiam loci abolet infamiam. Idem. Non potest caro antè corrumpi, nisi mens antè fuerit corrupta. Item Isidorus. Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Munda enim à contagione anima, caro non peccat. In fine huius capituli aperitur quomodo verum sit, nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi, scilicet peccato. Illud etiam Augustini aduertendum est, Sicut, inquit, sanctius est mori fame, quam idolotytis vesci, ita sanctius est defungi sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem quærere. Vndecunque verò nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti & salui erunt, semen enim ex qualicunque homine, Dei creatura est: & eo malè vtenti malè erit, non ipsum aliquando malum erit.

DISTINCTIO XXXIII.



SVPERIVS determinauit Magister de bono fidei in quocunque coniugio specialiter. Hic determinat de bono fidei in coniugio patrum antiquorum specialissime. Et diuiditur in duas partes.

Primo determinat de coniugio patrum antiquorum ante legem.

Secūdo de tempore legis. ibi. (Sed nūquā.)

Prima in tres.

Primo ponit patrum antiquorū: qui simul habuerunt plures vxores excusationem.

Secundo ipsorum commendationem ibi. (Quod vero.)

Tertio soluit contrariam obiectionem ibi. (Si quis opponat.)

Illa pars quæ incipit. Sed nunquid. diuiditur in duas.

Primo excusat illos qui plures vxores simul habuerunt tempore legis.

Secundo ponit commendationem virginitatis tempore euangelij ibi. (Melior est autē.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de quatuor.

Primo de pluralitate vxorum.

Secundo de concubitu.

Tertio de libello repudij.

Quarto de virginitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum habere plures vxores simul: sit contra legem naturæ.

Secundo vtrum aliquando fuerit licitum ex dispensatione.

QVAESTIO I.

Vtrum habere plures vxores simul sit contra legem naturæ.

ET VIDETVR, ꝙ non: dicit enim Magister huius di. cap. 1. & est 32. q. q. 4. obijciūtur. Obiiciūntur Iacob quatuor vxores, ꝙ quādo mos erat peccatum non erat, sed nulla consuetudo valet contra legem naturalem: quia vt dicitur de con. dist. 8. in fi. Consuetudo naturali iuri postponitur: ergo habere plures vxores simul non est contra legem naturæ. Arg. 1. D. Bon. hic ar. 1 q. 2. Sco. ibi. q. 1 D. Th. ibid. q. 1. ar. 1.

Item Aug. lib. de bono coniugali, post medium, & recitat Magister huius di. c. 1. dicit Secundo.

cit

cit de iustis antiquis, qui pluribus fęminis vtebantur, quòd homo contra naturam non faciebat.

Item institu. de iure naturali. Quod naturalis ratio inter homines constituit, illud apud omnes populos peræque custoditur: sed non habere plures vxores simul nô custoditur æqualiter apud omnes populos: ergo hoc non est constitutum ratione naturali: & si sic, habere plures vxores simul non est contra legē naturalem.

Contra super illud Gen. 4. Lamech accepit vxores duas: dicit Interlinearis glo. primus contra naturam, & morem adulterium committens.

Item illud est naturale rei, quod sibi conuenit a sua prima institutione, sed vnam vnius conuenit matrimonio a sua prima institutione, vt patet Gen. 2. vbi dicitur: adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: ergo vnū virum habere plures vxores, est contra naturā matrimonij: sed matrimonium est de lege naturæ: ergo habere plures vxores simul contra legem naturæ est.

CONCLVSIO.

Naturæ qua homo in agibilibus dirigitur contrarium est virum vnum plures simul habere vxores, impossibile enim est eum pluribus ita sicut vni solisfacere.

Respondeo ꝙ in homine, & est natura generis, qua est animal, & natura speciei, qua est homo, secundum hoc in homine lex naturæ dupliciter dicitur, s. vel a natura generis, & sic vt dicitur institu. de iure naturali. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, vel a natura speciei, & sic lex naturalis est, quā naturalis ratio practica obseruandum in agibilibus constituit. Homo enim reponitur in specie hominis per animam rationalem. Loquendo de lege naturæ primo modo dicta, habere plures vxores simul non est contra legē naturæ, sed loquendo de lege naturę, secundo modo dicta habere plures vxores simul est cōtra legem naturæ, naturalis enim rō dictat æqualem debere esse obligationem, quantum ad vsum corporum suorum inter virum, & mulierem, ad hoc vt sit societas coniugalis. Dictat etiam nullum se debere obligare ad aliquid quod possit esse incompossibile alij rei, cui obligatur, impossibile autem est vnū virum æqualiter esse obligatum pluribus mulieribus sicut vni soli, & sicut vna sibi. Ex iure ēt matrimoniali tenetur vir vxori petenti debitum reddere quod obseruare non posset, qñ plures simul hoc peterent. Dictat etiam ratio naturalis virum debere ad hoc tendere vt in domo sua sit pax, quam multum impediret vxorum pluralitas, eo ꝙ vir non posset cuilibet ad votum satisfacere, & suspicaretur vna aliam posse plus diligi, quàm se, & certarent contra virum, & adinuicem, communicantes enim in eodem officio faciliter simul rixantur. Quamuis autem ex dictis ostensum sit habere plures vxores simul esse contra legem naturę: non tamen est intelligendum, ꝙ sit directe cōtra primum principium legis naturę, nec contra aliquam de conclusionibus ita ꝓpinquis illi principio, ꝙ quasi vltro se offerūt intellectui, hæc n. conclusio ꝙ vnius non debet esse nisi vna: quamuis sequatur ex primo principio legis naturæ: tñ est cōclusio multū remota, & nō statim intellectui peruia, sed per studium, seu per diuinam illustrationem cognoscitur eam ex primo principio legis naturæ deriuari.

Ad primvm in oppositum dicēdum, ꝙ nō erat crimē, quādo mos erat quia illa cōsuetudo erat roborata dispēsatione diuina: alias cōsuetudo nō valuisset, ꝙ autem Deus in hoc potuerit dispēsare contra legem naturæ in sequenti quæstione dicetur.

Ad secūdum dicēdum, ꝙ illud verbum intelligitur de natura generis, vel hoc dicit: qa hoc dicit, quia hoc fiebat ex dispēsatione cōditoris naturæ.

Ad tertium dicēdum, ꝙ loquitur auctoritas illa de primo principio cōstituto a naturali rōne, & de cōclusionibus ita propinquis illi principio, ꝙ fere vltro se offerunt intellectui, lex. n. naturalis quātum ad suas cōclusiones remotas: quamuis vt in pluribus vniformiter se habeat, tñ secūdum diuersitatē temporum locorum, & negociorum ad casus diuersos diuersimode applicantur, & hoc propter naturam materiæ agibilium, quæ tātam habet differentiam, vt videantur sola lege esse posita: natura vero non, vt dicit philosoph. 1. Ethicorum. cap. 2.

QVAESTIO II.

Vtrum habere plures vxores aliquando fuit licitum ex dispensatione.

Et videtvr, ꝙ non: quia cōtra legem naturæ nō pōt dispēsare, nec hō, nec Deus: cum lex naturæ sit quędam deriuatio a lege æterna: sed nō habere plures vxores simul est de lege naturę, vt patet ex pręcedēti quæstione: ergo nunquā fuit licitum habere plures vxores ex dispensatione.

Item magis sufficit vna mulier pluribus viris, ꝙ ecōuerso: sed nunquam ex dispensatione licuit vnam mulierem habere plures viros ergo nec vnum virum habere plures vxores.

Itē sicut matrimonium est in officium, ita est in remedium, sed nunquam fuit dispensatum cum aliquo, vt licitum esset ei habere plures vxores, propter remedium: ergo a simili, nec propter officium.

Item non est facienda dispensatio propter aug-

Margin notes: Tertio. | In oppositum. | Secundo. | Respon. | In homine lex naturæ dupliciter dicitur. | Ad primū. | Ad secundum. | Ad tertiū. | Arg. 1. D Bon. vbi sup q. 3. Sco vbi sup. D Tho. vbi sup. ar. 2. | Secundo. | Tertio. | Quarto.

augmentum minoris boni in detrimẽtum maioris, ſed bonum ſacramẽti, & fidei ſunt maiora bona matrimonij, quam bonum prolis: cum ergo habere plures vxores ſimul ſit cõtra bonum fidei, & bonum ſacramẽti, nõ debuit hoc concedi ad augmentandum bonum prolis.

In oppoſitum. Contra, Magiſter huius di. c. 2. Sancti patres ante legem ſine peccato plures habuerunt vxores, ſed hoc nõ eſſet verum, niſi cum eis fuiſſet diſpenſatum.

Secundo. Item glo. ſuper illud Deuter. 17. Nos habebit plurimas vxores, & recitat Magiſter huius diſt. c. 3. Dauid plures vxores habuit, nec præceptum præterijt. ſed omnis faciẽs cõtra præceptum ſine diſpẽſatione præterijt præceptũ: cum ergo Dauid diſpenſatum fuit, vt ſibi plures habere liceret.

CONCLVSIO.

Fuit, idque abſque legis naturæ (quæ tantum ſcripta eſt in corde) præiudicio, Deus namque cum patriarchis & prophetis per internam inſpirationem diſpenſauit.

Reſpon. Respondeo, ꝙ aliquãdo fuit licitum plures vxores habere ex diſpenſatione, Deus enim cõtra illud præceptum legis naturæ de nõ habẽdo plures vxores ſimul, poteſt diſpẽſare, & cõgrua fuit ratio diſpẽſandi quo ad ſanctos patres ante legem, & ſub lege, poſsibilitas enim diſpẽſationis patet ex hoc, quia quamuis cõcluſiones deriuatæ ex principio legis naturæ, vt in pluribus vniformiter ſe habeãt: tamẽ aliquãdo per accidẽs in caſu ſunt variabiles ſecũdum ſñiam philoſophi. 5. Eth. cap. 12. quod etiam ibidem oſtẽdit philoſophus per ſimile in naturalibus dicẽs, ꝙ natura dextera melior eſt, quamuis contingat ambidextros fieri, præceptum autem legis naturæ de nõ habẽdo plures vxores nõ eſt primũ præceptum legis naturæ, nec eſt de cõcluſionibus proximis, quę fere vltro ſe offerũt intellectui, ſed eſt cõcluſio deriuata ex primo principio legis naturę per multas cõcluſiones medias, vt in præcedẽti quæſtione dictum eſt, & ideo quamuis vt in pluribus vniformiter ſit obſeruãda, ſecũdum tamẽ oportunitatem tẽporum, & perſonarum potuit variari, abſque pręiudicio primi principij legis naturæ: ſed talem oportunitatem determinare nõ pertinet ad quemlibet, ſed ad cõditorem legis naturæ, & ideo in illo præcepto ſolus Deus potuit diſpẽſare, cõgrua tamẽ ratio diſpẽſandi fuit prolis multiplicatio ad cultum Dei educandæ: quia tũc erat paucitas fidelium, & quia hoc præceptum non erat niſi legis naturę, quę ſcripta eſt in corde ideo ſufficit diſpẽſatio facta per inſpirationem ĩternam quæ facta fuit patriarchis, & prophetis explicite, ſed minoribus implicite, quia eorum exemplo ex eadem cauſa licebat eos plures habere.

Ad primũ. Ex dictis patet ſolutio ad primum argumentum in oppoſitum.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ quamuis magis ſufficiat vna mulier pluribus viris, quam econuerſo ad remedium, nõ tamen ad officiũ procreationis filiorum, quia magis fecundare, poteſt vnus plures, ꝙ vna fecundari a pluribus.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ diſpẽſatio debet fieri in præcepto, propter commune magis, quàm propter priuatum, ſed remedium reſpicit bonum perſonale, & officium generandi prolem ad cultum rei recipit bonum commune, vnde & matrimonium principalius inſtitutum eſt propter officium, quam propter remedium.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ quando multũ augmentatur minus bonum, & augmẽtum eſt multum neceſſarium, & parũ detrahitur maiori bono non eſt inconueniens fieri diſpenſationem in augmentum minoris boni cum aliqua diminutione maioris, ſic autem fuit in propoſito, in illo enim matrimonio reddebatur debitum vxori, quamuis hoc non ita ſtricte ſeruaretur ſicut in monogamia: non totaliter ibi etiam tollebatur bonum ſacramenti: quia per pluralitatem vxorum ſignificabatur diuerſitas graduum in eccleſia militante, & triumphante, & eccleſiam eſſe adunandam ex perſonis diuerſarum nationum.

Aliqui etiam dicũt, ꝙ bonum prolis, quod eſt ſuſceptio prolis educandæ ad cultum diuinum maius bonum eſt, quam bonum fidei, quod eſt vnum de bonis matrimonij, & quam bonũ ſacramenti: illud enim bonum includit fidem ad Deum, quæ maior eſt, quàm fides ad hominem, bonum etiam ſacramenti non eſt maius bonum inter bona matrimonij ratione ſignificationis tantum, ſed quia inſtrumentaliter cauſat gratiam: vnde quia in veteri lege gratiam non conferebat ex vi ſacramenti, nõ videtur, ꝙ ante nouam legem bonum ſacramẽti eſſet maius inter bona matrimonij, quamuis in noua lege maius ſit inter illa, inquãtum inſtrumentaliter confert gratiam, & ſi Deus, ex ſpeciali cauſa diſpẽſaret modo, vt aliquis plures haberet vxores bonum matrimonij inſtrumentaliter cauſando gratiam nõ propter hoc minueretur ſi autem bonum ſacramenti velles extẽdere ad bonum ſignificatum per ſacramentum, ſic manifeſtum eſt, ꝙ etiam in lege veteri bonum ſacri erat maius bonum, quam aliquod aliud bonum matrimonij: quia etiam in veteri lege ſignificabat vnionem Chriſti, & eccleſiæ, & etiam futuram vnionem humanæ naturę cum perſona filij Dei, quam in noua lege conſumatum matrimonium ſignificat iam factam.

ARTICVLVS II.

Consequenter quæritur de ſecundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Pri-

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum concubitus concubinarius sit contra legem naturæ.

Secundo vtrum sine peccato mortali possit fieri ex dispensatione.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum concubitus concubinarius sit contra legem naturæ.

Arg. 1. D. Bon. hic. q. 1. ar. 1. D Tho. vbi sup. ar. 3. OSTENDO, ꝙ non. Illud ad quod inclinat natura non est contra legē naturæ, sed ad concubitum concubinarium frequenter inclinat natura: ergo non est contra legem naturæ.

Secundo. Item concubitus, qui non est contra bonū prolis, nec contra bonum fidei, non est contra legem naturæ: sed aliquis concubitus concubinarius potest esse huiusmodi, quandoq; enim proles suscepta de concubina valde amanter suscipitur, & diligentissime ad diuinum cultum educatur, possunt etiam sibi seruare fidem, vt vir alij non commisceatur, q̄ suæ concubinæ, nec concubina alij viro, & alter alteri petenti vsum corporis sui non negare: ergo potest esse concubitus concubinarius non contra legem naturæ.

In oppositum. Dis. 37. in principio. CONTRA, per tertium præceptum secundæ tabulæ prohibetur omnis concubitus extra fędus matrimonij, sed vt ostensum est in li. 3. Omnia pręcepta decalogi sunt de dictamine legis naturæ: ergo omnis concubitus inter non coniuges est contra legē naturæ.

CONCLVSIO.

Imo est, fit enim & in boni prolis præiudicium, & contra decalogi præceptum, & hoc legi naturæ est oppositum.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ concubitus concubinarius, seu fornicarius est contra legem naturalem non a natura generis, sed speciei, naturalis enim ratio dictat carnalem concubitum non debere fieri in præiudicium boni prolis, nec hominem se priuare etiam ad modicum tempus vsu rationis, nisi sit bonum, aliud recompensans, sed concubitus concubinarius, seu fornicarius est in notabile præiudicium boni prolis, sic enim dcit Aug. 9. super Genes. ante medium. Bonum prolis est vt amatus suscipiatur: benigne nutriatur, & religiose educetur: quo bono, vt in pluribus caret proles genita per concubitum concubinarium, seu fornicarium, quia vt in pluribus a parentibus minus diligunt, quam de legitimo thoro geniti, & parentes circa eorum disciplinam, & nutritionem negligentes sunt. (Bonum prolis quid.) In concubitu etiam concubinario, seu fornicario non est bonum recompensans bonum vsus rationis, quo secundum Augustin. decimoquarto de Ciuita. cap. decimosexto. se priuat homo ad tempus per carnalem concubitum: quia ibi non est bonum sacramenti, nec fidei, nec bonum prolis, vt in pluribus, non tantum autem ius scriptum, sed etiam naturale potius aptatur ad ea quæ frequenter, quā ad ea quæ per raro eueniunt. ff. de legibus. Nī ad ea.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod procedit de iure naturali a natura generis. Vel potest dici, ꝙ ad talem concubitum est inclinatio propter corruptionem naturæ, propter enim pnitiosas naturas homines habent inclinationes in naturales, secundum Philosophum, septimo Ethicorum. cap. septimo, vnde si natura humana in sua integritate remansisset, nunquam ad concubitum concubinarium, seu fornicarium inclinasset.

Ad secūdū. Ad secundum dicendum est, quòd quamuis aliqui fornicantes sufficienter prouideāt proli, quantum ad ea, quæ respiciunt bonum prolis, & quamuis in concumbendo hanc intentionem habuerint, hoc tamen eorum concubitum non excusat: quin sit contra legem naturæ: quoniam vt iam dictum est, quod cadit sub legis determinatione, iudicatur secūdum illud, quod in pluribus accidit, non secundum illud, quod raro, & in aliquo casu accidere potest.

QVAESTIO II.

Vtrum concubitus concubinarius possit ex dispensatione fieri sine peccato mortali.



Arg. 1. ET VIDETVR, quòd sic: sicut concubitus concubinarius est contra legem naturæ: ita plures vxores simul habere: ergo sicut ex dispensatione licitum fuit simul habere plures vxores, ita ex dispensatione licitum fuit vti concubinario concubitu.

Secundo. Item matrimonium est vinculum indissolubile, sed vt habetur Genes. vigesimoprimo Per admonitionem Sarræ, & diuinum mandatum Abraam, separauit Agar a se: ergo nō fuit eius vxor, & tamen de eo, ꝙ cum ea concubuit non reprehenditur.

Tertio. Item Oseæ primo dictum est, ꝙ facerem filios fornicationis.

In oppositum. CONTRA, concubitus concubinarius, seu fornicarius, importat actum conuolutum, cum deordinatione, sed Deus dispensare non potest, vt aliqua deordinatio sit licita: ergo ex dispensatione fieri non potest talis concubitus, quin sit peccatum mortale.

Item concubitus concubinarius est contra vnum de principijs legis naturæ, est enim contra bonum prolis, qui est principalis finis concubitus carnalis, secundum naturale iudicium rationis: finis autem principium est in moralibus. Sed contra principia legis naturę dispensare non potest, nec homo, nec Deus, ergo nunquam ex dispensatione potuit esse licitus concubitus concubinarius.

2. physicor. T. c. 8, & 7. Ethic. c. 2.

CONCLVSIO.

Minime quidem, actus enim debitum ad Deum ordinem corrumpens, etiam per quamcumque potentiam, sine mortali peccato fieri non potest.

Respon. aliena.

AD ISTAM quęstionem, dicunt aliqui ꝙ nunquam potuit dispensare in concubitu concubinario, quin semper fuerit peccatum mortale: quia omnis actus tollens debitũ ordinem proximi ad proximum non potest fieri sine mortali peccato, per quamcunque dispensationem, sed concubitus concubinarius est huiusmodi, tollit. n. debitum ordinem parentum ad prolem.

Eius impugnatio.

SED cõtra rõnem hanc põt sic argui: si aliquis actus, vt in pluribus tollit debitum ordinem proximi ad proximum: ita tamen, ꝙ in aliquo casu, & raro potest debitum ordinem non tollere, quamuis dispensari non possit, vt vniuersaliter talis actus sit licitus, vel possit fieri sine mortali peccato: tamen dispensari potest per conditorem legis, vt in casu in quo non tollit debitum ordinem proximi ad proximum non sit peccatum mortale: concubitus autem concubinarius est huiusmodi, quãuis enim vt in pluribus tollat debitum ordinem parentum ad prolem: tamen potest contingere, ꝙ homo coeat cum muliere, cum qua non est matrimonialiter coniunctus, & mulier cum viro, propter bonum prolis, & quòd prolem amanter suscipiant, & benigne nutriant, & religiose educent: ergo videtur, ꝙ si non obstaret aliud, quam ratio supradicta, concubitus concubinarius in casu prædicto posset per dispensationem conditoris legis naturæ, non esse peccatum mortale.

Doctoris responsio. Concubitus fornicarius quare non potest dispẽsare quin cõtrahat reatum mortale.

Videtur ergo mihi dicendum, ꝙ ratio quare concubitus concubinarius, seu fornicarius non potest fieri sine peccato mortali, per dispensationem quamcumque, est quia in nullo casu potest fieri bene, neque absque corruptione debiti ordinis ad Deum, talis enim viri concubitus, semper est cum non sua quantum ad talem vsum, nec simpliciter, nec ad tẽpus: quicumque autem vtitur re non sua, quãtum ad vsum, nec simpliciter, nec ad tempus corrumpitur debitum ordinem ad dominum rei. & quia mulier non est sui ipsius, sed est Dei: vir carnaliter copulans se cum muliere non sua, quantum ad talem vsum debitum ordinem ad Deum corrumpit, Deus autem facere non potest, vt actus corrumpens debitum ordinem ad ipsum sine peccato mortali

Nota.

possit fieri. Posset tantum Deus facere, tanquam Dominus superior habens super virum & mulierem plenitudinem potestatis, ꝙ licitum esset viro, & mulieri concedere sibĩ mutuo potestatem corporum suorum ad tẽpus, quamuis hoc eis licitum esse non posset, nisi per auctoritatem diuinam, vt ostensum est superius in illa quæstione vtrum possit cõtrahi matrimonium ad tempus, concubitus autem talium non esset concubinarius, nec fornicarius: quia non esset cum non sua, nec cum non suo.

Di. 28. art. q. 1.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ alio modo est contra legem naturæ concubitus concubinarius, quã habere plures vxores simul quia in nullo casu potest fieri concubitus concubinarius: quin sit contra legẽ naturæ: quia semper corrumpit debitum ordinem ad Deum, sed potuit esse casus, & fuit in quo aliquos habere plures vxores simul nõ fuit contra legem naturæ, quamuis sit contra legẽ naturæ, vt in pluribus, sicut videmus, ꝙ contra legem naturæ est, vt in pluribus depositum petenti non reddere, tamen non reddere in illo casu, in quo per illud depositum posset destruere rempublicam non esset contra legem naturæ, sed magis secundum eam.

Ad primũ

Ad secundum dicendum, ꝙ Agar fuit coniuncta Abrahæ indissolubili vinculo, quantum ad mutuam potestatem corporum suorum: vnde secundum rei veritatem fuit vxor, sed quia non habebat auctoritatem matrisfamilias in regimine domus, & familiæ, nec proles sua succedere debebat in hæreditate, quo ad hoc erat ancilla, nec licitum fuisset Abrahæ eam a se eiicere propter monitionem Saræ, nisi super hoc diuinum habuisset mandatum: voluit autem Deus eos separari, non quantum ad vinculum, sed quantum ad cohabitationem, & thorum, ad significandum illud mysterium, quod explicat Apostolus ad galath. quarto, cum dicit Abraham duos filios habuit, &c.

Ad secundũ

Ad tertium dicendum, quòd Deus non dispensauit cum Oseæ, vt fornicaretur, sed mandauit, vt acciperet mulierem prius fornicariam, & hoc mandando fecit illam esse prophetæ vxorem propheta consentiente.

Ad tertiũ

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum fuerit vnquam licitum vxorem repudiare.

Secundo si vir poterat repudiatam sibi reconciliare:

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum aliquando fuit licitum vxorem repudiare.

Art. 1. D. Bo. ibid. q. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic. Deutero. 24. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiā ante oculos eius, propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua.

Secundo. Item Malach. 2. Vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere, cum odio habueris eam dimitte.

Tertio. Item illud est licitum quod nisi fieret, multa damna peruenirēt, sed sicut dicit Auic. 10. Metaphy. c. penul. Si non liceret viro aliquādo dimittere vxorem multa damna prouenirent, potuerunt enim talis naturæ esse coniuges, vt quo magis coguntur simul manere magis odiunt se, & poterit esse aliquid inter eos quod abhorreat natura, & hæc compellet eos quærere alia coniugia: ergo aliquando licitum est vxorem dimittere.

In oppositum. CONTRA, æqualis est obligatio inter cōiuges quantum ad vsum corporum suorum: sed nunquam licuit mulieri repudiare virum: ergo nec viro repudiare vxorem.

Secundo. Item Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet, sed viros coniuges Deus cōiunxit: ergo non possunt per hominem separari.

Tertio. Item nunquam fuit licitū illud quod euangelium reprobauit, sed repudium vxoris veritas in euangelio reprobauit: extra de diuortijs. Gaudemus: ergo tale repudium nunquā licitum fuit.

CONCLVSIO.

Nequaquam, etsi enim per potentiam diuinam potuerit esse licitum, hoc tamen Deus semper reprobauit.

Responsio communis. AD ISTAM quæstionem communiter dicitur, ꝙ nunquam fuit licitū repudiare vxorem, vnde Saluator Matth. 19. dicit, Moysen hoc permisisse ad duritiam cordis Iudæorū, & ipsum non licere dimitti, nisi ob fornicationem, nec propter hoc intelligitur eā posse dimitti, quantum ad vinculum, quod patet: quia immediate subiungitur: ꝙ si aliam duxerit mœchatur, supple repudiata viuente, sed intelligit illam dimissionem posse fieri quantum ad cohabitationem, & thorum. Etiam Apostolus 1. Cor. 7. dicit, his qui matrimonio iuncti sunt, Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere, ꝙ si discesserit manere innuptam, & parum post dixit, ꝙ vir vxorem non dimittat.

Præterea si licitum fuisset vxorem repudiare, repudiata nubendo, alij non esset propter hoc polluta, & abominabilis facta coram domino. Sed Deuteronom. 24. dicitur, quòd repudiata quæ alium virum duxerit polluta, & abominabilis facta est coram domino.

Præterea Glo. super illud Matth. decimonono. Moyses ad duritiam cordis vestri permisit, &cætera, dicit, non Deus: & Glosa marginalis dicit, quòd consilium fuit hominis nō Dei imperium: & Magister huius distin. cap. 2. dicit, quòd hoc fuit a Moyse permissum, non vt concederetur discidium, sed vt tolleretur homicidium: permisit fieri mala, ne fierent peiora, ad hoc etiam est ratio, quia inseparabilitas est de matrimonij essentia, vt superius est ostensum.

Resp. peculiaris. Alij dicunt, ꝙ tempore legis licitum fuit viro repudiare vxorem, quamuis enim homo separare non possit, quod Deus coniunxit: Deus tamen quos coniunxit potest disiungere: vnde super illud Matt. decimonono, quos Deus coniunxit, homo non separet, dicit Glo. interlinearis, sed Deus. Lex autem Moysi, lex fuit diuina, quia a Deo per Moysen data, quod ergo Deus concessit Moyses filijs Israel in lege concessit: ergo auctoritate diuina licebat eis repudiare vxores suas, dato libello repudij, secundum quòd continebatur in lege.

Præterea quamuis lex humana aliqua recte permittat, quæ recte per diuinam prouidentiam vindicantur, inconueniens tamen videtur dicere, quòd lex diuina permissionem aliquorum malorum exprimat, nec tamen illa iudicet mala esse: alioquin esset occasio directa hominibus committendi peccatum: in lege autem nusquam ostendit repudium vxoris diuina iustitia puniendum.

Pro opi. cōi. Ad primū. Qui vult tenere primam opinionem, quæ est communior, & securior, potest dicere ad primum in oppositum, quòd Moyses hoc permittendo, non Dei iustitiam demonstrauit, sed in peccatore minuit culpam, secundum quòd dicit Magister, huius distinct. ca. secundo, & Glo. super illud Matth. decimonono. Ad duritiam cordis vestri permisit: quæ dicit, quòd maluit Moyses indulgere diuortium, quàm desiderio secundarum nuptiarum fieri homicidium, vel perdurare odium.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd ibi Propheta loquitur permissiue non imperatiue, quasi dicat, permittitur tibi eam dimittere absque temporali punitione exercenda per iudicem temporalem.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd illa ratio nulla est, si enim secundum Apostolum non sunt facienda mala, vt veniant bona: nec sunt facienda mala, vt vitentur peiora, quia per aliam viam vitari possunt, & sententia Auicen. in illo loco est reprobanda.

Ad illud quòd in corpore quæstionis dicebatur pro secunda opinione dicendum, ꝙ ibidem ostenditur repudium esse permissum, non sicut licitum, sed tanquam minus malũ, per hoc, ꝙ illa quæ repudiabatur, si alij nubebat marito viuẽte iudicabatur polluta, & abominabilis coram domino, sed talis non fuisset iudicata si per repudiationem solueretur vinculum inter ipsam, & virum priorem.

Pro secunda opinione, Ad primũ in oppositũ. Qui vult tenere opinionem aliã potest dicere ad primum argumentum contra eam, ꝙ quis de lege communi sit æqualis potestas inter coniugem q̃tum ad vsum corporum suorum, secundum Aug. 22. lib. contra Faustum, inter principium, & medium, tamẽ diuina auctoritas aliter potuit ordinare ex speciali cã quantum ad populum Iudæorum, propter duritiam cordis eorum, nec enim fuit similis ratio permittendi mulierem repudiare virum, sicut econuerso, quia non ita fuissent ausæ viros occidere, si odissent eos sicut econuerso: & quia nimis facilis est ad irascendum, & ad concupiscendum, & parui sensus, & deceptibilis, & magnæ voluptatis, secundum Aui. 10. Metaphy. cap. penult.

Ad secundũ. Ad secundum dicendum, ꝙ illud diuortiũ fiebat non auctoritate humana, sed diuina.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ veritas in euangelio illud reprobauit tanquam malum tempore legis euangelicæ, non tempore legis veteris: cui concordare videtur, ꝙ ibidem reprobat aliam vxorem accipere prima viuente, ꝙ tamẽ constat licitum fuisse antiquis patribus, ex diuina dispensatione.

Auctoritates euangelij, & Apostoli pro prima opinione, & auctoritates aliæ intelligi possunt pro tempore legis euangelicæ.

Ad illud autem quod dicitur, ꝙ repudiata alij nubes erat abominabilis coram domino, & polluta, dicendum ꝙ hoc dictum est de illa quę nupsit alij, & ab illo etiam repudiata fuit: vnde abominabilis, & polluta dicebatur, nõ quia alij nupsisset, sed quia bis repudiata, ex hoc enim præsumebatur contra eam malum.

QVAESTIO II.

Arg. 1. D. Bon. vbi su. q. 3.

Vtrum vir poterat repudiatam sibi reconciliare.

CONCLVSIO.

Poterat, sed si mulier cum aliquo alio matrimonium non contraxerit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sic, antequam mulier contraheret secundas nuptias; non post, quod statutum fuit in pœnam mulieris, quæ adulterium commisit: quia semper mansit vinculũ coniugale inter ipsam, & priorem, & in pœnam viri, eo ꝙ repudiando eam dedit sibi occasionem adulterandi dando operam illicitę rei, secundum diuinum officium: quapropter ad repressionem temerarię iracundiæ virorũ impellentis eos ad repudiandum vxores, præceptum fuit, ꝙ repudians daret vxori libellũ repudij. Vnde Aug. 1. lib. de sermo. Domi. in monte, ante medium, non qui pręcepit dare libellum repudij, hoc præcepit vt vxor dimittatur, sed qui dimiserit, inquit, det illi libellũ repudij, vt temerariam iracundiam proiicientis vxorem libelli cogitatio temperaret: qui ergo dimittendi quæsiuit moram, significauit quantum potuit duris hominibus se nolle dissidium.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum virginitas sit virtus.

Secundo vtrum sit maioris meriti, quam castitas coniugalis.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum virginitas sit virtus.



ET VIDETVR, ꝙ non: dicit enim philosoph. 2. Ethic. c. 8. ꝙ virtus est habitus electiuus in medietate existens. Sed virginitas existit in extremo: ergo non est virtus. *Arg. 1. D. Bon. vbi su. ar. 1 q. 1 D. Tho. in q. 3. ar. 3.*

Item nullus habitus vno tempore vitiosus, in alio tempore est virtuosus, quia vna forma nõ mutatur in formã sibi cõtrariã. Sed habitꝰ virginitatis aliquo tpe fuit vitiosus, s. illo tpe quo Dñs præcepit viris, & mulieribus crescere, & multiplicari, & replere terrã: ergo nullo tẽpore habitus virginitatis pot est esse virtuosus. *Secundo.*

Item nulla virtus amittitur nisi per peccatum: quia non amittitur nisi per actum repugnantem virtuti: omnis autem talis actus peccatum est, sed virginitas amittitur sine peccato: quia sicut dicit Apostolus 1. Cor. 7. Si nupserit virgo non peccauit: ergo virginitas nõ est virtus. *Tertio.*

CONTRA, ostendo ꝙ virginitas nõ tantum sit virtus, sed etiam virtus distincta a castitate coniugali. Sicut enim se habent dationes, & sumptus ad liberalitatem, sic delectationes venereæ ad castitatem cõiugalem. sed secundum philosophum 2. Ethi. cap. 7. Circa magnas dationes, & sumptus est virtus magnificentiæ, quæ alia est a liberalitate, quæ est circa mediocres dationes, & sumptus: ergo similiter circa illud, quod respectu delectationum venerearum est maximum, quod est abstinentia ab omni delectatione venerea, est alia virtus ab illa, quæ est circa illud, quod respectu delectationum venerearũ est mediocre, quod est abstinẽtiæ ab omni delectatione venerea illicita: sed primũ est per virgi- *In oppositum.*

virginitatem, secundum per castitatem coniugalem: ergo virginitas est alia virtus a castitate coniugali.

Secundo. Item secundum philo.2.eth.c.3. virtus semper est circa difficile:ergo vbi est specialis rō difficultatis,respectu huius est specialis ratio virtutis. Sed in abstinendo ab oī delectatione venerea,tam licita,q̃ illicita est specialis difficultas,q̃ non est in abstinendo ab omni delectatione venerea illicita:cum ergo prima abstinentia sit per virginitatem:secunda per castitatem coniugalem, videtur ꝙ virginitas sit specialis virtus a castitate coniugali per essentiam distinctam.

CONCLVSIO.

Virginitas virtus est, & in medietate consistens, siquidem & habitus est habentem perficiens, & rectæ rationi maxime consentaneus.

Responsio Virginitas dupliciter sumi potest. RESPONDEO, ꝙ virginitas potest accipi improprie.s.pro negatione actualis concupiscentiæ cuiuslibet venereæ delectationis cum carnis integritate, & sic quælibet mulier nascitur virgo, sed sic virginitas non est virtus,carnalis enim integritas nō est virtus,nec est pars essentiæ virtutis, tota.n. essentia virtutis cuiuslibet in anima est secundum Augu. 1. de ciui. c.17. & de bono coniugali dicitur circa medium,ꝙ continentia non corporis, sed animi est virtus,prædicta etiā negatio actualis concupiscētiæ nullam essentiam dicit, oīs autem virtus aliqua essentia est.

Alio modo potest accipi virginitas ꝓ habitu,quo nisi adsit carnalis necessitas vacādi carnali copulæ determinatur volūtas ad prōpte, & faciliter respuendum oēm veneream delectationem, non tantum illicitam, sed ēt licitam: vt mens liberius vacet spiritualibus, quia sicut ait Apost.1.Cor.7.Mulier innupta, & virgo cogitat quæ domini sunt,vt sit corpore sancta & spiritu, & sic virginitas est virtus, sic enim est habitus bonus habentē perficiēs, & opus eius bonum reddens:est enim habitus rationi consentaneus. Nec tamen est virtus ꝑ essentiam distincta a cōiugali castitate, vtrā que enim voluntatem determinat ad illud qđ dictat ratio recta circa voluptates venereas obseruandum. Sed perfectius ad hoc determinat voluntatem virginitas,q̃ coniugalis castitas:vnde virginitas vltra coniugalem castitatem addit perfectionis statum, vnde differre videntur, sicut virtus imperfecta, & perfecta quę per essentiam non distinguuntur.

Ex prędictis videri potest integritatē carnis non pertinere ad virtutis virginitatis essentiam, nec ipsam esse aliquod eius accidēs sibi inherens,cum virginitas sit in anima, vt dictum est,sed est quoddam ornamentum, & decor eius accidentalis extrinsecus assistens, & ideo perdi potest carnis integritas, absque diminutione virtutis virginitatis: vt patet in virginibus per violentiam carne corruptis, secundum Augus. 1.de ciui.c.17.& 19.vbi dicit expresse,ꝙ si violenter oppressis periret pudicitia,non esset virtus animi. Et infra: nec ipsi corpori aufert sanctitatem violentia libidinis alienę,quam seruat perseuerantia continētiæ suæ.Simile hr̄. 32.q.5.in princ.& c.Tolerabilius.& c. magis.

Ad primū. Virtus enim medio consistere, quō accipit. dīt fit. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ medium in quo consistit virtus accipitur ꝑ comparationem ad dictamen rationis rectæ: vnde philoso.postquam dixit, ꝙ virtus est habitus electiuus in medietate cōsistens:immediate subiungit, quo ad nos determinata ratione, & vt vtique sapiens determinabit, accipitur autem hoc medium non semper in comparatione ad materiam virtutis, sed quandoque in comparatione ad circūstantias, quod patet, dicit.n.philos.4.Ethi. c.4.ꝙ magnanimus magnitudine quidē extremus est,eo autē ꝙ vt oportet medius,hoc modo virginitas respectu delectationum venerearum in medio consistit: quia abstinet ab omni delectatione venerea,& sic tenet extremum, quo ad materiam, tenet tamen medium quo ad circūstantias:quia hoc obseruat ꝓ tempore, quo hoc expedit obseruare,hoc est ꝓ tēpore quo non præcipitur,nec a Deo consulitur vacare carnali copulæ,& ēt obseruat hoc ꝑꝑ quod oportet.s.vt mēs liberius vacet spiritualibus, & sic de circunstantijs alijs dici pōt, quas in abstinētia ab omni delectatione venerea dictat esse obseruandas ratio recta.

Ad secundū. Ad secundum dicendum ,ꝙ minor est falsa, quamuis.n.aliquo tempore fuisset vitiosū abstinere ab omni carnali copula. s. quando carnalis copula erat in præcepto ꝓpter fidelium multiplicationem,tamen ex hoc non sequitur,ꝙ habitus virginitatis tunc fuisset vitiosus: quia tunc ꝓ illo tempore determinabat voluntatem ad coniugalem concubitum, propter bonum prolis, sicut nō existente prædicta necessitate determinat voluntatem ad omnem delectationem veneream respuendam.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum,ꝙ quamuis sine peccato virginis possit integritas carnalis amitti, non tamen habitus virginitatis. Tamen dicunt aliqui, quòd status perfectionis suæ, quem importat virginitas vltra castitatem coniugalem, sine peccato potest amitti,sicut videmus,quòd per minus calidum remittitur calor in magis calido,& per bonos actus remissiores tamen illis bonis actibus per quos generatus est virtutis habitus remittitur ipse habitus, quòd habitus proportionatur actibus, similiter per actum coniugalem, qui est bonus, quamuis minori bonitate, quam abstinere ab omni venerea delectatione,

remittitur illa perfectio, quam habitus virginitatis superaddit habitui coniugalis castitatis.

Potest tamen aliter dici, & melius, ꝙ si modo necessitas immineret vacandi copulæ carnali per diuinum præceptum explicita, sicut antiquitus, si virgo propter hanc necessitatẽ pure vacare carnali copulæ firmiter proponens, hac necessitate transacta ab omni delectatione venerea abstinere in ea virginitatis habitus ne corrumperetur, nec minueretur, & per consequens non caderet ab illo statu mentis quem virginitas superaddit castitati coniugali, quamuis caderet a statu integritatis carnis, & ista adhuc vere virgo mente diceretur: secundum ꝙ virgo dicitur ab habitu virginitatis, secundum tamen vsum communem, qui non vocat virginem mente, nisi illã quæ in carnalem copulam nunquam consensit, vere virgo dici non posset.

Ad primũ partis oppositæ. Ad primum ad partem aliam potest dici, ꝙ in recte se habendo circa magnas dationes & sumptus est specialis ratio difficultatis alia ab illa quæ est in recte se habendo circa communes dationes, & sumptus: quia magnæ dationes fiunt personis non communibus, sed insignibus, & sumptus magni fiunt circa res, quasi alterius generis moraliter, & aliarũ cõditionum, quam sunt res communes, quamuis autem in abstinendo ab omni delectatione venerea tam licita, quam illicita sit maior difficultas, quàm in abstinendo ab illicita tantum, tamen illa difficultas nõ est alterius specialis rationis ab ista: sed tantum differens ab ea secundum magis & minus, quæ differentia non diuersificat speciem. Et sic patet solutio ad secundum.

QVAESTIO II.

Vtrum virginitas sit maioris meriti, quam castitas coniugalis.

Arg. 1. D. Bon. vbi sup q. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: Magister huius di. c. 2. & Augustin. libro de bono coniugali, longe ante finem. dicit ꝙ castitas virginalis non prefertur merito coniugali castitati Abrahæ.

Secundo. Item si natura remansisset in statu integritatis suæ, perfectiores fuissent virtutes quã modo. Sed tunc non fuisset virginalis castitas, & tamen fuisset coniugalis: ergo videtur ꝙ maioris meriti sit coniugalis, quam virginalis.

Tertio. Item maioris est meriti quod omni tempore potest esse licitum, & meritorium, q̃ quod non: sed castitas coniugalis omni tempore fuit licita, & meritoria, aliquo autem tempore castitas virginalis fuit illicita: ergo magis est meritoria coniugalis, quam virginalis.

In oppositum. CONTRA, Apost. 1. Cor. 7. dicit, ꝙ mulier beatior erit si permanserit secundum cõsilium suum, hoc est in virginitate, quam si nupserit.

Secundo. Item maioris meriti est virtus perfectior, q̃ minus perfecta. Sed vt patet ex quæstione pcedenti: virginitas perfectior est virtus, quam coniugalis castitas: ergo est maioris meriti.

CONCLVSIO.

Vnus quisquidem istorum habituum status ratione diuersorum temporum est optimus, Tunc tamẽ temporis coniugali virginalis præfertur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ non est idẽ q̃rere vtrũ maioris meriti sit habitus virginalis, quã castitas coniugalis. Et vtrum maioris meriti sit status ab omni venerea delectatione abstinentiũ, quam status cõiugatorum. Simpliciter. n. concedo, ꝙ habitus virginitatis, maioris est meriti, quam habitus continentiæ cõiugalis: q̃a habitus virginitatis est habitus castitatis perfectus, habitus castitatis coniugalis est habitus castitatis imperfectus, semper aũt ẽ maioris meriti virtus perfecta, quã imperfecta. Status aũt ab oĩ venerea delectatione continẽtium, & status coniugatorũ referri possunt ad idem tempus, vel ad diuersa tempora. Si primo mõ, aut ad tempus legis scriptæ, & sic maioris meriti fuit status coniugalis, quã status ab omni venerea delectatione abstinentiũ: vnde status coniugatorum præcipiebatur, alius vero prohibebatur propter multiplicationẽ fidelium. In tempore aũt legis euangelicę, q̃a est tempus multiplicationis fidelium per generationẽ spũalem, maioris meriti est status abstinentium ab omni venerea delectatione, quam status cõiugatorum. Si aũt prędicti duo status referantur ad diuersa tempora, vt status coniugatorum ad tempus legis scriptæ, & status abstinentium ab omni venerea delectatione ad tempus legis euãgelicæ, sic quolibet statu considerato in suo optimo vnus alteri non præfertur, vnde Aug. in li. de bono coniugali longe ante finem, & recitat Magister huius distin. c. 2. Non est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraam qui filios genuit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ castitas coniugalis Abrahæ non fuit castitas imperfecta quæ intelligitur noĩe coniugalis castitatis, quam distinguimus a castitate virginali, sicut virtutem imperfectam a perfecta: sed fuit castitas perfecta, quæ dicit totam essentiam habitus virginitatis, quamuis non dicatur virginitas, secundum communẽ vsum in illo, qui in carnalem consensit copulam, quamuis ex diuino præcepto.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ si status innocẽtiæ remansisset, castitas coniugalis perfecta fuisset castitas, & perfectior, quam fuisset castitas virginalis, quia tunc nulla difficultas fuisset in seruando virginalem castitatem, sed modo non est sic.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ castitas virginalis

lis, quantum ad id quod nominat essentiam perfecti habitus castitatis, nunquam fuit illicita: quia sic nunquam cōtrariabatur concubitus coniugalis factus ex diuino præcepto: sed perduratio propositi de non consentiendo in carnalem copulam, aliquo tempore fuit illicitum, & illo tempore magis fuit meritorius status coniugatorum, quam status ab omni venerea delectatione abstinentiū, quāuis isto tempore fit econuerso, vnde maior argumenti veritatem non habet, nisi intelligatur cæteris paribus.

Expositio litteræ.

CIRCA litteram. (In lege maledicta erat sterilis:) illa maledictio erat pęnæ nō culpæ, quodammodo. n. erat infamis apud hoīes nec contra præceptum. s. alicuius legis scriptę in codice: fuisse tñ contra præceptum legis naturæ, nisi cū eis fuisset dispensatū. (Publici muneris gratia priuatæ culpam præcessit.) alleuiando. s. non totaliter culpam excusando. (Ambas in habitu.) habitus. n. virginitatis, secundum illud quod est, cum non dicat absolute nisi castitatem perfectam in Abraham erat, quamuis coniugio vteretur, sic. n. habitus virginitatis, & castitatis coniugalis, prout fuit in Abraham non differebant secūdum aliquid absolutum, sed in relatione: vt videri possunt ex dictis in qōne. (Omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nūc Christiani sunt.) hoc intelligendum est de identitate proportionis non æqualitatis quantum ad communem statum illorum, & istorum, qui aduentum Christi secuti sunt. (Non potest caro ante corrumpi, nisi mens ante fuerit corrupta.) hoc intelligendum est de corruptione vitiosa. (Sanctius est mori famæ, quā idolaticis vesci.) hoc verum est in casu duplici. s. vel propter conscientiam manducātis, quando ad venerationem idoli comedit, vel propter conscientiam astantiū quando inde scandalizantur: quia idolaticum est aliquid idolo consecratum, si autem fidelis esuriens inueniat idolotitum, & comedat non in veneratione idoli, nec sint præsentes aliqui qui inde scandalizentur, non peccat.

De personis legitimis.

DISTINCTIO XXXIIII



NVNC *superest attendere, quæ personæ sint legitimæ ad contrahendum matrimonium. Legitimæ iudicantur personæ secundum statuta patrū, quæ diuersa sunt. Aliæ nāq; fuerūt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tpe gratiæ. Itē in primitiua ecclesia quædā erāt legitimæ, quæ modo non sunt. Earū verò quæ modo legitimæ sunt, vel illegitimæ, quædā sunt plenè legitimæ, quædā oīno illegitimæ, quædam mediæ. Plenè legitimæ sunt, quibus non obuiat votū cōtinētiæ, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel cōditio, vel naturæ frigiditas, & si quid est aliud. Penitus verò illegitimæ sunt per uotum, per ordinē, per cognationē, p disparē cultū. Mediæ uerò sunt, nec plenè legitimæ, nec oīno illegitimæ, per frigiditatem, per conditionem. si enim tales iunguntur ignoranter, commanere possunt quibusdam accedentibus causis, & eisdem deficientibus diuidi.*

De frigidis separandis.

De his. n. qui causa frigiditatis debitū reddere nō possunt, cōsulit Greg. vt permaneāt. sed si mulier causatur, dicēs. Volo esse mater, & filios procreare, decreuit vt vterq; eorū septima manu propinquorū iuret, q nunquā carnaliter conuenerint: & tūc mulier secūdas nuptias contrahat. Vir aūt q frigidæ naturę est, absq; spe coniugij pmaneat. Ait. n. sic. Interrogasti de his, q matrimonio iuncti sunt, & nubere nō possunt, si ille aliā, vel illa aliū ducere possit, de quibus scriptū est, Vir, & mulier si se coniunxerint, & post dixerit mulier de viro, q coire non possit cū ea; si potest probari qđ dicit p iustū iudiciū, aliū accipiat, si verò ille acceperit aliā, separētur. Itē. Requisisti de his, qui ob causam frigidæ naturæ dicunt se nō posse inuicē operā carni dātes, commisceri. Iste verò si nō potest ea vti p vxore, hēat eam quasi sororē Quòd si retinaculū coniugale voluerit rescindere, maneant vtriq; innupti, nā si huic non potuit naturaliter concordare, qūo alteri conueniret? Igitur si vir aliā uxorē vult accipere, manifesta patet rō, qa, suggerente diabolo odij fomitē, exosam eā habuerit, & ideo eā dimittere mēdacij falsitate molitur. Quòd si mulier cātur, & dicit. Volo esse mater, & filios procreare, vterq; eorū septima manu propinquorū tactis sacro sanctis reliquijs iureiurando dicat, q nunquā p commixtionem carnis coniūcti, vna caro effecti fuissent. Tunc videtur mulierem secundas posse contrahere nuptias. Humanū dico pp infirmitatem carnis eorū. Vir aūt, qui frigidæ naturæ est, maneat sine coniuge. Quòd si & ille aliā coniuge acceperit, tūc hi, qui iurauerāt periurij crimine rei teneātur, & pnīa peracta, priora cogātur recipere connubia. Hoc seruādū est, cū vterq; idē fatetur. sed vir si asserit se debitum reddidisse vxori, & illa diffitetur, cui potius fides habēda sit, meritò quæritur. De hoc ita statutū est, si qs acceperit vxorē, et habuerit eā aliquo tēpore, & ipsa fœmina dicit, q nunquā coisset cū ea, & ille vir dicit, q sic, ī veritate viri consistat: qa vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

De his, qui maleficiis impediti coire non possunt.

De maleficij aūt īpedimento hoc tenēdū decernitur. Quod si p sortiarias, & maleficas concubitus nō seqtur, hortādi sunt qbus illa eueniūt, vt spū cōtrito, & humiliato Deo, & sacerdoti de oībus pctīs confessionē faciāt, & lacrymis, atq; eleemosynis, orationibus, & ieiunijs Domino satisfaciāt; & p exorcismos, ac cætera ecclesiastica disciplinæ munimina ministri ecclesiæ tales sanare pcurēt. Quòd si nō potuerint, separari valebūt. sed postq̄ alias nuptias expetierint illis viuētibus quibus post iūctæ fuerint priorib⁹ quos reliquerant, etiam si possibilitas concūbēdi eis reddita fuerit, recōciliari nequibunt. Quod in fine huius

ius capituli cõtinetur, ex rigore magis dictũ intelligendũ est, q̃ ex canonica æquitate. Vel intelligendũ est non posse reconciliati prioribus, nisi iudicio ecclesiæ, quo diuisio facta fuerat.

De furiosis addit.

32. q. 7. ca. Neque furiosus. ibi. c. Hi qui matrimonium. & forte. Si qui. *Furiosi quoque dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Vnde Fabianus, Neq; furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur. Item Nicolaus Papa,* Hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amentia, vel furor, vel aliqua infirmitas accesserit; ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his, qui ab aduersarijs excæcantur, vel membris truncantur, vel à Barbaris execti fuerit.*


De his, qui cum duabus sororibus dormiunt.

Ex Aur. cõcil. 27. q. 2. Qui dormierit. Leges sunt pænalesque facile dispẽsationẽ admittunt. 32. q. 7. ca. Concubuisti. *De his qui etiam qui cum duabus sororibus, vel quæ cum duobus fratribus dormiunt, videndum est quid censeant canones. Quid dormierit cum duabus sororibus, & vna ex illis ante fuerit vxor; neutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri vnquam in coniugio copulentur. Item nec propriæ vxori licet sibi reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororẽ eius cognoscendo. Nec post mortem vxoris licet ei adulteræ, vel alicui copulari in coniugium. Item Zacharias Papa. Concubuisti cum sorore vxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas, & vxor tua si non fuerit cõscia sceleris, & continere non vult, nubat in Domino cui vult. tu vero & adultera sine spe coniugij maneatis, & dum viuitis, pœnitentiam agite. Quod ait. Cui vult nubat, intelligendum est, post mortem viri.* 32. q. 7. ca. Hi uero qui nota etiam ex ead. cau. & q. ca. Si quis uiduã & c. si quis cũ nouerca. *Vnde Gregorius, Qui vxores suas in adulterio deprehendũt, nec ille, nec illa aliam vxorem accipiat, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt. Si verò adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat: adultera verò nunquam, etsi mortuus fuerit vir eius: sed omnibus diebus vitæ suæ pœnitentiæ lamenta persoluat. Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato viri vel cognata vxoris committitur.*

Non est dimittenda vxor pro aliqua macula, seu deformitate corporis.

Aug. li. 1. de ser. Domini in mõ. c. 31. Et 32. q. 5. Si vxorem. *Illud etiam sciendum est, quòd pro aliqua infirmitate vel macula corporali non licet viro vxorem dimitte, & econuerso, sed debet alter alteri subsidia prouidere. Vnde Aug. Si vxorem quis habeat sterilem, siue deformem corpore, vel debilem membris, vel cæcam, vel claudã vel surdam, vel si quid aliud siue morbis, vel laboribus doloribusque confectã, et quicquid, excepta fornicatione, excogitari potest vehementer horribile, pro societate fideq; sustineat.*

DISTINCTIO XXXIIII.



SVPERIVS determinauit Magisterde matrimonio quo ad causam formalem, & efficiẽtem, & finalem. Hic determinat de eo, quo ad causam materialem, hoc est determinare de personis cõtrahentibus, & diuiditur in partes duas.

Primo determinat de personis non omnino illegitimis ad contrahendum.

Secundo de omnino illegitimis di. 37. ibi. (Sunt igitur.)

Prima in tres.

Primo determinat principaliter de impedimentis antecedentibus matrimonium contrahendum.

Secundo de superuenientibus post matrimonium iam contractum di. sequẽti. ibi. (Hic etiam notandum.)

Tertio de incidentibus in actu contrahendi di. 36. ibi. (Nunc de conditione.)

Prima in duas.

Primo determinat de quibusdam impedimentis quæ dirimunt matrimonium.

Secundo de quibusdam quæ non dirimũt, ibi. (De his etiam.)

Prima in tres.

Primo determinat de impedimento frigiditatis.

Secundo de impedimẽto maleficij ibi. (De maleficij autem impedimento.)

Tertio de impedimento furiæ. ibi. (Furiosi quoque.)

Illa pars quæ ibi incipit. De his, Diuiditur in duas.

Primo determinat de impedimento culpę incestus.

Secundo de impedimento pęnæ ibi. (Illud etiam.)

CIRCA istam distinctio. quærendum est principaliter de quatuor.

Primo de impedimentis matrimonij in generali.

Secundo de naturali impedimento impotentiæ coeundi.

Tertio de impotentia coeundi per maleficium:

Quarto de quibusdam impedimentis respicientibus liberum arbitrium.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum sint aliqua impedimenta matrimonij.

Secundo quæ & quot sunt illa.

QVAESTIO I.

Vtrum sint aliqua impedimenta matrimonij.



OSTENDO, quòd non, matrimonium est enim remedium contra morbum concupiscentiæ: sed morbus concupiscentiæ transit ad omnes, nullo impedimento obstãte: ergò videtur similiter, ꝙ nullũ debeat esse matrimõij impedimẽtum: quin liqere possit oĩbus cõuenire. Arg. 1. D. Bon. hic. Sco. ibidem q. vnica D. Th. ibid. q. 1. ar. 1.

Item

Secundo. Item diuina operatio nullum potest impedimentum habere. Sed contractus matrimonij est diuina operatio iuxta illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet: ergo nullum potest habere impedimentum.

In oppositum. CONTRA, Magister huius di. cap. 1. assignat matrimonij impedimenta plura.

CONCLVSIO.

Matrimonium ex eo, quod in humana dispensatione consistit, multipliciter potest impediri.

Responsio. RESPONDEO, quod matrimonij sunt aliqua impedimenta, omnis enim res constans ex aliquibus causis, quæ impediuntur: habet impedimenta: sed causæ matrimonij quandoque impediuntur. causa enim eius efficiens, quæ est mutuus consensus quandoque impeditur. scilicet per errorem, & coactionem. causa enim eius finalis, quæ est generatio prolis ad cultum Dei quandoque impeditur per coeundi impotentiam, & modis alijs. causa etiã materialis impedimentum recipit per consanguinitatem, & etiam modis alijs: causa etiam eius formalis, quæ est inseparabilitas impeditur scilicet per sacrum ordinem, & per votum solemne, & per ligamen matrimonij alterius.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicẽdum, quod remedium contra morbum concupiscentiæ non est matrimonium tantum: sed est aliud remedium nobilius scilicet castitatis virtus seu continentiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod contractus matrimonii non tantum est operatio diuina sed etiam humana, & ex parte qua humana est: recipit impedimentum.

QVAESTIO II.

Vtrum quæ & quot sunt impedimenta matrimonij.

Arg. 1. D. B. n. ibi. Vide Scotũ ubi supra. Nota vers. D. Tho. loco citato Matrimonij nota duodecim impedimenta.

CONCLVSIO.

Nec plura nec pauciora 12. & hæc sunt.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Hæc socianda vetant, cõnubia iuncta retractant.

Respon. RESPONDEO, quod impedimenta matrimonij sunt .12. tantum, quorum tria accipiũtur ex parte causæ efficientis, quæ est liber mutus consensus per verba de præsenti expræssus, quæ sunt error personæ, & conditionis seruitutis, & coactio. Tria ex parte causæ finalis, quæ est generatio prolis: educatio ad cultum diuinum: & remedium concupiscentiæ. cõtra generationem prolis est impotentia coeundi contra educationem prolis ad cultum Dei est disparitas cultus contra remedium concupiscentiæ est crimen quo reddit se homo indignum remedio concupiscentiæ per matrimonium. Per comparationem ad eam materialẽ sunt tria, natura enim in concubitu coniugali abhorret nimiam propinquitatem inter personas, & ideo nimia propinquitas inter personas matrimonium impedit. hæc autẽ propinquitas triplex est scilicet per cognationẽ per affinitatem, & per publicę honestatis iustitiã. propter quam homo non potest contrahere cum consanguinea illius cum qua contraxit sponsalia, etiam si sponsalia non valuerunt de iure. extra de sponsalibus. Ad audientiam. Per comparationem ad causam formalẽ, quæ est vinculi inseparabilitas: accipiuntur tria scilicet ordo sacer. votum solemne, & alterius matrimonij ligamen.

De impedimento coactionis in speciali dictum est di. 29. & de impedimento erroris di. 30. de alijs autem in suis locis in speciali dicetur.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum frigiditas ex parte viri impediat matrimonium.

Secundo vtrum arctatio ex parte mulieris.

QVAESTIO I.

Vtrum frigiditas ex parte viri impediat matrimonium.

Argum. 1. D. Bon. ibi. Sco. ubi su. D. Th. ibid. supra ar. 2. ET VIDETVR, quod non: quia impotentia rei, quæ nõ requiritur ad matrimonium non impedit matrimonium. Sed coitus non requiritur ad matrimonium: ergo impotentia coeundi per frigiditatem non impedit matrimonium.

Secundo. Item in senibus est frigiditas per ętatem, & tamen possunt contrahere matrimonium.

In oppositum. CONTRA, extra de frigidis, & maleficiatis. Quod sedem. Sicut puer qui nõ potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahendum matrimonia reputantur.

CONCLVSIO.

Si ei non potest, nec per naturam, nec artem adhiberi remedium, & contrahendum impedit, & dirimit contractum.

Responsio. RESPONDEO, quòd frigiditas viri: aut superuenit matrimonio iam legitime contracto, siue consumato; siue non consumato, & talis frigiditas matrimonium non impedit secũdum communem opinionem, quamuis aliqui dicãt, quod si est perpetua, & antecedit matrimonii consumationem propter illam si probari potuerit: poterit matrimonium dirimi: aut præcedit matrimonium contractũ, & tunc dico, quod si est temporalis cui potest adhiberi remedium per naturam, vel per artem non dirimit matrimonium si contrahatur, tamen malefacit homo contrahendo quãdiu est in illo statu nisi magna necessitas, vel vtilitas hoc requirat: si autem est perpetua ita, quòd adhiberi non potest remedium: nec per naturam: nec per artem impedit matrimonium contrahendum, & dirimit si contrahatur de facto. extra

de frigidis,& maleficiatis.c.1.cuius ratio est, quia in contracta matrimonij contrahentes implicite obligant se ad sibi reddendum mutuũ debitum si petatur: nullus autem se obligare potest ad impossibile. Hæc autem frigiditas probari potest vere, vt cum vir per testes sufficientes probat se antequam matrimoniũ contraheret membris genitalibus priuatum esse, vel præsumpte: quando scilicet cohabitauerunt per triẽnium,& bona fide operi carnali operam dederunt: nec tamen mulier est cognita a viro.extra de frigi. & maleficiatis. Laudabilem, & tunc aut vterque proclamat ad iudicium, & profitetur impedimentum, & tunc propter periculum collusionis vterque iurabit, ꝙ bona fide officio carnali operam dederunt:nec coire potuerunt: iurabũt etiam cum eis de credulitate septem personæ propinquæ vel vicinæ bonæ famæ eorum personas,& statum cognoscentes.extra de frigidis, & maleficiatis.Laudabilem,& c.Litteræ. Si autem mulier prouocat ad separationem dicẽs se a viro non esse cognitam: viro contrarium afferente,creditur viro,quia caput est mulieris.extra.eo.ti.c.1. §.Illa autem, quod est intelligendum nisi mulier per aspectum corporis proprij velit probare virum esse mentitum.Si autem vir dicit se non cognouisse vxorem, & petit ab ea separari vxore contradicente,non creditur sibi soli,sed sibi incumbit probatio. Sed quomodo hoc possit probare non video nisi probando se esse priuatum genitalibus membris antequam matrimonium contraheret:vel nisi forte si vxorem accepit virginem peteret eam facere inspici, & integra inueniretur,videtur vir suum propositum probasse: nisi forte mulier replicaret contra virum, ꝙ bona fide non dedit operam officio carnali: separatione vero facta datur mulieri licentia contrahendi.extra eo.titu & eo cap & c Laudabilem frigidus autem sine spe coniugij permanebit,ꝙ si cum alia contraxerit,& eam cognouerit:cogetur ad primam redire.extra eo. ti.c.1.& cap. Laudabilem. cuius ratio est,quia tunc constabit ecclesiam fuisse deceptam in iudicando impedimentum perpetuum, quod erat temporale.

Ad primũ. argum. Ad primvm in oppositum dicendum, quòd quamuis actus coeundi non sit necessarius ad matrimoniale vinculum:tamen potentia est necessaria,& ideo quamuis carentia actus non impediat matrimonium: tamen defectus potentiæ præcedens impedit propter rationem dictam in quæstione.

Ad secun. Ad secundum dicendum, quòd frigiditas senum iuuari potest aliquo beneficio.in senibus etiam apparet defectus: vnde cum eis contrahens non decipitur, sicut contrahens cum alijs Dicunt tamen aliqui quod si esset frigiditas talis ratione senectutis,quod nullo modo posset iuuari: nec per artem,nec per naturam dicendum esset, sicut de frigiditate naturali, quia talis contrahendo obligaret se ad impossibile.

Qvaestio II.

Vtrum arctatio ex parte mulieris impediat matrimonium.

Conclvsio.

Si talem mulierem reddit, vt cognoscibilis fieri non possit, impedit contrahendum matrimonium, et dirimit contractum.

Respondeo, quòd aut illa arctatio talis est, quòd sibi potest subueniri, vel per cõsortium viri, vel per naturam, vel per artem chirugiæ sine periculo, & tunc matrimonium non impedit, quamuis malefaciat mulier contrahendo quamdiu est in tali statu. Aut nullo modo potest apponi remedium, & tunc si talis arctatio superuenit matrimonio legitimè contracto, siue consumato, siue non consumato: matrimonium non dirimit secũdum communem opinionem: quamuis aliqui dicant, ꝙ si est perpetua,& antecedit matrimonij consumationem propter illam: si legitime probari potuerit: poterit matrimonium dirimi: si autem antecedit matrimonium contractum, impedit matrimonium contrahendum, & si de facto cõtrahatur poterit dirimi per iudicium probato legitimè impedimento. vnde illud, quod habetur extra de frigidis, & maleficiatis Consultationi, vbi dicitur, quòd ecclesia Romana consueuit in consimilibus iudicare, vt quæ tanquam vxores haberi non possunt, vt sorores habeantur. consilium est non præceptum secundum gl. ibidem. separatione vero facta dabitur licentia viro contrahendi cũ alia.extra.eo.ti.c. Ex litteris. mulier tamen debet sine coniugio permanere. Si autem postea contraxerit cum altero,& cognoscatur ab eodem,& per vsum sequentis sit facta cognoscibilis a primo: debet ei reddi. extra de frigidis & maleficiatis Fraternitatis. Si autẽ per vsum sequentis non sit facta cognoscibilis a primo: aut si est, non tamen sine graui periculo mulieris,quod accidere potest propter inequalitatem membrorum, vel aliqua alia de causa nõ redderetur eidem nec sic dicitur mulier esse inepta ad matrimonium propter frigiditatẽ sicut propter arctationem,quia mulier in concubitu est patiens. vnde ad reddendum debitum viro sufficit, ꝙ patiatur viri actione in naturali membro, hoc autem eius frigiditas nõ impedit.

Articvlvs III.

Consequenter quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum maleficium impediat matrimonium.

Secundo vtrum separati propter maleficiũ si postquam alia matrimonia cõtraxerunt carnaliter se cognoscant: sint ad primum matrimonium reuocandi.

QVAESTIO I.

Vtrum ostendo, quod maleficium impedit matrimonium.

Arg. 1. D Bon. ibi. arti 1. q. 1. Sco. ubi su. D. Tho. ubi sup. art. 3.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia nullũ impedimentum dirimit matrimonium nisi sit perpetuum: sed nullum maleficium est perpetuum, quia potest solui per ipsum maleficium, vel per alterum, vel per pęnitentiam, & conuersionem ad Deum: vel per exorcismos ecclesiæ, & orationes sanctorum: ergo maleficinm non est impedimentum dirimens matrimonium.

Secundo. Item nullum impedimentum dirimit matrimonium nisi præcedat. extra de frigidis, & maleficiatis. Ex litteris. in glo. Sed non videtur quomodo sciri posit vtrum maleficium præcedat matrimonium, vel consequatur. cũ ergo causa matrimonij sit fauorabilis non est aliquod matrimonium dirimendum propter maleficium.

In opposi- tum. CONTRA, dicit Magister in littera huius di. cap. 2. & est. 33. q. 1. Si per sortiarias, ꝙ si maleficiati sanari non potuerint, separari valebunt.

CONCLVSIO.

Quando ex hoc perpetua coeundi sequitur impotentia impedit.

Responsio RESPONDEO, ꝙ maleficium aut est téporale aut perpetuum. si temporale non dirimit matrimonium: si perpetuum: aut præcedit matrimonium: tam ratum, quam consumatũ, & sic impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. aut sequitur matrimonium ratũ: sed non consumatum, & sic etiam dicunt aliqui dirimi matrimonium contractum. dicitur enim. 33. quæstione prima capit. 1. quòd coniugium confirmatur officio scilicet carnali, vt dicit glo. & parum post dicitur, quòd antequam confirmetur: imposibilitas officij soluit vinculum coniugij: aut sequitur matrimonium consumatum, & tunc vinculum matrimoniale non dirimit.

Communis opinio etiam tenet, ꝙ si certum esset, ꝙ esset secutum matrimonium ratum. nõ tamen consumatum non propter hoc dirimeretur vinculum matrimonij. In separando autem maleficos simili modo procedendum est sicut in separatione propter frigiditatem. excepto, ꝙ frigido non datur licentiã contrahẽdi cum altera, quia frigiditas est impedimentũ vniuersale sed maleficiato datur, quia maleficium est impedimentum particulare.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicẽdum, ꝙ minor est falsa. aliquando enim est maleficiũ quod durat per totam vitam, quia si habet remedium non est homini notum, vel non est licitum: tunc autem præsumitur perpetuũ quando per trienniũ coniuges cohabitauerunt, & bona fide operam carnali copulæ dederunt, & se cognoscere non potuerunt.

Ad secun- dum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis vix posit sciri vtrum præcedat matrimonium ratum, vel sequatur. tamen facile sciri potest vtrum præcedat matrimonium consumatum, & hoc sufficit secundum aliquos, quia sic præcedit consumatum quamuis sequatur ratum dirimit. Vel potest dici, ꝙ in fauorem alterius matrimonij vtilioris præsumitur, ꝙ si præcedat matrimonium consumatum, quòd præcesserit ratum.

QVAESTIO II.

Vtrum separati propter maleficium si postquam alia matrimonia contraxerunt carnaliter se cognoscant: sint ad primum matrimonium reuocandi.

Arg. 1. D. Bon. ubi supra. Sco. ubi su. D Tho. ubi sup. art. 3.

ET VIDETVR, non. 33. q. 1. Si per sortiarias. dicitur de separatis propter maleficium, quòd si postquam alias nuptias extiterint illis in carne viuẽtibus quibus iuncti fuerint: prioribus quos reliquerant etiam si posibilitas concũbendi eis reddita fuerit: reconciliari nequibunt.

Secundo. Item omnis carnalis copula extra matrimonium est mortale peccatum. Sed separati per maleficium carnaliter cognoscendo personas cum quibus postea matrimonium contraxerint: mortaliter non peccant: ergo inter eos est legitimum matrimonium. Sed matrimonia legitima, & consumata nullo modo solui possunt: ergo si separatis reddatur potentia mutuo se cognoscendi nihil ominus reconciliari nequibunt.

Tertio. Item si post prædictam separationem vir recipiat aliquem ordinem sacrum, & postea mulierem a qua separatus fuerat carnaliter cognoscat: non propter hoc reuocabitur ad actus matrimoniales cum prædicta muliere exercendos. etiam ad petitionem mulieris. Quod potest probari per simile aliquo modo, quia si vir ante consumationem matrimonij recipiat ordinem sacrum ignorante vxore, non restituetur etiam vxori petenti: sed cõpelletur religionem intrare. Sed vnum matrimonium non est minus forte impedimentum alterius matrimonii, quam susceptio ordinis sacri: ergo separari propter maleficiũ si postquam alia matrimonia contraxerunt carnaliter se cognoscant: non sunt ad primum matrimoninm reuocandi.

In opposi- tum. CONTRA, 33. q. 1. Quod autem. dicitur de separatis propter frigiditatem, quòd si frigido reddatur potentia coeundi ad primum coniugium cogetur reuerti: ergo similiter debet dici de propter maleficium separatis.

CON-

CONCLVSIO.

Imo reuocandi erunt. per errorem namque talis separationis sententia lata fuit.

Responsio. RESPONDEO, quòd tales sunt ad primum matrimonium reuocandi, quia sententia diuortij super eos lata fuit per errorem, quia impedimentum, quod fuit iudicatũ perpetuum secundum præsumptionem: non fuit perpetuum secundum veritatem, & tale impedimentum non dirimit matrimonium nisi secundum rei veritatem tale impedimentum sit perpetuum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illud decretum fuit Gnari Remen. Archiepiscopi, quod in casu prædicto non tenetur. vnde dicit glo. ibidem. hic potius dicendus est ignarus, quam Gnarus, & Magister huius dist. c. 2. dicit, ꝙ illud magis intelligẽdum est ex rigore, quam ex canonica æquitate.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ matrimonia, quę secundo contraxerunt: non fuerunt legitima secundum iudicium Dei: quamuis legitima fuerint secundum iudicium ecclesiæ: tamen in illis coniugiis carnalem copulam exercendo excusantur a peccato propter inuincibilẽ ignorantiam: sed postquam sciunt maleficiũ cessasse si carnaliter copulãtur cum illis cum quibus secundo contraxerunt: a mortali peccato non excusantur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior est falsa, quia separatio fuit facta per errorem inquantum extimabatur maleficium perpetuũ, quod perpetuum non erat: vnde post contractum matrimonium semper manserunt secundum iudicium Dei veri cõiuges: vnde vir suscipiẽdo ordinem sacrum vxori præiudicare non potuit. suscipiendo tamen non peccauit, quia per ignorantiam inuincibilem seu probabilẽ fuit excusatus.

Dubium primum. Resp. prima. Sed vtrum suscipiendo illum ordinem sacrum sibi præiudicauerit, quo ad hoc vt sibi non liceat ab vxore debitum exigere dubium est. Videtur enim aliquibus, ꝙ sibi exigere nõ liceat, quamuis reddere teneatur, quia votum quod sacro ordini est annexum tenuit quantum ad illud quod erat in potestate viri, quamuis non quo ad illud, quod erat in potestate mulieris: in potestate autem viri est exigere: sed quantum ad reddendum debitum, corpus viri erat in mulieris potestate.

Alij dicunt, quòd ille suscipiẽdo ordinem sacrum nec mulieri nec sibi præiudicat quo ad hoc quin liceat sibi petendi reddere debitum, & exigere, quia ignorantiam inuincibilis seu probabilis eum ab vtroque præiudicio excusauit: nisi enim extimasset solutum fuisse vinculum matrimonij inter ipsum, & mulierem, sacrum ordinem non suscepisset. vnde nec ad votum continentiæ se obligare intendebat: nisi cum hac conditione implicita scilicet si esset totaliter, & secundum veritatem ab illo coniugio liberatus.

Ad simile autẽ quod adducebatur ad probandum maiorem argumenti dicunt aliqui, quòd non est simile, quia ille qui ante consumationem matrimonij sacrum ordinem suscepit potest religionem intrare, & in ea profiteri: per quam professionem soluitur secundum rei veritatem vinculum matrimoniale inter ipsum, & mulierem: sed ille: qui post susceptionem ordinis sacri, vxorem carnaliter cognouit vere matrimonium consumauit: vnde postea non licet sibi religionem intrare contra voluntatem vxoris.

Dubium secundum. Sed quid dices si ille qui ante consumationem matrimonij sacrũ ordinem suscepit; non vult religionem intrare, & mulier petit a iudice ipsum compelli ad matrimonij consumationem.

Respon. prima. Ad hoc potest dici secundum aliquos, ꝙ ille tenetur religionem intrare, & ad hoc debet per iudicem compelli non ad matrimonij cõsumationem, quia ex quo sibi patet via per quam potest licite seruare votum continentię quod annexum est ordini sacro: tenetur illum eligere. quilibet enim vouens tenetur facere illud quod potest ad hoc vt votũ seruet, quod fecit.

Secunda. Alijs autem videtur, ꝙ si ille suscipiendo ordinem sacrum credebat per hoc matrimonium inter ipsum, & mulierem posse solui, eo quòd erat ignarus iuris: non tenetur religionem intrare: sed debet compelli ad matrimonij consumationem: nisi mulier velit continere. cum enim longe fortius sit votum professionis in religione, & arctius, quam votum cõtinentiæ tantum: durum videtur dicere, quòd ad hoc teneretur: cum ad hoc nunquam se intenderit obligare nec explicite nec implicite. illi tamen non licebit debitum ab vxore exigere, quia exigere non est in sua potestate.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quęritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum furia impediat matrimoniũ.

Secundo vtrum incestus cum consanguinea vxoris.

QVAESTIO I.

Vtrum furia impediat matrimonium.

Art. 1. D. Bon. sup. art. 3. q. 1. ar. 4. ET VIDETVR, ꝙ non: quia matrimonium non dirimitur nisi propter impedimẽtum perpetuum: sed de furia sciri non potest vtrum sit perpetua, vel non: ergo furia non dirimit matrimonium.

Item

Secundo. Item dicit Magister huius di.c.3. & est.32. q.7. Nec furiosus. Nec furiosus nec furiosa matrimonium contrahere possunt:sed si contractum fuerit nō separaretur: ergo quamuis furia impediat contrahendum, non tamen dirimit contractum.

In oppositum. CONTRA, furia magis impedit consensum,quam error:quia magis tollit rationis vsum:sed error personæ,& conditionis seruitutis impediunt matrimonium contrahendum, & dirimūt cōtractū:ergo furia multo fortius.

CONCLVSIO.

Quando ante matrimonium siue ratum,siue consumatum fuerit,eaque perpetua impedit,imo contractum dirimit.

Responsio. D.Tho. ubi sup. ar. 4. RESPONDEO, ꝙ aut furia sequitur matrimonium siue ratum,siue consumatum, & tale matrimonium non dirimit.32.q.7. Si qui matrimonium, & illud decretū recitat Magister huius di.c.2. aut antecedit matrimonium, & tunc furiosus: aut non habet lucida interualla:aut habet,si non: nullum est matrimonium cum eo contractum, quia consentire non potest,& matrimonium contrahi nō potest sine mutuo consensu libere voluntatis:si habet lucida interualla,aut cōtrahit illo tempore quo non habet lucidum interuallum,& tunc dicēdum idem,ꝙ prius:aut contrahit in tempore quo habet lucidum interuallum, & tunc matrimonium tenet,quia in illo interuallo consentire potest.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod aliud est de impedimento, quod opponitur actui matrimoniali, & de illo quod opponitur causæ eius efficienti. primum enim matrimonium nō dirimit nisi sit perpetuum: secundum autem contractum matrimonium reddit nullum:si adsit illo tempore quo contrahitur matrimonium,quia res non potest in esse prodire nisi per suam causam efficiētem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud quod dicitur si contractum fuerit non separentur: sic debet exponi:si contractum fuerit ante furiā non separentur propter furiam sequentem.

QVAESTIO II.

Vtrum incestus cum consanguinea uxoris impediat matrimonium.

Arg. 1. D.Bon. ubi sup q.2. D.Th. ar. 5. ET VIDETVR, ꝙ non: quia maius peccatum est cognoscere consanguineam propriam, quam vxoris cæteris paribus: sed incestus cū consanguinea propria non impedit matrimonium: ergo nec incestus cum consanguinea vxoris.

Secundo. Item incestus non ponitur inter 12. impedimenta matrimonij.

In oppositum. CONTRA, 32.q.6. in lectum. dicitur de quadam,quæ se supposuit marito suæ sororis, quam ille cognouit credens esse vxorem suā. ꝙ in ęternum coniugio priuetur.

Item.32.q.7. Quædam cum fratre. Quædā cum fratre sui viri dormiuit:decretum est, vt adulteri nunquam coniugio copulentur.

CONCLVSIO.

Impedit matrimonium contrahendum,sed si iam est contractum, debitum ius petendi incestuoso aufert.

RESPONDEO, ꝙ incestum cum consanguinea vxoris impedire matrimonium dupliciter potest intelligi:scilicet aut de matrimonio iam contracto: aut de contrahendo post mortem vxoris. Responsio. Ex incestu consanguineæ uxoris impeditur matrimonium dupliciter attende.

Primo modo dico, ꝙ incestus prędictus nō soluit vinculum matrimonij:tamen incestuosus amittit ius petendi debitum ab vxore attinente illi cum qua incestum commisit. extra de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.c.1.& etiam ab vxore non attinente illi cū qua commisit incestum eo.ti.c.Transmisse.tenetur tamen reddere debitum vxori petenti, vt habetur eo.cap.post mortem tamen vxoris non licet sibi aliud matrimonium contrahere vt habetur eo.ti.c.1.& c. Transmisse, quod est intelligendum nisi cum eo fuerit dispensatū. dispensaretur tamen cum eis si essent iuuenes. eo.ti.c.1.in glo.& argumentum ad hoc.33.q. 2.In adolescentia: si tamen absque dispensatione contraxerit tenebit matrimonium,quia non est prohibitio cum statuto irritante si factum fuerit contrarium: tamen ab illa vxore non licebit sibi debitum petere. tenebitur tamen reddere,& hoc probatur per illud, quod dicitur eo.ti.Transmisse.

Secundo modo:scilicet de matrimonio cōtrahēdo,dico,quòd matrimonium postea cōtractum nullum est, & adulterium committitur,& incestus ratione affinitatis, vnde separandi sunt iudicio ecclesiæ, & mulier potest nubere, vir autem quātum est de rigore iuris, nubere non potest.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod quamuis maius peccatum sit cognoscere consanguineam propriam,quā vxoris:non tamen tantum iniuriatur vxori maritus per primum incestum, sicut per secundum: nec propter primum incestum contrahit affinitatem cum vxore:sed contrahit eam propter incestum secundum,& ideo non sic priuatur iure petendi debitum ab vxore cognoscendo consanguineam propriam: sicut cognoscēdo consanguineam vxoris. Ad primum.

Ad secundum dicendum, quòd hoc impedimentum non numeratur inter alia, quia nō dirimit vinculum matrimonij iam contractum:nec facit personas totaliter illegitimas ad aliud matrimonium contrahēdum: potest tamen dici, quòd aliquo modo reducitur ad impedimentum affinitatis,& furia ad impedimentum erroris. Ad secundum.

Circa

CIRCA, litteram. (Vt permaneant) scilicet sicut frater & soror. (Et nubere non possunt.) scilicet cum effectu carnalis copulæ. De quibus scriptum est, scilicet in legibus humanis. Maneant vtrique innupti, scilicet quando non tantummodo est frigiditas ex parte viri: sed etiam tanta arctatio ex parte mulieris, quòd nulli viro esset apta. Molitur. moliri est cum difficultate conari, & dicitur a mole. Tunc hi qui iurauerant periurij rei crimine teneantur. hoc intelligitur de viro, & muliere non de propinquis, qui non iurauerũt nisi de credulitate. In veritate viri consistat scilicet nisi mulier per aspectum corporis sui probare voluerit virum esse mentitum. Reconciliari nequibũt: expone sic ut statim exponit Magister in littera, vel dic quod hoc non est tenendum, vt dictum est in quæstionibus. Neutrum ex ipsis habeat, scilicet quantum ad eius exigendi carnale debitum, si incestus secutus est matrimonium cum altera. Si autem antecessit, cum nulla potest contrahere matrimoniale vinculum: loquitur enim de illo qui dormiuit cum duabus sororibus: non licet proprie vxori reddere debitum: hoc non tenetur nisi vir incestum commiserit de consensu vxoris. Nubat in domino, scilicet post mortem mariti, vt Magister quasi statim post exponit in littera. In adulterio, scilicet incestuoso, vt exponit glo. super illud decretum. Nam quod alij adulteri contrahere possunt habes. 31. q. 1. c. 2. Quicunque excepta fornicationis causa, quia post consumationem matrimonij non fit separatio, nisi sit in alterius pęnam: coniunx autem periurari non debet nisi pro sua culpa, & ideo quamuis maritus magis esset grauatus si vxor sua fieret leprosa, & fęda, tamen non sic separari posset ab ea quantum ad torum propter illam fęditatem, sicuti propter illam fornicationem.

Eodem iure vtitur vir et mulier.

DISTINCTIO XXXV.

Matt. 19. a Hieron. in epis. ad Oceanũ de morte Fab. t. 1. Et 32. q. 5. cap. Præcepit. ibidem. Epis. 2. Exuperiũ. c. 4. Et 32 q. 5. c Christiana.

HOC etiam notandum est, quòd cum Dominus concedat vxorem dimitti causa fornicationis viro, eadem licentia non tollitur fœminis. Vnde Hieronymus, Præcepit Dominus vxorem à viro non dimitti, excepta causa fornicationis, & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris præcipitur hoc consequenter redundat ad fœminas. Non enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus tenendus. Item, Apud nos quod non licet fęminis, æquè nõ licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur. Ex his ostenditur, quod mulier potest super fornicatione virum conuenire, vt vir mulierem. Vnde Innocentius Papa, Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat: sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant: viri autẽ liberius vxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. Et ideo mulieribus, prodito earũ crimine, negatur communio: virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus arcetur, qui tamen submouebitur, si eius flagitium detegatur.

Quod fornicariam nequit dimittere, nisi & ipse expers fuerit, & econuerso.

Si verò quæritur, an adulter adulteram poßit dimittere causa fornicationis; dicimus quia nequit adultera vxor dimitti à viro, nisi & ipse expers fornicationis, existat, & econuerso. Vnde Augustinus, Nihil iniquius est, quàm causa fornicationis dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud, In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere vxorem, prior debet esse fornicatione purgatus, quod similiter & de fœmina dixerim. Idem, Indignantur mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cùm tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Ex his apparet, quod adulter adulteram dimittere non valet, & econuerso.

32. q. 6. parag. Ecce. Li. 1. de ser. in monte, c. 28. tomo 4. Rom. 2. a Li. 2. de adul coniug. c. 8. Et 32. q. 6. Indignantur.

Quod possunt reconciliari qui separantur causa fornicationis.

Si quis autem fornicationis expers fornicariam dimiserit, alij copulari non potest: sed continere oportet, vel ad dimissam redire, sic & de fœmina. Vnde & Aposto. His qui matrimonio iuncti sunt, pręcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconciliatur. Et de viro addit, Et vir vxorem non dimittat. Sed Ambrosius ait, Ideo non subdit de viro, sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere. Sed hoc à falsarijs in Ambrosii libro positum creditur: supplendum enim esse in viro, quod de vxore præmisit, apertè dicit Augustinus sic, Quare non addit de viro quod præmisit de muliere, nisi quòd similẽ formam vult intelligi? vt si dimiserit (quod causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori. Idem, Si nec nubere illi conceditur, viuo viro à quo recessit, nec huic alteram ducere viua vxore quam dimisit: multo minus fas est, illicita cum quibuslibet stupra committere. Idem, Vt non facile dimittatur vxor, Dominus solam fornicationis causam excepit: cæteras verò vniuersas molestias, si quæ extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro castitate fortiter sustineri, & mœchum dixit, qui à viro solutam duxit. Ex his ostenditur, quod si cã fornicationis fit separatio, non potest vir vel mulier in aliam transire copulam. Possunt autem reconciliari, & cohabitare sicut prius, si dimissum alter reuocare uoluerit.

1. Cor 7. b Matt. 19 a

Circa illud 1. Cor. 7. Et uir vx. non dim. Li. 1. de ser. in monte, c. 26. Et 32. q. 7. c. Apte dicit ibidẽ. Et 32. q. 7. cap. Fieri potest. Ibidem paulo ante. Et 32. q. 7. ca. Dominus. ad illud.

Quæ prædictis videntur obuiare.

Dicit tamen Ioannes Chrysosto. Sicut crudelis & iniquus est qui castam dimittit; sic fatuus est, & iniquus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris. Item Hieronymus

Homil. 32. operis imper in Mat. Et 32 q. 1. c. Sicut crudelis

Cum

Cum mulier vnam carnem in aliam dimiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri: ne virum quoque sub maledicto faciat: dicente scriptura, Qui tenet adulteram, stultus est, & insipiens. Idem ad Amandum presbyterum scribens de quadam quæ viro suo viuente alij nupserat, sic ait, Rem nouam loquor, imò non nouam, sed veterem, quæ veteris testamenti autoritate confirmatur: Si reliquerit secundum virum mulier, & reconciliari voluerit priori, non potest.

(Ad ..lis 10 c Matt. Et 32. q. 1. c Dixit Dominus. Prouerb. 8 d In epist de diuersis q. cu ius initium, Breuis epis. 34. q. Et 34. q. 2 Non sa..m Deut. 24 a)

Determinatio.

Sed hæc omnia intelligenda sunt de illa, quæ ab adulterio recedere noluit, nec per pœnitentiam peccatum delere. Quod si vir scienter patitur, consentire videtur. Si enim in adulterio perseuerare elegit, patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere voluerit. Si autem à peccato recesserit, & per pœnitentiam illud purgauerit, poterit viro recôciliari. Vnde Aug. Quod tibi durum videtur, vt post adulterium reconcilietur coniunx; si fides adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia esse sanatos? Idem, Non erit turpis nec difficilis, etiam post patrata, & purgata adulteria, reconciliatio coniugij, vbi per claues Regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum, non vt post viri diuortium adultera reuocatur, sed vt post Christi côsortium adultera non vocetur. Item Gregorius Debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit, sed non sæpe. Item Hermes, Si vir scierit vxorem suâ deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permaneat in fornicatione sua, & viuit cum illa; vir reus erit, & particeps peccati eius. Quòd si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reuerti, debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit, sed non sæpe.

(32. q. 1. Apud misericordem. Lib 2. de adul coniug c 6. Et 32. q. 1. c. Quod autem. Ibidê ca 9. Forte, De ... Lib qui dicitur Pastoris, visione 3. mand 4. 31. q. 1. c Nullus. Ex Concilio Tiburiensi, cap 40. Et 31 q 1. cap. Relatum Li de nupt. & côcupis. c. 10 Et 31 q 1. c Denique. & cap. sequen.)

De illis qui se ante polluerunt per adulterium.


Solet etiam quæri, an valeat duci in coniugium, quæ prius est polluta per adulterium. De hoc Leo Papa ait, Nullus ducat in matrimonium, quâ prius polluit adulterio. Item, Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius vxorem stupro violasse, & insuper mœchæ iuramentum dedisse, quod post legitimi mariti mortem, si superuiueret, duceret eam in vxorem, quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus. His alijsque autoritatibus vetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio maculauerunt. Sed contra Augustinus ostendit, dicens, Denique mortuo eo cum quo fuit verum coniugium, fieri † potest coniugium, cum qua præcessit adulterium. Idem, Posse fieri sanè licitas nuptias ex personis illicitè côiunctis, honesto placito subsequente, manifestum est.

(† non potest ita pene omnia Augu exemplaria. De bono côiugali, cap. 14. Simili. ter 31. q. 1. c. Denique.)

Determinatio.

Sed hæc vltima autoritas de concubinis loquitur perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem, & fidem seruare velint. Prima verò autoritas August. de illis agit qui de peccato pœnituerunt, & nihil in mortem viri machinatæ sunt, nec viuente viro fidem adulteræ dedit mœchus, quòd eam in coniugio duceret si superuiueret. Qui verò hæc faciunt, alijs præmissis autoritatibus prohibentur copulari.

DISTINCTIO XXXV.



Vperius determinauit Magister principaliter de impedimentis antecedentibus matrimonium contrahendum. Hic determinat de impedimentis superuenientibus post matrimonium iam contractum, & diuiditur in partes tres. *Côtinuatio.*

Primo ostendit, quod propter adulterium licet vnum coniugem alterum dimittere. *Diuisio.*

Secundo inquirit an liceat dimittenti cum alio, vel alia matrimonia contrahere ibi. (Si quis autem.)

Tertio an adulter cû adultera possint post mortem mariti matrimonium côtrahere ibi. (Solet etiam quæri.)

Prima in duas.

Primo ostendit, quod propter adulterium potest vnus coniunx alium dimittere.

Secundo ostendit, quòd ille qui dimittit debet ab adulterio liber esse. ibi. (Si vero quæritur.)

Illa, quæ incipit. ibi. (Si quis diuiditur in duas.

Primo ostendit, quod dimittens debet continere, vel dimissam sibi reconciliare.

Secundo adducit actoritates, quę sonare videntur, quod dimittenti non licet dimissam sibi reconciliare ibi. Dicit tamen.

Et ista in duas.

Primo prædictas auctoritates adducit.

Secundo eas exponit. ibi. (Sed hæc omnia.)

CIRCA hanc di. quærendum est principaliter de tribus.

Primo de coniugum separatione propter adulterium.

Secundo de quibusdam casibus circa illam materiam.

Tertio de non coniunctorum coniunctione post adulterium.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur. 5.

Primo vtrum liceat viro vxorem propter eius adulterium dimittere.

Secundo vtrum teneatur hoc facere.

Tertio vtrum possit eam dimittere sine iudicio ecclesiæ.

Quarto vtrum vir & vxor sint quantum ad hoc, æqualis conditionis.

Quinto vtrum grauius peccatum sit violare alienû thorum, quam cognoscere monialem benedictam.

QVAE-

QVAESTIO I.

Vtrum liceat viro vxorem propter eius adulterium dimittere.

Arg. 1. D.Bon. ibi D.Tho ibi q.un.ar.1.

ARGVITVR, ꝙ non: quanto causa est fortior, tanto ad eam efficacius sequitur effectus. Sed fortius est adulterium quando est in vtroque cõiuge, quã quando est in altero tantum: sed si est in vtroque, non propter hoc potest vnus alium dimittere: sicut dicit Aug. 1. lib. de sermone domini in mõte, vltra medium, & recitat Magister huius dist. c. 2. ergo multo minus potest vnus cõiunx alium demittere propter eius adulteriũ tantum.

Secundo. Item magis est contra bonum matrimonij peccatum contra naturam, quam adulterium, sed non inuenimus, quòd propter peccatum contra naturam vnus coniunx possit alterum dimittere: ergo multo minus propter adulterium.

In oppositum. CONTRA, Matth. 5. Qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis facit eam mœchari. exceptio fornicationis ostẽdit eam propter fornicationem posse dimitti.

CONCLVSIO.

Quo ad cohabitationẽ, & thorũ licet, Hoc enim Deus in mulieris pœnam adulterantis concessit.

Responsio. Virum ab uxore sepa rari dupliciter intellige Quibus casibus propter adulterium uiro uxorem dimittere non licet.

RESPONDEO, ꝙ separari virũ ab vxore dupliciter potest intelligi: aut quantum ad vinculum: aut quantum ad cohabitationem, & torum: Primo modo nõ potest vir separari ab vxore propter adulterium. sed secũdo modo in pœnam mulieris quæ fidem fregit, & in fauorem viri qui fidem seruauit. Excipiuntur tamen septem casus in quibus nõ licet virum vxorem dimittere propter adulterium.

Vnus est si ipse fuerit fornicatus. 32. q. 6. c. 1. cuius ratio est, quia vt dicitur ibidem non videtur, ꝙ pari crimine infectus alium de eodem punire possit, supple accusando.

Secũdus si vxor vi oppressa fuerit, vt supra. eod. q. 5. Ita ne cuius ratio est, quia vt dicitur. 34. q. 1. c. 1. nullo modo ad opprobrium malę voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit.

Tertius si credebat maritum mortuum. 34. q. 2. Cum per bellicam, quia talis per ignorantiam probabilem excusatur.

Quartus si alter sub specie mariti cognouit eam. 34. q. 2. In lectum. hoc etiam per ignorantiam excusatur.

Quintus si maritus tradidit eam adulterandam præsertim inuitam. extra. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Discretionem, quia in illo casu illud adulterium magis imputatur viro, quam mulieri.

Sextus si maritus post adulterium cognouit eam, & tolerauit. argum. sup. 32. q. 5. Si quis vxorem: cuius ratio est, quia crimen per recõciliationem dimissum, amplius obijci non debet: nisi recidiuum sequatur.

Septimus est si matrimonio in infidelitate vtriusque contracto vir dedit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit: tunc enim si vterque cõuertatur ad fidem vir tenetur eam recipere. extra de diuortiis. Gaudemus cuius ratio est, quia cum dedit sibi libellum repudij quod facere illicitum est secundum iudicium Dei interpretatiue tradidit eam adulterandam.

Aliqui addũt casum octauum scilicet si vir abstinendo contra voluntatem vxoris ei occasionem adulterandi dedit. 27. q. 2. Si tu: vbi dicitur. Si tu abstinens sine voluntate vxoris tribuis ei licentiam fornicandi idest occasionem. secundum glo. & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ. Alij tamen dicunt, ꝙ non propter hoc excusaretur adulterans mulier: quin vir posset eam per illud adulterium dimittere: secundum, ꝙ dicit glo. ibidem.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ adulterium in vtroque coniuge non est fortior causa diuortij, quam in altero tantum: sicut patet per rationem dictam in quæstione: quamuis plus sit de peccato quando est in vtroque quam in altero tantum. Ad primum.

Ad secundum dicendum, quam etiam propter peccatum contra naturam posset procedi ad diuortium: sed non fit ita mentio de ipso: tum quia est passio innominabilis: tũ quia rarius accidit: tum quia non ita causat incertitudinem prolis.

QVAESTIO II.

Vtrum vir teneatur vxorem dimittere propter adulterium.

ET VIDETVR, ꝙ sic. decre. di. 83. Consentire. Consentire videtur erranti qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. Sed dimissio vxoris propter adulterium est ad corrigendã adulteram: ergo si vir eam non dimittit sibi consentit, quod illicitum est. Arg. 1. D Bon. ibi. D Tho. ibi sup. art. 1.

Item Chrysostomus super Matt. dicit, & recitat Magister huius di. c. 4. & est. 32. q. 1. Sicut crudelis. Sicut crudelis & iniquus est qui castam dimittit, sic fatuus & iniustus est, qui retinet meretricem. Secundo.

CONTRA, Matth. 18. dicitur, ꝙ si peccauerit in te frater tuus dimitte ei septuagies septies. cum ergo mulier adulterando peccet in virum suum nõ tenetur eam dimittere: sed magis debet sibi parcere quotienscunq; peccauerit. In oppositum.

CONCLVSIO.

Quando incorrigibilis præsumitur, eã vir dimittere tenetur, ne eius peccato consentire videatur, debitam non apponens correctionem.

RESPONDEO, dimittere vxorem propter adulterium ordinatur ad correctionem adulteræ: aut ergo mulier, quæ adulterata est: correcta est: aut parata se corrigere: aut probabiliter Responsio.

liter præsumitur incorrigibilis, si correcta est, non tenetur dimittere eam, quia non est necessaria pœna corrigens, vbi correctio iam præcessit, similiter si parata est se corrigere, vt iustum est, non tenetur dimittere eam, quia non est necessarium apponere pœnam grauiorem ad corrigendum delictum, quod mitiori modo potest expiari, si autem probabiliter præsumitur incorrigibilis, tunc credo, ꝙ eam dimittere teneatur, ne suo crimini videatur consentire, dum correctionem debitam nõ opponit, tunc autem præsumitur incorrigibilis, quãdo pertinaci animo se corrigere renuit, aut quando correctionem promittens ex consuetudine relabitur, vnde dicit Magister huius dist. c. 5. Vir debet recipere peccatricem, quę pęnitẽtiam egit, sed non sæpe. i. non nimis frequẽter scilicet vltra illud quod sapiens determinaret eam esse recidendam.

Ad primũ ergo. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ procedit de illa, quæ se corrigere non vult: iam enim correctus pęna corrigente non indiget.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas & aliæ quas allegat Magister ad illam partem huius di. cap. 4. intelligendæ sunt de illa quæ probabiliter pręsumitur incorrigibilis.

Ad partem aliam. Ad argumentum ad partem aliam dicendũ ꝙ vxor adulterans, non tãtum peccat in virũ, sed etiam in seipsam, & in Deum, & ideo vir non potest totaliter pęnam dimittere, nisi sequatur emendatio.

QVAESTIO III.

Vtrum possit eam dimittere sine iudicio ecclesiæ.

Art. 1. D. Bon ibi. q. 3. D. Th. ubi supra. ar. 5. ET VIDETVR, ꝙ sic: Matth. primo, dicitur, ꝙ Ioseph cũ esset vir iustus, noluit propalare coniugem suã, sed voluit occulte dimittere eam, quia eam impregnatam videbat: ergo non est contra iustitiam dimittere vxorem absque iudicio ecclesiæ.

Secundo. Item. 2. q. 8. qui crimen. Qui crimen obiicit scribat se probaturum, qui crimen non probauerit, quod obiecit pęnam, quam intulit ipse patiatur: ergo si vir accusat vxorem suam de adulterio, siue probet, siue non: habet intentũ suum, quia si probet separabitur ab ea, & si nõ probet ipsa separabitur ab eo: ergo talis causa non est in iudicium deducenda.

Tertio. Item si vir post fornicationem vxoris, sibi debitũ reddat, sibi ipsi præiudicat, ita vt propter illam fornicationem non possit dimittere vxorem: ergo negatio debiti, quæ est separatio, quantum ad thorum potest præcedere ecclesiæ iudicium.

In opposi. tum. CONTRA, 2. q. 1. Multi. Nullus debet esse simul accusator, & iudex: sed si vir proprio arbitrio posset dimittere vxorem adulteram, idem esset accusator, & iudex: ergo non potest dimittere eam proprio arbitrio, sed ecclesiæ iudicio.

CONCLVSIO.

Et si eam quo ad cohabitationem, absque iudicio ecclesiæ dimittere non possit, tamen quo ad thorum potest.

Respon. RESPONDEO, quòd virum dimittere vxorem, propter adulterium intelligi potest dupliciter, aut quantum ad thorum tantum, aut quantum ad thorum & cohabitationem simul.

Primo modo potest vir dimittere vxorem proprio arbitrio, statim cum scit ipsam adulterasse, nec debitum tenetur reddere exigenti, nisi per ecclesiam compulsus, sed sic reddẽdo non præiudicaret sibi quin possit agere ad diuortium, maxime si protestationem præmittit, ꝙ ad illam copulam accedit non vt velit cedere iuri suo, sed tantũ ne sit inobediens ecclesiæ, tamen videtur aliquibus, ꝙ ex quo ꝓponit contra vxorem crimen, quo vult agere ad diuortium, ꝙ ecclesia non debet sibi præcipere, vt carnaliter copuletur cum ea, quousq; cognouerit de causa, & diffinierit. Si autem loquemur de separatione modo secundo, tunc distinguo, quia aut inter virum & mulierem est matrimonium clandestinum tantum, aut contractum in facie ecclesiæ: vel saltem corã testibus: primo modo potest dimittere vxorẽ arbitrio proprio, quia latentia nõ oportet deduci ad iudicium ecclesiæ, nisi in foro pęnitẽtiæ: secundo modo non licet sibi eam dimittere sine iudicio ecclesiæ, & si aliter dimittat debet compelli ad habitandum, nisi vir incontinenti posset adulterium contra vxorem probare: cum enim dominus concessit vxorem, propter fornicationem posse dimitti ius promulgauit, secundum ꝙ sententia debet in iudicio ferri, & quia sententia est applicatio iuris ad particulare factum: ideo non bene dicunt dicentes, ꝙ sine iudicio ecclesiæ possit vxor dimitti, eo ꝙ dominus eam posse dimitti sententiauit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ Ioseph nolebat Virginem dimittere, tanquam suspectam de fornicatione: sed quia timebat cum ea manere ob reuerentiam sanctitatis eius, & præterea tunc ex accusatione adulterij procedebatur, non tantum ad diuortium, sed ad lapidationem adulteræ, nunc autem non est sic. Ioseph autem si opinatus fuisset ipsam adulterasse, quamuis ab ea separari voluisset, noluisset tamen eam lapidari. *Absit autẽ hic vt sic cogitasset.*

Ad secũdũ. Ad secundũ dicendũ, ꝙ si vir accusat vxorẽ de fornicatione corã iudice spũali agẽdo ad separa-

separationem tantum, non debet fieri inscriptio siue obligatio ad legem talionis: quia sic vir, siue probet, siue non, consequeretur suum intentum, vt arguebatur: si autem accusat eã coram iudice seculari ad punitionem criminis debet praecedere inscriptio, per quam ad legem talionis se obliget, si in probatione deficiat.

Ad tertiũ. Ad tertium solutum est ex dictis in qõne.

QVAESTIO IIII.

Vtrum vir, & vxor sint, quantum ad separationem propter adulterium aequalis conditionis.

Arg. 1. D.Bon. hac di q 1. D. Th. etiã ar. 4



ET VIDETVR, ꝙ non: quia illi non sunt aequalis conditionis, quorum vnus liberius accusat alium, quam e conuerso: sed sicut dicit Magister huius distin. c. 1. & est 32. q. 5. Christiana. Viros suos de adulterio mulieres nõ facile accusãt, viri autẽ liberius vxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt.

Secundo. Item in lege veteri non sic erat licitum mulieri repudiare virum, sicut econuerso.

Auic. etiam 4. Metaph. dicit, ꝙ non debet esse aequalis potestas in muliere discedendi a viro, sicut econuerso: cum ergo separatio ꝓpter adulterium sit quasi quoddam repudium, vir & mulier non debet esse, quo ad hoc aequalis conditionis.

Tertio. Item superior, & inferior non sunt aequalis conditionis in mutua correctione, sed vir est superior muliere, quia sicut dicitur 1. Cor. 11. Vir est caput mulieris: cum ergo separatio ordinetur ad correctionem delinquentis, vir & mulier, quo ad hoc non sunt aequalis conditionis.

In oppositum. CONTRA, Magister huius dist. ca. 1. & est 32. q. 5. Praecepit. Apud nos quod non licet feminis, non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur.

Secundo. Item eadem q. Christiana. & recitat Magist. huius di. c. 1. Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat.

CONCLVSIO.

Et si vir sit mulieris caput, & ex hoc actio viri in mulierem fauorabilius recipiatur, tamen quo ad separationem ob adulterium ad paria iudicantur.

Responsio. In separatione ppadulterii duo attenduntur. RESPONDEO, ꝙ in separatione duo considerantur. s. ipsa dimissio coniugis, & accusatio quae est via ad hanc dimissionem.

Quantum ad primum vir, & mulier iudicantur ad paria q̃a sicut vir potest dimittere vxorem propter adulterium, ita econuerso, quamuis ad hoc iudicẽtur ex inęquali causa, nec est hoc contra iustitiam, quia minor de illis causis sufficit ad illum effectum, sicut videmus, ꝙ duo latrones, quorum vnus plus furatus est, q̃ alius iudicantur ad suspẽdium, & ita ad aequalem pœnam ex inęquali causa, quia ille, qui minus furatus fuit meruit hanc pęnam.

Quantum ad secundum, vir & mulier non sunt aequalis conditionis, fauorabilius. n. recipitur actio viri contra mulierem, quam econuerso, tum quia vir est caput mulieris, tum q̃a mulier adulterans magis confundit virum, q̃ vir adulterans mulierem, tum quia adulteriũ mulieris magis laedit matrimonium, quia causat incertitudinem prolis, & ideo quãuis fornicatio simplex grauior sit in viro, quam ĩ muliere, eo ꝙ ĩ eo magis viget vsus rationis, quo efficacius frenari potest concupiscentia, tamẽ omnibus pensatis adulterium grauius est in muliere, quam in viro, propter rationes iam dictas: inquantum tamen vir est rector mulieris aggrauatur, secundam quid adulterium in viro plus quam in muliere, tamen non tãtum ponderat, quantum ponderauit maior laesio matrimonij, & maior confusio viri per adulterium mulieris.

AD PRIMVM & tertium dicendum, ꝙ ꝓcedunt de inaequalitate conditionis, quantum ad accusationem. Ad primũ.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile de repudio: in lege veteri, & de diuortio in lege noua, propter fornicationem, quia repudium permittebatur ad vitandum homicidiũ de quo non erat tantum periculũ ex parte mulieris, sicut ex parte viri. Ad secundum. Ad tertiũ.

Auctoritates ad partem aliam non plus cõcludunt, nisi ꝙ quilibet coniugum potest alterum dimittere propter adulterium. Ad oppositã partem.

QVAESTIO V.

Vtrum grauius peccatum sit violare alienum thorum, quàm cognoscere monialem benedictam.

CONCLVSIO.

Maius semper peccatum fuit ceteris paribus monialem cognoscere, quam alienum violare thorum.

Respon. RESPONDEO, ꝙ non, imò cognoscere monialem benedictam maius peccatum est: vnde Augu. in li. de sancta viduitate, longè ante medium. Planè non dubitauerim dicere lapsam animam a castitate sanctiore quae vouetur Deo adulteris esse peiorem, cuius ratio est, quia in cognoscendo monialem benedictã fit praeiudicium, & iniustitia collegio, & violatur castitas firmata, voto quo erat spõsa Dei, & defloratur virgo, quia solae virgines debent benedici, & dehonoratur benedictio. In violatione vero alieni thori verum est, ꝙ fit praeiudicium, & iniustitia viro: cum ergo fornicatio vtrobiq; sit cõis, & iniuria q̃ fit marito in violatione thori sui, nõ tm̃ ponderet, quantũ alia, q̃ dicta sunt in violatione benedictę monialis, grauius peccatum est oĩbus pẽsatis, & cęteris paribus monialẽ benedictã cognoscere, q̃ alienum thorum violare, & dico cęteris paribus, quia tantum scandalum, & tantum damnum reipublicae posset probabiliter imminere, ex vio-

ex violatione thori alieni, ꝙ grauis esset, tunc alienum thorum violare, quàm monialem co gnoscere benedictam.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc querũtur quinque.

Nu casus. *Primus.* Primo vtrum vxor adulterans de licentia viri, non tamen ab eo coacta, posit ab eo quãtum ad thorum & cohabitationem dimitti.

Secundo. Secundo vtrum vir vxorem suam, quam nõ dum cognouit tradens adulterandam consanguineo proprio inuitam, pósit postea contra illius voluntatem religionem ingredi.

Tertio. Tertio vtrum posit postea ab ea debitum petere.

Quarto. Quarto quæritur vtrum posit vxor ab eo debitum petere, si fuerit tradita adulteranda consanguineo mariti.

Quintum. Quinto vtrum concubitus soluti cum coniugata a marito nondum cognita sit adulterium.

Ad primũ respon. AD PRIMVM respondeo, ꝙ vxor adulterans de licentia mariti, si ab eo non compellitur, nec per metum, nec alio modo propter tale adulterium potest quantum ad thorum, & cohabitationem a viro per iudicium ecclesiæ dimitti.

Argumẽtum ad hoc: extra de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Discretionem. vbi dicitur ꝙ vir vxori adulterium non potest obijcere, qui eam adulterandam tradidit: præsertim inuitam: per hoc enim ꝙ dicit. Præsertim inuitam, videtur dare intelligi, ꝙ si ad hoc non fuisset tradita inuita, ꝙ vir illud adulteriũ sibi obiicere posset, quia sicut dicitur in Glo. ibidem in talibus, quæ sine peccato mortali committi non possunt mandatum nõ obligat: vnde sicut dicit illa eadem Glo. per hoc quod ostendit: præsertim inuitam, videtur respondere tacitæ quæstioni, & secundum eandem glo. accipitur ibidem præsertim, pro tantum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ secundum aliquos talis posset religionem intrare cõtra voluntatem vxoris: quia nõdum sunt effecti vna caro.

Alij autem quibus consentiẽdo magis aspicientes ad iuris naturalis æquitatem, & ad viri iniquitatem: & ad vxoris confusionem quã passa est inuita, & considerantes, ꝙ corruptionis vxoris vir est principalis causa, qui ipsam coegit ad illam corruptionem patiendum, dicunt, ꝙ per illam corruptionẽ acquisiuit vxor tantam potestatem in corpus viri, vt contra eius voluntatem religionem non posit ingredi: vnde extra, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Discretionẽ. dicitur de quadam muliere, quæ nondum a viro cognita ab eo fuit tradita inuita consanguineo viri, qui cum ipsa inuita concubuit, & quã cito fuit reddita libertati fugit ab eo, & se priori viro resti tui postulauit, ꝙ si monita vt continentiã seruetur ad hoc induci non potuerit, vir prior co gatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ non est licitum tali ab vxore illa petere debitum propter contractam affinitatẽ inter ipsum, & vxorem suã, de sua voluntate, & præcepto, & ipso ad hoc iam cogente, vnde non minus videtur sibi prę iudicare illa affinitas, quam si cõcubuisset cũ consanguinea vxoris suæ, quia nec hoc faciendo tantum præiudicium vxori fecisset, quantum sibi fecit ipsam inuitam proprio consanguineo tradendo adulterandam.

Ad quartũ. Ad quartũ dicendũ, ꝙ aut illa mulier fuit a consanguineo mariti cognita per coactionem absolutam, aut per coactionem, quæ est ꝑ metum cadentem in constantẽ, aut ꝑ illã, q̃ est ꝑ metum leuem, q̃ nec coactio dici debet. si primo modo nullum factum est ꝑiudicium mulieri ẽt si sic fuisset oppressa, non de viri voluntate, quia sicut dr̃ extra: de eo q̃ cognouit consanguineã vxoris suæ. Discretionem. Affinitas quæ post contractum legitime matrimonium inter virum, & vxorem inique contrahitur, ei non debet officere, quæ huius iniquitatis particeps non extiti, cum suo iure non debeat sine cã culpa priuari. Si aũt non fuit coacta nisi coactione ꝑ metum cadente inconstantem virum mortaliter peccauit ꝑmittendo se a consanguineo sui mariti cognosci, & incestum cõ misit: credo tamen, ꝙ in detestationem iniq tatis viri, qui ipsam ad committendum adulterium incestuosum per dictum metum coegit, mulieri non est interdictum a viro debitũ petere, & vir petenti tenetur reddere. Si aũt non fuit inducta, nisi ꝑ leuem metum, credo ꝙ sibi non est licitum debitum petere, & si petat vir non tenetur reddere, quia potest ei illud adulterium obijcere.

Argumentum in glo. super decre. pridem. vbi dicitur, ꝙ si vir occasionem adulterandi dedisset vxori, nihilominus imputaretur ei, scilicet vxori.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ concubitus soluti cum coniugata a marito nondum cognita, est adulterium, cuius ratio est, quia quamuis nondum sint effecti vna caro, tamen veri coniuges sunt, & inter ipsos est matrimonium ratum, vnde Glo. super Decret. sepe allegatam, dicit. ꝙ adulterium committitur cum sponsa nondum a viro cognita.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo vtrum post diuortium coniunx innocens alteri nubere possit.

Secundo vtrum coniuges post diuortiũ possint reconciliari.

Tertio vtrum adulter, qui machinatus est in mortem viri adulteræ possit eam ducere in vxorem.

Quarto vtrum adulter dans fidem adulteręde contrahendo cum ipsa viuente marito, possit ipsam post mortem mariti ducere in vxorem.

Quinto de quodam speciali casu circa hanc materiam.

QVAESTIO I.

Vtrum post diuortium coniunx innocens alteri nubere posit.

Arg. 1. D. Bo. præsenti di q. 4. D. Tho. ar. 5.



RGVITVR ꝙ sic. Matth. 19. Quicũque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur: ergo qui eam dimittit propter fornicationem ducendo aliam non mœchatur.

Secundo. Item mulier non tenetur viro, nec econuerso, nisi ad reddendum debitum, & simul cohabitandum. Sed ab vtroque istorum absoluitur coniunx innocens per diuortium: ergo in nullo remanet alligatus alteri, nõ est ergo causa quare alteri nubere non possit.

In oppositum. CONTRA, Apostolus 1. Cor. 7. His, q matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus vxorem a viro non discedere, ꝙ si discesserit manere innuptam.

CONCLVSIO.

Imò non potest. Mulier etenim alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, & econtra.

Respon. RESPONDEO, ꝙ post diuortiũ alter coniunx innocens altero coniuge viuente nubere non potest alteri, quia nullum impedimentum superueniens matrimonio consumato potest soluere matrimoniale vinculum inter cõiuges, quandiu viuunt: vnde Apostolus 1. Corinth. 7. Mulier alligata est legi, quanto tpe vir eius viuit: coniunx autem nocens propter eandem causam alij nubere non põt, etiam qa nõ congruunt: si. n. alij posset nubere multis esset occasio adulterandi, vt se trãsferre possent ad magis desiderata connubia.

Ex iam dictis patet, ꝙ aliquis qui nunquã se intendebat obligare ad perpetuam continẽtiam, potest per accidens obligari ad continentiam per vitam totam alterius personę, nec mirum, quia si vxor incurreret aliquam infirmitatẽ incurabilẽ, q̃ non posset cõpati carnalẽ copulã, maritus obligaretur per accidens ad continentiam per totam vitam illius.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ illa exceptio nisi ob cãm fornicationis non refertur nisi ad dimissionem vxoris, & ideò argumentum procedebat ex malo intellectu.

Ad secundũ. Ad secundũ dicendũ, ꝙ q̃uis non teneatur ad reddendum debitum, vel cohabitandum, adhuc manet inter eos quoddam vinculũ quo quilibet ita obligatur alij, vt non possit alteri nubere ipso viuente.

QVAESTIO II.

Vtrum coniuges post diuortium possint reconciliari.

Arg. 1. D. Bon. ibi. q. 4. D. Th. ar. 6

CONCLVSIO.

Imò debent quando qui peccauit, vel correctus est, vel ad correctionem paratus.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sicut coniunx innocẽs non potest licite retinere vxorem adulteram incorrigibilẽ: põt tñ licite retinere correctã, vel se corrigere paratam: sic dico, ꝙ si post diuortium est correcta, vel se parata corrigere potest eam licite reconciliare: secundũ Apost. 1. Cor. 7. Qui præcipit mulierẽ discedẽtẽ a viro manere innuptã, aut viro suo reconciliari, & quia viro posse dimittere vxorẽ adulterã introductũ est in fauorẽ innocentis viri, & pęnã adulteræ, iõ viro dimittendo adulterã vxorẽ non fit ꝓiudiciũ quin possit ipsam correctã ad se reuocare infra bienniũ, ẽt si ipsa noluerit: extra de conuersi. coniug. Gaudemus. in glo. si tamẽ monitus ipsam correctã noluerit recipere infra bienniũ, & transacto illo biennio mulier religionẽ intrauerit: vir non poterit illam ad se reuocare: argumẽtũ ad hoc. c. ꝑdicto, nec ẽt si ante per biennium votum castitatis emiserit de licentia mariti. Innocẽs aũt statim post diuortium altero inuito põt religionem intrare. eo. ti. constitutus. Cuius rõ est, quia adultera nullum habet ius repetendi eum, & sic dicẽdum est de muliere innocente, quæ virũ suum dimisit propter adulterium.

QVAESTIO III.

Vtrum adulter, qui machinatus est in mortem viri adulteræ, possit eam ducere in vxorem.

Arg. 1. Sco ibid. q. vnica. ET VIDETVR, ꝙ sic. Dauid commisit adulteriũ cũ Bersabeæ vxore Vrię & postea machinatus est in mortem Vrię: vt haberet eam vxorem, quam post mortem Vriæ duxit in vxorem, & fuit legitima eius vxor, vt habetur secundo Regum cap. vndecimo.

Secundo. Item machinari in mortem mariti adulteræ non numeratur inter duodecim impedimẽta matrimonij, quia crimen quod est vnum de illis impedimentis est occisio vxoris proprię, vel proprij mariti.

In oppositũ. Contrarium huius hr̃ 31. q. 1. Illud vero. §. Hic subaudiendus est, & recitatur a Magistro huius dist. cap. vltimo.

CONCLVSIO.

Non possunt tales personæ legitime contrahere: hoc enim ecclesia prohibet ad adulterij, et homicidij quæ frequenter acciderent, repressionem.

RE-

Responsio. RESPONDEO, adulter, qui machinatus est in mortem viri adulteræ non potest eã ducere in vxorem, & si de facto duxerit separandi sunt. Cuius ratio triplex est: vna criminis enormitas, alia quia adulter peccauit in matrimonium interficiens legitimum vxoris virum: tertia ne adulteri propter adulterarum amorem essent proni ad interficiendum maritos earum, vt eas haberent vxores. Vnde secundum aliquos, si adulter interficit maritũ adulteræ non ea intentione, vt habeat eam vxorẽ, sed ex alia causa, vel occasione, & postea contrahat cum ea non esset matrimonium dirimẽdum: extra de conuersione infidelium, laudabilem. & de eo qui duxit in matrimoniũ, quã polluit per adulterium. Super eo. in glo. vxor etiam procurans maritum interfici per infidelem cum quo adulterata est: qui post hoc per eius studium ad fidem conuertatur, nõ potest cum illo contrahere: sed si contrahunt dirimẽdum est matrimonium, quia tali damno tale lucrum ecclesia compensare nõ vult: extra de conuersione infidelium laudabilem.

Adulter machinatus in mortem viri adulteræ quare eam non potest vxorem ducere.

Ad primum argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicitur 31. q. 1. Si qua. §. sed obijcitur. in veteri Testamento multa permittebantur, propter infirmitatem quæ in euangelii perfectione eliminata sunt, quædam permittebãtur causa infirmitatis, & sacramenti futurorum, sic & Bersabeæ permissa est duci in vxorem.

Ad secund. Ad secundum dicendum, ꝙ hoc impedimẽtum reducitur ad impedimentum criminis.

QVAESTIO IIII.

Vtrum adulter dans fidem adulteræ de contrahendo cum ipsa viuente marito, possit eam post mortem mariti ducere in vxorem.

CONCLVSIO.

Talis fidei datio, & contrahendum impedit, & dirimit contractum, nisi adulter de adultera viro, & econtra fuerit inscius.

Respon. RESPONDEO, ꝙ si adulter dat fidẽ adulteræ de contrahendo, vel cum ipsa contrahit ignorans, ꝙ illa maritum habeat, potest cum ipsa contrahere post mortem mariti: sic dico de muliere contrahente cum viro quem ignorabat vxorem habere: extra, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulteriũ, Veniens. si autem sciat ipsam habere maritum tempore quo contrahit cum ea, vel dat sibi fidem de contrahendo post eius mortem, non poterit eam ducere in vxorem, & si post mortem mariti eam duxerit, de facto separãdi sũt. 31. q. 1. Relatum, & extra eo. ti. vt supra. Si qs vxorem. Cuius ratio est, ne adulter, & adultera proni essent ad interficiendum maritum adulteræ, vt postea possent matrimonialiter copulari, & idẽ intelligas si promissio firmata fuerit iuramento, siue fidei datione, quia quo ad hoc interpositio fidei, & præstatio iuramenti æquiualent: extra de his, quæ vi metusue causa fiunt. Ad aures: sed pone, ꝙ adulter nudam promissionem faciat adulteræ de contrahendo post mortem mariti, nunquid mortuo eius marito tenebit matrimonium inter eos si contrahatur. Quidam dicunt, ꝙ sic, quia vt dicitur extra de sponsalibus. Cum apud. Cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, quicunque non prohibetur per consequentiam admittitur: non inuenitur autem in iure prohibitum virum contrahere matrimonium cum adultera post mortẽ mariti, nisi viuente marito fidem dederit, vel iuramentũ fecerit de contrahendo, vel nisi alter eorum in morte mariti ob hoc machinatus fuerit.

Quæsitum. Respon. primæ opinio.

Alij dicunt contrarium, quia sponsalia nuda promissione contrahi possunt, nec soluuntur per sponsalia fide, vel iuramento firmata: vnde cum adultero nuda promissio de contrahendo videtur causare illud idem periculum pro quo fuit ꝓhibitio facta. Si autem vir dat mulieri fidem de contrahendo viuente illius marito, quam nec ante, nec post viuente suo marito cognouit, si post illius mortem eã duxerit in vxorem non sunt separandi. Similiter dico de muliere, quæ fidem dedit de contrahendo viro viuente legitima vxore eius: talem tamen promissionem faciendo, vel de facto contrahendo grauiter peccant: extra de eo, q. duxit in matrimoniũ, quam polluit per adulterium. Si quis.

Secunda opinio.

QVAESTIO V.

De quodam speciali casu.



QVINTO ponitur casus talis, quidã Titius nomine sollicitauit Tebergam vxorẽ proximi sui, quæ respondit, sustinebo qđ petis si Bertę mulieri, quæ familiaris, & proxima, & propinqua consanguinea erat ipsi Tebergæ promittas ꝑ fidem, ꝙ post mortem mariti mei accipies in vxorem illam de qua ipsa tibi consulet, vel dicet, intendens Teberga, & probabiliter credens, ꝙ ipsa esset illa de qua Berta consuleret, cui Titius consensit, & Bertæ modo prædicto fidem dedit, & sic Teberga sustinuit se ab illo carnaliter cognosci: postmodum mortuo marito Tebergæ Berta consuluit Titio, vel dixit ꝙ acciperet Tebergam in vxorem, quod & factum est. Modo quæritur vtrum matrimoniũ illud teneat, vel sint separandi.

CONCLVSIO.

Dirimitur tale matrimonium, si Teberga in consentiendo Titio, quod Berta Titio consuluit sperarit.

RESPONDEO, ꝙ illud matrimonium nullum est: qa Teberga sciens, ꝙ adulter dans fidẽ adulteræ de contrahendo cũ ea post mortem

tem mariti: postea ipsam habere non potest, fraudulenter suasit Titio, vt Bertæ faceret per fidem illam promissionem quam fecit sperãs, & intendens, ꝙ quia Berta diligebat eam con suleret Titio illud qđ postea consuluit. Fraus autem & dolus nulli debet patrocinari: extra, de immunitate ecclesiæ. Aduersus. §. Cęterũ. si autem Teberga promissionem supradictam a Titio Bertæ factam fieri procurasset supradictam fraudem non intendens, sed intendens, ꝙ Titius quem diligebat vtilius, & honorabilius vxoraretur, si teneretur vxorem accipere de consilio Bertæ, quam si non, & cum hoc intendens prohibere elõgationem Titij a sua mala familiaritate viuente marito suo, quem non diligebat, & post cuius mortem solatiosiorem sibi habere sperabat, tenet matrimonium, ꝙ post mortem mariti sui inter ipsam, & Titium fuit contractum: non obstante, ꝙ a prædicta Berta fuerit prædicto Titio nominata, vt eam duceret in vxorem, & non obstante, ꝙ quando supradictam promissionem fieri procurauit, intendebat per hoc facere malam familiaritatem inter ipsam, & ipsum Titium firmiorem.

CIRCA, litteram. Nihil iniquius est, &c. hyperbolicè loquitur ad ostendendũ magnitudinem offensæ, vel. Nihil iniquius, idest magis contra rationem iustitiæ, quam quãdo accusator reus est in eo, in quo vult alium condemnare. (Cum tãto grauius eos puniri oportuerit.) hoc intelligendum est quantum ad illud quod spectat ad peccatum luxuriæ, sed quantum ad iustitiam, quam addit adulteriũ super fornicationem, & quantum ad matrimonij læsionem plus videtur mulier peccare pro- Sr 1. q. 4. pter rationes in quæstionibus dictas. (Iniquus est retinere meretricem,) scilicet quæ pœnitere non vult. (Patronus est turpitudinis, qui celat crimen vxoris, dico ꝙ verum est si celat crimen vxoris) in præiudicium correctionis, nõ tñ si celat in supportationem infirmitatis.

Si pro seruili cõditione valeat vxor separari à viro, & econuerso.

DISTINCTIO XXXVI.

NVNC de conditione videamus an valeat coniugium diuidere. Ad quod dicimus, ꝙ non negatur ingenua posse nubere seruo: sed si ne scitur esse seruilis conditionis, libere põt dimitti, cùm furuitus eius fuerit deprehensa, secundũ illud, Si quis ingenuus homo ancillam alterius vxorẽ acceperit, & æstimat ꝙ ingenua sit, si ipsa fœmina fuerit postea in seruitute detecta, si eã à seruitute redimere põt, faciat: si non põt, si voluerit aliã accipiat. Si verò ancillã eã scierat, & collaudauerat, pòst eã vt legitimã habeat, Itẽ ex eodẽ, si fœmina ingenua acceperit seruũ, sciens quod seruus esset, habeat eũ: quia oẽs vnũ patrẽ habemus in cœlis: vna lex erit viro & fœminæ. Cùm dicitur, sciẽs illũ seruũ, datur intelligi, ꝙ si nescierit illũ seruũ esse, nõ cogitur manere cũ ipso. Si.n. conditionis dolũ patitur, nõ cogitur adhærere ei cuius fraude decepta est. si aũt scierit vir cõditionẽ mulieris, vel econuerso, nõ valet eã dimittere. Vnde Zacharias Papa, Si quis liber ancillã in matrimonio acceperit, nõ hẽt licentiã dimittendi eã. si cõsensu amborũ cõiũcti sunt, nisi ob fornicatione. De illis agit qbus alterutrius cõditio nota est, quãdo cõiungũtur.

Vermeriam cap. 6 | Ibidem. c. 8 | fœmina & genua. | Ibidẽ ca. 1. quis liber.

De copula serui, & ancillę diuersorum dominorum.

Quæritur etiam si seruus vnius ancillam alterius acceperit, an sit inter eos coniugium. De hoc etiam ita statutum est, Dictum est nobis, quòd quidam legitima seruorum matrimonia potestatiua quadã præsumptione dirimant, non attendentes illud, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde nobis visum est, coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant: sed in vno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum. Attende finem huius capituli, vbi videtur innui, præter voluntatem dominorum inter seruum & ancillam non posse contrahi coniugium, vel si contrahitur, non esset ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium dominis ignorantibus.

In cõ 2. Ca ibid. ca. 30. Et 9 q. 2. c. Dictũ est. Matth. 19.

De viro qui se facit seruum, vt dimittatur ab vxore.

Illud etiam notandum, quòd si mulier virum liberum acceperit, & ille vt causam præstet dissidij, se alicuius seruum fecerit; nec ille vxorem dimittere, nec illa ob vinculum coniugij in seruitutem redigi poterit. Vnde illud, Perlatum est ad sanctam Synodum, quòd quidam ingenius ingenuam accepit vxorem, & post filiorum procreationem, occasione diuortij, cuiusdam seruum se fecerit: vtrùm & mulierem necessario tenere debeat, & si tenuerit, an illa ẽt seruituti subijci debeat, quæsitum est. Iudicatum est vxorem minimè debere dimitti; non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille nõ ex consensu coniugis se seruum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

29 q. 2. ca. Perlatum. Ex Cõci. Triburiens.

De ætate contrahentium.

Hoc etiam sciendum est, quòd pueri ante 14. annos, & puellæ ante 12. annos, secundum leges matrimonium inire nequeunt. Quòd si ante prædicta tempora copulam inierint, separari possunt, quamuis voluntate, & assensu parentum iuncti fuerint. Qui verò ĩ pueritia copulati, post annos pubertatis nolũt se relinquere, sed in cõiũctione ꝑmanere, iã ex hoc efficiũtur cõiuges, et deinceps nequeũt separari. Itẽ, spõsalia ante septeniũ cõtrahi non possunt: solo.n. consensu contrahũtur, q ĩteruenire non põt, nisi ab alterutra parte intelligatur qđ ĩter eos agitur: Duo illa executi sumus cũ aliorũ quorũdã adiectione, qb' cõiugium solui potest, nec tamen solui semper necesse est, Nunc de alijs, quæ personas illegitimas penitus faciunt; addendum est, & primum de Ordine.

30 q. 2. ca. Sponsalia.

DISTINCTIO XXXVI.


VPERIVS determinauit Magister de impedimentis superuenietibus post matrimoniũ iam contractum. Hic determinat de incidentibus impedimentis in actu contrahendi.

Et diuiditur in partes duas.

Primo determinat de impedimento seruilis conditionis.

Secundo de impedimentis puerilis ætatis. ibi. (Hoc etiam sciendum est.)

Prima in tres.

Primo ostendit, ꝙ error conditionis seruilis impedit matrimonium.

Secundo inquirit vtrum inter seruum, & ancillam posit contrahi matrimonium, ibi. (Quæritur etiam.)

Tertio ostendit, ꝙ seruitus superueniẽs nõ dissoluit matrimonium ibi. (Illud etiam.)

CIRCA hanc dist. quæritur principaliter de sex.

Primo de matrimonio contracto inter liberum, & ancillam.

Secundo de talis matrimonij ratificatione.

Tertio de talis matrimonij si ratificatũ nõ fuerit, separatione.

Quarto de matrimonio contracto inter seruum, & ancillam.

Quinto de seruitute superueniente matrimonio.

Sexto de impedimento puerilis ætatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum inter liberum, & ancillã quam credit liberam posit contrahi matrimonium.

Secundo vtrum inter liberum, & ancillam quam scit ancillam.

QVAESTIO I.

Vtrum inter liberum, & ancillam, quam credit liberam potest contrahi matrimonium.

Arg. 1. D Bo. præsenti di ar. 1. q. 2. Sco. ibid. D. Th ibid. q. 1. ar. 1. Secundo.

ARGVITVR sic: peior est conditio lepræ, quam seruitutis. Sed error lepræ non impedit matrimonium inter sanum, & leprosum: ergo nec inter liberum, & ancillam.

Item peior est seruitus spiritualis, qua homo est seruus diaboli, quam corporalis, sed inter liberum a seruitute spirituali, potest contrahi matrimonium, ignorantia seruitutis non obstante: ergo multo fortius inter liberum, & seruam seruitute corporali.

In opposi. tum.

Contrarium habetur: extra de coniugio seruorum, Proposuit & cap. ad nostram.

CONCLVSIO.

Error æqualis vel melioris conditionis matrimoniũ impedire non potest deterioris potest.

RESPONDEO, ꝙ inter liberum, & ancillam, quam credit liberam durante illa credulitate non potest contrahi matrimonium, nisi in animo teneat, ꝙ etiam cum illa contraheret si esset ancilla, quia tali errore lęditur contrahens læsione nimis enormi in bonis matrimonij: læditur enim in bono prolis: in hoc ꝙ eam non habebit in sua potestate, & in bono fidei, quia mulier non poterit ei debitum reddere libere, quia forte illo tempore, quo vir vellet ab ea debitum petere dominus suus posset eam in aliquo negocio occupare, & in bono sacramenti, idest in cohabitationis inseparabilitate, quia dominus ancillæ posset eã vendere, & ideò æquitate naturali prouisum est talem errorem matrimonium impedire. Si autẽ seruus contrahit cum ancilla, quam credit liberam: vel liber cum libera, quam credit ancillam, vel seruus cum libera, quam credit ancillam: tenet matrimonium, quia error æqualis conditionis, vel melioris non lædit contrahentem. Respon.

AD PRIMVM in oppositum dicẽdum, ꝙ quamuis lepra sit peior conditio simpliciter, quam seruitus, non tamen ita lædit bonum fidei in matrimonio, nec cohabitationis inseparabilitatem, quia quamuis sanus nõ teneatur de necessitate simul habitare cum leproso tamen tenetur manere ita prope, ꝙ neuter suo debito defraudetur, Ad primũ argum.

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis seruitus spiritualis peior sit ipsi seruo, quam corporalis, tamen non ita lędit liberum in bonis matrimonij. Ad secundum.

QVAESTIO II.

Vtrum inter liberum, & ancillam, quam scit ancillam posit contrahi matrimonium.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia inter personas legitimas ad contrahendũ inter se contrahitur matrimonium per mutuum consensum, per verba de præsenti expressum, sed error conditionis non tollit cõsensum in persona: cum ergo mutuus consensus per verba de præsenti expressus non causet matrimonium inter liberum, & ancillam, quam credit liberam, ancilla non est persona legitima ad contrahendum cum libero. Arg. 1.

Item liber æque læditur in bonis matrimonij si contrahat cũ ancilla scienter, sicut si contrahat ignoranter: sicut ergo propter læsionẽ in bonis matrimonij non tenet matrimonium cum ea contractum ignoranter, ita nec contractum cum ea scienter. Secundo.

In oppositum.

CONTRA, extra de coniugio seruorum. Proposuit. dicitur de illo, qui contraxit cũ ancilla, quam credebat liberam, ꝙ si postquam audiuit illam esse ancillam, cognouit eam carnaliter, compellatur eam sicut vxorem maritali affectione pertractare, quod non esset iustũ, nisi liber cum eam, quam scit ancillam matrimonium posset contrahere.

CONCLVSIO.

Imò potest. Tunc enim nulla est deceptio, nec consensus diminutio.

Respon.

RESPONDEO, ꝙ quia cum error deterioris conditionis, & si non tollat consensum in personam, tamen multum minuit, & quia ẽt rationabile est, vt deceptis iura subueniãt: extra de rerum permutatione. Cum vniuersorũ: & de donationibus inter, maxime quando est deceptio in re graui, & ideò naturali æquitate in iur. statutum est personam seruilis conditionis esse illegitimam ad contrahendum cũ persona libera, quamdiu persona libera illam liberam esse credit, non est autem statutum illã esse illegitimam ad contrahendum cum libera, cui nota est sua seruilis conditio, quia tunc non est deceptio, nec consensus diminutio, sicut est in casu prædicto, & ideo tenet matrimonium contractum inter illas.

Ad primũ Argum.

AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ durante errore ex parte liberi ancilla non est persona legitima ad contrahendum cum libero, non sic autem est quando nota est sua seruilis conditio.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, ꝙ non valet, quia in vno casu incurrit læsionem per errorem, in alio autem scienter, illa autem læsio inquantũ læsio non impedit matrimonium, sed inquantum est talis læsio, quam liber incurrit per errorem.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum matrimonium liberi cum ancilla, quam credebat liberam, ratificetur per carnalem copulam sequentem.

Secundo vtrum per ancillę manumissionẽ.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium liberi cum ancilla quam credebat liberam ratificetur per carnalem copulam sequentem.

CONCLVSIO.

Quando carnalis copula sequens, est in libero certam de alterius seruitute cognitionem habente, quoquomodo sit illa, matrimonium ratificat, modo sit affectu matrimoniali, at si fornicario, tantum secundum Ecclesiæ iudicium.

Responsio Ad primũ quæsitum.

AD PRIMVM respondeo, ꝙ aut copula carnalis seq̃tur certã cognitionẽ seruilis conditionis alterius coniugis, aut probabilẽ ꝑsumptionẽ, aut leuẽ suspitionẽ, si aũt ista oĩa antecedit, non ratificat matrimoniũ ꝑdictũ, q̃a adhuc liber commiscetur ei ex priori consensu, q̃ fuit nullus. Si aũt seq̃tur leuem suspitionem tantum, sic etiam non ratificat matrimonium prædictum, titubans enim pro ignorante habendus est: extra de coniugio seruorum. Proposuit in glo. si aũt seq̃tur probabilem pręsumptionem, & discretam, tũc distinguo q̃a aut illa carnalis coniunctio facta est ad præceptũ ecclesiæ, aut non, si non, tunc distinguo, q̃a aut facta est affectu matrimoniali, aut fornicario, si primo modo, tũc dico, ꝙ ratificat matrimonium propter consensum præsentem de nouo, q̃ etiam sine carnali copula cum verbis de pręsenti, q̃ præcesserũt matrimonium ratificaret nisi alter conueniunt, q̃ est seruilis cõditionis, prius a suo consensu pristino recessisset, si aũt facta est affectu fornicario matrimonium nõ ratificatur in conspectu Dei, quamuis ratum præsumeretur, secundum iudicium ecclesiæ, eo ꝙ præsumeret interiorem cõsensum de nouo affuisse. Si autem liber cum ancilla carnaliter copulatus est per compulsionem ecclesiæ, dicunt aliqui, ꝙ illa copula sibi non præiudicaret, sed non videtur mihi, ꝙ verum dicant, quia si carnaliter commisceretur cum ea affectu matrimoniali ratificaretur matrimonium propter nouum consensum: extra de cõiugio seruorum. Proposuit. si autem affectu fornicario mortaliter peccaret. Si autem illa copula sequitur certam cognitionem in libero de seruitute alterius: tunc secundum omnes siue cõmisceatur cum ea per compulsionem ecclesiæ aut sine illa, semper matrimonium ratificat in conspectu Dei, si illa commixtio fiat affectu matrimoniali, si autem affectu fornicario quãuis non ratificaret in conspectu Dei, ratificaret tamen secundum iudicium ecclesiæ, ꝓpter causam superius dictam.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium ratificetur per ancillæ manumissionem.

CONCLVSIO.

Imo ratificatur modo liber eam post contractum matrimonium manumissam sciens, affectu matrimoniali cognouerit, at si fornicario tantum, secundum ecclesiã matrimonium erit.

Respon. Ad secũdũ quæsitum.

RESPONDEO, aut liber illã manumissionem ignorat, credens tamen eam esse liberam sicut t̃pe contracti matrimonij credebat, aut scit eam manumissam post contractum matrimoniũ, & eam fuisse seruam tempore matrimonij contracti. si primo modo carnalis copula seq̃ẽs manumissionẽ ꝑdictũ matrimoniũ nõ ratificat, q̃a adhuc liber cõmiscereẽ ei ex priori consensu, q̃ nullus fuit: extra de cõiugio seruorũ. Ad nostrã. in glo. si secũdo mõ, aut cõmiscetur affectu matrimoniali, aut fornicario. si primo mõ efficitur m̃rimoniũ ratũ nõ ꝑ cõsensũ, q̃ ꝓcesserat, & nullus fuit: sed ꝑ cõsẽsũ nouũ

nouũ, q cũ verbis de pñti, q̃ præcesserat efficit mr̃imoniũ. Si aũt illa cõmixtio fiat affectu fornicario: tunc q̃uis non sit matrimonium in cõspectu Dei: esset tamen secũdum iudicium ecclesiæ: eo, ꝙ prę sumeret affuisse interiorem cõsensum. Si tamen tempore contracti matrimonij dominus ancillæ eam tanquam liberam viro libero tradidisset in vxorem eo ipso intelligeretur ei dedisse libertatem: extra de coniugio seruorum. Ad nostram. in glo. & ideo tunc verum cõtraheretur inter eos matrimonium. 29. q. 2. si quis ingenuus. in glo.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum liber volens cum ancilla manere, quam tempore contractus credebat esse liberam, possit ab ancilla dimitti.

Secundo vtrum liber qui contraxit cum ancilla, quam credebat liberam: possit licitè ab ea aliter, quam per iudicem ecclesiæ separari.

QVAESTIO I.

Vtrum liber volens cum ancilla manere, quam ipse tempore contractus credebat liberam potest ab illa dimitti.

Argum. 1. ET ostendo, ꝙ non: extra de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. c. 1. dicitur de quodam qui habens vxorem legitimam: aliam huius rei insciam sibi copulauit. Et prima mortua nititur discedere a secunda, quod nisi mulier diuortium petat ad petitionem viri non sunt aliquatenus separãdi: quod verum non esset nisi matrimonium tenere posset ex parte vna, & non ex parte altera: ergo a simili quamuis matrimonium contractum inter liberum, & ancillam quam tempore contractus credebat liberam, non teneat ex parte liberi tamen ex parte ancillę, quamuis ergo cognita sub seruili cõditione mulieris posset dimitti a libero: liber tamen contra propriam voluntatem ab ancilla dimitti non potest.

Secundo. Item extra de desponsatione impuberum. De illis dicitur de duobus qui ante annos aptos matrimonijs sponsalia contrahunt, ꝙ mulier postquam ad annos nubiles attingit, & in eum qui nõdum ad annos aptos matrimonijs venerat consentit: amplius non poterit dissentire nisi alius postquam ad legitimam ætatem peruenerit in eam suum negauerit præstare consensum: ergo potest tenere matrimoniũ ex parte vna, & non ex parte alia, & tunc arguo, vt prius.

Ad oppositum. CONTRA, 29. q. 2. Si quis ingenuus in gl. dicitur, si libera contraxit cum eo quem credebat liberum comperta conditione seruitutis: neuter cogetur stare cum altero quantum ad vinculum matrimonij.

CONCLVSIO.

Potest, cognita enim seruitutis conditione neuter cum altero stare cogi potest.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ inter liberum, & ancillam, quam ipse tempore contractus credebat liberam nullum fuit matrimonium in rei veritate, quia quamuis valuerit consensus ex parte ancillæ, non valuit tamen ex parte liberi: ad hoc enim vt valeat matrimonii contractus requiritur mutuus consensus, & ideo manifesta conditione seruitutis in ancilla: ancilla non cogitur stare cum libero quantum est ex vi matrimonii, vnde si contraheret matrimonium cum alio teneret matrimonium: ratione tamen fidei promissæ bene tenetur ei, quia quilibet tenetur seruare, quod libere promittit: maxime si fide, vel iuramento firmetur: si tamen obseruari possit sine detrimento salutis.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicit glo. ibidem super illud verbum. Nisi mulier diuortium petat: vir compellitur remanere cum ea ita vt de nouo consentiat in eam si ipsa velit propter dolum, & culpam ipsius viri, & non econuerso, non quia matrimonium fuisset inter eos: vnde si vir ante nouum consensum in eam contraheret cum alia contractus teneret.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dicit glo. ibidem verum est, ꝙ multi contractus ex vna parte possunt tenere, & ex altera non: vt si pupillus contrahit cum maiore sine tutoris auctoritate: sed secus est in matrimonio, quia illud vinculum non potest constare nisi ex duobus cõsensibus: nec obstat, quod in hac decretali dicitur, ꝙ ille qui prius venit ad annos nubiles alium tenetur expectare: nõ ratione matrimonii: sed ratione suæ promissionis: vnde si contraheret cum alia matrimonium: teneret etiam si in promissione cum prima interuenisset iuramentum.

QVAESTIO II.

Vtrum liber qui contraxit cum ancilla quæ credebat liberam: possit licite ab ea aliter, quàm per iudicium ecclesiæ separari.

CONCLVSIO.

Non potest nisi ita secrete contraxerunt, vt nullo modo tale matrimonium valeat probari.

Respon. RESPONDEO, ꝙ aut contraxerunt in facie ecclesiæ: aut non: tamen contraxerunt coram testibus: per quos contractus potest probari: aut ita secrete, ꝙ nullo modo põt probari. Si contraxerunt primo modo: per iudicium ecclesiæ sunt separandi, quia quamuis in rei veritate matrimonium fuit nullum: tamen ecclesiæ debet constare de impedimẽto quo in forma iudicii cognito sententiabit matrimoniũ nullum fuisse. vnde nemo pro quantumcumque publica causa potest ab vxore sua separari sine iudicio ecclesiæ. extra de diuortiis. Porro.

ro. Si autem contraxerunt secundo modo etiã per iudiciũ ecclesiæ separandi sunt, quia causæ contractuum matrimonialium, quæ probari possunt in iudicio ecclesiastico ad iudiciũ ecclesiæ debet referri, alias multi fraudes possent committere in dimittendo vxores proprias falso eis obijcientes notas seruilis conditionis. Si autem contraxerunt modo tertio: tunc distinguo, quia aut fama est eos contraxisse aut non: si fama est: adhuc videtur probabiliter posse dici, ꝙ non nisi per iudicium ecclesiasticum debent separari ad vitandum scãdalum, si autem de hoc nulla penitus est fama non video quare non possit eam propria auctoritate dimittere si certus est de eius seruili conditione.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum serui, & ancillæ possint inter se matrimonia contrahere sine consensu dominorum suorum.

Secundo vtrum dominus possit vendere alterum eorum in partibus quantumcumq; remotis.

QVAESTIO I.

Vtrum serui, & ancillæ possint inter se matrimonia contrahere sine consensu dominorum.

Argum. 1. D Bon ibi ar. 1. q 1 Sco ubi su. D. Tho ibi. q. 1. ar. 2.



OSTENDO, ꝙ non: quia nemo potest dare alicui quod est alterius sine consensu illius cuius est. Sed secundum Philos. 1. Pol. c. 3. Seruus est omnino domini: ergo non potest dare mulieri potestatem corporis sui sine consensu domini sui.

Secundo. Item fauorabilior est religionis ingressus, quam matrimonij contractus. Sed seruus non potest sine consensu domini sui profiteri in religione: ergo multo fortius nec matrimoniũ contrahere.

In opposi-tum. CONTRA, extra de coniug. ser. c. 1. dicitur, ꝙ si inter seruos dominis contradicentibus, & inuitis matrimonia contracta fuerint: nulla ratione sunt dissoluenda propter hoc.

CONCLVSIO.

Vtique possunt; Non enim naturalis ratio dictat alijs eos debere esse seruos, in ijs, quæ speciei, vel indiuidui conseruationem concernunt.

Responsio. Ratio conclusionis secũdum primam opinionem. RESPONDEO, ꝙ non tantum seruus cũ ancilla sed etiam cum libera: nec tantum ancilla cum seruo: sed etiam cum libero possunt contrahere matrimonium dominis contradicentibus, & inuitis. Cuius ratione aliqui assignant, quia matrimonium est de iure naturali: seruitus autem de iure positiuo. Ius autem positiuum cum deriuetur a iure naturali sibi præiudicare non potest.

Sed hæc respõsio vnum falsum videtur supponere scilicet, quòd seruitus non sit de iure naturali: cum dicat Phil. 1. li. Poli. 1. ca. ꝙ illud quod potest mente præuidere debet esse principans natura, quod aut potest hoc corpore facere, & nõ potest mente præuidere esse seruum natura.

Ratio propriæ opinionis. Potest ergo dici, ꝙ conclusionis ratio est hæc, quia matrimonium non tantum est de iure naturali a natura speciei: sed etiam a natura generis, & est naturalis matrimonii finis conseruatio speciei: quamuis autem aliqua seruitus si de iure naturali a natura speciei inquantum naturalis ratio dictat quosdam debere esse dominos, & quosdam seruos propter meliorem domus, & ciuitatis dispositionem: tamen non dictat aliquos debere esse seruos aliis in his, quæ necessaria sunt ad indiuidui, vel speciei conseruationem: sed quantum ad alia seruitia, quæ naturalibus operibus super adduntur, & ideo nullus homo alii ita subijcitur quĩ ipso inuito possit facere ea, quę necessaria sunt ad conseruationem sui, & speciei: tamen, vt dicitur extra de coniugio seruorum cap. 1. quamuis serui possint matrimonium contrahere dominis inuitis: debita tamen, & consueta seruitia non debent minus ab eis propriis dominis exhiberi.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ seruus est domini, non quantum ad opera naturalia quorum finis est conseruatio indiuidui: nec quantum ad illa quorũ finis est conseruatio speciei: sed quãtum ad opera manualia seu artificialia naturalibus superaddita.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis fauorabilior sit religionis ingressus, quam matrimonij contractus: tñ professio serui in religione magis præiudicaret domino, quia qñ profitetur in religione subdit se potestati prælati sui: quãtum ad opera volũtaria in quibus serui dominis sunt subditi.

QVAESTIO II.

Vtrum dominus possit vendere seruum coniugatum in partibus quantũmcumque remotis. *Sco. vbi su.*

CONCLVSIO.

Nequaquam ergo eos etiam ab officio propter, quod matrimonium institutum est impedire potest.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ serui aut contrahunt de licentia, & consensu dominorum: aut non. Si sic dominus non potest vendere seruum in aliquod præiudiciũ matrimonij: nec aliquid sibi præcipere in præiudicium redditionis debiti. vnde si eodem tempore cõiunx debitum petit a cõiuge seruo, & dominus sibi aliquod opus imcompossibile iniungit: magis debet consentire coniugi debitum petenti, quam opus sibi præceptum a domino exequi. Si autẽ contrahunt sine consensu dominorum: ille cõtractus est omni iure domini saluo, & ideo seruum suum potest vendere: non tamen in partibus quantumcumque remotis, quia tunc posset eos impedire ab officio propter quod matrimonium

trimonium institutum est: vnde si domini seruos suos coniugatos vendere volunt, cogi possunt, & debent, ꝙ taliter de venditione non ordinent, ꝙ faciant onera matrimonij notabiliter grauiora: maximè cum sine hoc seruos suos possint vendere precio iusto: sicut enim ad ius dñi nõ pertinet posse prohibere seruos suos contrahere matrimonium: sic ad ius domini non pertinet posse vendere seruum suum taliter vt totaliter impediatur ab officio, propter quod matrimonium est institutum.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum vir sine consensu vxoris possit se facere seruum.

Secundo cuius parentis conditionem debet partus sequi.

QVAESTIO I.

Vtrum vir sine consensu vxoris potest se facere seruum.

Argum. 1. OSTENDO, ꝙ non: quia prima ad Cor. 7. dicitur, ꝙ vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: sine consensu mulieris non potest corpus suum tradere in alterius potestatem, & ex consequenti, nec se facere seruũ, quia seruus est in domini potestate.

Secundo. Item mulier sine consensu viri non potest se facere seruam: ergo a simili nec vir se facere seruum sine consensu vxoris.

In oppositum. CONTRA, seruus nolente domino potest vxorem ducere: ergo a simili: liber nolente vxore potest se in seruum vendere.

CONCLVSIO.

Saluo vxoris iure prout ad carnale debitum spectat, se seruum facere potest.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ vir sine consensu vxoris potest se facere seruum, quia quamuis vir sit in vxoris potestate quantum ad redditione carnalis debiti, in omnibus tamen aliis sui iuris est, & ideo sine consensu vxoris potest se in seruum vendere saluo iure vxoris, quãtum ad debitum carnale: nec talis venditio matrimonium dissoluit: nec quo ad vinculum, quia superuenit matrimonio legitimè contracto: nec quo ad thorum, quia talis seruitus, vt dictum est acquisita est saluo iure vxoris: vnde domino illi seruo aliquid præcipiente, & vxore ab eodem, & eodem tpe debitũ petẽte magis debet obedire vxori, quam domino.

Ad primum argum. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia quamuis quo ad carnale debitum vir, & vxor ad paria iudicentur, tamen non quo ad alia sicut quo ad regimen domus, vel familiæ, vel dispẽsationem bonorum: immo vir est caput vxoris.

QVAESTIO II.

Vtrum cuius parentis conditionem debeat sequi partus.

ET VIDETVR, ꝙ nõ debeat sequi cõditionẽ matris, quia si ex detestãdo cõnubio alicuius constituti in sacris cũ ingenua fuerint filii procreati, illius ecclesiæ de cuius sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, erunt serui iure perenni. 15. q. vlt. Cum muliere: ergo partus non semper sequitur conditionem matris. Argum. 1. D. Bon. præsenti dist. ar. 1. q. 3. D. Tho præsenti dist. q. 1. ar. 4.

Itẽ Phil. 15. de aĩalibus. Vir dat formam, & principiũ motus, & fęmina dat corpus, & materiam. Et ĩ. Vir est sicut mouens, & fęmina sicut patiens sed res magis dependet a formali principio, & actiuo, quam a materiali, & passiuo: ergo proles magis debet sequi conditionẽ patris, quam matris. Secundo & nunc est primo lib. de gener animalium. c. 18. T. c. 78.

Tertio. Itẽ secundũ Phil. Ars imitatur naturam: sed in naturalibus conditionibus proles magis sequitur patrẽ, quam matrem: ergo similiter in libertate, & seruitute, quæ sunt quasi conditiones artificiales inquantum sunt institutæ per rationem, & voluntatem.

In oppositum. CONTRA, extra de natis ex libero ventre. c. vnic. Indecẽs esse credimus, vt progeniti ex libera ad seruitutẽ retrahãtur: ergo partus sequtur vẽtrẽ quo ad cõditionẽ libertatis: ergo a simili quo ad conditionem seruitutis.

Secundo. Item si aliquis sęminat in terra mea, meus est fructus: ergo a simili, si aliquis sęminat in ancilla mea meus erit fructus illius seminis, quod non esset verum nisi partus sequeretur conditionem matris.

CONCLVSIO.

Cum matres magis sint filiorum amatrices, & plus in eorum generatione laborarent, ideo eorum cõditionem partus sequi debet.

Responsio. Ratio conclusionis iuxta communem opinionem. RESPONDEO, ꝙ quãtũ ad cõditiones seruitutis, & libertatis partus sequitur matrem de iure cõi. Et huic cõcordat lex diuina, vt patet Exo. 21. Cuius ratio assignatur cõiter, quia pater est actiuũ principium, & honorabilius; mater aũt principium passiuum, & ministrat corpus, & ideo proles in conditionibus actiuis sicut in honoribus, & in hęreditate magis sequitur patrem: in conditionibus vero passiuis sicut in libertate, & seruitute sequitur matrem.

Instatur primo. Sed hãc rõnem nõ bene intelligo quamuis enim seruitus sit vilis cõditio, & passiua: libertas tamẽ est honorabilis cõditio, & actiua.

Secundo. Pręterea: sicut filij succedũt patribꝰ ĩ hereditate: ita succedũt in hęreditate matrũ suarum.

Doctoris opinio. Ideo vr̃ mihi dicẽdũ, ꝙ ratio quare partus conditionẽ matris sequitur quo ad libertatẽ, & seruitutẽ est, q̃a sicut dicit Phil. 9. Ethic. c. 8. Matres sunt magis amatrices filiorum, & plus laborauerũt in generatione eorũ, & certiores sunt qui sunt filij earũ q̃ patres, & vt hr̃. 15. de aĩalibus: in generatione matres ministrãt totius substię corporis mãm seruitus aũt, & liber ubi supra

tas

tas sunt conditiones, quæ maximè respiciunt corpus: magis etiam innitendum est certo, quam incerto côuenientius etiam est, vt iam attribuant proli conditiones parentis ipsam magis diligentis, & quæ in eius generatione plus laborauit.

De consuetudine tamen spirituali aliquarum terrarum partus sequitur parentem deterioris conditionis siue sit pater siue mater nõ tamen si post peractum matrimonium pater se in seruum vendidit vxore nolente. Si autem vterque parens seruilis est cõditionis, & sunt diuersorum dominorum fit diuisio liberorũ secundum numerum: si plures sunt, & si vnus est tantum ille dominus penes quem proles remanebit recompensabit alij domino præcium iustum.

Ad primũ argum. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ sicut dicit gl. ibi. cum ecclesia non sit isto iure vsa, perdidit illud ius. Potest etiã dici, ꝙ illud fuit specialiter statutum in detestationem talis connubii.

Ad alia argum. Ad alia patet solutio ex dictis ĩ quæstione.

ARTICVLVS VI.

Consequenter quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum puerilis ętas impediat matrimonium.

Secundo vtrum sponsalia in legitima ętate contracta, posint dissolui per mutuum dissensum.

QVAESTIO I.

Vtrum puerilis ętas impedit matrimonium.

Argum. 1. D. Bon. ibi. ar 2 q. 1. D. Tho. ubi sup art 5. Sco. præsenti dis. q. 2.



Ostendo, quòd non: quia nõ propter impotentiam coeundi, quia senes non potentes coire contrahere possunt: nec propter defectũ discretionis, quia aliqui pueri inueniuntur discretiores aliquibus senibus: ergo puerilis ętas nõ semper impedit matrimonium.

Secundo. Item nullum impedimentum impedit matrimonium nisi sit perpetuum. Sed puerilis ætas non est impedimentum perpetuum: ergo non impedit matrimonium.

In oppositum. Contra, extra de frigidis, & maleficiatis. Quod sedem. Per qui non potest reddere debitum non est aptus coniugio.

CONCLVSIO.

In pueris ante 14. annos, & puellis ante 12. impedit: nisi tempus illud sufficiens discretio, & coeũdi anticipet potentia.

Respon. Respondeo, ꝙ sicut dicit Magister huius dist. c. vlt. Pueri ante. 14. annos, & puellę ante. 12. secundum leges matrimonium inire nequeunt, ꝙ si ante prædicta tempora copulã inierint separari possunt: extra de desponsatione impub. A nobis. dicitur, ꝙ ante nubiles annos coniugalem consensum non habent, & ꝙ si ante illud tempus matrimonium contraxerint, si postquam venerint ad legitimam ętatem, & simul esse noluerint separentur. Cuius ratio est, quia de lege commũni ante prædicta tempora vir, & mulier non habent illam discretionem, quæ requiritur ad complementum illius cõsensus qui necessarius est ad matrimonium contrahendum, & etiam quia ante illa tempora non habent potentiam coeundi: quamuis autem status naturæ sic se habeat vt in pluribus, quia tamen aliquãdo sufficiẽs discretio tempus illud anticipat, & etiam coeundi potentia, quod ex euidentia facti patet: quando infra illud tempus carnaliter copulã tur, si aliqui tales matrimonium contraxerint non sunt separandi, vt habetur extra de desp. impub. A nobis.

Ad primũ argum. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ in senibus, vt in pluribus nõ est ita defectus discretionis sicut in pueris: si tamen in sene esset defectus discretionis, quæ requiritur ad plenum consensum, dico, quòd non posset cõtrahere: impotentiæ etiam coeũdi in sene magis subueniri potest per aliqua media, quam impotentiæ coeũdi in puero quãdiu puer est.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ maior non est vera de impedimento, quod opponitur causæ efficienti matrimonij, quæ causa est plenus consensus.

QVAESTIO II.

Vtrum sponsalia in legitima ætate contracta possint dissolui per mutuum dissensum.

Sed quia huius quæstionis solutio satis patet ex superius dictis vigesimaseptima distinctione in illa quæstione. Quod modis spõsalia dissoluuntur: ideo hic de solutione quæstionis huius mihi videtur supersedendum.

Circa litteram. Quibusdam tamen videtur, & bene. Dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit. Sed si aliquis de consensu vxoris se faciat seruum: efficitur ne vxor eius ancilla ipso facto.

Respondeo, ꝙ non: sed potestas, quam in virum habebat diminuitur, quia dominus potest ipsum occupare illo tempore quo mulier vellet debitum sibi reddi: nisi fornicationis probabile periculum immineret. Si ante prædicta tempora copulam inierint idest matrimonium contraxerint. Separari possunt. nisi ante carnaliter se cognoscant, quia tunc malitia supplet ętatem.

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

DISTINCTIO XXXVII.



SVNT igitur quidā ordines in quibus nullatenus potest contrahi coniugium, & si intercesserit copula, fit diuortium, vt sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus. In alijs verò permittitur sortiri coniugium nisi religionis habitum sumpserint, vel continentiæ votum fecerint. Vnde Leo Papa, Clericos, lectores, ostiarios, exorcistas, acolytos, si extra votum, & habitum inueniuntur, & continentiam profiteri nolūt, vxorem ducere virginem ecclesia Romana permittit non viduam, vel repudiatam, quia deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt, nec laicus vxorē sortitus, nisi virginem, vel bigamus ad clericatum. Item ex Carthaginensi Concilio, Placuit Episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiam ab vxoribus abstinere, quod si non fecerint, etiam ab ecclesiastico remoueantur officio: cæteros vero clericos ad hoc non cogi. Item Leo Papa, Lex continentiæ eadē est ministris altaris, quæ episcopis, & presbyteris, qui cùm essent laici, vel lectores, licitè vxores ducere potuerunt: sed cùm ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. Item in sexta synodo, Si quis eorum qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat. Item Calixtus Papa, Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis, concubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus interdicimus, contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pœnitentiam debere redigi, iuxta sanctorum canonum definitionem iudicamus. Item Greg. Nullum facere subdiaconum Episcopi præsumant, nisi qui se castè victurū promiserit, quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Item Innocentius, Decernimus, vt hi qui in ordine subdiaconatus, & supra, vxorem duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque beneficio ecclesiastico careant: cùm enim ipsi tēplum, & vasa Domini, sacrarium spiritus sancti debeant esse, & dici, indignum est eos cubilibus, & immunditijs deseruire.

Dist. 32. ca. Sciatim. — *Et Carthag. cōci. 5. c. 3. Et dist. 32. c Placuit.* — *Episto. 90. quæ est ad Rust. Narb Epi. c. 3. Et dis. 31. cap. Lex continentiæ.* — *Cano. 6. Et dist. 32. ca. Si quis.* — *Dist. 27. c. Presbyteris* — *In cap. 42. lib. 1. Regū. Et dis. 28. c Nullum.*


De interfectoribus suarum coniugum.

33. q. 2. interfectores.

His adijciendum est de occisoribus suarum coniugum: de quibus Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo, interfectores suarum coniugum sine iudicio, cùm non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi, quid alud habendi sunt, quàm homicidæ, ac per hoc ad pęnitentiam redigendi, quibus pęnitus denegatur coniugium? Hic videtur Nicolaus permittere maritis, pro adulterio aut alio huiusmodi vxores suas interficere: sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali criminosos feriri iubet. Vnde idem Nicolaus, inter hæc vestra sanctitas addere studuit, si cuius vxor adulterium perpetrauerit, vtrùm marito eius secundum mundanam legem interficere liceat. Sed sancta Dei ecclesia nunquam mundanis constringitur legibus: gladium non habet nisi spiritualem. Item Pius Papa, Quicunque propriam vxorem absque lege, & sine causa interfecerit, aliamque duxerit, armis depositis publicam agat pœnitentiam, & si cōtumax extiterit, anathematizetur vsquequo consentiat.

Ibidē, c. Inter hæc. — *33. q. 2. quicunque.*

DISTINCTIO XXXVII.



SVPERIVS determinauit Magister de personis non omnino illegitimis ad contrahendum. Hic determinat de personis illegitimis omnino.

Et diuiditur in partes duas.

Primo determinat de impedimentis quę faciunt personam illegitimam ad contrahendū cum quacunque persona.

Secundo de impedimentis, quę faciunt personam illegitimam ad contrahendum non cū quacunque persona se d cum aliqua distin. 39. ibi. (Post hoc de dispari cultu.)

Prima in duas.

Primo determinat de impedimētis ortum habentibus ex constitutione ecclesiastica.

Secundo de habentibus ortum ex lege diuina. dist. sequenti ibi. (Nunc de voto.)

Prima in duas.

Primo determinat de impedimento ordinis.

Secundo de impedimēto criminis ibi. (His adijciendum.)

CIRCA hanc distin. quærēdum est de duobus.

Primo de impedimento ordinis.

Secundo de impedimento criminis.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur duo.

Primo vtrum ordo impediat matrimonium.

Secundo vtrum matrimonium impediat ordinem.

QVAESTIO I.

Vtrum ordo impediat matrimonium.



OSTENDO, ꝙ nō est perfectionis maioris moderna ecclesia, quam fuerit primitiua: sed in primitiua ecclesia ordo non impediebat matrimoniū, vt enim habetur prima ad Thim. 3. Apostolus concedit ipsum esse vnius vxoris virum: ergo nec modo ordo impedit matrimonium.

Argum. 1. D. Bon. præsenti. distin. ar. 1. q. 2. Sco. ibid. q. vnica. D. Tho. ibi. q. 1. ar. 1.

Item ordo non impedit matrimonium nisi habeat votum continentiæ annexum: sed non est conueniens, ꝙ ordini fit tale votum annexum, quia morbus concupiscentiæ ita viget in ordinatis sicut in alijs: ergo videtur, ꝙ ordo non impediat matrimonium. *Secundo.*

Item

Tertio. Item idem est ordo in ecclesia orientali, & occidentali: sed ordo in ecclesia orientali nõ impedit matrimonium, quia vt dicitur decre. di.31. Aliter eorum sacerdotes, diaconi, atq; subdiacõni matrimonio copulãtur: ergo nec in occidentali.

In opposit- tum. CONTRA, decre.di.32. & recitat Magister huius dist.c.1. Placuit. Placuit episcopos: presbyteros: diacones: subdiacones secundũ priorum instituta etiã abstinere ab vxoribus idest non contrahere, vt dicit ibid. glo.

Secundo. Item decre.dist.28. Nullum. Nullum facere subdiaconum episcopi præsumant nisi qui se caste victurum promiserit: ergo subdiaconatus habet votum cõtinentiæ annexum: sed votum continentiæ impedit matrimonium: ergo, & subdiaconatus.

CONCLVSIO.

Ordines sacri, & contrahendum impediunt, & dirimunt contractum, his enim ordinibus est votum cõtinentiæ annexum.

Responsio. RESPONDEO, ordinum quidam sunt sacri, vt presbyteratus: diaconatus, & subdiaconatus. Alij sunt non sacri scilicet ordo hostiariorum: lectorum: exorcistarum, & acholytorum: tres primi impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum: tum propter ecclesiæ statutum: tum propter votũ continentiæ annexum: etiam si ad continentiam se obligare non intendit, ille qui ordinẽ suscipit: dum tamen sit habens vsum liberi arbitrij. Alij autem non impediunt matrimoniũ contrahendum nec dirimit contractum decr. di.32. Seriatim, & recitat Magister huius di.c. 1. Rationabile autem, & cõueniens est, vt illis ordinibus qui sunt sacri, votum continentiæ sit annexum, quia in illis ordinibus constituti sunt ministri quo ad confectionem, & dispẽsationem diuinorum sacramẽtorum, ad quod ministerium requiritur a parte corporis puritas actionis, & ex parte animæ libertas contẽplationis: carnalis autem concubitus corpus maculat, & contemplationem impedit. Sunt etiam ministri ecclesiæ quo ad dispensationẽ rerum ecclesiasticarum, ad quod ministerium requiritur diligentia in dispensando, & cautela in conseruando, & matrimonium autem impedit diligẽtiam, quia occupat circa propria, & occupati circa propria minus diligentes sunt circa communia: impedit etiam cautelã in conseruando, quia in priuatos vsus vxoris, & filiorum frequenter bona pauperum expenderent.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ primitiua ecclesia pauciores habebat ministros, quam modo, vnde oportebat, ꝙ acciperet ministros quales poterat habere. Et præterea tunc mundius vtebantur suo cõiugio, quã vtantur modo.

Ad secũdũ Ad secundum dicendum, ꝙ minor est falsa quamuis enim habeant morbum concupiscẽtiæ: aliud possunt habere rem edium, quã matrimonium scilicet abstinentiam: orationem, & deuotionem, quæ remedia magis eis conueniunt, quam matrimonium.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ minor est falsa, quod patet per illud quod dicitur decre. dist. 32. Si quis: vbi dicitur sexta synodus. Si quis eorum qui ad clerum accedunt, voluerint iure nuptiali mulieri copulari: hoc ante ordinẽ subdiaconatus faciant: vnde illud quod dicitur di.31. ꝙ eorum sacerdotes diaconi, & subdiaconi matrimonio copulantur: sic exponẽdum est idest copulato vtuntur secundum, ꝙ dicit glo. ibi.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium impediat ordinem.

Argum. 1. D.Bon. vbi su. q.3. D.Tho. etiã art.2. Sco. vbi su. ET VIDETVR, ꝙ sic. quantum opponitur ordo matrimonio tantum matrimonium ordini: ergo sicut ordo impedit matrimonium ita matrimonium ordinem.

Secundo. Item decretorum dist.25. diaconus. §. auctoritate. datur intelligi, ꝙ illi qui vxores habent, vel accipere volunt: nec diaconi nec sacerdotes fieri possunt nisi continentiam profiteantur.

In opposit- tum. CONTRA, decretorum dist.31. Nicęna. Consilium ad suasionem Famitij confessoris noluit prohibere episcopos: presbyteros: diaconos, subdiaconos dormire cum cõiugibus quas ante consecrationem duxerunt.

CONCLVSIO.

In orientali ecclesia tantum in bigamis impedit, in occidentali vero in quibus is coniugatis nisi continentiam vouerent sicuti enim ordo matrimonio opponitur, ita, & ordini ipsi matrimonium.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in ecclesia orientali vir existens in matrimonio: non tamen bigamus. potest omnes ordines recipere, & in susceptis ministrare, quia noluerunt sicut occidentales continentiam profiteri. In ecclesia vero occidẽtali suscipere possunt ordinis potestatem, & executionem de consensu vxoris, quia consentiens intelligitur profiteri continentiam decretorum di.27. Episcopus; vxore autem nesciente aut cõtradicente peccat episcopus coniugatum ordinando, & cõiugatus ordinem suscipiendo: suscipit tamen ordinis potestatem: non licet tamẽ ipsum in suscepto ordine ministrare, quod potest probari per illud quod dicitur in c. immediate prædicto.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sacer ordo impedit contractum matrimonium ratione constitutionis ecclesiæ, quæ personam in sacro ordine constitutam facit illegitimam ad contrahendum: non sic autem facit coniugatum illegitimum ad ordinem suscipiendum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illa auctoritas refertur ad ecclesiam occidentalem in quantum

tum coniugatus de iure ordinari non potest: nisi ipse & vxor sua continentiã profiteantur. In orientali autem ecclesia non est sic, quia illi matrimonio iam contracto licite possunt vti.

Ad oppositum. Argumentum ad partem secundam procedit de coniugatis in ecclesia orientali.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum liceat viro vxorem suam propter adulterium occidere.

Secundo vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

QVAESTIO I.

Vtrum liceat viro suam vxorem propter adulteriũ occidere.

Arg. I. D.Bon. ibi. arti.2.q.1. D.Tho. ibi. q.1.ar.1. OSTENDO, ꝙ sic: vt cui dicitur. Io. 8.Iudæi dixerũt de muliere in adulterio deprehensa, ꝙ Moyses in lege mandauit eis huiusmodi lapidare: sed licitum est facere, quòd lex præcipit: ergo licet viro vxorem propter adulterium occidere.

Secundo. Item cui licet animum corrigere: licet, & ei iustam pęnam infligere: sed viro licet vxorem corrigere, & debet. 7.q.1. Sicut alterius: ergo licet sibi iustam pęnã vxori infligere pro adulterio. Illa autem secundum legẽ est lapidatio.

Tertio. Item Magister huius dist.ca.2.& est.33.q.2. Interfectores. Interfectores suarum cõiugum sine iudicio cum non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi: quid aliud habendi sunt, quam homicidę: ergo videtur, quòd si occidit adulteram sine iudicio, quòd non reputatur homicida.

In oppositum. CONTRA, Magister eo.c. & est eadem.q. Intea hæc. sancta Dei ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus. gladium non habet nisi spiritualem: ergo secũdum iura canonica mulier propter adulterium occidi non debet.

Secundo. Item Io.8. Adulteram dominus non pręcepit occidere: sed eam a lapidatione absoluit: quod non fecisset: si propter adulterium occidi debuisset.

CONCLVSIO.

Licet, at non extra iudicium, idque iustitiæ amore, non autem libidine vindictæ.

Respon. Vxorẽ propter adulterium a viro licite posse interimi duppliciter posse. RESPONDEO, ꝙ vxorem occidere propter adulterium hic dupliciter potest intelligi: aut scilicet, quia ipsam conuictam, & condemnatam per iudicium vir procurat a iudice occidi, & hoc modo viro licitum est amore iustitiæ: non libidine vindictæ: hoc tamen fieri non licet in iudicio ecclesiastico: sed ciuili vbi lex talis posita est per illum qui eam ponere de iure potuit. Aut qui eam occidit extra iudicium, & hoc nunquam facere licuit secundum legem diuinam: sed in aliquo casu permittitur secundum legem humanam. 33.q.2. Inter hæc in gl. argumentum etiam ad hoc. C. ad legẽ Iuliam. de adulterijs. l Gracchus: sed illa lex loquitur quantum ad pęnę interficientis mitigationem.

AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ illud præceptum veteris legis in noua lege mitigatum est. vnde & Christus ad nouam legem aspiciens illam adulteram a lapidatione absoluit. Ad primũ argum.

Ad secundum dicendum, ꝙ non licet viro vxorem corrigere quacũque correctione sed leui, & temperata: delictum enim vxoris tam grauem pęnam posset exigere, ꝙ non liceret viro auctoritate propria eam sufficienter corrigere: sed esset per iudicium corrigenda seu punienda. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ cum in auctoritate dicitur: cum non addit adulterarum: supplẽdum est maxime secundum glo. ibidem, quia grauiores sunt homicidæ qui sine causa vxores suas interficiunt, quam qui eas interficiũt pro adulterio sine iudicio. Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

ET VIDETVR, ꝙ sic. 33.q.2. Interfectores: dicitur, ꝙ interfectoribus suarũ coniugum pęnitus coniugium denegatur. Arg. I. D Bon. ubi sup q.3. D.Tho. ibi. q.2.ar.2.

Item Sap. 11. Per quæ peccat quis per hæc, & torquetur, sed occidens vxorem peccat cõtra matrimonium enormiter ipsum dissoluendo: ergo debet puniri in matrimonio, vt scilicet non posit contrahere matrimonium. Secundo.

CONTRA, magis peccat qui occidit matrem, qui occidit vxorem, quia sicut ostẽsum est. li.3. dis.29. Plus tenetur homo diligere matrem, quam vxorem: sed matricidium non impedit matrimonium: ergo multo fortius neq; vxoricidium. In oppositum.

CONCLVSIO.

Sine dispensatione impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum, ni fuerit cum ea ob quã tale commisit crimen.

RESPONDEO, ꝙ si vir occidat vxorẽ propter eius adulteriũ: aut alias propter odiũ quamuis ex statuto ecclesiæ interdicatur sibi matrimonium contrahere: si tamen contrahit non est matrimonium dirimendum: cum adolescentibus tamen propter fornicationis periculum dispensandum est, vt licite contrahant. 33.q.2. Interfectores. Si autem occidat vxorẽ propriam hac intentione vt contrahat cum illa, quam viuente vxore polluit per adulteriũ: non tamen non licet sibi contrahere cum illa: sed si contrahit matrimonium est dirimendũ. extra de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Super eo. secundum expositionem glo. ibi. & c. Significasti: si tamẽ Responsio.

contrahit

contrahit cum aliqua alia, quam cum adultera non est dirimendum: peccat tamen contrahendo contra ecclesiæ statutum nisi cum eo fuerit prius dispensatum.

Ad primũ. argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ semper interfectoribus coniugum denegatur coniugium: non tamen semper matrimonium dirimendum est si contrahant. quamuis enim quodlibet vxoricidium impediat matrimonium contrahendum: non tamen semper dirimit matrimonium iam contractum, vt patet ex dictis in quæstione.

Ad secundũ Ad secundum dicendum, quòd non sequitur, ꝙ si debeat puniri in matrimonio, ꝙ semper matrimonium, quod contrahit debeat dirimi: in matrimonio enim punitur ille cui cõtrahere sine dispensatione prohibetur.

Ad oppositum. Ad argumentum ad partem aliam dicendum, ꝙ quamuis matricidium sit grauius peccatum, quam vxoricidium, non tamen ita est contra matrimonium. Et præterea aliquando a iure minori peccato maior pœna infligitur propter maiorem pronitatem ad illud, quod fortiori indiget repressiuo.

CIRCA litteram. Vxorem virginem ducere ecclesia Romana permittit. Hoc intelligendum est sub conditione: si volunt de cetero ad sacros ordines promoueri: alias est eis licitum ducere viduam. (Gladium non habet nisi spiritualem.

Obiectio. Contra. Lucæ. 22. dicitur. Ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis est.

Item Bernardus quarto libro de consideratione. ad Euge. c. 6. (Ecclesiæ est gladius spiritualis, & materialis.)

Solutio. Respondeo, ꝙ vtrumque gladium habet ecclesia: sed sicut dicit Bernar. vbi prius materialis est exercendus pro ecclesia militis manu ad nutum sacerdotis, & iussum imperatoris: spiritualis vero est ab ecclesia exercẽdus. Magister autem nõ loquitur nisi de gladio ab ecclesia extrahendo.

De voto, & quod votum faciat illegitimum matrimonium, & nullum.

DISTINCTIO XXXVIII.

Hug. lib. 2. de sacra. parte 12. per multa cap.



NVNC *de voto inspiciamus. Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ: quæ Deo, & de his quæ Dei sunt, propriè fieri debet. Sunt tamen, & vota stultorum, quæ frangenda sunt.*

De votorum differentijs.

Sciendum verò quòd votorum aliud est commune, aliud singulare. Commune, vt illud, quod in baptismo omnes faciunt, cùm spondent renunciare diabolo, & pompis eius. Singulare, vt cùm aliquis sponte promittit seruare virginitatem, vel continẽtiam, vel aliquid huiusmodi. Item singulare votum, aliud est priuatum, aliud solenne. Priuatum est, in abscondito factum: Solenne verò, in conspectu ecclesiæ factum. Item priuatum votum si violetur, peccatum est mortale: solenne verò violare, peccatum, & scandalum est. Qui priuatum faciunt votum continentiæ, matrimonium contrahere non debent, quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint non separentur, quia probari non potest, quod occultè factum est. Qui verò solenniter vouẽt, nullatenus coniugium inire queunt: quibus non solùm nubere, sed & velle damnabile est. Vnde Aug. In coniugali vinculo si pudicitia seruatur, damnato non timetur: sed in viduali continentia, & virginali excellentia virtus muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & voto oblata, iam non solùm capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Vouentibus enim virginitatem, vel viduitatem, non solùm nubere, sed etiam velle damnabile est. Quod Apostolus ostẽdit Timotheo scribens, Adolescentiores viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: idest, cum post votum continentiæ in delitijs egerint vitam, non dico nubunt, sed nubere volunt in Christo, quasi tunc non sit peccatum; sed ꝙ sit, ostendit subdens, Habentes damnationem, & quare, subdit, quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamen volẽdo, vt voluntatem, quæ à proposito cecidit, appareat esse dãnatam, siue sequantur nuptiæ, siue non. Damnatur enim propositi fraus: damnantur tales, quia continẽtiæ fidem primam irritam fecerunt, id est votum, vel in voto violato fidem, quam in baptismo professæ sunt. Si autem pro voluntate nubendi damnantur constat, si eam effectui mancipauerint, reuocandum id esse in irritum, easque arcendas redire ad propositum. Vnde Gregorius, Viduas à proposito recedentes viduitatis, super quibus nos consuluisti, credo te nosse à sancto Paulo, nisi conuertantur, olim esse dãnatas: quas & nos Apostolica autoritate damnandas, & à communione fidelium atq; à liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant Episcopis suis, & ad bonum, quod cœperunt, inuitè aut voluntariè reuertantur.

De bono vid. c. 9. Et 27. q. 1. ca. Nuptiarũ bonum.

Dist 27. c. Vouentibus. 2. Tim. 5. b

27. q. 1. ca. Viduas a proposito. 1. Cor. 5. b

De virginibus non velatis.

De virginibus autem non velatis, si deuiauerint, à prædecessore nostro Innocentio Papa tale decretũ habemus, Hæ quæ necdum sacro velamine tectę, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere; licet velatæ non fuerint, tamen si nupserint, aliquo tempore his agenda pęnitentia est, quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solui sine vindicta non poterit? Item, Si virgines nondum velatæ taliter publica pœnitentia puniuntur, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem excluduntur, quantò magis viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris consilij existunt, & habitum religionis assumpserunt, & deinde apostatauerunt,

Inno 5. epi. 2. ad Victricium epi. c. 13

Greg. in eadem epis.

uerunt, atque ad priorem vomitum sunt reuersæ, à nobis & ab omnibus fidelibus, & liminibus ecclesiæ, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ? Ex his apparet, virgines, vel viduas voto continentiæ astrictas, siue fuerint velatæ, siue non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est qui continentiam vouerunt. Quod enim antè erat licitum, post votum fit illicitum. Non est igitur prætermittendum, quod Innocentius Papa de viduis, & puellis decreuit, Quæ Christo spiritualiter nubūt, si postea publicè nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam, nisi hi quibus se iunxerant, de mū do recesserint. Si enim de † omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia conceditur, nisi vnus de illis fuerit defunctus, quantò magis de illa tenenda est, quæ ante se immortali sponso coniunxerat, & post ad humanas nuptias transmigrauit? Attende, quod non solum coniugium talibus negare videtur, sed etiam locum pœnitentiæ. Sed non ita intelligendum est, vt aliquando excludantur à pœnitentia, quæ dignè pœnitentiam agere volunt: sed illę non sunt admittendæ ad pœnitentiam, quæ ab incestus copula discedere noluerint: quia post religionis propositum non potest Deo reconciliari per pœnitentiam, quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tunc ille cui se coniunxerat, ei defunctus erit, cum ab eius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit. Cum ergo dicitur eas non esse admittendas ad pœnitentiam, nisi hi qui bus se iunxerant, de mundo recesserint, subaudiendum est, eis. Tunc enim eis viri de mundo recedunt, & defunguntur, cùm ab eorum concupiscentia istæ se alienant, quem sensum similitudo subdita declarat & confirmat.

Ca. 11 epi. 2. ad Victr. 27 q. 1. c. Quæ Christo. [...] omnibus

Quam grande malum sit adulterium.

Cùm vir, & mulier legitimè coniuncti sunt, constat alterum altero viuente ad aliam non posse transire copulam: alioquin adulterium committitur: de quo Clemens Papa ait, Quid in omnibus peccatis adulterio est grauius? Secundum namque in pœnis tenet locum: quem primum illi habent qui aberrant à Deo. Grauissimè ergo peccant adulteri, grauiter fornicarij, sed cunctis his grauius incestuosi: quos omnes transcendunt contra naturam delinquentes. Vnde Augu. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu. Peius enim est cum matre, quàm cum aliena vxore dormire: sed horum omniū pessimum est, quod contra naturam fit: vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso vtatur: hoc execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore.


Epi. 1. ad Iacobū. Apo. Et 32. q. 7 ca. Quid in omnibus. De bono cō iug. c. 8. Et 33. q. 7. ca. Adulterij malum.

De illis qui post lōgam captiuitatē redeūt.

Hic quæritur de illis fœminis, quæ putantes viros suos interēptos, vel in captiuitate, vel ab iniqua dominatione nunquam liberandos, in aliorum cōiugia transierūt; si illi qui putabātur perijsse remeauerint, vtrum eis reddi debeant, & an secūdi fornicati sint, & ipsæ reæ adulterij. De hoc Leo Papa sic ait, Necesse est, vt legitimarū fœdera nuptiarum reintegrāda credam, & remotis his, quæ hostilitas intulit, cuique id legitimè reformetur, quod intulit: procurandumque est, vt recipiat quisque, quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, & quasi alieni iuris peruasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iā non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos qui in captiuitatē ducti sunt pertinebāt, in ius alienum transire potuerunt, & tamen plenę iustitiæ est, vt eisdē reuersis reformētur. Ideoq; si viri post longā captiuitatē reuersi, ita in dilectione suarū coniugum perseuerant, vt eas cupiant in suum redire consortium, dimittendū est, & inculpabile iudicādum, quod necessitas intulit, & restituendum, quod fides poscit. Sin autem aliquæ mulieres ita virorum posteriorum amore sunt captæ, vt malint his cohęre, quàm ad legitimum transire consortium, meritò sunt notādæ, ita vt etiam ecclesiastica communione priuētur, quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerunt. Redeant ergo in suum coniugia statū, quia sicut mulieres, quæ ad viros suos reuerti noluerint, impiæ sunt habendæ; ita illæ quæ redeūt, meritò sunt laudandæ. Ex his ostēditur, illos qui taliter iunguntur, vt credāt virū interemptū, per ignorātiā aliquam excusationem habere de peccato, & tantū primam copulam esse legitimam, non secundam, veniā tamē habere, si careat opprobrio malevolūtatis; Sed si quis relicta in patria sua vxore, in lōginquam abiēs regionē, aliā ducat vxorē, deinde pęnitētia ductus eā dimittere velit, asserēs se aliā habuisse, quę viuit, nec Ecclesia permittat, quæ quod ille asserit ignorat; quæritur an in hac secūda copula sit cōiugiū. Sanè dici pōt nō esse cōiugiū, & mulierē de crimine excusari per ignorantiā, virum autem adulterium admisisse. sed ex quo ad primam redire volens, nec valens, cogitur Ecclesiæ disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedientiā, & timorem, de hoc ꝙ poscēti mulieri debitum reddit: à qua ipse nunquā poscere debet, & sic de alijs huiusmodi sentiendum est.

Epist. 79 ad Nicetā, cu ius initium [...]. Regressus. Et 34. q. 1. & 2. cū per bellicam. Hug 4. sen. cap. 4. Errat hic cum Hugo. Magister.

DISTINCTIO XXXVIII



Svperivs determinauit Magister de impedimentis ortū habentibus ex constitutione ecclesiastica: hic determinat de impedimentis ortum habentibus ex lege diuina: scilicet de impedimento voti.

Et diuiditur in duas.

Primo determinat de impedimento voti.

Secundo de impedimento alterius coniugii. ibi. (Cum vir.)

Prima in tres.

Primo ostendit quid sit votum.

Secundo quale votum impedit matrimonium. ibi. Sciendum vero.)

Tertio determinat de pęnitentia post votū nubentium. ibi. (Non igitur.)

Illa pars quæ ibi incipit. Cum vir diuiditur in tres.

Primo ostendit, quòd matrimonium præcedens impedit sequens.

Secūdo ostēdit quid sit faciēdū si per ignoran-

rantiam vtriusque contrahatur. ibi (Hic quæritur.)

Tertio ostendit quid sit agendum si contrahatur per fraudem alterius. ibi. (Sed si quis.

CIRCA hanc di. quærendum est de decẽ.
Primo de fine voti.
Secundo de forma.
Tertio de materia.
Quarto de efficiente votum.
Quinto de effectu voti in obligando.
Sexto de effectu eius in reddendo opus meritorium.
Septimo de effectu eius in impediendo matrimonium.
Octauo de votorum commutatione.
Nono de votorum dispensatione.
Decimo de scandalo.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA, primum quæruntur tria.
Primo vtrum teneat votum de re bona factum propter finem malum.
Secundo vtrum teneat de re bona factum propter bonum temporale tantum.
Tertio vtrum aliquis possit aliquid vouere propter finem indifferentem.

QVAESTIO I.

Vtrum teneat votum de re bona factum propter finem malum.

Argum. I. Vide Theologos præsenti dist. OSTENDO, ꝙ sic: quia secundũ Magistrum supr. dist. 30. c. vlt. Coniugiũ contractum fine non bono tenet: ergo a simili votum factum fine non bono: tenet si sit de materia bona.

Secundo. Item promissio futurarum nuptiarum facta sub conditione turpi non existente contra naturam matrimonij tenet. extra de conditionibus appositis in desponsatione. c. 1. secundũ gl. & c. vlt. in textu: ergo cum fauorabilior sit promissio facta Deo, quam mulieri: videtur tenere si est de re bona, quamuis facta sit sub conditione, vel pro fine turpi.

In oppositum. CONTRA, magis dependet votum a fine suo, quam a sua materia, quam secundum Philosophum secundo Metaphysi. Finis est causa causarum: sed votum factum de materia mala propter finem bonum non tenet, vt inferius ostendetur: ergo multo fortius non tenet de materia bona factum propter finem malum.

CONCLVSIO.

Nequaquam. Tale namque votum Deo placere non potest: Cum præsertim impossibile sit, ꝙ Deo volente homo deterior fiat.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ vouẽs se facturum aliquid quod absolute est bonum: nõ tamen per hoc intẽdens nisi finem malum, peccat grauiter, & non tenet votum, quia talis aut intendit per illud votum: se posse consequi finem illũ: aut non. Si non. iam non obligat se propter finem illum: aut non. Si non. iam non obligat se propter finem illum, quia sicut dicit Philosophus. 3. li. Eth. c. 5. Electio non est impossibiliũ: ergo a simili: nec est alicuius possibilis ad consequendũ, quod homo scit se consequi nõ posse per illud. Si sic. errat, quia secundũ Aug. li. 83. q. 3. Impossibile est, ꝙ Deo volẽte homo fiat deterior: deterior autẽ efficitur homo per consecutionem finis mali: error autem circa principale motiuum alicuius facti impedit cõsensum in ipsum factum, vnde si aliquis se facit ordinari ab illo quem credit ordinẽ posse conferre, & non potest: vtpote quia credit eũ episcopum esse, & non est: si vouit castitatem, quia credit se recipere sacrum ordinẽ, quod nisi crederet: castitatem non voueret: talis nõ consentit absolute in castitatis votum: vnde postquam sibi notum est, ꝙ ille ipsum ordinare non potuit: nõ obligatur voto castitatis: sed posset licite matrimonium contrahere.

Præterea. votum factum de re mala est irritum: sed bonum opus relatum ad finem malũ est formaliter malum: ergo non tenet votum de bono propter finem malum. Ad hoc etiam multum facit ratio ad secundam partem inducta.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est simile, quia illum finem non bonum de quo ibi loquitur potest homo consequi per vxorem cui matrimonialiter copulatur: scilicet libidinosam delectationem: sed per Deum homo non potest consequi finem malum, vt ostensum est. Et præterea non obstante illo malo fine consentit implicite in illud, qđ essentiale est matrimonio. Ad prim. argum.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile vniuersaliter de conditionibus appositis in promissione de matrimonio contrahendo, & in aliis promissionibus, quod patet, quia promissio futurarum nuptiarũ facta sub cõditione impossibili tenet: quia illa pro nõ adiecta habetur in fauorem matrimonij: sed in alijs contractibus talis promissio non tenet. extra de conditionibus in desponsatione appositis: capitulo vltim. in gloss. & sic intelligitur illud quod dicitur instituta de inutili stipulatione. §. Si possibilis. vbi dicitur, quòd si impossibilis conditio obligationibus adijciatur nihil valet, & cum dicitur, quòd fauorabilior est promissio Deo facta, quam mulieri: verum est de promissione facta Deo modo licito, & honesto. aliter non quia promissionem modo de contrario factamus qui bonorum nostrorum non eget non acceptat. Potest etiam dici, quòd principaliter intendere finẽ malum est contra naturam obligationis Deo faciendæ. Ad secundum.

QVAESTIO II.

Vtrum teneat votum de re bona factum propter bonum temporale tantum.

Art. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia vt habitum est in quæstione præcedenti non tenet votum de re bona factum propter finem malum: sed bonum tẽporale est bonorum spiritualium finis malus, quia est eorum finis indebitus: ergo non tenet votum de re bona factum propter bonũ temporale tantum.

Secundo. Item non tenet votum, quod Deus non acceptat: sed nullum opus acceptat, quod fit propter bonum temporale tantum, quia non acceptat opus nisi relatum ad finem debitum: ergo non tenet votum de materia bona factum propter bonum temporale tantum.

In oppositũ. CONTRA, curatio hominis a corporali infirmitate tantum non est nisi bonum temporale: sed votum de bona materia factum, pro recuperanda corporis sanitate tantum tenet: ergo votũ tenet de bona materia factum propter bonum temporale tantum.

CONCLVSIO.

Responsio. *Imo tenet, Deo enim tale votum est gratum, vt homo inde ad finem ordinetur meliorem.*

RESPONDEO, ꝙ vouens propter bonũ temporale tantum assequendum, vel conseruandum, implicat conditionem in mente. hãc scilicet si illud bonum temporale assequatur, quia si se obligare intenderet: etiam si illud bonum temporale non assequeretur, non voueret propter bonum temporale tantum: sic ergo vouens aut assequitur illud bonum temporale propter quod, & non propter aliud vouit, & tunc tenet votum: aut non assequitur, & tunc non tenet in conspectu Dei, quia vt inferius ostendetur, votum sub cõditione factum non tenet nisi existente conditione.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis minus bonum, non sit finis debitus maioris boni: quia nunquam est finis eius ex intentione illius qui principaliter instituit ordinem in bonis: non tamen propter hoc sequitur, quòd si statuatur finis eius ex mala intentione vouẽtis, quod est ipsum esse finem eius per accidens, quod vere posset dici esse malum: vnde vouens bonum spirituale (propter bonum temporale tantum, vouet propter illud, quod est bonum, quod respectu sui voti non est finis per se nec debitus nec indebitus: sed statuitur finis in mala intentione vouentis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd quamuis Deus non acceptet opus, quòd fit propter bonum temporale tantum, reputando ipsum dignum remuneratione in vita æterna: tamẽ placet sibi, quòd teneat obligatio sibi facta, vt postea per intentionem illius qui fecit ad finem meliorem ordinetur.

QVAESTIO III.

Vtrum aliquis possit aliquid vouere propter finem indifferentem.

CONCLVSIO.

Impossibile est, quòd possit aliquis vouere aliquid propter finem indifferentem, illum ad hominis volũtatem comparando contradictionem enim includere videtur.

RESPONDEO, aliquid põt intelligi indifferẽs dupliciter ad præsens. Vno modo quo ad acquisitionem vitæ æternæ. Alio modo per comparationem ad hominis voluntatem. Respon.

Primo modo aliquis potest vouere aliquid propter finem indifferentem, vt patet cum aliquis vouet aliquid propter consecutionem alicuius boni temporali, quod non plus est vtile vouenti ad acquisitionẽ vitę eternę, quã carentia eius, & tenet tale votum si consequatur illud bonum temporale propter cuius cõsecutionem vouit.

Secundo modo, nullus potest aliquid vouere nec de facto nec de iure propter finem indifferenté. Impossibile est enim, ꝙ aliquis intendat se obligare ad aliquid propter consecutionem alicuius rei ad cuius adeptionẽ, vel non adeptionem voluntas indifferenter se habet, qui enim vouet ad hoc vt aliquam rem cõsequatur, principalius vult illã rem consequi, quam vouere: si non vult vouere nisi propter consequutionẽ illius, quia secundum Phil. 1. posteriorum. Illud propter quod amamus aliquid magis amamus, quã illud, quod propter ipsum amamus: qui ergo propter aliquid consequendum vouet, illud determinate vult: sed ad illud, quod homo vult determinate voluntas eius indifferens nõ est: vnde videtur, quod vouere aliquid propter consecutionem alicuius rei ad cuius cõsecutionem, vel eius oppositum indifferenter se habet voluntas vouentis, contradictionem includit. T. c. 5.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc queruntur tria.

Primo vtrum forma voti includat, quòd fiat Deo.

Secũdo vtrum in ipsa includatur firmatio deliberata.

Tertio vtrum votum de non vouendo aliquid sine expræssione eius quod vouetur verbo, vel scripto sit obligatorium.

QVAESTIO I.

Vtrum forma voti includitur, quod fiat Deo.

Arg. 1. OSTENDO, quòd non: quia licitè fiunt sanctis vota.

Item homini fit iuramentum: ergo a simili homini potest fieri votum.

Secundo. Item vouere est sponte promittere: sed homini potest fieri spontanea promissio: ergo, & votum.

In oppositum. CONTRA, huius di.c.1. dicitur in diffinitione voti, ꝙ Deo & de his, quæ Dei sunt fieri debet: sed quicquid est in diffinitione rei pertinet ad aliquam eius causam, quòd autem fiat Deo hoc non pertinet ad causam voti materialem: nec ad efficientem: nec ad finalem pertinet, quia ad finalem pertinet, quòd fiat propter Deum: ergo pertinet ad causam voti formalem.

Secundo. Itē vouere est actus latriæ, ad eādem enim virtutem pertinere videtur vouere: & deuotū esse: sed actus latriæ non possunt exhiberi nisi soli Deo: ergo votum non potest fieri nisi soli Deo.

CONCLVSIO.

Imo includit. Nulli enim alij à Deo potestas super totum hominem conuenire potest.

Responsio. RESPONDEO, homo quando vouet se aliquod bonum facturum obligat seipsum ad illud bonum faciendum: obligatio autem rei facta illi, cui non potest conuenire de iure potestas in rem illam, nulla est de iure, quia talis non potest recipere talem obligationem, & ad hoc, ꝙ obligatio alicui facta teneat de iure: oportet, quòd ille cui fit recipiat eam: nulli autem alij a Deo potest de iure conuenire potestas super totum hominem nisi Deo, quāuis enim homini possit conuenire potestas super corpus hominis non tamen super animā. vnde Matth. 10. Nolite timere eos qui occidūt corpus: animam autē occidere nō possunt: sed potius eū timete qui potest corpus, & animā perdere in gehennam, & ideo homo nulli alij a Deo potest de iure obligare seipsum totum: & ex consequenti nec facere votum proprie loquendo de voto, quia tamen salus totius hominis multum promouetur per orationes sanctorum, & illud aliquo modo quamuis nō plene possumus, quod orādo impetrare valemus, & sancti orare possunt pro homine, & si rationabile eis videtur ab orando desistere: ideo sanctis aliquo modo conuenit potestas super hominem totum: quamuis non simpliciter, & ideo potest eis fieri votum aliquo modo: non tamen plene habens rationem voti: peccatori autē nullo modo potest de iure cōuenire potestas super hominem, nisi quātum ad corpus, ideo quamuis homo possit sibi aliquid promittere non tamen vouere: nisi improprijssime votum accipiendo.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ vota, quæ fiunt sanctis nō plene habent rationem voti per cōparationē ad sanctū sed ad Deum, qui enim vouet Sancto Iacobo eius ecclesiā visitare: locutio sine mentalis siue vocalis qua dicit se visitaturū ecclesiā S. Iacobi fit S. Iacobo: sed obligatio ad implendum, quod dicitur proprie & simpliciter loquendo votū non fit nisi Deo: vnde quod est materiale in illo voto fit sancto, & quod est formale fit Deo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia iurare est Deum testem adducere in testimonium veritatis: homo autem pōt Deū testē adducere homini: sed hō vouēdo obligat se totum illi cui vouet, qđ nō pōt facere nisi Deo.

Ad tertium. Ad tertium dicendū, ꝙ quāuis omne votū sit spontanea promissio: non tamen omnis spontanea promissio est votum: sed tantum illa qua homo ad tenendum promissum obligat se totū, & talis promissio: de iure fieri nō potest nisi Deo.

Ad oppositum. Argumenta ad partem secundam procedūt de voto proprie, & simpliciter dicto: tale enim non potest fieri nisi Deo, quia testificatur in eo cui fit: esse summam maiestatem in hoc, ꝙ vouens obligat illi se totum, & ideo tale votū facere est actus latriæ.

QVAESTIO II.

Vtrum in forma voti includatur firmatio deliberata.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: quia votum est promissio voluntaria: sed multa voluntarie facit homo, quæ non facit deliberate: ergo votum fieri potest absque deliberatione.

Secundo. Item multa affirmat homo iuramento sine deliberatione: ergo a simili multa potest homo firmare voto absque deliberatione.

Ad oppositum. CONTRA, in potestate hominis est vouere, vel non vouere, quia vt dicitur extra de voto, & voti redemptione. Licet. Vniuersis liberum est arbitrium in vouendo: sed motus voluntatis non deliberatiuę non sunt in hominis potestate: ergo de ratione voti est, ꝙ res promissa firmetur cum deliberatione.

CONCLVSIO.

Includitur, at tantum in illo, quod plenū sit dicitur votum; etenim de ratione istiusmodi voti est, ꝙ fit per actum deliberatiuum voluntatis.

Responsio, velle, & votū duplex. RESPONDEO, ꝙ votum dicitur a volēdo. Vnde sicut in nobis est duplex velle. s. plenū, quod est velle deliberatiuū, & semiplenū, quod est velle ex surreptione: sic dico, quod est duplex votum scilicet votum, quod habet plenam rationem voti, & de ratione talis voti

est,

est, quod sit factum ex deliberatione, & est votum quod non habet plenam rationem voti, & de ratione voti talis non est, quod fiat cum delibera tione: tale enim fieri potest ex surreptione, & quia plenam rationem voti non habet: ideo non obligat de necessitate: sed tantum ex qua dam congruitate, & ideo venire cotra tale vo tum etiam propria auctoritate non est peccatum mortale, vt inferius dicetur.

Ad primum argum. Argumenta ad partem primam procedunt de voto non habente plenam rationem voti, & de velle, quod non habet plenam rationem actus volendi, & de iuramento non habente plenam rationem iuramenti: iuramentu enim ex surreptione factum completam rationem iuramenti non habet.

Ad opposi-tum. Argumetum ad partem aliam procedit de voto habente plenam rationem voti. Nec intelligas per prædicta, quod velim dicere ipsum actum volendi voluntatis deliberatiue esse de essentia voti: si accipiatur votum pro obligatione, quæ manet postquam transit actus: sed quod de ratione voti sic accepti est ipsum esse factum per talem actum: ille tamen actus conuenienter dicitur votum secundum aliam significationem voti.

QVAESTIO III.

Vtrum votum de non vouendo aliquid sine expressione eius, quod vouetur verbo, vel scripto sit obligatorium.

CONCLVSIO.

Quiuis quidem tale votum non obseruando, modo possit, peccat: si tamen licitum votum postea vouerit, illud soluere tenebitur.

Responsio. RESPONDEO, quod cum bonum sit, & expediens habere de voto facto certam cognitionem, & cauere in vouendo præcipitationem, & per voti expressionem verbo, vel scripto habeatur de voto facto certior cognitio, & præcaueatur in vouendo præcipitatio, videtur, quòd votum de non vouendo aliquid sine eius expressione, quod vouetur verbo, vel scripto sit obligatorium: ita, quòd si postea voueat, & votum suum aliquo prædictorum modorum si potest non exprimat, peccat, vt transgressor prioris voti: videtur tamen nihilominus, quòd votum illud teneat si alias licitum est, & honestum, quia cum vouere sit bonum, & a spiritu sancto consulatur per psalmistam dicentem, Vouete, & reddite domino Deo vestro: votum de non vouendo non obligat: vnde cum aliquis vouet se nunquam voto aliquid promissurum nisi verbo, vel scripto non obligatur per hoc ad non vouendum: sed obligatur ad exprimendum votum suum verbo, vel scripto si ipsum vouere contigerit.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER queritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum votum de eo possit fieri, quod est inutile ad salutem.

Secundo vtrum de omni bono vtili ad salutem.

Tertio vtrum ex nuda promissione oriatur obligatio.

QVAESTIO I.

Vtrum de re inutili ad salutem possit fieri votum.

OSTENDO, quod sic: interficere enim filiam innocentem non est vtile ad salutem: sed vt habetur Iudi. 11. Iepte interfecit filiam suam sicut vouerat, & tamen ad Heb. 11. numeratur inter illos qui per fidem vicerunt regna: ergo videtur, quod votum fieri possit de re inutili ad salutem. *Arg. 1. D. Bo. præsenti dist. ar. 1. q. 2.*

Secundo. Item coscientia potest obligare hominem ad rem inutilem ad salutem, quia faciens contra conscientiam siue sit erronea, siue non peccat: sed no magis obligat coscientia, quam votu, ergo votu fieri potest de re inutili ad salute.

In opposi-tum. CONTRA, 22. q. 4. Et est sumptum ab Isi. in synonymis li. 2. c. 16. In malis. In malis promissis rescinde fidem, & in turpi voto muta decretum, quod incaute vouisti ne facias. Sed quicunque vouet aliquid inutile ad salutem incaute vouet: ergo no potest de iure fieri votum de re inutili ad salutem.

CONCLVSIO.

Cum Deus obligationem sibi oblatam contra seipsum respuet, ideo de re saluti nociua votum fieri non potest. Imo nec de inutili sub ea qua indifferens est ratione.

Responsio. De re ad salutem inutili posse vouere dupliciter intelligi. RESPONDEO, quod posse facere votum de re inutili ad salutem, dupliciter potest intelligi: aut de facto, aut de iure.

Primo modo pot homo facere votu de re inutili ad salute, & de malo culpæ. Multi enim fatui quandoque vouent non tantum inutilia sed etiam nociua ad salutem.

Secundo modo distinguendum est de inutili ad salute, quia quodda est inutile, & nociuu, vt malu culpæ: quodda inutile, non tn nociuu: vt illud, quod est indifferens. De primo inutili ad salute no pot fieri votu de iure, qa Deus respuit obligatione sibi oblatam contra seipsum. De secudo et inutili no pot fieri votu de iure sub ratione qua idifferes est, quia de oblatione obligationis, quæ no est ad honore Dei, nec vtilis ad salute offerentis no curat: & ideo talis obligatio non tenet ipso iure, & dixi sub rone qua indifferes est, quia si est tale indifferes, quod per aliq circustantia in coparatione ad vouete cofere sit ad salute: sic de illo pot fieri votum: qquis ratione generis sit indifferens.

Ad primum argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod votum Iepte no fuit obligatoriu nisi ad immoladu aial occurres imolaticiu, & quo ad hoc fuit licitu, & places, quod ostedit victoria subsecuta: vnde in occidedo filia sua fuit fatuus, & impius: nec obstat, qa numeratus est in cathalogo sactoru, qa de illa impietate penituit.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ conscientia nõ potest hominem obligare ad faciẽdũ aliquid inutile ad salutem. Conscientia enim erronea non obligat ad faciendum illud, quod dictat: sed homo obligatur ad deponendum errorẽ, vt clarius in libro.2. expositum est.

Dist 39. ar. 1. q 3. Vel potest dici, ꝙ quamuis conscientia erronea obliget: sic intelligendo, ꝙ faciens contra peccat; tamen quia illa obligatio nociua est: cum diuina lege homo ad cõtrarium obligetur: Deus obligationem, quæ est per cõsciẽtiam erroneam non acceptat.

QVAESTIO II.

Vtrum votum possit fieri de omni bono vtili ad salutem.

Arg. 1. D Bon. vbi supra. ET VIDETVR, ꝙ non: quia bonum necessarium ad salutem vtile est ad salutem: sed de tali bono non potest fieri votum, quia votum est spontanea promissionis testificatio. sicut dicit Hug. 2. lib. de sacra. parte. 12. c. 3. Spontanea autem promissio nõ est de bono necessario: ergo nõ põt fieri votũ de omni bono vtili ad salutem.

Secundo. Item duorum bonorum quorum vnum est melius alio vtrumque est vtile ad salutem: sed de minori bono non potest fieri votum, quia secundum theologos votum est cõceptio melioris propositi animi deliberatione firmata: ergo non de omni bono vtili ad salutem potest fieri votum.

In opposi tum. CONTRA, de bono necessario ad salutẽ potest fieri votum vt enim habetur Gene. 28. Iacob vouit, ꝙ dominus esset sibi in Deũ. de bono etiam vtili non tamen necessario ad salutem põt fieri votum: sed omne bonum vtile ad salutem, vel est necessarium, vel non necessarium: ergo de omni bono vtili ad salutẽ potest fieri votum.

CONCLVSIO.

Votum singulare de ad salutem necessarijs fieri non potest tale votum enim est permissio propositi super erogatiue boni Deo facta ex deliberatione firmata.

Respon. Votorum commune singulare. RESPONDEO sicut dicit Magister huius dist. c. secũdo. Votorum aliud est commune: aliud singulare: commune est id, quod omnes ibi in baptismo faciunt cum spondent renunciare diabolo, & pompis eius: de quo habetur de consecra. distin. 4. prima, & tale votum fit de his, quæ sunt necessaria ad salutem: ibi tamen diminutiue inuenitur ratio voti, quia votum proprie est quid voluntarium, & respectu principij a quo procedit, & respectu eius, quod vouetur. Singulare est cum aliquis sponte promittit se seruaturum aliquod bonum ad quod alias non tenetur, quamuis teneatur post votum tale, & tale votum non potest fieri de bono necessario ad salutẽ. De his duobus votis dicitur. 17. q. 1. c. 1. Sunt quædã, quæ etiam vouentes non debemus: quædam quæ nisi vouerimus non debemus: sed postquam ea Deo promittimus necessario reddere constringimur. sic ergo patet, ꝙ accipiendo votum large scilicet prout se extendit ad votum singulare, & commune: potest fieri votum de omni bono vtili ad salutem: sed votũ singulare quod proprie habet rationem voti non potest fieri de bono vtili necessario ad salutem.

Ad primum argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud argumẽtum procedit de voto proprie dicto. Votum tamen de bono necessario non dico de necessitate absoluta, quia talis non cadit sub voto: sed necessitate ad salutem: spõtaneum est per comparationem ad principiũ a quo egreditur: hoc est per comparationem ad rationem, & voluntatem: quamuis respectu rei, quæ promittitur sit necessarium non absolute sed inquantum est rei necessariæ ad salutem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis de minori bono non possit fieri votum cum exclusione maioris boni: tamẽ de minori bono potest fieri votum simpliciter.

Nota diffinitionẽ voti Ex iam dictis de voto colligi potest diffinitio voti proprie dicti talis. Votum est propositi supererogatiue boni promissio Deo facta propter bonũ finẽ ex deliberatione firmata. Quod dicitur supererogatiue boni, dictum est ad differentiam voti, quod est de bono necessario ad salutem: de quo dictum est, ꝙ ibi non inuenitur plene ratio voti, & accipitur ibi propositum non pro actu proponẽdi, quia ille præsens est. promissio aũt est respectu futuri: sed accipitur pro re proposita. Deo facta dr̃, ad differẽtiam promissionis homini factæ de qua superius dictum est, ꝙ non habet rationem voti proprie dicti, quod etiã dicitur propter bonum finem. dictum est ad excludendũ vota facta propter finem malum tantum, quãuis sint facta de re bona, quæ proprie loquendo non sunt vota, vt superius ostensum est. Et dicitur ex deliberatione firmata. ad differentiam votorum, quæ fiunt ex surreptione, quæ plenam rationem voti non habent, vt ostensum est.

Aliqui autem superaddunt, per intentionem obligandi se ad implendum promissum. Dicentes ex nuda promissione, quamuis deliberatiue facta promittentem non obligari. sola enim deliberatio non firmat promissionẽ. prædicta autem diffinitio est communis voto tam publico, quam priuato, siue per vocem sensibilem expresso: siue per interiorem locutionem tantum: sola enim interiori locutione potest homo se obligare Deo.

Illa autem diffinitio voti: votum est conceptio melioris propositi animi deliberatione firmata, est diffinitio voti taciti, quod fit Deo per interiorẽ locutionẽ tãtum. Diffinitio vero voti, quam ponit Magister in littera conuenit

voto per sensibilem locutionem expresso, siue solenni siue priuato, quæ diffinitio in expositione litteræ explicabitur.

QVAESTIO III.

Vtrum ex nuda promissione oriatur obligatio.

CONCLVSIO.

Non oritur, oritur tamen quando se promittens obligare intendit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ nuda promissio aliquando dicitur, quæ non est firmata, fidei interpositione, nec iuramento, & quandoque ex promissione sic nuda oriri potest obligatio, scilicet si promittens obligare se intendat. Si autem accipiatur nuda promissio, quæ non est firmata fidei interpositione, nec iuraměto nec promittens obligare se intendit ad illud, quod promittit implendum: ex promissione sic nuda non oritur in foro cōscientiæ, vt quidam dicunt, obligatio, cuius impletio necessaria sit ad salutem: pro qua opinione videtur facere, quod dicitur extra de voto, & voti redemptione. Litterarum. vbi dicitur de quodā mortis pauore perterrito, qui dixit, Non diu hic morabor: proponens in animo, ꝙ religionis habitum esset aliquando suscepturus, ꝙ si plus non est in voto processum: transgressor iudicari non poterit si non impleat, quod dixit, & in glo. ibidem dicitur, ꝙ non dixit hoc animo obligandi, & nemo se obligat nisi qui animum habet obligandi se. Ad hoc etiam facit, quod dicitur. ff. de actionibus, & obligationibus. l. Obligationum. quamuis enim ex iure naturæ obligetur promittens ad implendum, quod promittit: illa tamen obligatio nō est necessitatis: nisi sic se obligare intenderit: sed honestatis, & congruitatis, & ideo contrauenięns nō peccat mortaliter, sed venialiter: nec mireris, quia sicut in lege scripta compræhenduntur aliqua tanquam ad salutem non necessaria sed expedientia: sic in lege naturæ compræhenduntur quædam obligantia de necessitate, & quædam obligantia de congruitate, & honestate, & hoc rationabile videtur, quia multi ex deliberatione aliqua bona dicunt se facturos qui hoc non dicerent si per hoc crederent se obligatos ad faciendum tanquam necessarium ad salutem.

Prima opinio.

Secunda opinio. Aliqui autem dicunt, quod nuda promissio ex deliberatione facta promittentem obligat obligatione necessaria ad faciēdum, quod promittit, si vult consequi salutem. 12. quæst. 2. Quicunque suffragio, & eadem. q. 5. Qui Ioannes, & 22. q. 5. Iuramenti, & 27. q. 1. Hoc vero, & ff. de actionibus, & obligationibus, & l. Obligationum. in gl. quæ distinguit inter obligationem ciuilem, & naturalem, & hi dicunt in diffinitione voti illam particulam nō esse ponendā, s. per intentionē obligandi se ad implēdū ꝓmissū, qa hoc implicat in ꝓmissione ex deliberatiōe firmata: quis ꝓmittēs se obligare obligatiōe necessaria explicita nō itēdat

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum religiosus possit aliquid vouere sine licentia sui prælati.

Secundo vtrum quilibet nō religiosus possit vouere.

Tertio vtrum abbas possit retractare votū, quod fecit subditus suus de licentia sua.

QVAESTIO I.

Vtrum religiosus potest aliquid vouere sine licentia sui prælati.

ET quòd sic ostendo: quia omnis habens vsum liberi arbitrij potest facere votū de illis bonis respectu quorū est sui iuris: sed quilibet religiosus quantum ad multa sui iuris est, quia sicut dicit Bern. libro de præcepto, & dispensatione. ca. 8. Quisquis professus in quouis genere nec vltra obedientiæ legem cogendus, nec citra est inhibendus, quam sua ipsius videtur cōplecti professio: ergo de multis potest facere votum. Argum. 1.

Item quantum ad motus animi interiores, homo non subijcitur nisi Deo, sicut sibi soli conuenit noscere corda filiorum hominum, vt dicitur secūdo paralip. 6. sed de illis bonis, ratione quorum homo non est subiectus nisi Deo: potest quilibet habens vsum liberi arbitrii facere Deo votum: ergo religiosus sine licentia sui prælati potest facere Deo votum, de suis cogitationibus, & affectibus. Secundo.

Item obligatio facta inferiori non præiudicat superiori: ergo obligatio, quam religiosus facit prælato suo non sibi præiudicat quin se possit obligare Deo. Tertio.

CONTRA, 20. q. 4. Monachū. Monachum non licet vouere sine consensu abbatis sui: si autem vouerit frangendum erit. Ad oppositum.

Item qui nihil in se retinuit sibi: de nullo bono sui ipsius potest vouere: sed religiosus profitendo nihil retinet sibi in se, quia corpus & dispositionem voluntatis suæ transfert in potestatem prælati per votum obedientiæ: ergo de nullo bono, quod sit in ipso potest votum facere. Secundo.

CONCLVSIO.

Licitum quidem est religioso multa facere non tamen vouere, cum præsertim absque periculo obseruationis eorum, ad quæ ex sua professione tenetur, vel se prælato onerosum reddendi, ea implere non posset.

Responsio. Ad quæstionem iuxta primā opi. AD istam quæstionem dicunt aliqui, quod quamuis religiosus non teneatur ad obediendum in omnibus etiam licitis, quæ prælatus si bi vellet imperare: tamen in his in quibus prælato subiectus est, tenetur eidem obedire pro quolibet tempore quo sibi imperatur: & ideo nullum est tempus ei vacans quo aliquid possit facere vltra illud ad

quod tenetur ex sua professione, & ideo nihil vltra hoc licet sibi vouere, quia nullus debet vouere aliquid nisi possit eligere tempus in quo illud possit implere.

Instantia. Sed hæc ratio nõ videtur cogere, quia multa posset vouere religiosus quorum adimpletio, executionem operis cuiuscunq; quod prælatus potest sibi præcipere non impediret: sed promoueret, vt non dicere verbum ociosum: non cogitare aliquid vane: ergo si aliud non obstaret, quam ratio prædicta, religiosus posset vouere sine licentia prælati se nunquam dicturum ex deliberatione verbũ ociosum: nec vanum aliquid cogitaturum, abstinẽtia enim huius, vtilis est ad salutem, non tamen necessaria: quia non semper est mortale peccatum facere contrarium.

Præterea. prædicta ratione nõ obstante posset religiosus vouere se qualibet die dicturũ aliquam specialem orationem, quando vacaret sibi tempus quo nõ esset occupatus de præcepto prælati, vel in operibus, quæ in sua professione includuntur.

Secunda & propria opinio. Ideo videtur alijs dicendũ, ꝙ ratio quare religiosus nihil vouere potest: est, quia pẽsata humana infirmitate, & religionis onere non posset se ad aliquid vltra suam professionem obligare, quod non posset implere sine qualicunq; præiudicio, vel præiudicij periculo obseruationis cuiuslibet eorũ ad quæ ex sua professione tenetur, & absque periculo reddendi se interdum onerosum prælato suo, vel alicui siue aliquibus fratrum suorum, propter sollicitudines & modos singulares, quæ interdum haberẽt illi qui essent ad plura, q̃ alij obligati. *Religiosi quare vouere non possunt.*

Præterea tantæ altitudinis est religionis votum, ꝙ omnia alia in ipsum cõmutari possunt, vt inferius ostendetur. Et ideo ecclesia considerans huius voti altitudinem, & humanæ naturæ infirmitatem voluit auctoritate diuina voto religionis nullum posse votum superaddi propter periculum transgressionis vitãdũ, qua etiam de causa iura consentire videntur, ꝙ vota, quæ fecit homo ante sui professionem i religione, quæ prælatus ipsum recipiẽs ignorauit, potest postquã notum sibi fuerit reuocare: quod probatur per hoc, ꝙ religiosus plus est sub prælato, quam vxor sub viro: sed sicut dicitur. 33 q. 5. Voluit. si adhuc inuuptę mulieri cõcesserat pater vota persoluere: si antequã persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognitũ nõ placuerit non persoluat, & hoc omnino sine peccato: ex hoc arguit glo. abbatem posse reuocare votũ monachi, quod ante monachatum emisit.

Aliqui tñ dicũt monachũ nõ posse vouere, esse intelligẽdũ de voto abstinẽtiæ, per quod alij scãdalizantur: sicut dicit gl. super illud de cre. 20. q. 4. Monachũ. Ita põt intelligi de omnibus in quibus prælato suo subiectus est.

Ad primũ. & secundũ argum. AD PRIMVM & secũdũ in oppositũ dicẽdũ est, ꝙ & si detur religiosum esse sui iuris respectu aliquorũ, quę licite põt facere, vel nõ facere: ex hoc tñ nõ sequitur, ꝙ sit sui iuris ad illa vouẽdum: licitum enim est religioso multa facere, quæ nõ est licitum sibi vouere propter rationes dictas in corpore quæstionis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ obligatio facta prælato est de voluntate, & secundum legẽ superioris. s. Dei: & ideo, quia Deus non potest esse contrarius sibi ipsi, vult illam obligationem impleri, nec vult aliquid esse licitum in præiudicium illius. maior autem propositio argumenti intelligenda est, de obligatione facta inferiori, non de voluntate, nec secundum legem superioris.

QVAESTIO II.

Vtrum quilibet non religiosus possit vouere.

CONCLVSIO.

Quilibet sui iuris habens liberi arbitrij vsum vouere potest.

Respon. D. Bon. præsenti dist. art. 1. q. 3. RESPONDEO, ꝙ vouere potest quilibet habens vsum liberi arbitrii, vouere nõ potest, quia non potest consentire: extra de regularibus, & transeuntibus ad reli. Sicut tenor. qui etiam prohibẽtur vouere: vouere nõ possunt ea, quæ vouere prohibentur: non. n. acceptat Deus obligationem contra suum præceptum, vel ecclesiæ factam: multi autem sunt qui prohibentur vouere: Episcopus enim prohibetur facere votum sine licentia domini Papæ quo vinculum inter ipsum, & ecclesiam suam dissoluatur. extra de renũciatione Nisi cum pridem. Non potest etiam sine licẽtia domini Papæ generali, vel speciali votum peregrinationis emittere: per quã ipsum oportet diu a sua ecclesia absentari: extra de voto, & voti redẽptione. Magnæ. Clericus etiam secularis sub episcopo aliquo habẽs beneficium debens residentiã: non põt sine licentia epi votum peregrinationis longe emittere. eo. ti. vbi prius, & de conse. di. 5. Non oportet. potest tñ emittere votũ de intrãdo religionẽ sine licẽtia epi. 19. q. 2. Duę. & de accipiendo crucẽ. extra de voto & voti re. Ex multa, quia ad hoc licentiari videntur per Papam generaliter ille qui possunt esse vtiles terræ sanctæ. De religiosis autem dictum est. Filius etiam familias etiam qui subest patri in his, quæ ad regimen domus, & familiæ pertinent, non potest de illis votum facere, seu de pertinentibus ad illã sine patris auctoritate. Seruus ẽt nõ potest vouere aliqd eorũ, quæ ipsum impediãt a seruitio dñi sui sine dñi voluntate. de cr. di. 54. Ex antiquis, & c. Si seruus sciẽte, qa ẽt vir, & vxor sibi sunt mutuo debitores in reddendo debitum carnale quilibet eorũ prohibetur de nõ reddendo vouere sine licentia alterius, vt superius ostensũ est, sed qa in dispẽsatione domus, & regimine familiæ mulier est subiecta viro, non econuerso: ideo de pertinentibus ad illam mulier non potest votũ emittere sine licẽtia viri. 33. q. 5. *Vouere quibus datum sit, & quibus non.*

q. 5. Manifestum est. & c. Voluit. Vir tamen de talibus potest facere votum sine consensu vxoris, quia ad hoc est sui iuris.

QVAESTIO III.

Vtrum Abbas posſit retractare votum quod fecit ſubditus ſuus, de licentia ſua.

CONCLVSIO.

Quicquid alij dicant, votum ab huiuſmodi ſubdito de licentia factum, non poteſt Abbas diſpenſare.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ Abbas dans licentiā subdito suo vouendi, si eam reuocat antequā ille subditus faciat illud votum, & post illam reuocationem, voueat votum irritum est, si autem votum fecerit ante reuocationem licentiæ, votum tenet, quousque cum eo fuerit dispensatum.

Dubium. Solutio prima. Sed nunquid ille idem Abbas cum eo poterit dispensare. Videtur quibusdam ꝙ non, qa cum subdito suo licentiam dederit faciendi illud votum, præiudicauit sibi, vt in illo dispēsare non possit.

Secunda. Alij dicunt, ꝙ sicut ex rationabili cā eum licentiare potuit vt voueret, ita ex rationabili causa si occurrit poterit postea dispensare in illo voto, quod probant a simili, quia in voto facto de licentia summi Pontificis, ille idē summus Pontifex potest postea dispensare; sed non videtur simile bonum, quia summus pontifex sub Deo habet super omnes, plenitudinem potestatis, non sic autem Abbas super Monachos suos. Vnde tutius esset consilium, ꝙ monachus de voto sic facto faceret se absolui per summum pontificem, & si religiosus ille plures prælatos habeat in sua religione per ordinem se habentes, ita ꝙ quicquid potest inferior, potest superior, & plus, si vouit de licentia inferioris ab illo voto potest a superiori absolui, sed de voto facto de licentia superioris absolui non potest ab inferiori.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum omne votum licitum, sit obligatorium.

Secundo vtrum magis obliget votum, quā iuramentum.

Tertio vtrum votum sub conditione factū, quæ conditio non impletur per culpam vouētis sit obligatorium.

QVAESTIO I.

Vtrum omne votum licitum ſit obligatorium.

Primum argumentum. OSTENDO, ꝙ non: quia licitum est virgini vouere virginitatem, sed si post votum corrumpatur, amplius non potest votum suum seruare, qa impossibile est, ꝙ iterum sit virgo, cum ergo nullus obligetur ad impossibile, videtur ꝙ aliquod votum licitum possit desinere obligatorium esse.

Secundo. Item votum de intrando religionem est licitum, sed potest contingere, ꝙ illa religio nō vellet eum recipere, qui vouit intrare: ergo videtur quòd talis ex suo voto non obligatur.

Tertio. Item si aliquis vouit religionem intrare, & antequam intret in Episcopum eligatur, non tenetur religionem intrare: quia si esset in religione professus posset propter episcopatum, religionem dimittere. 18. q. 1. c. vnico: ergo talis ex suo voto non obligatur.

In oppositum. CONTRA, Deutero. 23. Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus.

Secundo. Item extra de voto, & voti redemptione. Licet: dicitur ꝙ vsqueadeò solutio necessaria est post votum, vt sine propriæ salutis dispendio, alicui non liceat resilire.

CONCLVSIO.

Omne votum licitum quiſquis illud fecerit, modo poſſit, adimplere tenetur, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.

Responſio. RESPONDEO, ꝙ omnis promissio licite facta cum intentione obligandi se, & ex deliberatione si acceptetur ab eo cui sit obligat ꝓmittentem, non tantum ex præcepto legis diuinæ, sed etiam ex præcepto legis naturæ, sed votum licitum est licita promissio facta Deo ex deliberatione, & cum intentione obligandi se, omnem autem promissionem talē Deus recipit. Et ideò dicendum, ꝙ omne votum licitum obligat vouentem ad illud, quod vouit adimplendum, nisi in quatuor casibus.

Quibus casibus votū licitum vouentem ad implendum non obligat. Vnus est propter impotentiam implendi.

Secundus propter auctoritatem superioris dispensantis.

Tertius est propter defectum conditionis appositæ, vel defectū causæ principaliter mouentis. Regulare enim est, ꝙ votum sub conditione factum non obligat, nisi conditione extante.

Quartus casus est quando illud quod tempore facti voti fuit licitum, postea fit illicitum.

Ad primū argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut vouens aliquid quod licitum est tempore voti facti non tenetur illud implere, si postea fiat illicitum ex aliquo accidente, sic vouens aliquid possibile tempore voti facti, non tenetur illud adimplere si postea fiat impossibile: virgo autem vouens virginitatem, vouet illud quod est possibile tempore voti facti, sed postquam corrupta est impossibile est ipsam seruare, quod promisit, tenetur tamen ad illud quod potest, s. continentiam seruare, & aliquam recompensationem facere, de hoc quod per suam culpam incidit in impotentiam obseruandi quod promiserat, sed si ali-

si aliquis efficeretur impotens ad soluendum quod promisit, non tamen ex culpa sua, non obligaretur ad aliquam recompensationem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ille, qui vouet se intraturum religionem, aut determinat intentionem suam ad vnam religionem tãtum, aut non: si sic, non tenetur intrare aliquam religionem, si illa religio quam determinate vouit intrare eum non vult recipere: quia illam intrare sibi factum est impossibile, & ad nullã aliam obligauit se: si non, tenetur se tot religionibus offerre, ꝙ vnam inueniat si potest, q̃ ipsum velit recipere, nisi si talis de qua probabiliter creditur, ꝙ si de illa cogitasset nullo modo consensisset intrare illam.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ maior est falsa sicut expresse patet extra de voto, & voti redẽptione: per tuas. nec valet eius probatio, quia transgressio voti est in mortali peccato, & electio talis est irritanda: quia ad sacramentorũ administrationem eligitur a quorum perceptione tempore electionis erat priuatus.

Præterea professus in religione, episcopatum recipiens nõ defraudat religionem, sicut ille, qui vouit intrare, & antequam intret episcopatum recipit, quia professus ab ordine nõ recedit: oportet enim ipsum ferre habitum religionis suæ: extra de vita, & honesta. clericorum. Clerici officia. non debet etiam a priori proposito discedere. 16. q. 1. De monachis, qđ intelligendum est, secundum glo. ibidem quãtum ad ea quę sunt de substantia monachatus, cuiusmodi sunt habitum religionis portare, cõtinentiam seruare, proprium non habere, vnde non sunt diuitiarum domini, sed dispensatores: quamuis tamen factus episcopus habitum debeat retinere, potest desuper ferre habitum, in quo magis cõueniat eis inter quos est. 16. q. 7. Noua. in glo. sed hoc non est faciendum nisi ad tempus, & ex causa: extra de vita, & honesta. clericorum. cap. Deus etiam non debet episcopatum recipere, sine prælati sui licentia. 18. quæst. 2. Quam sit: in tex. & in glo.

QVAESTIO II.

Vtrum magis obliget votum, quam iuramentum.

Arg. 1.  ET VIDETVR, ꝙ non: quia periurium est contra secundum præceptũ primæ tabulæ, transgressio voti contra præceptum quintum secundæ tabulæ: cum ergo digniora sint præcepta primæ tabulæ, quàm secundæ, grauior est transgressio iuramenti, quàm voti, quod non esset verum, nisi magis obligaret iuramentum.

Secundo. Item Apostol. ad Hebr. 6. Omnis controuersiæ hominum finis ad confirmationem est iuramentum, sed illud in quo consistit finis confirmationis omnis controuersiæ, maxime videtur obligatorium: ergo iuramentum magis est obligatorium, quàm votum.

In oppositum. CONTRA, fortior est obligatio quæ non fit, nisi Deo, quàm illa quæ interdum fit homini, sed proprie loquendo votum non fit, nisi Deo, iuramentum autem interdum fit homini: ergo multo fortior est obligatio voti, quàm iuramenti.

CONCLVSIO.

Probabile vtique est obligationem voti esse iuramenti fortiorem. Oppositum tamen probabilius videtur, tota enim voti ratio, imo iuramento comprehenditur, & quid amplius.

Responsio iuxta opinionem primam. AD ISTAM quæstionem dicunt quidam, ꝙ fortior est obligatio voti, quàm iuramenti: quia obligatio voti causatur ex libero cõsensu voluntatis hominis, & fidelitate, quam debet homo Deo: obligatio autem iuramẽti ex libero consensu hominis, & reuerentia, quam debet Deo, inquantum est veritas prima: infidelitas autem serui ad dominum grauius, qđ est quacunque alia irreuerentia, quam seruus posset facere domino.

Secunda opinio. Alij dicunt, ꝙ distinguendum est de iuramento, quia aut fit homini, aut Deo: primo modo, non ita firmiter obligat, sicut votum, vt concludit ratio ad secundam partem, secũdo modo, magis obligat, quàm votum cæteris paribus: quia quicunque ex deliberatione iurat Deo bonum aliquod se facturum, Deo aliquid promittit, & intentionem obligandi se habet, & ad fortiorem confirmationem Dei inquantum est prima veritas in testimonium huius promissionis adducit: cùm ergo votum non importet, nisi promissionem factã Deo, ex deliberatione cum intẽtione obligandi se, videtur, ꝙ in iuramento comprehendatur tota ratio obligationis, quę est in voto, & superaddatur adductio primæ veritatis in testimonium ad maiorem promissionis confirmationem.

Ad primũ argum. Qui vult tenere primam opinionem, potest dicere ad primum in oppositum, ꝙ & si transgressio voti sit contra quintum præceptum secundæ tabulæ, inquantum corrumpit veritatẽ promissionis, est tamen cum hoc contra secundum præceptum secundæ tabulæ, vel contra primum, inquantum vouere, est actus latriæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud argumentum non plus concludit, nisi ꝙ maior obligatio, quam homo possit homini facere est per iuramentum, sed hoc non sequitur quin maior sit illa obligatio, quæ fit Deo per votum.

Ad oppositum. Qui vult tenere secundam opinionem faciliter potest soluere argumentum ad oppositũ ex dictis in opinione.

QVAESTIO III.

Vtrum votum sub conditione factum, quæ conditio non impletur per culpam vouentis, sit obligatorium.

Arg. ET VIDETVR, ꝙ non: extra de conditionibus appositis in desponsatione, vel alijs contractibus. Verum: in glo. donatio sub cõditione facta, nõ tenet, nisi adueniente conditione sine ea impleta, sed non est minus fortis contractus donatio, quàm promissio: ergo nulla promissio facta sub conditione tenetur, nisi conditione adueniente, vel impleta, votum autem est promissio quædam, vt superius visum est.

Secundo. Item qui Deo vouet aliquod speciale obsequium, si ipsum præseruat ab aliquo peccato, de quo tentatur, non tenet votum, si Deus ipsum ab illo peccato non præseruat, sed si vouens ab illo peccato non præseruatur hoc est per culpam propriam: quia si vellet Deus esset paratus eum ab illo peccato præseruare: ergo votum sub conditione factum, quæ conditio non impletur per culpam vouentis, non est obligatorium.

In oppositum. CONTRA, promissio quæ non tenet, reuocatione nõ indiget, sed promissio facta sub conditione non existente, reuocatione indiget: ergo tenet ipso iure. Minor probatur a simili per donationem factam sub conditione, de qua dicitur extra eo. ti. & eo. c. in tex. ꝙ reuocari non potest, nisi forte tali cõditione sit facta, ꝙ ea cessante debeat reuocari.

Secundo. Item fraus, & dolus alicui patrocinari non debent: extra de immunita. ecclesiæ. Aduersus §. Cæterum: sed ille per cuius culpam stat, ne conditio quam apposuit in suo voto impleatur, fraudulenter hoc impedit: ergo non propter hoc ab obligatione liberatur: alias enim fraus patrocinaretur eidem.

CONCLVSIO.

Proculdubio obligatorium est, alioquin enim ei, per cuius culpam non est conditio impleta fraus, & dolus patrocinentur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ votum sub conditione factum, quæ cõditio non impletur per culpam vouẽtis, est obligatorium, quod patet ratione, & auctoritate. Ratione sic: quantum ad confirmationem promissionis sub conditione factæ æquiualent, scilicet, quòd ille cui facta est promissio. conditionem adimpleat, q̃ promittens apposuit, & quod illa conditio remittatur a promittente: quia siue adimpleatur conditio, siue a promittente remittatur, siue tollatur, tenet promissio. Sed si promittens scienter, & ex deliberatione impedit, & est in culpa, ne ille cui fecit promissionem conditionem adimpleat, quam promittens apponit, idem est per æquiualentiam, ac si ipsam remitteret, cum eam velit non adimpleri, & conatur vt non impleatur. Cum ergo promissio sua teneret si conditio sua impleretur, nihilominus etiam tenet quando per culpam eius stat, ꝙ non impleatur.

Auctoritate sic: extra de sponsalibus. Sicut ex litteris, dicitur de quodam, qui quandam mulierem se ducturum in coniugem infra terminum assignatum iuramento firmauit, nec per virum stetit, sed per mulierem, quominus inter eos matrimonialis solemnitas ante elapsum terminum assignatum sit secuta, ꝙ viro non est imputandum: immo pro completa est habenda conditio. Idem ergo est quantum ad æquiualentiam ad hoc, vt teneat promissio cõditionem appositam adimplere, & non stare ꝑ illum, qui eã adimplere debet, quominus impleatur, sed quando promittens impedit eius impletionem, illo qui debebat implere existẽte parato ad implendum, per promittentem, & non per alium stat ne impleatur, pro impleta ergo habenda est.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ vt visum est in corpore quæstionis, quãdo non stat per illum, qui debet adimplere conditionem, quominus conditio impleatur, sed stat per illum cui debet adimpleri, idem iudicandum est, ac si conditio esset impleta:

Ad secundũ. Ad secundum dicendum, ꝙ maior vera est si ille, qui vouit facit ita, ꝙ in se est, vt præseruetur ab illo peccato, sicut fecisset si votum nõ emisisset, vel sicut intendebat facere, quandò votum emisit, sed si ille qui vouit hac intẽtione se præcipitat in peccatum, vt non teneat votum quod fecit, nihilominus tenet votũ, alias enim fraus patrocinaretur eidem.

Ad secundũ oppositum. Argumenta ad secundam partẽ gratia principalis conclusionis possunt concedi. Potest tamen dici, ꝙ minor argumẽti primi falsa est. Et ad eius probationem dicendum, ꝙ sicut dicitur in glo. super illo capitulo: differentia est inter donationem sub conditione, & donationem factam sub modo.

Differentia inter donationem sub modo, et sub conditione. Illa quæ fit sub modo sic fit, dono tibi hoc, vt singulis annis tale quid facias: donatio vero sub conditione sic fit: dono tibi si hoc feceris, vnde versus. Scito, ꝙ modus est: si conditio, quia causa. Et sic dicitur ibidem, donatio facta sub modo, etiam si modus non obseruetur reuocatione indiget, & de tali donatione intelligenda est decretalis prædicta, vnde secũdum glo. ibi accipitur conditio pro modo.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum expediat homini vouere.

Secundo vtrum sit magis meritorium, idem bonum opus cum voto, quàm sine voto.

Tertio

Tertio vtrum expediat, iuuenes inducere ad hoc, vt obligent se ad ingressum religionis.

QVAESTIO I.

Vtrum expediat homini vouere.

Primum argumentum. OSTENDO q non: quia expedit homini se priuare magno Dei dono, sed libertas hominis est magnũ Dei donum, qua in parte priuat se homo per votum: ergo non expedit homini vouere.

Secundo. Item non expedit homini se periculo exponere, sed vouens exponit se periculo alicuius transgressionis, cui nõ erat expositus ante votum: ergo non expedit ei vouere.

Tertio. Item nõ expedit homini facere aliquid, qđ suum aggrauet peccatum, si peccat: sed si religiosus peccat, grauius est suum peccatum, q̃ esset in seculari: quia sicut dicit Ansel. in libro de similitudinibus, vltra medium in c. de similitudine inter monachum peccantem, & laicum: si pœnitere noluerit maiori damnationi subiacebit monachus: ergo non expedit vouere religionis ingressum, & multo fortius nec aliud quodcunque bonum.

Quarto. Item nullus debet aliquid facere quod augeat in ipso concupiscentiam mali, sed vouere bonum, est huiusmodi: quia sicut dicit Glo. super illud ad Rom. 7. Peccatum occasione accepta per mandatum. Quod cõcupiscitur dulcius fit dum vetatur: ergo nullus debet aliqđ bonũ vouere, ne ex hoc reddatur pronior ad malum contrarium.

In oppositum. CONTRA, Psal. 35. Vouete, & reddite domino Deo vestro, &c.

Secundo. Item homini expedit facere illud quo maiorem consequitur misericordiam, si de peccato pœniteat: sed secundum Ansel. vbi prius si religiosus peccat, & de peccato pęniteat maiorem consequitur misericordiam, quàm pœnitens in sęculo: ergo expedit homini vouere.

CONCLVSIO.

Cum potestas faciendi malum per votum minuatur, maiorque securitas obtineatur salutis: ideò discrete vouere expedit homini vehementer.

Respon. RESPONDEO, q vouens, aut vouet bona, quorum obseruatio videtur probabiliter proportionata infirmitati suæ spirituali: aut improportionata.

Primo modo vouere expedit homini: quia per hoc firmat amplius voluntatem suã in bono: & pro magna parte excludit a se libertatẽ malefaciendi, & facit actum virtutis latriæ: & ideò vouendo meretur.

Secundo modo non expedit homini vouere, nec licet: tale enim votum non haberet discretionem conuenientem, cum per hoc vouens magis videretur se illaqueare, quàm augere securitatem de sua salute: quilibet tamen reputare debet obseruationẽ voti religionis proportionatam esse suæ infirmitati spirituali nisi per certam experientiam sibi de contrario constaret. Propter enim custodiam q̃ magis adhibetur religiosis, quàm secularibus, & propter bona exempla, quæ vidẽt frequẽtius, & bona verba, quæ frequentius audiunt: & propter maiores consolationes spirituales, quas ex diuina benignitate ob fauorem religionis, & ex sancta societate recipiũt, obseruatio aliquorum bonorũ proportionata est alicui exeũti in religione, quæ eidem proportionata non esset in sæculo remanenti. *Bona religionis.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, q sicut dicit Ansel. in libro de lib: arb. parum post principium: potestas peccandi non est libertas, nec pars libertatis, immo vt parũ postea dicit. Liberior est voluntas, quæ a rectitudine declinare nequit, quàm quæ illam potest deserere: homo autem per votum non minuit in se libertatem faciẽdi bonum, sed auget, sed minuit potestatem faciendi malum. *Ad primũ argum.*

Ad secundum dicendum, q vouens discrete non exponit se periculo transgressionis, nisi per accidens, sed per se maiorem securitatẽ obtinet per votum, adimplendi diuina pręcepta, vt videri potest ex his quę in quæstione dicta sunt. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, q maior non est vera, quando ex hoc quo aggrauatur transgressio peccatis augetur meritum benefacientis, & quo Deus misericordius suscipit pęnitentẽ: vt autem in sequenti quęstione ostendetur, bonum opus magis est meritorium cum voto, q̃ sine voto: religiosus etiam de peccato pœnitens maiorem consequitur misericordiam, q̃ secularis, sicut dicit Ansel. in libro de similitudine, vltra mediũ. Religioso enim dicit Deus, cum voluero de te vindictam accipiam, vt de meo, vt dicit Ansel. vbi prius. *Ad tertiũ*

Ad quartum dicendum, q illa auctoritas intelligenda est, vbi charitas deest. Vnde quasi statim post prædicta verba subditur, ex prohibitione, vbi charitas deficit desiderium mali crescit, quo aucto dulcius fit quod prohibetur. *Ad quartũ*

QVAESTIO II.

Vtrum sit magis meritorium illud opus bonum cum voto, quàm sine voto.

Argum. 1. ET VIDETVR, q non: minus meritorium est bonum opus factũ ex necessitate, quàm sine necessitate: vnde minus meritoria est obseruatio præceptorum, quàm consiliorum: sed opus quod fit ex voto fit ex necessitate, quod fit sine voto, non fit ex necessitate: ergo minus meritorium est factum cum voto, quàm sine voto.

Secundo. Item minus est meritorium opus bonum factum cum tristitia, quàm cum hilaritate: quia sicut dicit Apost. 2. Cor. 9. Hilarem datorē diligit Deus: sed sicut dicit Philosophus 5. Metaph. Quod fit ex necessitate fit cum tristitia: ergo minus meritorium est opus factū ex necessitate, quàm sine necessitate, quod autem fit ex voto fit ex necessitate.

Tertio. Item quanto bonum opus est minus difficile, tanto minus est meritorium: quia sicut dicit philosoph. 2. Ethic. ca. 3. Et circa difficilius semper fit ars, & virtus: sed minus difficile est seruare continentiam in religione, quam in seculo, quia multo difficilius est habenti opportunitatem incontinentiæ continere, quàm non habenti: seculares autem magis habent illam opportunitatem, quàm religiosi: ergo minus meritoria est obseruatio continentiæ religiosorum, quàm secularium.

In oppositum. CONTRA, Aug. in epistola ad Armentarium, versus finem, dicit armentario qui votum continentiæ fecerat. Modo, quod absit, tāto miserior eris si fidem Deo fregeris, quanto beatior si persolueris: ergo sicut peior est operatio mali contra votum, quàm non cōtra votum, sic melior est operatio boni cum voto quam sine voto.

Secundo. Item glo. super illud psal. Vouete, & reddite: dicit ꝙ vouere consulitur voluntati, sed cōsilium est de meliori bono: ergo melius est bonum factum cum voto, quàm sine voto.

CONCLVSIO.

Imò magis cum voto meritorium erit, tāto enim magis opus Deus acceptat, quanto ab homine est sibi specialius dedicato.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ magis meritorium est idem bonum opus factum cum voto, quàm sine voto, quod probo ratione triplici, & vna similitudine.

Prima ratio est hæc: opus inferioris virtutis magis est meritorium imperatū a superiori virtute, quàm non imperatum, sed latria superior virtus est quam abstinentia: & opus abstinentiæ ad quod mouetur homo ex voto est imperatū ab ea: vouere enim actus latriæ est: ergo magis meritorium est opus abstinentiæ, ad quod mouetur homo ex voto, quàm sine voto.

Secunda ratio est hæc: quanto opus procedit a voluntate magis firmata in bono, tanto est virtuosius, & ex consequenti magis est meritorium: ad operari enim virtuose requiritur firmiter, & immobiliter operari secundū philosophum, 2. Ethic. c. 4. Sed cæteris paribus voluntas firmior est in bono cum voto, quàm sine voto.

Iuxta illud Gen. 4. respexit Deus ad Abel. Tertia ratio est hæc. Deus, cum acceptet opus propter operantem, tanto magis acceptat opus, quanto est ab homine ad seruitium suū specialius dedicato, sed cæteris paribus homo specialius dedicatur ad seruitium Dei per votum, quam sine voto.

Ad idem est etiam similitudo, quam ponit Ansel. in libro de similitudinibus vltra mediū, in qua comparat secularem facientem bonum opus illi qui de fructu arboris suæ donat domino quantum vult: & religiosum illi qui Domino dat totam arborem cum fructu, dicens ꝙ sicut obsequium illius, qui dat domino totā arborem cum fructu, magis est acceptum Domino, quàm obsequium alterius, sic seruitium religiosi magis est Deo acceptum, quam hominis secularis.

Ad primū argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior vera est, si intelligatur de necessitate coactionis, sed si intelligatur de necessitate salutis, quę est necessitas conditionata, secundum quam dicimus aliquid necessarium ad consequendum finem, quæ necessitas libertatem nō excludit, non est verum, vnde obseruatio præceptorum magis est meritoria, quàm obseruatio consiliorum accipiendo consilia ratione horum præcise, quæ addunt super præcepta, quamuis sit econuerso secundum ꝙ accipiuntur consilia pro inclusione præceptorum.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ ibi loquitur philosoph. de necessitate violentiæ, nō de necessitate quam incurrit homo ex voto, talis enim necessitas non debet parere tristitiam, nec cōtraria libertas gratulationem. Vnde Augu. in epist. ad Armentarium, & Paulinam, versus finem. Felix est necessitas quæ in meliora compellit, & parum ante. Non est gratulanda libertas, quæ fit vt nō debeatur quod lucro redditur.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ difficultas alicuius boni operis proueniens ex voluntate operantis nō auget meritum, quamuis illa augeat quæ ex voluntate operantis non prouenit: & ideò quamuis non remanenti in seculo ex voluntate propria difficilius sit seruare continētiam, quàm existenti in religione cæteris paribus, ex hoc tamen non sequitur, ꝙ illa obseruatio sit seculari magis meritoria, quā religioso: imò econuerso, quia facilitas bene operandi proueniens ex bona dispositione voluntatis operantis meritum auget.

QVAESTIO III.

Vtrum expediat iuuenes inducere ad hoc vt obligent se ad ingressum religionis.

CONCLVSIO.

Respon. *Vtique optimum semper erit: modo istiusmodi inductio absque importuna persuasione fuerit, & quid opus sit ijs qui se ad religionem ingrediendum obligarit declaret.*

RESPONDEO, ꝙ sic, si adsint debitę cōditiones ex parte iuuenis, & ex parte inductionis, & ex parte obligationis, Qui enim vult inducere aliquem iuuenem ad obligationem prę-

prædictam, debet diligenter considerare, ꝙ iuuenis, secundum iura, debitam pro ingressu religionis habeat ætatem, quæ ætas ad minus complectitur tempus. 14. annorum: extra de regularibus. Significatum. & cap. 1. in glo. & ꝙ prout patitur ætas illa in propositis suis licitis, & honestis habeat stabilitatem: & ꝙ ad cõsiderandum quid illa obligatio ponderet, habeat discretionem sufficientem.

In inductione etiam debet esse diligens asperitatis religionis, ad cuius obligationem inducitur explicatio: & omnis suggestionis falsitatis exclusio, nec debet esse nimis importuna persuasio: asperitatis enim religionis celatio, & falsitatis suggestio operantur deceptionẽ, deceptio autem ratione ignorantiæ diminuit de ratione voluntarij. Tunc autem est nimis importuna persuasio, quando fit cum rerum temporalium promissione, vel cum indebita comminatione, vel cum nimia solicitudine. Debet autem inducens a tali importuna persuasione cauere, quia talis persuasio operatur in iuuene, seu ipsum inclinat ad obligandum se ex surreptione, & prædicta obligatio fieri non debet, nisi ex plena voluntate, & deliberatione. Ex parte etiam obligationis tria sunt obseruanda, s. vt fiat præuia deliberatione, & stabilitatis propositi examinatione: & ꝙ fiat cũ discretione, vt scilicet se obligans obliget se ad ingrediendum religionem, vt eam experiatur, vt si Deus dederit sibi gratiam remanendi, & religioni placuerit remaneat: si autem religioni non placuerit, aut si propositum infra annum mutatũ fuerit libere potest exire absq; hoc, ꝙ teneatur aliam religionem intrare, debet etiam obseruari, ꝙ fiat cum deuotione, & debent obseruari prædicta, quia obligationes factæ sine deliberatione, & discretione, & deuotione frequenter malos exitus habent.

Ingressurus religionem tria diligenter considerare debet.

ARTICVLVS VII.

CONSEQVENTER quęritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum matrimonium contractũ post votum continentiæ simplex, sit dirimendum.

Secundo vtrum contractum post votum solemne.

Tertio vtrum aliter solemnizetur votum, q̃ per religionis ingressum, vel sacri ordinis susceptionem.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium contractum post votum continentiæ simplex sit dirimendum.

Arg. 1. D. Bon præsenti. di. ar. 2. q. 1. Sc. præsen. di. q. vnica.

ET ostẽdo ꝙ sic: Fortius est enim vinculum voti simplicis, quàm matrimonium: quia primum obligat Deo secundum homini, sed votum simplex continentiæ superueniens matrimonio non tenet: ergo multo fortius non tenet matrimonium contractum post simplex continẽtiæ votum.

Secundo. Item irritandus est contractus in quo implicatur obligatio ad mortale peccatum, sed in contractu matrimonij contracti post simplex continentiæ votum includitur obligatio ad mortale peccatum, quia includitur obligatio ad carnalem copulam, quæ est cõtra cõtinentiæ votum: ergo talis contractus est irritandus.

Tertio. Item secundum Magistrum huius dist. c. 2. ratio quare non sunt separandi contrahentes matrimonium post simplex continentiæ votũ est, quia probari non potest, sed multa sunt vota simplicia, quæ probari possunt: ergo sunt multa simplicia vota ꝓpter quæ matrimonia sequentia dirimenda sunt.

In oppositum. CONTRA, de contrahentibus post simplex continentiæ votum dicitur decre. di. 27. Quidam & sumptum est ab Augu. in li. de bono coniugali, ꝙ grauiter peccant, qui tales diuidunt.

Secundo. Item: extra. Qui clerici, vel vouentes. Meminimus: dicitur ꝙ si aliquis se ad religionẽ trãsiturum promisit, si non habitum suscepit, nec professionem, sed votum solummodo fecit, licet postea matrimonium contraxerit, nõ est cogendus ad religionem transire & matrimonij votum rescindere.

Tertio. Item videtur, ꝙ potest contrahere absque peccato, quia contrahens non peccat, si non intẽdit aliquid impossibile voto suo, aut obligat se ad illud, sed in contrahendo nõ obligat se ad aliquid incompossibile voto suo, quia statim post matrimonium contractum potest religionem intrare, quamuis etiam in contrahendo hoc intendat, nihilominus tenet cõtractus, vt supra visum est: ergo absque peccato, potest contrahere matrimonium.

CONCLVSIO.

Contrahendum impedit, quia post tale votum cõtrahens se ad illud frangendum obligat, sed non dirimit contractum: hoc enim votum est tantum sui ipsius ad continentiam obligatio.

Respon. RESPONDEO, ꝙ sicut dicitur extra. qui clerici, vel vouentes. Consuluit, &c. Rursus. votum simplex impedit matrimonium cõtrahendum, quia in contractu matrimonij includitur sub conditione obligatio ad aliquid repugnans simplici continentiæ voto, quia ibi includitur obligatio ad reddendum carnale debitum, si alter coniunx exigere voluerit, & ideo contrahens post simplex continentiæ votum impliciter obligat se ad frangendum votum suum si voluerit alter coniunx, quod sine peccato mortali non potest fieri. Ratio autem quare non dirimit iam contractum, est, quia votum continentiæ simplex non est nisi ꝓmissio sui ipsius ad continentiam Deo obseruandum, promissio aũt alicuius rei nõ transfert rem

rem promissam in dominiū illius, cui promittitur, & ideo post promissionem ante traditionem rei promissæ promittens remanet dominus rei: & ideo si eam donet alij tenet donatio, quamuis aliquam satisfactionem teneatur facere, seu recompensationem illi cui rem ipsam ante promiserat, & ideo post simplex cōtinentiæ votum si homo dat mulieri, & econuerso potestatem corporis sui per mātrimonium contractum tenet donatio, sed Deo tenetur ad emendam pro fractione promissionis.

Ad primū argum. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ non valet, quia res vni donata alij promitti non debet, & si promittatur non tenet promissio, sed quamuis res vni promissa, alteri dari non debeat, si tamē detur valet, donatio, vt visum est in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis ille, q. contraxit post simplex votum continentię in consumādo matrimonium mortaliter peccet, quia post contractum matrimonium licitū est sibi non consumare ipsum, si vult religionem intrare, tamen post matrimonium consumatum non peccat reddendo debitum suo coniugi: qa tūc potestas corporis sui plene trāslata est in suum coniugem, quantum ad carnale debitum: quia tamen hanc translationem fecit per culpam suam, debet cum dolore debitum reddere, & tenetur nunquam exigere.

Ad tertiū Ad tertium dicendum, ꝙ illa ratio, quam assignat Magister non est sufficiens quia quāuis probari possit non propter hoc separandi sunt: sed Hugo. dicit ꝙ in nullo casu est matrimonium post votum perpetuæ continentiæ, quo ad Deum, vt recitatur extra. qui clerici, vel vouentes. Rursus in glo. sed Io. dicit contrarium, vt habetur ibidē, sed Hugoni non est assentiendum in hac parte.

Ad tertium, ad secundam partem dicendū, ꝙ contrahens post votum continentiæ simplex, nisi certificatus sit per spiritum sanctū, ꝙ Deus sic ordinauit, ꝙ nunquam sequetur carnalis copula, peccat: quia alias iura prohibent tales contrahere, etiam si ille qui vouit in- *Respon.* tendat religionē intrare ante matrimonij consumationem, & hoc prohibitum est ad vitandum periculum fractionis voti: periculum. n. esset ne per contractum illum mutaretur propositum, quod ante habebat ad vitandum confusionem alterius coniugis: quia quodammodo confunderetur si alter coniunx matrimonium cum eo renueret consumare.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium contractum post votum solemne continentiæ, sit dirimendum.

Primum argumentum. D. Bo. præsen. ar. 2. q. 1. Sco. vbi su. Et videtvr, ꝙ non: extra qui clerici vouentes Rursus, dicitur, ꝙ simplex votum apud Deum, nō minus obligat, quam solemne, sed matrimonium contractum post simplex continētiæ votum non est dirimendum, vt patet ex pcedenti qōne: ergo a simili nec contractū post solemne continentiæ votum.

Secundo. Item solemnitas voti non magis roborat, q̄ iuramentum, sed matrimonium contractum post simplex votum iuramento confirmatum non est dirimendum: ergo nec contractū post solemne continentiæ votum.

Tertio. Item in contractu matrimonij nihil implicatur repugnans solemni continentiæ voto, quia non implicatur obligatio ad carnalē copulam, cum post contractum matrimonium possit alter coniugum altero inuito renuere matrimonij consumationem, si religionem intrare voluerit: ergo nulla videtur ratio, quare non sit verum matrimoniale vinculum, quod contrahitur post solemne continentiæ votū.

In oppositum. Contra, decret. di. 27. Presbyteris. Matrimonia cōtracta a presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis iudicantur debere disiungi.

Secundo. Item extra. qui clerici, vel vouentes. Insinuāte. dicitur de nobili muliere, quæ votum castitatis emiserat, & in habitu religionis biēnio remanserat, & postmodum matrimonium contraxerat, ꝙ ad resumendum religionis habitum, & seruandum quod vouerat, erat per censuram ecclesiasticam coercenda.

CONCLVSIO.

Imo dirimendum erit, etenim Ecclesia illegitimauit sic vouentes: quia ipsi se ad oppositum matrimonij in ipsius Ecclesiæ potestate, posuerunt.

Responsio. Respondeo, ꝙ matrimonium contractum post solemne continentiæ votum, dirimendum est, quia per tale votum homo non tantum promittit continentiam, sed etiam alij dat dominium super seipsum, vt ipsum possit cogere ad promissam continentiam obseruandam, vt patet quia vt habetur extra. Qui clerici, vel vouentes. Rursus in glo. non solennizatur votum continentiæ, nisi per susceptionē ordinis sacri, aut per promissionem factam in religione modo debito, aut per susceptum religionis habitum, qui profitentibus dari cōsueuit, nisi forte sit alicubi cōsuetum similem habitum dari nouitijs & professis, sed hic modus non videtur esse, nisi quędam professio tacita vel præsumpta, morari etiam vltra annū in religione sine protestatione de non profitēdo, est quædam præsumpta professio: extra de regularibus. Ex parte in textu, & glo. Quolibet autem prædictorum modorum, vouēs dat alteri potestatem super seipsū ad cogendum ipsum ad continentiæ promissæ obseruationem, qui autem dedit alicui rem ad vnū vsum, non potest eandem rem alij dare ad vsum cōtrarium, & quia in contractu matrimonij cōiuges mutuo sibi concedunt potestatem suorum corporum ordinatam ad vsum continentiæ

tiæ in contrarium, ideo non tenet matrimonium contractum post solemne continentiæ votum.

Ad primũ argum. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum sic intelligendum est, ꝙ vtriusque fractio est peccatum mortale, maius tamẽ peccatum est fractio vnius, quàm fractio alterius secundum glo. ibidem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis roboratio voti per iuramentum fortior sit quãtum ad aliquid, quàm roboratio, quæ est per solẽnitatem, tamen quantum ad impedimentum matrimonij est econuerso, quia ad solemnitatem voti continentiæ spectat vt vouens transferatur in alterius dominium, vt visum est, qđ non fit per reprobationem voti simplicis iuramento factam.

Ad tertiũ. Ad tertium dicẽdum, ꝙ in matrimonio de lege communi includitur aliquid repugnans, cuilibet continentiæ voto: quia quamuis quilibet coniunx altero inuito possit renuere cõsumationem matrimonij si vult religionem intrare, tamen ad hoc vt contrahatur vnũ matrimonium, oportet bonum fidei esse in contrahentium intẽtione explicite, vel implicite, bonum autem fidei consistit in reddendo carnale debitum, si exigatur. Sed hæc solutio nõ videtur aliquibus sufficiens, quia vt ostensum est supra, verum matrimonium contrahi potest, quamuis alter contrahentium, vel vterque intendat religionem intrare ante matrimonij consumationem: dum tamen in mente quilibet teneat explicite, vel implicite, ꝙ nisi religionem vellet intrare alteri coniugi petenti vsum sui corporis non negaret, sed debitum redderet.

Ideo aliter dicendum ad argumentum, ꝙ matrimonium contractum post solemne continentiæ votum est dirimendum, immo vt proprius loquar ipso iure est nullũ, quia iura non tantum prohibent tales personas contrahere, sed etiam decernunt, & constituunt eas illegitimas ad contrahendum.

QVAESTIO III.

Vtrum aliter solemnizetur votum, quam per religionis ingressum, vel sacri ordinis susceptionem.

Arg. 1. D Bon. præsen. di. ar. 2. q. 1. Sc. præsenti dist. q. vnica D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 7.


T videtvr, ꝙ sic: extra qui clerici, vel vouentes. Insinuante. dicitur de quadam muliere, quæ votum castitatis emisit in manibus cuiusdam de fratribus sancti Augustini, eo tenore addito, vt in domo sua cum sua substantia remaneret, & sic in eiusdem habitu ordinis permãsit biennio, & postea de parentum consilio. P. Michaelis fuit matrimonialiter copulata, ꝙ ad resumendum male dimissum religionis habitum erat per censuram ecclesiasticam coercenda, quod verum nõ esset, nisi fuisset suum votum solemne, & tamen non fuit monacha, quia vt habetur extra: de statu monachorum. Cum ad monasterium: abdicatio proprietatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiã indulgere: ergo aliter quam per professionẽ in religione potest votum solemnizari.

In oppositum. Contra, 27. q. 1 Mulieres: in glo. dicitur, ꝙ in propria domo vti vestibus monachalibus, & votum facere non solemnizat votum & tamen videretur illud votum esse solemne, si mulieris votum aliter posset solemnizari, q̃ per religionis ingressum.

CONCLVSIO.

Votum tantummodo per ordinis sacri susceptionem, & professionis emissionem solemnizatur. solũ enim istiusmodi votum in se habet aliquid annexum vt in publicum debeat venire.

Respon. Differentia inter votum publicũ, et solemne. Respondeo, ꝙ proprie loquendo differentia est inter votum publicum, & votum solemne, quia quodlibet votum coram multis in publico factum publicum dici potest, sed non quodlibet tale potest dici solẽne: non. n. dicitur votum solemne, nisi quod in se habet aliquid annexum, vt in publicum debeat venire, & per quod vouens ponitur sub alterius hominis potestate, & tale est votum in susceptione sacri ordinis, per quem suscipiens constituitur minister ecclesiæ Deo publice seruiendum, & ponitur aliter, quam ante sub episcopi potestate: vnde tale votum esset solemne, ẽt si prædictum ordinem ab episcopo susciperet in secreto: professio etiam in religione facta in manu eius, qui eam potest recipere, in se aliquid habet annexum, quo in publicum debet venire, vnde talis professio solemnizat votum etiam si in manu eius, qui eam potest recipere fieret in occulto, quia talem oportet secularẽ vitam dimittere, & in claustro cum alijs sui ordinis conuersari: & ad hoc per prælatum cogi potest, nec aliter, quàm aliquo prædictorum modorum votum solemnizari potest: susceptio enim habitus professorum vbi distinguitur ab habitu nouitiorum votum non dicitur solemnizari, nisi inquãtum talis habitus susceptio est quædam præsumpta professio, quare autem tale votum dirimat matrimonium iam contractum, in quæstione præcedenti dictum est.

Ad argu. Ad argumentum in oppositum dicendum, ꝙ secundum glo. ibidem illa mulier fuit monacha, nec proprietatem habuit: sed vsumfructum infrascriptarum rerum, quas monasterio contulerat: & de illis rebus victum, & vestitum habere, & in domo quæ sua fuerat, remanere permittebatur eidem.

ARTICVLVS VIII.

Consequenter quæritur de octauo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum votum possit commutari.

Secundo vtrum quodlibet votum possit cõmutari in votum religionis.

Tertio vtrum vouens intrare religionem, & postea intrat cum intentione exeundi impleat votum suum.

QVAESTIO I.

Vtrum votum possit commutari.

Arg. 1. D. Tho. præ. fen di. ar. 2 q. 1. D. Tho pra fen di q. 1. ar. 4 & 2. 2. q. 88 ar. 10. OSTENDO ꝙ non: Leuit. vltimo. animal quod immolari potest domino, si quis vouerit sanctum erit: & mutari non poterit. i. nec melius malo, nec peius bono.

Secundo. Item Ecclesiastes 5. Quodcunque voueris redde.

Tertio. Item Ber. in libro de præcepto & dispo. ca. 36. dicit, ꝙ de voto monasterij non retineri, quis regulariter potest: nec recipi sine consensu Abbatis sui: ergo votum factum in vna religione non potest in votum religionis alterius commutari,

In opposi tum. CONTRA: extra de iureiurando. peruenit. 2. Propositum, aut promissum non infringit, qui in melius illud commutauit.

Secundo. Item extra de voto & voti redẽptione. Magne. dicitur, ꝙ votum commutari potest in opus aliud pietatis.

CONCLVSIO.

Auctoritate summi Pontificis votum, in melius commutari potest, alioquin contra charitatem obligatio teneret.

Respon. RESPONDEO, quòd sicut dicit Ber. de præcepto, & dispo. cap. 4. Iniquum proculdubio foret si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur: votum autem fieri debet ex charitate, & pro charitate: vnde eius obligatio tenere non debet contra charitatẽ: teneret autem contra charitatem, si non liceret illud commutare in melius, votum ergo potest bonum in melius commutari. Non tamen hoc fieri oportet auctoritate vouẽtis: qa nullus debet esse iudex in sua causa, sed auctoritate iuris, votum temporale potest in perpetuam religionis obseruantiam commutari, vt ostendetur in quæstione sequenti: & votum laxioris religionis in arctiorem: extra de regularibus. Sane. vota autem peregrinationis, abstinentiæ, & huiusmodi commutari possint auctoritate episcopi: iura enim hoc posse ab episcopis non excludunt., argumentum ad hoc extra de voto, & voti redemptione. cap. 1. in textu, & in glo. vota autem continentiæ, aut religionis, aut transmarinatum auctoritate episcopi commutari non possunt: vt patebit cũ quæretur de dispensatione in votis. In commutando autem diligentius cõsiderari debet personæ qualitas, & commutationis cã. s. an ex infirmitate, seu affluentia diuitiarum, aut alia probabili causa recompensatio melior fuerit, & Deo magis accepta: extra de voto, & voti redemptione, cap. 1.

Attendenda in voti commutatione.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppsitum dicendum, ꝙ illa auctoritas sic intelligi debet. s. ꝙ illud mutari non poterat auctoritate vouentis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ votum intelligitur reddi, siue reddatur in se, siue in æquiualenti per comparationem ad rem publicam, vel personam quæ vouerat.

Ad tertiũ Ad tertium dicendum, ꝙ illud verbum Ber. intelligendum est de consensu petito, siue obtineatur, siue non: quia sicut dicitur extra: de regularibus. Licet talis postquam a prælato suo transeundi licentiam postulauerit, ex priuata lege, quæ publice præiudicat, absolutus libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante proterua indiscreti contradictione prælati, vnde iura quæ contrarium videntur dicere intelligenda sunt de illo qui causa leuitatis, & non petita licentia transit, si etiam se transtulerit licentia non petita, non tenetur reuerti ad bonum inferius, quod reliquit, vnde de tali dicit Ber. libro de præcepto, & dispo. cap. 36. ꝙ si melius inuenerit, & elegerit in eo monasterio ad quod transit, consilio meo non egredietur ad inferius bonum, quod reliquerat, & transierat pro meliori, nec est contrarium his, quæ prędicta sũt: quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent.

QVAESTIO III.

Vtrum quodlibet votum commutari possit in votum religionis.

CONCLVSIO.

Cum religionis votum omnibus alijs ob altitudinem, & perfectionem præstet ideo quodlibet in illud commutari potest.

Respon. RESPODEO, ꝙ volens facere professionem in religione se actualiter, seu habitualiter vult remanere obligatus ad vota quæ fecerat in seculo non commutantur in votum religionis, tamen postquam deuenerit hoc ad notitiam prælati poterit ipsum ab illis votis absoluere maxime si ignorabat ipsum esse ligatum illis votis tempore professionis. Si autem actualiter, seu habitualiter intendit illis votis amplius non teneri, sed soli voto religionis suæ ab illis absoluitur per religionis votum propter voti religionis altitudinem, & perfectionem: extra de voto & voti redempt. Scripturæ ibi. n. dicitur, ꝙ reus fracti voti aliquatenus non hꝛ qui temporale obsequiũ in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare: vnde sicut dicitur de pœni. di. 1. Mensuram. §. His auctoritatibus non est necessaria certa satisfactio pc̃ti, cuius totũ vitæ tempus obedientię impenditur sui cõditoris. His etiam satis concordat Bernar. in libro

de præcepto,& dispo. c. 4. dicens. de vita religiosorum, q præmium vniuersi generibus vitæ humanæ professores, & amatores suos angelis similes, dissimiles hominibus facit, imò diuinam in homine reformat imaginem configurans nos Christo ad instar baptismi. Si tamen Rex vnus, vel Imperator vouit, qđ vsque ad triennium, vel septennium militabit in Terra sancta, & tenebit secum duo vel tria millia militum, vel vnus alius dux, vel comes existens dux totius exercitus cruce signatorum, & de cuius absentia desolaretur vellet religionem intrare, in hoc casu videretur mihi summus pontifex consulendus. Certum tamen est q persona mediocris a voto transmarino absolueretur per religionis ingressum, & professionem in ea.

QVAESTIO III.

Vtrum vouens intrare religionem, & postea intrat cum intentione exeundi, impleat votum suum.

Argum. 1. ET VIDETVR, q sic: vouens non obligatur ad plus in conspectu Dei, quàm se obligare intendat, sed vouens intrare religionem, non intendit se obligare ad non habendum propositum exeundi, quando intrabit, sed tantummodo ad intrandum: ergo intrans cum proposito exeundi implet suum votum.

Secundo. Item qui promittit alicui centum libras, & postea soluit, intendens tamen, q postea auferet eas sibi si poterit, nihilominus implet ꝓmissum: ergo a simili qui promittit religionē intrare, & posteà intrat intendens per exitum irritare illum introitum, nihilominus videtur implere promissum.

Tertio. Item si talis non implet votum suum, cùm non intrando non impleret perplexus est, quod falsum est: nulli enim via salutis præcluditur.

In oppositum. CONTRA, cuiuslibet voti liciti honesti impletio est meritoria, sed vouere intrare religionem est votum licitum, & honestum, qui hoc vouere potest: ergo eius impletio est meritoria, sed intrans religionem cum proposito exeundi, sic intrando, non meretur: ergo votum suum non adimplet.

Secundo. Item qui promittit se facere aliquod bonū, & facit malum, nō implet promissum, sed qui vouet intrare religionem vouet facere bonū, & qui intrat eam cum proposito exeundi, facit malum, quia scienter facit factum ad quod videt sequi religionis scandalum, & nullum animæ suæ profectum: ergo sic intrando non implet votum.

CONCLVSIO.

Nequaquam, imo si propositum exeundi habuerit absolute, Deum grauiter offendit, qui in ijs, quæ sibi offeruntur intentionem plus ponderat quam factum.

Responsio. RESPONDEO, q ille, qui vouet intrare religionem, aut actualiter proponit in religione remanere, ita tamen quòd illud propositum non cadit sub voto, sed ipsum concomitatur tantum, aut actualiter proponit eam experiri, vt si sibi placuerit remaneat, & si sibi displicuerit exeat, aut de nullo istorum actualiter cogitat, sed tantummodo hoc vouet: quia sibi videtur animæ suæ bonum, aut dum vouet intrare actualiter habet propositū exeundi, postquam intrauerit. Si primo modo vouit, aut quando intrat habet propositum absolute exeundi, & nunquam dandi operam vt mutetur propositum suum, aut habet propositum exeundi, tamen cum voluntate dandi operam, vt mutetur suum propositum.

Primo modo intrans, non implet votum suum, secundum diuinum iudicium: quia talis habet propositum exeundi ex malignitate: in his autem quæ Deo offeruntur, seu redduntur Deus plus ponderat intentionem, quā factum.

Si secundo modo videtur mihi, quòd implet votum: quia propositum exeundi, non habet absolute, nec ex malignitate, sed magis ex infirmitate. Simili modo potest dici, siue vouerit intrare modo secundo, siue tertio.

Si autem vouerit intrare habens propositum actuale exeundi, postquam intrauerit, hoc potest intelligi tripliciter.

Vno modo ita, quòd vouet intrare, vt exeat.

Alio modo ita, quòd vouet introitum, & exitum.

Tertio modo, ita quòd non vouet, nisi introitum, & votum concomitatur exeundi ꝓpositum, & quocunque istorum trium modorum vouear peccat, & non tenet votum: quia est temerarium: intrare enim propter exitum vt propter finem est intrare propter finem malum: vt autem superius visum est, non tenet votum factum de re bona, propter finem malum. Vouere enim copulatiue, & introitum & exitum temerarium est: quia hoc coniunctum propter alteram partem est malum. Vouere etiam introitū concomitante proposito exeūdi est temerarium: quia quamuis intrare de se sit bonum, tamen cum tali comite non est bonum, vnde si aliquis qui non vouit religionē intrare, intrat religionem concomitante proposito exeundi peccat. Planum est ergo q vouens intrare religionem eo modo, quo tenet votum, votum non implet, secundum diuinum iudicium, nec absoluitur ab obligatione facta Deo: si intrat cum proposito exeundi absolute, & cum voluntate non dandi operam, vt suum mutetur propositum.

Ad

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd vouens intrare religionem ad hoc, vt votum teneat: oportet qui intendat introitum, vt aliquid bonum, vt autem ostensum est, intrare cum proposito exeundi non est bonum: sic ergo intrans nõ implet illud quod intendebat vouere: vouens enim religionem intrare ad hoc, vt teneat votũ, aut explicite, aut implicite se obligare intẽdit ad intrandum, non cum proposito exeundi absolute.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile de obligatione facta Deo, & homini: quia obligatio facta homini respicit æqualitatem iustitiæ, quæ consistit in exterioribus operationibus ad alterum: vnde hæc iustitia non consi derat qua intentione debitor soluat pecuniã debitam creditori, sed ꝙ soluat eam totam loco, & tempore debitis, & ideo qui homini ꝓmisit centum libras quacunque intentione sibi soluat eas absolutus est ab obligatione facta sibi: iustitia autem quæ respicit communicationem inter Deum & hominem, eo modo quo inter eos est iustitia, principalius attendit intentionem, quàm operationem exteriorem, & ideo quia intrans religionem cum absoluto proposito exeũdi introitum deformat per malam intentionem nõ absoluitur ab obligatione sub ratione qua est Deo facta.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quandiu durat in eo absolutum propositum exeundi præsente termino, vel iam lapso quo intrare per votũ suum tenetur perplexus est, nec propter hoc via salutis sibi præcluditur: quia in potestate sua est cum Dei adiutorio illud malum propositum remouere.

ARTICVLVS IX.

CONSEQVENTER quæritur de nono principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum omne votum sit dispensabile.

Secundo vtrum solus Papa possit dispensare in votis.

Tertio vtrum votum de nunquam petendo a domino papa dispensationem in aliquo voto, sit obligatorium.

QVAESTIO I.

Vtrum omne votum sit dispensabile.

Arg. 1. D. Th. præsenti di. ar. 2. q. 3. D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 10. & 11. D. Th. præsen di. q. 1. ar. 4. OSTENDO ꝙ non: quia soluere promissum, est de iure naturæ, sed ea q̃ sunt de iure naturæ sunt indispensabilia: ergo nullum votum est dispẽsabile.

Secundo. Item qui non facit quod promittit mentitur: sed nullus potest in mendacio dispensare: quia sicut dicit philosophus quarto Ethico. cap. 14. quòd mendacium secundum seipsum prauum est, & fugiendum: cum ergo oẽ votum sit promissio, nullum votum est dispensabile.

Tertio. Item Ecclesiastici 26. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ, sed in nullo voto quod nullam recipit recompensationem dispensari potest: ergo nõ omne votum est dispensabile.

Quarto. Item extra: de statu monachorum. Cum ad monasterium abrenunciatio proprietatis, ita est annexa regulæ monachali: vt nec contra illam summus pontifex valeat dispensare: ergo non omne votum est dispensabile.

Quinto. Item nullum votum est dispensabile, quod in melius commutari non potest, sed votum religionis in melius commutari non potest, cum omnia vota alia in ipsum possint commutari, vt ex præcedenti q̃one patet: ergo nõ omne votum dispensabile est.

Sexto. Item cum post matrimonium ante consummationem, alter coniunx altero inuito possit in religione profiteri, & alius postea contrahere, si dispensari posset cum religioso, vt reuerteretur ad seculum, posset per hominem inter existentes in seculo vinculum matrimoniale rumpi, quod est contra illud Matth. decimonono. Quos Deus coniunxit homo non separet: ergo non omne votum dispensabile est.

In oppositum. CONTRA, religiosi assumuntur ad statum prælationis, quod non fieret, nisi votum religionis dispensabile esset, sed religionis votum est perfectissimum: ergo omne votum aliud est dispensabile.

Secundo. Item secundum philosophum primo libro Ethicor. capitulo primo. Amabile est bonum vni soli, melius vero, & diuinius genti, & ciuitatibus: sed votum continentiæ vni soli bonum est, bonum vero pacis communis bonum est genti, & ciuitatibus: ergo pro bono pacis communis dispensari potest in voto continentiæ, multo fortius: ergo in quo libet alio voto.

CONCLVSIO.

Quæcunque vota de ijs, quæ sunt supererogationis dispensari possunt. In ijs enim maioris boni profectus, rationabilis causa poterit inueniri.

Respon. AD ISTAM quæstionem dicunt aliqui, quòd dispensatio potest accipi dupliciter. Vno modo pro iuris relaxatione. Alio modo pro iuris declaratione.

Primo modo, nullum votum dispensabile est: quia quòd per votum factum Deo ab illo, qui est liberæ potestatis in vouendo, vouens remaneat obligatus, hoc est de iure diuino: papa autem ius diuinum ralaxare non potest.

Secundo modo, aliqua sunt dispensabi-

sabilia: quia papa potest interpretari & declarare ius diuinum, & aliqua non sunt dispensabilia. Illa autē quæ sunt dispensabilia sunt illa, quæ possunt in melius commutari. Quæ autē non sunt dispensabilia sunt illa quæ dignā recompensationem habere non possunt, vt votū continentiæ, & religionis.

Instantia. Sed contra hanc opinionem, sic potest argui. Magis potest papa super quemlibet christianum in his, quæ sunt supererogationis, q̄ prælatus religiosus super subditos suos in his quæ non sunt de necessitate suæ professionis: quia in papa est sub Deo plenitudo potestatis: sed vt supra ostensum est: prælatus religiosus potest dispensare in votis subditorum suorum, si qua superaddunt suę possessioni: ergo multo fortius papa dispensare potest in omnibus votis quæ sunt, non respectu eorum, quæ sunt necessaria ad salutem, respectu quorum est votum, quod amittitur in baptismo: sed respectu eorum quæ sunt supererogationis.

Doctoris opinio. Videtur ergo mihi dicendum ad q̄onem, ꝙ omne votum quod est de his quæ sunt supererogationis dispensabile est: quia dispensationis in quolibet tali voto poterit inueniri rationabilis causa, scilicet profectus maioris boni, vel vitatio mali, siue per comparationem ad rempublicam: siue per comparationem ad vouentē: reformatio enim pacis inter regna magis est bonum communitati, ꝙ continentia vnius personæ. In tali enim casu, si persona q̄ continentiam vouerat nubat per obedientiā domini papę, sua obediētia magis meritoria est sibi, quàm continentia, quantum ad præmium substantiale. Vitatio etiam communis mali, vt vitatio discordiæ inter regna q̄ sunt in pace, & vitatio probabilis transgressionis voti, si probabilitas sit vehemens possunt esse rationabilis causa dispensandi in quocunque supererogationis voto: aliter enim non video quòd obligatio pro charitate facta, quādoque contra charitatem militaret. Et si dicis hoc, ꝙ non esset per se, sed per accidens, scilicet propter infirmitatem personæ: hoc non obstat: recta enim ratio dictare videtur aliquem esse loco Dei, in ecclesia, qui periculis communitatum, & personarum, pensatis infirmitatibus, & vtilitatibus, & damnis, possit rationabiliter obuiare. Et dico rationabiliter: quia vbi non est dispensandi rationabilis causa, si dispensaretur non esset dispensatio, sed dissipatio secundum Bernardum tertio de consideratione ad Eugenium. 23. cap.

Nota.

Ad primū argum. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ quamuis manente obligatione de iure naturæ sit soluere, tamen ipsa obligatio non fuit de iure naturæ absolute, sed sub hac conditione, scilicet quousque per superiorem ex causa rationabili fuerit relaxata, naturale enim iudicium rationis dictat, ꝙ per aliquem superiorem talis obligatio relaxari possit ex rationabili causa: quia ad causandum talem obligationem concurrit mutabilis causa, quæ est voluntas humana, & ideo superior soluendo obligationem, nihil facit contra ius naturæ: maxime cum omni voto discreto voluntas superioris intelligatur, vel supponatur excepta.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ qui non soluit, quod promisit mentitur, si sibi non remittatur obligatio, & soluere possit: sed obligatione remissa non mentitur, si non soluit: quia tunc debitor amplius non est.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ secundum glo. illa ponderatio de qua ibi scriptura loquitur, opus est mundi, & sapientiæ secularis, & per continentem animam intelligitur aīa Christo desponsata in spirituali scientia, & secundum hanc expositionem auctoritas non est contra dictam solutionem: si enim intelligeretur, ꝙ in nullo actu esset maior ratio meriti, quàm in obseruatione continentiæ, falsus esset intellectus: quia in sustinendo martyrium est meritum: vnde & Aureola martyrum nobilior est, quàm virginum.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis summus pontifex non possit facere, ꝙ sit monachus absque renunciatione proprietatis, quia hoc esset facere contradictoria simul, tamē potest de monacho facere nō monachum, si causa rationabilis affuerit.

Ad quintū. Ad quintum dicendum, ꝙ & si votum religionis non possit commutari in melius bonum priuatum, potest tamen commutari in melius bonum commune: talis etiam conditionis posset esse ille qui vouit, ꝙ illud votum posset commutari in aliud bonum magis expediens sibi, quamuis non possit commutari in magis conueniens simpliciter.

Ad sextum. Ad sextum dicendum, quòd sicut non est inconueniens, quòd si aliquis resuscitaretur a morte corporali, aliqui essent non coniuges, quamuis ante fuerint coniuges, ita si aliquis ab illa morte, qua dicitur mori per ingressum religionis resuscitaretur: per hoc, quòd de monacho fieret non monachus auctoritate summi pontificis, non esset inconueniens, quòd aliqui essent non coniuges, qui ante coniuges fuerunt non carnaliter copulati.

Ad opposi. tā partē etiā 5. q. huius dis. Primvm argumentum ad secundam partem non bene concludit, quòd enim religiosus possit fieri episcopus, non est: quia dispensetur cum eo in voto religionis: quia vt superius ostensum est remanet ad substantialia suæ religionis obligatus, quamuis enim absoluatur ab obedientia illa, qua ante suo prælato tenebatur, tamen illam debet summo pontifici.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum solus Papa posit in votis dispensare.

Argum. 1. D. Bon. vbi sup. D. Tho. vbi sup. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia de iure argui non potest, qui a Papa non requirit dispensationẽ super illa obligatione in qua per episcopũ potest dispensari: sed vt habetur: extra: de electionibus. Venerabilẽ: inter alias rationes, quas summus pontifex allegat ad cassationem electionis Philippi, qui fuerat electus in Imperatorem: vna est quia venit contra proprium iuramentum super quo nec consilium sedis apostolicæ requisiuit, cum super iuramento Romana Ecclesia prius consuli debuisset: ergo solus Papa dispensat in iuramento, sed non minus obligat votum, quàm iuramentum: ergo solus papa potest dispensare in voto.

Secundo. Item dispẽsatio aut est iuris declaratio, aut relaxatio, sed solus papa potest ius declarare, aut relaxare: ergo solus papa potest dispensare in voto.

In oppositum. CONTRA, in multis votis dispensant episcopi, & non est præsumendum, ꝙ hoc facerẽt si nullus alius a papa posset in aliquo voto dispensare.

CONCLVSIO.

Ad summum Pontificem tantum, qui super omnes plenitudinem habet potestatis, in maioribus votis pertinet dispensare.

Responsio. RESPODEO, ꝙ in votis maioribus, cuiusmodi sunt votum continentiæ, religionis, & crucis, solus papa dispensare potest, quia in votis istis non est dispensandum, nisi propter communem ecclesiæ vtilitatem, vel aliquam magnam necessitatem, & ideò ipsorum dispẽsatio merito reseruari debuit illi ad quem ꝑtinet totius vniuersalis ecclesiæ cura. In omnibus autem alijs votis, quæ respectu prædictorum dicuntur vota minora, cuiusmodi sunt vota abstinentiæ, & peregrinationis ad sanctum Iacobum, & similia possunt episcopi dispensare: extra de voto & vo. redemptione, ca. 1. vbi dicitur, ꝙ dispensatio in votis peregrinationis pendet ex eius, qui præsidet arbitrio, per quem secundum glo. & dominum Hostiẽ. intelligitur non tantum papa, sed etiam episcopus. Inferiores autem episcopis in nullo voto dispensare possunt, nisi eis fuerit specialiter commissum, exceptis prælatis religiosorum, qui dispensare possunt in votis subditorum suorum.

Ad primũ argum. AD PRIMVM in oppsitum dicendum, ꝙ iuramentorum, quædam fiunt soli Deo, quædam etiam fiunt homini: de primis iuramentis dicendum est sicut de votis: non sic autem de alijs, quia non sic est episcopus medius inter hominem & hominem, sicut inter hominem, & Deum: papa tamen qui super omnes habet plenitudinem potestatis, potest in illis iuramentis dispensare, quando hoc requirit communis ecclesiæ vtilitas: iuramentum autẽ illud, de quo ibi decretalis loquitur, factum fuerat homini. s. filio Henrici Imperatoris, secundum glo. ibidem.

Ad secundum argum. Ad secundum argumentum dicendum, ꝙ illud argumentum procedit de dispensatione in obligatione, quæ est a iure non de illa, quæ causatur ex propria voluntate, cuiusmodi est obligatio per votum. causata.

Ad intellectum tamen minoris sciendum, ꝙ quamuis solus papa posit constituere ius canonicum, quod vniuersaliter obligat, episcopi tamen cum capellanis, & canonicis suis possunt constituere ius in episcopatibus suis, vt dicit Gotf. & habetur extra: de sent. excommunicationis. A vobis idest in glosa, & tale ius potest per alium, quàm per papam declarari, seu interpretari, & etiam relaxari.

QVAESTIO III.

Vtrum votum de nunquam petendo a domino Papa dispensationem in aliquo voto, sit obligatorium.

Ad primũ argum. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia votum de re licita est obligatorium, sed nunquam petere a domino papa dispensationem in aliquo voto est licitum, quamuis domino papæ dispensanti recalcitrare esset illicitum: ergo votum supradictum est obligatorium.

Secundo. Item iuramentum de non petẽdo illud, qđ alias repetere esset licitum est obligatorium: verbi gratia, repetere vsuras licitum est, & tamen iuramentum de non repetendo obligatorium est: extra. de iureiurando. Debitores, & cap. sequenti. & cap. Ad nostram: secundo ergo a simili quamuis petere a domino papa dispensationem in votis sit licitum, tamẽ votum de nunquam petendo est obligatorium.

In oppositum. CONTRA nullum votum factum in præiudicium domini papæ est obligatorium, sed supradictum votum esset in præiudicium domini papæ, quandoq; enim expedit, ꝙ dominus papa dispenset in votis, & est quandoque dispensatio honorifica ecclesiæ: obligare autem se ad non petendum, & inclinandum animum domini papæ ad faciendum, quod est expediens, & honorificum ecclesiæ, esset in præiudicium reuerentiæ, quæ debetur eidem: ergo votum de nunquam petendo ab eo dispensationem in aliquo voto non est obligatorium.

CONCLVSIO.

Quando dispensationem non petere animæ vouentis vtilius est, quam petere votum de nunquam petẽdo obligatorium erit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ prædictum votum nõ est

est vniuersaliter obligatorium: quia materia voti obligatorij non tantum debet esse licita: sed etiam vtilis ad salutem: quædam enim licita sunt quæ non sunt vtilia ad salutem, sed sūt indifferentia: vnde Apostol. 1. ad Cor. 6. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt, sed nunquam petere dispensationē a domino Papa non est aliquid vtile ad salutē: immo quandoque multum expedit petere, & ideo nunquam petere ab eo dispensationem prędictā non est conueniens materia voti.

Præterea, votum de non petendo illud qđ esset vtile animæ vouentis nō est obligatoriū, sed quandoque vtile est animæ illius, qui vouit, vt dispensetur in illo voto: quia quandoq; votum est illi qui vouit nimis graue ad obseruandum, ita ꝙ probabiliter timet transgressionis periculum: ergo votum de nunquam petēdo a domino Papa dispensationem in aliquo voto non est vniuersaliter obligatorium, in casu tamen in quo vtilius esset animæ vouētis talem dispensationem non petere, q̄ petere, obligatus esset ad non petendum: qa si aliqs vouet aliqđ quod in vno casu potest esse vtile ad salutem, & in alio casu inutile, obligatur ad obseruationem voti in illo casu in quo est vtile ad salutem, quamuis non est in illo casu ī quo est ad salutē inutile, nisi fuerit intentio vouentis, ꝙ si non obligat in omni casu, ꝙ obligetur in nullo.

Ad primū argum. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ materia voti non tantum debet esse licita, sed etiam vtilis ad salutem, vt in corpore q̄onis dictum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile: qa illud iuramentum fit homini, nec fit de indifferenti illi cui fit iuramentum, sed de re q̄ acceptat: votum autem prędictum fit Deo, nec fit de re, quam Deus acceptet: qa non est vtilis ad salutem, sed indifferenter se habet, vel inutilis est. Et quamuis prædicta sufficiant ad solutionem argumenti, tamen ad intellectum decretalium allegatorum in argumento dicto quod ille q iurauit non repetere vsuras actionem habet contra illum, q iurauit, vt eum liberet a iuramento: extra, de iureiur. Debitores. in glo. & sup. eo. tit. c. 1. & infra de vsur. Tuas. & si iurauit, ꝙ non inqetabit illum de relaxando iuramentum, tamen potest homo denunciare ecclesiæ, etiam si iurasset se non denunciaturum: quia tale iuramentū illicitum esset: extra de iureiur. Ad nostram. secundo. in glo. qa seruare tale iuramentum esset contra charitatem, cum vsurarius teneatur ipso iure diuino & positiuo restituere vsuras: etiam si nunquā per sententiam humani iudicij compelleretur ad restituendum: vnde non tantum ab eo potest iuste repeti, sed etiam si nunquam repetantur, restituere tenetur si potest, & si nō potest, tenetur habere voluntatem restituendi: quia aliter saluari non potest.

ARTICVLVS X.

Consequenter quæritur de vltimo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum scandalum sit dictum, vel factum minus rectum præbens alteri occasionē ruinæ.

Secundo vtrum aliqua bona sint propter scandalum vitandum omittenda.

Tertio vtrum si aliquis horrens committere aliquod factum scandali magni, quod nunquam intendit committere, voueat si illud cōmittit, se intrare ordinem Cistercensium quē non vult: sed horret intrare, & postea supradictum committit, teneatur prædictam religionem intrare.

QVAESTIO I.

Vtrum scandalum sit dictum, vel factum minus rectum præbens alteri occasionem ruinæ.

Ostendo ꝙ non: prima Pet. 1. dicitur de Christo, ꝙ factus est lapis offensionis, & petra scandali, his q offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt, & Christus nihil fecit vel dixit, minus rectum. *Arg. 1. D. Th. præsenti d. q. 2. ar. 1.*

Item Matth. 16. dicit Saluator Petro. Scandalum mihi es: sed Petrus Christo nō prębuit occasionem ruinæ. *Secundo.*

Item homines quandoq; scandalizantur ex bono: ergo scandalum non est semper dictum vel factum minus rectum. *Tertio.*

Item nullum dictum vel factum minus rectum est necessarium, sed vt habetur Matth. 18. necesse est, vt veniant scandala: ergo scandalū non est dictum vel factum minus rectum. *Quarto.*

Contra, glo. super illud Matth. 18. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te: Scandalizat, qui dicto vel facto minus recto occasionem dat ruinæ.

Item glo. super illud Numer. 31. Vlciscere prius filios Israel. Scandalum est vbi recte ambulanti deceptio ad peccādum subiicitur: sed talis deceptio non potest esse nisi per factum, vel verbum minus rectum. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Scandalum prout est scandalizantis actio, est dictum vel factum minus rectum alteri præbens occasionem ruinæ, etiam si non ruat: transumptiue, tamen & improprie dicitur.

Respon. Respondeo, scandalum dicitur a scandalon Græce, quod est offendiculum, vel offensio, vel ruina, vel impactio pedum: translatum est autem a corporalibus ad spiritualia, & sicut in corporalibus accipitur actiue. s. pro apposi-

appositione offendiculi in via ad hoc, vt ambulans impingat vel ruat, & passiue, s. pro impactione, vel ruina impingentis, vel ruentis, sic in via morum accipitur scandalum actiue, & passiue.

Primo modo est scandalizantis actio. s. dictum vel factum minus rectum alteri præbens occasionem ruinæ. Secundo modo est scandalizati passio, ipsa. s. ruina occasionata, ex dicto, vel facto minus recto.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ in verbo isto: Christus non dicitur fuisse scandalum: sed petra quam scandalum est secutum, non a petra datum, sed a malis hoībus de quibus hic loquitur acceptum: vnde fuerūt scandalizati, & scandalizantes: quia sibi ipsis occasionem ruinæ præbuerunt.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis Christus non ruerit, nec ruere possit: tamē Petrus quantum in se fuit, dedit sibi occasionem ruinæ, inquantum sibi suadebat nō subire passionem, quam subire diuina voluntas imperabat.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ bonum opus nunquam præbet alij occasionem ruinæ, quāuis quandoque hoīes mali viso, opere bono, sibi ipsis præbeant occasionem ruinæ.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis nullum dictum, vel factum minus rectum sit necessarium necessitate absoluta in particulari, est tamen necessarium necessitate conditionata, & in vniuersali, & sic scandalum necessarium est necessitate conditionata, vnde glosa interlinearis super illud. Necesse est, vt veniant scandala: dicit vt qui probati sunt meliores fiāt: est etiam necessarium in vniuersali, sicut peccatum veniale est necessarium in vniuersali, non tamen in particulari, vt in 2. lib. ostensū est: scandalum enim non semper est peccatū mortale, sed quandoque veniale, vnde & ruina posita in diffinitione scandali large accipitur. s. pro ruina, vel dispositione ad ruinam: vnde & in Græco scandalum, non tantum significat ruinam, sed etiam impactionem pedum: q̄ ad ruinam est dispositio, quamuis non necessaria: non omnis qui impingit pedibus ruit: quia tamen principalius inuenitur ratio scandali in scandalo, quod est peccatum mortale: ideo glo. super illud Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum de his pusillis, qui in me credūt expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris dicit. Multo melius est pro culpa breuem suscipere pœnam, q̄ ęternis seruari cruciatibus, qđ de scandalo quod est veniale peccatum intelligi non potest.

Ad oppositum. Argumēta ad partem aliam procedunt de scandalo actiuo, quamuis in eius descriptione exprimatur passiuum scandalum in obliquo.

QVAESTIO II.

Vtrum aliqua bona sint propter scandalum vitandum omittenda.

Primum argumētum. ET VIDETVR, ꝙ non: in moralibus bonum principalis est, quam verum, sed sicut dicit glo. super illud Matth. 18. Qui scandalizauerit, &c. pro scandalo veritas relinqui non debet, & extra: de regulis iuris. Qui scandalizauerit. Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur: ergo multo minus dimittēdū est bonum, propter vitandum scandalum. *D. Bo præsen. ci. q. 2. ar. 4.*

Secundo. Item secundum Aposto. ad Rom. 3. Nō sūt facienda mala, vt veniant bona: ergo a simili non sunt omittenda bona vt veniant mala.

Tertio. Item si aliquod bonum deberet dimitti ꝑpter scandalum vitandū, hoc maxime esset tēporale bonum, sed temporalia bona non sunt omittenda propter vitandum scandalum: vnde gloriosus martyr beatus Thomas non omisit repetere temporalia bona ad vitandū scandalum regis Anglorum: ergo videtur, ꝙ nullum bonum sit omittendum, propter vitandū scandalum.

In oppositum. CONTRA, propter scandalum, quandoq; est omittendum quod de iure esset faciēdum, decre. di. 51. Aliquantos sed quod de iure faciendum est, bonum est: ergo aliquando est omittendum bonum, propter scandalum vitandum.

Secundo. Item Apostolus 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum: ergo saltem bonum temporale omittendum est ad vitandum scandalum.

CONCLVSIO.

Bona supererogationis, sunt quandoque ad tempus intermittenda ad scandalum proximi ex infirmitate, vel ignorantia scandalizati vitandum, quousque instruetur diligenter, Opera vero indifferentia, si quis, ex istis mortaliter scandalizetur præcepto sunt omittenda quousq; tali fuerit ostensum quod ex hoc scandalizari non debet.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ qō rationabiliter intelligi non potest de scandalo actiuo, quia ꝑ omissionem boni, non vitat homo in seipso verbum, vel factum minus rectum: quia nec operatio boni est in operante occasio dicti, vel facti minus recti: est ergo intelligenda de scandalo passiuo sub hoc sensu. s. vtrum aliquis teneatur omittere bonum opus ne proximus scandalizetur.

Ad cuius veritatis intelligentiam sciendū, quod bonorum operum, quædam sunt necessaria ad salutem, vt opera præceptorum, quędam supererogationis, vt opera consiliorum: quædam sunt indifferentia ex genere, vt come-

medere carnes: bibere vinum, temporalia modo licito acquirere, acquisita custodire, debita repetere, & sic de alijs. Scandalum etiam proximi oriri potest in ipso ex sua malitia, vel infirmitate, vel ignorantia. Opera necessaria ad salutem non sunt omittenda ad vitandum proximi scandalum ex quacunque radice proueniat, quia nullus debet omittere salutem propriam ad vitandum proximi damnationem: quia magis tenetur quilibet diligere seipsum, quàm alterum, secundum ordinem charitatis. Nullum etiam opus bonum omittẽdum est ad vitandum scandalum proximi proueniens ex malitia, ne per hoc volentibus malitiose impedire opera bona, & exercere mala, daretur occasio malignandi. Opera vero supererogationis, quamuis non sint simpliciter, & ex toto omittenda propter quodcunque proximi scandalum, tamen quandoque ad tempus sunt intermittenda, ad vitandum scandalum proueniens ex infirmitate, vel ignorantia, quousque scilicet adhibeatur sufficiens diligentia, ad hoc vt ignorans instruatur, & infirmus aliquo modo confortetur, vt non de bono opere scandalum sibi sumat, nec hac de causa bonum supererogationis intermittens ad tẽpus merito suo præiudicat: quia sic opus supererogationis intermittere meretur æquale prẽmiũ præmio debito operi supererogationis, quod omittit, vel maius: quia talis omissio nihil diminuit de perfectione charitatis: sed magis disponit ad augmentum. Opera vero indifferentia ex genere, quorum omissio nulli alij præiudicat, nisi operãri, & etiam in temporalibus tantum, omittenda sunt ad vitandum scandalum proximi proueniens ex infirmitate, vel ignorantia, quando probabiliter apparet, ꝙ nisi opus tale omittatur proximus scandalizabitur, & si probabile est, ꝙ scandalizetur mortaliter, tunc omissio illius operis est in præcepto: si autem probabile est, ꝙ non scandalizetur, nisi venialiter tunc omissio illius operis est in consilio, postquam tamẽ proximo est ostensum, ꝙ ex tali opere scandalizari nõ debet, & debito modo suasum, vt non scandalizetur non tenetur homo omittere illud opus propter proximi scandalum vitandum: quia si post talem instructionem, & suasionem scandalizetur, iam proprie illud scandalum non tam proueniret ex infirmitate, vel ignorãtia, quàm ex malitia, & sicut superius dictum est nullum opus ad vitandum scandalum proximi ex malitia proueniens est omittendum.

Ad primũ argum. Ad Primvm ergo in oppositum dicendum, ꝙ procedit de veritate, cuius locutio, vel operatio necessaria est ad salutem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia operatio mali culpæ non potest esse bona: sed omissio boni supererogationis, vel indifferentis in aliquo casu põtest esse bona, vt in quæstione visum est.

Ad tertium dicendum, ꝙ omissio repetitionis temporalium bonorũ, quæ repetebat beatus Thomas non tantum fuisset in p̃iudicium suum: sed etiam ecclesiæ, cuius erat pastor, & cuius bonorum erat amministrator, scandalũ etiam regis Anglorum proueniebat ex malitia: quia sufficienter gloriosus martyr diligentiam apposuit ad edocendum illum regem, & suadendum ei, vt non deberet scandalizari. *Ad tertium.*

Ad Primvm ad partem aliam, dicendũ ꝙ aliquando aliquid de iure esset faciendum, si non sequeretur scandalum, quod de iure est omittendum, si ad hoc scandalum sequi probabiliter præsumatur. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ ibi Apostolus loquitur de omissione cibi suspecti. vnde illud capitulum incipit de his, quæ idolis immolantur: a comestione autem talis cibi, hõ tenetur abstinere, quando probabiliter præsumit, ꝙ proximus suus suspicatur, ꝙ illum cibum comedat ad venerationem idoli: alias etiam teneretur homo abstinere a cibo licito ad tẽpus propter scandalum proximi, sicut de bonis alijs indifferentibus in q̃one dictum est. *Ad secundum.*

QVAESTIO III.

Vtrum si aliquis horrens committere aliquod factũ scandali magni, quod nunquam intendit committere, voueat si illud committat, se intrare religionem Cisterciensium, quam non vult: sed horret intrare, & postea supradictum factum committit, teneatur prædictam religionem intrare.

Argum. 1. Et Videtvr, ꝙ non: quia magis obligatur vouens ad implẽdum votum, si consequatur illum finem propter quẽ vouit, quàm si eueniat turpis cõditio sub qua vouit, & quam euenire nolebat cum vouit, sed ille qui votum supradictũ fecit, propter hunc finem, s. vt non committeret illud scandalum, quod horrebat, & turpem conditionem, quã in suo voto posuit, euenire nolebat, cum ergo si illud scandalum non cõmisisset illam religionem non teneretur ingredi, multo minus tenetur ad hoc, propter impletionem conditionis factæ.

Item vouens sub aliqua turpi conditione, quam desiderat impleri extante illa conditione obligatur ad faciendum quod vouit: ergo per locum a contrarijs vouens aliquid sub aliqua turpi conditione non obligatur ad faciẽdum quod vouit.

Item omne votum est respectu alicuius voliti ratione appositæ conditionis, sed in prẽdicto voto illud quod vouit non fuit volitum ratione sui, nec ratione conditionis appositæ: quia conditio volita non fuit, cum vouens, quando vouit nollet eam euenire: ergo prædictum votum nullum fuit.

Con

In opposi-tum. CONTRA, omne votum sub conditione factum tenet extante conditione: sed iste vouit intrare prædictam religionem si prædictũ factum committeret: cum ergo quando illud scandalum commisit, impleta fuerit conditio sub qua prædictam religionem intrare promisit eam, intrare tenetur.

CONCLVSIO.

Proculdubio religionem illam intrare tenetur: Nam istiusmodi votum, ratione boni finis est obligatorium.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ si impleatur conditio, ille qui fecit votum supradictum prædictam religionem intrare tenetur, quia votum sub conditione factum de re bona, & propter bonum finem quem vouens intendit consequi, per executionem illius boni, quod vouit, est obligatorium extante apposita conditione, & hoc siue illa conditio sit bona siue mala: siue vouens illam malam conditionem velit impleri, vt cum quis volens cõcumbere cum muliere, vouet coram ea religionem intrare: si sibi consenserit in illo malo facto: siue nolit eã impleri, vt in proposita quæstione: quamuis enim conditio non sit volita a vouente dum vouet: nec etiam velit absolute religionem intrare: immo horret: tamen potest velle vnum sub alterius conditione: non enim est inconueniens, ꝙ duorum: quorum neutrum est volitũ absolute: vnum sit volitum in aliqua relatione ad aliud.

Ad primũ argum. Voti. duplex finis. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ duplex est finis voti. vnus quem intẽdit vouens assequi mediãte executione sui voti, qui finis in voto proposito est expiatio peccatorum, quam vouens intendit consequi per executionem voti, quæ est religionem bona intẽtione ingredi. Alius finis est quem vouens intendit per suam obligationem immediate cõsequi: qui finis in proposito voto est præseruatio a commissione facti scandali magni. de primo fine non potest intelligi maior argumenti, quia consecutio illius præsupponit impletionem voti: sed loquendo de fine secũdo: dico maiorem esse falsam: quandoque tamen ille finis est conditio apposita, siue bona siue mala.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non valet consequentiæ forma: sed sic debet argui. si aliquis vouet aliquid sub aliqua turpi conditione, quam impleri non desiderat, illa extante obligatur: ergo vouens aliquid sub turpi conditione, quam impleri non desiderat, si illa conditio non impletur non obligatur.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis vouens non voluerit absolute illud quod vouit: nec etiam ipsam conditionem: tamen voluit illud quod vouit sub conditione, & pro tanto potest dicit, quòd illud voluit ratione conditionis, & hoc satis in corpore quæstionis declaratum est.

CIRCA litteram. Priuatum est in abscondito factum. hic per factum in abscondito intelligas, quod sine solennitate factum est. etiam si factum sit cum multis testibus. Solemne in conspectu ecclesiæ factum. hic per factum in conspectu ecclesiæ intelligas votum factum cum solemnitate. Per susceptionem sacri ordinis, vel professionem in religione, seu per assumptionem habitus professorum. vbi distinguitur ab habitu nouitiorum. Solemne violare peccatum, & scandalum. non est intelligẽdum, quòd semper sint duo peccata, quia scandalum non semper est speciale peccatũ: sed frequenter est circunstantia peccatum aggrauans. Probari non potest, quod occulte actum est. ista non est sufficiens ratio quare cõtrahentes post simplex votum continentiæ nõ sunt separandi, quia si probari posset non propter hoc dirimeretur matrimonium iam contractum: sed prohiberentur contrahere. Quibus non solum nubere: sed etiam, vel damnabile est. quamuis hoc dicatur hic de illis qui solemniter continentiam vouerunt: tamen hoc etiam verum est de illis qui fecerunt simplex continentiæ votum: quamuis tales volendo nubere minus peccent, quam alij. Eas arcendas redire ad propositum. homo intelligendum est de illis qui fecerunt solemne continentiæ votum. Secundum in pęnis tenet locum scilicet quantum ad lapidationis pęnam in veteri lege. lex enim primo, & principaliter præcipiebat lapidari blasphemantem Deum. de quo habetur Leuit. 24. deinde adulterum, vel adulteram. de qua habetur Deute. 22. Hoc execrabiliter fit in meretrice, & execrabilius fit in vxore, quia quo ad vsum cõtra naturam non est vxor viro concessa, & magis tenetur vir cauere malum vxoris, quam alterius mulieris, & ideo cum ad vsum contra naturam nulla mulier viro sit concessa, plus peccat vir in vtendo contra naturam vxore propria, quam meretrice. Incipit excusari per obiectiuam. hoc quod dicit ibi Magister non tenetur quia ex quo scit suam legitimam vxorem viuere: quamuis hoc apud ecclesiam probari non possit potius debet excommunicationis sentẽtiam humiliter sustinere, quam carnaliter cognoscere illam, quam habet de facto quantumcunque illa exigeret. extra de sententia excommunicationis. Inquisitioni.

Con-

De impedimentis, quæ faciunt omnino illegitimam personam ad contrahendum matrimonium, quod contingit ex cultus disparitate.

DISTINCTIO XXXIX.



POST hæc de dispari cultu videndum est: hæc est enim vna de causis quibus personæ illegitimæ fiũt ad contrahendum matrimonium. Non enim licet Christiano cum Gentili vel Iudæa inire coniugiũ, quia etiam in veteri testamento prohibitum est, fideles viros infideles ducere vxores: Domino dicente, Non accipias vxores de filiabus alienigenarum filijs tuis, ne traducant eos post Deos suos. Iuxta hoc Domini præceptum Iudæorum coniugia cum alienigenis inita Esdras separauit. Hoc idem etiam in nouo testamento seruatur. Vnde Augustin. (Ne nubat fœmina nisi suæ religionis viro: vel ne vir talem ducat vxorem. Id enim, vt dicis, iubet Dominus, docet Apostolus, vtrumque præcipit testamentum. Item Ambros. Caue Christiane Gentili, vel Iudæo filiam tuam tradere: Caue ne Gentilem, vel Iudæam, vel alienigenam id est hæreticam, & omnem alienam à fide tua, vxorẽ accersas tibi. Item, Si quis Iudæa, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano carnali consortio misceatur, quicunque tantum nefas admiserit, à Christiano cœtu protinus segregetur. Ex his alijsque pluribus testimonijs apparet, non posse contrahi coniugium ab his qui sunt diuersæ religionis, & fidei.

Exod. 34 d Deut. 7. a 1. Esd. 10. a Lib. 1 de adul. coniu cap. 21 sed Bolletij uerba sunt nõ Aug. Exo. 34. d 1. Co. 7 c Li de Abraham patriarcha c. 9. Et 28. q. 1. c. Caue 28. q. 1. sed ubi sic legitur, Si quis iudaica pranitati coniugali societate iungitur, siue 1. Cor. 7. b

De coniugio fidelis, & infidelis, & duorum infidelium.

Lib. 1. de adul. cõiu. c. 21 Et 28 q. 1. ca. Sic enim.

Huic autem videtur obuiare, quod Apostolus ait de imparibus coniugijs, Ego dico non, Dominus, Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si quæ mulier, &c. Sed aliud hoc esse, aliud illud, euidenter ostendit Aug. Ibi enim agitur de illis coniugijs fidelium, & infidelium, quæ contrahuntur ab eis in dispari religione, & in fide manentibus. Apostolus verò agit de illis qui vnius eiusdemq; infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: sed cum venisset Euangelium, alter sine altera credidit. Intelligisne quid dicam? Attende, vt rem ipsam diligentius explanẽ: Ecce coniuges duo vnius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: nulla de his quæstio est, quæ pertineat ad illud præceptum veteris, & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, & ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc quales coniuncti sunt: venitq; Euangelij prædicator: credit eorum vnus, vel vna, sed ita vt infidelis cum fideli habitare cõsentiat non iubet Dominus vt fidelis infidelem dimittat, taliter coniunctum. Nec Apostolus iubet, vt non dimittat, sed consulit, vt si quis aliter agat, non sit transgressor sicut & de virginibus consulit. Monet autem quod est lucrandi occasio, cùm possit licitè relinquere, sed non expedit. Tunc enim non expedit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed ipsius vsus alijs adfert impedimentum salutis: sicut discessio fidelis ab infideli, quam non prohibet Dominus, quia coram illo non est iniusta: sed Apostolus ne fiat, consilio charitatis suadet, vt nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilij voluntate liberè faciat. Ex his monstratur, inter infideles coniugium esse, & consilium Apostoli non obuiare præcepto Domini, quo iubet fidelem non iungi infideli, & si cõiuncti fuerint, separari. Legitur enim, ꝙ Esdras propheta, imò Dominus per eum iussit Israelitis vxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos: non illæ per maritos acquirebantur Deo. Rectè hoc præcepit, quia per Moysen iusserat Dominus ne quis vxorem alienigenã duceret. Meritò ergo quas duxerant Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt, quia, vt ait Ambro. Non est putandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est; sed cum cognoscitur, emendandum, vt quando fidelis infideli copulatur. Sed vt ait August. Cum cœpisset Gentibus Euangelium prædicari, iam coniunctos Gentiles Gentilibus comperit coniugibus: ex quibus si non ambo crederent, sed vnus vel vna, & infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere. Et infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nec vera eius pudicitia cum coniuge dici potest, quia omne, quod non est ex fide peccatum est, quamuis veram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quæ non habet veram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussionem Domini Gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiam, fideli infidelem dimittere: sed licitum non erat faciendum, propter liberam beneuolẽtiam. Euidenter apparet, & inter infideles cõiugium esse, & Apostolum de illis agere qui in infidelitate coniuncti fuerunt, & post alter ad fidem conuersus est: cum quo etiam infidelis habitare consensit, & hunc non dimittere fideli consulit Apostolus, quia fortè per fidelem saluabitur infidelis.

Aug de serm. do in monte, li 1 c. 27 I 12 li 1. de adul. con. cap. 13. Ibid c. 18. Et 28 q. 1. cap. Sic n.

1. Cor 7.

Aug lib. 1. de adul. cõiu. cap 18. 1. Esd. 10. e Exod 34. Deut. 7. Ambr super 1. ad Cor 7. Et 28. q 1. ca. Quod autem August li. & c. ijsdem Et 28 q 1. c. Sic enim neq; Mat. 19 b

Nõ ueram esse pudicitiam infidelis etiam cũ fideli.

Rom. 14 d Au. li. c 17

De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniux.

Potest tamen licitè dimittere: quia in infideli est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. Causam enim fornicationis Dominus excepit. Fornicationem verò generalẽ, & vniuersalem intelligere cogimur, non modo scilicet corporalem, sed & spiritualem: de qua Augustinus ait, idololatria, & qualibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis vxorem dimitti, sed non iussit, & sic dedit Apostolo locum monendi, vt qui voluerit non dimittat: potest tamen licitè dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quantò magis fornicatio mentis, id est, infidelitas.

In glos. ad illud 1. Cor. 7. Si quis frater uxo. Ex sententia Aug. lib. 1. de ser. dom. in monte, c. 28. ibi cap 27 Et 28. q. 1. c Idololatria

Pro quibus vitiis possit dimitti.

Si

Si autem quæris, an propter aliud vitium, nisi propter infidelitatem, vel idololatriam, possit dimitti; attende quid Aug. ait: Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria; non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias, non tantùm, quæ in stupris cum alienis uiris, vel fœminis committuntur, sed ob quaslibet, quæ animam à lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè corrumpi, possit sine crimine, & vir vxorem suam dimittere, & vxor virum. Item, Rectissimè dimittitur, si viro suo dicat, Non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, vel, nisi solita lenocinia exerceas: aut si quid aliud facinorosum, vel flagitiosum à viro suo expetat. Tunc ille, si veraciter pœnitens est, habetq; fidem per dilectionem operantem, membrum, quod eum scandalizat, amputabit. Ex his apparet, quod non solum infidelitas, sed etiã quælibet concupiscentia, quæ perniciosè turpiterq; corrumpit, fornicatio spiritualis est, per quam vir vxorem, vel vxor virum dimittere potest. Consulit tamẽ Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare, nec à Deo reuocare.

Ibi. ca 28. Et 28 q 1 ca. Idolola tria. — Aug in li de fide, & operibus, c. 16 Et 28. q. 1. ca. Vxor legitima. — 1. Cor 7.

Si fideli liceat aliam ducere, infideli discedente, vel dimissa.

Hic quæritur, si fidelis dimittat infidelem, vel infidelis à fideli discedat, an liceat fideli aliam ducere. Videtur authoritas testari, quod illa viuente alteram ducere non valeat. Amb. enim verba Apostoli exponens ait, Alioquin si disceditis ab inuicem, & volentes cohabitare dimittitis, & alijs vos copulatis, adulteri estis, & filij vestri qui de hac copula nascũtur, immundi, id est spurij sunt. Item, Si quis habuerit vxorem virginem ante baptismum: viuente illa post baptismum alteram habere nõ potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia.

Consule 28. quæst. 2. — In 1. Co. c. 7 — 28 q 2. ca. Si quis Ex dic. Meldi.

Quæ præmissis contraria videntur.

Sed contra Amb. testatur: Si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat. Non enim est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, quia non debetur reuerentia coniugij ei qui horret autorem coniugij. Non est enim ratum matrimonium, quod sine deuotione Dei est, & ideo non est peccatum ei qui dimittitur propter Deum, si alij se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eũ qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium: nec est seruanda ei fides coniugi, qui ideo recessit, ne audiret Christum esse Deum Christianorum coniugiorum. Si verò ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium.

1. Corin. 7. Non. n. seruit. — Illud addit ille in eundem locum

Determinatio.

Attende hæc prædictis contraria posse videri, ita vt sibi Ambrosius contradicere videatur. sed distinguendum est hic, aliud esse dimittere volentem cohabitare, aliud dimitti propter Deum ab illo qui horret nomen Christi. Ibi lex beneuolentiæ non seruatur hic veritas custoditur. Et ideo cùm liceat dimittere volentem cohabitare, non tamen ea viuente aliã ducere licet. Discedentem vero sequi non oportet. & ea viuente aliam ducere licet, sed hoc non est intelligendum nisi de his qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem vterq; conuersus est, vel si vterq; fidelis matrimonio coniunctus est, & post alter eorum à fide discesserit, & odio fidei coniugem reliquerit; dimissus discedentem non comitabitur, nec tamen illa viuente alteram ducere poterit, quia inter eos fuerat ratum coniugium, quod non potest dissolui.

28 q. 2. Si infid. para. hic ding.

Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, & quare.

Sunt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse cõiugium, quia nec rata, nec legitima est eorum copula. Rata non est, quia solui potest: nec legitima, quia Apost. ait, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Eorum autem coniunctio non est ex fide, & ideo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum est. August. etiam dicit, quia non est vera pudicitia infidelis cum fideli) Sed vera negatur esse pudicitia, nõ quòd infidelium coniugium non sit verum, sed quia non habet illud triplex bonum, quod excusat coitũ, & meretur premium. Item illud Apostoli, Omne quod non est ex fide, peccatum est, non ita intelligendum est, vt quicquid fit ab infidelibus, peccatum sit: sed omne, quod fit contra fidem, id est conscientiam, malè fit, & ad gehennam ædificat. Vel in omni eo quod infidelis facit, peccat; non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit quo debet, non referens ad debitum finem.

28 q. 1. in principio. — Rom. 14 — d Aug lib. de adul cõ. in c. 18 Et 28 q 1. ca. Sic enim.

Quod legitimum sit coniugium infideliũ, sed non ratum, & quare.

Copula ergo maritalis, quæ est inter infideles, cõiugium est legitimum, sed non ratum. Legitimum, quia est inter legitimas personas: sed nõ ratum, quia sine fide. Coniugium verò fidelium est legitimum, & ratum, si tamen legitimæ sunt personæ. Quod autem legitima sit infidelium coniunctio August. testatur dicens, Vxor legitima societate coniuncta, sine vlla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit. Ex hoc etiam probatur, quòd infideli ad fidem conuerso Apostolus consulit infidelem non dimittere, quod non faceret, si non esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus, non cõtra iussionem Domini contrahitur.

Lib de fide & oper. c. 16 Et 28. q 1. c Vxor legitima. — 1 Cor 7.

DISTINCTIO XXXIX.



SVPERIVS determinauit Magister de impedimentis, quæ faciunt personam illegitimã ad contrahendum cum quacunque persona. Hic determinat de impedimentis, quæ faciunt personam illegitimam ad contrahendũ non cum quacunque persona sed cum aliqua.

Et diuiditur in partes quatuor.

Primo determinat de impedimento disparis cultus.

Secun-

Secundo de impedimento consanguinitatis.di.sequenti.ibi.(Nunc superest.)

Tertio de impedimento affinitatis. dis.41. Nunc de affinitate.

Quarto de impedimento cognationis spiritualis,& legalis.di.42.ibi. (De parētalium.)

Prima in quatuor.

Primo determinat hanc quęstionem: vtrum fidelis cum infideli possit contrahere.

Secundo an duorum infidelium coniugatorum alter conuersus ad fidem possit non conuersum dimittere.ibi.(Potest tamen.

Tertia an conuersus possit aliud matrimonium contrahere. ibi. (Hic quæritur.)

Textus partitio.

Quarto vtrum inter infideles sit cōiugium legitimum. ibi.(Sunt tamen.

Prima in duas.

Primo determinat veritatem.

Secundo soluit contrariam obiectionem. ibi.(Hic autem.

Illa pars quæ ibi incipit.Potest autem diuiditur in duas.

Primo ostendit,ꝙ duorum infidelium coniugatorum conuersus ad fidem potest dimittere non conuersum.

Secundo inquirit vtrum propter aliud vitiū possit cōiunx dimitti. ibi. (Si autem.)

Illa pars quæ ibi incipit. Hic quæritur. diuiditur in duas.

Primo ostendit,ꝙ fidelis dimittens non cōuersum volentem tamen cohabitare non potest aliud matrimonium contrahere alio viuente.

Secundo ostendit, ꝙ si non conuersus non vult cohabitare cum conuerso,conuersus potest aliud matrimonium contrahere.ibi. (Sed econuerso.

Illa pars quæ ibi incipit.Sunt tamen diuiditur in duas.

Primo remouet falsitatem.

Secundo confirmat veritatem.ibi. Copula igitur.

CIRCA hanc distin. quærendum est principaliter de duobus.

Primo de infidelium coniugio.

Secundo de ipsorum diuortio.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA, primum quæruntur tria.

Primo vtrum fidelis cum infideli possit contrahere.

Secundo vtrum inter infideles possit esse matrimonium legitimum.

Tertio vtrum tale matrimonium excuset eorum carnalem concubitum.

QVAESTIO I.

Vtrum, ꝙ fidelis possit contrahere cū infideli,

Argum. 1. D Bon præsenti distin. ar.1. q.1.



STENDO, ꝙ sic: quia Ioseph cum Egyptia contraxit, vt habetur Gen. 41.& Moyses cū ethyopissa. de quo habetur numerorum. 12. nec tamen prædicti fideles pro illis matrimoniis reprehensi sunt in scriptura.

Sed præ... di q... Secunda.

Item peior est apostatans a fide, quam ille qui nunquam fidem suscepit, vt habetur.2.Pe. 2.sed si fidelis contrahit cum illo qui apostatauit a fide nō dirimitur matrimonium: ergo multo fortius potest esse matrimonium inter fidelem,& illum qui nūquam suscepit fidem.

In opposi tum.

CONTRA, Esdræ.1.c.9.& 10.habetur, ꝙ præcepit Esdras filijs Israel dimittere vxores alienigenas:quas in matrimonium duxerant.

Secundo.

Item,vt habetur Deut.7.præcepit dominus filiis Israel,ꝙ cum amorreis:cananeis:pherezeis,ęueis,& hiebuseis non sociarent cōiugia.

Tertio.

Item non est communicandum cum infidelibus.2.Ioan.3.nec aue eis dixeritis:sed coniuges simul communicant: ergo fidelis non debet matrimonium contrahere cum infideli.

CONCLVSIO.

Cum eo qui baptismi sacramentum non suscepit fidelis contrahere non potest. Et si de facto contrahat matrimonium dirimendum est.Ecclesia enim ad hoc fidelem illegitimauit.

Responsio. In lege naturæ fideli cum infideli passi contrahere licuisse in scripta cum quibusdam dumtaxat modo aut cum nulla.

RESPONDEO, ꝙ ante legem scriptam licebat fideli contrahere cum infideli, quia nulla lege prohibebatur, vt bene ostendit primum argumentum ad partem primam. Tempore vero legis scriptæ prohibitum fuit filiis Israel contrahere cum cananeis propter eorum peruersitatem,& obstinationem, & ne cōiunx infidelis peruerteret fidelem.non autem prohibitum fuit contrahere cum alijs infidelibus.vnde Hester contraxit cum assuero, vt habetur Hester secundo modo autem non licet alicui fideli contrahere cum infideli, qui fidei sacramentum non suscepit, vt ostendunt auctoritates quas adducit Magister huius di. c.1.vnde si de facto contrahat matrimonium dirimendum est.Cuius rationem assignant aliqui, quoniam in tali matrimonio, & si esset bonum fidei ad hominem:non tamen ad Deū ex parte coniugis infidelis.nec esset ibi etiam bonum prolis, quia infidelis conaretur educare prolem non ad cultum Dei: sed ad contrarium.Sed hæc ratio est insufficiens, quia hæc omnia dici possent de matrimonio contracto inter fidelem, & hæreticum qui suscepit fidei sacramentum,& tamen quamuis fidelis contrahens cum hæretico peccet: matrimonium tamen contractum non est dirimendum.

Dicendum: ergo, ꝙ ratio quare non tenet matrimonium contractum inter fidelem, & infidelem,qui sacramentum baptismi non suscepit est,quia iura reddunt fidelem esse personam illegitimam ad contrahendum cum in fideli prædicto. vnde dicitur.28.q.1.Sic enim vltra medium,ꝙ non nisi eiusdem religionis, & fidei maneant copulata coniugia.simile habetur.eo.q. Caue. huius autem constitutionis fuit ratio,congrua,quia non deceret Christianum contrahere matrimoniū: in quo nō esset

ratio

ratio sacramenti:sed in prędicto matrimonio ratio sacramenti non esset, quia non posset habere sacramenti rationem ex parte coniugis vnius,& non habere ex parte alterius. Ille autem qui sacramentum baptismi non suscepit nullum alium sacramentum suscipere potest: vt superius ostensum est:quapropter non teneret matrimonium contractum inter ipsum, & baptizatum:etiam si omnes articulos fidei crederet.dicitur.nu.28.q.1. Caue, & sumptum est ab Amb.in lib.de patriarchis.si Christiana sit: idest cathetizata secundum glo. non est satis nisi ambo initiati sint sacramento baptismatis.

Extra de prob. non bap.c.1.

Ad primum. Ad Primvm in oppositum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd non redditur fidelis persona illegitima ad contrahendum cum infideli propter infidelitatis peccatum,quia tunc magis esset persona illegitima ad contrahendum cum hæretico, & esset persona legitima ad contrahēdum cum fideli nō baptizato,quod falsum est: sed est ratio, quia non suscepit sacramētum baptismi, quod omnium aliorum sacramentorum ianua est.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam gratia principalis conclusionis possunt cōcedi, quia tamē tertium concludit,ꝙ nullo modo sit communicandum cum infidelibus: ideo dicendum, ꝙ ecclesia prohibet fideles communicare cū infidelibus propter cautelam fidelium,& quādoque etiam in pęnam fidelium. Pro prima causa inhibet communionem fidelium cū quibuscunq; infidelibus,siue paganis siue iudæis siue hæreticis siue apostatis: sed in hoc distinguendum est secundum diuersas conditiones personarum, & negociorum, & temporum, quia si fideles sint firmi,& docti in fide,ita, ꝙ ex eorum communione cum infidelibus magis probabiliter,possit sperari infideliū correctio, quam fidelium peruersio, licitum est eis communicare cum infidelibus paganis, vel iudæis:maximè si vrgeat necessitas.si autē fideles sint simplices,vel infirmi in fide:ita vt probabiliter timeri possit de eorum peruersione:ideo prohibendi sunt communicare cū infidelibus quibuscunque:maxime ne magnā familiaritatem habeant cum eis, vel ne communicent cum eis:nisi in necessitate. vnde gl. super illud secundæ epistolæ. Ioā.Nolite eum recipere in domum. dicit. Ne dum hospitales esse velitis,per mala eorum colloquia, vestri boni mores corrumpātur.Fideles autem prohibentur communicare cum hæreticis,& apostatis maxime in pęnam eorum. vnde & tales infideles excōmunicat ecclesia, quia cum receperint fidei sacramentum ecclesia non tantum habet iudicare eos iudicio temporali:sed etiam spirituali,& talibus non debet dici aue. vnde glo. super illud secundæ Io. neque aue. &c.dicit,ꝙ videtur signum consensus erroris hoc enim dicimus amicis quorum opera nobis placent.

Extra de he. vt excommunicamus, & 1. & secundo

Qvaestio II.

Vtrum inter infideles posit esse matrimonium legitimum.

Arg. 1. D Bon. præsenti dist. ar 1.q.2. Sco præsenti di q vn. D Tho præsenti disti. q un. ar.2.

Et Videtvr, ꝙ non: quia matrimonium legitimum indissolubile est.dicitur enim Mat.19. Quos Deus coniunxit homo nō separet;sed matrimonium infidelium dissolubile est per conuersionem alterius ad fidem altero remanente in infidelitate,vt inferius ostendetur: ergo inter infideles matrimonium legitimum esse non potest.

Secundo. Item matrimonium contractum inter infideles magis est contra bonum prolis, & fidei, quam contractum inter fidelem, & infidelem.sed contractum inter fidelem, & infidelem non potest esse legitimum.ergo multo minus inter infideles potest esse legitimum.

In oppositum. Contra, Magister huius dist.c.vl. dicit ꝙ copula maritalis, quæ est inter infideles, cōiugium est legitimum.

Conclvsio.

Potest inter infideles legitimum matrimonium fore,præsertim,cum nec lege naturæ, nec diuina matrimonialiter copulari prohibeantur; Illud tamen non erit ratum imo nec sacramentum.

Responsio. Triplex cōiugium. Respondeo, secūdum, ꝙ habetur.28. q.1.Si quis iudaicæ.§. Item illum. quoddā est coniugium legitimum,& non ratum, quoddā ratum,& non legitimum. quoddam legitimū, & ratum.Legitimum, & non ratum est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus cōtrahitur,quod tamen separabile est.Ratum,& non legitimum est matrimonium contractum inter fideles,qui sacramentum baptismi susceperunt contemptis solemnitatibus,quæ debēt adhiberi secundum consuetudinem ecclesiæ, & patriæ morem,vt matrimonium clandestinum.Ratum est,quia inseparabile est. Illegitimum est propter contemptum solemnitatis, quæ secundum legem,& patriæ morem adhiberi debet.Legitimum, & ratum est contractū inter fideles qui sacramentum baptismi susceperunt,& non sunt personæ illegitimæ ad contrahendum, & solemnitates debitas secūdum constitutionem ecclesiæ, & morē patriæ adhibuerunt.Dico ergo,ꝙ inter infideles non potest esse matrimonium ratum, quia vt ostēsum est in arguendo tale matrimonium separabile est per alterius conuersionem ad fidem altero in infidelitate remanente:sed inter eos potest esse matrimonium legitimum,quia nec lege naturæ nec lege diuina prohibentur matrimonialiter copulari, nec per aliquam constitutionem ecclesiæ,quam secundum Apostolū primæ Corin.5. ecclesia non iudicat de his, quæ foris sunt:quamuis autem illud matrimonium non sit sacramentum cum sit separabile: quia nullum sacramentum ante baptismum

suscipi

suscipi potest: tamen est in officium naturæ, & quoddam fœdus societatis humanæ.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior est vera nisi intelligatur de matrimonio legitimo, & rato.

Vel potest dici, ꝙ cum illud matrimonium separatur per conuersionem alterius ad fidẽ: non separatur ab homine sed a Deo: Deus autem separare potest quos coniunxit: quamuis hoc non possit homo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non valet, quia ecclesia potest fidelem reddere illegitimum ad contrahendum cum infideli, quia de quolibet fideli iudicari potest: sed illos qui nunquam sacramentum fidei susceperunt non iudicat, & ideo infideles reddere illegitimos ad contrahendum inter se ad ipsam nõ pertinet.

QVAESTIO III.

Vtrum matrimonium contractum inter infideles excuset eorum carnalem concubitum.

Arg. 1. D Bon. ubi supra q 3. Sco. ibidem q. vn. ET VIDETVR, ꝙ non: quia vt habetur. 28. q. 1. Sic enim prope principium, & recitat Magister. in littera. c. vl. non est vera pudicitia infidelis cum infideli coniuge: ergo tale matrimonium non excusat carnalem concubitum.

Secundo. Item carnalis concubitus non excusatur nisi per bona matrimonij, quæ non sunt in matrimonio infidelium. ibi enim non est bonum sacramẽti, quia est separabile: nec prolis, quia non educitur ad cultum Dei, nec fidei, quia non seruatur in eo fides homini propter Deũ ergo tale matrimonium carnalem cõcubitum non excusat.

In oppositum. CONTRA, coniunx infidelis suo coniugi infideli tenetur carnaliter cohabitare si exigat: sed faciens illud ad quod tenetur a peccato excusatur: ergo per matrimonium infidelium potest excusari carnalis concubitus a peccato.

CONCLVSIO.

Licet bona matrimonij non sint in infidelium matrimonio complete, eorum tamen concubitum carnalem à peccato excusant: sed non meritorium reddũt.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ bona matrimonij secũdum, ꝙ sunt in matrimonio excusant coniugium carnalem concubitum, & quia in matrimonio fidelium sunt completæ, ideo secundũ ꝙ sunt in intentione coniugum carnaliter cõcubentium: ita complete excusant illum actũ: ꝙ etiam ipsum reddunt meritorium. in matrimonio autem infidelium sunt incõpletæ quia ibi non est bonum sacramenti nisi secundum quid, & si sit ibi fides ad hominem non refertur ordinate in Deum: quamuis etiam sit ibi prolis susceptio: non tamen est eius educatio ad cultum diuinum, & ideo prædicta bona secundum, ꝙ sunt in matrimonio infidelium ipsorum carnalem concubitum nõ possunt reddere meritorium: ipsum tamen excusant a peccato. Et ad huius veritatis explanationem valent aliqua quæ dicta sunt lib. 2. dist. 41. in illa quæstione. Vtrum omnis actio sine fide rectificante sit peccatum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut habetur. 28. q. 1. Omnes. §. Ex his. vbi dicitur non est vera pudicitia hominis infidelis etiam cum coniuge sua: negatur pudicitia esse vera quantum ad effectum, & ad præmiũ videlicet ęternæ salutis: sed ex hoc non sequitur, ꝙ ille concubitus semper sit peccatum.

Ad secundum. Ad secũdum patet solutio ex dictis in quęstione.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo vtrum conuersus ad fidem teneatur ab infideli coniuge discedere.

Secundo vtrum possit contrahere cum alia persona coniuge infideli viuente.

Tertio vtrum coniunx infidelis a fideli dimissus possit illo viuente cum alia persona contrahere.

QVAESTIO II.

Vtrum conuersus ad fidem tenetur ab infideli coniuge discedere.



Arg. 1. D Bon. præsenti dist. ar. 2. q. 1. Sco. præsenti di. q. un. D Tho. præsenti dist. q. un. ar. 3. OSTENDO, ꝙ non Apost. 1. ad Cor. 7. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cũ illo non dimittat illam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic cõsentit habitare cum illa non dimittat virum.

Secundo. Item peior est ille qui labitur in hæresim, quam ille qui nunquam fidem suscepit, vt habetur. 2. Pe. 2 sed coniunx fidelis non tenetur discedere a suo coniuge labente in hæresim, quia nullum impedimentum superueniẽs matrimonio rato, & consumato soluit ipsum: ergo multo minus conuersus ad fidem tenetur dimittere suam coniugem, quę nunquam fidẽ suscepit.

Tertio. Item vir propter suam conuersionem ad fidem nihil tenetur facere in præiudicium animæ suæ prolis: sed si vir conuersus ad fidem teneretur dimittere vxorem infidelem hoc esset in præiudicium animæ prolis, quia proles remaneret penes matrem infidelem cum proles sequatur ventrem: ergo cõuersus ad fidem nõ tenetur dimittere vxorem infidelem.

In oppositum. CONTRA, infideli licitũ est habere plures vxores, quia hoc non videtur esse prohibitum nec in iure naturæ nec diuino, & statuta ecclesiæ cum non iudicent de his, quæ foris sunt ad infideles non se extendunt: si ergo cõ-

uersus

uersus ad fidem non teneretur ab infideli discedere: posset christianus simul plures vxores habere, quod falsum est.

Secundo. Item. 28. q. 1. Iudæi. non potest infidelis in eius permanere coniūctione, quæ iam in christianam translata est fidem: ergo cōuersus ad fidem tenetur discedere a coniuge in infidelitate remanente.

Tertio. Item non minus periculum est cum infidelitate remanere, quam cum eo contrahere: sed propter periculum peruersionis prohibetur fidelis contrahere cū infideli: ergo a simili prohibitum est ipsum remanere cum infideli.

CONCLVSIO.

Quando infidelis coniux diligenter, & sufficienter monitus noluerit conuerti, tunc cum eo fidelis cohabitare non debet.

Responsio de discess. fidelis ab infideli secundum varia tempora variè consonam esse.

RESPONDEO, ꝙ de discessione fidelis coniugis ab infideli aliter iudicādum est pro tempore primitiuæ ecclesiæ: aliter pro tempore Constantini Imperatoris & temporibus illis propinquis: aliter pro moderno tempore. primo enim tempore passim conuertebantur ad fidem Iudæi, & gentiles, & ideo tunc coniunx fidelis poterat habere spem probabilem de conuersione coniugis infidelis; etiam si cōuersionem non promitteret: pro quo tempore dicit Apost. 1. Cor. 7. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, & pro illo tempore intelligendum est consilium Apostoli qui dicit, quòd coniunx cōuersus ad fidem non dimittat infidelem.

Alio autem tempore magis facti sunt obstinati Iudæi, & gentiles adhuc satis faciliter cōuertebantur ad fidem, & ideo pro illo tempore erat consilium, ꝙ conuersus ad fidem cohabitaret cum coniuge infideli gentili, & prohibitum, ꝙ non cohabitaret cum iudæa, vel iudæo: ne per ipsum, vel ipsam peruerteretur fidelis.

Modernis autem temporibus tā iudæi, quā gentiles pro maiori parte quasi obstinati videntur: ideo prohibitum est ne conuersus ad fidem cohabitet cum coniuge infideli tam gētili, quam iudæa, vel iudæo: si diligenter, & sufficienter monitus, vt conuertatur conuerti nō luerit. si autem conuerti voluerit: aut hoc vult & promittit, vel offert, antequam post conuersionem sui coniugis exercuerit aliquem actū fidei contrarium: aut post. primo modo coniunx conuersus non tenetur ab eo discedere: sed suum coniugem maritali affectione tractare. non enim sibi potest obijcere spiritualem fornicationem, quam ambo pariter exercuerunt. secundo modo est in potestate coniugis fidelis ab infideli discedere, vel non quantum ad cohabitationem, & torum: non tamen quātum ad vinculi matrimonialis ruptionem, vt patebit in quæstione sequenti.

Ad primū. AD PRIMVM patet solutio ex dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ lapsus in hæresim aut reuertitur ad fidem: aut in sua hæresi obstinate perseuerat. Secundo modo coniunx fidelis tenetur ab illo discedere quantum ad cohabitationem, & thorum: propter subuersionis periculum, & ne patronus illius turpitudinis videatur. primo modo aut coniunx fidelis vult intrare religionem: aut non. si vult intrare religionem potest inuito cōiuge ad fidem reuerso, si ab eo fuerat iudicio ecclesiæ separata. extra de conuers. infidelium. Mulier. si autem nō vult religionem intrare tenetur reuerti ad coniugem reuersum ad fidem, vt habetur in glo. c. prædicto. secus autem est in carnali fornicatione, quia si maritus cognosceret vxorem post carnalem fornicationem: postea ad ordines promoueri non posset: cognoscere autem eam post spiritualem fornicationē, talem promotionem non impedit.

Præterea. in fornicatione carnali anima, & corpus polluuntur: in spirituali vero tantum anima.

Præterea. in carnali fornicatione non tantū fit in anima, quod marito displiceat: sed etiā in corpore: non sic autem in fornicatione spirituali. Et hæ rationes habentur in gl. super. c. prædicto. Laurentius tamen dicit eam non cogendam redire, vt habetur in glo. extra de diuortio: super illud: c. quanto cum distinctione illius decre. super. eo. tit. de illa. vbi dicitur, ꝙ si consortium viri sine iudicio ecclesiæ declinauit ei cum reuersus fuerit est reddenda. Si vero iudicio ecclesiæ ab eo recessit ad recipiendum cum nullatenus dicimus compellēdam. hoc tamen certum est, ꝙ inter eos vinculum matrimoniale nō soluitur, quia inter eos fuit ratum. *Vide Doct. in a c d. il la & in a. quæsunt eo. titu.*

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ in hoc casu prædicto proles assignari debet patri in fauorem fidei Christianæ: extra de conuer. infide. Ex litteris.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partem aliam dicendū ꝙ iure naturæ prohibitum est simul habere plures vxores vt superius habitum est, & quāuis infideles non subsint iuri positiuo ecclesiæ: subsunt tamen iuri naturæ, & legi diuinæ, & ideo quando infidelis habens plures vxores non tenebatur post sui conuersionem ad fidem discedere ab infideli: nō tamen licebat sibi in cōspectu Dei retinere: nisi illam, quam primo duxerat in vxorē, quia nec ante sui cōuersionem hoc sibi licebat: contradicente iure naturæ.

Ad alia duo patet quid sit dicendum ex dictis in quæstione.

QVAESTIO II.

Vtrum conuersus ad fidem possit contrahere cum alia persona, coniuge infideli viuente.

D. Bon. dist. præsenti art. 2. q. 2. D. Tho. ibi. q. un. ar. 5. Sco. ibidem

CONCLVSIO.

Si absque cōtumelia Creatoris, & sui ipsius scandalo

dalo cum infideli cohabitare non potest, licitum est ei aliud matrimonium contrahere.

Responsio. Ad hac Panor. in cap. quanto de diuortijs. RESPONDEO, ꝙ coniunx infidelis aut vult cohabitare cum conuerso ad fidem sine contumelia creatoris,& scandalo ipsius conuers. aut non. Primo modo licet conuerso cōtrahere cum alia persona infideli coniuge viuente. 28.q.2.Si infidelis.§. hic distinguendū. Cuius ratio est, quia in hoc casu non est solutum inter eos matrimoniale vinculum, quia quo ad hoc infidelis coniunx non iniuriatur matrimonio: nec matrimonij conditori nec marito. Si vero non vult cohabitare soluitur matrimoniale vinculum inter eos, quia iniuriatur matrimonio, & tunc conuersus potest aliam ducere, & sic intelligi potest illud verbum apost.1.Cor.7.Si infidelis discedit discedat non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: dicitur etiam. 28. q.2. Si infidelis.§.hic distinguendum, ꝙ discedentē sequi non oportet,& ea viuente aliam ducere licet. verum hoc non nisi de his intelligendū est qui in infidelitate copulati sunt. Si autem vult cohabitare: non tamen sine blasphemia Christianæ fidei adhuc in hoc casu soluitur vinculum matrimoniale inter eos qui directe iniuriantur conditori matrimonij: in quo casu intelligitur illud quod dicitur in c.supradicto, ꝙ contumelia creatoris soluit ius matrimonij, & tūc fidelis potest aliud matrimoniū contrahere. Si autem vult cohabitare sine blasphemia fidei Christianæ:non tamen sine scādalo coniugis fidelis, quia conatur ipsum peruertere: adhuc in hoc casu conuersus potest aliud matrimonium cōtrahere, quia solutum est vinculum matrimonij primi, per hoc, ꝙ infidelis iniuriatur enormiter fideli coniugi; propter tamen causas prædictas non solueretur matrimoniale vinculum, quod esset ratū: sed inter infideles non est matrimonium ratū vt superius habitum est,& habetur.28.q.1. circa principium. Ex prædictis patet, ꝙ eo ipso, ꝙ alter infidelium coniugum conuertitur ad fidem altero in infidelitate remanente nō soluitur inter eos vinculum matrimoniale. Sed per hoc ꝙ non est ratum est dissolubile: & per prædictam conuersionem disponitur ad dissolutionem. Sed infidelem nolle cohabitare fideli:aut non sine blasphemia fidei Christianę non sine scandalo fidelis coniugis prædictum vinculum dissoluit:nec oportet illam dissolutionem fieri per iudicium ecclesiæ: cum ecclesia de infideli non iudicet.28.q.2. si infidelis, in glo.

Secunda opinio. Alij autem tenentes contrarium dicunt, ꝙ si infidelis nō vult comparere, ꝙ ecclesia sententiare potest & debet.

Tertia opi. Aliqui tamen dicunt, ꝙ non soluitur vinculum matrimonij inter eos quousque conuersus contrahit aliud matrimonium, quia si infidelis post illas blasphemias conuerteretur ad fidem antequam conuersus aliud matrimonium contraxisset non posset primo cōuersus aliud matrimonium contrahere. Sed mihi est difficile videre si vinculum primi matrimonij non est primo solutum quomodo sequens matrimonium sit legitimum. Vnde mihi videtur dicendum, ꝙ antequam contrahatur secūdum matrimonium soluitur primum, vt dicitur in supradicto.c.in glo.& tamen si ante contractum matrimonij secundi, alius cōiunx cōuerteretur non liceret illi qui primo conuersus est secundum matrimonium cōtrahere viuente alio:non quia per cōuersionem alterius restitueretur vinculū matrimonij primi, quasi iure postliminij, vt quidam dicūt, quia ad causandum matrimonij vinculum mutuus requiritur consensus: sed causaretur quoddam impedimentum quo alius alio viuente cum alia persona matrimonium contrahere prohiberetur.28.q.2.Si infidelis.in glo. ibi.cum dicitur ꝙ restituitur vinculum matrimonij:sed exponendum est, vt iam dixi.

QVAESTIO III.

Vtrum coniunx infidelis a fideli dimissus modo debito possit illo viuente cum alia persona contrahere.

ET VIDETVR, ꝙ sic: quia inter eos nō est matrimoniale vinculum alias fidelis non posset contrahere infideli viuente: infidelis autem nō alligatus matrimonio potest contrahere. *Arg. 1 D. Bon. in 4. sent. d. 39. art. 2 q. 2. S. co. praesenti q. un. Secundo.*

Item nullus coniugum potest alterum inuitum obligare ad perpetuam continentiā: sed infidelis non potest contrahere altero coniuge viuente coniunx fidelis posset infidelem obligare ad continentiam per totam vitam ipsius fidelis, quia vt habitum est in quæstione præcedenti postquam infidelis non vult remanere cum fideli:aut si vult non tamen sine blasphemia Christi aut scandalo fidelis:ipse fidelis potest aliud matrimonium contrahere ipsa viuente: ergo postquam fidelis matrimonium contraxit.videtur, quòd infidelis possit contrahere.

In oppositum. CONTRA, 28.q.2.Si infidelis: contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquit:in quo videtur dare intelligi, ꝙ cum infidelis non vult modo debito cohabitare cum fideli non soluitur ius matrimonij, nisi quo ad fidelem:ergo quamuis fidelis contrahere possit:non tamen infidelis.

Secundo. Item vt habitum est fidelis volens cohabitare cum infideli modo debito cohabitare volenti non potest aliud matrimonium contrahere infideli viuente:ergo multo minus infidelis dimittens fidelem cohabitare volentem potest aliud matrimonium contrahere fideli viuente.

CONCLVSIO.

Potest: sed postquam fidelis uel aliud cõtraxerit uel solenne uotũ continentiæ fecerit. Tunc enim matrimoniale uinculum inter ipsum, & fidelem solutũ omnino remanere, uidetur licet quibusdam opposita sententia probabilis uideatur.

Resp. Circa hanc quæstionem fuerunt opiniones diuersæ vt accipi potest ex dictis. 28. q. 2. Si infidelis. in glo. Quidam enim opinati sunt infidelem posse aliud matrimonium contrahere: non tamen antequam fidelis aliud matrimonium contrahat, vel solemne votum continẽtiæ faciat, quia postquam fidelis cõtraxit, vel solemniter vouit nõ remanet sibi aliquod ius in cõiuge infideli. vnde videtur infidelis nullo iure remanere obligatus ad non contrahẽdum, quia ex quo solutum est vinculum matrimoniale inter ipsum, & fidelem, nec remanet fideli ius aliquod super infidelem, ius naturæ non prohibet infidelem contrahere: nec ius diuinum, quod sciam: nec statutum ecclesiæ, quia statuta ecclesiæ non ligant infideles, qui nunquam susceperunt sacramentũ baptismi.

Tenorẽ primæ opin. aliam omittendo. Alij dicunt, quod infidelis manens in infidelitate nunquam potest contrahere in vita alterius nec post vitam, quia quamuis inter ipsum, & fidelem sit solutum matrimoniale vinculum quantum ad essentiam: remanet tamen quantum ad obligationis effectum in infideli: propter culpam suam. Nec ex hoc sequitur, quòd obligetur ad perpetuam continentiam, quia si conuertatur ad fidem contrahere potest postquam alius matrimonium contraxit, vel solemniter vouit.

Ex dictis patet solutio ad argumẽta ad partem primam.

Ad primũ. QVI vult tenere aliam opinionem dicere potest ad primum argumentum contra eam, vt dicit quædã gl. ibidẽ, ꝙ s. non est intelligendũ, qui ẽt soluatur ius matrimonij circa fidelem relinquentem sed ideo de relinquente decretũ nõ loquitur, quia extra ecclesiam est, & ecclesia non iudicat de his, quę foris sunt.


Ad secundum. Ad secundũ dicendũ, ꝙ non est simile, quia quamdiu infidelis vult modo debito cohabitare cum fideli non est solutũ matrimoniale vinculũ quo ad essentiã, & ideo fidelis contrahere non potest: sed postquã infidelis dimisit fidelem, vel debito modo non vult cohabitare cum eo soluitur vinculũ matrimoniale quo ad essentiã, & quia matrimoniũ claudicare nõ põt: ideo postquam fidelis contraxit: infidelis cõtrahere potest: nõ tamẽ ante, quia antequã fidelis cõtrahat, vel solẽniter voueat infidelis *In quo matrimonium claudicare poss.* semper manet obligatus fideli: quãuis nõ ecõuerso, & quo ad hoc bene dr̃, ꝙ & si matrimoniũ claudicare non possit quantũ ad essentiã: claudicare tñ potest quantũ ad obligationis effectum. Vtrum autem propter quodcunque mortale peccatum vxor possit a viro dimitti, vel econuerso soluetur in litterã exponendo.

Textus enarratio. CIRCA litterã. (Caue ne gentilẽ, vel Iudæã, vel alienigenã. i. hæreticã, &c.) hoc intelligitur de hæretica non baptizata, vel dic ꝙ est prohibitio: non tñ cum statuto irritante si contrariũ fiat quo ad ipsam hæreticã (Ego dico non dñs). i. ego dico consulendo: nõ dominus præcipiendo. (Non est imputandũ matrimonium, quod extra decretum Dei factum est:) ibi accipitur extra pro contra. (Nec vera eius pudicitia cum coniuge dici potest) hoc in quæstionibus in solutione argumentorum expositum est. (Ob quaslibet concupiscentias quæ animam a lege Dei oberrare faciunt, & perniciose corrũpi, potest siue crimine, & vir vxorem suam dimittere, & vxor virum.

Triplex fornicatio. Ad cuius intelligentiam notandum, ꝙ triplex est fornicatio scilicet proprie dicta, vt fornicatio carnalis, & fornicatio communiter dicta, vt idolatria, & quælibet noxia superstitio, quia talis anima fidem frangit Deo: cui eã obseruare debebat sicut vero sponso. (Est etiã fornicatio cõmunissime dicta) s. quælibet criminosa cõcupiscentia de quibus duabus s. vltimis fornicationibus hr̃ ab Aug. li. 1. de serm. Dei in monte. parũ post mediũ, & 28. q. 1. Idolatria. Qũo autem pp primam fornicationẽ liceat viro vxorem dimittere, & ecõuerso superius dictum est. dist. 35. Propter fornicationẽ vero cõmuniter dictã, quæ præcessit matrimonium in vtroque coniuge quomodo possit ille qui cõuertitur ad fidelem infidelem dimittere. hac dist. iam expositum est. Si autem duorum coniugum fidelium alter labatur in infidelitatẽ põt dimitti a fideli. s. quo ad cohabitationẽ tẽporalẽ vsquequo corrigatur. Propter fornicationẽ vero cõmunissime dictã redũdantẽ in alterius coniugis scandalũ potest dimitti ad tẽpus a cõiuge innocẽte, & tunc eã nõ dimittit, vt scortũ, sed vt a se præcidat scandalũ, quo cessante debet fieri recõciliatio. Si ambo crediderint, ꝙ per cognitionẽ Dei confirmet cõiugiũ. Hoc intelligitur qñ vterq; cõiugum infidelium simul conuertitur, vel antequã ille qui primo conuersus est contrahat aliud matrimonium. Non habet illud triplex bonum, quod excusat coitum, & meretur primum huius expositio in quęstionibus patet.

De cognatione carnali, & spirituali omnino impediẽtibus matrimonium, & prius de carnali.

DISTINCTIO XL.



VNC *superest de cognatione aliquid dicere. Est aũt cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primũ de carnali cognatione, & affinitate inspiciamus. Cognati ergo, vel affines in septimo gradu, vel infra, copulari non debent. Vnde Gregorius. Progeniem suam vnumquemq; vsque ad septimã obseruare decernimus ge-* *Gre. li. 12. regist. ep 31. ad Felicem Siciliæ epi. Et 35. q. 3. cap. progeniem suam ibidẽ, cap.*

 nera-

De consan guinitate Ibi c. Nulli. Ex conc. Lugdunen. neratione, & quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus, quod si fecerint, separentur. Item Nicolaus Papa, De consanguinitate sua nullus vxorē ducat vsq; post generationem septimam, vel quousque parentela cognosci potest. Item, Nulli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum vxores ducāt. Hic autoritatibus, alijsq; pluribus, consanguineorū coniunctiones prohibentur vsque ad septimum gradum.

De computatione graduum consanguinitatis.

Quomodo autem gradus cōsanguinitatis computandi sint. Isido. ostendit sic, Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur, hoc modo: Filius, & filia, quod est frater, & soror, sit ipse trūcus. Illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi. Nepos & neptis, primus, Pronepos, & proneptis, secundus: Abneptos, & abneptis, tertius: Adnepos, & adneptis, quartus, Trineptos, & trineptis, quintus, Trinepotis nepos, & Trineptis neptis, sextus. Attende, q̄ sex gradus tantùm ponit Isidorus, quia truncum inter gradus non computat. Alij verò qui septem gradus ponunt, truncum inter gradus computant. Variè namque computantur gradus cōsanguinitatis. Alij enim patrem in primo gradu, filios in secundo ponūt: alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem, & filium esse, cùm vna caro sint, & pater filius. Autoritates ergo quæ consanguinitatis cautelam vsq; in septimū gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu. Illæ vero quæ vsque ad sextum gradū prohibent, primum gradum filios appellant. Atque ita fit, vt eædem personæ secundum hac diuersitatem inueniantur in sexto, & septimo gradu. Patrem verò in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse secūdum gradum. Hoc modo computat Zacharias Papa, inquiens, Parentelæ gradus taliter computamus: Ego, & frater meus vna generatio sumus, primumq; gradum efficimus. Rursus, filius meus, & fratris mei filius secunda generatio sunt, & secundum gradum faciunt: atque ad hunc modum cætera successiones. Inter illos vero qui sex computant gradus, & illos qui septem computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quamuis in numero graduū varietas videatur. Vltima enim generatio, si à fratribus sumat initium numerandi, septima inuenitur.

35 q. 3 ca. Contradicimus.

35 q. 5. ca. Parentelæ

Quare sex gradus computantur.


Isid. Lib. 9 Etym. c. 6 Et, 5 q. 4. ca. Consanguinitas.

Quare verò sex computet Isidorus, ipse aperit, dicens, Consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens vsque ad vltimum gradum protraxerit, & propinquitas esse desierit, tunc primùm lex in matrimonij vinculum eam recipiet, & quodā modo incipiet reuocare fugientem. Ideo autem vsq; ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut sex ætatibus mūdi generatio, & hominis status finitur; ita propinquitas generis tot gradibus terminetur: In his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius prorogari. Secundum alios, septem gradus ideo computantur, vt ita post septem gradus sponsus sponsæ iungatur, sicut post hãc vitam, quæ septem diebus agitur. Ecclesia Christo iungetur. His autem occurrit illud, quod Gregorius Anglorum Episcopo, à quo requisitus fuerat quota generatione debeant copulari, rescribit, sic, Quædam lex Romana permittit, vt siue fratris, vel sororis, seu duorum fratrum germanorū, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem nō posse succrescere. Vnde necesse est, vt † quarta, vel quinta generatio fidelium licenter sibi coniungatur. Sed post multum temporis idem Gregorius à Felice Messanæ ciuitatis Siciliæ præside requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum quarta generatione contracta matrimonia non soluerentur, Inter cætera talem reddidit rationem. Quod scripsi Augustino Anglorum episcopo, ipsi etiam Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter, & non generaliter me agnoscas scripsisse. Nec ideo hęc ei scripsi, vt postquam in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, vt intra affinitatis lineam; idest vsque ad septimam generationem, iūgantur.

In resp. ad interrog. fine Et 9 3 c Quædam lex Romana.

*Gregor. habet, tertia, vel quarta. Sic & Gra. in. nos Li. 12. reg. epi. 31. ad Felicem.

DISTINCTIO XL.



SVPERIVS determinauit Magister de impedimento disparis cultus.

Hic determinat de impedimento consanguinitatis.

Et diuiditur in partes. 4.

Primo ostendit in quoto gradu consanguinitatis potest contrahi matrimonium.

Secundo ponit diuersos modos compunctionis illorum graduum ibi. (Quomodo autem.)

Tertio subdit rationem diuersæ assignationis illorum ibi. (Quare autem.)

Quarto opponit contra prædicta, & soluit. ibi. (His autem.)

CIRCA, hanc dist. ad maiorem declarationem quæstionum, quæ proponuntur narranda sunt quædam scilicet quid sit consanguinitas. quid sit linea, quid sit gradus, & ponendæ sunt tres regulæ.

Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Stipes autem vocatur persona a quo descendunt. Consanguinitas. Stipes.

Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium diuersos gradus habens. Est autem quædam linea ascendentium, quædam descendentium, quædam transuersalium. Linea.

Secundum lineam ascendentem computantur gradus ita scilicet pater, & mater. auus & auia. proauus, & proauia atauus, & atauia.

Secun-

Secundum lineam descendentem computantur sic. filius, & filia nepos, & neptes, pronepos, & proneptis abnepos, abneptis.

Secundum lineam transuersalem computantur sic. duo fratres filij duorum fratrum, & nepotes duorum fratrum: pronepotes duorum fratrum.

Gradus. Gradus est habitudo distantium personarũ qua cognoscitur quota generationis distãtia duæ personæ differunt inter se, & hæc distinctio gradus est secundum iura canonica, non ciuilia. vnde sicut secũdum canones frater, & soror faciunt vnum gradum, sic secundum iura ciuilia faciunt duos. eo, quod illa habitudo quæ est fratris ad sororem non est illa eadem, quæ est sororis ad fratrẽ. vnde secundũ Aui. 5. Meta. c. 10. fraternitas, quæ est in vno fratre respectu alterius non est fraternitas, quæ est in alio respectu istius. Iura autem canonica istas duas habitudines accipiunt sub vno gradu, & ideo non est eadem contractio inter iura canonica, & ciuilia in descriptione gradus.

Habetur hoc diuersis locis 35. q. 5. c. ad sedẽ. Tene etiam pro regula, ꝙ contrahentes sine dispensatione in gradu consanguinitatis prohibito nulla longinquitate defenduntur annorum, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum sed auget. tantoq; sunt grauiora crimina quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. extra de consan. & affini. non debet.

Alia est regula, ꝙ toto gradu personę descẽdentes a stipite distant inter se quoto a stipite distant gradus, tamen idem virtuosior est in linea descendente, quam transuersali. verbi gratia. filius a patre distat in primo gradu. duo fratres inter se attinent sibi in primo gradu, & tamen plus attinet filius patri, quam frater fratri. Similiter filius filij attinet auo in secundo gradu filij duorum fratrum attinent sibi in secundo gradu, & tamen filius filij attinet magis auo suo, quam filij duorum fratrum inter se. vides ergo, ꝙ idem gradus consanguinitatis in linea descendente, est fortius vinculum, quia in linea transuersali.

Tertia regula est, quòd quando inæqualiter distant a stipite. verbi gratia. vna in quarto gradu: alia in secundo gradu consanguinitatis inter illas personas debet computari secundum gradum magis remotum a stipite. extra de consan. & affi. c. vlti. Huius autem ratio est, quia ratio consanguinitatis in linea transuersali ortum habet ab illa, quæ est ad stipitẽ. vnde Phil. 8 Ethi. c. 12. omnino cognata amicitia dependere videtur ex paterna, & id eo vnus in linea transuersali non potest esse alij propinquior, quam stipiti.

Nota etiam, ꝙ conuenientius dicũt qui patrem, & matrem assignat truncum, quam Isidorus qui fratrem, & sororem truncum ponit vt habetur nono lib. etymologiarum. cap. 7. & recitat Magister in littera ante medium huius dist. vnde illi qui secundum assignationem Isido. sunt in gradu tertio secundum aliã sunt in quarto.

ARTICVLVS PRIMVS.

Circa hanc distinctionẽ quæruntur sex. Primo vtrũ consanguinitas sit aliquod vinculum.

Secundo vtrum præstet matrimonio impedimentum.

Tertio vtrum impediat matrimoniũ vltra gradum quartum.

Quarto vtrum aliquis possit tantum distare a stipite, ꝙ posset licite contrahere cũ eo.

Quinto vtrum fideles contrahentes in gradu prohibito separãdi sint postquam conuertuntur ad fidem.

Sexto vtrum illi qui ante Concilium generale in quo restricta fuit linea consanguinitatis vsque ad quartum gradum contraxerũt in grado quinto, vel sexto, vel septimo potuerũt post prædictũ concilium in suo coniugio remanere.

QVAESTIO I.

Vtrum consanguinitas sit aliquod vinculum.



Arg. 1. D. Bon. hic q. 1. Sco. hic 1. q. un. D. Tho. præsen. i dist. q. vn ar. 1. Ostendo, quòd consanguinitas non sit aliquod vinculũ. ratione animæ non est aliquod vinculum consanguinitatis inter homines, quia omnes animæ rationales producuntur in esse per creationem: nec ratione corporis, quia in his, quæ respiciunt corpus communicant homines cũ brutis inter, quæ nõ est vinculum aliquod cõsanguinitatis: ergo inter homines nõ est aliquod consanguinitatis vinculum.

Secundo. Itẽ aliqui homines non magis cõicãt inter se in essentia speciei, quam alij homines: nec in essentia numerali: accidẽtaliter tamen quãdoque colligantur inter se non descendentes ab eodem stipite, quam aliqui qui ab eodem stipite descendunt: ergo inter descendentes ab eodem stipite non est vinculum consanguinitatis.

Tertio. Item si vinculum consanguinitatis esset inter homines per eorum descensum ab eodem stipite per carnalem propagationem: tunc tantum se extenderet cõsanguinitatis vinculum quantum se extendit carnalis propagatio: sed homines omnes Christo excepto per carnalẽ propagationem descenderunt ab Adam: ergo inter homines omnes esset consanguinitatis vinculum, quod falsum est.

In oppositum. Contra, amicitia est vinculum inter homines: sed Phil. 8. Eth. c. 12. Inter alias species amicitiæ ponit amicitiam consanguineorum: ergo aliquod vinculum consanguinitatis est inter homines.

Secundo. Item experientia docet illos qui ab eodem stipite descenderũt, magis colligari inter se

se affectione naturali, quam alios: cæteris paribus: ergo experientia docet inter homines esse aliquod vinculum consanguinitatis.

CONCLVSIO.

Consanguinitas cognita tamen est certe vinculũ, & vinculi, hoc est naturalis amicitiæ inter consanguineos causa.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ sicut dicit Phi. 8. Ethi. c. 12. Omnis amicitia in aliqua cõmunicatione consistit, & omnis communicatio alicuius amicitiæ causa est ita, ꝙ secundum differẽtias communicationũ sunt amicitiarum differentiæ secundum Phil. vbi prius. *Nota per totum.* Consanguinitas autem est quædam naturalis communicatio in sanguine, quod ideo dicitur, quia sanguis vltima digestione digestus est materia proxima seminis: consanguinitas: ergo est inter cõsanguineos cuiusdam naturalis amicitiæ causa, & quia naturalis amicitia est formale vinculum, & naturale illorum quorum est: ideo dicitur prædicatione causali, ꝙ consanguinitas est vinculum idest vinculi causa: sed quia consanguinitas non causat prædictam naturalem amicitiam nisi mediante cognitione communicationis in sanguine, quæ cognitio insufficienter inuenitur nisi in hominibus, quamuis in brutis multis sit imperfecte aliqua cognitio prædictæ communicationis inter parẽtem, & immediatam eius prolem. vnde & videmus ipsos habere aliquam similitudinem naturalis amicitiæ adinuicem: ideo proprie loquendo nõ est vinculum consanguinitatis nisi inter homines: quamuis inter aliqua bruta sit secundum quid.

Ad primũ. Ex dictis patet solutio ad primum argumentum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis cõsanguinei non magis communicent inter se, & in essentia speciei, quam alij: nec etiam in essentia numerali, tamen magis conueniunt in virtute naturali: sed non est necessarium, ꝙ magis communicent in virtute naturali absolute, quia quandoque aliqui non consanguinei similiores sunt in naturali virtute absolute, quam aliqui consanguinei: semper tamen consanguinei magis conueniunt in virtute naturali a virtute stipitis deriuata.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicunt aliqui, ꝙ tunc deficit consanguinitas quando descendentes ab eodem stipite desinunt esse similes in naturali virtute suo stipiti, quod dicunt necessarium fieri, quia illa assimilatio paulatiue vadit diminuendo, quod patet, quia naturalis virtus vt est deriuata a stipite non est ita fortis sicut in stipite: sicut nec in ramis arboris est naturalis virtus, quam recipiunt a radice, & stipite ita fortis sicut in radice, & stipite inquantum eã a stipite accipiunt, quia contingere potest ex alia causa, ꝙ aliqua naturalis virtus fortior sit in ramis vel fructu, quã in stipite, vel radice, sicut quamuis in filio põt esse fortior naturalis virtus quã in patre: hoc tamẽ non ex naturali virtute patris tantum: sed ex aliqua alia cooperante causa.

Sed contra. si cõtingeret, ꝙ vnus pater generaret filios plures qui non essent patri similiores in quacunque naturali virtute, quã aliqui alij homines: adhuc esset consanguinitas inter eos per hoc ꝙ cõicarẽt in natura ab eodẽ stipite per virtutẽ naturalem propagata.

Præterea. cum quanto virtus generãtis fortior est tanto per eã posset ad plures protendi naturalis assimilatio virtuti naturali stipitis cõtingere posset, ꝙ aliqui ab vno stipite descẽdentes tã istis, quã illis existentibus in eodem gradu ad suũ stipitẽ, qđ incõueniens vr. Ideo dicunt alij, ꝙ tantũ se extendit cõsanguinitas quãtũ naturalis propagatio ab eodẽ stipite, & ꝙ omnes hoĩes habent in se aliquã cõsanguinitatẽ inquãtũ ab eodẽ stipite per naturalem propagationẽ descẽdũt, & talis cõsanguinitas aliquã rationẽ habet vinculi: inquantũ inter homines, qui hũc descẽsum efficaciter recogitãt, & in quibus nõ est naturalis affectio per excessiuã malitiã deprauata, causat aliquod vinculũ amicitiæ naturalis quãuis debiliter. *Secunda solutio* vnde Aug. 12. de ciui. c. 21. Dicit, ꝙ ideo Deus voluit oẽs homines ab vno descendere, vt eo modo vehementius cõmendaretur homini ipsius societatis vnitas, vinculũq; concordiæ, & non tantũ inter se naturę similitudine verum et cognationis affectu homines necterentur: non dr ergo proprie cõsanguinitas deficere; sed pro tãto deficere dr, quia per nimiã elongationẽ a stipite naturalis amicitia fere totaliter euanescit, quã matrimoniale vinculum aliquo modo reuocat fugientem.

QVAESTIO II.

Vtrum consanguinitas praestet matrimonio impedimentum.

ET VIDETVR, ꝙ nõ: quia ligati vinculo naturalis amicitię facilius, quã alij in amicitia perseuerant: sed ĩter cõiuges maxime vtilis ẽ ꝑseuerãtia amicitię: ergo consanguinei aptiores sunt vt matrimonialiter copulent inter se q̃ extranei. *Argum. 1. D. Bon q 1. Sco ubi su. D. Th. ubi sup ar 3.*

Secundo. Item non impedit matrimoniũ, quod nulli boni matrimonij cõtrariatur: sed cõsanguinitas non cõtrariatur alicui bono matrimonij, quia ita possunt seruare fidem sicut extranei, & ita etiam procreare prolem: ergo cõsanguinitas matrimonium non impedit.

Tertio. Item Eua immediate sumpta fuit de Adam & tamen illa propinquitas non impediuit matrimonium inter eos: ergo multo fortius nulla alia carnalis propinquitas matrimonium impedit.

In oppositum. proximum. CONTRA, Leui. 18. Omnis homo ad proximam sui sanguinis non accedat.

Itẽ Greg. ad Aug. episcopũ angelorũ, & habetur. 35. q. 3. Quædã lex, & recitat Magister in litera post mediũ huius di. dicit, ꝙ siue duorũ

fratrum

fratrum germanorum siue duarum sororum filius,& filia misceantur experimento didicit ex tali coniugio sobolem non posse succresce re:sed illud quod impedit sobolem succedentem debet impedire matrimonium, quia est contra vnum bonum matrimonij:ergo aliqua consanguinitas matrimonium impedit.

CONCLVSIO.

Præstat proculdubio, & ex iure tum naturæ, tũ diuino, tum ecclesiastico: licet diuersimode.

Respon. RESPONDEO, ꝙ aliqua consanguinitas impedit matrimonium ex dictamine iuris naturæ aliqua ex dictamine legis diuinæ: aliqua per statutum ecclesiæ. Propter dictamen legis naturæ impeditur matrimonium filiæ cum patre, vel filij cum matre. vnde & in lege naturæ dictum est, vt habetur Gen. 2. relinquet homo patrem,& matrem,& adhærebit vxori suæ. Ius enim naturale dictat maiorem reuerẽtiam deberi parentibus, quam cõiugibus, & dictat nõ sic debere tractari turpiter parentes sicut se contractant coniuges: magis tamen est contra ius naturæ matrimonium filij cum matre, quã filiæ cũ patre, quia vxor debet esse viro subiecta. cõtra autem ius naturæ est, vt filius teneat matrem subiectam. vnde & quædam animalia bruta abhorrent coire cum matre suã? quamdiu cognoscant eam esse suam matrem, quod patet per illud quod narrat Philosophus de animalibus lib. 9. c. 46. de camelo qui cum saltasset super matrem suã coopertam, postquã recognouit ea esse matrem suã interfecit ingeniatorem. Narrat etiam de equo ibidem qui cum saltasset super matrem suam,& recognouit eam postquam discooperiebatur, fugit, & proiecit se de alto,& mortuus est.

Limita illud leuitici secundũ lyram Iosue. 15. Ex dictamine legis diuinæ prohibentur matrimonialiter copulari consanguinei in primo gradu,& secundo ex vna parte tantum, vt patet Leui. 18. Cuius ratio est: ne si possent matrimonialiter copulari daretur incẽtiuum luxuriæ, eo, ꝙ tales personæ frequenter solẽt in eadem domo habitare.

Per statutum ecclesiæ prohibentur matrimonialiter copulari cõsanguinei etiam in tertio,& quarto gradu, quia vsque tunc cõsueuit inter homines satis durare amicitia propter consanguinitatis vinculum naturæ: sed post illum gradum concedit eas posset copulari ad amicitiam quasi fugientem reuocãdam, vt sic charitas inter homines dilatetur: eo, ꝙ cõiũx ad cõsanguineos sui cõiugis multũ afficiatur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ sicut vna communicatio quandoque impedit aliam ita amicitia fundata super vnam communicationem. vnde amicitia consanguinitatis magis est impeditiua, quam promitiua amicitiæ, quæ debet esse inter coniuges propter rationem communicationis super quam fundata est.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd & si non contrarietur alicui bono matrimonij ex toto coniunctio consanguineorum: contrariatur tamen decenti obseruationi etiam aliqualiter honestati bonorum illorum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd Eua non fuit consanguinea Adæ quia ab eo non descendit per naturalem propagationem.

QVAESTIO III.

Vtrum consanguinitatis impediat matrimonium vltra quartum gradum.

ET VIDETVR, ꝙ sic. extra de consan.& affi. ꝙ dilectio. Cõtractus existẽtium in sexto gradu ponitur sub indulgentia, quod non esset verum nisi consanguinitas vltra quartum gradum de iure communi matrimonium impediret. Arg. 1. D Bon. q. 3. Sco. ubi su. D Tho. ubi supra.

Secundo. Item Magister circa principium huius dis. dicit, ꝙ consanguinei in septimo gradu, vel infra copulari non debent.

Tertio. Item idem habetur. 35. q. 3. Progenie, & ca. seq.& c. Nulli. Quæ iura recitat Magister in litera satis cito post principium.

In oppositum. CONTRA, ecclesia libere coniungit matrimonia vltra quartũ gradũ cõsanguinitatis.

CONCLVSIO.

Nequaquam si enim aliqua iura antiquitus id asserebant, fuerunt postea reuocata.

Responsio. RESPONSIO, ꝙ consanguinitas nõ impedit matrimonium vltra quartum gradum iura enim contrarium dicentia reuocata fuerunt in Concilio generali, vt patet per illud, quod habetur extra de consan.& affin. Nõ debet. Vbi dicitur, ꝙ prohibitio de coniugio antiquitus seruata difficultates frequenter inducebat,& aliquãdo pariebat periculum animarum, & ideo hæc prohibitio vsque ad quartũ gradum restricta est: cui numero congruit, vt ibidem dicitur, quia in corpore hominis sunt quatuor humores, qui cõstant ex quatuor elementis: potest etiam huius reuocationis hæc assignari ratio, quia iam propter refrigerium charitatis vinculum amicitiæ inter consanguineos vltra quartum gradum ita euanescit, & quasi fugit, ꝙ ex tũc licitum esse debet ipsam per matrimoniale vinculum reuocari. Hæc ratio fuit causa

Ad argum. Ex dictis patet solutio ad omnia in opposi tum allegata.

QVAESTIO IIII.

Vtrum aliquis tantum posset distare a stipite, ꝙ licite contrahere cum eo.

CONCLVSIO.

Naturalis generatiõis ordo, ꝑcipuc idnõ patitur.

RESPONDEO, ꝙ nõ, quia ratio naturalis dictat, ꝙ ordo naturalis generationis debet procedere, non retrocedere, quod aliquo modo fieret, si aliquis vel aliqua coniungeretur suo stipiti in carnalis generationis opere: naturaliter etiam maiorem reuerẽtiam debet homo illi a quo essendi sumpsit initium generatione naturali: quamuis mediate, ꝙ debeat coniunx coniugi.

QVAESTIO V.

Vtrum infideles contrahentes in gradu prohibito sint separandi postquam conuertuntur ad fidem.

CONCLVSIO.

Separandi quidem si tamen in gradu a iure naturæ, vel diuino prohibito contraxerunt.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ si contraxerunt in gradu prohibito a iure naturæ, vel diuino matrimonium nullum fuit inter eos: omnes enim subsunt legi naturæ, & legi diuinæ, & ideo postquam conuertuntur ad fidem separandi sunt. Si autem contraxerunt in gradu prohibito ab ecclesia tantum: cum statuta ecclesiæ non se extendant ad infideles: qui nunquam sacramentum baptismi susceperunt: tunc dico, ꝙ legitimum matrimonium fuit inter eos contractum, & ideo post eorum conuersionem ad fidem non sunt separandi; extra de consangui. & affini. de fidelibus.

QVAESTIO VI.

Vtrum illi qui ante Concilium generale in quo restricta fuit linea cõsanguinitatis vsque ad quartũ gradum contraxerunt in quinto gradu, vel sexto, & septimo, potuerint post prædictum Concilium in suo coniugio remanere.

CONCLVSIO.

Cum personæ illæ ad matrimonium contrahendũ illegitimæ essent, illudq; ideo esset nullũ, non poterãt simul remanere post, nisi saltem tacito consensu iterum contrahebant.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ tales quando contraxerunt erant personę illegitimæ ad contrahẽdum inter se, & ideo inter eos nullum fuit cõtractum matrimonium: nec per reuocationẽ illorum statutorum fuerunt illa matrimonia confirmata, quia constitutiones matrimonij ad præterita matrimonia non trahuntur: decretorum distin. 31. ante triennium, & 35. q. 3. de incestis, & extra de consanguin. & affinita. Non debet. Vbi dicitur decetero libere copulentur, per quod datur intelligi secundum gl. ibidem, quòd per istam constitutionem prędicta matrimonia non fuerant confirmata: vnde sic coniuncti separari potuerunt si voluerunt: nec debuerunt simul cohabitare carnaliter nisi illi qui de nouo contraxerunt expresse, vel tacitè, & dico tacite, quia si post publicationẽ restrictionis lineæ consanguinitatis vsque ad quartum gradum simul steterunt scienter intelliguntur ratificasse matrimonium. non tamẽ per hoc fuit ratificatum quo ad Deum nisi de nouo interuenerit mutuus interior consensus: nec fuit necessaria noua expressio per verba, quia cum interiori consensu expressio consensus, quando contraxerunt de facto sufficit ob matrimonij fauorem. extra de consangui. Non debet. in glo. (In uerbo de de cætero)

CIRCA litterã. Si a fratribus sumpsit initium numerandi ita scilicet, ꝙ faciãt primum gradum non stipitem. Sicut sex ętatibus mũdi generatio, & hominis status finitur. Iste sex ętates mundi secundum Augustin. lib. 83. quæstionum. q. 58. Sic distinguuntur.

Prima ad Adam vsque ad Noe.

Secunda ad Noe vsque ad Abraam.

Tertia ad Abraam vsque ad Dauid.

Quarta a Dauid vsque ad transmigrationẽ in babyloniam.

Quinta a transmigratione in babyloniam vsque ad aduentum Christi domini.

Sexta ab aduentu Domini vsque ad finem seculi laborantium: cum qua currit.

Septima alterius seculi scilicet quiescentium, & in iudicio incipiet.

Octaua, quæ erit resurgentium. Sex ętates hominis secũdum Augustinum vbi prius sunt infantia: pueritia: adolescentia: iuuentus: grauitus: senectus: quarum tempora sic distinguũtur: infantia vsque ad septem annos, pueritia vsque ad quatuordecim annos: adolescentia vsque ad vigintiquinque annos: iuuentus vsque ad quinquaginta annos: grauitas usque ad sexaginta annos: senectus a sexaginta vsq; ad finem.

De gradibus affinitatis omnino impedientibus matrimonium.

DISTINCTIO XLI.



NVNC *de affinitate videndum est: de qua Gre. ait. Porrò de affinitate, quã dicitis parentelã esse, quæ ad virũ ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorẽ pertinet, manifesta ratio est, quia si secũdũ diuinã sententiã ego, & vxor mea sumus vna caro, profectò mihi, & illi mea suaq; parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego, & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus: filius vero eius secundo gradu erit à me, neptis verò in tertio. Idq; vtrinque in cæteris agẽdũ est successionibus. Vxorẽ verò propinqui, cuiuscunq; gradus sit, ita me oportet attẽdere, quẽadmodũ ipsius quoq; gradus aliqua fęmina propriæ propinquitatis sit, qđ nimirũ vxori meæ de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus cõuenit obseruare. Qui verò aliorsum sentiũt, Antichristi sunt. Itẽ Iulius Papa, Aequaliter vir cõiungatur cõsanguineis proprijs, & cõsanguineis vxoris. Item. Isido Sanè consanguinitas, quæ in proprio viro cõseruãda est, etiã in vxoris parentela, de lege nuptiarũ custodienda est, quia constat eos duos fuisse in carne vna. Ideoq; cõmunis est illis vtraque parentela. Item Iulius Papa, Nullum in vtroq; sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris, vsque in septimũ generationis gradum, vxorem ducere,*

35 q. 5. ca. Porrò de affinitate

35 q. 2. & 3. c. Aequaliter.

Lib. 9 Ety. c. 5 & 35. q. 2. & 3. c. Sane cõsanguinitas

Ibidem, ca. Nullum.

cere, vel incæsti macula copulari, quia sicut non licet cuiquã Christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate vxoris coniugẽ ducere, propter carnis vnitatem. Item Greg. De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimã generationem obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum definitiones sancita, vsque ad septimum gradum hæredum protendit successionem. Non enim eis succederent, nisi de propagine cognationis deberetur. His autoritatibus insinuatur, & quæ sit affinitas, & vsque ad quem gradum sit obseruanda, scilicet vsque ad septimum.

Ibid. c. De affinitate et cōc. Meld urb.

Variæ traditiones de affinitate.

Sed alij videntur concedere, in quinta generatione inter affines contrahi coniugium, & in quarta, etiam si contractum fuerit, non separari. Ait enim Fabianus Papa, De propinquis qui ad affinitatem per virum, & vxorem veniunt, defuncta vxore, vel viro in quinta generatione iungantur: in quarta si inuenti fuerint, non separentur. In tertia verò propinquitate non licet vxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir iungatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt, & vxoris suæ consanguineis, post mortem vxoris. Ecce hic conceditur, in quinta, vel quarta propinquitate, affinium fieri coniugium. Iulius etiam Papa ait, Statutum est, vt relictam patris vxoris suæ, relictam fratris vxoris suæ, relictam filij vxoris suæ, nemo sibi in matrimonium sumat: relictam vxorem consanguineorum vxoris suæ, vsque in tertiam progeniem, nemo in vxorem sumat. In quarta verò & quinta si inuenti fuerint, non separentur. Ecce quam variè de affinitatis obseruatione loquuntur autores. Alij enim vsq; ad septimum gradum eam obseruari sanciunt: alij verò in quinto vel quarto matrimonia contracta non diuidunt. Sed illi veritatis rigorem, isti misericordiæ dispensationem videntur proponere. Potest enim Ecclesia dispensare in copula affinium, vsque ad tertium gradum: sicut Gregorius dispensauit in quarto gradu consanguinitatis. Illud autem non est prætereundum, quod Gregorius Venerio Episcopo scripsit, Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta, cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub alio viro cognationis vocabula dissoluantur, vel si susceptæ soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Si vna caro fuerint, quo modo potest aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertineat alteri? Hoc minimè posse fieri credendum est. Porrò vno defuncto, in superstite affinitas non deletur: nec alia copula coniugalis affinitatem copulæ prioris soluere valet: sed nec alterius cōiunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortiũ transire. Si quis ergo sacrilego, & temerario ausu in defuncto quærit propinquitatem extinguere, vel sub altero affinitatis vocabula dissipare, vel susceptas soboles alterius copulæ propinquitati prioris credit legitimè sociari; hic negat Dei verbum validum esse, quod dixit, Erunt duo in carne vna. Ecce hic prohibet, si mortuo primo viro vxor eius alij nupserit, filios de secundo viro genitos ducere vxores

Ibi. c. De propinquis.

Ibi. cap. Aequaliter.

Ibi. c. Et hæc quoque.

Supra, dist. 40 lit. c. 35. q. 10 c. Fraternitatis.

Gen. 2. d Matt. 19. a

de cognatione prioris viri, quia filij mediante matre ad cognationem prioris viri pertinent, cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem etiam Innocentius Papa ait, Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere. Hoc autem obseruandum est vsque ad septimum generis gradum, sed maximè vsque ad tertium, & quartum: sicut supra positum est,

Si coniugium sit inter eos qui nota consanguinitate diuiduntur.

Et est sciẽdum, quòd Ecclesia infra prædictos gradus consanguinitatis coniunctos separat. Si autem ignoranter coniuncti fuerint in conspectu Ecclesiæ, et postmodum probata consanguinitate eiusdem iudicio separati; quæritur vtrum copula illa coniugium fuerit. Quibusdam videtur non fuisse coniugiũ, quia non erant legitimæ personæ: sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam, & quasi coniugium reputatur, quia bona fide, & per manum Ecclesiæ conuenerunt. Vnde & filij eorum legitimi habentur. Alij verò dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitimæ personæ: quia talium coniunctiones vocant canones cōiugia, vbi de personis agitur, quarum testimonio consanguineorum sit dirimenda coniunctio. Vnde Vrbanus Papa, Si duo viri vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsi fortè cōfessi fuerint, coniugia dissoluãtur. Si verò neutrum contigerit, Episcopi eos per fidem Christi obtestentur, quatenus palam fateantur, si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio Episcoporum segregauerint, alia matrimonia non prohibeantur contrahere. Idẽ, Notificamus tibi, vt cùm tres vel duo ex propinquioribus eius qui accusatur, hanc propinquitatem iuramento firmauerint: vel si duo, vel tres ex antiquioribus Ianuensibus, quibus hæc propinquitas est nota, qui bonæ famæ, & veracis testimonij sint remoto amore, timore, pretio, & omni malo studio, prædicta firmauerint; sine mora coniugia dissoluantur. Cōsanguineos verò extraneorum nullus accuset, vel cōsanguinitatem in synodo cōputet: sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus propinquitas tota nota sit, Episcopus canonicè perquirat, & si inuenta fuerit, separentur. Ecce quibus accusantibus, vel testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio, quæ coniugium vocatur.

Ricardo Ianuen ep. Et ib c. Notificandus.

Fabianus Papa. Et ibi. c. Consanguineos.

Distinctio vtilis, quid sit fornicatio.

Hic dicendum est, quòd aliud fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio, licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem: tamẽ specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel meretricum, vel cōcubinarum. Stuprũ, propriè est virginis illicita defloratio. Adulteriũ est alieni tori violatio: vnde adulteriũ dicitur quasi alterius thori accessio. Incestus est cōsanguinearũ, vel affiniũ abusus, Vnde incestuosi dicũtur, qui cōsanguineis, vel affinibus suis abutũtur. Raptus admittitur, cũ puella violẽter a domo patris educitur, vt corrupta ĩ vxorẽ hẽatur, siue puellę, siue parẽtibus vis illa ta

ta cōstiterit. Hic morte mulctatur: sed si ad ecclesiā cum rapta confugerit, priuilegio ecclesiæ mortis impunitatem meretur. Attēdendū est etiam illud Alexādri, qui ait, ꝙ frater sororue vxoris tuæ cognati dicuntur, æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius quā vlla cognationis causa. Vxor enim fratris, fratrissa potius, quā cognata vocatur. Mariti frater, leuir dicitur. Duorū fratrū vxores, ianitrices vocantur, quasi eandem ianuam intrātes. Viri soror, glos appellatur. Sororis autem vir nō habet speciale nomen, nec vxoris frater.

35. q. 5. ca quod autē fra ter.

DISTINCTIO XL.



SVPERIVS determinauit Magister de impedimento consanguinitatis.

Hic determinat de impedimento affinitatis.

Et diuiditur in partes duas.

Primo determinat de impedimento affinitatis.

Secundo de separatione matrimonij inter consanguineos, vel affines contracti. ibi. (Et sciendum.)

Prima in tres.

Textus sectio. Primo ostendit quid sit affinitas, & vsq; ad quem gradum impediat matrimonium.

Secundo opponit in cōtrariū ibi. (Sed alij.)

Tertio ostendit quantum durat affinitatis vinculum. ibi. (Illud etiam.)

Illa pars, quæ ibi incipit. Et sciendum. Diuiditur in tres.

Primo agitur de separabilitate matrimonij in prohibito gradu consanguinitatis, vel affinitatis contracti.

Secundo de quibusdam peccatis quibus affinitatis iura violantur ibi. (Hic dicendum.)

Tertio de quibusdam nominibus, quæ ex gradibus affinitatis sumuntur. ibi. (Attendendum est.)

CIRCA, hanc distinctionem quęrendum est principaliter de duobus.

Primo de causa affinitatis.

Secundo de impedimento proueniente ex ea.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum per quamlibet carnalem copulam contrahatur affinitas.


Secundo vtrum per matrimonium non cōsumatum.

Tertio vtrum per sponsalia.

Quarto vtrū affinitas causetur ex affinitate

QVAESTIO I.

Vtrum per quamlibet carnalem copulam contrahatur affinitas.



Arg. 1. D. Bon. hic Scot huc. D Tho præsenti di q. vn. art. 1. VIDETVR quod non. Et arguitur sic. OSTENDO, ꝙ per quālibet carnalē copulam non contrahatur affinitas quia affinitas est vinculum indissolubile in tantum, ꝙ vno coniugum defuncto nō propter hoc deletur affinitas suorum cōsanguineorum cum altero cōiuge. 35. q. vlt. Fraternitatis: sed copula carnalis fornicaria indissolubiliter non coniungit: ergo videtur, ꝙ per talem copulam affinitas non debet contrahi.

Secundo. Item per carnalē copulam extra matrimoniū non contrahitur irregularitas, vt superius visum est: ergo a simili nec affinitas.

Tertio. Item. 35 q. 3. Extraordinaria. dicitur sic extraordinaria pollutio non nisi in naturalibus admissa: non videtur matrimonium impedire, quod verum non esset si per carnalem copulam illicitam contraheretur affinitas.

In oppositum. CONTRA, eadem causa. q. vlt. Fraternitatis. dicitur de viro & muliere si vna caro fiunt quomodo potest aliquis eorum propinquius vni pertinere nisi pertineat alteri hoc minime posse fieri credendum est, sed sicut dicit Apost. 1. Cor. 6. Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur: ergo per copulam fornicariā affinitas contrahitur: multo fortius: ergo per coniugalem.

Secundo. Item eadem causa. q. 3. si quis. Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens eandem duxerit vxorem: sequitur: mulier ad mortem pęniteat, & sine spe coniugij maneat, quod non diceretur nisi per fornicationem mulieris cum fratre fuisset contracta affinitas inter ipsam, & fornicatoris fratrem.

CONCLVSIO.

Ex qua cum carnali commixtione cum affinitas proficiscatur; quis tam ex fornicaria, quā ex matrimoniali eam contrahi negabit?

Responsio. RESPONDEO, affinitas ex propinquitas ex carnali commixtione mediante cōsanguinitate proueniens omni carens parentela, & quia carnalis commixtio est non tantum in cōcubitu matrimoniali: sed etiam fornicario ideo generaliter dicēdum, ꝙ per omnem carnalem copulam per quam vir, & mulier dicuntur effici vna caro affinitas cōtrahitur, & quia per carnalem pollutionem factam non in vase naturaliter ad illum vsum ordinato sed extra, vel per fractionem claustrornm sine seminis effusione nō efficiuntur vir, & mulier vna caro: ideo per tales actus affinitas non contrahitur. 35. q. 3. Extraordinaria. in text. & in glo. expressius. Nec obstat illud quod dicitur extra de spon. Iuuenis, quia illa decretalis loquitur de illo qui attentauit in naturalibus, & maritali affectu, vt dicit glo. ibidem, & etiā quia vsquequaque non erat plane certum vtrū extra vas naturale seminasset, vel intus, vt etiam littera sonare videtur.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non valet, quia frequenter ex actu transitorio causatur diuturnus effectus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd carnalis copula non causat irregularitatem nisi inquantum inducit sacramenti effectū: hoc autē præsuppo-

p̄ſupponit aliqđ eſſe ſacrū quod in fornicaria copula nullū eſt: & ideo neque ſacri defectus, per fornicariam autem copulam vir & mulier efficiuntur vna caro, qua mediante affinitas contrahitur.

Ad tertium dicendum, ꝙ ibi non vocatur extraordinaria pollutio carnalis concubitus fornicarius, ſed pollutio facta circa naturalia & non intra, ita ꝙ non attinguntur clauſtra pudoris, ſecundum ꝙ exponit glo. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum per matrimonium non conſumatum contrahatur affinitas.

Arg. 1. D. Bon. præſen di. q. 1. Sc ibid q. vnica. ET VIDETVR, ꝙ non: quia affinitas eſt propinquitas ex carnali commixtione proueniens, vt ſuperius dictum eſt, ſed in matrimonio nō conſumato nulla facta eſt carnalis commixtio: ergo per tale matrimonium non contrahitur affinitas.

Secundo. Item 35. q. vlti. Fraternitatis. Dicitur de cōiugibus, ꝙ ſi vna caro fiunt, non poteſt eſſe, ꝙ aliquis ſit propinquus vni eorum, quin pertineat alteri, in quo videtur dare intelligi affinitatem non contrahi per cōiugium, niſi mediante commixtione carnali.

In oppoſitum. CONTRA eadē cauſa q. 3. de propinquis æqualiter vir coniungatur in matrimonio eis qui ſibi conſauguinei ſunt, & vxoris ſuæ conſanguineis poſt mortem ſuæ vxoris, ſed per matrimonium non conſumatum iam ſunt vir, & vxor: ergo per talem matrimonium affinitas contrahitur.

Secundo. Item extra de conſanguinitate, & affinitate. cap. 1. Eque vt canones dicunt abſtinēdum eſt a conſanguineis vxoris, & proprijs: ex hoc argue vt prius.

CONCLVSIO.

Haud prorſus ſi affinitas proprie ſumatur.

Reſpon. RESPONDEO, ꝙ affinitas poteſt accipi proprie & communiter: primo modo non cōtrahitur, niſi mediante carnali commixtione ſecundo modo contrahitur non tantum per matrimonium non conſumatum, ſed etiā per ſponſalia, vt poſtea oſtendetur, per matrimonium enim conſumatum contrahitur aliqua propinquitas cum conſanguineis coniugis impediens matrimonium: vnde in effectu impediendi matrimonium conuenit cum affinitate proprie dicta.


Argumenta ad partem primam procedunt de affinitate proprie dicta.

Argumenta ad partem aliam de affinitate dicta communiter.

QVAESTIO III.

Vtrum contrahatur per ſponſalia.

Arg. 1. D. Bon. vbi ſup. Sco ibidem q. vnica. D. Th. præſen. di. q. 1. ar. 4.



ET VIDETVR, ꝙ non: extra de ſpō. impu. litteras, dicitur de quodam, q cum quadam puella incunabulis ſpōſalia cōtraxit, & poſtea matrem eius duxit in vxorem, ꝙ poteſt remanere cū vxore, quod non eſſet verum ſi ex prædictis ſponſalibus fuiſſet contracta affinitas.

Secundo. Item non videtur affinitas cōtrahi niſi mediante matrimonio, vel carnali copula, ſed ſponſalia non ſunt niſi ſponſio futuri matrimonij: ergo per illa non videtur cauſari affinitas.

In oppoſitum. CONTRA, extra de ſpon. Iuuenis. Dicitur de quodam qui quandam puellam duxit, nondum ſeptemnem, cum qua attētauit quod forſan complere non potuit, & poſtmodū duxit conſobrinam illius, ꝙ diuidendus eſt ab eadem, quod verum non eſſet, niſi per ſponſalia etiam ante ſeptennium contraheretur affinitas.

CONCLVSIO.

Sponſalia quæ de iure tenēt, & quædam etiā quæ non tenent affinitatem licet non propriam, cauſa tamen quæ matrimonium impedit proculdubio inducunt.

Reſpon. RESPONDEO, ꝙ ſponſalium quædam ſunt quæ tenent de iure, & talia ſponſalia, & ſi non inducant affinitatem proprie dictam, inducunt tamen aliquid affinitatis ſimile quo ad effectum impediendi matrimonium, eo ꝙ ſponſalia ſunt ad matrimonium ordinata, q̄dam ſunt quæ de iure non tenent, propter impedimentum conſanguinitatis vel affinitatis, quædam propter defectum vſus rationis, prima ſponſalia, & ſi non inducant affinitatem proprie dictam, inducunt tamen impedimentum matrimonij, ſicut affinitas propter publice honeſtatis iuſtitiam: extra de ſpon. Ad audiendam. in tex. & in glo. Eſt autem publice honeſtatis iuſtitia propinquitas ex ſponſalibus proueniens robur trahens ab inſtitutione eccleſiæ, propter eius honeſtatem, & quia ſimilis cauſa eſt in ſponſalibus quæ de iure nō tenent ex cauſa prædicta, ideo publice honeſtatis iuſtitia requirit, vt talia ſponſalia matrimoniom impediant. Sponſalia autem quę de iure non tenent, propter defectum vſus rationis nullam affinitatem inducunt, nec aliquid ſimile affinitati: quia talia ſponſalia non tantum non tenent, ſed nec modicam apparentiam habent, vt tenere debeant: & ideo nec dici poteſt, ꝙ matrimonium impediat propter publice honeſtatis iuſtitiam, & de talibus loquitur Decret. allegata ad partem primam. Latius de his habetur de conſang. & affi. li. 6

Ad ſecundū ad aliā partem. Ad ſecundum, ꝙ procedit de affinitate ꝓprie dicta.

Ad argumentum ad partem aliam dicendū ꝙ illa puella aliquid habebat de vſu rationis, & illud quod iuuenis attentauit, attentauit affectu maritali, & in vaſe naturali, & ideo non eſt ſimile de iſtis ſponſalibus, & de illis de q̄bus loquitur decr. ad partem primā allegata.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum affinitas causetur ex affinitate.

Arg. 1. D. Bo. praesen di. sup litterã. et q. 2. Sco. ibid. q. vnica D. Th. praesen di. q. 1. ar 5. Secundo.

ET VIDETVR, ꝙ sic: 35. q. 3. Contradicimus relictam consanguineorum vxoris suæ nullus ducat vxorẽ: ergo non tantũ sunt viro affines vxoris suæ consanguinei, sed etiam illæ mulieres, quæ sunt eis matrimonialiter copulatæ.

Item eadem q. Porro. Porro duorum consobrinorum coniuges, quamuis temporibus diuersis viro vni alteram post obitum alterius nubere publice honestatis iustitia contradicit, quod tamen non esset verum, nisi ex vno genere affinitatis aliud causaretur.

In oppositum. CONTRA, secundum & tertium genus affinitatis reuocata sunt, ita ꝙ solum remanet primum affinitatis genus: extra de consanguinitate. non debet: sed si affinitas causaretur ex affinitate, adhuc remanerent duo affinitatis genera: ergo affinitas ex affinitate non causatur.

CONCLVSIO.

Antiquitus quidem contrahebatur: at non nunc quia postulante necessitate & vtilitate aliter decreuit ecclesia.

Responsio. RESPONDEO, quòd antiquitus erant affinitatis tria genera, sicut habetur 35. quæst. 3. Contradicimus.

Antiquitus tria affinitatis genera fuisse. Primum genus affinitatis quod adhuc manet causatur ex carnali commixtione, seu matrimonio mediante consanguineitate.

Aliud oriebatur ex carnali commixtione cum matrimonio mediante affinitate.

Tertium vero mediantibus duobus primis generibus: verbi gratia. A. maritus. B. vxor, C. consanguineus vxoris C. est affinis. A primo genere affinitatis, & si. D. matrimonialiter copuletur ipsi. C. attinebit ipsi. A. in secũdo genere affinitatis, & si. C. copulabatur ipsi. D. attinebit ipsi. A. in tertio genere affinitatis, sed modo solum remanet primum affinitatis genus, nec vt dicitur extra de consanguinitate. Non debet: debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum statuta, quandoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas exposcit: reuocationem autem prædictorum generum vrgens necessitas, & euidens vtilitas exposcebat: quia vt in eadem decret. dicitur, prohibito de coniugio in secundo, & tertio affinitatis genere minime contrahendo difficultatem frequenter inducebat, & aliquando pariebat periculum animarum.

Ex dictis patet responsio ad argumentum in oppositum: quia illa decr. per prædictã decre. abrogata sunt.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quęruntur quatuor.

Primo vtrum affinitas impediat matrimonium.

Secundo vtrum possit præscribi contra ꝓhibitionem de contrahendo cum affine.

Tertio vtrum nati de tali matrimonio sint illegitimi.

Quarto vtrum ad accusandum impedimentum consanguineitatis, vel affinitatis sint admittendi, tam extranei, quàm consanguinei.

QVAESTIO I.

Vtrum affinitas impediat matrimonium.

Argum. 1. D. Bo. praesen. di. q. 1. Sco. ibid. q. vnica. D. Th. praesen. di. q. 1. ar. 1. Secundo.

OSTENDO, ꝙ affinitas non impediat matrimonium: quia effectus nõ impedit causam, sed affinitas causatur ex matrimonio: ergo non impedit matrimonium.

Item vir, qui carnaliter cognoscit mulierẽ magis videtur attinere illi, quàm consanguineus suus: quia ille qui cognouit eam attinet sibi immediate, consanguineus suus eo mediante, sed vir potest contrahere cum muliere, quam carnaliter cognouit: ergo multo fortius consanguineus suus.

In oppositum. CONTRA, 35. q. 3. de propinquis. Equaliter vir coniungatur in matrimonio eis, qui sibi consanguinei sunt, & vxori suæ consanguineis post mortem suæ vxoris: ergo affinitas, ita videtur matrimonium impedire sicut consanguinitas.

CONCLVSIO.

Imo impedit, & aliqua ex iure diuino: aliqua ex positiuo tantum.

Respon. RESPONDEO, ꝙ affinitas impedit matrimonium in aliquo gradu de iure diuino: ius enim diuinum prohibet, vt habetur Leuit: 18. filium non contrahere cum vxore patris, nepotem cum vxore patrui, patrem cũ vxore filij in aliquo gradu de iure positiuo, vnde de iure positiuo non licet contrahere cum affine, infra quartum gradum: extra de consan. & affini. Non debet. Vbi dicitur prohibitio copulæ coniugalis, quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cetero non excedat: quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari.

Ad prim. AD PRIMVM in oppositum dicẽdum ꝙ affinitas nõ impedit matrimonium ex quo causatur, sed aliud.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ cum nullus sit sibi consanguineus, & affinitas contrahatur, mediante consanguinitate per carnalem copulam, seu matrimonium, mulier non efficitur affinis viro, qui cognoscit eam, sed eius consanguineis. Et si dicas saltem magis videtur attinere sibi altero genere attinentiæ, & ex consequenti minus videtur posse matrimonialiter copulari viro, quàm consanguineo eius

eius, dico ꝙ non valet: quia cum matrimonium ad procreationem prolis ordinetur, & prolis procreatio non posſit eſſe ſine carnali copula ipſa matrimonio non repugnat: vnde ipſum impedire non debet.

QVAESTIO II.

Vtrum posſit præſcribi contra prohibitionem de contrahendo cum affine.

Arg. I. ET VIDETVR, ꝙ ſic: quia contra ius pure poſitiuum poteſt currere pſcriptio, ſed præſcriptio de contrahēdo cum affine eſt de iure pure poſitiuo: ergo contra ipſam poteſt valere præſcriptio.

Secundo. Item perceptio decimarum, & oblationum eſt aliquid ſpirituali annexum: vſus mulieris videtur eſſe quid carnale tantum, ſed contra ius percipiendi decimas, & oblationes valet præſcriptio quadragenaria: extra de præſcriptionibus, de quarta: ergo multo fortius poteſt præſcribi contra illud ius, quod prohibet contrahere cum affine.

In oppoſitum. CONTRA: eodem titulo vigilāti dicit dominus Papa de præſcriptione, ꝙ nobis tam in rebus cognitis, quàm in latentibus placuit nō habere vigorem: ergo videtur ꝙ per præſcriptionem nullus posſit iuſte aliquid obtinere.

CONCLVSIO.

Nulla profectò contra hoc poteſt præſcriptio, eſt.n. quo ad aliquos gradus de iure diuino, & quo ad reliquos, licet depoſitiuo, cautum eſt, tamē in iure eodem contra omnem præſcriptionem.

Reſpon. RESPONDEO, ꝙ quamuis contra ius naturæ, vel diuinum nulla posſit valere præſcriptio, quandoque tamen valet contra ius pure poſitiuum, niſi ſit tale de quo cauetur in iure vt contra ipſum præſcribi non posſit. Ad hoc tamē vt præſcriptio ſit valida neceſſaria ſunt tria. Vnū eſt ꝙ poſſeſſor iuſto titulo incipiat posſidere. 16. q. 3. Dilectio. §. Poteſt. Vbi dicitur, ꝙ qui nullo titulo posſidere incipit præſcribere non poteſt. Aliud eſt ꝙ ſit bonæ fidei poſſeſſor, hoc eſt, ꝙ credat ſe iuſte posſidere, quia ſicut dicitur: extra de præſcriptionibus, vigilanti. Nulla antiqua dierum poſſeſsio iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſpuerit poſtquam nouerit ſe aliena posſidere, tertium eſt, ꝙ posſideat per totum tempus determinatum a iure, abſq; interruptione: illud tamen tempus determinatur breuius, vel longius, ſecundum conditiones rerum quæ posſidentur, & illorum contra quos præſcribitur. Si autem præſcribens ius acquirit in re, quæ primo de iure ſua non erat: locum tamen in pꝓpoſito non habet: quia prohibitio de non cōtrahendo cum affine quantum ad aliquos gradus eſt de iure diuino, vt patet ex præcedenti quæſtione. Illud etiam ius poſitiuum quod in alijs gradibus contrahere prohibet, tale eſt ꝙ de ipſo cauetur in iure, vt contra ipſum pſcriptio valere non posſit: extra de cōſanguinitate & affinitate. Non debet: in fine. Cauſa etiam quare iura voluerunt præſcriptionem habere vigorem in propoſito eſſe non poteſt: quia vt dicitur extra de præſcriptionibus. Vigilanti. Epheſinus legiſlator ſolum propter vitandum miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem, & confuſionem prius tricenali, vel quadrigenali præſcriptionem vigore legis impoſuit: vnde conſuetudo quantumlibet longa non poteſt perſonas illegitimas ad contrahendum facere legitimas: extra de cōſanguinitate, & affinitate quod ſuper, in textu, & in glo. Præterea cum matrimonium non tantum ſit de iure poſitiuo: ſed etiam de iure naturæ & diuino: vt ſuperius oſtenſum eſt per nullam præſcriptionem fieri poteſt, vt matrimonium ſit verum quod a principio nullum fuit.

Ad validā præſcriptio nem 3. requiri. (margin note)

Ad primū. AD PRIMVM in oppoſitum patet ſolutio ex iam dictis.

Ad ſecundum. Secundum dicendum, ꝙ carnalis vſus mulieris, extra matrimonium eſt contrarius naturæ: & ideo locum non habet ibi præſcriptio ipſum etiam matrimonium eſt de iure naturę, & diuino, & ideo nec præſcriptio facere poteſt, vt valeat matrimonium, quod a principio nullum fuit, vel efficitur nullum, quod a principio fuit verum: extra de conſanguinitate, & affinitate. Non debet. partim in textu, & partim in glo.

Ad intellectum autem decre. allegate in arguendo ſciendum, ꝙ decre. non dicit, ꝙ valeat præſcriptio contra ius ſoluendi decimas: quia contra hoc ius nulla præſcriptio valere poteſt, vt dicit Concilium Byturicenſe quod tenuit dominus Simon cardinalis, tunc Legatus in Regno Franciæ, & hoc eſt rationale: qa debitum ſoluendi decimas non eſt tantum de iure poſitiuo, ſed etiam de iure diuino, contra quod præſcribi non poteſt, ſed prædicta decr. bene dixit, ꝙ clericus poteſt præſcribere contra epiſcopum ſuum ius percipiendi quartam decimæ, & oblationes defunctorum. Aliqui autem dicunt, ꝙ quamuis nō valeat pſcriptio contra ius ſoluendi decimas, ſecundam, ꝙ decima accipitur pro alia portione neceſſaria ad ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ, quia ſic eſt de iure naturæ, & diuino, quo ad omnes tamen ſecundum, ꝙ decima accipitur pro tali parte decimata poteſt præſcribi contra ius ſoluendi decimas: quia ſic ſoluere decimam non eſt de iure naturæ, nec de iure diuino, niſi quo ad filios Iſrael, & eſt argumentum pro iſta opinione, quia in maiori parte Italiæ non ſoluuntur decimę, nec tamen eccleſia procedit contra eos compellendos ad ſolutionem. *De decimis.* (margin note)

Ad

Ad aliam partem. Ad argumentum ad partem aliam dicendũ ꝙ illud verbum secundum glo. ibidem intelligitur in malę fidei possessore, qui præscribere non potest, siue verus dominus sciat rem illã ad se pertinere, siue ignoret, nec dicitur malę fidei possessor, qui post completam præscriptionem primo recognoscit, ꝙ res quando eã inceperit possidere sua non erat de iure: quia secundum glo. super decretalem prædictã cõpleta præscriptione iam possessor tutus est: secundum vtrunque ius, quod patet etiam per illlud quod habetur in cap. immediate sequẽti, vnde illud verbum illius decret. vigilanti: nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquẽ male fidei possessorem, nisi resipuerit postquã se nouerit aliena possidere, intelligendũ est si ante completam præscriptionem habuerit malam fidem, vt dicit glo. ibidem.

QVAESTIO III.

D. Th. præsen. di. q. 1. ar 3.

Vtrum nati de matrimonio contracto inter affines, vel consanguineos sint illegitimi.

CONCLVSIO.

Illegitimi quidem si matrimonium ex quo filij suscepti sunt contractum clandestinum fuit. Si vero præsente fiunt contradicente ecclesia altero tamen saltem parentum impedimentum nesciente certe legitimi sunt habendi.

Filios quadrifariã se haberi. Respondeo, ꝙ sicut dicitur, extra qui fi. sint legi. Tanta. in glo. quidam sunt filij legitimi, & naturales, quidam legitimi, & non naturales, quidam naturales & non legitimi, quidam nec naturales, nec legitimi. Legitimi, & naturales sunt qui nascuntur ex legitimo matrimonio, seu in eo concipiuntur, siue ante baptismum, siue post. 28. q. 1. Nunquid & hoc siue matrimonium sit legitimum, secũdum rem, & veritatem, vel secundum ecclesiæ approbationem, siue ab initio, siue ex post facto, & contrahentium reputationem, vel vtrunque, vel alterius: extra, qui fi. sint legi. Tanta. in glo. Si vero aliquis clandestina matrimonia, vel interdicta inire præsumpserit in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur: extra de clãdestina despon. Cum inhibitio. §. si quis. Pari modo etiam proles illegitima cẽseatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum præter omne interdictum etiam in conspectu ecclesiæ contrahere præsumpserunt. e. cap. vbi prius. §. pari modo. Legitimi, & non naturales sunt adoptiui, siue abrogati, de quibus habetur extra de cogna. legi. cap. vnico. Naturales, & non legitimi sunt nati ex concubinis in domo. Non legitimi, nec naturales sunt nati ex adulterio: extra qui fi. sint legiti. Tanta. Similiter dico de illis qui nascuntur ex incestu. Illegitimi enim qui nascuntur ex copula nõ legitima, dicuntur etiam non naturales, non a natura generis, sed a natura speciei: pro tanto quia naturale iudicium rationis manifeste tali copulæ contrarium est, nec propter istam rationem natus de concubina in domo indubitato affectu retenta, idest, ex concubina quæ in domo tenetur, quasi loco vxoris dicitur non naturalis: quia quamuis talis copula sit contra naturale rationis iudiciũ non tamen ita manifeste, sicut alia, & propter hoc quamuis ab eis excludatur ratio legitimitatis, non tamen ab eis excluditur vocabulũ naturalitatis.

Applicatio Ex dictis patet, ꝙ ex copulatis in facie ecclesiæ, & sine contradictione in gradu cõsanguinitatis, vel affinitatis prohibito vtroque eorum, vel altero impedimentum ignorante conceptus diffinitiuam sententiam diuortij, quamuis post eã ex vtero natus legitimus est, & succedere debet in paterna hæreditate: extra qui fi. sint legiti. cum inter. in textu, & in glos.

Similiter, si aliquis habens vxorem legitimam, & illa viuente, aliam ducit in faciem ecclesiæ: & sine contradictione illius impedimenti ignaram filius ex tali copula natus, siue conceptus legitimus est, quamuis post eius exceptionem parentes sui per diffinitiuam ecclesiæ sententiam separentur: extra eod. tit. ex tenore.

Duplex modus illegitimandi illegitimos, secundum canonistas. Legitimantur autem illegitimi duobus modis, secundum iura canonica.

Primus est per sequens matrimonium: quãdo scilicet solutus generans filium de soluta, postmodum in facie ecclesiæ cum ea contraxit: extra eodem tit. cap. 1. Hic autem legitimandi modus nõ se extendit ad natos ex adulterio: extra eo. tit. Tanta.

Secundus modus est per dispensationẽ domini Papæ, & hic modus legitimandi potest se extendere ad quoscunque illegitimos, & ad omnes illegitimos actus in tota ecclesia.

Secundum autem iura ciuilia legitimãtur sex modis.

Sex modis secundum leges illegitimos legitimari. Primus est, quando pater filium naturalem ex concubina susceptum non spurium tradidit curiæ ciuitatis suæ, vel Metropolitanæ, & fit officialis in illa curia, quod contingit propter curię honorem.

Secundus quando pater filiam naturalem iungit officiali curiæ ciuitatis suæ, vel Metropolis.

Tertius quando ipsemet naturalis filius offert se curiæ deficiẽte prole legitima, nã alias non liceret sibi se offerre.

Quartus quando deficiente prole legitima ipsa concubina offert pro filio suo legitimando pre-

do praeces Imperatori, & Imperator eas suscipit.

Quintus quando pater in testamento solenniter perfecto vocat eum legitimum filium suum.

Sextus quando in testamento publica manu confecto, vel manu propria habente suscei ptionem trium testium fide dignorum vocat eum legitimum.

QVAESTIO III.

Vtrum ad accusandum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis sint admittendi tam extranei, quàm consanguinei.

CONCLVSIO.

Consanguinei tantum si sunt superstites, velut consanguinitatis genealogiae magis gnari.

RESPONDEO, quòd parentes eorum, de quorum matrimonio agitur, siue fratres, & cognati vtriusque sexus sunt superstites, aut non: si non, tunc antiquiores extranei, & veraciores, quibus notum sit vtrum sit ibi impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, possunt impedimentum accusare. 35. q. 6. Consanguineos. & recitat Magister huius distinct. cap. vlti. Si autem sint consanguinei superstites, & tacent: tunc extranei repelluntur ab accusatione, tanquam suspecti, ꝙ ex malitia accusent, nisi per consanguineos probare voluerint quod accusant: quod probatur per illud quod habetur. cap. supra dicto. Rationabile. n. est, vt ad accusandum impedimenta praedicta magis recipiantur consanguinei, quàm extranei, quoniam vnusquisque suam genealogiã, tum testibus, & chartis, tum etiam exercitatione maiorum scire laborant, & melius recipi debent ad accusandum, qui melius impedimentum nouerint: extra. qui matrimonium accusare possunt. Videtur tamen si quis est ad quem peruenerit notitia denuntiationis, quã do banni secundum consuetudinem in ecclesia fiunt, & tacuit, ꝙ postea contra matrimonium accusare non potest: sed tanquam suspectus repellendus est, nisi proprio firmauerit iuramento, quod postea didicerit quae obiecit, & quod ad hoc ex malitia non procedit. eod. tit. cum in tua: quia tunc etiam si didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt claudi non debent eidem aditus accusandi: quoniam & si ab huiusmodi impetitione culpa de silentio tali contracta illos excluderet, ille tamen amoueri nequiret cum culpabilis non existat eodem cap. vbi prius, nec oportet accusatorem se ad talionem obligare: talis enim obligatio locum habet quando accusatur persona de crimine, vt puniatur: hic autem non accusatur persona, sed factum illegitimum.

CIRCA litteram. (Vsque in septem generationis gradum) hoc abrogatum est. (Relictam consanguineorum vxorem vxoris suae, &c.) hoc etiam abrogatum est. (Sed neque alterius coniunctionis soboles placet affinitatis prioris iuris transire consortium:) hoc etiam abrogatum est. (Si duo viri, vel tres cõ sanguinitatem iureiurando firmauerint, &c.) De modo procedendi ad accusationem matrimonij, propter impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis tenet, sicut in quaestionibus dictum est. (Accusare autem matrimonium ꝓpter peccatum fornicationis alterius coniugis non potest, nisi alter coniunx: accusare autem quòd matrimonium non est contractum non potest pater, vel mater, nisi pater illius, qui est honore, & diuitijs inferior: quia de tali praesumitur, quòd nollet matrimonium separari, si in rei veritate esset contractum, sed pater illius, qui est diuitijs, & dignitate superior habetur suspectus: quia praesumeretur, quòd quaereret matrimonium separari, eo quod proles sua non esset coniugi aequali sibi in dignitate, & diuitijs coniuncta. (Stuprum proprie est virginis illicita defloratio. Adulterium alieni thori violatio.) *Varij modi procedendi ad accusationem matri.*

Nota quod simpliciter, & omnibus pensatis grauius est adulterium, quàm stuprum: quia adulter peccat peccato luxuriae, & iniustitiae: magis etiam laedit rem publicam adulterium, quam stuprum: secundum quid tamen est econuerso: quia per stuprum aufertur bonum aliquod irrecomperabile, scilicet virginitatis integritas. *Stuprũ & adulterium.*

De spirituali cognatione:

DISTINCTIO XLII.



DE parentalium graduũ famosa quaestione aliquid, licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus, quae etiam personas impedit, vt non sint legitimae ad ineundas nuptias. Tria quaedam sunt, cõ sanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos, qui inunguntur secundum lineam generis: Affinitas inter eos, qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante genere sunt sociati: verbi gratia, vxor filij fratris mei, quae non est de genere meo, per ipsum qui est de genere meo, mihi affinis facta est, & ego illi. Spiritualis proximitas est inter compatrem & commatrem, & inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione, aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales, & spirituales, *Hugo. sent. 2. cap. 13.*

Qui sint filij spirituales.

Spirituales filij sunt, quos de sacro fonte leuamus, vel

vel catechizatione, seu confirmatione tenemus. Filij etiam & filiæ spirituales eorum sunt, qui trinæ mersionis vocabulo eos sacro baptismate tingunt. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur. Vnde Symmachus papa, Omnis, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filij, vt & ipsi quos vel nobis suscipientibus, uel sub trinæ mersionis vocabulo mergentibus, vnda baptismi regenerauit. Syluester etiam admonet, vt ad suam filiam pœnitentialem nullus sacerdos accedat; quia scriptum est, Omnes quos in pœnitentia accipimus, ita nostri filij sunt, vt in baptismo suscepti; quorum omnium flagitiosa est commixtio. Quòd autem compater & commater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis, nec mater filiæ vel filio spirituali, ex Concilio Maguntinensi docetur. De eo quod interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit in vxorem, & de eo qui concubuit cum matre spirituali, & de eo qui filium suum baptizauit, & vxor eius eum de fonte suscepit, hac causa vt dissidium fieret coniugij, si pòst in tali copula possunt permanere: sic respōdendum est, si filiolam aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit, separandos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si verò coniuges legitimi, vnus vel ambo ex industria hoc fecerint, vt filium suum de fonte susciperent; si innupti manere uoluerint, bonum est: sin autem, grauis pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant, & si præuaricator coniugij superuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Ex his apparet, quòd aliquis filiolam suam vel commatrem non potest sibi copulare nuptialiter: & si præsumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitimè coniuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorum insidiosè filium de fonte leuauit. Quod etiam Nicolaus confirmat dicens, nosse desideras, vtrum mulier quæ viri filium ex alia fœmina genitum de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniungi posse decernimus, quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem: cū Apostolus præcipiat, nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, &c. Item, Dictum est nobis, quasdam fœminas desidiosè, quasdam verò fraudulenter, vt a viris suis separentur, proprios filios coram Episcopis ad confirmandū tenuisse. Vnde nos dignum duximus: vt si qua mulier filium suum desidia aut aliqua fraude coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciā, vel fraudem, quandiu viuat, pœnitentiam agat: tamen à viro suo non separetur. Item Ioann. Papa. Ad limina sancti Petri homo nomine Stephanus veniēs, nostro præsulatui innotuit, quod filium suum in extremo vitæ positum, necdum baptismi vnda lotum, absentia sacerdotū cogente baptizauit, eumque proprijs manibus suscepit. Atque pro huiusmodi negocio reuerentia tua præfatum hominem à sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et Dominus non dimittere vxorem, nisi causa fornicationis iubet. Et nos tanta autoritate fre-

30 q. 1. Omnes.

In Conci Maguntinensi, c. 10. Et 30 q. 1. c. de eo.

Ib. c. Nosse

1. Cor. 7.

Ex Conc. 2. Cabilo c. 31 Et ibid cap. Dictum est.

Ibid c. Ad limina

Gene. 2. d Matt 5 & 19.

ti, dicimus * dimittendum esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, liberè conceditur. Vnde si supradictus homo filium morientem aspiciens, ne animam perpetuò perire dimitteret, vnda baptismi lauit, vt eum de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur. Ideoq; suæ vxori, sibi iam olim legitimè sociatæ, impunè dum vixerit iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc separari debere. His alijsque pluribus auctoritatibus edocetur, coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuauit, vel in confirmatione tenuerit.

* dimittendum non esse. Grat.

Quid præmissis obuiat.

His autem obuiare videtur, quòd Deus dedit papa ait, Peruenit ad nos diaconus sanctitatis vestræ epistolam deferens, quòd quidam viri, & mulieres præterito sabbato Paschali, pro magno populi incursu nescientes filios suos suscepissent de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium vsum redire, vel non. Nos verò hac re mœsti, priorum inquisiuimus dicta, & inuenimus in archiuis, id est, in armarijs Apostolicæ sedis, iā talia contigisse in pluribus ecclesiis: quarum Episcopis ab hac Apostolica sede volentibus scire vtrum uiri, ac mulieres redirent ad proprium thorum, beatæ memoriæ sancti patres Iulius Papa, Innoc. & Celestinus, cum Episcoporum plurimorum consensu, in Apostolorum principis ecclesia * præsidentes, talia rescripserunt, & confirmauerunt, vt nullo modo se in coniugio reciperent viri, ac mulieres, quicunque * hac ratione susceperunt natos, sed separarent se, ne suadente diabolo tale vitium inualescat. Item, Si qs filiastrum, vel filiastram suam ante Episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab vxore sua, & aliam nunquam accipiat. Hęc autem vel ad terrorem dicta sunt, non quòd ita esset faciendum, sed ne illud fieret, summopere cauendum: vel de illis est intelligendum, qui prius filios suos vicissim de fonte susceperunt, quàm fierent coniuges. Præmissis autem auctoritatibus omnino consētiendum est, vt siue proprium, siue tantum viri filium mulier de fonte susceperit, non ideo à viro separetur, quod & de viro similiter oportet intelligi.

Ibidem ca. Peruenit.

* prohiberet.

* aliqua

Ibi. Si quis filiastri Ex Conc. apud Vermeriā

De copula spiritualium, vel adoptiuorum, vel naturalium filiorum.

Quòd autem spirituales vel adoptiui filij naturalibus copulari nequeant, Nicolaus Papa testatur, ita inquiens, Ita diligere debet homo eum qui se suscepit de sacro fonte, sicut patrem. Inter fratres, & filios spirituales gratuita, & sancta communio est: quæ dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror nō posse fieri legale coniugium: quia nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij sunt, venerandæ leges matrimonia contrahi permittunt. Item, Si inter eos nō contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius à carnali inter se contubernio cessare oportet, quos per cœleste sacramentum regeneratio sancti spiritus iungit.

Ad cōsulta Bulgarorū. Et 30. q. 3. Ita diligere.

Si fi-

Si filij ante compaternitatem, vel post nati valent coniungi.

Hoc autem quidam volunt intelligere tantum de illis filijs quibus compatres sancti sunt. De alijs verò qui ante compaternitatem vel post geniti sunt, concedunt, quòd legitimè & licitè iungi possunt. Quibus videtur consentire Vrbanus secundus, dicens, Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc videtur respondendum, vt & baptismus sit, si instante necessitate fœmina puerum in nomine Trinitatis baptizauerit, & quòd spiritualium parentum filij vel filiæ, ante vel post compaternitatem genitæ, possunt legitimè coniungi, præter illam personam, qua compatres effecti sunt.

Ibi. ca. Super quibus.

Paschalis Papa.

Paschalis verò secundus, post compaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Rhegino Episcopo, Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel ex commatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandum est quod in Triburiensi concilio legitur, Si quis suæ spiritualis commatris filiam fortuitu, et ita contingente rerum casu, in coniugium duxerit, maturiori seruato concilio, habeat atque legitimo connubio honestè operam det.

Ibi. ca. Post susceptum. Cap. 48. Et in c. illud notandum.

Si quis ducere possit duas commatres vnã post alteram.

Solet etiam quæri, si commatrem vxoris post eius obitum quis ducere valeat. De hoc Nicolaus Papa sic scribit, Sciscitatur à nobis sanctitas vestra, si quis duas commatres habere valeat vnam post alteram. In quo meminisse debes scriptum esse. Erunt duo in carne vna. Cùm ergo constet quòd vir, & mulier vna caro efficiuntur, restat, virum compatrem constitui mulieri, cuius assumpta vxor commater erat: & ideo virum illi fœminæ non posse coniungi, quæ cõmater eius erat, cum qua idem fuerat vna caro effectus. Huic autem illud contrarium videtur. Qui spiritualem habet compatrem, cuius filium de lauacro acceperit, & vxor eius commater non est; licet ei defuncto compatre suo eius viduam ducere in vxorem: quos nulla generatio spiritualis secernit. Item ex epistola Paschalis papæ: Post vxoris obitum, cũ commatre vxoris coniugio copulari nulla ratio vel autoritas videtur prohibere. Non enim per carnis vnionem ad vnionem spiritus transitur. Sed sciendũ est quòd autoritas Nicolai de illo agit, qui vxori suæ debitum reddidit, postquam commater illius extitit. Aliæ verò autoritates de illo agunt, cuius vxor, postquàm à viro suo derelinquitur, illius cõmater efficitur, nec post compaternitatem à viro suo cognoscitur: vel de viro potius agunt, cuius vxor antè defungitur quàm ab eo cognoscatur.

30. q. 4. ca. Sciscitatur. Gen. 2. d Matt. 19. d Et Tribur. conc. cap 47 Ibid c. Qui spiritualẽ. Ibid. c. Post vxoris. Determina tio. Ibidem.

Si vir, & vxor possint simul tenere puerũ.


Solet etiam quæri, si vxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum. De hoc Vrbanus ait, Quod vxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere puerum, nulla autoritate videtur vel reperitur prohibitum: sed vt ipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conseruetur immunis, decreuimus vt vtrique simul ad hoc aspirare non præsumant. Quia vero piaculare flagitiũ commisit, qui duabus commatribus velut sororibus nupsit, magna pœnitentia debet ei iniungi.

De secundis, & tertijs nuptijs, & deinceps.

Sciendum est etiam, quòd non solum primæ vel secundæ nuptiæ sunt licitæ, sed etiã tertiæ & quartæ non sunt damnandæ. Vnde August. secundas nuptias omnino licitas Apost. concedit. De tertijs autẽ & quartis, & de vltra pluribus nuptijs solent homines mouere quæstionem. sed quis audeat definire, quod nec Apostolum video definisse? Ait enim. si dormierit vir eius, cui vult nubat. Non dicit primus, vel secundus, vel tertius, vel quotuslibet: nec à nobis definiendum est quod non definit Apost. Vnde, vt breuiter respondeam, nec illas nuptias debeo damnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre: nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quoties voluerint nubant, nec ex meo corde, præter scripturæ autoritatem, quotaslibet nuptias damnare. Idem testatur Hiero. Ego nunc libera voce exclamo, nec damnari in Ecclesia bigamiã, imò nec trigamiam, & ita licere quinto & sexto, quemadmodum secundo marito, nubere. Apost. tamen bigamos à sacerdotali honore excludit. sed hoc non facit pro vitio bigamiæ, imò pro sacramenti virtute, vt sit vna vnius, sicut vnica vnici. Illud tamen Neocæsariensis concilij videtur innuere, bigamiam esse peccatum: Presbyterum, inquit, in nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cum pœnitentia bigamus indigeat, quis erit presbyter qui talibus nuptijs possit præbere consensum? sed hoc de illo intelligi potest, qui primæ vxori insidiatus putatur desiderio secundæ: vel pro signaculo sacramẽti illud dicitur: quod in bigamo non seruatur. Ambrosius etiam dicit, quòd primæ nuptiæ tantùm à Domino sunt institutæ, secundæ verò sunt permissæ. Et primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter: secundæ verò etiam in præsenti carent gloria.

Lib de bono vidui c. 12. E 3 q. 1. ca Quid si dormierit. 1. Cor. 7. g Ad Pãmachin, in apolo. pro libris cõtra Iouin. circa finẽ. Et ib c aperiant q. æso 1. Timo. 3 a Ca. 7. Et ibidem ca. De his qui. In illud 1. Cor 7. Beatius aũt erit

DISTINCTIO XLII.



VPERIVS determinauit Magister de impedimento affinitatis. Hic determinat de impedimento cognationis spiritualis & legalis.

Et diuiditur in partes duas.

Primo determinat de secundis nuptijs. (Sciendum est.)

Prima in duas.

Primo determinat de impedimentis cognationis spiritualis & legalis principaliter respectu matrimonij contracti.

Secundo principaliter respectu contrahendi. ibi. (Quod autem.

Prima in tres.

Primo ostendit quid sit cognatio spiritualis, & qualiter contrahatur.

Secundo qualiter se habet ad matrimoniũ. ibi. (Spirituales.)

Ter-

Tertio opponit in contrarium. ibi.(His autem.)

Illa pars quæ incipit. Quod autem. Diuiditur in duas.

Primo determinat de impedimento spiritualis fraternitatis.

Secundo de impedimento commaternitatis. ibi. (Solet etiam.)

Prima in duas.

Primo ostendit, ꝙ filij spirituales aut legales cum naturalibus filijs non possunt contrahere.

Secundo ostendit de quibus naturalibus filijs hoc sit intelligendum ibi. (Hoc autem.)

Illa pars quæ incipit. Solet etiam. Diuiditur in duas.

Primo inquirit an vir cum commatre vxoris suæ possit contrahere.

Secundo an vir, & vxor simul debeant puerum de sacro fonte recipere. ibi. (Solet etiã quæri.

CIRCA hanc distinctionem quærendum est principaliter de tribus.

Primo de cognatione spirituali.

Secundo de legali.

Tertio de nuptijs secundis.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum cognatio spiritualis impediat matrimonium.

Secundo ex quibus causis contrahitur.

Tertio inter quas personas contrahitur.

QVAESTIO I.

Vtrum cognatio spiritualis impediat matrimonium.

Arg. 1 D. Bo. ibi. ar. 1. q. 2. Sc. ibid. q. vnica. D Th præs. di. q. 1 ar. 1

OSTENDO, ꝙ cognatio spiritualis nõ impedit matrimonium, illud nõ impedit matrimonium, quod simul stare potest cum matrimonio, sed cognatio spiritualis est huiusmodi, sicut enim dicitur extra de cognatione spirituali, si vir. Si vir, vel mulier scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperint, nõ sunt abinuicem separandi, & tamen inter eos cognatio spiritualis contracta est: ergo cognatio spiritualis matrimonium impedit.

Secundo. Item cognatio spiritualis nulli bono matrimonij opponitur: ergo ipsum non impedit.

In oppositum. CONTRA, extra de cognatione spirituali. Veniens: dicitur si constiterit. B. mulierẽ. C. viri filium de sacro fonte leuasse, antequã eam desponsasset vxorem inter eos diuortiũ appellatione postposita celebretis: ergo cognatio spiritualis non tantum impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit cõtractum, si ipsa matrimonium præcessit.

CONCLVSIO.

Sicut per carnalem, ita analogice per spiritualẽ regenerationem contrahitur cognationis spiritualis vinculum matrimonium impediens.

Analogia carnalis & spiritualis cognationis. RESPONDEO, sicut homo per carnalem generationem accepit esse naturæ, ita per generationem spiritualem accepit esse gratiæ. Et sicut per generationem carnalem contrahit generatus cum parentibus quoddam vinculum, quod vinculum est cognatio carnalis ita per regenerationem spiritualem contrahit quoddam vinculum cum dante sacramentum regenerationis, qui est spiritualis pater personam Dei repræsentans, & cum tenentibus ipsum dum suscipit sacramentum, qui repræsentant matrem spiritualem, scilicet ecclesiam, & illud vinculum est cognatio spiritualis. Vnde spiritualis cognatio est proximitas quædam personarum proueniens ex datione sacramẽti, vel tentione ad illud, & hæc proximitas, si præcedit contractum matrimonij impedit cõtrahendum, & dirimit, si postea contrahatur de facto, sicut patet per decr. allegatã ad partem secundam.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ spiritualis cognatio superueniens non opponitur matrimonio iam contracto, quãtum ad essentiam: quia vt superius visum est nullũ impedimentum superueniens matrimonio rato soluit ipsum, quantum ad vinculum, excepta morte spirituali vel carnali, quandoque tamen impedit quantum ad debiti exactionẽ, & quandoque non: si autem alter coniugum suscipit alterius coniugis filium, seu baptizat ipsum in articulo necessitatis per talem cognationem spiritualem nihil præiudicatur sibi, quantum ad exactionem debiti, seu redditionem. Ideo dico si ex ignorantia hoc fecerit etiam præter casum necessitatis: extra, de cognatione spirituali. Si vir. Si autem ex certa scientia hoc fecerit sibi videtur præiudicare quantum ad exactionem debiti quod videtur posse probari per hoc, quod dicitur in decre. prædicta. in fine, ꝙ eis sua fraus non debet patrocinari.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ cognatio spiritualis opponitur essentiæ matrimonij ex parte materiæ: quia personas reddit illegitimas ad contrahendum inter se, propter statutum Ecclesiæ.

QVAESTIO II

Vtrum in solo baptismo contrahatur cognatio spiritualis.

Arg. 1. D Bo. præs. di ar. 1. q. 1 Sc. præs. q. vnic. D Th. præs. d. q. 1. ar. 1.

ET VIDETVR, ꝙ sic: per solam generationem carnalem contrahitur cognatio carnalis: ergo a simili per solam regenerationem spiritualem contrahitur cognatio spiritualis, sed solum sacramentum baptismi est sacramentum rege

regenerationis spiritualis: vnde & ab Apost. ad Titum. 3. Vocatur lauacrum regerationis: ergo in solo baptismo contrahitur cognatio spiritualis.

Secundo. Item in baptismo contrahiturcognatio spiritualis, aut quia ibi gratia confertur, aut quia ibi character imprimitur, aut quia necessar ... est ad hoc, vt aliquod aliud sacramentum ... sciciatur: non primo modo: quia tunc in sacramento quolibet cognatio spūalis contraheretur, quod falsum est, nec secundo modo quia tunc in sacramento ordinis contraheretur, quod etiam falsum est: ergo tertio modo, sed illud est proprium ipsi baptismo: ergo cognatio spiritualis contrahitur in solo baptismo.

In opposi-tum. CONTRA 30. q. 1. Oēs. Et recitat Magist. in lit. huius dist. c. 1. Omnes quos in pęnitētia suscepimus ita nostri spirituales sunt filij, vt ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trinæ mersionis vocabulo mergentibus vnda sacri baptismatis regenerauit.

Item Magister huius dist. cap. 1. Spūales filij sunt quos de sacro fonte leuamus, vel in catechizatione, vel in cōfirmatione teneamus.

CONCLVSIO.

Imo & ante baptismū in cathechismo, & post in confirmatione ea tamen, vt quæ in illo matrimoniū impediat cōtrahendum quæ vero in his dirimit etiā contractum.

Respon. RESPONDEO, ꝙ in carnali generatione per quam contrahitur carnalis cognatio tria sunt. s. ad illam generationem dispositio, q̄ est in seminum commixtione, & ipsa generatio, quæ est in fetus animatione, & huius generationis manifestatio, quæ est per natiuitatem, ex vtero: sic in regeneratione spūali tria consideranda sunt. s. dispositio ad regenerationē, quæ est per catechismum, & ipsa spūalis regeneratio, quæ est per baptismum, & ipsius manifestatio, quæ est per cōfirmationis sacramē tum, per quod homo fidelis ad publicā fidei confessionem exponitur: in baptismo, & cōfirmatione contrahitur ita forte vinculum cognationis spiritualis, quod impedit matrimonium contrahendum, & si postea de facto contrahatur dirimit contractum, sed quia in catechismo nō est, nisi quædam dispositio ad regenerationem, & videtur se habere ad eam, sicut sponsalia ad matrimonium: ideo ibi cō trahitur spiritualis cognatio, ita debilis, ꝙ vix impedit matrimonium contrahendum, & si postea contrahatur nullo modo pp hoc est dirimendum: extra de cogna. spūali. Contracto. & forte huius ratio principalis est: quia vera

Nota. cognatio spiritualis non contrahitur in catechismo, sed aliqua debilis similitudo eius: sicut enim ante baptismum nullum aliud sacramentum suscipi potest, ita nec vera cognatio spiritualis.

Ad primū AD PRIMVM in oppositum dicēdum, ꝙ sicut generatione carnali consideratur, & natiuitas in vtero, & ex vtero: sic in generatione spūali baptismus & confirmatio per quam est regenerationis in lucem productio.

Ad secundum dicendum, ꝙ cognatio spiritualis contrahitur propter sacramentalē gratiam regenerantem, quæ datur in solo baptismo, vel regenerationem manifestantem, quæ datur in confirmatione. Ad secundum.

Ad primum ad partem aliam dicēdum, ꝙ secundum quandam glos. ibidem. Illa similitudo attenditur, quantum ad illos qui dant & suscipiunt sacramentum: sicut. n. inter baptizā tem & baptizatum contrahitur cognatio spiritualis, ita inter manifestantem pœnitentiæ sacramentum, & suscipientem: vnde si sacerdos posset ducere vxorem, non tamen illam ducere posset, cui ministrauit pœnitentiæ sacramentum, sed quantum ad causalitatem cō paternitatis, & fraternitatis spiritualis non est simile. Ad aliam partem.

Vel potest dici, ꝙ & si per sacramentum pęnitentiæ contrahatur familiaritas spiritualis, non tamen cognatio saltem quæ possit matrimonio impedire: videntur. n. baptismus, & pęnitentia differre in spūalibus, sicut generatio & resurrectio in corporalibus, per baptismū enim anima regeneratur, & per sacramentum pęnitentiæ resuscitatur: vnde sicut non contraheretur cognatio carnalis inter resuscitatum, & illum ad cuius preces Deus eum resuscitat, ita nec inter sacramentum pœnitentiæ ministrantem, & suscipientem. Respon.

Ad secundum patet quid sit dicendum ex dictis in quæstione.

QVAESTIO III.

Vtrum inter quas personas cognatio spiritualis contrahatur. Arg. 1. D. Bon. vbi su q. 3. Sco. vbi su. D. Tho. vbi su ar. 3.

CONCLVSIO.

Inter regenerantē & regeneratum, & generantem, & regenerantem, & regeneratum, & filios carnales regenerantis.

RESPONDEO, ꝙ cognationis spūalis tres sunt species, paternitas, cōpaternitas, fraternitas: prima contrahitur inter regenerantem, & regeneratum, & sicut in generatione carnali duo sunt. s. pater & mater: sic in spirituali administrans sacramentum est pater: quia personam repræsentat Dei: tenentes autem illum qui regeneratur sunt sicut mater: quia repræsentant personam ecclesię, & ideo inter regeneratum & dantem sacramentum contrahitur paternitas spūalis: similiter inter eum, & ipsum tenentem, si tamen sacr̄m ministrās, vel tenens illum qui regeneratur baptizati sunt. aliter non: quia omnium sacrorum & cognationum spiritualium quæ per sacramenta cō trahuntur baptismus est fundamentum. paternitas.

Cōpaternitas contrahitur inter regeneran tem

tem, & generantem: tam enim sacramentum ministrans, quàm tenentes illum qui regeneratur efficiuntur compatres, vel commatres, parentum carnalium illius, qui regeneratur, & quãdoque transit hæc species cognationis ad vnum coniugum alio mediante, aliquando non: si enim alter coniugum, inter quos consumatum est matrimonium suscipit filiũ alicuius de sacro fonte, vel tenet in confirmatione, alter coniunx efficitur compater parentum carnalium regenerati: extra de cognatione spũali. Martinus. & 30. q. 4. Si quis vnus. Cuius ratio est: quia vt ibi dicitur vir, & mulier effecti sunt vna caro per matrimoniũ consumatum. Si autem aliqui efficiuntur vna caro per fornicariam copulam, nõ propter hoc transit compaternitas ab vno in alium, quia per rem puræ carnalem non contrahitur spiritualis cognatio. Si tamen aliquis susceperit de sacro fonte filium alterius coniugum, inter quos consumatum est matrimonium, siue fuerit natus ante consumationem matrimonij, siue post de alia persona, quà n de coniuge non efficitur compater, nisi illius cõiugis, cuius est filius. 30. q. 4. Qui spũalem. in glo. cuius ratio est: quia & si quantum ad contrahendum compaternitatem coniuges, inter quos consumatum est matrimonium, communicent sibi suas actiones, non tamen suas passiones: quia hoc induceret nimium onus, & periculosum matrimonio. Vel dic vt dicit etiã glo. ibidem: quia ille coniunx qui nõ est pueri pater carnalis: neque spũalis per se, nec per actum vxoris nõ, potest per regenerationem illius fieri compater regenerantis. Si autem vir vel vxor ante contractum matrimonium, vel ante consumationem matrimonij cõtracti leuauerit filium alicuius de sacro fonte, vel tenuerit in confirmatione nõ propterhoc ad alterum coniugem transit compaternitas, vnde in hoc casu posset vnus vir habere duas commatres in vxores vnam post alterius mortem. 30. q. 4. Post vxoris: & hoc siue inter prædictos coniuges sequatur carnalis copula, siue nõ: quia propter vnionẽ carnis ad vnionẽ spũs præcedẽtẽ nõ pertrãsitur: vt hr̃ eo. c. & sic patet distinctio Gratiani quã ponit e. c. §. Notandum nullam esse, vt etiam dicit glo. ibid.

Dicit. n. sic Gratianus, ꝙ ille prohibetur cõmatri vxoris suæ mr̃imonio copulari, q vxori siue debitum reddidit, postq̃ illius cõmater extitit, illo vero permittitur m̃rimonio copulari cuius vxor alicuius cõmater efficitur, & post hoc a viro suo non cognoscitur.

Fraternitas Fraternitas vero contrahitur inter regeneratum, & carnales filios regenerantis. 30. q. 3. Pitatium. & c. seq. & extra de cogna. spi. Ex litteris. Et hoc siue carnales filij nati sint ante cõtractã cõpaternitatẽ inter suos parentes carnales, & parẽtes carnales regenerati siue post eo. tit. Tua nos. Filij aũt per quorũ neutrũ ad cõpaternitatẽ peruentũ est inter se possunt libere m̃rimonialiter copulari, nisi cõsuetudo Metropolitanę Ecclesiæ, vel aliarum circumpositarũ contradicat: extra de cogn. spũali: siue per eo. & hoc siue dicti filij nati fuerint ante cõpaternitatẽ, siue post: extra eo. c. 1. & 30. q. 3 Non oportet. §. Filij. & c. super. Pater etiã spiritualis licite ducere potest in vxorem carnalem sororem filij sui spũalis ea. q. post susceptum. §. Si quis. & c. se. Ex dictis patet esse abrogatum illud quod dr̃ eo. c. Post susceptũ: vsque ibi. quia leges dr̃. n. ibi, ꝙ qui ex cõpatre, vel cõmatre nati fuerint matrimonio cõiungi nõ possunt, quod ex dictis patet esse falsum.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum adoptio sit alicuius extraneę personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio.

Secundo vtrum impediat matrimonium.

Tertio, inter quos contrahitur.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum adoptio sit alicuius personæ extraneæ in filium vel nepotem vel deinceps legitima assumptio.



Arg. 1. D. Bon ibi. ar. 2 q 1. Sco. ibi. D Th. pref. di q. 2 ar. 1

O STENDO, ꝙ adoptio non est alicuius personæ extraneę. &c. q. a vt hr̃ Hester. 2. Mardocheus Hester, q̃ fuerat filia fratris sui adoptauit ĩ filiã.

Secundo. Item mulier potest aliquẽ assumere in domo sua, & ipsum loco filij nutrire, & tamen adoptare non potest.

Tertio. Item arrogatio non est adoptio, sed arrogatio est alicuius in filium, vel nepotem, aut deinceps legitima assumptio: ergo adoptatio non est huius.

In oppositum. CONTRA, adoptare sicut dicit Papias, est aliquem in filium recipere, sed qua ratione potest aliquis recipi in filium eadem rõne in nepotem, & sic deinceps cõstat, ꝙ hoc nõ debet fieri, nisi legitime: ergo adoptio est personæ extraneæ in filium, vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio.

CONCLVSIO.

Adoptionis diffinitio.

Respon. 1. Adoptio RESPONDEO, quòd adoptio est voluntarius motus quo de non filio fit filius, non naturalis, sicut generatio naturalis, est naturalis mutatio, qua de non filio fit filius naturalis, & quamuis ista filiatio aliquo modo naturalem imitetur, non tamen attingit: quia sicut dicit philosophus quarto Metheorum. Ars debilior est, quàm natura, nec sequitur, id est attingit eam: licet multũ elaboret, & intelligas, quòd per filiũ, vel nepotem *T. c. 3.*

in

in diffinitione adoptionis intelligitur filius & filia, nepos & neptis: quia tam masculus, quam fœmina possunt adoptari.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod per personam extraneam intelligitur omnis, qui non est in potestate adoptantis siue sit de eius cognatione carnali siue non.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod non quilibet potest adoptare, sed tantum ille cui a lege permittitur, quia nec quilibet etiam potest generare: vnde nota, quod mulier adoptare non potest, nisi in solatium amissorum liberorum, hoc ei a principe concedatur, nec etiam filiusfamilias, nec etiam ille qui non potest generare, vt spado vel castratus, nec minor sexaginta annis, nisi ex aliqua necessaria causa: quia ante tempus illud debet vacare generationi naturali si vult habere filium: oportet etiam quod adoptans plena pubertate præcedat adoptatum, idest 18. annis, ita quod posset ipsum naturaliter generasse: dic ergo ad formam argumenti, quod non est idem aliquem in domo sua nutrire sicut filij nutriuntur, & aliquem in filium adoptare. *Quemlibet non posse adoptare.*

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quod tam arrogatio, quam adoptio specialiter dicta sunt species adoptionis generaliter dictæ, & differunt in quatuor.

Inter arrogationem et adoptionem quadruplex interstitium. Primo, quod arrogatur qui est sui iuris: adoptatur qui est alieni.

Secundo quia arrogatus transit in potestatem arrogantis, adoptatus non transit in potestatem adoptantis.

Tertio quia arrogatio non fit nisi auctoritate principis: adoptatio autem fit per quemlibet magistratum, & hæc tres differentiæ accipi possunt ex his, quæ dicuntur instituta de adopt. §. 1. & 3. & 4. coniunctim, & per illud quod dicitur: extra de cognatio. legali. cap. vnico, in glo.

Quarto differunt: quia arrogatus habet de necessitate legitimam in bonis arrogatoris, vnde siue eum emancipet, siue decedat, debet ei relinquere legitimam suam.

Adoptatus vero non habet legitimam in bonis adoptantis: vnde non tenetur ei aliquid relinquere, si tamen ab intestato moriatur succedit ei adoptatus. Et nota quod quia prædictæ duæ species sunt adoptionis generalis, arrogatio quandoque in iure dicitur adoptaio: in principio, vbi dicitur non solum naturales liberi secundum ea quæ diximus in potestate nostra sunt: verum etiam hi quos adoptarmu.

QVAESTIO II.

Vtrum cognatio legalis impediat matrimonium.

Arg. 1. D. Bon. vbi su. q. 2. Sco. vbi su. D. Th. præs. q. 1. ar. 2

ET VIDETVR, quòd non: maior videtur esse cognatio legalis filij adoptiui ad filiam adoptiuam, quam ad naturalem, sed filius alicuius adoptiuus, potest contrahere cum eiusdem filia adoptiua: quia non inuenitur prohibitum: extra de cognatio. legali, capitulo vnico, in glo. ergo multo fortius cum eiusdem filia naturali.

Secundo. Item vt superius habitum est, adoptatus non transit in potestatem adoptantis: ergo non cohabitat cum eius naturalibus filijs, nulla ergo videtur ratio, quare inter ipsos non possit matrimonium contrahi.

Tertio. Item filius illegitimus non est in potestate patris: vt habetur in capitulo prædicto, in glo. ergo videtur, quod potest contrahere cum patris sui filia adoptiua.

In oppositum. CONTRA, extra de cognatione legali, capitulo vnico. Si qua propter adoptionem mihi soror esse cœperit, quandiu durat adoptio inter me, & ipsam nuptiæ consistere non possunt.

Item 30. quæstio. 3. capitulo primo. Inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij sunt, venerandæ leges ratione matrimonia constahi non permittunt.

CONCLVSIO.

Et cognatio legalis impedit matrimonium inter adoptiuos, & naturales filios ex lege ad tollendam opportunitatem luxuriæ eorundem simul cohabitantium.

Ad quæstionem. RESPONDEO, quòd sic, vt dicunt iura ad partem secundam allegatam: & Magister huius distinctio. capitulo tertio. Legalis cognatio impedit matrimonium: quia sicut consanguinei, & affines, ita, & adoptiui solent cum naturalibus filijs familiariter conuersari, & arrogati cum materalibus in eadem familia manere, & ideo lex tales a coniugio excludit, ne si inter se contrahere non possent: daretur opportunitas, & incentiuum luxuriæ, quidam tamen perpetuo prohibentur copulari, quidam vero ad tempus, scilicet durante adoptione, vt patebit in quæstione sequen. quia tamen matrimonium cum sit sacramentum Ecclesiæ, legibus secularibus non subiacet: prædicta legis prohibitio non esset efficax, nisi canonizata esset.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd est simile: filius enim carnalis magis attinet patri, quàm adoptiuus: & quia attinentia est inter filios per comparationem ad patrem, filia adoptiua magis attinet naturali filio, quàm filio adoptiuo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd vt tangitur in eadem glo. opinio quorundam fuit, quod filius adoptiuus copulari potest naturali filię adoptantis.

Alij dicunt, & verius quod non: adoptione durante: quia licet adoptatus non transeat in potesta-

testatem adoptantis: acquiruntur tamen ei, quædam iura ex adoptione quæ per emancipationem dissoluuntur, & pro hac opinione facit decr. prædicta, quæ indistincte loquitur de adoptione non distinguendo inter arrogatum, & adoptatum.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ nullum concludit inconueniens, secundum dominum Innocentium Hostien. & Ber. quia inter tales nulla contrahitur legalis cognatio, non posset tamen naturalis filius etiam illegitimus matrimonialiter copulari spirituali filiæ patris sui: fortior est enim spiritualis cognatio, quàm legalis.

QVAESTIO III.

Vtrum inter quos contrahitur legalis cognatio.

CONCLVSIO.

Inter adoptatum filium, & adoptantem & filios & nepotes naturales, & vxorem adoptantis.

Respon. RESPONDEO, ꝙ ex adoptione triplex puenit species legalis cognationis: vna inter adoptatum & adoptantem, alia inter liberos adoptiuos, & naturales, & liberos liberorum naturalium, tertia quæ est quasi legalis affinitas inter adoptantem, & vxorem adoptantis, inter adoptantem autem, & carnales parentes adoptati nulla contrahitur legalis cognatio: quia tales simul cohabitant, & impedit quælibet species legalis cognationis matrimonium contrahendum, & si postea contrahitur de facto dirimit contractum: prima tamen species, & tertia perpetuo impediunt ꝑpter reuerentiam, quam semper debet adoptatus patri adoptiuo, & eius vxori, sed secunda impedit ad tempus. s. durante adoptione, quapropter voluerunt aliqui dicere, quod si adoptiuus contrahit cum filia legitima naturali sui patris adoptiui non dissoluitur matrimonium: eo quod illud impedimentum est temporale, vt recitat glo. super illam decr. de cognatione legali. Sed hoc non est verum: qa quamuis illud impedimentum sit temporale, secundum se, tamen inducit effectū perpetuū, & ponitur exemplum in glo. prædicta, iste nō potest modo contrahere cum illa quæ virum habet, & si contraheret dirimeretur matrimonium, & tamen viro suo mortuo potest cōtrahere cum illa, in quo patet, ꝙ tpale impedimētum simpliciter dirimit matrimonium, quod fuit contractum ipso durante, ex dictis patet: quia nō est idem adoptio & legalis cognatio, sed differunt sicut causa & effectus.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quęritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ.
Secundo vtrum sint honestę.
Tertio vtrum habeāt rationem sacramēti.

QVAESTIO I.

Vtrum secundæ nuptiæ sint licitę.

OSTENDO, ꝙ secundæ nuptiæ non sunt licitę, Chriso. super Matt. dicit & recitatur dictum suū 31. q. 1. hac ratione, ꝙ secundæ nuptiæ, scd̄m veritatis rationem sunt vere fornicatio. *Arg. 1. D. Bon. ibi. ar. 3. q. 1. D. Th. præs. di. q. 3. ar. 4*

Item quod non potest fieri sine peccato nō est licitum, sed sicut dicit Magister huius di. ca. vlt. Bigamus indigeț pęnitentia, & pœnitētia non est nisi de peccato: ergo non est licitū contrahere secundum matrimonium. *Secundo.*

CONTRA 31. q. 1. Aperiant, & sumptum est a Hiero. in epistola ad Palmachium, & recitat Magister huius di. c. vlti. Ego nunc libera voce proclamo non damnari in ecclesia bigamiam, immo nec trigamiam, & ita licere 5. & 6. & etiam vltra, quomodo & secundo marito nubere. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Vtique ita docente & concedente D. Paulo.

RESPONDEO, ꝙ secundæ nuptiæ sunt licitę, quia per mortem alterius coniugū tollitur alteri impedimentum primi matrimonij. Vnde Apost. 1. ad Cor. 7. Dicit de muliere, ꝙ si dormierit vir eius liberata est a lege, cui vult nubat tantum in domino, & quanuis nubat infra tempus luctus quod est vnius anni spacium: vt habetur extra: de secundis nuptijs. Cum secundum Apostolum, tamen per licentiam & auctoritatem apostoli eius infamia aboletur. eo. ti. super illa: quia in his seculares leges non dedignantur sacros canones imitari: extra eo. ti. Cum secundum Apostol. *Respon.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum Chryso. sic debet exponi: vere fornicatio est, idest signum incontinentiæ, vel intelligi debet, quando non constat sufficienter de morte prioris coniugis. *Ad primū*

Ad secundum dicendum, quòd bigamus dicitur indigere pęnitentia, idest indigere ꝑpter signum incontinentiæ. *Ad secundum.*

QVAESTIO II.

Vtrum secundæ nuptiæ sint honestæ.

ET VIDETVR, ꝙ non: quod caret gloria in præsenti non videtur honestum, sed sicut dicitur in fine huius di. secundæ nuptiæ carēt gloria præsenti. *Arg. 1. D. Bon. vbi sup. D. Tho. vbi sup.*

Item huius distinct. cap. vltimo. Presbyterum in nuptijs bigami prandere non conuenit, sed illud non est honestum, in cuius solemnitate non conuenit esse personas honestas.

CON-

CONTRA, nihil inhonestum celebraretur in facie ecclesiæ, secundæ autem nuptiæ in facie ecclesiæ celebrantur.

RESPONDEO, ꝙ secundæ nuptiæ honestę sunt, non tamen ita honeste cæteris paribus sicut primæ propter signum alicuius ꝓnitatis ad incontinentiam, vnde aliqua benedictione carent qua non carent primæ: extra de secundis nuptijs, cap. 1. Capellanum, quæ benedictione cum secunda constiterit celebrasse ab officio, beneficioque suspensum cum litterarum tuarum testimonio ad sedem Apostolicam nullatenus destinate postponas. Et infra eo cap. Vir autem. dicitur. Vir autẽ, & mulier ad bigamiam transiens non debet a presbytero benedici quia cum alia vice benedicti sint eorum benedictio iterari nõ debet, ista tamen benedictio cum aliquis secundam ducit virginem iteratur secundum consuetudinem quorundam locorum, & hoc si Papa sciat talem consuetudinem & nõ contradicat alias non licet, vt dicit glo. in eo c.

AD PRIMVM in oppositum dicẽdum ꝙ non dicuntur carere gloria, i. honore absolute, sed in respectu primarum.

Ad secundum dicendum, ꝙ secundum Magistrum huius di. c. vlti. Illud verbum intelligi potest de bigamo qui primę vxori insidiatus putatur desiderio secundæ.

QVAESTIO III.

Vtrum secundæ nuptiæ habeant rationem sacramenti.

Arg. 1. D. Tho. vbi sup. D. Bon. ibi. ar. 3. q. 2.

CONCLVSIO.

Nefas est negare cum in his essentialia sacramenti reperiantur.

RESPONDEO, ꝙ sic quantum ad omnia quæ sunt de essentia, & necessitate sacramenti aliqua tamen accidentalia desunt. s. perfectio significationis: vnde non reddunt hominem ineptum ad susceptionem ordinis: quia non sint sacramentum, sed propter aliquem defectum in significatione, quæ tamen non pertinet ad essentiam, & necessitatem sacramenti, sed ad decorem & accidentalem perfectionem.

CIRCA litteram. (Quos in pœnitentia suscipim⁹, ita nostri spirituales sunt filij, &cæt.) Similitudo attenditur in genere nõ in specie. (Et sine spe coniugij maneant.) tamẽ si contrahit tenet matrimonium: quia tale interdictum, & si impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum. Hoc autem quidam volunt intelligere. Isti bene dicunt. (Matrimonio coniungi nõ possunt.) hoc intelligitur cum illo, vel cum illa, per quem vel per quam contracta est cõpaternitas. (Si quis spiritualis commatris filiam, scilicet naturalem per quam non est cõtracta commaternitas fortuitu.) Idem esset si ex certa scientia. (Quæ commater eius erat cum qua idem fuerat vna caro effectus,) idest q̃ erat commater vxoris effecta post m̃rimoniũ consumatũ. (Post vxoris obitũ cũ cõmatre vxoris cõiugio copulari nulla rõ, vel auctoritas prohibere vr̃,) hoc intelligitur de illa q̃ effecta est cõmater vxoris, anteq̃ vir & vxor effecti fuissent vna caro. Auctoritas Nicolai de illo agit, q vxori suæ debitũ reddidit, postquã cõmater eius extitit, hæc solutio nulla est: q̃a siue post cõtractã cõmaternitatẽ ꝑ actũ vxoris reddat ei debitũ, siue nõ, nihilominus trãsit ad ipsum cõpaternitas, si vxor sua cõmaternitate cõtraxit post matrimoniũ cõsumatũ & nõ trãsit, si ante cõsumationẽ m̃rimonij vxor cõmaternitatẽ cõtraxit. Vnde verba prædicta sunt verba. Gratiani. 30. q. 4. Post vxoris. §. nō tãdũ: vbi ponit dist. q̃ dixit, & ostendit in qõnib. nullã esse. (Decernimus, vt vterque simul ad hoc aspirare nõ p̃sumat.) Nec ꝓhibitio est honestatis nõ necessitatis: quia inter parẽtes spũales eiusdẽ pueri nulla cõtrahitur cognatio spũalis, scd̃m rẽ: q̃a tñ vulgus interdũ ex errore hoc posset estimare: iõ honestũ est vt vir, & vxor simul aspirare nõ p̃sumãt ad simul suscipiẽdũ puerum in baptismo. (Piaculare,) id est expiari dignũ. Alia dubia quæ possent esse in littera exposita sunt in quæstione.

De resurrectionis, & iudicii conditione.

DISTINCTIO XLIIII.



POSTREMO *de conditione resurrectionis, & modo resurgentium, necnon & de die iudicij, & misericordiæ qualitate breuiter differendum est. Omnibus quæstionibus quæ de hac re moueri solẽt, satisfacere non valeo: resurrecturam tamen carnem omnium quicunque nati sunt atque nascentur, & mortui sunt & morientur nullatenus ambigere debet Christianus. Ait enim Esaias, Resurgent mortui, & resurgent qui erunt in sepulchris. Et Apost. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent, scilicet resurrectionis. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit; ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper cum Domino erimus. His verbis & veritas resurrectionis, & causa, atque ordo resurgentium præclarißimè insinuatur.*

Aug. c. 48. Enchir.

Esaiæ 26. d scd̃m 70

1. Thes 4. d

De voce tubę.

Causa enim resurrectionis mortuorum erit vox tubæ, quæ in aduentu Iudicis ab omnibus audietur

& cuius virtute excitabuntur mortui, & de monu
Psal. 67. mentis resurgent. Vnde propheta, Dabit voci suæ vocem virtutis, idest effectum resuscitãdi mortuos.
Ioan. 5. d Et Ioannes Euangelista ait, Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Si verò quæritur, cuius vel qualis erat vox il-
1.Thess.4 d la, Apostolus dicit, quòd erit archangeli, idest ip-
1.Cor.15. g sius Christi, qui est princeps archangelorum. Vel
Epist 120. ad Honoratum c 34 vox erit vnius vel plurium angelorum. Eademque dicitur tuba, quia erit manifesta; & nouissima, qa
Matt. 25. a post eam non erit alia. Hæc tuba (vt ait August.) est clamor de quo dicitur in Euangelio, Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit. exite obuiam ei. Tubæ nomine aliquod euidens, & præclarum signum intelligitur; quod vox archangeli, & tuba Dei ab Apostolo dicitur, & in Euangelio vox filij Dei, & clamor appellatur: quod signum mortui audient, & resurgent.

De media nocte.

Media autem nocte dicitur venturus, vt Augu.
Loco præal. ait non pro hora temporis, sed quia tunc veniet cũ
1.Thes.5.a non speratur. Media ergo nocte, scilicet cùm ualde
Super octo narium 7. obscurum erit, idest occultum, veniet. Dies.n. Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Potest tamen non
Psal. 118. incongruè intelligi mediæ noctis tempore venturus
Exodi 12. quia, vt ait Cassiodorus, hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt, quando etiam sponsus venturus est. Pluribus etiam locis contestantur autores, quòd aduentus Christi dies dicitur Domini, nõ pro qualitate temporis, sed rerum: quia tunc cogitationes, & consilia singulorum patebunt. Vnde in
Dan. 7. c Daniele, Vetustus dierũ sedit, & libri aperti sunt coram eo. Libri sunt conscientiæ singulorum, quæ
Matt. 10. c tunc aperientur alijs. Et tunc implebitur, Nihil oc
Marci 4. c cultum quod non reueletur. Adueniente autẽ sum-
1.Cor. 4. a mo Iudice, non solùm aeris tenebræ illuminabuntur,
Aug. de Ciui Dei. lib. 20. ca. 15. sed abscondita cordia manifestabuntur. Virtute ergo diuina fiet, vt cuique opera sua bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuset vel excuset hominem conscientia, eaque teste damnetur, vel saluetur.

De memoria electorum, si tunc præcedentia mala teneat.

Hic quæritur, vtrum electis tunc adsit memoria præcedentium malorum, sicut bonorum. Quædã autoritates videntur tradere, bonos non habituros, tunc memoriam præcedentium malorum, idest pec-
Esa. 65. c catorum vel tormentorum. Ait enim Esaias, ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendunt super cor, sed gaudebitis in æternum. Item, Obliuioni traditæ sũt angustiæ priores, & absconditæ ab oculis nostris.
Ibidem. Quæ de futuro exponens, Hieronymus ait, Obliuio-
In com. sup illũ locum ni tradentur priora mala: quia forsitan in futuro pri
Esa & i gl. ibidem. stinæ conuersationis memoria oĩno delebitur, succedentibus bonis æternis, ne sit pars malorũ, prioris angustiæ memorari. Sed hęc & his similia possunt accipi sic, vt non excludãt memoriã præcedẽtiũ malorũ, sed ex ea molestiam, & læsionem amoueant. Non enim eorum memoria sanctos contristabit, vel eorũ beatitudinem obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vnde super Psalmum 88. ait Gregorius, Quomo- Li 4 Mora. cap. 42.
do in æternum misericordiam domini canit, qui miseriæ non meminit? Quomodo autem plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed sæpe læti tristium meminimus, & sani dolorum meminimus sine dolore: & inde amplius læti & grati sumus. Ex his apparet, quòd si priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamen erit ad pœnam vel gloriæ derogationem, sed ad gratiarum actionem. Si verò quæritur, vtrum peccata quæ fecerunt electi, prodeant tunc in notitiam omnium, sicut mala damnandorum omnibus erunt nota: non legi hoc expressum in scriptura. Vnde non irrationabiliter putari potest, peccata hic per pœnitentiam tecta & deleta, illic etiam tegi alijs: alia verò cunctis propalari.

De his, qui viui reperientur.

Quæri solet, vtrum illi, quos viuos inueniet Chri Aug de Ci. Dei, li 20. cap. 20.
stus, nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto, quo rapientur obuiam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transituri. Nõ enim dicendum est, fieri non posse, vt dum per aera in sublime portentur, in illo spacio & moriantur, & reuiuiscant. Ad hunc autem sensuum, quo existimamus illos in paruo spacio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatem, Apostolus nos vrgere videtur, vbi dicit, Omnes in Christo ui
uificabimur. Et alibi. Quod seminas non viuificatur, 1.Cor. 15. e
nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile ui Ibidem.
deatur, illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cùm credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, & membra sine fine victura, tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadauerum puluerem? Sed vellem de his potius audire doctores. Si ergo sanctos qui reperientur Christo veniente viuente, eique obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, generaliter accipientes illud.
quod dictum est, Omnes quidem resurgemus; sci 1.Cor. 15 g
licet tam boni, quàm mali: sed non omnes immu- Super illud 1. Thes. 4. Deinde nos qui viuim'.
tabimur, scilicet in solemnitatem resurrectionis.
De hoc etiam Ambrosi. ait. In ipso raptu eorum qui
viui reperientur, mors erit & resurrectio: vt ani- Epist circa initiũ, Magnis ust in fol. 3. quæ. tom. 3.
ma quasi per soporem egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Contrà verò scribens ad Marcellam Hieronymus testari videtur, dicens quosdã in fine seculi adueniente Christo non esse morituros, sed viuos repertos in immortalitatem repentè mutãdos. Horum autem quid verius sit, non est humani iudicij definire.

Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum & mortuorum.


His autem adiiciendum est, dupliciter intelligi, Aug. c. 55 Enchi.
ꝙ dicitur Christus iudicaturus viuos, & mortuos. Aut enim viui accipiuntur, qui in aduentu eius viui repe-

reperientur: licet in raptu moriantur, & mortui qui ante decesserant, vel viui & mortui quidem accipiuntur iusti & iniusti.

Quomodo omnes incorrupti.

Cumque ex prædictis sane credi valeat omnes resurrecturos: credendum est etiam, quòd omnes resurgent incorrupti, non vtique impassibiles, quia mortem patientur æternam, sed sine diminutione mẽbrorum omnia humani corporis habituri membra, necnon gloria, ac specie impassibilitatis induentur.

DISTINCTIO XLIII.



Hic incipit secũda pars principalis huius, quar.

SVPERIVS determinauit Magister de sanctificatione, quæ recipitur in sacramentorum susceptione. Hic determinat de complemento sanctificationis, quod recipient electi in resurrectione.

Et diuiditur in partes quatuor.

Primo determinat de resurrectione mortuorum.

Secundo de statu eorum ante resurrectionẽ dist.45.ibi.(Præterea sciendum est.)

Tertio de iudicio resurgentium. dist.47.ibi (Solet etiam quæri.)

Quarto de remuneratione iudicatorum.di. 49. ibi.(Post resurrectionem vero.)

Prima in duas.

Primo determinat de conditionibus resurrectionis.

Secundo de conditionibus resurgentiũ. di. 2.ſ.ibi (Solet autem.)

Prima in duas.

Primo procedit veritatem narrando.

Secundo incidentes dubitationes soluẽdo. ibi.(Hic quæritur.)

Prima in tres.

Primo ostendit resurrectionem futuram.

Secundo eius cãm ibi. (Causa enim.)

Tertio eius horam.ibi. (Media autẽ nocte.)

Illa pars quæ incipit.ibi.(Hic quæritur.) Diuiditur in quatuor, secundum quatuor dubitationes, quas soluit.

Prima est vtrum electis aderit memoria præcedentium malorum, sicut bonorum.

Secunda vtrum illi quos Christus inueniet viuos morituri sint vel non. ibi.(Quæri solet.)

Tertia quomodo intelligitur Christus iudicaturus viuos, & mortuos. ibi. (His autem.)

Quarta vtrum omnes resurgent cum omnium mẽbrorum corporis humani integritate. ibi. Cumque ex prædictis.

CIRCA hanc distinctionem quærendum est principaliter de septem.

Primo de resurrectionis futuritionem.

Secundo de his, qui resurgent.

Tertio de causa effectiua resurrectionis.

Quarto de tempore, quo fiet resurrectio.

Quinto de resurrectionis termino a quo.

Sexto de resurgendi modo.

Septimo de cognitione conscientiarum in resurrectione.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum animæ vniẽtur iterũ corporibus.

Secundo vtrum eisdem corporibus in numero.

Tertio vtrum per illam vnionem resurget, idem homo in numero.

QVAESTIO I.

Vtrum animæ iterum vnientur corporibus.

OSTENDO, quòd animæ non vnientur iterum corporibus. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur: ergo post mortem animæ ad corpora nõ reuertentur. *Arg. 1. D.Bo.[præs. di.ar.1.q.1 Sco.ibid q. 1. D.Th di. p̃sen.ar.1.& di.44. ar.1*

Item Ecclesia. 2. Vnus est interitus hominis, & iumentorum & æqua vtriusque cõditio, sed animæ iumentorum corporibus iterum non vnientur: ergo nec animæ hominum. *Secundo.*

Item Algazel 5. Metaphysic. cap. 5. Dicit, ꝙ anima quæ est expers scientiarum, & sordida propter consecutionem voluptatum cruciatur: quia amissum est instrumentum, scilicet corpus, sine quo non potest consequi illud ad quod eam reuocat concupiscentia, & dicit ibidem, quòd hæc est maxima pœna æterna, sed hoc non esset si iterum corpori vniretur. *Tertio.*

Item Augustinus 10. de ciuitate. capit.30. Anima data est corpori, vt bona faceret, sed post mortem non est tempus vacandi bonis operibus corporalibus, nec spiritualibus: ergo inutile esset vt animæ reunirentur. corporibus. *Quarto.*

CONTRA, Anselmus secundo libro. Cur Deus homo parum post principium: dicit, quòd si primus homo nunquam peccasset, nunquam moreretur: vnde aperte futura resurrectio mortuorum probatur quippe si homo perfecte restaurandus est, talis debet restitui, qualis futurus erat, si non peccasset, sed non posset esse resurrectio, nisi animæ iterum corporibus vnirentur. *In oppositum. Cap. 2.*

Item Auicen. nono Metaphysice capitulo 7. Dicit ꝙ anima habebit corpus apud resurrectionem.

CONCLVSIO.

Sacræ paginæ, & ipsius animæ natura & totius

orbis profectio docent necessario futuram animæ ad corpus vnionem.

Aliq. opi. ponentium animā mortalem. Ad istam quæstionem dixerunt aliqui animam nō iterum vniri corporibus: quia cū corporibus moritur: sed contra hoc est quod dicit Saluator, Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.

Præterea, animam rationalem esse naturaliter immortalem, probatum est superius, li. 2. distinct. 19.

Opi. pphe. Alij dixerunt animas a corporibus separari, & eas manere incorruptibiles, sed nunquā corporibus reuniri, cuius opinionis fuisse videtur aliquo tempore Porphyrius, de quo refert Augu. 10. de Ciuit. cap. 29. quod crebro p̄cipiebat omne corpus esse fugiendum, vt anima possit cum Deo beata remanere.

Contra. Sed contra hāc opinionem est: quia anima nata est vt sit pars substātiæ compositæ ex corporali & spūali natura: pars autem habet de lege communi imperfectum esse extra totū: inconueniens autem est, vt tam nobilis substantia perpetuo careat naturali perfectione sui esse.

Opi. pythag. Plat. & sequacium. Alij dixerunt aīas reuniri corporibus etiā bestiarum. Vnde Aug. 10. de Ciuit. Dei ca. 30. Platonem animas hominum post mortem resolui vsq; ad corpora bestiarum scripsisse certissimum est.

Contra. Sed contra hanc opinionem est non tātum sacra scriptura, sed etiam philosophia. Vnde *T. c. 53.* & philosophus primo de Anima. Redarguit pythagoricas fabulas dicentes quamlibet animam quodlibet corpus posse ingredi: quia vt ibidem dicit, videtur vnumquodque corpus habere speciem & formam propriam. Et 2. de anima dicit, ꝙ non contingit animam accipere quodlibet corpus: quia vnusquisque aptus natus est esse in propria materia.

Opi. ppria Dicendum ergo ad quæstionem, ꝙ animæ hominum iterum humanis corporibus vnientur: quia cum anima nata sit esse humani corporis forma, & forma habeat naturalem inclinationem ad materiam, anima naturalem inclinationem habet ad perficiendum humanū corpus, & regendum, sed nulla naturalis inclinatio est frustra: quia vt dicitur 3. de anima.
T. c. 45. 60 Natura nihil facit frustra: primo etiam de Cę.
T. c. 32. & alibi sæpe. & Mun. Dicitur, ꝙ natura non facit aliquod factum vanum, & si hoc verum est de natura naturata, multo fortius, hoc est verum de natura naturante: hoc est de institutore creatæ naturæ, qui tamen ipsam non naturaliter, nec de necessitate, sed libera voluntate instituit, frustra autem & vane esset in anima separata p̄dicta inclinatio: si nunꝗ esset humano corpori, iterū vnienda, q̄uis. n. naturalis appetitus beatitudinis in dānatis remansurus sit ꝑpetuo incōpletus, nec tamen est frustra, qa est ad maiorē iniq̄tatis in qua obstinati sunt, punitionē, & per hoc ad diuinæ iustitiæ manifestationē: non sic tamen posset dici de inclinatione aīarum ad corpora: si iterum nunꝗ essent corporibus vniendæ, non. n. potest dici, ꝙ perpetua priuatio complementum illius inclinationis esset pp aīarum obstinationem in peccato: qa hæc causa extendi non posset ad aīas btās, & tn̄ conueniens est vt similis effectus similis sit cā.

Præterea hoc requirit vniuersi perfectio: de perfectione cuius. n. est triplex substantia. s. pure corporalis, & pure spūalis, & ex corporali, & ex spūali composita: vnde hac parte suæ perfectionis caret vniuersum ꝑpetuo, si aīæ a corporibus separatæ, nunquam corporibus iterū vnirentur, sed non possunt vniri alijs corporibus, quàm humanis, vt ostensum est. Nec potes hanc rationem effugere dicendo, ꝙ corpora cœlestia animata sunt, & ita si nunꝗ aīæ reunirentur humanis corporibus non careret vniuersum sua perfectione: qa vt superius ostēsū est li. 2. di. 14. Corpa cęlestia nō sunt animata. *Specialiter.*

Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ in hoc est similitudo: quia sicut aquæ dilabuntur, & non reuertuntur quousque fuerint ad mare, sic animæ separantur a corporibus, nec ad ea de lege communi, vsque ad generalē resurrectionem reuertentur. *Ad prim.*

Ad secundum dicendum, ꝙ libro illo Salomon loquitur more concionatoris: vnde hoc dicit concionando non definiendo, vel quantum ad illud, quod apparet exteriori sensui. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, ꝙ ibi sententia Algazel non est tenenda. *Ad tertiū.*

Ad quartum dicendum, ꝙ & si anima data sit corpori, vt bene operetur per ipsum, ista tamen non est tota causa, sed etiam vt habeat perfectum essendi modum secundum exigentiam suæ naturæ, & etiam vt remuneretur in ipso, & vt completum sit vniuersum. *Ad quartū.*

Præterea animæ electorū aliqua bona opera facient per corpora, quæ tamen non habebunt rationem meriti, sed accidentalis præmij, vt inferius ostendetur, & animæ damnatorum amplius in corpore affligentur.

QVAESTIO II.

Vtrum animæ vnientur eisdem corporibus in numero a quibus separatæ fuerunt.

Et videtur, ꝙ non: quia secundum sentētiam Platonis in Thimeo: quod bona ratione iunctum est dissolui non est velle Dei: ergo a simili quod bona ratione disiunctum est iterum coniungi non est velle Dei, sed animæ per mortē bona ratione a suis corporibus disiunguntur: quia per diuinam sententiam, vt habetur Genes. 3. Ergo eas iterum coniungi eisdem corporibus non est velle Dei. *Arg. 1. D. Bon. ubi sup. Sco. ibi. q. 1. D. Tho. ii. 44. q. 1. ar. 1.*

Item Iob 14. Quo modo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat, sic homo *Secundo.*

homo cum dormierit non resurget. sed fluuius vacuefactus, & aridus nũquam iterum impletur eadem aqua in numero: ergo similiter anima a corpore recedens per mortem nõ resumet idem corpus in numero.

Tertio. Item corpora humana per putrefactionem resoluuntur vsque ad materiam primam: sed quælibet pars materiæ primæ indifferenter respicit quamlibet animam: ergo nulla est ratio quare anima magis iterum vniatur corpori facto de parte materiæ, quam informauit, quã corpori facto de parte materiæ, quam informauit, quam corpori facto de alia.

Quarto. Item in resurrectione anima conuenienter vnietur illi corpori cuius a principio creationis suæ potuisset esse conueniens forma: sed aliquæ animæ aliqua corpora perficiunt, quæ a principio suæ creationis potuissent esse aliorum corporum humanorum cõuenientes formæ si fuissent corporibus, quæ perficiunt omnino similia excepta sola differentia numerali: ergo illis corporibus conuenienter poterunt vniri in resurrectione.

Quinto. Item Aui. 3. Meta. ca. 4. Quod annihilatum est non reducitur: sed formę corporum humanorum ad vltimum annihilantur, quia ad vltimum de illis corporibus nihil remanet nisi materia prima: ergo illæ formæ eædem in numero nunquam reuertentur, & ex consequenti nec eadem in numero corpora. animæ ergo eisdẽ corporibus in numero non reunientur.

Sexto. Item si figulus vas luteũ redigit in massam: ex eodem luto nunquam facit idem vas in numero: quãuis faciat simile illi, quia figura eadem in numero non reuertitur: ergo similiter cum corpus humanum resoluitur in materiã primam: quamuis ex illa possit effici corpus simile primo: tamen idem in numero non reuertitur.

In oppositum. CONTRA, Boetius de fide Christiana versus finem dicit non solum animas non perire: sed ipsa quoque corpora, quæ mortis aduentus resoluerat: in statum pristinum futura beatitudine reparari.

Secundo. Item Iob. 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circũdabor pelle mea & in carne mea videbo Deũ saluatorem meũ: ergo animæ resument easdem carnes, & easdẽ pelles, & a simili eadem ossa.

Tertio. Item Eze. 36. Ego aperiã tumulos vestros & educam vos de sepulchris vestris: ergo illa eadem corpora in numero, quæ sepulta fuerũt suis animabus reunientur.

CONCLVSIO.

Obstupent, & clamitent Platonici: eisdem corporibus a numero vnientur animæ propter tũ suam ipsarum ad eadẽ inclinationem tum diuinam iustitiam punientem, & præmiantem corpora in merito, & demerito communicantia.

Responsio. opin. Doct. opi. pla. AD ISTAM quæstionem dixerunt quidã humanas animas non in sua corpora, quæ dimiserunt: sed in alia noua corpora redire secundum ꝙ refert Aug. 10. de ciui. c. 30.

Contra. Sed contra non est dubium quin conueniẽtius sit animas iterum vniri humanis corporibus, quæ animauerunt, quam alijs si possibile est: sed possibile est eas iterum vniri illis eisdem in numero, quæ animauerunt, ergo illis, & non alijs vnientur, ꝙ autem hoc sit possibile declaro sic. Equaliter subiacet potentiæ cõditoris materia postquam in eam resolutum est corpus humanum sicut antequam de ea fieret: ergo sicut de ea potuit hoc corpus fieri: ita de ea postquam in eam resolutum est corpus: potest per conditoris potentiam illud idem corpus in numero fieri. Nec obstat, ꝙ illud tẽpus, quod fuit ante sui corruptionem non potest idem in numero reduci, quia ipsum tẽpus nec quando ex ipso derelictum fuit de essentia rei.

Dicendum ergo ad quæstionem, ꝙ animæ vnientur eisdem corporibus in numero a quibus separata fuerunt: animæ enim separatæ inclinantur naturaliter, & determinate ad illa corpora, quæ animauerunt, quamuis enim a principio creationis anima, quæ est huius corporis forma potuisset fuisse conueniens forma alterius corporis similis: tamẽ ex sui vnione ad hoc corpus: ad ipsum determinate naturalem contrahit amicitiam. Exemplum: si ponantur due puellę in omnibus similes excepto, ꝙ numero differunt: quamuis a principio indifferens esset viro ducere quamlibet istarũ tamen vna ducta non est indifferens ad vtranque, & si ambæ resurgerent in corruptibili statu iterum nupturæ magis inclinaretur ad illã cum qua familiaritatem contraxerat, & huic concordat Auicen. 6. naturalium parte. 5. c. 3. dicens sic. In substãtia animæ, quæ incipit esse cum aliquo corpore inest ex primis principijs affectio inclinationis naturalis ad occupandum se circa illud & ad regendum illud & prouidendum ei, & adhærẽdum ei. Et per hæc omnia fit eius propria, & alienatur ab omnibus alijs corporibus: sed certum est, ꝙ per beatitudinem completã terminabitur omnis animæ appetitus tam naturalis, quam alius, quia quia sicut dicit Augu. 13. de tri. c. 5. Beatus nõ est nisi qui habet omnia, quæ vult & nihil male vult: ergo animæ beatæ vniẽtur eisdem corporibus in numero a quibus separatę fuerunt quia etiam vt ostensum est in præcedenti quæstione: Deus in creatura non posuit aliquem naturalem appetitum frustra nec vane frustra autem, & vane esset in anima separata naturalis appetitus ad corpus si ei reuniri nõ posset: cum ergo hic naturalis appetitus sit etiam in animabus damnatorum ad illa eadem corpora in numero, quæ animauerunt, vt ex dictis accipi potest: illis eisdem corporibus in numero vnientur.

Cautè quia nõ bene sonat saltem contra Sco.

Præterea rectitudo diuinæ iustitiæ exigit, vt

vt qui participes sunt in demerito, vel merito participes sint in pęna, vel præmio: sed anima & corpus cui est vnita simul participant in de merito, vel merito: ergo rectitudo diuinæ iustitiæ exigit, ꝙ simul sint participes in pœna, vel præmio, quod verum non esset nisi animæ reunirentur eisdem corporibus in numero: in quibus demeruerunt, vel meruerunt.

Ad primũ AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ anima per mortem bona ratione seiũgitur a corpore vsq; ad diem iudicij, & interim non est velle Dei ipsam coniungi, sed tunc bona ratione iterum coniungentur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ similitudo est quantum ad aliquid, & quantum ad aliquid non tu autem arguis ac si per omnia esset simile. Simile est quo ad hoc, ꝙ sicut alueus fluuij humectatur nisi per aquam: sic corpus non recuperabit vitale humidum quousque iterum vegetetur per animam: sed vt ibidem dicitur. hoc non erit quousque alteretur cœlum idest quiescat, quod erit in die iudicij. Quo ad hoc hoc autem est dissimilitudo, quia quamuis aqua reuertatur ad eundem alueum in numero tamen aqua non reuertitur eadem in numero anima autem eadem in numero reuertitur ad idem corpus in numero.

Ad tertiũ, & quartũ. Ad tertium, & quartum patet solutio ex dictis in solutione quæstionis.

Ad quintũ Ad quintum dicendum, ꝙ illud verbum intelligendum est per naturã si enim aliqua substantia annihilaretur diuina potentia eãdem in numero reducere posset. Vnde Augu. 22. de ciui. ca. 20. Dicit de carne humana, ꝙ si omnibus perisset modis ne vlla eius materies in vllis naturæ latebris remansisset. vnde vellet eã repararet omnipotens, quod rationabile est, quia ex quo rem aliquã creauit de nihilo: nulla est ratio quare ipsam redactam in nihilum iterum eandem in numero reducere non posset: cum hoc contradictionem nullam includat. minor etiam argumenti est falsa: quamuis enim possibilitas in quam forma, quæ corrũpitur resoluitur: non dicat aliquam actualitatem: non tamen est nihil: sed aliquid transmutabile in actualitatem, quæ est forma, vt ostensum est li. 2. di. 15.

Ad sextum Ad sextum dicendum, ꝙ non est simile de illo qui operatur per limitatam potentiam, & de illo qui est infinitę potentiæ.

Vel potest dici secundum aliquos ꝙ si figulus omnino reducat illius masse easdem partes in numero ad situm, quem prius habuerũt: eadem figura vasis reuertitur, & vas idem numero, vt de eisdem asseribus eodem modo compositis vt prius iterum sit eadem arca in numero.

QVAESTIO III.

Vtrum per reunionem animæ ad idem corpus in numero resurget idem homo in numero.

ET VIDETVR, ꝙ non: Aposto. 1. Cor. 15. Declarat hominem resurrecturum post mortem per similitudinem grano, quod primo moritur postea viuificatur dicẽs. Quod tu seminas nõ viuificatur nisi prius moriatur: sed non est idẽ granum in numero, quod primo moritur, & postea viuificatur: ergo nec est idem homo qui moritur, & ille qui per resurrectionem viuificabitur. *Arg. 1. D. Bon. d. 43. ar. 144. Scot. hic q. prima. D. Th. in q. senti. dis. 1. ar. 1.*

Item secũdum Phil. 2. de generatione. Quorum non est incorruptibilis substantia mota: sed corruptibilis: necesse est specie reiterari: numero autem nõ: sed substãtia hominis pro statu pręsenti est corruptibilis mota: ergo quãuis possit reuerti eadem specie: non tamen numero. *Secundo. T. C. 70.*

Item non potest resurgere idem homo in numero nisi essentia humana eadem in numero reuertatur: sed per iteratam vnionem eiusdem animæ in numero ad idem corpus in numero: eadem essentia in numero non reuertitur, quia anima, & corpus non constituunt humanam essentiam nisi coniunctam: sed coniũctio eadem in numero reuerti nõ potest, quia transijt in præteritum: ergo per iteratam vnionem eiusdem animæ ad idem corpus in numero idem homo in numero non resurget. *Tertio*

Item quanto mutationes magis appropinquant ad vnitatem tanto, & termini earũ magis ad vnitatem appropinquant: sed duæ generationes in eadẽ specie magis appropinquãt ad vnitatem, quam generatio, & resurrectio: cum resurrectio sit supernaturalis, vt ostendetur: cum ergo duas generationes impossibile sit terminari ad eundem hominem in numero: impossibile est resurrectionem terminari ad illum eundem hominem in numero ad quẽ terminata fuit generatio. *Quarto.*

CONTRA, Apost. 1. Cor. 15. Per resurrectionem Christi probat aliorum hominum resurrectionem futuram: sed Christus resurrexit idem in numero: ergo, & quilibet alius homo. *In oppositum.*

20 Item Iob. 19. dicitur. Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum: quem visurus sum ego ipse & non alius: ergo in eadem carne idẽ resurget.

CONCLVSIO.

Cum de essentia hominis nihil aliud sit quã aĩa et corpus ex iterata vnione resultabit semper & idem compositum, & eadem essentia humana, & idem prorsus numero homo.

AD ISTAM quæstionem dixerunt quidam ꝙ per iteratam vnionem eiusdem animę in numero ad idem corpus in numero non resurget

surget idem homo in numero quamuis restituatur idem compositum in numero, quia ex vnione animæ ad corpus resultat quędam forma totius, quæ est humanitas, quæ per separationem animæ a corpore corrumpitur, & per iteratam vnionem eadem in numero non reducitur: sed resultat alia in eadem specie: impossibile est autē, ꝙ sit idem homo in numero nisi habeat eandem humanitatem in numero.

Contra resurrectio quid. Sed contra hanc opinionē arguitur sic Damas. lib. 4. c. 19 Resurrectio est copulatio rursus animæ, & corporis, & secunda eius, quod dissolutum est, & cecidit animalis resurrectio ergo illud idē in numero resurget, quod moritur: sed non tantum moritur corpus per separationem animæ ab eo: sed etiam homo: ergo non tantum resurget illud idem corpus in numero, quod mortuum est: sed etiam ille idē homo in numero qui mortuus est.

Præterea diuina prouidentia omnes homines ordinat in suum finem, quia vt ostensum est. lib 1. di. 39. Cuncta subiacent diuinæ prouidentiæ electos enim ordinat in vltimum finem ratione finalis bonitatis eis debitum: illam bonitatem, & illum finem eis conferendo reprobos vero ordinat in vltimum finem eis debitum ratione finalis malitię: non illam malitiam eis conferendo, quia malitia non est a Deo: sed iuste permittendo eos decedere in malitia, & illum finem eis iuste infligendo: ille enim finis est vltima pęna: sed homines nō consequuntur vltimum finē suum in hac mortali vita, quia sicut dicit Augu. 19. de ciui. c. 1. *Finis boni, & mali.* Illud est finis boni, propter quod appetenda sunt cætera. ipsum autem propter se ipsum, & parum post: fines isti sunt summum bonum, & summum malum, quæ sunt scilicet perfecta cōsecutio summi boni, & perpetua obligatio ad perfectam eius carentiam: homines autem in hac mortali vita: nec perfecte consequuntur adeptionē summi boni: nec perfecte eius adeptione priuantur: homo etiam non consequitur finem suum in morte, quia secundum Phi. 2. Ethi. c. 11. Mors nō est homini finis propter quem factus est: immo secundum ipsum hoc dicere est derisorium: homines ergo consequentur suum vltimum finem post mortem: non consequentur autem finem suum quamdiu non sunt: homines autem qui mortui sunt nunquam erunt homines nisi resurgant, nec sunt entes, vel existentes: quamuis anima, & prima materia, quæ sunt partes hominis maneant: ergo de necessitate sequitur, ꝙ illi idē homines in numero qui mortui sunt resurgēt: aliter nunquam consequerentur vltimum suū finem.

Opin. Doct. Et si anima & corpus coniuncta constituant hominem ip[...] Dicendum ergo ad quæstionem, ꝙ quamuis anima, & corpus humanum non cōstituūt hominem nisi coniuncta: tamen nec ipsa coniunctio actiua: nec ipsa coniunctio, quæ est passio sunt de hominis essentia, quamuis sint via in essentia: sic generatio actio, & generatio passio inquantum sunt quasi via in genitum non sunt de geniti essentia, vnio enim secūdū ꝙ est nomen relationis seu relationum causatę, vel causatarum ex coniunctione animæ ad corpus nō est de essentia hominis, & ideo quāuis prædicta transeant in præteritum, & eadē in numero non redeant: nihil præiudicat materiali identitati ipsius hominis: cum etiam anima rationalis sit ipsius hominis specifica forma, & specificum humani corporis complementum, vt ostensum est li. 2. distin. 17. Ex vnione ipsius ad suum corpus non resultat aliqua forma respectu cuius compositum ex anima, & corpore habeat quasi rationem materiæ, quia tūc pari ratione ex vnione illius formæ cum composito resultaret forma alia, & sic deinceps. Sed illud, quod ex vnione animę ad corpus causatur est ipsa hominis essentia complectens corpus, & animam. Cui concordat Aui. 5. Meta. c. 5. Dicens, ꝙ quiditas compositorum est id quod est quicquid est forma existente coniuncta materiæ. Et infra dicit, ꝙ quiditas est ipsa compositio complectens materiam, & formam, ibi nomine compositionis intelligens compositam essentiam. Cum ergo de essentia hominis non sit nisi corpus, & anima: ex iterata vnione eiusdem animæ in numero ad idem corpus in numero: non tantum causatur idem compositum in numero: sed ēt eadem essentia humana in numero, quæ in abstractione significata dicitur humanitas, & significatur per modum formæ: considerata autem in concretione, & vt in se existens nominat ipsum suppositum, quod est homo.

[...]sam attamē coniunctionem esse de essentia hominis mini me. *Quiditatē nil nisi compositionem complectentem materiam, & formā sed au[...]*

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ Apostolus per illam similitudinem non intendit ostendere resurrectionem eiusdem in numero: sed eam ante per resurrectionē Christi probatam supponens intendit declarare, ꝙ corpus non resurget quale moritur, & ꝙ hoc intendat patet, quia immediate ante illud verbum. Insipiens tu quod seminas, &c. dicitur: dicet aliquis quomodo resurgēt mortui: aut quali corpore venient: vult ergo dicere, vt patet per literam sequentem, ꝙ sicut illud granum, ꝙ seminatur putrescit, & tamē granum, quod inde surgit: Deus disponit sicut vult: ita corpus humanum, quod per generationem seminatur, & postea per mortem putrescit Deus resuscitabit, & sibi dabit qualitates alias, quam habuit quando fuit seminatum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ibi Phil. loquitur de reiteratione, quæ fit per motum, vel mutationem naturalem: resurrectio autem erit supernaturalis.

Ad tertiū. Ad tertium patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad quartū. Ad quartum dicendum, ꝙ maior non habet veritatem nisi intelligatur cęteris paribus, hic autem non sunt cætera paria, quia maioris

virtutis

virtutis est supernaturalis productio hominis quam eius generatio naturalis: cũ illa fit per virtutem infinitam immediate tãtum: alia autem mediante agente finitæ virtutis.

Inter resurrectionem, & generationem. Vel potest dici, ꝙ resurrectio hominis magis appropinquat ad vnitatem cum generatione eiusdẽ ratione termini a quo & ad quẽ quam alia generatio, quamuis minus ratione efficientis & modi producendi: terminus autem a quo & ad quem magis de prope videntur respicere mutationis essentiam, quam mutans, & qualitas mutationis.

ARTICVLVS II.

Consequenter quæritur de secundo principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo vtrum resurgent omnes electi.

Secundo vtrum omnes adulti damnati.

Tertio vtrum paruuli qui cum solo originali peccato decesserunt.

QVAESTIO I.

Vtrum risurgent debet electi.

Arg. 1. D Bon ubi sup. q. 1. & secunda. D. Th. præsenti dist in. q. 1. ar. 1.



Ostendo: ꝙ non resurgent electi. Liberior est anima ad contemplandum Deum exuta a corpore, quam corpori coniuncta: sed nihil debet fieri quo animæ electorum sint minus libere ad contemplandum Deum: ergo electorum animæ corporibus non vnientur iterum.

Secundo. Itẽ non debet participare in præmio, quod præstat impedimentum in merito: sed corpus præstat impedimentum animę in merito, quia sicut dicitur Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum: ergo non debet participare cum anima in præmio, participaret autem si iterũ animæ vnirentur electe.

In oppositum. Contra, 2. Mach. 7. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus æternæ vitæ resurrectione suscitabit: sed omnes electi moriuntur in obseruatione diuinæ legis: ergo omnes electi resuscitabuntur.

CONCLVSIO.

Ad perfecte suum finem suamque beatitudinem consequendam, resurgent omnes electi.

Respon. Omnes electi resurgẽt. Respondeo, ꝙ omnes electi resurgẽt, quia ad hoc ordinatur principaliter resurrectio, vt homines consequantur vltimum finẽ suum: vltimus autem finis electorum est perfecta eorum coniunctio cum summo bono: quo fine completur omnis appetitus eorum. hunc autem finem completius consequentur electi per resurrectionẽ eorum, quia sicut dicit Augu. super gen. versus finem. Inest animæ quidã naturalis appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intẽtione pergat in illud summum bonum quamdiu non subest corpus cuius administratione appetitus ille conquiescat.

Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ maior non est vera de corpore glorificato quale habebunt electi in resurrectione: sed vera est de corpore tali quale habet modo. *Ad prim.*

Ad secundum dicendum, ꝙ in corpore nostro sunt duo scilicet natura, & hoc non præstat impedimentum merito, & vitiositas, quæ præstat impedimentum merito, & ideo in electis non resurget vitiositas corporis: sed natura. *Ad secundum.*

QVAESTIO II.

Vtrum resurgent omnes adulti damnati.

Arg. 1. D Bon ubi supra D Th. præsenti eisd. q. vn. art. 1.

Et videtvr, ꝙ non: psal. Non resurgent impij in iudicio.

Item anima humana nunquã fuisset a corpore separata nisi prius fuisset separata a Deo excepta anima Christi: ergo a simili non debent animæ separatæ corporibus reuniri nisi prius vniantur Deo: sed animæ damnatorum nunquam vnientur Deo: ergo nec corporibus suis.

Contra, Apost. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur: ergo omnes resurgent tam electi, quam reprobi. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Diuina iustitia exigente reprobi resurgent omnes ad completam suam punitionem.

Respondeo, quòd omnes adulti damnati resurgent. Cuius ratio est. vt eorum damnatio compleatur, vt sicut in anima simul, & in corpore demeruerunt: ita simul in vtroque puniantur: hoc diuina iustitia exigente. Et etiam propter cõmunem resurrectionis causam, quæ superius dicta est: ne aliqua opera Dei perpetuo remaneant imperfecta, & ne naturalis appetitus: quem animabus indidit ad sua corpora esset frustra. *Responsio.*


Ad Primvm in oppositum dicendum, quòd illud verbum Psal. Intelligitur vel de finali spirituali resurrectione in præsenti iudicio misericordiæ. in hoc enim iudicio non resurgẽt reprobi, qui in auctoritate allegata per impios intelliguntur, vel intelligitur de gloriosa resurrectione. *Ad primum.*

Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, quia si animæ non fuissent separatę a Deo puniri non deberent, & ex cõsequenti nec a corporibus suis separari: cum ea naturaliter appetant: animæ autem reproborum suis corporibus reuniẽtur: non propter earum consolationem: sed ad suæ damnationis cumulum. *Ad secundum.*

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum paruuli, qui cum solo originali peccato decesserunt resurgent.



Art. 1. D Bon. ubi supra. Sco ubi su. D Tho. ubi supra.

ET VIDETVR, ꝙ non secūdum Augu. 13. de tri. c. 16. Mors debetur homini propter peccatum originale: sed in paruulis decedētibus cum peccato originali semper manebit ipsum originale: ergo & ipsa mors. nunquam ergo resurgēt.

Secundo. Item resurrectio erit propter plenam retributionem meritorum, & demeritorum: sed paruuli tam purgati a peccato originali, quam illi qui in peccato originali decedunt, nō meruerunt nec demeruerūt: ergo nec illi nec isti resurgent.

In opposi- tum. CONTRA, Io. 5. Mortui audient vocem filij Dei & qui audierint viuent: sed vt dicitur parum post: omnes qui in monumentis sunt audiēt vocem filij Dei: ergo omnes qui in monumentis sunt resurgent.

CONCLVSIO.

Et paruuli, & isti resurgent, ut pœnam originalis peccati, in carne etiam eodem infecta patiantur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ paruuli qui cum solo originali peccato decesserunt resurgent propter causam resurrectionis omnibus hominibus communem, quæ superius in pluribus locis tacta est, & etiam propter causam spiritualem. pro peccato enim originali obligatur homo ad pœnam damni: peccatum autem originale contrahit anima per sui vnionem cum infecta carne, vt declaratum est li. 2. Et ideo conueniens est, vt animæ paruulorum carentiam visionis Dei perpetuo patiantur suis corporibus vnitę: per quorum contagionem incurrerunt obligationem ad talem pœnam.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis originale sit causa mortis meritoria: non est tamen causa permansionis in morte corporali.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, ꝙ quamuis in paruulis non sit status merendi, vel demerēdi: in illis tamen in quibus remissum est peccatum originale est radix merendi scilicet gratia gratum faciens, & in illis in quibus non est remissum est radix demerēdi scilicet habitualis cōcupiscentia, & ideo resurgēt tam isti, quā illi.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum in resurrectione natura erit causa efficiens reformationis corporum humanorum.

Secundo vtrum erit causa efficiens vnionis animæ ad suum corpus ad eius susceptionem dispositum.

Tertio vtrum vox tubę erit causa efficiens vtriusque.

QVAESTIO I.

Vtrum in resurrectione natura erit causa efficiens reformationis corporum humanorum.

Argum. 1. D. Bon ubi sup. q. 5. Sco q. 3. D. Tho. ubi supra.

OSTENDO, ꝙ in resurrectione natura erit causa efficiens reformationis corporum humanorum: secūdū Damas. lib. 3. c. 14. Quod commune est omnibus in eadem specie naturale est: sed resurgere commune erit omnibus: ergo erit illis naturale.

Secundo. T. C. 76. Item secundum Phy. 1. Physi. Ex equo fieri potest canis scilicet mediantibus multis trāsmutationibus naturalibus: ergo a simili ex pulueribus istius corporis potest iterum reformari hoc idem corpus mediātibus multis trāsmutationibus naturalibus.

Tertio. Item sicut se habet resolutio ad suum terminum ita compositio ad suum: sed per naturalem resolutionem corporis humani fit resolutio ad illud idem in numero: de quo illud corpus fuerat factū scilicet ad materiam primam: ergo per naturalem compositionem potest fieri reuersio ad illud idem corpus in numero, quod de illa materia fuerat factum:

Quarto. T C 45. & 1 Phy. T C. 66. Item illa forma corporis humani incōpleta, quæ educitur de potentia materiæ quando corrumpitur in eādem possibilitatem de qua facta est reuertitur secundum Phi. 3. Phy. Omne, quod fit ex aliquo si est corruptibile resoluitur in illud de quo fit: ergo manet eadē possibilitas, quæ primo in formam prædictā fuerat transmutata: ergo iterum in eandem formam potest naturaliter transmutari. corpora: ergo in resurrectione per naturam potuerunt eadem in numero reformari.

Quinto. Item sicut se habet ars ad artificiatum: ita natura ad naturatum: sed per artem potest reduci artificiatum in numero idem artificiato prius corrupto, vt patet cum ex eisdem asseribus iterum fit eadem arca in numero: ergo similiter per naturam potest reduci idem in numero corpus humanū, quod prius fuerat corruptum.

Sexto. Item natura potest reducere eandem partē terrę in numero, quia potest terram inclusam in aliquo vase conuertere in aquam, & iterum illam aquam in terram: ergo a simili potest reduci idem corpus humanum in numero.

In opposi- tum. CONTRA, indiuidua eiusdem speciei nō producuntur per naturales mutationes diuersas specie. vnde secundum Commentatorem super. 8. Phy. Mures geniti per putrefactionē, & propagationem non sunt eiusdem speciei: sed hominis resurrectio erit mutatio diuersa in specie a generatione sua naturali: ergo non erit mutatio naturalis.

Secundo. Item si corpora in resurrectione eadem in numero reformarentur per naturam hoc posset per naturalem inuestigationem cognosci: sed hoc inuestigatione naturali non cognoscitur: sed fide secundum Augu. 13. de trini. ca. 9.

Ergo

Ergo illius reformationis natura non erit efficiens causa.

CONCLVSIO.

Sola diuina omnipotensque virtus sufficiens efficiésq; erit causa reformationis humanorum corporum, vt qui naturam ad id posse voluerit diutius sit proculdubio trahendus.

Opi plato. ut habetur 12. de ciui. ca 13. AD ISTAM quęstionem dixerunt quidã ꝙ cum omnia naturalia per influentiam corporum cœlestium disponantur quando omnes partes cœli redibunt ad primum suæ creationis locum, tunc omnia generabilia, & corruptibilia eadem in numero, quæ tunc fuerũt reuertuntur. Et hoc per naturam vniuersalem quæ sicut dicit Auic.6.Meta.suæ.c.5.Est virtus infusa in substantiam cœlorum gubernãs vniuersalitatem generationum. Illa autem cœli dispositio erit in complemẽto.36.milium annorum ab illo instanti quo creatum est firmamentum.Similiter dicunt, ꝙ incipiẽdo a quo cunque temporis momento in fine. 36. miliũ annorum redibunt omnia generabilia,& corruptibilia eadem in numero,quæ erant in illo momento octaua enim spera ab occidente in oriente mouetur proprio motu in centum annis per vnum gradum. gradus autem sunt trecenti.60.q.12. sunt signa, & in quolibet sunt. 30.gradus.centies autem trecenti.60. sunt triginta sex milia. hi ergo dicunt tunc futuram reformationem corporum per naturã. Et hæc opinio includit, ꝙ sicut homines generant vnus post alium: ita resurgent vnus post alium.

Contra In.c. de oppositionibus.c.3. Sed hæc opinio est hæretica, & etiam contra Phy.lib.prædicamentorum dicentem, ꝙ a priuatione in habitum non est regressus per naturam: sed secundum eundem primo elenchorum.mors est priuatio: ergo per naturam non potest humanum corpus regredi de morte ad vitam, quod verum nõ esset si posset per naturam plenarie reformari: cum eius plenaria reformatio prius includat animationem.

Dicendum ergo ad quæstionem, ꝙ prædicta reformatio non erit per naturam, quia secundum Phi.2.Physi.Illa,quæ generantur per *T.C.8.* propagationem nõ possunt fieri per naturam nisi ex semine. vnde dicitur necesse est semen fieri primum: sed non statim animalia. Illa autem reformatio corporum erit ex materia eorum,vel pulueribus non mediãte semine propter enim nobilitatem corporum humanorũ non potest causari semen de quo fient per virtutem corporum cęlestium tantum. sed etiam requiritur ad hoc virtus particularis generantis similis in specie. vnde turpiter errauerunt dicentes humana corpora posse naturaliter produci de terra per solam influẽtiam corporum cœlestium.

T.C. ult. Præterea secundum Phi.2. de generatione. Formam corruptam natura non potest eandẽ in numero reducere. Cuius ratio est limitatio virtutis suæ, & quia forma cum corrumpitur non resoluitur in eandem posibilitatem numero,quæ in ipsam fuerat transmutata: sed in aliam in numero.forma autem corporis incõpleta de potentia materiæ eius educta ipsam disponens ad susceptionem intellectiue eadẽ in numero reuertetur, alias enim corpora eadem in numero non reformarentur. prædicta ergo corporum reformatio non erit per naturam: sed immediate tantum per diuinam potentiam.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum intelligitur de eo,quod est cõmune omnibus in eadem specie ex necessitate, & semper reformatio enim corporum non erit ex necessitate: sed per imperium voluntatis diuinæ. *Ad prim.*

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis vno corpore possit generari aliud corpus mediantibus transmutationibus multis: nõ tamen ex hoc sequitur, ꝙ mediãtibus transmutationibus multis posset ex eius materia idẽ corpus in numero regenerari. *Ad secundum.*

Præterea ex equo non potest fieri canis nisi primo conuertatur caro equi in semen canis: prædicta tamen reformatio corporum erit ex eorum materia, vel pulueribus absque hoc, ꝙ prius conuertantur in semen, vt superius dictum est.

Ad tertium dicendũ,ꝙ non est simile, quia materia in quam vltimo est resolutio est ingenerabilis,& incorruptibilis secundum Phil. 1. Phy. Et ideo proprie loquendo nõ reuertitur eadem in numero per resolutionem,quia non reuertitur, nisi quod prius fuit corruptũ. Sed sicut forma, quæ corrumpitur eadem in numero per naturam non reuertitur: sic per eius resolutionem in posibilitatem non reuertitur eadem posibilitas in numero, quæ in ipsam fuerat transmutata. *T.C. 82.* *Causa*

Ad quartum dicendum, ꝙ illud verbũ Philosophi intelligitur de ipsa materia, quæ est primum fundamentum: de quo alia fiunt, vel si intelligitur de posibilitate: tunc hoc pronomen illud ostẽdit non idem in numero sed simile. *Ad quart.*

Ad quintum dicunt aliqui, ꝙ maior est falsa, quia difficilius est reuerti idem naturatum quam idem artificiatum. *Ad quint.*

Alij dicunt, quod minor est falsa, quia non reuertitur forma artificialis eadem in numero.

Ad sextum dicendum, ꝙ præmissa est falsa, vt patet in his quæ dicta sunt in quæstione. *Ad sextum*

Potest etiam dici aliter ad argumentum, ꝙ non est simile de reductione eiusdem partis terræ in numero,& reductione eiusdem corporis humani in numero, quia corpus humanum produci naturaliter non potest: nisi ex

semine

semine, quod per solam influentiam cœli causari non potest, quamuis enim naturaliter influentia corporum cœlestium ad cuiuslibet generationem necessaria sit: dicente Phi. 2. Phys. Quod homo generat hominem ex materia, & sol per se tamen ad generationem eorum, quę naturaliter producuntur secundum propagationem eorum, non sufficit. Naturale etiam in diuiduorum, quæ per propagationem generantur: sic ordinate, & proportionate sunt a conditore naturæ, ꝙ est impossibile per naturam totam materiam: de qua factus est vnus homo iterum in vna alia muliere, & in vno alio viro conuerti in semine: sine aliqua comestione alterius materiæ si enim per totam vitam suam non nutrirentur nisi carnibus aliorum hominum: de quolibet homine, quem comederent, conuerteretur aliquid in substantiam comedentium, ita ꝙ semen in eis aut fieret de parte materiæ huius hominis comesti tantum: aut de pluribus partibus materiæ plurium hominum comestorum. A simili dico de omnibus animalibus, quæ per propagationem generantur. Vnde verbum Phy. 2. de generatione, scilicet, ꝙ natura non reducit idem in numero in his, quæ producuntur per propagationem: instantiam non habet in alijs autē, vt aliqui probabiliter dicunt; nescio si vere potest habere instantiam si enim aliqua portio terræ conclusa in vase aliquo conuerteretur in aquam, & iterum illa aqua in terram: non videtur quare non esset eadem terra in numero.

T. c. 16.

Dic quod ni quia nō redit eadē forma numero.

Præterea ex illa eadē parte materiæ de qua modo generatus est pugillus ignis per naturale agens fuisset prius genitus idem pugillus ignis in numero si prius fuisset sibi applicatū idem naturale agens: ergo a simili postquam iste pugillus erit per sui corruptionem resolutus in eandem partem materiæ de qua genitus est, regenerabitur postea de illa eadē parte materiæ idem pugillus ignis in numero quando illi parti materię iterum applicbitur idem naturæ agens.

Et si dicas, ꝙ agens naturale non generat nisi mediante sua influentia, & eadem eius influentia in numero nunquam reuertētur. hoc non obstat, quia saltem reuertetur similis. de illa autem eadem parte materiæ: de qua per hunc ignem genitus est iste pugillus ignis: fuisset genitus idem pugillus ignis in numero: si illi eidem parti materiæ fuisset applicatus alius ignis in omnibus similis excepta differentia numerali illi igni: per quem prædictus pugillus fuit genitus.

Ad aliam partem. Hic Sco. in 4. d. 2. q. 7.

Argumenta ad partem secūdum gratia cōclusionis concedenda sunt. verbum tamen Cōmentatoris secundum Augu. non est verum. dicit enim 3. lib. de tri. ca. 8. Quod multa sunt animalia, quæ coeundo alia pariunt cum illa nullis coeuntibus parentibus orta sint.

QVAESTIO II.

Vtrum natura erit causa efficiens iteratæ vnionis animæ ad suum corpus ad eius susceptionem dispositum.

ET VIDETVR, ꝙ sic: quia mutatio est naturalis, quæ terminatur ad quietem naturalem: sed animæ postquam erunt suis corporibus reunite in illis corporibus naturaliter requiescēt: ergo illis reunientur per naturam.

Arg. 1. D. Bon. ubi su. innuit S. o ubi su. ar. 3. Vide D. Th. ubi supra.

Secundo.

Item minus est principia alicuius compositi iam existentia vnire, quam alterum principiorum producere, & alteri vnire Sed per naturam producitur forma vitæ, & vnitur materiæ, vt patet in generatione animalium: ergo multo fortius corpus humanum, & animam intellectiuam poterit vnire natura.

Tertio.

Item separatio animę a corpore est per corruptionem naturalis dispositionis in corpore quę necessaria est ad hoc vt per animam informetur: ergo cum contraria sint causæ contrariorum effectuum sufficiens dispositio in corpore, quæ necessaria est ad hoc vt informetur per animam: erit sufficiens causa ad hoc vt iterum per animam informetur.

In oppositum.

CONTRA, vt habitum est superius: resurrectio est iterata copulatio animæ, & corporis: sed secundum Dio. 6. c. de di. no. Resurrectio est super naturam: ergo vnionis prædictæ natura non erit efficiens causa.

Secundo.

Item in prima hominis formatione natura non est vnionis animæ ad corpus efficiēs causa: ergo a simili nec in eius reformatione.

Tertio.

Item super naturam est adeptio gloriæ: sed talis adeptio nō est maioris difficultatis, quā vnio animæ ad corpus secundum Magistrum lib. 2. di. 1. c. pę. Qui dicit, ꝙ per prædictā vnionem potest homo scire Deo non esse impossibile rationalem creaturam sublimare ad suæ gloriæ participationem: ergo vnio animæ ad corpus est supra naturam.

CONCLVSIO.

Relinquitur sub problemate Thema; quia hic uel afferas, vel neges nihil impium dixeris.

AD ISTAM quæstionem dixerūt aliqui ad hoc vt corpus informetur anima: sufficit, ꝙ corpus sit sufficienter dispositum ad suscipiendum animam, & naturalis inclinatio animæ ad ipsum, & ꝙ sit præsens cuilibet parti ipsius corporis. Sed certum est, ꝙ corpori suo reformato anima poterit se præsente exhibere. si Deus permittat: non tantummodo vni parti eius. sed cuilibet: ergo videtur, ꝙ anima per sua naturalia corpori suo disposito ad suscipiendum eam poterit se vnire tāquam forma.

Et huic concordat verbum commune quo dicitur ꝙ animæ resument corpora sua.

Contra T.C. 71. Sed contra hoc sic potest argui secundum sententiam philos. 2. physic. quamuis efficiens coincidat cum forma in idem specie: non tamen in idem numero: cum ergo anima sit hominis forma, & per vnionem eius cum corpore constituatur homo: ipsa nō erit huius vnionis efficiens causa.

Præterea secundum Aug. lib. 83. q. 2. & Auicen. 6. Metaphy. ca. 3. Causa efficiens dignior est causato. cum ergo pars non sit dignior suo toto, & homo sit quoddam totum per vnionē animæ ad corpus cōstitutum: cuius anima est pars: ipsa non erit illius vnionis causa efficiens.

Opi. Secunda. Anima naturaliter non posse reuniri corpori. Istis ergo videtur dicendum ad quęstionē, ꝙ natura non erit iteratæ vnionis animæ ad corpus efficiens causa, quia cum natura non possit animæ dare essendi initium: non potest sibi dare essendi complementum: anima autē complementum sui naturalis esse habet ex vnione ad corpus, quia omnis pars completius habet esse in toto, quā a toto separata, nec ex hoc sequitur, ꝙ iterata animæ vnio ad suum corpus dispositum futura sit contra naturam: cum vtriusque ad aliud naturalis sit inclinatio: sed supra naturam. Vnde Dio. 6. c. de diui. no. Loquens de resurrectione dicit eam esse rem vetustati contra naturam visam. sibi autē & veritati super naturam, quæ secundum nos est natura fortissima diuinæ vitæ. ex parte ergo naturæ erit dispositio ad illam vnionem: sed immediate efficietur per omnipotentem Dei virtutem.

Ad argum. secundum primā opi. QVI tenent opinionem primam possent dicere ad primum, ꝙ est contra eā, quod Dio. dicit resurrectionem esse cōtra naturam quo ad reformationem eiusdem corporis in numero, quæ necessaria est ad resurrectionem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile quia in prima hominis formatione simul prodit anima in esse, & facta est actu corporis forma, & ideo oportuit, ꝙ ab eadem virtute esset vnio eius ad corpus, & eius productio: ante autem iteratam eius vnionem ipsa est in actu, quia non desijt esse.

Ad tertiū. Ad tertium dicendū, ꝙ Magister ibi loquitur de prima vnione animæ ad corpus cū qua simul accipit esse, & naturalem inclinationem ad corpus, quæ non potuit sibi dare creata natura: sed hæc modo pręexistunt vnioni futurę.

Ad primū. In corpore quæstionis. AD illud quod primo arguebatur in corpore quæstionis contra hanc opinionē, & pro alia potest dici, ꝙ verbum Phi. intelligendum est de forma corruptibili.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum Augu. intelligendum est de causa efficiente, quæ efficit rem secundum se totam: ita vt sit causa efficiens non tantum cōiunctionis partium: sed etiam ipsarum partium. quamuis autem anima resumendo corpus suum futura sit causa efficiens iteratę vnionis sui cum corpore, quæ necessaria est ad hoc vt ex illis constituatur homo: non tamen erit causa efficiens hominis secundum se totam, quia non erit causa sui ipsius, nec corporis. Et ideo si concedendum sit, quòd anima nobilior est, quam erit illa vnio: non tamen est concedendum, quòd erit nobilior, quam homo pro statu illo.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod dicebatur, ꝙ natura non potest illi rei dare essendi complementum: cui non potest dare essendi initium &c. Dico, ꝙ verum est de complemento essendi, quod debetur rei secundum se & absolute: sed non de illo quod conuenit illi rei ex sui vnione cum alio.

Ad argumenta secundum secundam opi. Mutationū alia violenta alia naturalis alia neutralis. QVI vult tenere aliam opinionem potest dicere ad primum in oppositum, ꝙ mutationum quædam sunt violente, & terminantur ad quietem violentam, vt patet cum proijcitur lapis supra trabem. Quædam autem sunt naturales, & terminantur ad quietem naturalem, vt patet in naturali motu lapidis deorsum. Quædam sunt quarum principalis causa effectiua non est necessaria, quamuis ad hoc disponat, & cooperetur, & terminetur ad quietem naturalem, vt patet cum homo fortiter impellendo lapidem deorsum facit ipsum velocius, & fortius descendere, & fortiorem impressionem facere, quam posset facere per suam naturam: mutationem autem, quæ fit a natura, & terminatur ad quietem violentam non est ponere.

Dico ergo, ꝙ iterata vnio animæ ad suum corpus dispositum, quāuis futura sit per causam supernaturalem. Tamen quia ad hoc disponet natura animæ, & corporis terminabitur ad naturalem quietem.


Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd maior non est vera nisi intelligatur cæteris paribus in proposito autem non sunt cætera paria, quia anima intellectiua non est educibilis de potentia materiæ, & magis distat eius essentia ab essentia corporis, quam quælibet alia forma ab essentia suæ materiæ, & tamen sunt optimæ proportionata ad hoc vt ex eis cōstituatur per essentiam vnum.

Ad tertiū. Facilius est destruere, &c. 7. Th. ca. 8. Ad tertium dicendum, quòd aliquando multæ causæ concurrunt ad constructionem: quarum vnius defectus sufficit ad destructionem, quia sicut dicit Dio. quarto capitulo de diui. nomi. Bonum est ex vna, & tota causa: malum ex multis, & particularibus defectibus.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum vox tubæ erit causa efficiens reformationis corporum, & vnionis animarum ad illa.



Arg. 1. S. Bon. q. 6. D. Tho. præsenti dist. q. 1. ar. art. 2. ET VIDETVR, quòd non: quia vox tubæ non erit capax virtutis infinitæ. Erit enim creatura: sed tam reformatio corporum, quam animarum vnio ad illa erit per virtutem infinitam.

Secundo. Item mortui non audient vocem tubæ: ergo sonus ille non cooperabitur ad eorum resurrectionem.

Tertio. Item Christi resurrectio erit causa efficiēs resurrectionis nostræ. dicit enim glosa super illud Ro. 8. qui suscitauit Iesum. Hæc est causa quare suscitabit alios quia Christus suscitatus est: ergo vox tubæ non erit nostræ resurrectionis efficiens causa.

In oppositum. CONTRA, Magister huius distin. c. 2. Dicit, ꝙ causa resurrectionis mortuorum erit vox tubæ, quia in aduētu iudicis ab omnibus audietur, & cuius virtute excitabuntur mortui, & resurgent de monumentis.

Secundo. Item glo. super illud Psal. Dabit voci suæ vocem virtutis. dicit idest efficaciam resuscitandi omnes mortuos.

CONCLVSIO.

Horum quidem causa efficiens erit diuina uirtus instrumentalis autem aliquo modo, ipsa vox tubæ.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ vox tubæ nō erit principalis efficiens causa reformationis corporum nec vnionis animarum ad illa, sed virtus diuina: erit tamen prædictorum instrumentalis causa aliquo modo ad similitudinem cum dicimus, quod sacramentum pœnitentiæ est causa spiritualis resurrectionis, quia sicut sacramento assistit diuina virtus spiritualis resuscitans: sic voci tubæ assistet virtus diuina corporaliter resuscitans, & sic intelligendum est illud verbum Apostoli. 1. Corin. 15. Canet tuba, & mortui resurgent incorrupti. Erit autem vox tubæ vox Iesu Christi, qua præcipiet mortuos resurgere, quod patet per illud, qđ dicitur Ioann. 5. Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Et parum post. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. Et sine præiudicio videtur mihi, quòd non erit idem vox tubæ, & vox Archangeli: sed illa tria, quæ dicit Apostolus 1. ad thes. 4. In iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei sic distinguuntur, quia primo Christus in suo descensu iubebit pulueres seu partes quascunque corporum recolligi mortuorum per ministerium Angelorum, & hoc notatur, cum dicitur. Descendet in iussu. secundo præcipiet ex illis pulueribus recollectis corpora reformari, & reformatis animas vniri, quæ duo fient per virtutem diuinam, & istud præceptum notatur cum dicitur, & in tuba Dei, tertio Archangeli qui fuerunt custodes prouinciarum in prouincijs quas custodierunt clamabunt fortiter, & sensibiliter sono articulato, & mediante aliqua sensibili creatura formato, quòd omnes coram iudicē compareant corporaliter diffinitiuam sententiam, & irreuocabilem audituri, & illa vox notatur cum dicitur, & in voce Archangeli. (Modus reformationis corporum.)

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd procedit de causa efficiente principali.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ & si corpora mortua non sint vocem illam auditura: tamē animæ intellectuali virtute appræhendent, eam.

Potest autem dici, quòd efficacia vocis illius quantum ad corporum reformationem: non erit: per hoc quod audietur: sed per hoc quod audietur: sed per hoc quod proferetur: eo, quòd eius prolationi diuina virtus assistet aliquo modo a simili sicut assistit verbis, quæ dicit baptizans paruulum quamuis paruulus, quod dicitur non appræhendat.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd resurrectio Christi quamuis sit nostræ resurrectionis exēplaris causa: non tamen erit efficiens nisi forte pro tanto dicatur ad causam efficientem reduci, quia Deus ordinauerat nullum resurgere ante resurrectionem illius. vnde illa glo. sic debet exponi, ꝙ eadē causa qua resuscitauit Iesum Christum suscitabit, & nos scilicet meritis Iesu Christi.

Argumenta ad partem aliam procedūt de causa efficientiæ instrumentali.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER queritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum omnes morientur.

Secundo vtrum omnia corpora mortuorū incinerabuntur.

Tertio vtrum in illis pulueribus sit aliquis naturalis appetitus ad animæ susceptionem.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes morientur.

Arg. 1. D. Bon. vbi su. q. 2. OSTENDO, quòd nō, dicitur in symbolo, ꝙ Christus venturus est iudicare viuos, & mortuos: ergo aliqui iudicabuntur, qui nunquam morientur.

Secundo. Item Hiero. ad marcellam dicit, & recitat Magister huius distin. cap. 5. Quosdam in fine seculi adueniente Christo non esse morituros: sed viuos repertos in immortalitatem repente mutandos.

Tertio. Item Augu. 2. lib. de baptismo paruulorum non multum longe ante finem: quibusdam in fine largietur, vt mortem istam repentina cōmutatione non sentiant.

In opposi-tum. CONTRA, ad Hebr.9 Statutum est hominibus semel mori: sed omnes obligātur ad statutum, qui non excipiuntur: cum ergo scriptura nullū excipiat ab illo statuto: ergo omnes morientur.

CONCLVSIO.

Diuinæ scripturæ & rationi concordat ut omnes filij peccātis Adam ipsius originalis peccati moriēdo debitum soluant.

Respon. Opi falsa. AD istam quæstionem dixerunt quidam, vt recitat. Genadius .7 c. de ecclesiasticis dogmatibus, ꝙ illi qui viui in aduentu domini inueniendi sunt sine morte media transferentur in immortalitatem, & hoc eis reputabitur pro resurrectione ex mortuis, ꝙ mortalitatem pręsentis vitæ immutatione deponent. Et hi dicunt non omnium resurrectionem futurā esse a morte proprie dicta. istis.n.nō videbatur aliqua ratio, quòd homines moriantur quasi statim resurrecturi.

Contra Sed hæc opinio videtur esse contra sacram scripturam, quia vt habetur Gen.3. Dicit dominus ad Adam puluis es, & in puluerem reuerteris. Cum enim in ipso esse tota humana natura sicut in stipite videtur ista sententia cecidisse super omnes qui secundum legem naturæ ab eo erant descensuri sicut omnes in ipso sunt corrupti. Cui concordat Apostolus ad Ro.5. Dicens: sicut per vnum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerunt.

Præterea Ro.6. Stipendia peccati mors est: sed omnes descendentes ab Adam secundum legem propagationis naturalis peccatum originalem contrahunt: ergo omnes morientur.

Præterea cum nō sit resurrectio nisi a morte eo ipso, ꝙ dicimus omnes homines resurrecturos implicamus omnes mortuos, vel morituros. vnde nulla penitus est quæstio qua quęritur vtrum resurrectio omnium erit a morte.

Qui propria omnes qui non sunt mortui morientur. Dicēdum ergo ad quæstionē, ꝙ omnes qui non sunt mortui morientur, & hoc concordat sacræ scripturæ vt visum est nec est irrationabile vt moriantur aliqui quasi statim resurrecturi: sed rationabile, vt soluant debitum originalis peccati.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd per viuos intelliguntur illi, qui nondū mortui sunt: tamen postea morientur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd pro tanto Hier. dicit illos non morituros, quia raptim morientur, & quasi statim resurgent.

Prima est potior. Vel potest dici. Hier. illius opinionis fuisse: nec tamen ipsum hæresim incurrisse, quia vt dicitur. 7. ca. de ecclesiasticis dogmatibus: hoc credere non est hęreticum: nisi ex contentione hæreticum fiat.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd illud retractat Augu. li.2. retractat. c.33.

QVAESTIO II.

Vtrum omnia corpora mortuorum incinerabuntur.

ET VIDETVR, ꝙ non: quia illud in quod corpora resoluētur erit terminus a quo resurrectionis eorum: sed resurrectio omnium corporum non erit a cineribus, quia resurrectio Christi, quæ fuit exemplar nostræ resurrectionis non fuit a cineribus: ergo nō omnia corpora mortuorum incinerabuntur. *Arg. 1. S. Bo. q. 5. & 5. D Tho. ibi. art. 4.*

Item corpora mortuorum non incinerabūtur subito: sed illi qui in aduentu Christi inueniētur viui, quasi statim post suam mortem resurgent: ergo corpora illorum non incinerabuntur. *Secundo.*

Item resurrectionis terminus ad quem nō erit idem in omnibus, quia sicut dicit Apost. 1. ad Corin.15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur: ergo a simili terminus resurrectionis a quo non erit idem in omnibus: sed quorundam resurrectio erit a cineribus, & quorundam non erit. *Tertio*

CONTRA, Danielis.12. Multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt. alij in vitam ęternam, & alij in opprobrium: sed per multos intelliguntur omnes secundū glo. interlinearem: ergo omnium corpora reducentur in puluerem. *In opposi-tum.*

Item Iob. 13. Memoria vestra comparabitur cineri. *Secundo.*

CONCLVSIO.

Ex debito tum culpæ, tū naturæ sicuti omnia corpora morientur ita, & incinerabuntur, exceptis semper Sanctiss. Christi & Beatiss. Matris corporibus.

RESPONDEO, ꝙ omnia corpora incinerabuntur excepto corpore Christi, & corpore matris suæ, quæ incinerata non fuerunt, quod de corpore Christi certissimum est, & de corpore matris suæ credere pium est: sicut enim culpa originalis in anima inducunt debitum separationis animæ a suo corpore propter separationem sui a Deo per culpam. ita vitium fomitis in carne inducit debitum incinerationis eiusdem. vnde sicut omnes ex debito præter Christum mortui sunt, vel morientur: ita omnibus corporibus humanis præter corpus Christi, & matris suæ incineratio debetur, quamuis enim Beata virgo peccatum originale contraxerit, quapropter in ea fuit debitum moriendi. tamen fomes in ea nunquam actum habuit, & per secundam sanctificationem totaliter fuit sublatus ab ea, quod autem dictum est de incineratione corporum communi cursui naturæ concordat, qui est omnia generabilia, & corruptibilia resoluere in illud de quo facta sunt. humana vero corpora de terra facta sunt, vt probari potest per illud quod habetur Gene.2. & 3. & per hoc quod *Responsio.*

dicitur.

dicitur. Iob.10. Memento quęso ꝙ sicut lutum feceris me. ea vero in quæ corpora resoluuntur humana: dicuntur cineres propter antiquam consuetudinem quando mortuorũ corpora comburebantur.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ resurrectio Christi fuit exemplar resurrectionis nostræ, quantum ad eius essentiam, nõ quantum ad eius omnia accidentia.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ corpora eorum qui in aduentu Christi inuenientur viui incinerabuntur per ignem, qui pręcedet faciem iudicis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quod non oportet, omnia, quæ conueniunt in termino a quo conueniãt in termino ad quem ab albedine enim potest esse vna mutatio in rubedinem, & alia in nigredinem.

QVAESTIO III.

Vtrum in pulueribus corporum mortuorum sit aliquis appetitus naturalis ad animæ susceptionem.

Arg. 1. S. Bona ubi supra. D Tho. ibi. ar. 4. ET Videtvr, ꝙ sic, secundum sententiam Phi. 2. phi. Materia appetit formam: sicut fęmina appetit masculum, & turpe bonum: sed illi pulueres in quos humana corpora resoluũtur sunt materia animarum: ergo in eis est naturalis appetitus ad susceptionem earum.

Secundo. Item maiorem perfectionem recipit materia corporis humani per animam, quam econuerso: ergo cum anima separata naturalem habeat inclinationem ad corpus: multo fortius illi pulueres qui sunt materia corporum humanorum naturalem inclinationem habent ad animam.

Tertio. Item si in illis pulueribus non esset naturalis inclinatio ad animam determinatam: tunc ex illis pulueribus corpus reformatum ita esset factibile ab vna anima sicut ab alia, & tũc non esset ratio reddendi propria corpora animabus, quæ ipsa prius animauerunt, quod falsum est.

In oppositum. Circa fin. Contra, Auicen. 1. lib. phi. c. 2. Excludit a materia respectu formæ desiderium tam animale, quam naturale: sed inclinatio naturalis est quoddam desiderium naturale: ergo in materia corporum humanorum non remanet ad animam aliqua inclinatio naturalis.

Secundo. Item cuilibet inclinationi naturali respondet aliquod agens naturale, quia natura non deficit in necessarijs. vnde dicit Philosophus T.C. 50. 59 2. cęlo, & mundo. Quod omnino extra rationem est, vt natura posuerit stellas mobiles, & non præparauerit eis instrumentum motus, quia natura non posuit aliquid vanum, & sine causa: sed per nullum agens naturale possunt pulueres corporum humanorum eidem animæ iterato coniungi: ergo in eis nõ est aliqua naturalis inclinatio ad ipsam animam.

CONCLVSIO.

Nulla certe inclinatio naturalis sicut nec aptitudo in pulueribus corporum ad iterum animam rationalem suscipiendam est admittenda nisi a longe, et remota quatenus disponi, & ad hoc appari possunt.

Responsio. Respondeo, naturalis inclinatio materiæ ad formam non est nisi quædam naturalis aptitudo ad recipiẽdum formam nõ enim potest ibi poni inclinatio naturalis qua cum hoc sit animalis: nec naturalis eo modo quo in lapide est ad descendendum deorsum: sicut expresse dicit Aui. in loco præallegato, quia in materia ex seipsa non est aliquod actiuum principium motus ad ipsam formam. vnde illud, quod est transmutans materiam ad formam non pertinet ad eius naturam prædicta autem aptitudo materiæ ad formam aut est remota aut propinqua. Si remota, sic in pulueribus corporum humanorum, & in materia cuiuslibet generabilis & corruptibilis est naturalis aptitudo ad suscepti onem animæ rationalis, quia materia ex sui natura est disponibilis per conueniens agens naturale ad rationalis animæ susceptionem. Si propinqua: sic dico, ꝙ in pulueribus humanorum corporũ nõ est aptitudo ad rationalis animæ susceptionẽ nec determinate: nec indeterminate, quia pulueres illi non sunt dispositi illa dispositione, quæ requiritur in materia rationalis animę susceptionem, quia tam in materia naturalis aptitudo remota ad formam proprie non dicitur naturalis inclinatio ad illam, eo quod proprie loquendo nihil dicitur ad aliquid inclinari naturaliter nisi habeat aliquam inchoationem ipsius seu naturalem dispositionem determinatam ad ipsum. Naturalis enim inclinatio vaga non est: cum natura operetur propter finem determinatum secundum doctrinam Phi. 2. phy. Et ideo proprie loquendo dici non debet, quòd in pulueribus corporum humanorum sit naturalis inclinatio ad susceptionem animæ rationalis: nec determinate: T.C. 84. nec indeterminate illi tamen pulueres ordinati sunt ex diuina prouidentia ad hoc vt ex illis eadem corpora in numero reformentur animanda illis eisdem animabus in numero quibus prius animata fuerunt. Reformatis tamen illis corporibus erit in eis inclinatio ex sua natura ad animæ proprie susceptionem.

Ad Primvm in oppositum dicendum, Ad primũ. ꝙ ibi Philosophus loquitur de appetitu secũdum, ꝙ accipitur pro naturali aptitudine remota, vel propinqua ad aliquã formã: sed remota nõ est inclinatio naturalis. In prædictis autem pulueribus non est aptitudo propinqua ad rationalis animæ susceptionem: sed remota.

Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, Ad secundum. quia anima separata a corpore remanet in eadem natura quam habebat cum corpori esset coniuncta: corpus autem non sic.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ non valet duplici de causa. tum quia illi pulueres ex diuina prouidentia ordinati sunt ad hoc vt ex eis eadem corpora in numero reformētur, tum quia anima naturalem inclinationem habet ad illos pulueres determinate, quamuis nō ecōuerso.

Ad partem aliam. Argumenta ad partem secundam: quamuis gratia principalis conclusionis possint concedi tamen indigent solutione: cum enim dicitur in primo, ꝙ omnis naturalis inclinatio est desiderium naturæ dico, ꝙ non est verum secundũ, ꝙ naturalis inclinatio accipitur pro naturali dispositione ad formam: sed verum est secundum, quòd accipitur pro actu qui est quædam tendentia ad aliquid: sicut est in lapide ad motum deorsum: quamuis violenter super trabem quiescat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior non est vera. quando inclinatio naturalis est ad aliquid quod non est infra facultatem naturæ: anima autem non est infra facultatem naturæ, quia sub Deo est naturæ finis, & etiã quamuis in corporibus reformatis erit ad animas proprias inclinatio naturalis: quamuis supernaturaliter restituta: non tamen per naturale agēs illa corpora illis animabus iterum vniētur, vt multi, & probabiliter dicunt.

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quęritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum omnes homines simul resurgent.

Secundo vtrum resurrectio cuiuslibet erit in instanti.

Tertio vtrum resurgent in eisdem locis in quibus fuerunt sepulti.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes simul resurgent.

Arg. 1. S. B. in q 3 ubi supra. OSTENDO, quòd non Aposto. 1. ad Thessalo. 4. Mortui qui in Christo sunt resurgēt primi. deinde nos qui viuimus.

Secundo. Item Apoc. 20. Cæteri mortuorum non vixerunt donec consumentur mille anni: ergo aliqui post mille annos resurgent post alios.

Tertio. Item homines non simul formantur: ergo a simili nec simul reformabuntur.

Quarto. Item corpora ordinantur ad animas sed resurrectio animarum non est simul: ergo neq; corporum.

In oppositum. CONTRA, Apo. ad Hæb. 11. dicit de probatis testimonio fidei, ꝙ non acceperunt repromissionem, scilicet resurrectionis, vt non sine nobis consumarentur.

Secundo. Itē primæ ad Cor. 15. Sicut in Adã oēs moriũtur, ita & in Christo oēs viuificabũtur: sed necessitatē moriēdi oēs ĩ Adã incurrimus: ergo omnes simul per Christum resurgemus.

Item ea, quæ fiunt in momento simul fiunt: sed sicut dicit Apost. e. ca. Omnes resurgemus in momento: ergo omnes simul resurgemus.

CONCLVSIO.

Mortuos omnes tam electos, quam reprobos aut simul surrecturos, vel minimam moram futuram intermediam vt omnis corporis ordo tollatur, est dictum tam congruentius tum tutius.

Responsio. RESPONDEO, quòd illi qui in aduentu iudicis inueniētur mortui omnes simul resurgent. omnes ēt illi qui inuenientur viui simul morientur, & simul resurgent: sed non omnes illi qui inuenientur mortui ante resurgēt, quã illi qui viui inuenientur, & huic cōcordat gl. super illud primæ ad thes. 4. Mortui q. in Christo resurgent primi: non enim vr̃ mihi hoc intelligēdũ de primitate dignitatis, quia multi de eis qui in aduētu iudicis inuenientur viui erunt maioris meriti, quam multi de illis qui tunc inuenientur mortui: ecclesia enim est, vt castrorũ acies ordinata, in qua principio, & fine in ponuntur fortiores: sed propter paruam moram inter resurrectionē illorũ, & istorum quandoque dñr tã illi, quã isti simul resurrecturi, ꝙ aũt inter resurrectionē illorũ, & istorũ parua fit mora patet sic, quia secundũ gl. super illud. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, & secundũ Augu. 20. de ci. c. 20. Illi qui viui inuenientur in aduentu Christi in paruo spacio passuri sunt mortē, & accepturi immortalitatē. illi aũt qui inueniētur mortui simul resurgent qñ illi qui inuenientur viui morientur. Aliqui tñ dicunt, ꝙ primo resurgent electi qui ante cessationē motus cęli erunt mortui, quos dicunt Apostolũ voluisse significare cũ dicit. 1. ad Thes. 4. ꝙ mortui in Christo resurgent primi: reprobos enim mortuos nō dicit mortuos in Christo: sed tantum electos. deinde resurgent alij electi, qui morietur propter cessationē motus cęli: quasi statim, & cito post resurgent. deinde omnes reprobi simul. Ad significandum enim, quòd electi libentissime veniēt ad iudiciũ, & reprobi inuiti: ordinauit Deus, ꝙ citius aliquantulum resurgent electi, quam reprobi, quia tamen modica valde erit inter resurrectionē vtrorumque, vt illa mora propter sui breuitatē dicatur ab Apo. 1. Cor. 15. momentum secundũ gl. ibidem ideo dicũtur omnes simul resurrecturi. Melius tamē est, & securius dicere, ꝙ siue electi qui in aduentu iudicis inuenientur mortui, & illi qui tunc inuenientur viui simul sint resurrecturi, ita, ꝙ illi, qui tunc inuenientur viui moriantur ante resurrectionem aliorum, & purgetur si quid in aliquibus illorum erat purgandum, & statim post cum alijs simul resurgant. siue inter resurrectionem istorum, & illorum sit futura valde modica mora. ita vt ab Apostolo dicatur momentum, quòd tamen inter resurrectionem electorum, & reproborũ nullus erit temporis ordo.

Con-

Congruitas autem quare homines non resurgent vnus post alium sicut vnus post alium moriũtur triplex est. Vna vt in communi gaudio omnium maius sit gaudium singulorum, vt dicit glo. super illud ad heb. 11. Deo pro nobis aliquid melius prouidente.

Alia est, vt sancti propter naturale desiderium resumendi corpora sua efficacius orent pro nobis, quia statim cum implebitur numerus electorum erit resurrectio mortuorum.

Tertia quia ex electis hominibus, & Angelis vna constituetur superna ciuitas. angeli autem complementum sui accidentalis præmij non habebunt quousque ministrare desierint, quia ministrando semper merentur augmentum accidentale præmij. ministrabunt autem quamdiu erit generatio hominum, & corruptio, & ideo durante hominum generatione, & corruptione non est eorum resurrectio de lege communi, ne ante Angelos recipiãt sui accidentalis præmij complementum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex dictis, secundum enim Augusti. 20. de ciui. Dei. cap. 20. per hoc quod dicit Apostolus. Deinde nos qui viuimus. intelligit per sonas illorum quos iudex in suo aduentu viuos inueniet, qui vt dixi parum post illos qui tũc inuenientur mortui resurgent.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd secundum Augu. 20. de ciui. Dei. cap. 7. Ibi accipiuntur mille anni pro omnibus annis huius seculi vsque ad cuius temporis finem reprobi non viuent vita corporali, nec vnquam viuent vita gratię. electi autem mortui per totum illud tempus viuent vita gratiæ & gloriæ in anima; & post illud tempus viuent gloriosi in anima & in corpore.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ non est simile, quia post primos parẽtes aliorum hominum formatio Christo excepto est per naturã, quæ non potest vnum producere nisi mediãte alio eorum autem reformatio erit per diuinã potentiam, quæ potest vnum reformare non mediante alio.

Præterea non sic est conueniens omnes homines esse simul ĩ statu corruptionis sicut omnes simul reparari in fine status corruptibilis.

Ad quartũ. Ad quartũ dicendũ, ꝙ non est simile, quia resurrectio animarum respicit merita, quæ sibi inuicẽ succedũt resurrectio corporũ ordinatur ad retributionem vltimatam, quam omnes simul recipient.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem aliam gratia principalis conclusionis possunt cõcedi: tamen per illud momentum de quo loquitur Apostolus intelligitur angustissimum tẽporis spacium in quo mora est breuis secundum glo. ibidem, & ideo verbum illud non cogit, ꝙ in eodem instanti resurgant illi qui in aduentu iudicis inuenientur.

QVAESTIO II.

Vtrum resurrectio cuiuslibet erit in instanti.

ET VIDETVR, ꝙ non. Eze. 37. vbi dominus sibi ostendit in visione resurrectionem futuram dicitur, quòd accesserũt ossa ad ossa vnumquodque ad iuncturam suam, & super ea nerui, & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper & spiritum non habebãt: ergo corporum reformatio præcedit tempore ipsorum iteratam animationem. *Arg. 1. S Bon. q 3. Scot q 5 D. Tho ibi. arti. 5.*

Item omnis effectus est successiuus cuius causa est successiua: sed vox tubę, quę erit causa resurrectionis erit successiua: ergo, & ipsa resurrectio. *Secundo.*

Item omnis mutatio, vel est motus vel finis motus: sed resurrectio non erit finis alicuius motus: ergo erit motus: sed secundum Phil. 4. Phy. omnis motus est in tempore: ergo resurrectio erit in tempore. *Tertio. T. C. 99. & inde*

CONTRA, resurrectio erit per infinitam potentiam: sed infinita potentia potest operari in non tẽpore: ergo resurrectio poterit esse in non tempore: cum ergo conuenientius sit eam futuram esse in instanti, quam in tempore ipsa erit in instanti. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Præcise sumpta resurrectio sicut ab infinita virtute ita in instanti fiet.

Respon. RESPONDEO, quod in resurrectione consideranda sunt tria scilicet præparatio ad corporum reformationem, & corporum reformatio, & corporum reformatorum cum suis animabus proprijs iterata vnio primum fiet creata virtute, quia puluerũ collectio fiet ministerio Angelico. vox tubę procedet a Christo inquantum est homo, quamuis ab ipso inquantum est Deus sit spiritualem virtutem super naturalem habitura, & ista fient in tempore alia duo erunt per virtutem diuinam, & fient in eodem instanti: ordine tamen naturæ vnio animarum ad corpora sequitur ipsorum reformationem, quæ est dispositio ad animarum susceptionem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod propheta narrare non potuit in instanti, quod in instanti futurum est. vnde ea, quæ dicit ibi non notant ordinem temporis, sed naturæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod non oportet causæ successiue effectum esse successiuum quando non operatur nisi in suo vltimo instãti. sic autem cooperabitur vox tubæ ad resurrectionem mortuorum: sicut videmus, quod effectus verborum sacramentalium est in vltimo instanti eorum,

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior est vera de naturali mutatione. Resurrectio autem erit supernaturalis mutatio, in naturali etiam mutatione habet maiorem instantiam, vt patet in illuminatione medij, quæ per se non est alicuius motus finis, quia in eodem instanti in quo sol fuit formatus medium illuminauit.

Ex dictis in quæstione patet quomodo procedat argumentum ad partem secundam.

QVAESTIO III.

Vtrum resurgent in eisdem locis in quibus fuerunt sepulti.

Arg. 1. Sco. ubi su. ET VIDETVR, ꝙ non; quia resurrectio erit a morte: sed mors magis de prope respicit locum mortis quam sepulturę: ergo non resurgent in locis in quibus decessetunt.

Secundo. T.C.21. T.C.45. Item secundum Phi. 1. cę. & mundi. animalium corpora composita sunt ex 4. elementis: ergo resoluuntur in 4. elementa, quia vt habetur tertio Phy. Omne corruptibile resoluitur in illud ex quo fit. sed possibile est, quod illa elementa ad alia loca transferantur: ergo resurgent alibi, quam in loco sepulturæ.

Tertio. Itẽ possibile est, ꝙ caput sepeliatur in vno loco. cor in alio loco. toto aliud corpus in tertio, quo facto non esset possibile, vt resurgat in loco sepulturæ, quia resurgendo simul esset in diuersis locis.

In opposi- tum. CONTRA, Eze. 37. Ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populæ meus.

Secundo. Item Matth. 27. monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, quæ dormierant resurrexerunt exeuntes de monumento, &c. Ibi dicit glo. ꝙ monumenta aperta sunt in typum resurrectionis futuræ: ergo resurrectio mortuorum erit in monumentis.

CONCLVSIO.

Mortui ibi resurgent vbi suorum corporum principalior pars inuenietur, quod si partes erunt æquè dispersè tunc, vbi magis Deo placuerit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ mortui resurgent in illis locis in quibus tẽpore resurrectionis erit pars principalior corporis: siue ibi a principio fuerint sepulta eorum corpora siue non. Si autem illo tempore contingat alicuius corporis partes ęque principales esse in pluribus locis, vt pote, quia medietates capitis, & medietas corporis, & medietas omnium aliorũ membrorum in vno loco, & aliæ medietates in alio, & sint æque distantes a loco mortis, & loco iudicij. tunc cum non sit ratio quare magis resurgat in vno loco istorũ, quam in alio, dicendum est, ꝙ rationabilius est, ꝙ resurgat in illo loco in quo Deus eum resurgere voluerit. vnde non est dicendum, ꝙ Deus volet istũ in hoc loco resurgere, quia rationabilius est; sed ideo rationabilius est, quòd Dei voluntas imperabit hoc eo enim ipso factum est rationabile, quia Deus vult illud fieri.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ resurrectio non tantum erit a morte, sed etiam ab incineratione. incineratio autem magis de prope respicit locum sepulturæ, quam locum mortis, & præterea, vt iam dixi resurgent vbi pars principalior sui corporis erit tempore resurrectionis.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ sicut corpus primo sepultum in vno loco si postea per. 10. annos, vel 20. sepeliretur in alio resurgeret in 2. non in primo: sic dico, ꝙ corpora, quę penitus resoluta sunt in elementa, quæ translata sunt ad loca alia, ita ꝙ de ipsis nihil est in locis in quibus fuerunt sepulta resurgent vbi plus inuenietur de materia, quæ fuit corporum prædictorum: ille enim locus pro illo tẽpore erit eis loco sepulturæ.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ secundum quosdam facta diuisione prædicta aliæ partes tempore resurrectionis congregabuntur in loco vbi tunc erit cor, quia primo formatur cor inter alia membra secundum Phi. 16 de animalibus, & sicut dicit Auic. 3. li. de animalibus c. 1. est primum membrorum in vita, & etiam primum principium venarum, & neruorum, & ab ipso tanquam a principio primo deriuatur per totum corpus influentia animæ vitalium motum causatiua, quia ab ipso est prima origo spirituum, qui sunt delatiui influentiæ ipsius animæ circa cor, & alia membra congregantur sicut circa cẽtrum, & est illud quod vltimo moritur in homine.

Alij dicunt homo resurget ubi caput tunc erit Deus scit. Alij dicunt, quòd homo resurget vbi tunc erit caput, quia vt habetur. ff. de reli. & sump. fun. l. cum in diuersis. ibi est hominis sepultura vbi est caput eius sepultum Ambro. etiam in gloss. super illud Psalm. Vide humilitatem meam, & eripe me. dicit, quòd caput totum corpus dirigit, & sensus implet, & ibi expresse videtur sibi attribuere primatum inter omnes partes totius corporis.

Præterea. corpus humanum non resurget nisi propter animam rationalem: ergo resurrectio hominis erit vbi pars corporis erit, quæ magis de propinquo respicit operationes animæ rationalis. hoc autem est caput, quia in capite sunt sensus tam interiores, quã exteriores qui maxime deseruiunt operationibus rationalis animæ, & si enim tactus sit quasi per totum corpus diffusus origo tamen eius proxima est a capite.

ARTICVLVS VI.

Consequenter quæritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum resurrectio erit in vltimo instanti temporis.

Secundo vtrum erit in nocte.

Tertio vtrum notum sit angelis sub certitudine quantum tempus est vsque ad instans resurrectionis.

QVAESTIO I.

Vtrum resurrectio erit in vltimo instanti temporis.

Arg. 1. T.c.97. 8. Phy. D Tho. ubi supra. OSTENDO, quod non: quia nunquam erit temporis vltimum instans, vt enim dicitur.4.Phy.motus non potest esse sine tẽpore: sed semper erit aliquis motus, vel in paradiso, vel in inferno: ergo non poterit esse resurrectio in vltimo instanti temporis.

Secundo. Item vt superius dictum est:illi qui in aduẽtu iudicis inuenientur mortui resurgent priores, quam illi qui tunc inuenientur viui: sed in vltimo instanti temporis nõ potest esse prius, & posterius:ergo vel illi,vel isti resurgent ante vltimum instans temporis vel post.

In opposi-tum. T.c.56. CONTRA, secundum sententiam Phil.2. de generatione motus corporum cœlestium est in his inferioribus causa naturalis generationis,& corruptionis:ergo quamdiu durabit erit in his inferioribus generatio, & corruptio, sed durante generatione, & corruptione non erit resurrectio: ergo non erit vsque ad instans quo cessabit ille motus. hoc autem erit vltimum instans temporis.

CONCLVSIO.

Qui in aduentu Christi mortui inuenientus in vltimo instanti temporis proprie dicti, & motus cęli resurgent,& qui vero viui,quasi statim post morientus,& parum post resurgent.

Respon. RESPONDEO, quod resurrectio omnium illorũ,qui in aduentu Christi inuenientur mortui erit in vltimo instãti temporis proprie dicti,quod cessabit cessante motu cęli.vnde Apoc. 10.habetur quod angelus iurauit, quia tempus non erit amplius:tempus enim proprie dictum nõ est nisi in motu primi mobilis sicut in subiecto,vt patet per Phi.2.de generatione.conuenienter aũt in eius vltimo instãti erit resurrectio mortuorũ,vt status corruptibilitatis, & motus cęli,qui sibi conuenit simul esse desinant, & status incorruptibilitatis,& quies cęli, quæ sibi conuenit simul incipiant.illi autem qui in aduẽtu Christi inueniẽtur viui quasi statim post cessationẽ motus cęli morientur, & parũ post resurgẽt, vt in mora intermedia purgẽtur electi,qui purgabile aliquid habebunt. nec mireris,quia post vltimum instãs tẽporis proprie dicti pono moram habentem prius, & posterius,quia post illud instãs remanebit tempus communiter dictum,quod consequitur quemlibet motum secundum quem modum loquitur.Aug.de tempore 5.super Gen. longe ante medium cum dicit,quod tempus cępit a creatura quod est creaturæ motus ex alio in aliud consequentibus rebus.quid autem sit tempus proprie dictũ,& cõiter.ostensum est li.2.dis.2. Ex dictis patet solutio ad argumenta. Tempus priuatiuum.

QVAESTIO II.

Vtrum resurrectio erit in nocte.

Arg. 1. Sco. ubi su. D.Tho. ibi. art.3. ET VIDETVR, quod sic Matt.25.Media nocte clamor est factus ecce spõsus venit exite obuiam ei.

Secundo. Item Lucæ.12.in parabola comparatur aduentus Christi ad iudicium aduentui furis ad domum: sed fures de nocte cõiter veniunt:ergo Christus ad iudiciũ veniet de nocte.in suo autẽ aduentu erit resurrectio mortuorum.

In opposi-tum. CONTRA, resurrectio Christi fuit exemplar resurrectionis nostrę sed Christus non resurrexit de nocte sed in principio diei,vt habitum est lib.3.dis.12.ergo resurrectio mortuorum non erit de nocte.

CONCLVSIO.

Sole existente in oriente fiet resurrectio.

Responsio. RESPONDEO, quod motus cœli cessabit circa solis ortum luna existente in occidente, quia in tali dispositione sol,& luna creduntur creati fuisse, & quia in illo instanti in quo cessabit motus cęli erit cõmunis resurrectio mortuorum exceptis paucis qui in aduentu iudicis inuenientur viui. ideo concedendum est, quòd communis resurrectio mortuorum non erit in nocte,quia tamen existentibus in orientem citius dies est, quam existentibus in occidente,& mortuorum quidam resurgent in oriente,& quidam in occidente, ideo quidam resurgent de nocte per comparationem ad locum in quo resurgent: per comparationem tamen ad locum vbi tenebitur iudicium sol erit in ortu antequam aliquis resurgat.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod secundum gloss. ibidem dicitur ille clamor media nocte, quia nullo sperante, vel sciente.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd pro tanto comparatur aduentui furis aduentus iudicis, quia sicut fur venit hora qua non putatur venturus:sic erit de aduentu Christi ad iudicium, vnde ibidem dicitur.qua hora non putatis filius hominis veniet, qui autem dicunt resurrectionem futuram de nocte. hoc ideo dicunt quia erit in confinio noctis præcedentis, & diei sequentis,quæ vesperam non habebit,vel propter rationes dictas in solutione argumẽtorum.

D. Bona d 48. q.4. ar. primo. D Tho. ubi supra.

QVAESTIO III.

Vtrum hominibus vel angelis notum sit sub certitudine quantum tempus est vsque ad instans resurrectionis.

CONCLVSIO.

Nemini quicquã, neq; per scientiam naturalem, quia id ex diuina voluntate pendet, neq; per reuelationem, neq; per visionem beatificam notum est die sub certitudine de vltimo instanti resurrectionis.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ virtute naturali: nec hominibus, nec angelis potest hoc esse sub certitudine notum, quia quies cęli ex causa naturali non erit sed voluntaria. immo cœlum quantum est de se: cum sit figuræ rotundæ, & neque graue, neque leue, & eius motus sit circularis, nec ex motu suo aliq̃ perfectionẽ naturalẽ acquirat in se aptum est quãtũ est ex parte sua sine fine moueri, quia tamen mouetur a motore voluntario, qui est intelligẽtia, vt habitum est lib. 2. di. 14. quæ quidem intelligentia mouet secundum imperium creatoris, & cessabit mouere ad imperium eiusdem, quies cœli ex voluntate diuina dependet, quam ex puris naturalibus, neque homines, neq; angeli sub certitudine possunt inuestigare. Hominibus etiã non est notum per reuelationem, quia quod Apostolis reuelare noluit non est probabile, ꝙ alijs reuelauerit: Apostolis autem hoc quærentibus reuelare noluit immo eis respondit, vt habetur actuum primo. Non est vestrum nosce tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, quia vt dicit glo. ibidem. hoc nosce hominibus non expedit: sed ita viuant quasi quotidie iudicandi. dicit etiam gl. super illud Luc. 12. qua hora non putatis. vltimã horã semper ignorari voluit Deus, vt semper sit suspecta, & ad eam semper præparemur.

Optima litera. Vtrum autem hoc beatis angelis sub certitudine per reuelationem notum sit quibusdã videtur, ꝙ non. dicitur enim Mat. 24. De die illa, & hora nemo scit. neque Angeli cœlorum: sed pater solus ibi dicit gl. ꝙ nulli sanctorum Angelorum cõcessit Deus notitiã huius diei.

Alij autem dicunt, ꝙ hoc intelligẽdum est de notitia qua res in proprio genere cognoscunt, quia in verbo vident hoc sub certitudine, quia probabile est ipsos in verbo videre non tantum, quod spectat ad eorum gloriam essentialem: sed etiam, quod spectat ad accidẽtalem. vnde vt ait Augustinus Enchiridion. 36. capitulo Nouerunt Angeli sancti de Deo docti cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. ex hac tamen auctoritate non habetur quòd sciant sub certitudine quando ille numerus implebitur: sed tantum, ꝙ numerũ electorum sciant.

ARTICVLVS VII.

CONSEQVENTER quęritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum post resurrectionem cognoscet quilibet homo peccata, quæ fecit.

Secundo vtrum quilibet poterit legere in alterius conscientia.

Tertio vtrum omnia merita, & demerita propria, & aliena poterunt ab aliquo simul videri.

QVAESTIO I.

Vtrum post resurrectionẽ nõ cognoscet quilibet homo omnia peccata, quæ fecit.



OSTENDO, quòd non. In iudicio nõ præponuntur reo sua crimina nisi vt sibi detur defensionis locus: sed in extremo iudicio non erit locus defensionis malis: cum ergo eis reducere ad memoriam omnia peccata sua esset ea ipsis proponere videtur, ꝙ eis ad memoriam non reducentur. Arg. 1. S Bon. dicti q. 1. & 2. ar 2 D. Tho. ubi supra s.

Secundo. Item quãto homo perfectiorem habet charitatẽ: tanto magis dolet de his pro quibus cognoscet se Deũ offendisse: sed si in resurrectione pfectiorẽ habebũt charitatem, q̃ habuerũt in hac vita: ergo si cognoscerẽt ea pro quibus aliquando Deum offenderunt vehemẽter dolerent, quod impossibile est, quia vt habetur Apoc. 21. Dolor non erit vltra: ergo electi nõ cognoscent peccata, quæ aliquãdo habuerũt.

Tertio. Item reprobi non cognoscẽt bona, quę aliquando fecerunt, quia de illis gauderent: ergo a simili nec electi cognoscent peccata, quę aliquando habuerunt ne de ipsis dolerent.

In oppositum. CONTRA, rationabile est, vt accusantes. defendẽtes, & testificantes cognoscãt ea, quæ versantur in iudicio: sed secundum Apostolũ Ro. 2. In iudicio cogitationes erunt accusantes aut defendentes, & conscientia vnicuique reddet testimonium: cum ergo omnia tam bona, quam mala hominum facta in illo iudicio versabuntur: omnia hominis facta tam bona, quam mala simul ad memoriam reducentur.

Item Augu. 20. de ciui. c. 14. Quædam est intelligentia diuina qua fiet, vt vnicuique opera sua, vel bona, vel mala cuncta in memoriã reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset suam conscientiam.

CONCLVSIO.

Imo omnia cognoscet ne sententiæ proprie causã ignorans propter iniuste doleat, & murmuret contra ipsam.

Responsio. RESPONDEO, quòd in iudicio cognoscet quilibet homo omnia peccata, quæ fecit: dictat

dictat enim recta ratio, ꝙ in iudicio tam illi contra quem datur sententia quã illi pro quo datur manifestari debeat causa sententię: vt non tantum assistentibus appareat rectitudo sententiæ iudicis, sed etiam illis contra quos profertur, & illis pro quibus profertur, vt etiam isti maiorem rationem habeant iustitiã diligẽdi, & alijs non detur occasio contra sententiam murmurandi, & ideo in extremo iudicio mali cognoscent ea pro quibus damnabuntur, & boni ea pro quibus præmiabuntur. Est etiam specialis ratio quare mali cognoscent sua mala, quia scilicet ex illa cognitione amplius affligentur, & boni sua mala præterita, quia ex cognitione remissionis eorum amplius consolabũtur, & diuinam misericordiam collaudabunt. Vnde Grego. 4. lib. Moralium versus finem exponens illud psal. Misericordias domini in æternum cantabo &c. Quomodo misericordias domini in æternũ cantat qui se miserum fuisse ignorat, & si miserię transactæ non meminit: vnde largitati misericordiæ laudes reddit. Psal. 88.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, quòd maior est falsa: non tantum enim vt detur reo defensionis locus proponuntur sibi in iudicio crimina sua, sed etiam alia de causa, quæ in corpore quæstionis est dicta.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dicit Grego. vbi prius: plerumque incolumitatis tempore ad memoriam dolores præteritos sine dolore reducimus, & quo nos egros fuisse recolimus, eo nos incolumes plus amamus: erit ergo, & in illa Beatitudine culpę memoria non quæ mentem polluat, sed quæ nos letitiæ altius astringat. Hic sco. in 4 dis. 45. q. 3. soluendo. 3. principale.

Potest etiam aliter dici, quòd cum actus actiuorum sit in patiente disposito, & electi eo ꝙ totaliter erunt perfecti per gloriam: erunt totaliter indispositi ad susceptionem doloris: displicentia quam habebant de suis peccatis nullum poterit in eis causare dolorem sicut poterat in hac vita: quando erant capaces doloris. Secundo de anima. t. c. 16.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ mali cognoscent bona quæ aliquando fecerunt, nec ex illa cognitione consolabuntur, sed amplius affligentur: magnus enim dolor est cũ homo cognoscit se multa perdidisse: vnde dicit Boetius. 2. lib. de consolatione: prosa. 4. ꝙ in omni aduersitate fortune infelicissimum genus est infortunij fuisse felicem.

Vel potest dici, ꝙ reprobi post resurrectionem ita perfectæ erunt à pœna possessi, quòd omnino erunt indispositi ad gaudij susceptionem: & ideo dato, ꝙ tunc eis placeant bona quæ aliquando fecerunt: quia scient se minus punitos, quam si ea non fecissent: illa complacentia nullum poterit in eis gaudium generare.

QVAESTIO II.

Vtrum quilibet poterit legere in alterius conscientia.

Arg 1. D. Bon. vbi supra. D Tho vbi supra. ET VIDETVR, quòd non: prouer. 11. Qui fidelis est celat amici commissum, sed Deus fidelis est, & omnes boni amici eius sunt: ergo in resurrectione celabit omnia peccata eorum.

Secundo. Item solatium est miseris socios habere in miseria, sed peccatum est maxima miseria: ergo esset solatium reprobis: si in resurrectione viderent peccata aliorum.

Tertio. Item clarior est angelorum cognitio quam humana, sed vt ostensum est lib. 2. angeli non possunt legere in conscientijs nostris; non enim possunt videre cognitiones nostras: ergo nec in resurrectione vnus homo poterit legere in alterius conscientia.

Quarto. Item Magister huius di. c. 4. non irrationabiliter putari potest peccata hic per pœnitentiam tecta & deleta etiam illic tegi alijs.

In oppositũ. CONTRA, glo. super illud. 1. Cor. 4. Manifestabit consilia cordium. Gesta & cogitata bona vel mala tunc erunt aperta, & quia tunc erunt omnia nota omnibus poterunt de se iudicare & de alijs.

Item glo. super illud apoc. 20. Libri aperti sunt dicit, ꝙ per libros possunt intelligi conscientiæ singulorum quę aperte omnibus erũt.

CONCLVSIO.

Videbit profectò vnusquisq; legetq; alterius conscientiam ad cognoscendam comendandamque in sententia diuinam iustitiam.

Responsio. RESPONDEO, quòd in iudicio quilibet per diuinam virtutem poterit legere in cuiuslibet consciẽtia omnia bona & mala quę vnquam fecit vt omnes videant, ꝙ in cuiuslibet damnatione & præmiatione Deus iuste ponderabit bona, & mala eorum quę vnquam fecerunt, vt sic omnibus appareat diuinæ iustitiæ rectitudo in cuiuslibet damnatione, & primiatione, & magnitudo liberalitatis diuinæ in bonorum suorum communicatione omnibus quantum in ipso fuit, & magnitudo misericordiæ in hoc, quòd electos suos a peccato purgauit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illa auctoritas intelligenda est quando manifestatio commissi esset ad amici confusionem, sed manifestatio peccatorum quam aliquando habuerunt electi non erit ad confusionem eorum, immo omnes boni illa videntes pro eorum remissione diuinam misericordiam laudabunt, & ipsos electos, quia per pœnitentiam viriliter surrexerunt, & perseuerauerunt.

Ad sc̃dm. Ad secundum dicendum, ꝙ in reprobis ex aliquo quod ipsi videant nullum tunc poterit solatium generari, quia totaliter indispositi ad solatij susceptionem: immo ex visione peccatorum per pœnitentiam in electis deletorũ affli-

affligentur: recogitantes, ꝙ illa peccata sua si voluissent delere per pœnitentiam potuissent cum adiutorio Dei.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ illud argumentū bene procedit de cognitione naturali, sed illa cognitio qua quilibet cognoscet in iudicio alterius conscientiam naturalis non erit, sed hoc fiet supernaturaliter per virtutem diuinam.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ aut ibi non est assentiendum Magistro: aut intelligit, ꝙ tegentur quo ad verecundiam non quo ad notitiam.

D. Bon. vbi supra q 3. D. Tho. vbi supra.

QVAESTIO III.

Vtrum omnia merita, & demerita propria, & aliena poterunt ab aliquo simul videri.

CONCLVSIO.

A Beatis in verbo.

Respon. RESPONDEO, ꝙ a Beatis, quia videbūt in verbo poterunt omnia peccata simul, & vno intuitu videri: nō autem a reprobis, quia (Caute hoc.) vt ostensum est lib 2. & 3. intellectus naturali virtute non potest plura simul intelligere distincte & plene, quamuis plura cognoscere possit sub ratione vna: omnia tamen prædicta cognoscent reprobi in valde paruo tempore, quod notatur per hoc, ꝙ dicit Aug. 20. de. ci. c. 14. ꝙ mentis intuitu mira celeritate cernentur: maximæ ad hoc cooperante diuina virtute vt reprobi amplius confundantur.

De libro vitæ hic nihil tango, quia de illo lib. 3. di. 31. satis dictum est.

Examinatio literæ. CIRCA litteram (Cuius virtute excitabuntur mortui.) hoc in quæstionibus ex positum est. (Potest tamen non incongrue intelligi &c.) Illa tamen opinio probabilior est quæ dicit, quòd resurrectio fiet diluculo. (Peccata hic per pœnitentiam tecta, & deleta illis etiam tegi alijs.) hoc expositum est in quæstionibus in solutione cuiusdam argumenti. (Horum quod verius sit nō est humani iudicij diffinire). Prima tamen opinio est probabilior.

De ætate, & statura resurgentium.

DISTINCTIO XLIIII.



SOLENT autem nonnulli percunctari & quærere, an in eadem ætate & statura corporis omnes resurrecturi sint. Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis & staturæ (Ephe. 4. c.) Christi, ideo quia Apostolus ait, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in eadem ætate; resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cuiuscunque ætatis mortui fuerint. Virum autem posuit, non vt distingueret sexum, sed vt significaret perfectionem † virium quam tunc habebunt: sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt. Vnde Augu. Non ait, in mensuram corporis vel staturæ, sed ætatis: quia vnusquisque suam recipiet mensuram corporis, quam vel habuit in iuuentute, etiam si senex obiit, vel fuerat habiturus, si antè est defunctus. Ætas verò erit illa ad quā peruenit Christus, scilicet iuuenilis, vt circa triginta annos. Triginta enim duorum annorum & trium mensium erat ætas Christi in qua mortuus est & resurrexit. Nō est autem fas dicere quod in resurrectione accedat corpori magnitudo, quam nec habuit hic, nec erat habiturum diu viuendo: nec maiora corpora redigenda sunt ad modum Dominici corporis. Periret enim multùm de illis corporibus, cùm nec periturus sit capillus, vt ait Dominus, Capillus de capite vestro non peribit.

(Haymo super illud Ephe. 4. donec omnes occur. — † Lib. 22. de ciuitate Dei, c. ...)

Quod resurget quicquid fuit de substantia & natura corporis, & in eadem parte corporis.

NON enim perit Deo terrena materies, de qua (Luc. 21.) mortalium creatur caro: sed in quemlibet puluerem cinerem ve soluatur, in quoslibet halitus aurasque (Aug. in Enchi.) diffugiat, & in quamcunque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunque (Hug lib. de sacr. ... te 7. ca.) etiam animalium vel hominum cibum carnemque mutetur, illi animæ in puncto temporis redibit, quæ illam carnem primitus ut homo fieret, cresceret, viueret, animauit. Ipsa ergo terrena materies, (Aug. ib. ca. 89.) quę discedente anima fit cadauer, non ita resurrectione reparabitur vt ea quæ dilabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum species formasq; vertūtur: quamuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit, quod tam crebra tonsura detraxit; si vnguibus, quod toties dempsit exectio; immoderata & indecens, cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis non credentibus, occurrit informitas. Sed quemodmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquesceret, vel contereretur in puluerē, vel confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursum ex illius materia & quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quę particula materię cui membro statuę redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra extiterat, eam mirabili celeritate restituet: nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrùm capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat. Indecorum quippe aliquid ibi non erit: sed quicquid ibi futurum est, hoc decebit: quia nec futurum est si non decebit.

Quod sancti sine omni deformitate resurgent.

HOC autem in corporibus sanctorum intelligēdum est: de quibus consequenter adiungit, Resurgent (Aug. ibid. cap. 90.) ergo sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere difficul- (1. Cor. 15) tate:

tate: in quibus tanta facilitas quanta felicitas erit: propterquod & spiritualia dicta sunt, cùm procul dubio corpora sint futura, non spiritus. Ex his apparet, quòd vna erit ætas omnium resurgentium, scilicet iuuenilis: statura verò diuersa, scilicet, quam quisque habuerat in iuuenili ætate, vel erat habiturus, si antè est defunctus. Nec de substantia de qua hominis caro creatur, aliquid peribit: sed omnium particularum antè dispersarum collectione reintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorum quoque corpora sine omni vitio fulgida sicut sol resurgent, præcisis cunctis deformitatibus quas hic habuerunt.

Mat. 13. f

Si mali tunc habeant, quas hic habuerunt, deformitates.

De reprobis autem queri solet, an cum deformitatibus hic habitis resurgant. Hoc autem Aug. non asserit, sed dubium relinquit, ita inquiens, Quicunque ab illa perditionis massa, quæ per Adam facta est, non liberantur per Christum, resurgent quidem etiam ipsi, vnusquisque cum sua carne, sed vt cum diabolo eiusque angelis puniantur. Vtrum verò ipsi cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant quæcunque in eis gestarunt; inquirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Ecce non definit an tunc habeant deformitates quas hic habuerunt, reproborum corpora.

Enchi. c. 92. — Mat. 25. d

Quod non consumentur corpora quæ tunc ardebunt.

SI verò quæritur de corporibus malorum, quomodo in igne ardeant, & non consumantur; Augu. varijs exemplis astruit, & sempiternis ignibus ea ardere, & non consumi illa combustione: sicut animus, cuius presentia corpus viuit, & dolorem pati potest, mori autem non potest. Hoc enim erit tunc in corporibus damnatorum, quòd nunc esse scimus in animis omnium.

Consule Au gu li. 21. de ciui c. 1. 2 3 4. — Ibid ca 3.

Si dæmones corporali igne cremantur.

QVAERI etiam solet, an dæmones corporali igne ardeant. Ad quod Aug. respondens ait, Cur nõ dicamus, quamuis miris, veris tamen modis, etiã spiritus incorporeos posse pena corporalis ignis affligi, si spiritus hominũ etiã ipsi incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Gehenna illa, quæ stagnum ignis & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit, & cruciabit damnatorum corpora hominum & dæmonum, sed solida hominum, aerea dæmonum. Vnus enim vtrisq; ignis erit, vt Veritas ait. De quo igne si quæritur, qualis, vel vbi sit, Aug. sic respondet; Ignis æternus cuiusmodi sit, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi fortè cui spiritus diuinus ostendit.

De ciui Dei lib 21 c 10. — Ibidem — Apoc. 19 — Mat. 25 d — De ciui. Dei lib. 20. c. 16

Si animæ sine corporibus sentiunt ignem corporalem.

CVM autem cõstet animas igne materiali in corporibus cruciandas, queri solet, an interim ante resurrectionem corporum animæ defunctorum reproborum materiali igne crementur. De hoc Iulianus Toletanæ ecclesiæ Episcopus, Gregorij dicta secutus, ita scripsit, Si viuentis hominis in corporeus spiritus tenetur in corpore; cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Teneri autem per ignem spiritum dicimus, vt in tormento ignis videndo atque sentiendo puniatur. Quòd autem non solùm videndo, sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex Euãgelio colligitur, vbi Veritatis voce diues mortuus dicitur in inferno sepultus: cuius anima quòd in igne teneatur, insinuat, cùm Abraham deprecatur, dicens, Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meam: quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitem damnatũ in ignibus Veritas perhibet, quis sapiẽs reproborum animas teneri ignibus neget? præcipuè cum humanam animam corporis similitudinẽ habere doceat Aug. ita inquiens, Profiteri animam habere posse similitudinem corporis, & corporalium omnino membrorum, quisquis renuit, potest negare animam esse, quæ in somnis videt vel ambulare se, vel sedere, vel huc atque illuc gressu vel etiam volatu ferri: hoc sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit non corporalem, sed corpori similem: ita etiam in locis videtur esse non corporalibus, sed corporalium similibus, siue in requie, siue in doloribus. In Cassiani etiam voluminibus legitur, quòd non sint ociosæ, neque nihil sentiant, cùm diues ille in inferno se flamma cruciari clamet. Vnde probatur, animas defunctorum non solùm suis sensibus non priuari, sed nec istis affectibus, scilicet spe, tristitia, gaudio, ac metu carere; & ex his quæ sibi in illo generali examine reseruantur, eas quiddam iam incipere prægustare.

Lib. 2. Prog. 10. — Prognosti. de futuro seculo, cap. 7. — Ex li 4 Dialo Grego. c. 29. — Luce. 6. f — Super Gene. li 12 c. 33. Et ibid Iulianus, c. 16 — Iulianus hæc recitat ibid c 15 ex Cassia. coll 1 abbatis. Moysi, c. 14


De abortiuis fœtibus, & monstrosis.

ILLVD etiam inuestigari oportet, si abortiui fœtus & mostra resurgent, & qualia. De quo Augu. ita ait, Occurrit de abortiuis fœtibus questio, q iam nati sunt in vteris matrum, sed non ita vt iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus; de his qui iam formati sunt tolerari potest vtcunque quod dicitur: informes vero quis non procliuius perire arbitretur, sicut semina quæ concepta non fuerunt? Scrupulose quidem inter doctores quæri ac disputari potest, quando incipit homo in vtero viuere, an sit quedam vita occulta, qua nondum motibus viuentis appareat. Negare enim vixisse puerperia, quę ideo membratim execantur, vt eijciantur ex vteris prægnantium, ne matres etiam, si mortua ibi relinquantur, occidant; impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere, ex illo vtique iam mori potest: mortuus verò, vbicũque illi potuit mors euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat, reperire nequeo. Neque enim & monstra, quæ nascuntur & viuunt, quantumlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt, sed potius correcta eorum emendataque natura. Absit enim vt illum bimembrem, quem nuper natum in oriente fratres fidelissimi, qui eum viderunt, retulerunt, & S. Hieronymus scriptum reliquit,

In Enchiri. cap. 85. — Ibid. c. 86. — De monstris Ibid. c. 87.

liquit, vt vnum hominem duplicem, ac non potius duos (quod futurum erat, si gemini nascerentur) resurrecturos existimemus. Ita & cætera, quæ nimia deformitate mostra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram resurrectione reuocabuntur.

DISTINCTIO XLIIII.



SVPERIVS determinauit Magister de conditionibus resurrectionis. Hic determinat de conditionibus resurgentium. Et diuiditur in partes quatuor.

Primo determinat de conditionibus resurgentim in generali.

Secundo in speciali de conditionibus bonorum. ibi. (Hic autem.)

Tertio in speciali de conditionibus reproborum. ibi. (De reprobis.)

Quarto specialiter de conditionibus abortiuorum, & monstrorum. ibi. (Illud etiam.)

Prima in duas.

Primo determinat de resurgentium statura & ætate.

Secundo de integritate. ibi. (Non enim.)

Illa pars quæ incipit. ibi. (De reprobis.)

Diuiditur in duas.

Primo determinat de conditionibus reproborum ex parte corporis.

Secundo ex parte animæ. ibi. (Quęri etiã.)

Prima in duas.

Primo determinat de coporum reproborum deformitate.

Secundo de incorruptibilitate. ibi. (Si vero.)

Illa pars quę incipit. ibi. (Quæri etiam.)

Diuiditur in duas.

Primo determinat de cruciatu dęmonum.

Secundo de cruciatu animarum. ibi. (Cum autem.)

CIRCA hanc distinctionem quærendum est de duobus principaliter.

Primo de conditionibus resurgentium in generali.

Secundo de quibusdam pertinentibus ad conditionem malorum in speciali. De conditionibus autem bonorum in speciali dicetur distinct. 49.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur decem.

Primo vtrum omnia membra corporis resurgent.

Secundo vtrum omnes humores.

Tertio vtrum capilli, & vngues.

Quarto vtrum totum quod est de veritate humanæ naturæ resurgent in eo in quo est.

Quinto vtrum ex materia cuiuslibet membri reintegrabitur idem membrũ in numero.

Sexto vtrum corpora resurgentium resurgent cum deformitatibus suis.

Septimo vtrum illa corpora erunt calida vel frigida.

Octauo vtrum omnes resurgent in eadem ætate.

Nono vtrum omnes resurgent in eadem statura.

Decimo vtrum omnes resurgent in sexu virili.

QVAESTIO I.

Vtrum omnia membra corporis resurgent.

[Ar...] ARGVENDO, ꝙ non: quia illa membra corporis sunt frustra quæ nullũ vsum possunt habere, sed in resurrectione membra generatiue deseruiẽtia, & expulsioni superfluitatum: nullum tunc vsum habere poterunt: cum ergo in operatione Dei nihil fit frustra membra talia non resurgent.

Item si intestina resurgent aut resurgẽt plena aut vacua non plena, quia ille superfluitates quarum sunt contentiua non resurgẽt: nec vacua, quia inconueniens est ponere vacuum: ergo non resurgent.

CONTRA Magister præcedenti distin. c. vlti. Dicit, ꝙ homines resurgent sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra.

CONCLVSIO.

Omnia proculdubio: id tum naturæ perfectione tum diuinæ iustitiæ rectitudine requirentibus.

RESPONDEO, ꝙ omnia membra corporis resurgent. vnde glo. super illud. 1. Cor. 15. Mortui resurgent incorrupti. dicit idest sine culpa diminutione membrorum: cuius duplex est ratio. Vna perfectio naturæ. Alia rectitudo diuinæ iustitiæ: quæ exigit vt omnia membra corporis: eo quòd ab anima fuerunt perfecta cum ea puniantur, aut præmientur.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior est falsa, quia & si non possunt vsum habere quo ad vsum actuum secundum quem est agere: tamen sunt necessaria ad perfectam integritatem naturæ, & etiam patiẽtur passiones doloris in inferno, vel delectationes honestas in Paradiso.

Ad secundum dicendum, quòd intestina non resurgent vacua, sed plena non sordibus, sed plena aere, vel puris humoribus.

QVAESTIO II.

Vtrum omnes humores corporis resurgent.

ET VIDETVR, quòd non: quia nõ sunt de substantia corporis: sed sunt immediatum nutrimẽtum membrorum secũdum philosophũ 1. de som. & vigi. sed nihil resurget ĩ corpore, nisi quod est de substantia eius, quia alia nunquam fuerunt ab anima perfecta: ergo humores non resurgent.

Item tũc nõ erit necessarius vsus nutriendi: sed vt

sed vt iam dictum est, humores non sunt nisi corporis nutrimentum ergo si resurgerent essent superflui.

In oppositum. Contra, in sacramento altaris substantia vini conuertitur in sanguinem corporis Christi: ergo in Christi corpore resurrexit sanguis: ergo a simili in corporibus aliorum, cum resurrectio Christi fuerit nostræ resurrectionis exemplar.

Respon. Respondeo, ꝙ proprie loquendo differentia est inter humores, & humiditates: humor enim dicitur prout continetur in magnis venis: humiditas autem est extra magnas venas. Et hæc est humiditas secundum Auicen. 12. de animalibus c. de humoribus, & humiditatibus trium modorum. Vna illarum est humiditas quæ dispergitur per membra sicut ros, & hæc est in foraminibus paruarum venarum quę meseraicę possunt dici seu capilares. Secunda humiditas est illa quæ est propinqua coagulationi, & incipit dealbari: & non peruenit ad complementum. Tertia est illa quę iam est dealbata habens vltimam perfectionem quam natura intendit in humore, quia iam est incorporata membris, & pertinet ad membri completionem; propter quod ab aliquibus dicitur tenella pars seu mollis substantiæ membri, & prima humiditas vocatur ros: secunda autem cambium: tertia gluten.

Cap. 5. Capilares nõ sunt meseraicæ, vt lib. su periori c. 4. Triplex humiditas Qui humores resurgãt cum homine & qui non.

Dico ergo, ꝙ humores q. sunt sanguis: cholera: flegma: melancholia resurgent sicut habetur ex sententia Aug. 1. li. retrac. c. 16. & li. 2. c. 3. Cuius ratio est, quia illi humores sunt in corpore non tantum propter necessitatem nutriendi, & restaurandi deperditum, sed etiam quia eorum debita proportio iuuat ad debita membrorum operationem. Et ratione suę formæ, & quia in eis est aliqua influentia virium ipsius animæ, quãuis ab ipsa anima per essentiam non perficiantur; sunt etiam ad virtutis naturalis ostensionem, & ad corporis maiorem decorem: & ad eius secundariam perfectionem, & ideo resurgent in quantitate, quæ conuenit decori corporis: non enim existimãdum est, quòd oportet resurgere quicquid de humoribus per minutionem emisimus. Humiditas autem illa quæ dicitur ros, & illas quæ dicitur cambium non resurgent, quia sunt in via trãseundi de forma humiditatis in formã membri, quia tunc partes omnes in suis formis stabilientur.

Tertia vero humiditas quæ dicitur gluten resurget cum membris, eo ꝙ iam pertinet ad ipsorum complexionem. Humiditates vero superfluę indiuiduo sunt trium modorum.

Humiditates superfluę in triplici differentia.

Quædam quam natura intẽdit abijcere ab indiuiduo tanquam nociuam sibi: sicut vrina, & sudor, & similia.

Quędam quæ natura intendit separare ab indiuiduo per actum generatiuæ ad seruationem speciei in alio indiuiduo vt est semen.

Quædam quæ natura ordinat ad nutrimentum alterius indiuidui: cuiusmodi est lac quo nutritur puer post natiuitatem ex vtero, & mẽstruum quo nutritur iam natus in vtero, & tales humiditates non regurgent: eo ꝙ non sunt ad corporis indiuidui in quo sunt decorem, nec ad perfectionem eius, & quia non pertinent nisi ad statum hominis corruptibilem.

Ad Primum in oppositum dicẽdum, ꝙ quamuis non sint plenæ de substãtia corporis: eo ꝙ a forma corporis completiua per essentiam non informentur: tamen conferunt ad secundariam corporis perfectionem, & decorem. *Ad primũ*

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis non resurgent propter necessitatem nutriendi, tamen resurgent propter alias causas quæ in corpore quęstionis dictæ sunt. *Ad secundum.*

QVAESTIO III.

Vtrum capilli, & vngues resurgent. *D Bon q 2. D. Tho vbi supra.*

CONCLVSIO.

Capillus de capite non peribit est enim de secundaria naturæ perfectione.

Respon. Respondeo, in corpore quędam sunt de principali intẽtione naturæ vt ea quæ sunt necessaria ad naturæ operationem. Quædam autem sunt de secundaria naturæ intentione, vt ea quæ sunt ad prędictorum conseruationẽ & decorem, vt videmus folia in arboribus. Vnde dicit philosophus 2. de anima. Quod folium corticis est coperimentum, cortex autem fructus. Sic in humano corpore sunt capilli, & vngues: pili autem barbæ secundum Augusti. 22. de ciuit. capit. 24. Non sunt pro iuuamento: sed pro virili ornamento, & quia in homine non tãtum resurget illud quod est de primaria eius perfectione, & prima naturę intentione, sed etiam illud quod est secundaria eius perfectione, & secundaria naturæ operationis intentione, & ideo vngues pili barbæ & capilli resurgent. Vnde Mat. 10. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt, & Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit: resurgent tamen vngues pili barbe, capilli in illa quantitate quæ magis erit ad ornamẽtum corporis, & decorem: vnde non est intelligendũ ꝙ resurgat quicquid per tonsuram, & rasurã de prædictis amotum est, quia sicut dicit Augusti. enchi. 5. c. 2. Et recitat Magister huius di. c. 2. Indecorum aliquid non erit: nec tamẽ intelligendum est, ꝙ resurgant propter eorũ quę sunt de prima intentione naturæ conseruationem, quia corpora resurgent incorruptibilia, sed propter ornatum, & decorem, & secundariam naturæ perfectionem.

T. c. 6. *Post mediũ.* *Vngues pilos barbas propter ornatum, & decorem & omnibus resurrecturos etiam.*

QVAE-

QVAESTIO IIII.

Arg. i. D. Bon. q. 1. ar. 2. Scot. q. 1. D. Tho vbi supra.

Vtrum totum illud quod fuit de veritate alicuius naturæ humanæ resurgat in ipso.

ET VIDETVR, quòd non: impossibile est, quòd idem resurgat in hominibus diuersis, sed illud quod est de veritate humanę naturæ in homine vno potest fieri de veritate humanæ naturę in alio per actum nutritiuæ, quia possibile est vnum hominem nutriri de carnibus humanis, sed caro quæ fit de nutrimento efficitur de veritate humanæ naturæ, quia ab anima humana informatur: ergo nõ resurget in quolibet quicquid in eo fuit de veritate humanæ naturæ.

Secundo. Lib 2. de generatione animalium Arist. quid semen.

Item ostensum est li. 2. di. 30. Semen est de superfluo alimenti tertia digestione digesti: ergo si vnus homo nutriatur carnibus humanis illo generabitur semen de carnibus aliorum hominum, ex quo semine alius poterit generari. Cum ergo caro generata ex semine maxime sit de veritate humanæ naturæ ipsius geniti: illud idem in numero quod primo est de veritate humanę naturę in vno: fieri potest de veritate humanæ naturæ in alio per actum generatiuæ: præsupposito actu nutritiuæ: ergo non resurget in quolibet homine quicquid in ipso de veritate humanæ naturæ: aut idem in numero resurget in diuersis hominibus, quod est impossibile.

Tertio. Versus fini. vide Sco. dis. 22. seruij.

Item materia est de veritate humanæ naturæ, quia est de essentia compositi secundum Auicen. 5. metaph. c. 5. Sed in generabilibus, & incorruptibilibus possibile est eãdẽ materiam in numero primo esse partem vnius cõpositi, & postea partem alterius: ergo tota materia vnius humani corporis fieri non potest materia alterius, & tunc arguo, vt prius scilicet, quòd non resurget in quolibet quicquid in ipso fuit de veritate humanę naturæ, aut ꝙ idem numero resurget in diuersis, quod est impossibile.

Quarto.

Item caro quæ fit de nutrimento deperditur continue, & per nutrimentum continue restauratur, sed vtraq; fuit de veritate humanæ naturæ, quia vtraq; fuit ab anima informata: ergo si totum quod fuit in aliquo de veritate humanæ naturæ resurgeret in eodem, corpus resurgeret minus densum aut immoderate magnum: quorum vtrunq; est inconueniens.

Quinto.

Item costa Adę qua Eua formata fuit primo fuit in Adam de veritate humnæ naturę: postea in Eua: ergo aut Eua non resurget: aut non resurget in Adam quicquid fuit in eo de veritate humanæ naturæ, quia idem in numero non resurget in diuersis.

In oppositum.

CONTRA, Augu. 22. de ciui. c. 19. Nihil quod naturaliter inerat periturum cuicũque corpori existimãdum est, se quicquid est de veritate humanæ naturæ in aliquo sibi naturaliter conuenit: ergo nihil de hoc illi periturum est.

Item si non resurget in corpore quicquid fuerit de veritate humanæ naturæ in eo non resurget integrum, sed sicut dicit Magister huius di. c. 3. Reintegrabitur naturalis substantia corporis: ergo in quolibet resurget quicquid fuerit de veritate humanæ naturæ in eo.

Item rationabilius est ꝙ resurgat in quolibet quicquid fuerit de veritate humanæ naturę in eo quam omnes eius capilli, sed vt præhabitum est, capillus de capite non peribit: ergo resurget in quolibet quicquid de veritate hu manæ naturæ in ipso fuit,

CONCLVSIO.

Totum qui fuerit de veritate naturæ humanæ in aliquo ex semine generatum, in eodem quo ad formam resurget quo autem ad materiam totũ in quomodo ex nutrimento non est necesse.

RESPONDEO, sicut ostensum est li. 2. di. 30. Non tantum in hoc homine est de veritate humanæ naturæ eius caro generata ex semine, sed etiam caro quæ fit de nutrimento, quia vtraque est de essentia humanæ naturæ in ipso, quamuis modo differenti, quia prima caro principalius est de veritate humanæ naturæ quam alia vt ibidem satis aperte declaratum est.

Dico ergo, quòd quicquid est de veritate humanæ naturæ modo primo in quolibet in eodem resurget quantum ad formam: non oportet tamen, quòd totum resurgat quantum ad materiam, sed sufficit, quòd resurgat quãtum ad aliquam eius partem: si de alia parte fuit homo alius generatus. Deus enim vel per multiplicationem illius partis materiæ, vel aliunde, vel de nihilo, sicut ei placuerit: tantum supplebit de materia: quanta fuit illa pars, de qua fuit homo generatus, nec præiudicabit identitati eiusdem corporis in numero: cum videamus eundem hominem habere corpus idem in numero in iuuentute, & senectute nõ obstante, ꝙ partes secũdum materiam fluunt & aliæ substituuntur secundum sententiam philo. lib. 1. de generatione.

Si autem loquantur de eo quod est de veritate humanæ naturæ modo secundo: cuiusmodi est caro facta de nutrimento, sic etiam dico, quòd non oportet, ꝙ totum illud quod fuit de veritate humanæ naturæ resurgat quãtum ad materiam, quia talis materia cõtinue deperditur, & per nutrimentum restauratur, & sic si totum resurgeret: resurgeret corpus nimis densum aut immoderate magnum, vt ostendebat quartum argumentum ad primam partem.

Sed vtrum tota illa caro resurgat quantum ad formam dubium est propter diuersos modos ponendi carnem fieri de nutrimento: si enim pro tanto caro dicatur fieri de nutrimento, quia materia nutrimenti expoliatur omni

Prim quom limen in sub stam cõuert

omni forma sua, & fit sub forma nutriti p̄existente absq; hoc, ꝙ aliqua forma educatur de potentia materię nutrimenti, tunc planum est ꝙ per nutritionem nihil accreuit essentiæ formæ carnis, quia tota essentia formæ carnis: (formæ dico eductę de potentia materiæ quæ nunquam fuit in homine a principio suæ repotsiionis in specie vsq; in finem vitæ suæ) educta fuit de semine, & sic oportet dicere, ꝙ tota caro quæ nunquam fuit hominis in eo resurget quantum ad formam: si autem ponatur aliqua pars formæ carnis incomplete educi de materia nutrimenti, & carni præexistenti vniri, & per animam intellectiuam perfici. tūc oportet dicere, ꝙ non tantum fuit caro nutrimentalis quantum ad eius materiam, sed etiā quantum ad formam, & ꝙ quasi continue per nutrimentum illud deperditum restauratur, & secundum hoc non est dicendum, ꝙ tota caro nutrimentalis resurgat in quolibet quātum ad formam incompletam, sicut nec quantum ad materiam.

Alij autem dicunt, ꝙ materia sit tota substantia rei generabilis, & corruptibilis, & illa iterum resoluitur in materiam, ita ꝙ materia non est de essentia substātiæ in quam transmutatur essentia, & ita nihil potest esse de essentia substantiæ vnius indiuidui quod fuit de essentia substantiæ alterius, & secundum istos substantia generabilis, & corruptibilis pro tanto dicitur composita ex materia, & forma, quia ipsa substantia est resolubilis in causa.

Et quamuis hæc opinio videatur esse contra Philoso. primo Physico. Dicentem materiam esse ingenerabilem, & incorruptibilem, & contra hoc quod communiter dicitur, & tenetur, ꝙ substantiæ generabiles, & corruptibiles compositę sunt ex materia, & forma, ita ꝙ materia est de essentia eius: tamen est valde consona resurrectioni eiusdem hominis in numero quantum ad totum illud quod fuit de eius essentia.

Alij autem facilius, & clarius se expedientes de principali quæstione dicunt, ꝙ sicut resurrectio non erit per naturam, sed per diuinam prouidentiam, & potētiam, sic ipse Deus supernaturaliter prohibet ne aliquid de carne radicali; hoc est de carne facta de semine conuertatur in semen. & ideo quamuis caro radicalis vnius possit esse nutrimentum alterius: non tamen de illa potest alius homo generari: & ideo concedunt, ꝙ tota caro radicalis vniuscuiusque quātum ad totam formam, & totam materiam resurget in eo, nec prędiudicat vnitati materiali illius qui de ea nutritus fuerat, quia caro nutrimentalis fluit, & refluit absque præiudicio identitatis in numero illius qui nutritur.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ si aliquis carnibus humanis nutriatur illa caro reddetur illi homini in quo caro humana primitus esse cępit, & Deus illi qui de illis carnibus nutritus fuerat restituet quicquid de prima sua carne deperditum fuerat. Vnde Augu. 22. de ci. c. 20. Loquens de illo qui famę confectus atque compulsus vescitur cadaueribus hominum dicit. Reddetur caro illa homini in quo esse caro humana primitus cæpit. Et infra: sua vero illi quem fames exinanierat ab eo qui potest etiam ex allata reuocare reddetur, quamuis, & si omnibus perijsset modis ne vlla eius materies in vllis naturę latebris remansisset: vnde vellet eam repararet omnipotens.

Ad secundum facilius est soluere secundū opinionem tertiam, quia secundum eam quāuis caro radicalis possit comedi: non tamen potest in semen conuerti: diuina prouidentia prohibente.

Vel potest dici secundum opinionem aliā, quòd si quis nutriretur carnibus humanis, statim reponitur in specie, ita vt nullo alio nutrimento vteretur, quamuis semen in eo totaliter fieret de carne radicali aliorum hominum, adhuc homines comesti, & homines ex eorum carnibus generati idem in numero resurgerent, quia de quolibet corpore hominū comestorum pars conuerteretur in substantiā comedentis per actum nutritiuæ, & sic totum non posset in semen conuerti: pars ergo materiæ corporis comesti: de qua fuit alius homo genitus in illo resurget, quia aliter idem in numero resurgere non posset: pars autem alia quæ in substantiam comedentis per actum nutritiuæ esset cōuersa in primo resurgeret, quia in ipso habuit essentialiorem ordinem ad resurrectionem: tum quia primo ab anima illius fuit informata, & perfectius, quia vt habitum est lib. 2. Caro facta de nutrimento seu materia nutrimenti: non ita perfectæ, nec ita principaliter perficitur ab anima, sicut caro facta de semine. Illud autem quod deerit de parte materiæ illi de cuius carnibus alius homo fuit generatus: Deus aliunde supplebit, vt in corpore quæstionis dictum est.

Ad tertium dicendum, ꝙ impossibile est totam materiam necessariam ad repositionē hominis in specie quæ dicitur naturalis fieri materiam radicalem carnis hominis alterius, quia hoc non posset fieri nisi mediante semine: natura autem per actum nutritiuę prius conuertit partem de nutrimento in substantiam nutriti, & post hoc alia pars reponatur vt de illa fiat semen ordinatum ad conseruationem speciei per generationem alterius indiuidui.

Ad quartum patet quid sit dicendum, ex dictis in quæstione.

Ad quintum dicendum, quòd illa costa nō fuit in Adam de veritate humanæ naturæ necessariæ ad repositionem eius in hominis specie, sed fuit ordinata ad multiplicationē speciei

ciei per eius super naturalem transmutationem in mulierem, vnde materia illius costę in Eua resurget, & non in Adam.

Ad aliam partem. Secundum autem argumenta ad partem secundam, quæ ostendere videntur, ꝙ idem homo in numero resurget, quantum ad totam radicalem eius materiam, quæ præcessit repositionem eius in specie, secunda opinio, quæ posita est in corpore quæstionis videtur verior quam prima, quia secundum primam aliquis resurgeret non idem in numero quantũ ad materiam: nisi sicut pars & totum: quæ nec totaliter idem sunt in numero: nec pœnitus numero diuersa, vt trahi potest ex his quæ videtur dicere Philosophus 1. li. physico. *T. c. 17.* Ponendo tamen, ꝙ materia non sit de essentia compositi, vt tactum est, cessant multæ difficultates, quę tactæ sunt.

QVAESTIO V.

Vtrum ex materia cuiuslibet membri reintegrabitur idem membrum in numero.

Arg. 1. D Bon q 2. D. Tho. vbi supra. ET VIDETVR, ꝙ sic. Eze. 37. dicitur. Accesserunt ossa ad ossa vnumquodque ad iuncturam suam: ergo in resurrectione ad reformationem cuiuslibet membri redibit eadem materia in numero: de qua prius fuerat factum membrũ.

Secundo. Item membrum non habens materiam eandem in numero, quam prius habuit: non est idem membrum in numero, quia materia est de essentia compositi: ergo si membrum non reformaretur ex eadem materia in numero, de qua prius formatum fuerat: non resurgeret membrum idem in numero, & ex consequenti cum corpus sit compositum ex membris, & compositum non possit idem in numero redire, nisi partes redeant eædem in numero: non resurgeret idem corpus in numero, quod falsum est.

In oppositum. CONTRA Aug. ench. 50. c. Et recitat Magister huius di. c. 2. Terrena materies quæ discedente anima fit cadauer: non ita resurrectione reparabitur, vt ea quæ dilabuntur, quãuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt: ad easdem quoque corporis partes vbi fuerunt redire necesse fit.

Secundo. Item accidẽs non variat essentiam rei, sed situs materiæ in corpore accidẽs videtur substantiæ corporis: ergo si in resurrectione variatur: non propter hoc erit alia in numero substantia ipsius corporis.

CONCLVSIO.

Ex eadem propriaq; materia quolibet membrum quo ad debitam rectamq; consistendi formam reintegrabitur.

Respon. RESPONDEO, ꝙ in materia membri est considerare illud quod est de necessitate ad debitam membri consistentiam, & illud quod ibi est de superfluitate: contingit enim quandoque membrum plus habere de materia quã conueniens sit formę eius: primum redibit ad idem membrum in numero, quia reformatio debet respondere formationi: si tamen aliter fieret: nihilominus videtur quibusdam, quòd posset idem corpus in numero resurgere: ex quo rediret totius eadem materia in numero, & eadem forma in numero, quæ sunt essentiales partes compositi, quod sentire videtur Augu. 22. de ciui. c. 19. Vt patet per exemplum, quod ibidem ponit de vase facto de limo, & postea in eundem limum redacto, & de eodem limo iterũ reparato: vbi dicit, ꝙ ad hoc ꝙ redeat idem in numero non oportet, ꝙ illa pars materiæ, quæ prius erat in fundo iterum ponatur in fundo, nec illa quæ fuit in ansa iterum ponatur in ansa, sed sufficit, ꝙ totum reparetur de toto, & ench. 51. c. simile dicit de statua redacta in massam, & iterum de eadem massa reparata: illud autem quod est de superfluitate ad idem membrum in numero non redibit: sed ad aliud membrum si in illo fuit defectus materiæ: si autem cuilibet membro esset superfluum, & toti corpori illud non resurgeret, quia talis superfluitas ex errore accidit & defectu naturæ.

Ad 1. ARGVMENTA ad partem primam procedunt de materia conueniente formæ membri, & bonæ conscientiæ eius. *Ad al.* Auctoritas Augu. ad partem secundam allegata procedit de materia superflua formę membri, quod patet, quia immediate sic subiungitur: alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit, si vnguibus quod totiens dempsit, exactio immoderata esset, & indecens cogitantibus resurrectionem carnis, & ideo non credentibus occurrit infirmitas.

Ad 2. Ad secundum dicendum, quòd quamuis situs partium in loco essentiæ corporis sit accidentalis, tamen situs earum in toto ipsi toti est essentialis.

Secunda solutio. Vel potest dici secundum alios, ꝙ argumẽtum non plus concludit, nisi quod ad reintegrationem eiusdem corporis in numero easdem partes materiæ ad easdem corporis redire: in quibus prius fuerant non est necessariũ, quod concedunt, sed ex hoc non sequitur, ꝙ non sit congruum. Et hi etiam dicunt ad secundum argumentum ad partem primam, ꝙ probare videtur hoc esse necessarium, ꝙ non procedit, quia partes essentiales quæ sunt materia, & forma totius: principalius, & immediatius respiciunt compositi essentiam, quam partes quantitatiuæ, & integrales, & ideo ad hoc vt idem corpus in numero resurgat sufficeret, ꝙ principia essentialia quæ sunt materia & forma totius reuertantur eadem in numero etiam si eædem partes materiæ ad easdẽ partes corporis integrales in quibus prius fuerant, non reuertentur.

QVAE-

QVAESTIO VI.

Vtrum corpora resurgentium resurgent cum deformitatibus suis.

Arg. 1. D Bon. q. 1. ar. 3. D Tho ibi. art. 3. ET VIDETVR, quod sic: Cicatrices sunt deformitates in corpore, sed corpus Christi resurrexit cum cicatricibus: vt potest accipi ex his quæ habentur Io. 20. Ergo multo fortius alia corpora resurgent cum suis deformitatibus.

Secundo. Item quorundam corporum sunt aliquæ deformitates naturales, sed secũdum Aug. 22. de ci. c. 19. Nihil quod naturaliter inerat alicui corpori est illi periturum: ergo quorundam corpora resurgent cum aliquibus deformitatibus suis.

In opposit. CONTRA Aposto. 1. Cor. 15. Mortui resurgent incorrupti: ergo rusurgent sine deformitate proueniente ex diminutione: ergo a simili sine deformitatibus alijs.

Secundo. Item Aug. enchi. 52. c. & recitat Magister huius di. c. 3. Resurgent corpora sanctorum sine vllo vitio, sed deformitas vitium est: ergo resurgent sine vlla deformitate: ergo a simili, & corpora damnatorum, quia sicut cum corporibus sanctorum communicabunt in natura, ita communicare debebunt in dispositionibus corporalibus eis conuenientibus secundum ordinem naturæ.

CONCLVSIO.

Corpora electorum sine vlla deformitate resurgere, damnatorum vero dubium est secũdum. Aug.

Respon. RESPONDEO, sicut accipi potest ex sententia Augu, 22. de ci. c. 19. Omnis deformitas reducitur vel ad illam quæ est ex parte coloris, vel ad illam quæ est ex parte figuræ, vel ad illam quæ est ex parte diminutionis partium, vel ad illam quæ est ex parte superabundantiæ. Quadruplex deformitas. Dico ergo, quòd quocunq; prædictorum modorum deformitate accepta corpora electorum sine omni deformitate resurgent, quia omnis deformitas ad aliquod vitium naturæ pertinet, sed secundum Augu. eo. c. Vbi prius, & enchi. 52. c. Corpora sanctorum resurgẽt sine vllo vitio seruata integritate naturæ, corpora autem damnatorum resurgent sine deformitate quæ est ex parte diminutionis partium, quia indistinctæ dicit Apostolus, quod mortui resurgent incorrupti, sed vtrum resurgent sine deformitatibus alijs dubium est. Et dicunt quidam, quod non, immo manebunt in eis deformitates ad maiorem confusionem eorũ. Alij dicunt, quòd resurgent sine illis, quia in reparatione corporis resurgentis magis attenditur naturæ perfectio quã conditio quæ fuit prius, hoc tamen Aug. enchi. 54. c. Et recitat Magister in littera huius di. c. 4. Indeterminatum relinquit dicens, quòd nos fatigare non debet eorum incerta habitudo, vel pulchritudo, quorum erit certa, & sempiterna damnatio.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod sm Aug. 22. de ciui. c. 20. Cicatrices in corporibus martyrum non erunt deformitates.

Ad scdm. Ad secundum dicendum, quòd deformitates prædictæ insunt ex debilitate seu vitio naturæ, verbum autem Augu. intelligitur de hoc quod naturaliter inest secundum debitum, & rectum ordinem naturæ: vnde & in principio illius cap. dicit, ita nihil periturum esse de corpore vt deformæ nihil sit in corpore.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partẽ secundam potest dici secundum illos qui tenent corpora damnatorum resurrectura cum alijs deformitatibus ab illa q̃ ex partiũ diminutione, quod non est simile de illa, & de alijs, quia illa magis contrariatur integritati naturæ quam aliæ.

Ad secundum. Ad secundum satis patet quid sit dicẽdum in quæstione, quia resurrectio non tantum est futura propter reintegrationem naturæ, sed etiam propter perfectiorem retributionem, & meritorum & demeritorum.

Ideo quamuis corpora electorum reproborum sint resurrectura communicantia in natura, nõ tamẽ in qualitatibus superadditis, quia qualitates in quibus resurgent corpora dãnatorum erunt ad eorum ampliorem confusionem, & illæ in quibus resurgent corpora electorum erũt ad eorum ampliorem honorem.

QVAESTIO VII.

Vtrum illa corpora erunt calida, vel frigida.

Arg. 1. ET VIDETVR, quod nec calida neq; frigida, quia secundum Philosophũ 2. de generatione, Caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas sunt qualitates primæ, & causæ aliarum qualitatum, inter quas Philosoph. ibidem enumerat grauitatem, & leuitatem, sed posita causa ponitur effectus, cum ergo secundum Augu. 22. de ci. c. 11. T. c. 8. & inde. A corporibus electorum auferetur grauitas: ex quo potest argui a simili, quod a corporibus damnatorum etiam auferetur leuitas, videtur quòd nec corpora electorum, nec corpora dãnatorum erunt calida, vel frigida.

Secundo. Itẽ corpora electorũ & dãnatorũ resurgent incorruptibilia, vt inferius ostendetur, sed omne compositum ex qualitatibus contrarijs primis quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas est corruptibile, quia causant in composito mutuam actionem & passionem: ergo tales qualitates in corporibus non resurgent.

Tertio. Item secundum Augu. 22. de ci. c. 11. Natura corporum electorum in resurrectione fiet conueniens cœlo, sed natura locati nõ potest fieri conueniens loco, nisi fiat conformis eidem, cum ergo secundum doctrinam Philoso. 1. cœli, & mundi. Cœlum sit eleuatum super omnem contrarietatem, sequitur, quòd prædictæ quatuor qualitates cum sint contrariæ nõ erunt saltem in corporibus electorum.

In oppositum. CONTRA, vbi est effectus & causa, sed color cum sit de numero secundarũ qualitatũ causa-

causatur ex quatuor qualitatibus primis: vnde excessus frigiditatis causat albedinem, excessus caloris nigredinem, sed corpora resurgent colorata, sicut expresse dicit Aug de corporibus electorum 22. de ci c. 19. Ergo sequitur, quod resurgêt cũ quatuor qualitatibus primis.

Secundo. T. c. 7. Item secũdum Philosophum. 2. de genera. Quatuor supradictę qualitates sunt primę qualitates tangibilium, sed corpus Christi post resurrectionem fuit tangibile. Vnde Luc. 24 habetur, quod dicit discipulis Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere: ergo cum non sit ponere posterius sine primo in corpore Christi, post resurrectionem fuerũt quatuor qualitates primæ: ergo a simili in resurrectione communi erunt in corporibus aliorum.

CONCLVSIO.

Ita propria natura ac complexione requirente corpora resurgentium tamen electorum quam reproborũ licet diuersimode erunt calida & frigida &c.

Respon. RESPONDEO, quod in corporibus resurgẽtium tam electorum, quam reproborum erunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas secũdum, quod necessariæ sunt ad humanam complexionem: dicit enim Auicen 22. lib. de animalibus c. de complexione in vniuersali, quod complexio est res accidens ex contrariarum qualitatum operatione: certum est autem, quod corpora resurgent complexionata. Præterea natura ossium est, quod magis sint sicca quam natura carnium, & natura carnium humidior quam natura ossium, & natura cordis calidior quã natura cerebri, & natura cerebri humidior: ergo natura membrorum exigit, quod corpora resurgant in qualitatibus supradictis: non tamẽ dico, quod illę quatuor qualitates sint elementares: sed aliquo modo sint illis similes, & secundum, quod competit humanæ complexioni illarum virtute participantes: difformiter tamen resurgent in corporibus electorum, & reproborum, quia in corporibus reproborum, & si non poterunt actionem, & passionem causare ordinatas ad vitæ corporalis corruptionem: poterunt tamen in eis causare actionem & passionem ordinatas ad afflictionem, vt inferius ostendetur: neutrum autem istorum poterunt in corporibus electorum.

(margin: c. 1. in prin. — beside "xionem: dicit enim Auicen"; Quid complexio. — beside "tatum operatione")

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod quamuis primę quatuor qualitates tangibilium sint in corpore causa grauitatis, tamẽ talem effectũ Deus separare potest a tali causa, vt multipliciter Aug. in eodem cap. ostendit: per quem autem modum auferetur grauitas corporibus electorum inferius ostẽdetur cum de dote agilitatis quæretur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod illę qualitates in corporibus non causabunt mutuam actionem & passionem ordinatas ad corporum resolutionem, vt inferius ostendetur, cum quæretur de dote impassibilitatis.

Ad tertium dicendum, quod non oportet locatum conformari loco, neque in natura: neque in qualitatibus, locus enim ignis est concauũ orbis lunæ, & tñ ignis, & orbis lunæ nõ conueniũt in natura, neq; in qualitate. Ignis. n. est leuis, & orbis lunę est neq; grauis, neq; leuis: oportet tñ locatum commensurari immediate eius loco. Quod ergo dicit Augu. quod corpora electorum fient conuenientia cælo: non est intelligendum, quòd sint celestis naturæ, quia tunc in specie eadem non resurgerẽt, sed quia resurgent incorruptibilia, & impassibilia & sine grauitate, & ideo erunt conuenientia ad habitandum in cęlo.

ARGVMENTA ad partem aliam gratia conclusionis possunt concedi. primum tamen parũ valet, quia caliditas, humiditas, siccitas & frigiditas a Pilosoph. 2. de gene. non dicuntur primę qualitates, nisi in genere qualitatum tangibilium: color autem non est de genere qualitatum tangibilium.

(margin: Ad... ; Ad parti...)

QVAESTIO VIII.

Vtrum omnes resurgent in eadem ætate.

Arg. D. 7 hic. ET VIDETVR, quòd nõn: quia etas aut accipitur pro toto tempore quo homo vixit, aut pro virtutæ seu statu quem in aliquo tempore habuit, sed primo modo non resurgent omnes in eadem ætate, quia non omnes quali tẽpore vixerunt, nec modo secundo, quia non omnes resurgent in æquali virtute: ergo non omnes resurgent in eadem ætate.

Secun. Item a resurgentibus nihil auferetur quod in eis fuerat dignitatis, sed sicut dicitur prouer. 16. Corona dignitatis senectus: ergo senes resurgent in senili ætate, sed iuuenes non resurgent in senili ætate: ergo non omnes resurgent in eadem ętate.

In opp. CONTRA, glo. super illud ad ephesios: quarto. In mensuram ętatis plenitudinis Christi, quod recitat Magister in littera huius di. ca. 1. Omnes in eadem ætate resurgent in qua Christus mortuus est & resurrexit cuiuscunq; etatis mortui fuerit.

CONCLVSIO.

Omnes in eadem ætate & in eodem statu corporis & naturalis virtutis resurgent quam habuerunt si vixerunt, aut si vixissent erant habituri in termino augendi & perficiendi motum vitæ.

Respon. RESPONDEO, quod ætas dupliciter pt accipit. Vno modo pro toto tpe quo vixit homo, vel quod fluxit ab istãti suæ formationis vsq; ad instãs suæ reformationis, & sic nõ omnes in eadẽ ætate resurgẽt. Alio modo pro statu corporis, & virtutis q. annis in humano corpore relinquitur secũdũ quẽ modũ accipiendi ætatẽ dicimus Adã factus fuit in ætate virili, & sic dico, quod omnes in eadẽ ætate resurgent, quia oẽs resurgẽt in statu corporis & naturalis virtutis quẽ habituri erãt si tantũ vixissent, vel habuerunt

runt qui tantũ vixerũt, qui est tẽpore ad quod terminatur motus perficiendi, quia circiter de lege communi est illud tempus quo Christus mortuus est: vnde Augu. 22. de ci. c. 15. qđ commemorauit Apostolus de mensura etatis plenitudinis Christi sic accipiamus, vt dictũ nec vltra nec infra iuuenilem ętatis formam resurgant corpora mortuorum, sed in ea ętate & robore vsque ad quam Iesum Christum per uenisse cognouimus: propter enim perfectionem naturæ decet vt resurgant in optimo statu corporis quem habuerũt, vel si tantum vixissent erant naturaliter habituri, ille autẽ status est in termino motus perficiendi.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ non omnes resurgent in æquali virtute nec naturali neq; supernaturali, sed omnes resurgent in naturali virtute quam quiliber erat naturaliter habiturus in termino motus sui profectus, & quia de lege communi illud tempus fere idem est quãtum ad omnes, idem omnes ideo omnes dicuntur resurrecturi in eadem ætate, & dixi fere, quia tempus mensurans motum profectus in omnibus non est ęquale punctaliter.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, ꝙ senectus dicitur corona dignitatis non propter conditionem corporis, quia tunc est in defectu, sed ꝓpter sapientiam quæ in eis præsumitur maior propter multam experientiam ex temporis antiquitate, quapropter dicitur Iob. 12. In antiquis est sapientia.

QVAESTIO IX.

D.Tho.q 4

Vtrum omnes resurgent in eadem statura.

CONCLVSIO.

Non in eadem statura omnes sed in ea quæ debebatur eis secundum propriam complexionem, natura non errante in termino perficiendi motum.

Respõsio. Respondeo, ꝙ non: quilibet enim resurget in illa quantitate, & statura quæ vnicuique indiuiduo debebatur in termino motus proficiendi secundum naturalem virtutem caloris extendẽtis humidum, humidi suscipientis extensionem, natura non errante, vel per aliquod innaturale accidens impedita, quia per resurrectionem non reducetur tantummodo idem in speciem, sed etiam in numero, & rationabile est, vt non tantum resurgant in statura quæ debetur speciei, sed etiam in illa quæ debetur indiuiduo modo prædicto. Si autem per errorem naturæ, vel nimiam superabundantiam materiæ esset indebitus quantitatis excessus, vel resecabit, Et prædictis concordat. Augusti. 22. de ci. c. 15. dicens, quòd suam quisque recipiet mẽsuram quam vel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus vel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus vel fuerat habiturus si ante est defunctus, quod etiam recitat Magister huius distin. cap. 1.

Non omnes eadem statura resurrecturi esse.

QVAESTIO X.

Vtrum omnes resurgent in sexu virili.

Et Videtvr, ꝙ sic: Omnes resurgent sine defectu, & deformitate naturæ, & pręter eius intentionem: sicut enim dicit Philosophus 16. de animalibus: femina est quasi mas occasionatus: ergo sexus femineus non resurget. *Arg 1. D.Tho.q.5* *Secundum 2. de genera c. 3.*

Item sexus femineus non est necessarius nisi pro vita animali, sed homines non resurgẽt ĩ vita animali, quia sicut Apostolus ait 1. cor. 15. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale: ergo sexus femineus non resurget. *Secundo.*

Contra Augu. 22. de ci. c. 17. dicit. Mihi melius sapere videntur qui vtrũque sexum resurrecturum esse non dubitant. *In oppositum.*

CONCLVSIO.

Natura indiuidui & speciei perfectione exigentibus omnes in proprio sexu resurgent.

Respon. Ad istam quæstionem dixerunt aliqui, ꝙ omnes resurgent in sexu virili. Vnde aug. c. ꝑ alleg. Nonnulli propter quod dictũ est, donec occuramus omnes in virum perfectum: aiunt omnes in virili sexu resurrecturos, quantum Deus fecit solum virum limo: feminam ex viro. Sed hanc opinionem ibidem augu. redarguit, ꝙ merito, quia erronea est. *Opinio falsa. Contra. Doctor.*

Dicendum est ergo, quòd non omnes resurgent in sexu virilis, sed viri in sexu virili, & feminæ in sexu femineo, quia hoc exigit natura indiuidui, & congruit perfectioni speciei, & erit occasio laudandi sapientiam Dei non. n. omnium indiuiduorum natura eũdem exigit sexum, sed natura quorũdã exigit masculinũ, & quorundam natura fæmineum, quapropter dicit Aug 22. de ci. c. 17. ꝙ non est vicium sexus fæmineus, sed natura: per sexuum autem diuersitatem complentur diuersi gradus conuenientes perfectionis speciei.

Præterea: sicut dicit Aug. eo. c. membra fęminea non erunt accomodata veteri vsui, sed nouo decori, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erat, sed Dei laudetur sapientiæ atque clementia, quia quod non erat fecit, & liberauit a corruptione quod fecit. Si autẽ in aliquibus est vterque sexus inequaliter, resurgẽt in sexu qui principalior est in eis. Si autem æqualiter, quòd difficile est, resurgent in sexu virili, eo quòd sexus est absolute dignior. in vtroque enim sexu nullus resurget, quia hęc est deformitas accidens ex errore naturæ.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicendum, quòd quamuis mulier generetur præter intentionem naturæ particularis, est tamen de intẽtione naturæ vniuersalis, quę vtrumque sexũ requirit ad perfectionẽ humanæ speciei, nec erit post resurrectionem in illo sexu confusio, quia sicut dicit aug. in ca. præallegato: nõ erit ibi libido, quæ est confusionis causa, nã prius ꝙ peccassent nudi erãt, & nõ cõfundebãtur via &

& femina: vnde nec post resurrectionem opus erit vestibus pro tegmento, sed erunt amicti lumine sicut vestimento.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa, sicut patet ex dictis in quæstione.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secũdo principali. Et circa hoc quęruntur decẽ.

Primo vtrum sit infernus.

Secundo vtrum sit sub terra.

Tertio vtrum sit ignis corporeus.

Quarto vtrum sit eiusdem speciei cum igne elementari.

Quinto vtrum sit perpetuus.

Sexto vtrum corpora damnatorum ab illo igne calefient.

Septimo vtrum per illum ignem corrumpentur, vel consumentur.

Octauo vtrum per agens intrinsecum naturaliter corrumpentur.

Nono vtrum spiritus separati ab illo igne cruciabuntur.

Decimo vtrum damnati cruciabuntur perpetuo a tribus alijs elementis ab igne.

QVAESTIO I.

Vtrum sit infernus.

Arg. 1. D.Bon.q.1. art.1 D.Tho.q.3 ar.2. quæstiuncula 3. Scot.di hac habet multa non tamen omnia quæ habet Doctor. OSTENDO, ꝙ nõ sit infernus: qa infernus nominat cruciatũ æternum, vel locum eius, sed non est aliquis cruciatus æternus, quia vt dicitur Matth. 7. Qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, sed mensura peccati non est infinita cũ sit a virtute finita: ergo nec cruciatus pro peccato est infinitus: ergo infernus non est.

Secundo. Item Iaco. 2. Misericordia superexaltat iudicium, sed si pro malo actu transitorio homo cruciatur in æternum: iudicium superexaltaret misericordiam: ergo res significata per hoc nomen infernus non est.

Tertio. Item omnis cruciatus si iustus est, aut est ad correctionem cruciatorum, seu ad promotionem boni eorum: aut ad exemplar aliorũ, sed cruciatus æternus non esset ad correctionem cruciatorum, nec ad promotionem boni eorum, nec ad exemplum aliorum, quia talis cruciatus nõ est manifestus: ergo nullus est iustus cruciatus æternus: ergo nec videt̃, ꝙ infernus.

Quarto. T.c. 120. 121. & ide Item Philosophus primo cę. & mun. Nos vid∣emus res accidentales corrumpi velociter, & finiri, sed cruciatus accidentalis est rationali creaturæ: ergo nullus cruciatus est æternus, & sic non est infernus.

In oppositũ. CONTRA, secundum August. 21. de ciui. capitul. Dignus cruciatu æterno qui in se voluntarie corrumpit bonũ maximum quod in eo posset esse æternum, sed omnis peccans mortaliter in se gratiã Dei corrumpit, vel aliquam habilitatẽ ad gratiã post corruptionem gratiæ: gratia autem est maius bonum quod sit in homine: ergo omnis exiens statum merendi in mortali peccato dignus est cruciatũ æterno, seu Deus reddet vnicuiq; secundum opera sua: ergo cõcedendum est esse infernũ. *Rõnes quare morientes in peccato mortali digni sunt cruciatu æterno.*

Sec. Item malo culpæ infinito debetur cruciatus ęternus, sed omne peccatum mortale est malum culpæ infinitum, quia non tantum mẽsuratur actus secundum potentiam a qua egreditur, sed etiam secundum magnitudinẽ obiecti: omne enim peccatum mortale directe est contra bonitatem Dei quæ infinita est: ergo omnes morientes in peccato mortali æternaliter cruciabuntur, sed infernus est cruciatus æternus, vel locus eius, vt dictum est.

CONCLVSIO.

Infernum æterni cruciatus locum dari constantissime fateri, oportet sicuti & sempiternæ beatitudinis datur nempe cœlum.

Res. RESPONDEO, ꝙ infernus vno modo nominat cruciatum ęternum: alio modo locũ illius cruciatus, & vtroque modo loquẽdo de inferno dico, quòd infernus est.

De ti. Ad cuius intelligẽtiã primo declarãdũ est aliquas animas cruciari post recessũ a corpore: secũdo, ꝙ aliqui æternaliter cruciãtur: tertio ꝙ aliquis est locus ĩ quo est ille cruciatus.

Su iust exi qu cru posi fun pu Primum probo sic: Deus est summe iustus, sed summa iustitia exigit vt ille qui magis peccat magis puniatur, sed in hac vita videmus multos bonos in magnis calamitatibus vitam corporalem finire, & multos sceleratos in magnis prosperitatibus temporalibus: oportet ergo secũdum iustitiam vt illi in vita alia præmientur, & isti puniantur, vt præmium respondeat merito, & pœna demerito: vnde auicen. 9. metaphy. ca. 7. Est promissio quæ apprehenditur intellectu, & argumentatione demõstratiua, & prophetia hoc probat, & hæc est felicitas, & miseria animarum postquam sunt exutę a corporibus suis.

Se ar Secundum articulum probo sic. Illi qui exeunt statum merendi in peccato mortali in sua malitia voluntarie obstinant: ita quòd digne pęnitere non possunt, sed in malo actũ volũtatis pueserãt, q̃ patet p ea q̃ dicta sunt li. 2. dist. 7. ĩ illẽ q̃stione: vtrũ diabolus possit digne pœnitere: & in illa: vtrũ semp sit in actu culpę, sed quãdiu peccator nõ vult de peccato digne pęnitere, sed pmanet in actu volũtatis malæ: debet secũdũ rectitudinẽ eius pęna durare: ergo malorũ angelorũ, & omniũ hominũ in peccato mortali decedẽtium est cruciatus æternus.

Te tic Tertiũ articulũ declaro sic: demeritũ opponitur merito, & præmiũ quo redditur pro merito pœnæ quæ infligitur pro demerito: ergo cum sit locus determinatus in quo electi ꝓ bono merito æternaliter præmiabuntur, qui locus est cœlũ empyreũ: est similiter aliquis locus determinatus, in quo reprobi ꝓ demerito æternaliter cruciabunt̃, & ille locus est ĩfern⁹.

Au tes scri Ad prædicta aũt probãda sunt auctoritates multæ in sacra scriptura, & auctoritates sc̃tõrũ, quarũ ad p̃sens allegẽtur duæ: dicitur. n. in persona

persona Christi, Apoc. primo. Habeo claues mortis, & inferni. dicitur etiam Apoc. 20. ꝙ mors, & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secũ dum opera ipsorum. Aug. etiam in primo li. retrac.c. 5. dicit, ꝙ inferi sunt in hoc mundo.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ minor est falsa, nec valet eius ꝓbatio, quia & si peccatum sit mensuræ finitę per comparationem ad potentiam a qua egreditur, est tamen infinitę mensurę per comparationem ad summam bonitatem contra quam est.

optime solutum est. Vel potest dici, quòd sicut peccatum damnatorum est finitum intensiue: ita pœna finite est intensiue, & sicut est infinitę mẽsuræ quo ad durationem, quia nunquam finietur: sic, & pœna est infinitę mensuræ, quia nũquã finiet.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd in cruciatu perpetuo reproborum etiam misericordia superexaltat iudicium, quia sicut dicit Aug. 21. de ci. ca. 24. quamuis ille cruciatus nunquam finietur, tamen ibi Deus non continet miserationes suas, quia non cruciantur tanta pęnarum atrocitate quanta digni sunt.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd cruciatus ille nobis est manifestus per fidem, & sacrã scripturam, quamuis ipsum non videamus oculo corporali, vnde dico, quòd cruciatus ille ad hoc ordinatur, vt boni a peccato caueant, & mali ante mortem pęniteant, & vt diuina iustitia manifestetur, & aliquod accidentale bonorum gaudium, quia sicut dicit psal. Lętabitur *Psal.* iustus cum viderit vindictam, inquantum illa vindicta est iusta.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ illud verbum philo. intelligendum est secundum naturam: cruciatur autem æternus, & per diuinam iustitiam infligetur, & per diuinam potẽtiam perpetuabitur.

QVAESTIO II.
Vtrum infernus sit sub terra.

Arg. 1. D Bon. q. 2. D. Tho. vbi supra. ET VIDETVR ꝙ non: Sap. 11. Per quæ peccat quis per hæc, & torquetur: ergo a simili vbi peccat quis ibi & torquetur, sed mali peccant super terram: ergo super terram est locus cruciatus eorum.

Secundo. T. c. 82. Item corpora omniũ hominum facta sunt, & fiunt de materia primo creata, quia cum secundum Philosophum primo physi. materia sit ingenerabilis, & incorruptibilis non plus est de materia quam fuerit a principio mũdi; sed in resurrectione in corporibus omnium hominum resurget tota materia, quæ fuit de essentia eorum: ergo terra vt videtur in tantũ minorabitur, quòd nulla concauitas infra eã posset continere multitudinem corporũ dãnatorũ, quia plures damnabuntur, quam saluabuntur, secundũ sententiã saluatoris. Matth. 7.

Item incõueniens esset infernũ esse in loco *Tertio.* illo, vel prope vbi est nobilissima cęli influentia, sed nobilissima cęli influentia est in centro, quia a qualibet parte cęli influentia deriuatur per radios perpẽdiculares ad centrum: fortior autem est perpendicularis radius quã alius, cuius signum est, quia ad superficiem secundi diaphoni non frangitur, sed si infernus esset sub terra esset in centro, vel prope centrum: ergo non est sub terra.

CONTRA, gl. super illud Isa. 14. Infernus subter te conturbatus est. dicit, quod infernus est sub terra. *In oppositum.*

Item Aug. 2. lib. retrac. ca. 24. retractans illud quod de inferno dixerat super Gen. 12. dicit de inferis: magis mihi videor dicere debuisse, quod sub terris sint, quam rationẽ reddere cur sub terra esse credantur, siue dicantur, quasi non ita sit.

CONCLVSIO.
Summo ordine infernus est sub terra.

RESPONDEO, quod infernus est sub terra, quod sic declaro, sicut dicit Aug. 19. distin. *Respon.* c. 13. Ordo est parium dispariumque rerũ sua cuique loca tribuens dispositio, sed sicut dicit 5. de ciuit. c. 9. Deus nihil inordinatum relinquit: ergo Deus vnicuiq; rei, locum cõuenientem tribuit: loca autem non sunt rebus conuenientia, nisi conueniant earũ ponderibus: vnicuiq; ergo rei tribuit locum conuenientẽ suo ponderi, sed sicut dicit Aug. 13. confes. longe post principium. Pondus meum amor meus, & 11. de ciui. c. 28. Ita corpus põdere, sicut animus amore fertur quocunque fertur, quod ergo est pondus in corporibus, hoc est amor in creaturis rationalibus: sicut ergo Deus ordinat corpora in suis locis, secundum exigentiã suorum naturalium ponderũ, sic ordinat creaturas rationales in locis, secundum exigentiã suorum amorum: & ideo sicut electi sunt in cęlo, quia in suo amore cęlestia terrenis præposuerunt, ita reprobi per diuinam iustitiã sunt, & erunt in loco infimo, quia in suo amore infima, & terrena superioribus, & cęlestibus prę posuerunt: locus autem infimus est in medio terræ, quia locus omnium infimus est in centro. vnde glo. super illud Ionę. 2. Proiecisti me in profundum in corde maris, dicit, quod sicut cor est in medio animalis, sic infernus in medio terræ esse perhibetur, medium autem terræ, cum sit in centro sub terra est. *Tũ quia cẽtrum est remotissimum a cælo sicut habitantes ab habitantibus fuerũt in operando*

Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ cõ *Ad primũ.* uenientius est hominem puniri per quę peccat, & non vbi peccat, quam econuerso: quamuis vtrunque simul sit conuenientius, quando vnum alij non pręiudicat, sicut est in punitione, secundum iudicium ecclesiæ militãtis, vbi simul potest homo puniri per quæ peccauit, & vbi peccat absque hoc quod vnum alij præiudicet, qa adhuc homines, quãdiu sunt in via, sunt in motu ad sua loca: res autem non est in

suo loco, qui sibi debetur finaliter, quādiu est in motu, sed creatura rationalis reproba post hanc vitam non ita conuenienter puniretur per quæ peccauit super terram, sicut sub terra, quia peccauerunt per amorem terrenorum: in hoc autem puniuntur per terram, quia incarcerantur sub terra, & secundum hunc modum non punirentur per terram si infernus non esset sub terra.

Ad scdm. Ad secundum dicendum, ꝙ propter hoc argumentum quidam dicere voluerūt, quòd totus aer iste nubilosus vsque ad aliam partem ad quam ascenderunt aquę diluuij inflāmabitur, & erit pars inferni: vnde, & dęmones iam in isto aere inhabitant.

Opiniones. Alij dicunt, quòd alia tria elementa conuertentur in ignem: iuxta illud: secundo Pet. 3. Elementa calore soluentur: & hi dicunt, ꝙ totum erit infernus vsq; ad orbem lunæ. Sed vtraq; prædictarum opi. falsa est: secundū enim magistrū infra. distin. 48. c. vlti. Impij in inferno non habebunt lumen solis nec lunę, sed secundum opinionem primam pars inferni vtroq; lumine illuminaretur, & secundum secundam totus infernus, vt etiam inferius ostendetur. 4. elementa in suis essentijs remanebunt.

Doctor. Ideo dicendum ad argumentum, ꝙ damnati in inferno ita comprimentur, quòd contineri poterunt in concauitate terræ: vnde secundum quosdam erunt ita compressi in quadam rotunditate, quòd erunt quasi quædam rota: iuxta illud psal. Deus meus pone illos vt

Psal. 82. rotam: ad quam compressionem significandum potest aptari illud quod dicit psal. sicut

Psal. 48. oues in inferno positi sunt: oues enim fortiter comprimunt se in ouili propter frigus in hyeme, & in ęstate in vmbra ad fugiendum ęstum.

Vel potest dici, quòd si concauitas quæ modo est sub terra non sufficiat, Deus terram augebit, vel de nihilo sicut de nihilo eam creauit, vel totam partem aeris quam occupauerunt aquæ diluuij cōuertet in terram, nec propter hoc erit vacuum, quia rarefiet terra, & aqua, & aeris pars residua. Quod tamen dicitur in argumento, quòd Christus dicit, quòd plures erunt damnati, quam saluati: dicunt aliqui quòd Christus hoc non dixit: verba enim sua sunt hęc. Intrate per angustam portam quia lata porta, & spaciosa est via quæ ducit ad per-

Opinio tenere pluralitatem saluandorum. ditionem, & multi sunt qui intrant per eam, quoniam angusta est porta, & arcta via quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam, quamuis ex his verbis habeatur expresse, ꝙ tēpore quod præcessit redemptoris aduentum plures erant mali, quam boni, & quamuis ita sit, tamen expræsse per hoc non habetur quod in argumento dicebatur: posset enim Deus tā tā gratiā facere hominibus, qui nasciturí sunt ꝙ tot de illis saluarentur, & tā pauci de illis damnarentur, ꝙ ante finē mundi essent plures illi q̄ saluabūtur quā illi qui dānabūtur, & vt dicūt plures illi qui saluabūtur, & vt dicūt aliqui, forte ita fiet, vt sicut plures angeli saluati sunt, quam damnati: sic plures homines erunt saluari quā damnati, & cōfirmationē suæ opinionis, sic arguūt: secūdū beatū Diony. libro de angelica Hierar. c. 14. Multitudo sanctorū angelorū excedit multitudinē materialiū rerū, sed quot sunt angeli sancti tot erūt homines beati: ergo numerus saluādorū excedit omnē numerū rerū materialiū, sed nō est probabile, quòd tanta sit multitudo hominum damnatorum, quia tanta hominum multitudo non posset infra concauitatem terræ comprehendi.

Præterea, secundum Ansel. lib. 1. Cur Deus homo. c. 16. Maior est numerus hoīum electorum, q̄ fuerit numerus omniū hoīum qui fuerunt mortui ante Christum: & qui tpe mortis suæ viuebant, dicit. n. sic, ꝙ non tot præsentes eius morti esse potuerunt quot ad supernę ciuitatis cōstitutionem necessarij sunt: etiam si oēs qui eiusdem mortis tempore vbicunque erant mortui ad illam redemptionem admitterentur, sed non est probabile, ꝙ tanta sit multitudo hominum damnatorum: quia videtur ꝙ tot corpora hominum nō possint intra concauitatem terræ comprehendi. *Secundum*

Præterea inconueniens videtur ꝙ aliquis naturalis appetitus vnius speciei frustraretur perpetuo in maiori parte indiuiduorū suorū. *Tertia*

Sed prædicta opinio vr̄ esse contra sacram scripturam, dr̄. n. Mat. 22. ꝙ multi sunt vocati, pauci vero electi, & etiam contra Augu. dicit enim. 20. de ciuit. c. 21. ꝙ plures homines erūt in pęnis, quam in gloria. dicit etiam infra lib. 21. ca. 12. quod multo plures sunt in vniuersa generis humani massa damnata quam in luce. *Contra*

Ad ea autem quę adducta sunt pro opinione contraria possunt faciliter solui. *Ad p*

Potest enim dici ad primum, quod non sequitur, plures sunt angeli saluati, quam damnati: ergo plures homines erunt saluati, quam damnati: quia angeli fuerunt procreati absq; vlla pronitate ad malum, & cum aliqua inclinatione ad bonum: homines autem descendentes ab Adam secundum naturalem legem propagationis nascuntur in peccato, & cum habituali pronitate ad malum.

Ad illud autem quod dicebatur quod tot erunt homines saluati quot sunt angeli sancti. dicunt aliqui quod falsum est. non enim erunt, nisi quot tot sunt angeli qui ceciderūt, quia de hominibus electis reparabitur angelica ruina. *Ad s*

Vel potest dici, & melius quod in concauitate terræ poterit comprehendi maior multitudo hominum damnatorum, quam sit multitudo angelorum sanctorum. Et præterea si quantitas terræ, quæ modo non est sufficeret: Deus eam augere posset.

Per hoc potest solui ad illud ꝙ dicebatur, quod *Ad rationem*

quòd tanta multitudo hominum quanta fuit multitudo omnium illorum qui mortē Christi præcesserunt, & qui tempore mortis eius viuentes fuerunt non posse compræhendi infra concauitatem terræ.

Ad tertiū. Ad illud autem quod dicebatur de frustratione naturalis appetitus, dicendum, ꝙ quamuis sit impossibile maiorem partem indiuiduorum alicuius speciei frustrari perpetuo aliqui suo naturali appetitu loquendo de frustratione proueniente ex aliquo naturali accidente, & errore naturæ: hoc tamē est possibile loquendo de frustratione proueniente ex voluntate creata hoc demerente, & ordine diuinæ iustitiæ illam pœnam infligente.

Ad tertium principale. Ad secundum dicendum, ꝙ minor est falsa: nobilior est influentia cęli simpliciter quæ est in circunferentia, quam in centro: & super terram, quam sub terra per comparationem ad habitationē hominum, quamuis sub terra vel prope centrum sit nobilior influentia secundum quid scilicet quantum ad generationem aliquorum metallorum.

QVAESTIO III.

vtrum ibi sit ignis corporeus.

Arg. 1. D Bon. q. 1. art. 2. D. Tho. vbi supra. Secundo. ET VIDETVR, ꝙ non: Aug. 12. super Gen. versus finem. Est prorsus inferorum substantia, sed eam spiritualem arbitror esse non corporalē.

Item Dam. lib. 4. quasi in fine dicit de illo igne, quòd non est materialis qualis est apud nos, sed qualis sit nouit Deus, sed si esset corporalis esset materialis.

In opposit. CONTRA, Aug. 21. de ci. cap. 10. Gehenna illa quod stagnum ignis, & sulphuris dictū est corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum.

Item Grego. 4. lib. dialo. parum ante medium. Ignem gehenne corporeum esse non ambigo.

CONCLVSIO.

Inferni ignis est corporeus ad damnatorum corpora principalius punienda.

RESPONDEO, quorundam est opinio quòd ille ignis non est corporeus, sed est quædam spiritualis pœna quæ propter suum acumen metaphorice dicitur ignis, quia vt ipsi dicunt, cum diuina potētia reprobos possit cruciare sufficienter spirituali pœna, superfluum fuisset in inferno ponere corporeum ignem ad cruciatum eorum. Et ad hoc adducunt illud quod habetur Luce. 16. de diuite qui dicebat linguam suam cruciari in flamma: cum enim constet animam illius diuitis linguam corporalem non habuisse, videtur, quòd sicu scriptura ibi de lingua loquitur metaphorice aliquid spirituale vocans linguam, ita aliquā pœnam metaphorice vocet ignem: vnde Augu. 21. de ci. cap. 10. dicit talem fuisse illam flammam quales oculi quos eleuauit, & Lazarum vidit, qualis lingua, cuius humorem exiguum desiderauit infundi, qualis digitus Lazari: de quo illud fieri sibi postulauit, vbi tamen erant sine corporibus animæ, & immediate concludit, quòd fuit incorporalis.

Contra. Sed opinio prædicta falsa est, & contra scripturam quæ distinguit inter ignem, & spiritualem damnatorum pœnam, quæ vocatur nomine vermis: dicitur enim Eccle. 7. quòd vindicta carnis impij ignis, & vermis, & Iudith. vlti. dicitur de damnatis, quòd Deus in die iudicij visitabit illos: dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum. Isido. etiam primo libr. de summo bono. ca. 29. Duplex damnatorum pœna est in gehenna: quorum, & mentem vrit tristitia, & corpus flamma.

Opi. vera. Dicendum ergo ad quæstionē, quòd ignis in inferno corporeus ordinatus ad reprobos cruciandum: quamuis enim Deus posset si vellet eos punire pœna spirituali tantum, tamen cōgrue voluit eos punire pœna spirituali, & corporali, vt sicut dicit Isid. primo lib. de summo bono cap. 29. Qui mente tractauerunt quod perfecerunt corpore simul, & animo puniantur & corpore, quod non est sic intelligendū vt pęna corporalis ignis se non extendat ad animam etiam immediate, cum modo animæ reprobæ illo igne cruciantur, & dæmones qui sunt spiritus, sic illo igne post iudiciū cruciabuntur, sed quia pęna spiritualis principalius animam respicit, & pęna ignis principalius respicit corpus: pœna tamen spiritualis redundabit in corpus, & pœna corporis in animam.

Ad rationē opi. primæ. Nec obstat illud quod allegatum est pro opinione alia, quia non sequitur: ibi est flamma spiritualis de qua loquebatur diues eo, ꝙ magis ea cruciabatur, quam corporali, quia vt inferius ostendetur acerbior est pœna vermis, quam ignis: ergo ibi non est ignis corporalis: vnde & ipse Augu. eo. ca. post verba prędicta: in inferno ponit ignem corporeum, qui vt habetur primo lib. de mirabilibus sacrę scripturæ cap. secundo præparatus est in perfectione creaturarum omnium: hoc est in prima conditione rerum. Sed vtrum hoc fuit prima die qua angeli fuerunt creati, aut sexta die qua creatus est homo, apud aliquos dubium est: probabilius tamen videtur, & magis auctoritate consonum, quòd hoc fuit sexta die.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illud verbum intelligi potest de impræssione pęnali facta in anima, quāuis enim ignis corporeus affligat animam, afflictio tamen illa spiritualis est.

Ad secūdū. Ad tertium dicendum, ꝙ illum ignem dicit non esse materialem non simpliciter, sed qualis est apud nos, quia non indiget fomentis materialibus, eo modo quod ille ignis qui apud nos est.

QVAESTIO IIII.

Vtrum ignis infernalis sit eiusdem speciei cum igne elementari.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. D. Tho. vbi supra. ET VIDETVR, quod non: Philosophus. 5. topic. Non est tantum vna species ignis: diuersum enim est carbo flamma, & lux specie: sed ignis lux est ignis elementaris: ignis autem gehenne magis videtur esse ignis carbo: si.n. esset ignis lux nõ diceretur infernus terra tenebrosa: ergo differt specie ab igne elementari. *c. 5.*

Secundo. Item naturalis locus ignis elementaris est circunferentia, sed naturalis locus ignis infernalis est sub terra, quia si esset ibi violenter nõ esset ibi perpetuo: secũdum enim Philosophũ primo cæli, & mundi. Res accidentalis velociter finitur: ergo non est eiusdem speciei cũ igne elementari. *T. c. 9. 62. 76. 82.*

Tertio. Item Dam. lib. 3. c. 15. Quorum natura eadem horum actio eadem, sed actio ignis elementaris est alterius naturæ quam actio ignis infernalis, quia ignis elementaris consumptiuus est extraneæ materiæ: ignis autẽ infernalis non, quia ad vltimum totam consumeret terram: ergo non est eiusdem speciei cum igne elementari.

In oppositum. CONTRA, Aug. 27. q. ad Orosinum dicit igne qui est quartũ elementũ esse in terra.

Item secundũ Aug. eadẽ quæstione. Aquæ quæ super cęlos sunt cum istis aquis eiusdem speciei sunt: ergo a simili ignis qui super terram est eiusdem speciei est cum illo igne qui sub terra est.

c. 5. Item Philosophus primo topicorum. Omnis aqua omni aquæ eadem specie dicitur: ergo similiter omnis ignis omni igni.

CONCLVSIO.

Ignis inferni eiusdem speciei & naturæ cum elementari, licet diuersæ dispositionis.

Respon. Opinio vera RESPONDEO, quod ignis gehenne quantum ad illud quod in eo de essentia ignis est eiusdem speciei est cum elementari igne: materia tamen quoad dispositionem videtur diuersa: ratione cuius sibi competit aliqua diuersa actio, quæ igni elementari non conuenit. Ignis enim in aliena materia multum diuersificatur in operibus suis secundũ exigentiam dispositionis materiæ, quod aperte patet in fulgure vbi ignis aspectum habet ad diuersas materias secũdũ diuersitatẽ materię, & cælestis influentiæ in materia incorporatę: vnde aliquando non ledit materiam mollem, & dissoluit duram: aliquando calefacit, & non comburit.

Alia opi. Aliqui tamẽ opinantur, quòd in inferno sit ignis in materia propria, quamuis ibi non luceat, vel imperfecte, quod ideo dixi, quia sicut dicit Isido. primo lib. de summo bono ca. 29. Ille ignis ad aliquid habet lumen, & ad aliquid non habet, Ignis enim ex duplici causa non lucet scilicet, quia aut nimis rarus, & hac de causa non lucet in spera sua, aut quia circunfusus, aut circundatus terrestribus fumis, & vaporibus grossis, & turbidis, & hac de causa non lucet, aut modicũ lucet in inferno: prima tamen opinio videtur verior.

Alij dicunt, quòd ignis inferni est ignis carbo, vnde sicut ignis carbo non est corporeus ignis quia duo corpora simul naturaliter esse non possunt, neq; forma substantialis ignis, quia duæ formæ specifice in eadem parte materię simul esse non possunt, sed est aliqua forma accidentalis multum participans de virtute substantiali ignis: sic dicunt, quòd ignis inferni est quædam forma accidentalis multum participans de virtutæ formæ ignis in affligendo acute. *Opinio fa.*

Sed his dictis occurit difficultas, quia carbo potest generare ignem, flamma verus est ignis. Sed hoc non multum cogit, quia non ignis potest participare virturem ignis in generando ignem: non generatione vniuoca, sed ęquiuoca: videmus enim ignem generari per motum.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd ignis carbo flamma, & lux specie nõ differuntur quo ad illud quod in eis est de essentia ignis, sed quo ad dispositiones materiæ: ignis enim lux idest in sua puritate, sicut est in spera sua quamuis sit constitutus ex essentia materiæ communis quãtum ad essentiam omnibus generabilibus, & corruptibilibus, & ex forma ignis, tamen illa materia dicitur propria ignis quantum est sub dispositionibus cõuenientibus puritati ignis, & ab extraneis dispositionibus conuenientibus puritati ignis, & ab extraneis dispositionibus quantum possibile est denudata: dicitur autem esse in extranea materia inquantum est in essentia materiæ in qua sunt extranecę dispositiones, & quæ si sint in eadem materia igneitatem compatientes, non tamen sunt eius puritati conuenientes. Et sic inquantum est in materia cum dispositionibus multum terrestribus: dicitur ignis carbo. Inquantum est in ea cum dispositionibus aereis loquendo de aere commixto cum vaporibus terrestribus, & aqueis: sic est ignis flamma: vnde dicit Philosophus secundo de generatione, quòd ignis flamma est fumus ardens: vnde principalius, & per prius dicitur ignis de igne in spera sua, quam de igne flamma, & per prius de igne flamma quam de igne in carbone, & pro tanto forte dicit Philosophus, quòd differunt specie. *Ad ... Qua... gni... extr... teri...*

Ad secundum patebit solutio in quæstione sequenti. *Ad*

Ad tertium dicendum, quòd illa diuersitas actionis est propter diuersitatem, & dispositionem materiæ influentiæ celestis illi materiæ incorporatæ, vt dictum est in corpore quæstionis. *Ad*

ARGVMENTA ad partem aliam gratia principa- *Ad part...*

principalis cóclusionis possunt procedi, quid tamen de illis aquis quæ super cęlos sunt tenendum sit: dictum est lib. 2. di. 14.

QVAESTIO V.

Vtrum ignis infernalis sit perpetuus.

Art. 1.
ET VIDETVR, ꝙ non: quia corruptibile, & incorruptibile non sunt eiusdem speciei, quia secundum Philosophum. 10. Metaphy. Corruptibile, & incorruptibile differunt secundũ genus: sed ignis elemẽtaris est corruptibilis: cum ergo ignis infernalis sit eiusdem speciei cum eo vt patet in quæstione præcedẽti non est incorruptibilis: ergo nec perpetuus.

Secundo. Item ignis non potest perpetuari in aliena materia nisi sibi administretur materia sine fine, quia vt dicitur Prouer. 30. Ignis nunquam dicit sufficit: sed terra, aqua & aer finita sunt: ergo ignis infernalis cũ sit in aliena materia non perpetuabitur.

In oppositum. CONTRA, Matth. 25. Ille ignis dicitur ęternus quod non est intelligendum a parte ante: sed a parte post.

CONCLVSIO.

Perpetuo est duraturus ignis inferni, licet in aliena materia; potentia Dei operante eiusdemq; iustitia summa requirente.

Responsio. AD istam quæstionem dixerunt quidam ignem illum perpetuari ibi per naturam, quia ille ignis est ibi in sua materia propria, & influentia cœlesti, quia ad cẽtrum terræ immittitur a quolibet puncto cęli perpendicularis, radius est ibi in illa proportione in qua est cõseruatiua ignis in materia propria sicut in circunferentia. Quantum enim tali influẽtiæ per elõgationem a cęlo detrahitur tãtum per fortitudinem radiorum perpẽdicularium a quolibet puncto cęli immissorum ad centrum recompensatur. *Contra* Sed hæc opinio fantastica, & friuola est cũ enim cęlestis influẽtia, quam requirit ignis in sua materia propria repugnans sit proportioni illius influentiæ, quam requirit pura terra: non esset naturale terrę tendere ad centrum: sed magis cẽtrum resurgere: nec esset ita pura terra versus cẽtrum sicut in superficie, quod falsum est.

Secunda opinio ... Alij autem tenẽtes illum ignem esse in aliena materia dicunt ipsum in illo loco perpetuari per naturam: sed alio modo, quam primi. dicunt enim, ꝙ cõtinue depascit suam materiam: sed quia in illo loco est cęlestis influẽtia conuertens continue aquam in terram, & partem aeris, & etiam interdum partem illius ignis. ideo perpetuari potest, quia sicut ex vna parte sua materia consumitur ita per influentiã prædictam proportionaliter regeneratur.

Contra Sed hæc opinio non sufficit, quia cum post iudicium cessatura sit generatio, & corruptio in elementis: sicut in hominibus quibus pro statu corruptibili deseruit, non assignat rationem perpetuationis illius ignis post iudiciũ. *Opin. propria.* Ego autem dico illum ignem in aliena materia esse, & ipsum perpetuo duraturũ, ad quod credendum nititur Aug. manuducere homines referendo multa mirabilia, quorum causa occulta est, vt patet. 21. de ci. c. 4. 5. & 6. sed hoc erit per potẽtiam supernaturalem sicut enim per virtutem supernaturalem affligit spiritũ. sic per virtutem supernaturalem eius duratio perpetuabitur hoc exigenre ordine diuinæ iustitiæ. Si tamen dicatur, ꝙ Deus a principio sibi posuit materiam talis dispositionis, & in ipsa talem influentiam cęli, vt ardere possit, vel igni præstare fomentum, & non consumi, a ratione recedere non videtur, & Augu. concordare videtur in capitulis supradictis. maxime quia post iudicium cessabit mutua generatio, & corruptio elementorum, & mixtorum, & ita ille ignis a nullo alio poterit corrumpi: nec a seipso, quia nullum ęlemẽtum habet in se causam corruptionis suæ manente primæ causæ influentia generali.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior intelligenda est de incorruptibili secundum cursum naturæ, quæ nobis notus est. ignis autem infernalis nõ est incorruptibilis secundum ordinem naturę nobis manifestum sed aut secundum ordinem naturæ nobis occultum: aut secũdum ordinem diuinę iustitiæ aut secundum vtrunque: nec enim discredendum est elementum in materia illius ignis naturalem virtutem posuisse, quam ignoramus, cum tot effectus videamus manifestos: quorũ causas quasi pęnitus ignoramus: quorum multos refert Augũ. 21. de ci. in pluribus locis.

Ad secundum. Ad secundum solui potest modo prædicto.

Ex dictis autem in hac quæstione patet solutio ad secundum argumẽtum factum ad primam partem quæstionis præcedentis.

QVAESTIO VI.

Vtrum corpora damnatorum ab illo igne calefient.

Arg. 1. T.C. 82. ET VIDETVR, ꝙ non: secundum Philosophum. 8. Phy. Si non esset cõtinuus motus primi mobilis, quod mouet primum mouens: nihil posset generari, vel corrumpi: nec augmentari, vel alterari: sed post resurrectionem cessabit motus primi mobilis, vt inferius ostendetur: ergo tũc corpora damnatorum ab illo igne non poterunt calefieri: cum calefieri sit alterari.

Secundo. Item calefactio via est ad generationem vnius, & corruptionem alterius alteratio enim secundum qualitates actiuas & passiuas dispositio est ad generationem, & corruptionem, sed post iudicium cessabit generatio, & corruptio: ergo nulla erit alteratio secundum qualitates actiuas, & passiuas.

In oppositum. CONTRA, Augu. 12. de ci. c. 4. dicit, ꝙ nihil est igne vrente molestius: ergo ignis mole-

stat

stat corpus calefaciendo: sed corpora damnatorum ab igne infernali molestabuntur: ergo ab illo igne calefient.

CONCLVSIO.

Dãnatorũ corpora ab igne illo, & intẽtionaliter, & fortè ẽt materialiter calefient cum impassibilia non sint futura, ex elementisq; existant composita.

AD istam quæstionem dicunt quidam, ꝙ corpora damnatorum ab igne infernali non calefient, & tamen eo cruciabuntur, passiuum enim potest dupliciter recipere formam agẽtis: aut materialiter: aut immaterialiter: seu intentionaliter: secundum quem modum recipit sensus formam sensibilis. vnde Phil. 2. de anima. oportet de omni sẽsu accipere vniuersaliter: quoniam est susceptiuus specierũ sensibilium sine materia. corpus humanum primo modo recipiens formam ignis ab eo calefit: sed secundo modo recipiens nõ calefit ab eo, quãuis tactus sentiat caliditatem: sicut visus non coloratur, & sentit colorem. hoc autem secundo modo corpora damnatorum in se recipient formam ignis infernalis. non primo modo. Cum enim cœlum sit primum alterãs per suum localem motum, & omnia alia agentia secunda in virtute ipsius agant quasi ab ipso mota: cessante motu cœli nullum corpus poterit aliud per alterationem aliquam transmutare a sua naturali proprietate: remanere tamen poterit passio animalis, & intentionalis, & ideo quamuis ille ignis non sit calefacturus corpora damnatorum: affligentur tamen ab eo, quia sicut obiecti proportionati sensui proportionata receptio delectat sensum: sic improportionata cõtristat. ignis autem infernalis est obiectum excellens super tactum corporum damnatorum, & receptio suæ similitudinis in tactũ est improportionaliter vincẽs ipsum, & ideo in corporibus eorum erit vehementissimus dolor in sensu tactus excessiuũ sentiendo calorem. Et huic opinioni concordare videtur illud verbum Aug. 21. de ci. c. 3. quod etiam recitat Magister huius di. ca. 5. s. ꝙ hoc erit tunc in corporibus damnatorũ, quod nunc esse scimus in animis bonum. Certum autem est, ꝙ si homo modo ponatur in igne, anima dolet, & non calefit.

T. C. 121. & tertio. T. C. 138.

Corpora dãnatorum passura intentionaliter dũtaxat

Contra Sed contra hoc arguunt aliqui per illud, quod dicitur Iob. 24. de quolibet damnato scilicet, quòd ad nimium calorem transiet ab aquis niuium.

Secundo. Præterea secundum illam opinionem pœna ignis principalius respiceret animam, quã corpus. Isid. autem primo lib. de summo bono c. 29. afflictionem ignis principalius attribuit corpori: sicut aliam pœnam principalius mẽti. quælibet tamen pœna in totum redundabit compositum.

Tertio. Præterea secundum Dama. lib. 2. c. 22. Impossibile est substantiam expertem esse naturali operatione: ergo postquam cœlum quiescit adhuc habebit naturalem operationem: nisi ea virtus diuina, vel indispositio suscipiẽtis impediat. corpora autem damnatorum nõ erunt indisposita ad suscipiendum excessiuã calefactionem non enim habebunt impassibilitatis dotem.

Secũda Ideo dicunt aliqui, ꝙ corpora damnatorũ ab illo igne calefient vehementer, quia cum illa corpora sint ex quatuor elementis composita: nec fient impassibilia: non tantum caliditatem sentientia: sed etiam caliditatis susceptiua: neque tamen per illum ignem consumentur, vt declarabitur in quæstione sequẽti.


Ad primũ iuxta secũdam opi. QVI vult tenere hanc secũdam opinionẽ potest dicere ad primum, ꝙ intentio Philosophi non fuit, vel esse debuit, ꝙ si cœlum staret ꝙ ignis nullam actionem posset habere. vnde a domino Stephano Parisiensi Episcopo excõmunicatus est iste articulus scilicet, quòd si cœlum staret, ꝙ ignis in stupam non ageret: sed sic debet verbum eius intelligi, ꝙ si cęlum staret nõ esset alteratio seu vicissitudo diuersarum alterationum prouenientium a naturali principio extrinseco. vnde illa calefactio, quam faciet naturalis ignis in corporibus dãnatorum in principio perpetuabitur nisi per virtutem supernaturalem fiat ibi alteratio caliditatis, & frigiditatis: de quo quæretur inferius.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illam calefactionem non sequitur aliqua substantiæ corporis corruptio: cuius ratio in sequenti quæstione dicetur.

Ad argumenta secundũ primã op. QVI vult aliam tenere opinionem faciliter potest dicere argumentum in contrarium, quia ignis non tantum affligit calefaciendo: sed etiam sensum tactus vltra, quam exigat tactus proportio immutando. sicut enim sentit oculis colorem, & non coloratur. sic corpora damnatorum sentient sensu tactus intemperatum calorem: quapropter dicuntur transferẽda ad colorem nimium, & tamen non calefiẽt non enim est idem sentire calorem, & calefieri. cum lignum calefieri videamus, & non sentire calorem.

QVAESTIO VII.

Vtrum corpora damnatorum per illum ignem consumentur, vel corrumpentur.



Arg. 1. S. Bon. q. 1. arti. 3. T VIDETVR, quòd sic. Augu. in li. de natura boni parum post principium. dicit, ꝙ reprobi, quia volentes corrupti sunt in peccatis: inuiti corrumpentur etiam in pœnis.

Secundo. Item Augu. Enchi. c. 5. ꝙ nullo bono priuatur non nocet. nocet autem adimendo bonum

sed

sed ignis infernalis nocebit corporibus damnatorum: ergo continue adimit de substantia eorum:ergo ad vltimũ totaliter consumētur.

Tertio c.9. Item secundum Phil. 6.topic.Omnis passio magis facta abijcit a substantia: sed corpora damnatorum ab illo igne patientur fortissima passione:ergo cõtinue abijcietur aliquid ab eorum substantia,& sic ad vltimum consumentur.

Quarto. Item ex vehementia doloris aliquãdo corpora corrumpuntur. vnde vt habetur primo lib. Macha. c 6. Antiochus languorem de quo mortuus est incidit præ tristitia: sed corpora damnatorum per illum ignem vehementissime affligētur:ergo per illam afflictionem corrumpentur.

In opposi-tum. CONTRA, de quolibet damnato dicitur Iob. 20. Luet omnia,quæ fecit: nec tamen consumetur.

Secundo. Item Apoc. 9. de damnatis dicitur, ꝙ desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

CONCLVSIO.

Licet præcipuè ex diuina iustitia,tamen & ex singulari tum ignis, tum corporũ illorum dispositione, damnatorum corpora nunquam consumentur.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ corpora damnatorum non consumentur per illum ignem: cuius ratio est secundum aliquos, quia non recipient formam illius ignis: nisi intentionaliter: seu immaterialiter:sicut recitatum est in quæstione præcedenti.vnde ab illo igne non patientur nisi passione animali secundum, ꝙ sensus patitur a sensibili nimis excellenti: vnde calorem ignis sentient,& non calefient:non consumitur autem corpus ab igne:nisi eius formam materialiter recipiat,& ab ea materialiter patiatur.

Contra illã rationẽ. Sed hæc ratio non est cõueniens: tum quia falso, vel improbabili fundamento innititur, vt patet ex præcedenti quæstione: tum quia si illud esset verum,quod supponunt, adhuc nõ sufficeret ad ostendendum illa corpora ab illo igne non corrumpi,quia sicut dicit Philos. T.c 123. & tertio. T.c. 143 T.c. 68. & alibi sæpe. 2.de anima. Excellentiæ sensibilium corrumpũt sensus:sed certũ est, ꝙ ignis infernalis est superexcellens sensibile:ergo nisi aliud obstaret,quam tetigerit illa opinio corrũperet tactum in corporibus damnatorum, & ex consequenti vitam, quia sicut dicit Philosophus 3.de anima. Impossibile est animal sine tactu esse,& parum post,ꝙ sine tactu: nec vnum aliũ contingit habere sensum. Ratio propria, & prima ex parte dispositionis materiæ

Ideo videtur mihi dicendum, ꝙ ratio quare illa corpora non consumentur ab illo igne partim est ex parte dispositionis materiæ in qua incorporatus est ignis ille, & partim ex parte dispositionis illorum corporum quã accipiet in resurrectione, principaliter autẽ ex ordine diuinæ iustitiæ. Aliqua enim forma propter dispositionem extraneæ materiæ cui corporatur, diuersificatur ĩ sua actione,quod patet,quia ignis fulguris quandoque incorporatur in materia talis dispositionis; ꝙ calefacit,& non comburit,& quandoque facit vtrũque,& quandoque non lædit materiam molẽ & dissoluit duram:quandoque econuerso.lumen etiam solis incorporatum lunæ recipienti ipsum a sole propter dispositionẽ lunę cui incorporatur alium habet effectum in istis inferioribus,quam habet lumen immediate immissum a sole, quia immissum a luna propter virtutem propriam ipsius lunæ,quæ cum ipso immittitur,& in cuius virtute operatur:humectat.immissum autem a sole deficcat. sic dico possibile esse,vt propter dispositionem materiæ,& aliquam cœlestem influentiam sibi incorporatam ignis infernalis habere potest actionem calefaciendi,& affligendi, & non cõsumendi. Exactiius ex Sco. dist. præs. q. 3.

Ex parte etiam dispositionis, quã accipiẽt illa corpora in resurrectione potest esse partim ratio quare non cõsumetur ab igne,quod Aug. nititur declarare per exẽpla. Dicit enim 21.de ci.c.2.esse animalia profecto corruptibilia,quæ tamen in medijs ignibus viuunt: nõ nullum etiam genus vermium in aquarum calidarum scaturigine reperiri,quarum feruorẽ nemo impune contractat,& illos sine vlla sui læsione ibi esse. Dicit etiã eo. li.c.4. quẽ scripserunt qui naturas animalium curiosius indagarunt,ꝙ salamandra in ignibus viuit, quod siue verum sit siue non,ꝙ ideo dico, quia secũdum philosophum in lib. de proprietatibus elementorum. Nullum animal in igne viuere potest.supple diu certum est tamen pilos eius ab illo igne non consumi, quod ego ipse expertus sum.Ex quibus patet in corpore ex elementis composito talem esse posse dispositionem,vt ab igne non consumatur.vnde concludit Augu.in c.vltimo allegato non esse incredibile,vt hominum corpora sempiterno supplicio punitorum, & in igne animam nõ amittant,& sine detrimento ardeant,& sine interitu doleant.habebit enim tunc ista carnis substantia qualitatem ab illo inditam qui tam miras,& varias naturas tot rebus indidit quas videmus,vt eas quia multæ sunt,non miremur.

Tertia ratio & efficacior ex ordine diuinæ iustitiæ. Ex parte tamen ordinis diuinæ iustitiæ sumi debet ratio principalis. ille enim ordo exigit illa corpora in ęternis supplicijs fore permansura,& ideo assistente Dei influentia generali ad hoc vt ignis infernalis illa corpora fortiter calefaciat,& affligat: non adest tamẽ ad hoc vt consumat:sicut autem creatura non potest manere in esse suo: nisi præsupposita influentia Dei generali. secũdum, ꝙ dicit Aug. 4.super Gen.& etiam commentator super primam propositionẽ de causis.sic dico,ꝙ actionem suam habere non potest:nisi illa influentia assistẽte:sicut patuit in passione Iesu Christi,quando fuerunt tenebræ super vniuersam terram:non super terram iudæorum tantum,

vt aliqui senserunt, & male. Eclipsis autem solis quo ad vniuersum orbem non potuisset esse per solam interpositionem lunæ: vnde cum interpositione lunæ fuit alia causa scilicet, quia influentia generalis causæ primæ tūc nō affuit soli ad irradiandum, & sicut hæc influētia adesse potest ad hoc vt res sit, & non operetur: ita aliquando adest ad hoc vt creatura habeat vnam sui occasionem, & non alia, & hæc est principalis ratio quare ignis infernalis calefaciet damnatorum corpora, & affliget: nec tamen consumet.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum Augu. intelligendum est non de substantiali corruptione: sed de corruptione quietis, quod patet, quia hoc dixit de spiritibus, quos certum est non posse substantialiter corrumpi.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ ignis ille corporibus damnatorum nocebit non adimēdo eorum substantiam: sed dispositionem, quæ requiritur ad delectationis quietem.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ illud verbum intelligi debet de passione naturali secundum cursum naturæ nobis manifestum.

Ad quartū. Ad quartum dicendum, ꝙ ex vehementia doloris nunquam corpus corrumpitur: nisi in quantum ex illo dolore in anima fit impressio in corpus qua corrumpitur ipsius corporis dispositio naturalis. secundum enim Aug. 21. de ci. ca. 3. Dolor per se & immediate non opponitur vitæ, quia vt ibidem dicit: certum est viuere omne quod dolet doloremque omnem: nisi in re viuente esse non posse, vt autem ex superius dictis patet in corporibus damnatorum non poterit fieri impressio qua corrūpatur in eis naturalis dispositio necessaria ad conseruationem corporalis vitæ.

QVAESTIO VIII.

Vtrum corpora damnatorum peragens intrinsecum naturaliter corrumpentur.

CONCLVSIO.

Sicuti extrinsecum, ita & intrinsecum corruptionis principium tollet diuina iustitia.

Responsio. RESPONDEO, quòd non: vt dictum est quæstione præcedenti, quia non aderit generalis influentia causæ primæ adhoc vt naturalis calor consumat humidum radicale in quo radicatur: per cuius consumptionem calor naturalis extinguitur, & causatur mors, & ideo dico, quòd in corporibus damnatorum calor naturalis humidum radicale non consumet: nec corrumpetur in eis illa dispositio, quæ necessaria est ad corporalem vitam.

Et per hoc patet solutio ad illam quæstionem qua solet quæri vtrum corpora damnatorum iterum naturaliter morientur, quia planū est, ꝙ non.

QVAESTIO IX.

Vtrum spiritus separati igne corporeo cruciabuntur.

ET VIDETVR, ꝙ non: Aug. 12. super Gene. longe ante finem dicit, ꝙ non sunt corporalia: sed similia corporibus quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur: seu bene, seu male, cum & ipse corporibus suis similes sibimet appareant: sunt tamen, & vera lętitia, & vera molestia facta de substantia spirituali.

Item eodem lib. non multum ante medium Omni modo præstantior est qui facit ea re de qua aliquid facit: nec vllo modo spiritu præstantius est corpus: immo perspicuo modo spiritus corpore: ergo spiritus separatus non potest ab igne corporeo cruciari.

Item Boetius in lib. de duabus naturis, & vna persona Christi parum vltra medium Illa sola, quæ habent vnius materiæ commune substantiuum possunt in se facere & pati, sed spirituum, & corporum non est vnius materiæ substantiuum: ergo impossibile est spiritus separatos igne corporeo cruciari.

Item secundum Philosophum primo de generatione. Omne corporeum agens agit per contactum: sed ignis corporei, & spiritus separati non potest esse contactus aliquis, quia secundum Phi. 5. Physic. Illa se tangunt quorum vltima sunt simul. In spiritu autem non est assignare primum medium, & vltimum: ergo impossibile est spiritum separatum igne corporeo cruciari. Item omne quod patitur recipit aliquid ab agēte: sed quicquid recipitur a corpore inseparato spiritu, recipitur intelligibiliter, & immaterialiter. dicitur enim in commēto super octauam propositionem de causis, ꝙ res corporeæ sensibiles sunt in intelligentia intelligibiles. Et super decimam propositionem de causis: etiam dicitur, ꝙ recipiens recipit secundum modum suum: non secundū modum rei receptæ: cum ergo formæ rerum in spiritu intelligibiliter, & immaterialiter existentes sint pertinentes ad eius secundariam perfectionem: non ad cruciatum: spiritus separatus igne corporeo cruciari non potest.

Item secundum Philosophum primo de generatione. c. de facere, & pati: vtiliter faciens assimilat sibi patiens: sed ignis corporeus nō potest sibi assimilare spiritum separatum: ergo spiritus non potest pati ab ipso. *Sexto.*

CONTRA, vt in 2. li. ostensum est. mali angeli sunt incorporei: spiritus enim sunt: sed illi cruciabuntur igne corporeo. dicitur enim Matth. 25. Ite maledicti in ignem ęternum qui præparatus est diabolo, & angelis eius. *In oppositum.*

Item

Item Grego.4.lib.dialogorum parum ante medium. Si diabolus eiusque Angeli cum sint incorporei corporeo igne sunt cruciādi, quid mirum si animæ etiam antequam recipiāt corpora possint corporea sentire tormenta.

Item eo.lib.parum ante auctoritatem præalle. si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur nō post mortem cum incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur: sed ab illo a quo potest detineri spiritus potest cruciari: ergo spiritus separatus ab igne corporeo potest cruciari.

CONCLVSIO.

Spiritus separati ab igne illo corporeo, præcipue, ceu diuinæ iustitiæ instrumento, torquebuntur in sempiternum.

Responsio. Algazelis. AD istam quæstionem dixerunt quidam spiritus separatos non affligi nisi per priuationem desiderati boni ex qua priuatione tanquam quodam malo præsenti in eis vehemens tristitia generatur. Vnde Algazel. 5. lib. Phy. c. 5. dicit de anima, quæ in corpore fuit amatrix corporalium voluptatū, ꝙ illa dispositio propter vsum imprimitur in ea, & inhæret vehementer desiderium eius ad illam: postea vero per mortem instrumento rei desideratę amisso remanet desiderium eius, & amor, & hic est cruciatus ineffabilis.

Contra. Sed ꝙ hæc ratio non sufficiat patet per auctoritates allegatas ad partem secundā, & per illud quod dicit Aug. 21. de ci. c. 10. dicit enim spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, & parum post dicit de dæmonibus, ꝙ ardebunt: sed eis nulla sunt corpora spiritus dęmonū: immo spiritus dæmones licet incorporei corporeis ignibus cruciandi.

Secunda responsio. Alij dicunt spiritus separatos cruciari in igne corporeo inquantum vident ipsum præparatum ad hoc vt eo crucientur in corporibus suis: sicut latro suspendendus in vno patibulo ipsum videndo cruciatur antequam suspendatur in eo.

Contra. Sed hæc responsio non sufficit, quia nullo modo potest ad malos Angelos applicari, quę tamen illo igne in perpetuum cruciabuntur.

Tertia responsio. Alij dicunt, ꝙ cruciantur igne corporeo inquantum intellectui eorum imprimitur super excellens illius ignis similitudo.

Contra. T. c. 8. Sed hæc responsio non satisfacit, quia secū dum Phil. 3. de anima. Non sic excellentia intelligibilis lędit intellectum sicut excellentia sensibilis sensum, quia post excellens sensibile sensus impeditur in sentiendo: sed intellectus post excellens intelligibile non minus intelligit infima: sed etiam magis, quia sensus appræhendit per organum corporeum: intellectus autem non.

Quarta responsio. Præterea dici non potest, ꝙ ignis quisq; sit improportionabile obiectum intellectui cum possit intelligere, & illud quod est igne superius, & inferius.

Responsio, & est S. Tho. & egidij. Alij dicunt, ꝙ spiritus separati igne corporeo cruciantur: non inquantum ipsum appræhendunt appræhensione simplici sed cum firma extimatione, quia est contrarius suæ naturæ, quamuis extimatio falsa sit, quod confirmant per Greg. dicentem. 4 lib. dia. non multū ante medium. Teneri per ignem spiritum dicimus, vt in tormento ignis sit videndo atque sentiendo ignem: namq; eo ipso patitur, quia videt, & quia concremari se aspicit crematur.

Ad hoc etiam adducunt auctoritatem primam Aug. adductam ad partem primam.

Opi. auicenne. Præterea huic concordare videtur, quia dicit Aui. 9. Meta. c. vlt. loquens de dispositione animarum humanarum cum sunt exutæ a corporibus suis. dicit enim sic. Animę malę vidēt pœnam, quam imaginauerant in hoc mundo, & affligūtur ea: forma enim imaginata nō est debilior sensibili: sed maior impressione, & claritate: sicut videmus in somnis, fortasse enim somniatum maius est pro modulo suo, quam sensibile: tunc quāto magis illud, quod est in alio seculo fortius est, quā quod in somnis propter paucitatem impedientium, & expoliationem animæ & claritatem recipientis.

Contra. Sed hæc opinio inconueniens videtur, & improbabilis, quia secundum hoc spiritus nō paterentur ab igne corporeo, sed a sua falsa extimatione.

Quinta responsio. Præterea non est probabile, ꝙ mali spiritus qui subtilitate ingenij vigent illum ignem extimarent suæ naturæ contrarium, & lęsiuum: nisi ita esset in re.

calor &c. pondera Sco in 4 di stin. 12 q. 3. Alij dicunt, ꝙ spiritus patiūtur ab igne corporeo, non per virtutem naturæ illius ignis absolute: sed inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ: videmus enim res multas habere actiones in virtute principalis agētis, quę eis non competerent absolute. verbi gratia. calor naturalis in virtute animæ conuertit nutrimētum in carne. lumen solare a luna receptum, & cum virtute lunæ ab ea deriuatum in virtute lunæ generat humiditatem: fantasma in virtute luminis intellectus agentis mouet intellectum possibilem: corpora cœlestia cum inanimata sint, vt in secundo lib. ostensum est: tamen in virtute intelligētiarum motricum generāt in his inferioribus vitam, vt patet in generatis per putrefactionem: securis in virtute motoris scindit arborem.

De modo affligendi. Hericus de gandauo 4. 8. q. 34. Tenendo ergo, ꝙ affligat spiritus inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ: adhuc vlterius perquirendum est magis in speciali per quem modum.

Dicunt ergo aliqui, ꝙ supernaturaliter impressa est igni infernali, quædam spiritualis virtus, per quam spiritus affligit naturali virtute ignis: ad hoc non cooperante nec disponente,

nente, quia vt dicunt non eſt poſsibile, vt aliqua virtus naturalis cooperetur in ſupernaturali actione: cum ad eam per ſe nullo modo nec complete: nec incomplete poſsit attingere, pro tanto ergo ille ignis affligere ſpiritus dicitur, quia ſupernaturalis virtus exiſtens in ipſo ſicut in ſubiecto illos affligit: ſicut aliqua ſubſtantia ſupernaturaliter dealbata poſſet dici viſum diſgregare.

Contra. Sed hæc opinio videtur in tribus deficere. Vnum eſt, ꝙ ſecundum eam ignis non affligit illos ſpiritus vt inſtrumentum, quia oportet, ꝙ in inſtrumento ſit aliqua naturalis aptitudo ad illam actionem ad quam applicantur a virtute motoris, vt patet in ſecuri, reſpectu actus ſcindendi, & in malleo reſpectu actus conterendi.

Aliud eſt, ꝙ non videtur probabile virtutē ſpiritualem eſſe immediate in re corporali: ſicut in ſubiecto: ita vt ſibi manens, & non fieri: ſicut ponit opinio prædicta.

Aliud quia videmus naturale lumen rationis: per quod ſolum intellectus nullo modo poteſt attingere ad viſionem Dei: cooperari cum lumine gloriæ ad illam viſionem. Verum eſt tamen, ꝙ in actione ſupernaturali, quæ a Deo non eſt mediante finita virtute: ſed tantummodo immediate, vt creare, non poteſt cooperari virtus naturalis, quia nec ad hoc poteſt vllo modo: attingere etiā virtus ſupernaturalis finita.

Opin. propria.

Si potes cōcorda Sco. cum iſto ſiquidem in multis ſit huius letere declarator.

Videtur ergo mihi dicēdum, ꝙ ignis infernalis, non obſtante, ꝙ ſit corporeus ipſius ſeparatos affligit in quantum eſt diuinę iuſtitię inſtrumentum, quia eos affligit afflictione ad quā diſponit virtus naturalis ignis illius: nec tamen qualemcūque afflictionem poteſt cauſare in illis ſpiritibus niſi in virtute increate iuſtitiæ principaliter illos ſpiritus punientis mouentis, & dirigentis illum ignem ad illorū ſpirituum cruciatum. In illo igne enim eſt naturalis aptitudo vt eius ſpecies recipiatur in intellectu ſpiritus ſeparati, ſed ꝙ per talē modum in illo intellectu imprimatur, & cum vehementia tali, ꝙ ita ad ſe reuocet ſeu conuertat intentionem ipſius ſpiritus, ꝙ per hoc ita notabiliter impediatur in aliarum conſideratione contra ſuam voluntatem, ꝙ tale impedimentum ſibi ſit pro graui onere: hoc eſt per virtutem iuſtitiæ increatę: in illo etiam igne eſt aptitudo naturalis, vt in ipſo ſit ſpiritus ſeparatus, ſicut in loco diffinitiue: ſed ꝙ ſpiritū detineat contra voluntatem ſuam hoc ei conuenit in virtute iuſtitiæ increatæ. illa enim inuoluntaria detentio eſt ipſi reprobo ſpiritui ineffabilis cruciatus, quamuis etiā ille ignis ſua virtute naturali tantum non poſſet in ſpiritu ſeparato cauſare diſpoſitionem repugnantem illi diſpoſitioni, quæ cōuenit eſſentiæ ſpiritus ſecundum debitum ſtatum ſuæ naturę: tamen in eius cauſatione cooperatur virtuti increatæ iuſtitiæ: inquantum eſt inſtrumentum eius: ſicut videmus, ꝙ quamuis fantaſma per ſe non poſſit aliquid educere de potentia intellectus poſsibilis vel ipſum mouere motu intellectionis: alterum tamen eorum poteſt in virtute intellectus agentis. ipſe enim intellectus per ſuum actiuum mouet ſeipſum, vt eſt poſsibilis mediante fantaſmate tanquam inſtrumentali agente. ex appræhenſione autem prædictæ diſpoſitionis, quæ contraria eſt bono ſtatui naturę: generatur in ipſo reprobo ſpiritu experimentalis. vnde Grego. 4. lib. dialogorum. parum ante mediū: dicit, ꝙ anima nō ſolum videndo: ſed etiam experiendo incendium patitur: per peccatum autem eſt in ſpiritu diſpoſitio, vt igni infernali modo prędicto patiendo ſubdatur. Vnde Gre. lib. 9. mora. verſus finē dicit. Sicut vno ſole omnes tangimur nec tamen ſub eo vno ordine omnes æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis ſentitur etiam pondus caloris: ſic damnatis, & vna eſt gehenna, quæ afficit, & tamen non vna qualitate omnes comburit, quia quod hic agit diſpar valitudo corporum: hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum: dicit etiam Aug. 21. de ci. c. 16. ipſum æternum ignem pro diuerſitate meritorum: quamuis malorum alijs leuiorē, & alijs futurum eſſe grauiorem: ſiue ipſius vis atque ardor pro pœna digna cuiuſcunque varietur: ſiue ipſe æqualiter ardeat: ſed nō ęquali moleſtia ſentiatur.

Ad Primvm in oppoſitum dicendum, ꝙ aut. Aug. ibi loquitur inquirendo non determinando: aut loquitur de affligente proximo, quod eſt appræhēſio ignis, vt nociui, quāuis ignis corporeus extra ſpiritum exiſtēs ſit remotum affligens. *Ad*

Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis natura ſpiritus ſit nobilior quocunque corpore: tamē ſpiritus peccator īferior eſt illo igne: non ſimpliciter: ſed inquantum eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. *Ad dum*

Vel poteſt dici, ꝙ quamuis principiū agēs principaliter oporteat eſſe nobilius patiente: non tamen oportet hoc eſſe verum de inſtrumentali agente. non enim fantaſma nobilius eſt intellectu poſsibili: nec corpus cœli nobilius aliqua ſubſtantia viuente, quia ſecundum Augu. 11. de ciui. ca. 16. In his quæ a Deo facta ſunt præponuntur viuentia non viuētibus ordine naturæ.

Ad tertium dicendum, ꝙ illa auctoritas intelligenda eſt de illa actione, per quam patiens tranſmutatur in naturam agentis, & ſic intelligendum eſt etiam, quod dicit Phil. 1. de generatione. vbi dicit ſimilem ſententiam illi quæ continetur in auctoritate allegata. *Ad*

Vel poteſt dici, ꝙ loquitur de naturali actione, & paſsione.

Ad quartum dicendum, ꝙ inter ſpiritu reprobum, & ignem infernalē eſt maior approximatio, *Ad q*

ximatio, quam illa, quæ est inter corpora per contactum inquantum spiritus simul est cum substantia illius ignis, & quamlibet eius partem tangit secundum se totum: simplex enim se tangens secundum se totum tangit secundũ Philosophum sexto Physic. similitudo etiam illius ignis in ipso spiritu impressa est, vt in subiecto mediante quo ab illo igne affligitur.

Ad quintum cum dicit, ꝙ formæ rerum in spiritu immaterialiter existentes sunt spectantes ad eius secundariam perfectionem nõ ad cruciatum eius. Dico, ꝙ falsum est quando supernaturali virtute tali impressione imprimuntur, ꝙ in essentia spiritus ipsius causant dispositionem repugnantem dispositioni conuenienti bono statui suæ naturę & intellectum eius impedit in aliarum rerum consideratione: sic autem est in proposito, vt dictum est in quæstione.

Ad sextum dicendum secundum aliquos, ꝙ illa auctoritas non est intelligẽda de instrumentali agente: sed de principali. diuina autẽ iustitia, quæ est causa principalis in spiritu puniendo ipsum sibi æquidem assimilat: non assimilatione vniuoca secũdum quem modum ignis assimilat sibi materiam de qua generat ignem: sed assimilatione analoga que in quadam imitatione consistit. secundum quem modum homo alium puniẽs assimilat ipsum illi formę quam habet in mente sua tanquam exẽplar punitionis illius. Certum est autem, ꝙ punitio reproborum cum sit iusta: iustitiam imitatur ęternam, & exemplar suum habet in mẽte diuina.

Vel potest dici breuius, & apertius, ꝙ maior intelligenda est de actione, quæ in passo, causat passionem, quæ est salus, quæ actio est constructiua: talis autem nõ est illa actio qua diuina iustitia, vt principale agens mediante igne, vt instrumento agit in spiritum damnatum.

QVAESTIO X.

Vtrum damnati cruciabuntur perpetuo a tribus alijs elementis ab igne.

ET VIDETVR, quod non: quia si puniuntur ab omnibus elementis: aut sunt in inferno confusa: aut ordinata non confusa, quia impedirent sese in actionibus suis: cum inter se habeant qualitates contrarias: nec ordinata, quia vt dicitur Iob decimo. ibi nullus est ordo: ergo nõ cruciantur ab alijs elementis ab igne.

Item ab illis non affliguntur simul, quia habent actiones contrarias, & contraria nõ possunt simul esse in eodem. saltem in complemẽtis suis: nec alternatim, quia afflicto per ignẽ consolatorium est transferri in aquam: ergo a solo igne affligentur.

CONTRA, Sap. 5. Pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos: sed sicut dicit Martianus. Hic mundus corruptibilis constat ex quatuor elementis in modum sphere globatus: ergo reprobi qui significantur per insensatos a quatuor elementis cruciabuntur. *In oppositum.*

Item Psal. Ignis sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorũ: ergo affligũtur igne, & terra fœtida, quæ significatur per sulphur, & aere procelloso qui dicitur spiritus tempestatis: secundum August. 12. super Genesim: lõge post principium. Dicitur etiã Sap. 5. ꝙ scandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter per testimonium: ergo, & sacræ scripturę videtur, quòd affligantur a quatuor elementis. *Secundo. Psalm. 10.*

CONCLVSIO.

Damnati in inferno, nedum a quatuor elementis passuri sunt, sed etiam a supercęlesti influentia.

RESPONDEO, quòd damnati non tantum a ffligentur ab igne: sed etiam ab alijs elementis, vt bene ostendunt auctoritates inductæ: cuius congrua ratio est, vt enim habetur Sap. 11. Per quę peccat quis. per hæc & torquetur: homines vero reprobi per quatuor elemẽta peccauerunt inquantum peccauerũt in corporibus compositis ex quatuor elementis, & inquantum inordinate dilexerunt elementa, & elementata: neque solum secũdum aliquos punientur ab elementis: sed etiam corporum cœlestium influentia puniet eos: iustum enim est, vt quia rebelles fuerunt creatori, ꝙ omnis creatura contrarietur eis in vltione. iuxta illud Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionẽ inimicornm, quia tamen ignis, & aqua ex sui natura magis sunt afflictiua, quam aer, & terra, ideo magis fit mentio in cruciatu eorum de igne, & aqua, quam terra, & aere. Quia ignis magis est actiuus quam aqua, ideo sub nomine ignis dominus compræhendit omnem pœnam, quam a rebus corporeis patientur, vt cũ dicit Matt. 25. Ite maledicti in ignem ęternũ. Quia autem illi qui sunt in purgatorio puniũtur, vt purgentur, & ignis habet naturam purgatiuam, ideo videtur aliquibus, ꝙ animæ in purgatorio a nullo alio elemento nisi ab igne puniuntur. *Responsio.* *Quare de igne tãtum fit mentio.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ elementa ibi sunt in quadam confusione: nec tamẽ vnum alterius remittit virtutem eo, ꝙ agunt inquantum instrumenta diuinæ iustitiæ, quæ ad agendum in reprobos, & non in se ipsa mouentur, & determinantur. Si tamen dicatur, ꝙ ibi sunt ordinata: potest dici ad illud Iob. Nõ est ibi ordo, ꝙ hoc intelligitur in corporibus damnatorũ. Vnde Greg. 9. lib. mora. versus finem exponens illud verbum dicit, ꝙ ipsa supplicia, quæ ordinata per iustitiam inueniun- *Ad primũ.* *quomodo elementa ibi sunt ordinata.*

ueniuntur: ordinata in corporibus damnatorum non sunt. Et infra. Vel certe abesse supplicijs ordo dicitur, quia quibuslibet rebus in pęnam surgentibus propria qualitas non seruatur, quod inferius in eodem libro in pluribus inducendo declarat.

Ad secundum.

Ad secundum dicunt quidam ꝙ ab omnibus elementis simul affliguntur, quia sicut formæ eorum immaterialiter receptæ in spiritu non sunt contrariæ: sic nec actiones earum: similiter dicunt in sensu: simul enim in vsu est similitudo albedinis & nigredinis, & actiones earum. A simili dicunt, ꝙ ita potest esse in actu: sed hoc alijs non placet, quia quamuis similitudines contrariorum in intellectu non sint contrarie: non tamen ita perfecte mouetur intellectus a pluribus simul, vt ab vna tantum similitudines etiam contrariorum receptæ in eadem parte pupillæ sese in actione sua impediunt, vt patet cum per vitrum coloratū colore rubeo respicitur aliquid album: videtur enim tunc quasi quoddam aliquo modo confusum ex vtroque, & multo fortius formæ calidi, & frigidi simul in tactu receptæ sese in suis actionibus impedirent: cum tactus sit sensus longe minus spiritualis, quam visus.

Qua nam intelligentia audiri debeat illud ab aquis niuium.

Præterea dicitur Iob. 24. de quolibet damnato, ꝙ ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, quod verbum sonare videtur damnatos puniri a frigido, & calido alternatim: nec tamen erit aliqua mitigatio vnius per aliud, quia per virtutem diuinam supernaturaliter fiet, vt in eodem instanti cesset tota afflictio, quæ fuit a calido, & introducatur completa afflictio a frigido, ita vt nec successiue vna recedente alia successiue adueniet.

Textus examinatio.

CIRCA litteram. Vnusquisque suam mensuram recipiet corporis, & cætera. (Hoc in quæstionibus expositum est. (Illi animæ in puncto temporis redit, quæ illam primitus, vt homo fieret cresceret viueret animauit.) huius expositio patet per ea, quæ in quarta quęstione huius distinctionis dicta sunt. (Corpora hominum, vel dæmonum.) hoc dicit Augustinus secundum opinionem platonicorum, qui posuerunt dæmones esse quædam animalia aerei corporis: sicut patet octauo de ciuitate. c. 26. vbi Aug. recitat verba apulei platonici. (Ignis æternus cuiusmodi sit in qua mundi vel rerum parte futurus sit hominum scire arbitror neminem, &c.) Hoc intelligendum est de loco eius proprio, quia locum eius communem scimus: ex scriptura enim habemus, ꝙ est sub terra. (Animam similitudinem corporis habere.) non est intelligendum, ꝙ sit ad similitudinem corporis figurata, sed ꝙ in suo intellectu habet speciem corporis repræsentatiuam. Nec istis affectibus. s. præ tristitia gaudio ac metu carere, quod non est intelligendum secundum, ꝙ sunt passiones sensitiui appetitus: cum ille non sit in spiritu separato, vt inferius ostendetur: sed secundum, ꝙ sunt intellectuales affectiones seu passiones. Si abortiui fętus, & monstra resurgent. Respondeo, ꝙ quæ fuerunt animata anima rationali resurgent, & quæ non, non: & hæc est sententia Magistri huius di. c. vlt. & Aug. Ench. 48. c.

De diuersis animarum receptaculis, & conditionibus.

DISTINCTIO XLV.



PRRAETEREA *sciendum est, quòd omnes animæ (vt ait Aug.) cùm de hoc seculo exierint, diuersas habent receptiones: bonæ habent gaudium, malæ verò tormenta. Sed cùm facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorū tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Ex his ostenditur, quòd maius erit gaudium sanctorum in resurrectione, & post, quàm fuerit ante, et quòd diuersa receptacula habebunt animæ sanctorum. De quibus idem Aug. ait, Tempus quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est, vel requie, vel ærūna, pro eo quod sortita est in carne dum viueret.*

Super Ioan. tract. 49. Et in ... super illud 1 Thes. 4. De indormientibus.

In Ench. c. 109. Et in lib. de 8. Dulci. q. 2.

De sufragiis defunctorum.

Neque negandum est, vt ait Augu. defunctorum animas pietate suorum viuentium reuelari, cū pro illis sacrificium mediatori offertur, vel eleemosynæ fiunt in Ecclesia. Sed hæc eis tantum prosunt, qui cū viuerent, hæc sibi vt postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt nō requirat ista post mortem, nec tam malus, vt ei non prosint ista quicquam. Est verò talis, in bono, vt ista nō requirat, & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita trāsierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam quispiam grauari, vel releuari. Nemo autem speret, quod hic neglexet, cum obierit, apud Deum promereri. Non ergo ista, quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, quia dictum est, Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, scilicet bona, vel mala, quia etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore viueret, comparauit, vt possint ei ista prodesse: non enim omnibus prosunt. Et quare non? nisi propter differentiam vitæ, quam quisq; gessit in corpore? Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quarumcumque aliarum eleemosynarum, pro baptizatis omnibus offerūtur; pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis sunt propitiationes. Sed pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus verò prosunt, vel ad hoc prosunt vt sit plena remissio, vel certè vt tolerabilior sit ipsa dam-

In Enc. ubi sup. c. 110. Et 13. q. 2. c. Tempus.

Rom. 14.

damnatio.) Orationibus ergo sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorũ spiritibus offerũtur, nõ est dubiũ mortuos adiuuari, vt cũ eis misericordius agatur à Domino quã eorũ peccata meruerunt. Hoc.n.à patribus traditũ tota obseruat ecclesia, vt pro eis qui in cõmunione corporis, et sanguinis Domini defuncti sunt, cũ ad ipsum sacrificiũ loco suo, cõmemorãtur, oretur, ac pro illis quoq; id offerri cõmemoretur. Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus, qui ita vixerunt ante mortem, vt possint eis hæc vtilia esse post mortem. Nam qui sine fide operãte per dilectionẽ, eiusq; sacramẽtis, de corpore exierũt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis officia impenduntur, cuius, dum hic essent, pignore caruerunt, nõ misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cùm pro eis aliquid boni operantur sui: sed eorum meritis præcedentibus consequentia ista redduntur. Nam istam quisq; finiens vitam, nisi quod in ea meruerit, non poterit habere post eam.) Ecce quibus & qualiter prosunt illa, quæ pro defunctis frequentat Ecclesia. Mediocriter malis suffragãtur ad pęnę mitigationẽ, mediocriter bonis ad plenã absolutionẽ, qui non habent tantæ perfectionis merita, vt non indigeant iuuari per pauperes: quorũ est regnum cœlorum, quos sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis. Quorum tanta est perfectio, vt his adiutorijs nõ indigeãt: quales sunt Apostoli, & Martyres. Vt.n.ait Aug. Iniuria est pro Martyre orare in ecclesia cuius nos debemus orationibus commendari: pro alijs autem defunctis oratur.

De officis sepulturæ.

De pompis verò exequiarum idem Augustinus ita dicit, Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, viuorũ sunt qualiacũq; solatia, non adiutoria mortuorum. Quia si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis, vel nulla. Præclaras exequias in conspectu hominũ purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorũ: sed multo clariores in conspectu Domini, vlceroso illi paupere ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium. Sit tamen cura mortuos sepeliendi, & sepulchra construẽdi, quia hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum aliorumq; sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt, laudati sunt. Impleant igitur homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris: Verum illa quæ adiuuãt spiritus defunctorũ, scilicet oblationes, orationes, multò obseruantius procurẽt.

De duobus æquè bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia.

Solet moueri quæstio de duobus, vno diuite, altero paupere, pariter sed mediocriter bonis, qui prædictis suffragijs indigent, & meruerunt pariter post mortem iuuari: pro altero verò, idest, pro diuite, speciales & cõmunes fiunt orationes, multæq; eleemosynarum largitiones: pro paupere verò non fiant nisi communes largitiones, & orationes. Quæritur ergo an tãtum iuuetur pauper paucioribus subsidijs, quãtum diues amplioribus. Si non pariter iuuatur, non ei redditur secundum merita: meruit enim pariter iuuari: quia pariter boni extiterunt. Si verò tantum suffragij consequitur pauper quãtum diues, quid cõtulerunt diuiti illa specialiter pro eo facta? Sanè dici potest, nõ ei magis valuisse generalia, & specialia quàm pauperi sola generalia suffragia. Et tamen pro fuerunt diuiti specialia, nõ quidẽ ad aliud, vel maius aliquid, sed ad idẽ ad ꝙ generalia, vt ex pluribus, & diuersis causis vnũ perciperetur emolumentum. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem, non pleniorem. — Responsio.

Quibus suffragijs iuuabuntur mediocriter boni qui in fine inuenientur.

Sed iterum quæritur de aliquo mediocriter bono qui talibus indigens suffragijs, in ipso consummationis seculi articulo cũ reliquis migrabit, si saluus erit. Pro eo non offertur vlterius sacrificium, vel oratio, vel eleemosyna: nec habebat tantæ perfectionis merita, quæ his suffragijs non egerent: nunquid ergo saluabitur? Aestimo eum quasi per ignem transeuntẽ, saluari meritis, & intercessionibus cœlestis ecclesiæ, quæ pro fidelibus semper intercedit voto, & merito, donec impleatur Christus. — 1. Cor. 3 c

Quomodo sancti glorificati audiũt preces supplicantium, & quomodo intercedunt pro nobis ad Dominum.

Sed fortè quæris, Nunquid preces supplicantium sancti audiunt, & vota postulantium in eorum notitiam perueniunt? Non est incredibile, animas sanctorũ, quæ in abscondito faciei Dei veri luminis illustratione lętãtur, in ipsius cõtẽplatione ea, quæ foris agũtur intelligere, quãtum vel illis ad gaudiũ, vel nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim angelis, ita & sanctis qui Deo assistunt, petitiones nostræ innotescũt in verbo Dei quod cõtẽplãtur. Vnde & dicũtur angeli orationes & vota nostra offerre Deo: non quia eum doceant, sed quia eius voluntatẽ super eis consulunt. Vnde Aug. Angelis qui sunt apud Deũ, innotescunt petitiones nostræ, vt quodammodo eas offerãt Deo, & de his cõsulant, & quod Deo iubẽte implendum esse cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent. Vnde & Angelus hominibus ait, Cum oraretis, orationem vestram obtuli Deo. Ad omnia quidem scienda sufficit Deo sua perfectio, habet tamen nuncios, idest angelos, non qui ei, quæ nescit annunciẽt, non.n. sunt vlla, quæ nesciat: sed bonum eorum est de operibus suis eius cõsulere veritatẽ, & hoc est; ꝙ ei dicuntur nonnulla nũciare, nõ vt ipse ab eis discat, sed vt ab eo ipsi, per Verbũ eius sine corporali sono. Nũciãt etiã quod voluerit, ab eo missi ad quos voluerit, totũ ab illo per illud Verbum eius audientes, id est, in eius veritate inuenientes, quid sibi faciẽdũ, quid, quibus, & quando nunciãdũ sit. Nã & nos orantes eum, non eũ docemus, quia nouit (vt ait verbum eius) pater vester quid vobis necessarium sit, priusquàm petatis ab eo. Nec ista * ex parte cognouit, sed futura omnia tẽporalia, atq; in eis ẽt quid & quãdo ab illo petituri fueramus, & quos, & de quibus rebus vel exauditurus vel nõ exauditurus esset, sine initio ante præsciuit. Non ergo dicitur Angelus

Marginal notes (left): Aug. de ser. de verbis Apost. ser. 32. Et 1 ad Thes. ... Gal. 5. — Rom. 2. a — Math 5. a; Luc. 16 c; De verbis Ap. ser. 17 — Ibi & de ci. dei, lib. 1. ca. 12 & 13. Et in li. de Cura p. mor. cap. 2. Luc 16 f g; Aug. 1 ser. de verb. Ap. ser. 32. Et li. de Cura pro mor. c 3. Tob. 2. & 12. Ge. 23. et 25. & 35. b. et 50 — Rom. 19 g

Marginal notes (right): Hug de sacramentis, lib 2. parte 16. c. ultimo. — Tobiæ 12. c; Apoca 8. a; Epist. 121. ad proba, ca 9. Tobia 12. c Aug. lib. 15 de Tri. ca. 13. — Matth. 6. d; * ex aliquo tempore habet Augu. epistola.


120 al ho noratū, ca. 29. Et in Glossa, super illud Phi.4. Petitiones ue stræ innotescant.

lus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tūc no uerit quid velimus, & quo indigeamus, quæ omnia antequàm fiant, sicut & postquàm facta sunt, nouit, sed quia necesse habet rationalis creatura tempora les causas ad æternam veritatem referre, siue peten do quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat.

Quod dictum est de angelis attribuit sanctis animabus.

Si autem Angeli à Deo per verbum eius discunt petitiones nostras, & quid de his implendum sit, & quid non; cur non credamus, & animas sanctorum Dei faciem contemplantium, in eius veritate intelli gere preces hominum, & quæ implendæ sint, vel nō? Inde est, quòd Deus dicitur exaudire preces quorun dam, non solùm quando effectui mancipat, sed etiã quando innotescit curiæ angelorum, & sanctarum animarum quid inde futurū sit, vel non, & quod cognoscunt in Dei voluntate esse, uolunt, & ipsi. Adeò enim supernæ voluntati addicti sunt, vt nihil præter eius voluntatem queant velle. Intercedunt ergo ad Deum pro nobis sancti, & merito, dum illorum merita suffragantur nobis, & affectu, dum vota nostra cupiunt impleri, quod tamen non faciunt, nisi in voluntate Dei, implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant pro nobis, id est, vt merita eorum nobis suffragentur, & vt ipsi velint bonum nostrum, quia eis volentibus Deus vult, & ita fiet. Ex præmissis constat, quod cum quibusdam misericordius agit Deus, quàm eorum peccata meruerint, scilicet cum mediocriter malis, qui suffragijs Ecclesiæ iuuantur.

DISTINCTIO XLV.



Vperius determinauit Magister de resurrectione mortuorum. Hic determinat de statu eorum ante resurrectionem. Et diuiditur in duas partes. Primo determinat de statu animarum existentium in purgatorio.

Secundo de statu animarum existentium in inferno. dist.46. ibi. (Sed quæritur.)

Prima in duas.

Primo determinat de suffragijs ecclesię militantis.

Secūdo de suffragijs triumphãtis. ibi. (Sed iterum.)

Prima in quatuor. Primo ostendit diuersos esse status animarum post mortem.

Secundo in quo statu possunt iuuari suffragijs, & in quo non ibi. (Nec negandum.)

Tertio ostendit per quæ iuuãtur, & per quæ non ibi. (De pompis.)

Quarto quantum iuuantur per suffragia, quæ pro eis fiunt ibi. (Solet.)

Illa pars quæ ibi incipit. Sed iterum diuiditur in duas.

Primo ostendit suffragia ecclesiæ triumphantis prodesse aliquibus defunctis.

Secūdo qualiter prosunt viuis ibi. (Forte.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de septem.

Primo de animarum receptaculis.

Secundo de suffragijs ecclesiæ militantis.

Tertio de illis qui possunt facere testamentum.

Quarto de quibusdam circunstantijs obseruandis in condendo testamentum.

Quinto de executoribns testamentorum.

Sexto de sepulchris.

Septimo de suffragijs ecclesiæ triūphantis.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum animarum post sui separationem a suis corporibus sint aliqua corporalia receptacula.

Secundo quæ & quot sunt illa.

Tertio vtrum exeant aliquando de receptaculis suis.

Quarto vtrum corporalia receptacula animarum in aliquo augeant earum delectationem, vel afflictionem.

QVAESTIO I.

Vtrum animæ habeant receptacula corporalia.

OSTENDO, ꝙ nō: Aug. 12. super Gene. versus finem dicit. Animam cum de corpore exierit ad loca corporalia non ferri, & parum post dicit, ꝙ videtur esse in locis nō corporalibus: sed corporalium similibus siue in requie: siue in doloribus. Arg. 1. S. Bon q 1. art 1. S. Tho. hic q 6 ar. 1.

Secundo. Item spiritus non magis conueniunt cum vno loco corporali, quam cum alio quia a loco corporali non dependent: ergo non esset ratio: quare magis essent in vno corporali receptaculo, quam in alio.

In opposi tum. CONTRA Magister huius dist. c. 1. & glo. super illud 1. ad Thes. 4. simul rapiemur cum illis in nubibus dicunt, quòd omnes animæ cum de hoc seculo exierint diuersas habent receptationes. Item Grego. 4. lib. dial. parum ante medium. refert quendam virum sanctum retulisse, quòd vidit Theodoricum post mortem inter Ioãnem Papam, & Symmachum patritium discinctum atque discalciatum deductum in vulcani ollam iactari. eodem etiam lib. inter medium, & finem refert Germanum capuanum episcopum inuenisse Pascasiū diaconum, qui erat defunctus stãtem, & obsequētem in balneis: ergo animæ post mortem corporalia receptacula habent.

CONCLVSIO.

Animæ sicut & Angeli sunt in loco corporali diffinitiuè.

Responsio. RESPONDEO, quòd animæ post mortē sunt in aliquibus corporalibus receptaculis, vt enim declaratum est lib. 1. dist. 37. Angeli qui sunt spiritus, sunt in aliquibus corporalibus locis nō circunscriptiuè: sed diffinitiuè: ergo

ergo similiter anima separata non obstante, quòd sit spiritus.

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ ibi Aug. loquitur de loco circunscribente. quod patet, quia postquam dixit animam ad loca corporalia non ferri nisi cum aliquo corpore statim subiungit, vel non localiter ferri.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ quamuis anima separata non magis conueniat cum vno loco, quam cum alio ratione suæ essentiæ cũ ex loco natura eius non dependeat: tamen propter operationes quas in loco debet exercere, vel circa eam debet exerceri: magis sibi cõuenit vnus locus quam alius: nõ, ꝙ velim dicere suã passionem, vel operationem esse formalem rationem, vel effectiuam suæ existentiæ in loco sed simultas existentiæ suæ cum corporali loco, vel cum re existente in loco est formalis ratio suæ applicationis ad locum sicut de spiritu angelico declaratum est lib. 1. dist. 37. in illa quæstione vtrum angelus sit nusquam.

QVAESTIO II.

Vtrum quæ & quot sunt illa receptacula.

Arg. 1. S. Bona. vt sup. & q. 2. S. Th. ar. 2. & 3.

CONCLVSIO.

Sunt quatuor de lege communi receptacula corporea animabus deputata, & si quartum variatum sit post Christi aduentum.

Responsio. Respondeo, ꝙ quedã receptacula corporalia deputãtur animabus de lege communi, quædam ex lege speciali prima ante Christi aduentum erant. 4. & omnia sub terra, quædam in infimo deputata animabus damnatis pro actuali peccato mortali, & pro originali cum aliquo veniali, anima enim decedens cũ originali peccato: quamuis non habeat actuale peccatum nisi veniale: tamen punietur ęternaliter pęna sensus, & in eodem loco cum illis qui puniuntur pro peccato mortali punitur: tamen multo remissius, ꝙ autem veniale puniatur pęna ęterna declaratum est sup. d. 21.

Decedens cum originali damnatus non punietur pena sensus secundum ipsum in 2. di. 33 arti. 3 q. 1. quicquid hoc dicat.

Supra prædictum receptaculũ aliud est in quo sunt animæ pro solo peccato originali damnatæ, quæ non puniuntur pęna sensus, sed sola pęna damni, vt ostensum est lib. 2.

Supra quod aliud est in quo purgantur animæ quæ decesserunt cum charitate.

Supra quod est quartum in quo requiescebant animæ decedentes cum charitate quæ nihil purgabile secum portabant, vel quæ portauerant, & purgate erant, quod receptaculũ ante Christi aduentum sinus Abraæ dicebatur, quia enim Abrahã primus ab infidelibus sese separauit, & fidei signaculũ distinctiuũ accepit: ideo locus requiei quæ debet animę propter fidẽ charitate formatã sinus abraę dictus est. post etiã Christi aduentum sunt. 4. receptacula animarum eadem, quæ prius: quarto excepto: in quo modo nulla anima recipitur, qa decedentes cum charitate nihil portãtes purgabile cũ nullum habeant retardatiuũ statim ascendunt in cęlũ empyreũ, quod est receptaculũ bonorum: sicut ignis purus nihil habens retardatiuum statim ascendit sursum.

Decedentes autem sine charitate cũ actuali peccato statim descẽdunt ad locum infimũ sicut grauia nõ habẽtia aliquid qđ prohibeat eorũ descẽsum statim descẽdũt ad locũ ĩ fimũ.

Decedentes autem sine charitate cum solo originali peccato statim descendunt ad locũ, qui consequenter est supra illum.

Decedentes aũt cũ charitate aliqđ purgabile secũ portãtes descendũt ad locũ tertiũ post expletã pęnitẽtiã statim ascẽsuræ in empyreũ cęlũ, qui modo sinus Abrahæ dr̃ vnde patet, ꝙ nõ eũdẽ locũ intelligimus modo per sinũ habraæ cũ rogamus animas deferri in ipsum: cũ illo qui ante Christi aduẽtũ sinus abraæ dicebatur: diuersæ aũt mãsiones in cęlo diuersa receptacula corporalia nõ dicuntur: sed diuersi gradus præmiorũ: immo totũ cęlũ empyreum vnum dicitur receptaculũ: receptacula autem quæ ex lege speciali aliquibus animabus assignantur indeterminata sunt quo ad nos.

Quædam enim animæ ex aliquibus specialibus causis: in locis purgantur: in quibus deliquerunt, vt dictum est supra. dis. 12. vbi de purgatorio plura dicta sunt, & etiam lib. 3. dis. 22.

QVAESTIO III.

Vtrum animæ aliquando exeant de receptaculis suis, quæ habent post mortem.

Et Videtvr, ꝙ non: Iob. 7. qui descenderit ad inferos nõ ascendet. *Arg. 1. S. Bon q 3.*

Itẽ Augu. lib. de cura pro mortuis agenda vltra medium. Si in rebus viuentium interessent animæ mortuorũ me pia mater nulla nocte desereret, quę me mari terraque secuta est, vt mecum viueret: sed si exiret aliquando de receptaculis suis aliquando interessent rebus viuentium. *Secundo.*

Contra, Matth. 17. Moyses legitur apparuisse cum Helia. per quod Aug. probat lib. prædicto inter medium, & finem. ad viuos aliquos mitti ex mortuis. *In oppositum.*

Item Hiero. contra vigilantiũ dicit animas sanctorum posse cum voluerint suis tumulis esse præsentes.

CONCLVSIO.

Animæ de suis receptaculis etiam virtute propria, superiori tamen potentia non prohibente exire possunt aliquandoq; exeunt diuina prouidentia concedente.

Respondeo, aliquando animas exire de receptaculis suis dupliciter potest intelligi, vel per diuinam potentiã, vel per naturam propriam primo modo de inferno, & de cęlo exeunt aliquæ animæ non in perpetuum: sed ad tempus: nec de lege cõmuni, sed ex aliqua speciali causa: sic etiam de purgatorio aliquæ exeunt ad modicum tempus ante completionem pœnæ suæ post cuius completionem inde exeunt illuc amplius non reuersure. in iudicio

Animas exire de receptaculis suis naturaliter, uel Dei nutu posse intelligi.

dicio autem omnes tam existentes in cœlo, quam in inferno exibunt secundum communem legem diuinæ iustitiæ ad eadem iterum loca cum suis corporibus reuersuræ, & in eis in perpetuũ remansuræ. Per naturam autẽ propriam nulli animæ de suis receptaculis possunt exire, vt quidam dicunt: dictum suum cõfirmantes auctoritate, & ratione. Dicit enim Augu. de cura pro mortuis agenda. inter medium, & finem, ꝙ defuncti per naturam propriam viuorum rebus interesse nõ possunt. ratione sic secundum Phil. 1. de anima potentiæ quæ sunt coniunctæ non sunt separabiles. omnes autem dicuntur coniunctæ esse, quæ operantur mediante organo corporeo. huiusmodi autem est in homine potentia motiua secundum locum. animæ ergo separatæ non habent potẽtiam qua de loco ad locum posſint se mouere.

Opin.

T.C.12.

Contra.

Sed contra a domino Stephano Parisi. episcopo excommunicatus est hic articulus, ꝙ anima humana nullo modo est mobilis secundum locum, nec per se, nec per accidens, & si ponatur alicubi per substantiam suam nunquam mouebitur de vbi ad vbi.

Doctor

Dicendum ergo, ꝙ de suis receptaculis exire possent ille quæ vellent per suam propriam virtutem nisi prohiberentur a virtute superiori: sed de lege communi exire prohibentur illæ quæ sunt in purgatorio ante completam pęnitentiam, & ille, quæ sunt in inferno ante iudicium. Ille autem, quæ sunt in cœlo exire nolunt vsque ad tempus resumptionis corporũ suorum. nisi aliquæ videant aliquando hoc placere Deo ex aliqua speciali causa. vnde videtur aliquibus, ꝙ omnes descenderunt de cœlo in obitu Beatæ Mariæ virginis propter eius reuerentiam, & cum ea iterum ascenderunt in cœlum. ab Augustino ergo dicuntur animæ non posse interesse rebus viuorum per propriam naturam, quia earum virtus nõ potest contrariare superiori virtuti qua prohibentur.

Hoc pie tenendum est & de alijs multis.

Ex dictis patet solutio ad argumenta in oppositum.

QVAESTIO IIII.

Vtrum corporalia receptacula animarum in aliquo augeãt earum delectationem, vel afflictionem.

Arg. 1. S. Bon. ubi supra.

ET VIDETVR, ꝙ nõ: quia in angelis ministrantibus minueretur delectatio, & in animabus, quæ aliquando exeũt de inferno minueretur afflictio, quod falsum est.

Secundo.

Item locus purgatorij deputatus est animabus ad purgationem: sed ille animæ, quæ ibi sunt desiderant purgari: ergo locus ille in nullo auget earum afflictionem.

In oppositum.

CONTRA si receptacula animarum corporalia in nullo augerẽt earum delectationẽ, vel afflictionem inutiliter essent eis deputata determinata loca, & frustra, quod falsum est.

CONCLVSIO.

Animarũ corporea receptacula in aliquo earũ tum delectationem tum afflictionem augent triplici ratione.

Responsio.

RESPONDEO, ꝙ receptacula corporalia animarum in aliquo augẽt earum delectationem, vel afflictionem: cœlum enim empyreum, quamuis in nullo augeat animarũ beatarum delectationem essentialem in aliquo: tamen auget in eis delectationem accidentalem: inquantum illæ animæ locum illum plusquam alia diligunt: præsentia autem rei dilectæ aliquam causat delectationem.

Triplex ratio quare plus vnum locum, quã alium diligunt animæ separatæ.

Ratio autem quare locum illum plus cæteris diligunt: triplex est.

Vna quia locum illum sciunt sibi esse deputatum a Deo quem summæ diligunt.

Alia quia in illo propter excessum nobilitatis suę naturę super alia corpora expresſius quam in alijs locis refulgere tanquam in effectu diuinam bonitatem conspiciunt.

Tertia quia illius loci sublimitas luminositas, & immobilitas suã spiritualẽ sublimitatẽ, & luminositatẽ, & quietis perpetuitatẽ expressius, quã qualitates locorũ aliorũ repręsentat vnusquisque autem cęteris paribus plus diligit locum qui magis est repræsentatiuus suæ nobilitatis quam diligit.

Vnus locus magis alio affligere dãnatos triplici ratione.

Receptaculum etiam damnatorum in aliquo auget eorum afflictionem, quia locum illum odiunt triplici de causa.

Vna est, quia sciunt illum sibi esse deputatũ a diuina iustitia, quam odiunt.

Alia quia illius loci vilitas est suæ obligationis ad pœnam perpetuam rememoratiua seu repræsentatiua.

Tertia quia est contẽtiuus ignis illius quo affliguntur.

Receptaculũ aũt animarum, quæ purgãtur in aliquo earum auget afflictionẽ, nõ quia ipsum odiant voluntate deliberatiua: cum sint in charitate, & sciant illum locum sibi esse asſignatum ad tempus ad earum purgationem, & a diuina iustitia, quam diligũt: sed quia ipsum naturali motu voluntatis refugiunt sub ratione qua suam obligationem ad pœnam, quamuis temporaneam repręsentat, & sub ratione qua ignem continet quo affliguntur.

Ad primũ

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non valet, quia & angeli ministrantes sciunt se cũ eis placuerit ad cœlũ empyreũ reuersuros, & ministrando nobis delectantur. animæ autem, quæ ad tempus exeũt de inferno sciũt se ad ipsum cito reuersuras, & pro illo modico tempore quo a turpi loco exeunt ęquiualens pœna eis a diuina iustitia recompẽsatur.

Ad scd̃m, patet sol. ex dictis in quæstione.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quræuntur quatuor.

Primo

Primo vtrum suffragia viuorum prosint defunctis.

Secundo vtrum suffragia facta determinate pro vno prosint omnibus existentibus in purgatorio.

Tertio vtrum magis prosint illi pro quo determinate fiunt, quam aliis.

Quarto vtrum defunctis prosint suffragia facta a viuis existentibus in peccato mortali.

QVAESTIO I.

Vtrum suffragia viuorum prosint defunctis.

Arg. 1. D.Bon.q... art 2. S.Tho.q.2. artic.1. OSTENDO, ꝙ dicitur enim de mortuis in domino Apoca.14. ꝙ opera eorum sequuntur illos: ergo non iuuantur alienis operibus.

Secundo. Item Ecclesi.19. dicitur de mortuis, ꝙ non habẽt partem in opere, quod sub sole geritur: ergo idem, quod prius.

Tertio. Item opera viuorum mala non possunt eis nocere: ergo a simili nec opera bona iuuare.

Quarto. Item si suffragia viuorum prodessent eis cũ pęna purgatorii sit finita. possent totaliter per suffragia viuorum ab omni pœna liberari, & sic peccatũ posset remanere impunitũ, quod diuinam iustitiam non decet secundum Ans. c. 12. 1.li.cur. Deus homo ante medium.

In opposi-tum. CONTRA, secundo li. Machab.12.c. dicitur, ꝙ sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur.

Item Augu. Enchi.65.c. & recitat Magister huius di.c.2. non est negandum defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari cũ pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosinæ si in ecclesia fiant.

CONCLVSIO.

Defunctis in charitate, suam pœnitentiam in purgatorio explentibus, ad pœnam mitigandi, & tollendam prosunt profecto uiuorum suffragia.

Responsio. RESPONDEO, quòd animarum quædam sunt beatæ iam in cœlo. Quædam sunt cõdemnate pro peccato originali, & actuali, quę sunt in inferno. Quædam sunt in charitate suã explentes pœnitentiam in purgatorio. Beatis non prosunt viuorum suffragia, quia non indigent. vnde Augu. Enchi. c. prædicto, & Magister vbi prius dixit, quòd sacrificia siue altaris siue quarũcunq; eleemosinarum pro defunctis valde bonis gratiarum actiones sunt. (Quibus animabus suffragia prosunt.) damnatis vero etiam pro solo originali peccato non prosunt, quia non communicant nobiscum in vinculo charitatis: mediante quo bona communicantur adinuicem. vnde tales secum non portauerunt radicem meriti qua talia opera si pro eis fierent eis prodesse possent, & sicut dicit Aug. Ench. prædicto capitu. hic omne meritum cõparatur quo possit post hanc vitam quispiam releuari. vnde eodem. c. dicit, quòd talia opera, & si pro valde malis nulla sint adiumenta mortuorum. qualescunque tamen sunt consolationes viuorum. vnde quod refert Ioan. dama. in quodam sermone. Traianum fuisse liberatum de inferno ad preces, Greg. sic debet intelligi, ꝙ reuocatus fuit ad corporalem vitam in qua per bona opera postea meruit vitam æternam. (De traiano a Grego. liberato.) animabus autem existentibus in purgatorio prosunt viuorum suffragia non ad augmentum gratiæ gratum facientis: sed ad pœnæ eorum mitigationem, & abbreuiationem, quia vt dicit Augu. cap. prædicto. cum viuerent in hac vita meruerunt, vt hoc sibi postea posset prodesse. nec hoc, vt dicit Augu. ibidem aduersatur illi apostolicæ sententiæ qua dictum est. omnes stabimus ante tribunal Christi, vt recipiat, vel referat vnusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit siue bonum siue fuerit malum, quia hoc sibi meritum quisque cum in corpore viueret comparauit, vt ei possint ista prodesse.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd suffragia viuorum, quæ fiunt pro existẽtibus in purgatorio dicuntur opera eorum in quantum in hac vita meruerunt, vt eis prodessent si pro eis fierent. Ad primũ.

Ad secundum dicendum, ꝙ pro tanto mortui dicuntur non habere partem in opere, qđ sub sole geritur, quia tali operi non cooperãtur: habent tamẽ partem in fructu operis propter rationem supradictam. Ad secundum.

Ad tertium dicendum, ꝙ non est simile, quia nõ sic est vnum commune vinculum cõmunicationis malorum sicut bonorum, quod vinculum est charitas Deus etiam pronior est ad miserandum, quam ad condemnandum. Ad tertiũ.

Ad quartum dicendum, ꝙ non est inconueniens, quòd per aliqua suffragia viuorum possit defunctus totaliter liberari ab aliqua pęna cui erat obligatus: nec ideo peccatum remanet impunitum, quia punitur pœna viuorum satisfacientium pro defuncto: cum enim ostẽsum sit supra. dist.20. vnum viuum satisfacere pro alio viuo, qui pro seipso commode satisfacere non potest: rationabile est, vt etiam satisfacere possint pro existentibus in purgatorio qui pro seipsis non satisfacere possunt nisi pœnam patiendo, & eam inquantum iusta est acceptando, & patienter sustinendo, & nobiscum charitate coniuncti sunt. Ad quartum.

QVAESTIO II.

Vtrum suffragia determinate facta pro vno prosint omnibus existentibus in purgatorio.

ET VIDETVR, ꝙ non: viui magis conueniunt cum viuis, quam cum mortuis: sed suffragia viuorum facta determinate pro aliquo defuncto non prosunt omnibus viuis: ergo multo fortius non prosunt omnibus mortuis existẽtibus in purgatorio. Arg. 1. S.Bon. q.3. sup.ar.4.

Item in temporalibus intendens satisfacere determinate pro debito vnius satisfaciendo pro illo non minuit debitum aliorum Secundo.

ergo a simili viuus faciens suffragia, vt satisfaciat pro pęna debita determinata alicui defuncto satisfaciendo pro illo pęnas non diminuit aliorum.

In oppositum. CONTRA in corpore naturali remediũ adhibitum vni membro viuo redũdat in omnia membra viua. vnde Apost. 1. Cor. 12. si gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra: ergo a simili in corpore mystico ecclesiæ suffragia facta pro vno existente in purgatorio cum sit membrum viuens per charitatem, prodest omnibus alijs existẽtibus in purgatorio.

Item in ecclesia militante, & triumphante cuiuslibet bonum redundat quodam modo in omnes alios: cum ergo congregatio existẽtium in purgatorio sit quasi media inter ecclesiam militantem in terris, & triumphãtem in cęlis, & medium participare debeat per naturam extremorum: suffragia, quæ fiunt determinate pro aliquo existente in purgatorio redundat in omnes alios.

CONCLVSIO.

Omnibus, vna ratione, illi soli, alia.

Responsio. RESPONDEO, ad causandum pœnam concurrit virtus agentis, & dispositio patientis, quia secundum Phy. 2. de anima. actus actiuorum sunt in patiente, & disposito potest: ergo diminui alicuius pęna, vel per diminutionem dispositionis ad patiendum ex parte sustinentis, sicut & per augmentationem cuiuslibet istorum pęna potest augeri. vnde inęqualiter dispositi ad patiendum ab ęquali virtute inęqualiter patiuntur. vnde secundum sententiam Auic. 6. naturalium. lib. 4. c. vlti. multum dispositus ad tristitiam ex modica causa fortiter tristatur, quod autem dictũ est videmus in exemplo: pœna enim magnum onus portãtis diminui potest, vel per diminutionem grauitatis oneris, vel per aliquam confortationẽ virtutis illius qui portat onus, qua minuitur in ipso dispositio ad patiendum ab onere. Sic dico, ꝙ isto duplici modo contingit intelligere diminui pœnam existentium in purgatorio quantũ ad diminutionem pœnę modo primo suffragia facta determinate pro vno tantũ alijs non prosunt, quia sic virtus eorum non attingit nisi illum ad quem terminantur, & quasi applicatur per intentionem agentis, sed modo secundo facta pro vno prosunt alijs, quia misericordia Dei prouidentiæ suffragia facta pro quocunque in purgatorio omnibus alijs innotescunt, & quia sese diligunt ex charitate nec sibi inuicem inuident in aliquo, omnes gaudent de illius pœnæ alleuiatione, pro quo facta sunt suffragia, quodlibet autem gaudium reddit gaudẽtem minus dispositum ad pœnam contristantem, quia secundum sententiam Philosoph. 7. Ethi. c. vlti. cuicunque tristitiæ repugnat secundum formam generis quæcunque delectatio, & ideo mitigat eam, & potest esse ita fortis, quòd totaliter expellit: sed prædictum gaudium in proposito non est tantum, quòd pœnam eorum totaliter expellat nec forte abbreuiat: sed intensionem eius mitigat.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd suffragia facta pro vno mortuo non prosunt omnibus viuis etiam existentibus in charitate quantum ad remissionem pœnæ quocunque prædictorum modorum, quia non in omnibus viuis hoc innotescit. tamen illis quibus innotescit prodest modo secundo quo ad mitigationem pœnæ, quam habent in hac vita, quia existentes in charitate gaudent de vtilitate membrorum suorum, quantum tamen ad meritum prosunt facienti. Facere enim pro defunctis suffragia opus est virtutis, & ideo facienti meritorium est, & in augmẽtum sui præmij in vita ęterna: non prosunt tamen ei per modum solutionis debiti ad remissionem pœnæ cui iam erat obligatus, quia opus ordinatum ad remissionem pœnæ vnius non sufficit ad remissionem pœnæ duorum: prosunt tamen ei ad remissionem aliquam pœnę per modum meriti de congruo. hoc est, quod alij dicunt, ꝙ quo ad hoc prosunt ei ex gratia non ex debito. Et sicut opera facta pro vno existente in purgatorio mediante illo prosunt omnibus alijs quo ad aliquam mitigationem pœnę secundum supradictum modum: sic per hoc, ꝙ facienti prosunt ad meritum ex consequenti prosunt omnibus electis ad salutem quantum ad alicuius pręmij accidentalis augmentum, quia in vita ęterna quilibet de alterius fęlicitate gaudebit. Et præterea cũ Deus propter bonos in multis parcat malis, vt patet Gen. 18. planum est, ꝙ propter merita aliquorum bonorũ multa bona confert aliis bonis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ procedit de diminutione pęnæ modo primo non secundo, quia debitores temporalium non sunt vno communi vinculo colligati, quo vnius absolutio a suo debito redundet in alium secundum modum, quo alleuiatio vnius existenti in purgatorio aliquo modo redundat in alios.

Ad aliam partem. ARGVMENTA ad partem aliam nõ plus concludunt nisi, quòd suffragia specialiter facta pro vno aliquo modo redundant in alios, & hoc est verum secundum aliquem modum, qui superius dictus est.

QVAESTIO III.

Vtrum suffragia pro pluribus facta tantum prosint cuilibet quantum si fierent pro illo solo.

Arg. 1. S. Bon. ubi supra. S. Tho. ubi supra. ET VIDETVR, ꝙ sic: quia sic non magis prodesset alicui pro quo specialiter fiunt, quam alijs: sed hoc videtur falsum, quia cum plura fiant suffragia pro diuitibus, quam pro pauperibus

melioris

melioris essent conditionis diuites, quam pauperes, quod est contra illud Matth. 5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnũ cęlorum.

Secundo. Item Hieronymus dicit, & est de conse. distin. 5. non mediocriter, quòd cum pro cũctis animabus psalmus, vel missa dicitur nihil minusquam si pro vno quolibet ipsorum diceretur accipitur.

Tertio. Item bona gloriæ pluribus communicata non minuuntur singulis: ergo a simili nec bona gratię. suffragia autem bona gratiæ sunt.

In opposi-tum. CONTRA, 17. propositione de causis. omnis virtus vnita est plus, quam virtus multiplicata idest est vehementioris virtutis, vt patet in coniuncto: ergo suffragium pluribus communicatum minoris est virtutis respectu cuiuslibet, quam si ad vnum solum esset vnitum.

Secundo. Item si suffragia facta pro pluribus. tantum valerent cuilibet illorum, quam si pro illo solo essent facta. tũc ille qui tenetur dicere vnã missam pro vno, & pro alio aliam sufficienter solueret debitum si vnam missam diceret pro duobus, quod falsum est.

CONCLVSIO.

Non est vsque adeo veritati consonum propter inde nascentia absurda.

Opi. prapositiui, quod suffragia facta pro pluribus tantũ valent quã si pro uno solo. AD istam quæstionem dixit præpositiuus & sui sequentes quòd suffragia facta pro pluribus tantum prosunt cuilibet quantum si fieret pro illo solo nisi, quòd sibi maior reuerentia fieret. sicut accensa candela pro pluribus, & lectio lecta pro pluribus tãtum quemlibet iuuant quantum vnum iuuarent: si pro eo solo candela accenderetur vel lectio legeretur; sicut enim existens spiritus in qualibet parte sui loci: cuilibet tamen præsens est totus. sic spirituale bonum pluribus communicatum a quolibet totum habetur: alias enim recipienti multos ad participationem suorum bonorum sua bona opera minus essent vtilia, quod falsum est, cum talis receptio opus sit charitatis.

Contra. Alii dicunt contrarium, quia si ita esset, vt dicit opinio prędicta ille qui pro vno defuncto tenetur dicere missam vnam, & vnam pro alio. si diceret vnam pro aliis duobus cuilibet solueret illud ad quod sibi tenetur.

Præterea bonum finitum, quod sufficit ad plenariam liberationem vnius animæ de purgatorio sufficeret ad liberationem omnium animarum ad ęqualem pęnam obligatarum.

Præterea consuetudo ecclesiæ esset inutilis quæ suffragia aliquãdo facit pro specialibus personis, quæ omnia falsa sunt.

Tenendo hanc opinionem dicendum est ad primum in oppositum, quòd suffragia prosunt defunctis & per viam satisfactionis, & cõsolationis. eo, ꝙ per charitatem communem quilibet de bono alterius consolatur. primo modo suffragia facta specialiter pro vno tantum: magis prosunt sibi quã aliis. immo aliis non prosunt de lege communi. modo secũdo adhuc magis prosunt illi, quam aliis. si charitatẽ habet ęqualem, quia cæteris paribus magis gaudet quilibet de bono suo, quam alterius tamen tantam potest alius charitatem habere, quòd plus consolatur de suffragio, quod fit pro alio, quam ille pro quo fit. Quod ergo arguis, quod melioris conditionis essent diuites, quam pauperes cum plura suffragia fiant pro eis, dico, quòd non est inconueniens pauperes simpliciter esse melioris conditionis, quam diuites, quamuis diuites in hoc melioris conditionis sint: iuxta illud Prouer. 13. Redemptio animæ viri diuitiæ suę q̃uis secundũ glo. ibi per diuitias bona opera intelligantur. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ verbum hieronymi debet intelligi de valore per viam consolationis, vt dicunt quidam: sed tamẽ adhuc non videtur verum, quia plus gaudet quilibet de bono proprio, quã aliorum, dico ergo, ꝙ referẽdo aliorũ opinionẽ ibi loquitur Hiero. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, ꝙ nõ est simile, quia gloria respicit vnum bonum omnibus commune, & præsens: sed suffragium gratiæ respicit reatum pęnę in singulis diuersum. *Ad tertiũ.*

Ad exempla, quæ pro opinione prima adducebantur dicendum, ꝙ non valent, quia lumen candele, & vox Doctoris se cõmunicat per naturæ necessitatem: sed suffragia communicantur per suffragantis intentionem. *Ad exempla opi.*

Ad illud etiam, quod tactũ fuit in quęstione scilicet, quòd recipienti multos ad participationem bonorum suorum sua bona opera minus essent sibi vtilia. dicendum, ꝙ non sequitur, quia plus confert sibi illud opus charitatis in bona sua communicando, quam sibi detrahatur. etiam quo ad pęnę suæ remissionẽ de fructu bonorum suorum communicatorũ, & bona etiam sic communicata facienti ea in nullo sunt minus vtilia: sed magis quo ad augmentum præmii in vita ęterna.

QVAESTIO IIII.

Vtrum defunctis prosint suffragia facta a viuis existentibus in peccato mortali.

ET VIDETVR, ꝙ non: Ioã. 9. dicitur, ꝙ peccatores Deus non audit. *Arg. 1. S. Bon q. 2. S. Th ar. 1.* Item opus mortuum: non prodest sed opus factum ab existente in peccato mortali est opus mortuũ, vt superius ostẽsum est: ergo illis pro quibus fit non prodest. *Secundo.*

Tertio. Item opus vniuscuiusque magis valet faciẽti, quam alii: sed opus quod facit homo in peccato mortali nõ valet sibi: ergo multo minus valet alii.

In opposi-tum. CONTRA, nullus fit de alio nec etiam de seipso vtrũ sit in charitate, quia vt dicitur ecclesiast. 9. nemo scit vtrum dignus odio an amore sit: ergo si non prodessent suffragia facta nisi ab illis, qui sunt in charitate nesci-

rent homines quando valerent suffragia, vel non,& sic retraherentur homines a suffragijs procurandis.

Item vt superius ostēsum est.malitia sacerdotis virtutem missæ non minuit.

CONCLVSIO.

Vt viuorum suffragia defunctis prosint, qui ea fieri demandat, eum esse in gratia necesse est.

Responsio. Quādo malorum opera bona prosunt. RESPONDEO, quòd malus faciens aliqua bona opera pro defunctis aut facit ea sicut auctor aut sicut minister. primo modo nō prosunt defunctis:etiam si ea faciat mediante bono ministro:nisi aliquando per accidens: inquantum pauperes boni, vel sancti pro eleemosynis receptis ab illo malo excitantur ad orandum pro illis defunctis pro quibus ille malus eleemosynas illis dedit.Si autem faciat ea,vt minister distinguēdum est,quia vel facit ea,vt minister,publicus Dei, & ecclesiæ: sicut sacerdos qui celebrat missam, vel exequias mortuorum,aut facit ea, vt minister alicuius priuatæ personæ. primo modo dico, ꝙ prosunt defunctis,quia malitia ministri non tollit efficaciam operis boni actoris,vt superius ostensum est:cum tractaretur de sacramentis. Si autem faceret ea,vt minister priuatæ personæ aut illa persona quando sibi præcipit tale opus fieri,& quādo factum est,vel erat in charitate:aut non primo modo dico, ꝙ prosunt ipsis defunctis pro quibus fiunt & hoc siue ille qui mandauit fieri migrauit de hac vita: siue nō,quia hoc opus principaliter ipsius est, qui ipsum fieri mandauit. Si autem persona, quæ fieri demandauit erat in mortali peccato. aut hoc erat quando mandauit fieri: aut quando opus executioni demandatum est. Si primo modo dico, ꝙ illa opera non prosunt defunctis pro quibus fiunt, quamuis fiat in charitate pro illo tempore quo suum mandatum executioni demandatur: nisi tunc illud interim fieri mandet: aut demandationem factam de nouo acceptet, quia opus ipsius non est nisi inquantum ad illud fieri mandat, vel acceptat. Si autem erat in peccato mortali quando demandatur opus bonum executioni sed erat in charitate quando præcepit fieri. dico,ꝙ tunc opera prosunt defunctis pro quibus fiunt,quia maxime sunt a præcipiente ratione illius actus volūtatis, quam habuit quādo ea fieri præcepit.

Ad primū. Luc. 18 AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd verbum illud fuit verbum illuminati cęci a Christo, quod verbum repræhendit Aug. super Io. Homil. 44. vltra medium dicens. Adhuc inunctus loquitur: si enim Deus peccatores non exaudiret frustra ille publicanus oculos in terra demittens, & pectus suum percutiens diceret. Domine propitius esto mihi peccatori.tamen illa exauditio non fit, quia peccator dignus sit: sed ex abundantia diuinæ misericordiæ quo ad subueniendum tamē defunctis de lege communi non exauditur: nisi sicut est in quæstione dictum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum,ꝙ quādo est opus bonum a bono domino quamuis sit per malū ministrum non est mortuum.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum,quòd non plus concludit nisi quòd non valet alijs quando facit opus illud vt actor. sibi tamen si facit aliquo modo valet,vt patet per auctoritatem Augu. in solutione argumenti primi, quamuis sibi non valeat ex condigno: nec ad hoc vt illi operi debeatur substantiale præmium in vita æterna.

Ad aliam partem. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quòd quamuis non sit certum quando suffragia personalia valeant,vel non, non propter hoc debent homines retrahi a procurandis suffragijs:certum est tamen, quòd semper valet missa, & alia bona, quæ facit homo, vt minister ecclesię,& sic patet solutio ad secundum.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum episcopus possit facere testamentum.

Secundo vtrum religiosus.

Tertio vtrum seruus.

Quarto vtrum fatuus.

QVAESTIO I.

Vtrum episcopus possit facere Testamentum.

Arg. 1. OSTENDO, ꝙ quia conueniens est bona pauperū erogari pauperibus, sed bona ecclesiæ sunt bona pauperum quorum episcopi sunt dispensatores. 10. q. 2. episcopus: ergo episcopus de illis bonis potest facere testamentum pauperibus.

Secundo. Item de illis bonis de quibus episcopi in infirmitate constituti possunt facere eleemosynas videntur posse facere testamentum: sed episcopi de suis mobilibus etiam per ecclesiā acquisitis possunt facere eleemosynam. etiam in ægritudine constituti. extra de testamentis. ad hoc: ergo videtur, ꝙ de illis possint facere testamentum.

In oppositum. CONTRA, 12. q. 1. Episcopi quicquid de prouisione ecclesiæ suæ fuerit siue de gregibus siue de frugibus siue de oblationibus omnia in iure ecclesiæ reseruare censuimus.

CONCLVSIO.

De rebus ecclesiasticis Epis. nullo pacto potest testari, licet aliquando de alijs.

Respon. RESPONDEO, ꝙ Episcopus aut habet bona

bona quę sibi proueniunt ex hæreditate vel artificio aut doctrina antequam esset Episcopus, aut non habet nisi redditus ecclesiasticos & mobilia quæ sibi ex illis redditibus prouenerunt de primis bonis, quia illorum proprietas est sua, potest licite facere testamētum: extra de testamentis, quia nos, & c. relatum. 2. §. cæterum, & 12. q. 1. Episcopi si tamen Episcopus ecclesiam læserit damnum ecclesiæ debet de rebus homini resarciri, & de residuo si q̃d fuerit testari potest vt dictum est. De redditibus autem ecclesiasticis, & de mobilibus etiã quę ex illis redditibus prouenerũt, de his quę intuitu seu consideratione ecclesię receperũt non possunt facere testamentum: extra de testamentis: ad hoc & c. sequenti & c. relatum. 2. §. licet nec etiam de his quæ post sui consecrationem acquisierunt, quia talia debent conseruari eidem ecclesiæ, extra eo ti. c. 1. cuius ratio est quia illorũ bonorum proprietas non est sua, sed illorum tantum sunt dispensatores, & administratores in vita sua, quamuis tamen de rebus ecclesiæ non possint aliquid donare iure testamenti, possunt tamen donare de mobilibus causa eleemosynę siue sint sani siue in egritudine constituti etiam mortali.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est idem dispensare, & testari, vnde Episcopis permittitur de illis bonis eleemosynã facere, & non testamentum: extra de testamentis: ad hoc: testatorem enim oportet esse dominum rei de qua re facit eleemosynam: vnde extra eo. ti. quia nos: dicitur in glo. clerici de rebus ecclesię nullum possunt facere testamentum, cum eorum proprietas non sit suã cum solum vsum habeant, sed tantum victu & vestitum contenti esse debent, quod est intelligendum pensato statu, & dignitate personæ, & totum residuum est loco & tempore pauperibus erogandum.

Ad sedm. Ad secundũ dicendum, quòd maior est falsa: vnde extra eo. ti. ad hoc dicitur, quòd clerici de mobilibus quæ per ecclesiam sunt adepti de iure testari non possunt: viuentes tamẽ & sui compotes moderate valet de bonis ipsis non ratione testamenti, sed eleemosynę intuitu erogare in egritudine constituti.

Sed cũ videamus saltem in prouincijs multis, quòd sacerdotes non habentes aliqua mobilia nisi illa quæ prouenerunt eis de suis redditibus ecclesiasticis, legant pro salute animarum suarum de mobilibus suis locis religiosis & pauperibus alijs, & tenent talia legata: & ab illis quibus legata sunt iuste possunt ab executoribus repeti post mortem illius qui legauit, Quęro quo iure teneat ordinatio talis. Nõ enim videtur, ꝙ teneat iure testamenti vt videtur posse probari per decre: supra allegatã nisi forte ex contraria consuetudine arrogatę sunt: neque valet iure donationis inter viuos quia ille qui legauit potest reuocare, quã diu viuit, quod non posset: si esset donatio inter viuos: nec iure donationis causa mortis, quia vt habetur. ff. de donationibus causa mortis l. marcellus. § Paulus. Simile videtur esse de tali donatione, & de testamento: nec iure ordinationis vltimę voluntatis, quia videtur esse simile de illa, & de testamento.

Dubium.

Respon. RESPONDEO, ꝙ tenet ordinatio supra dicta iure piæ & vltimæ voluntatis, & non iure testamenti, quia institutio hæredis fundamentum est totius testamenti. clerici autem cum non sint supradictorum bonorum domini: sed administratores illorum bonorum. hæredem instituere non possunt. Sed quia illa bona debent pauperibus distribui per administratores illos, & etiam alijs, qui eisdem administratoribus honesta exhibuerunt obsequia. Ideo rationabile est, ꝙ de illis bonis prædictis personis delegare valeant, & ꝙ talia legata teneant iure vltimæ voluntatis, dico ergo, ꝙ non est idem ius testamenti, & ius vltimæ volũtatis & ius donationis causa mortis, quãuis inter se habeant magnam similitudinem, vt enim dicitur. ff de dona. causa mor. l. 1. mortis causa donatio est cum quis habere vult se magis quam eum cui donat: magisq; eum cui donat, quam hæredem suum.

Vide panor. in. . . .

QVAESTIO II.

Vtrum religiosus possit facere testamentum.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic. 19. q. 3. petlatum. §. contra dicitur, ꝙ Paulus primus eremita iu testamento colobiũ suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit. tunicã vero Beato Antonio.

Contra. CONTRA, illi qui nihil habent propriũ non possunt facere testamentum: sed religiosi nihil habent proprium extra de statu monac. cum ad monasteriũ. vbi dicitur prohibemus districte in virtute obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: ergo religiosi non possunt facere testamentum.

CONCLVSIO.

Cum tantum de proprijs fiat, non possunt.

Respon. RESPONDEO, ꝙ religiosi cum propriũ non habeant testamentum facere non possunt vnde 19. q. 3. Quia. Quia ingredientibus monasterium conuertendi gratia vlterius nulla fit testandi sententia. sed vt res eorum eiusdẽ monasterij sint aperta legum diffinitione decretum est. ad hoc etiam facit, quod habetur. c. sequenti.

AD argumentum in oppositum dicendũ, ꝙ quamuis Paulus primus eremita fuerit religiosissimus sanctitate, non erat tamen in religionis statu. vnde non est simile de eremitis & de illis qui sunt in statu religionis, vt expresse dicitur. e. c.

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum seruus posit facere testamentum.

ET VIDETVR, ꝙ sic: vxor potest facere testamentum: extra de testamentis. Iudicante, sed vxor est serua mariti, vt enim habetur gen.3. dominus dicit milieri sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: ergo seruus potest facere testamentum.

In opposi- tum. CONTRARIVM, habetur. 13. quæstio. 2. Illud.

Responsio. RESPONDEO, quòd seruus non potest facere testamentum: quia illi qui non sunt sui iuris: sed alieno iuri subiecti sunt, ius faciendi testamentum non habent, quibus non est permissum facere testamentum in principio: sed seruus, & omnia, quæ serui sunt: sunt Domini possesio. secundum phylosophum. 1. libro Politico. dicitur etiam. 13. quæst. 2. illud in gloss. periculum, quod seruus habet Domini est: vnde cum proprium non habeat testamentum facere non potest.

Filiusfamilias etiam testari non potest, etiam si pater permittat: nisi sit miles qui de peculio Castrensi, vel quasi Castrensi testari potest, instituta titulo ante dicto, & dicit filiusfamilias, omnis qui nascitur ex legitimo matrimonio, & nondum est emancipatus. Dr autem peculium Castrense, quod milites in castris, idest, militando acquirunt, & quod occasione suæ militiæ eis datur. ff. de Castrensi peculio, quasi per totum: sed hodie pauci inueniuntur tales milites: quia non seruant conditiones quas illi seruabant. Quasi castrense est, quod filius familias de scientia sua acquirit sicut illud, quod propter aduocationē suam percipit de publico, & sicut illud, quod magister liberalium artium percipit de publico, vel medicus, vel alius quicunque qui publica recipit salaria. C. de inofficioso testamento l. vlti. de talibus enim permittitur filio famil. facere eleemosynas, & condere testamentum: quia in peculio tali pater nihil iuris habet.

Ad argum. AD argumentū in oppositū dicendū, ꝙ vxor proprie loquendo non est serua mariti, quamuis vir sit caput eius in regendo ipsam, & sit administrator, & dispensator bonorum, & sic potest intelligi illud verbum de lib. Gene. allegatū, vir enim dominatur mulieri politice non dispotice: vnde, & partem habet in bonis communibus sibi marito, de qua parte potest facere testamentum.

QVAESTIO IIII.

Vtrum fatuus posit facere testamentum.

CONCLVSIO.

Carens rationis vsu, vel cui interdicta est bonorū suorū administratio testamentū condere non potest.

Responsio. RESPONDEO, quòd distinguendum est de fatuo, quidam. n. dicuntur fatui: nō quia vsu liberi arbitri careant: sed quia nesciunt ita decenter inter homines conuersari sicut suum statum decret.

Alij: quia res suas prodigaliter disipant.

Alij: quia vsu liberi liberi arbitrij careant. Fatuus tertio modo dictus testamentum facere non post, extra de succesio: ab intestato, cum dilectus, & institu. quibus non est permissum facere testamētum. §. furiosi. Illum enim qui facit testamentum oportet esse compotē mentis suæ pro illo tempore quo facit testamentum, fatuus autem secundo modo dictus si pro sua prodigalitate est sibi suorum bonorum administratio interdicta testamentum facere non debet: sed illud quod antea fecerat, quàm interdictio ei bonorum fiat ratū est, instit. titulo supradicto. §. Item prodigus: fatuus autem primo modo dictus testamentū facere potest, multi enim sunt qui quamuis nesciant decenter inter homines conuersari secundum quod statum eorum deceret, qui tamen sua bona temporalia bene sciunt seruare, & moderate distribuere, & vtilitatem animæ suæ procurare.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur quarto.

Primo vtrum aliquod testamentum sit infringendum

Secūdo vtrum personę religiosę posint aliquid in testamento dimitti.

Tertio vtrum testamentum valeat, quod non est factum in præsentia proprij sacerdotis, qui posit haberi, vel superioris, vt officialis, vel Episcopi.

Quarto vtrum sit aliqua determinata forma sub qua oporteat fieri testamētum ad hoc vt sit validum.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum ullum testamentum sit fringendum.

Arg. 1. OSTENDO, ꝙ nō. Voluntas testatoris debet per omnia adimpleri, extra de testamentis. Iudicante. Sed testamentum continet vltimam voluntatem testatoris: ergo quodlibet testamentum debet per omnia adimpleri.

Secundo. Item. 16. quæstio. 1. consideratio ecclesiastice vtilitatis hoc postulat ex iusta dispensatione testatoris seruandum arbitrium, cum ergo secūdum phylosophum. 2. Topicorum, quod nullo addito dicitur simpliciter dici intelligatur, videtur quod vniuersaliter seruandum sit testatoris arbitrium.

CON-

In opposi- tum. CONTRA eadem. quęstio. admonere te volumus ne piæ defunctorũ voluntates, quod absit, tua remissione cassentur, vbi dicit gloss. quod secus si sunt iniuste, ergo testamenta iniusta sunt infringenda.

CONCLVSIO.

Testamentum contra ius naturale, aut diuinum, aut positiuum conditum non est adimplendum, secus vero legitime factum, cum voluntas testatoris per omnia adimpleri debeat.

Responsio. RESPONDEO aut testamentum est rationabiliter factum, ita quod non sit contra æquitatem naturalis iuris: nec diuini nec positiui, & tunc dico, quòd nullo modo est infringendum, & sic procedunt iura allegata ad partem primam, aut est factum contra ęquitatem iuris naturalis, seu contra ius diuinum, vel positiuum, & tunc non est adimplendum: sed quod est ibi superfluum est resecandum, quibus autem modis fiat contra ius determinare non est præsentis negocij. Scio tamen quod testator exhæredans suos hæredes, qui exhæredari non meruerunt dans totum alijs, vel legitimam portionem, quæ debetur hæredibus facit contra ęquitatem iuris naturalis, etiam si det Ecclesiæ 17. quæstione vltim. quicunque. Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat non Augustinum. Et parum post. Quidam cum filios non haberet, nec speraret, res illas oẽs retento sibi vsufructu donauit ecclesiæ, nati sunt filij illi, reddidit Episcopus omnia, ea quæ ille donauerat, in potestate habebat Episcopus non reddere: sed iure fori, nõ iure poli. Ecce videtur hic expresse dicere, quod Episcopus non poterat illa retinere iure poli, idest, quadam naturali ęquitate, vt dicit glo. ibidem, & sic est ius intelligendum ad partem secundam allegatam.

QVAESTIO II.

Vtrum personæ religiosę possit aliquid in testamento dimitti.

CONCLVSIO.

Legatum factum singulari personæ existenti in religione, acquiritur monasterio si bona in communi possidere possit monasterium.

Respons. RESPONDEO, quod legatum factum singulari personæ existenti in religione tenet: sed cum talis persona proprium habere non possit: nec aliquid dare, vel accipere sine superioris licentia, vt habetur. 12. quæstione 1. capit. non dicatis, sibi non acquiritur ius in illo legato: sed monasterio, si est monasteriũ tale, quod licite possit possidere aliquid in communi, vnde monasterium habet ius in repetendo illud legatum. Quæ enim dantur monacho, vel ad ipsum aliquo iusto titulo deuoluuntur: monasterio acquiruntur. 19. q. vlti. Si qua mulier, quasi per totum.

QVAESTIO III.

Vtrum valeat testamentum, quod non est factum in præsentia proprij sacerdotis si possit haberi, vel superioris, vt officialis, vel Episcopi.

ET VIDETVR, quod non. Extra de testamentis. capit. Cum esses. Testamenta, quæ parochiani coram presbytero suo, & tribus, vel duabus alijs personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere: ergo per contrarium videtur, quod si non sint facta coram suo presbytero, quod firma non debeant permanere.

CONTRA, eodem titulo. Relatum dicitur testamentum debere iudicari firmum si factum est coram duobus legitimis testibus, nec fit in aliquo mentio de sacerdote: ergo non oportet, quod fiat in præsentia sacerdotis nec alicuius superioris. In opposi- tum.

CONCLVSIO.

Iure pontificio valet testamentum, quo ecclesia, vel alias locus prius hæres instituitur, si fiat coram duobus, vel tribus legitimis testibus, licet aliæ solemnitates deficiant, idque locum habet non solum in terris Ecclesiæ, sed etiam principum secularium.

RESPONDEO, quod secundum ius commune non est necessarium ad hoc, vt teneat testamentum, quod fiat in præsentia sacerdotis, vel alicuius superioris: sed sufficit secundum ius canonicum, quod fiat coram duobus vel tribus testibus legitimis, quo ad ea, quæ relinquuntur Ecclesiæ, vel alijs pijs locis, vt patet per decreta. ad partem secundam allegatam: vnde quo ad legata intuitu pietatis ad hoc, vt testamentum sit firmum non requiritur illa solemnitas, quam in testamentis leges humanæ vitæ obseruandam decernunt, extra de testamentis. Cum esses, in textu, & in glo. vnde dicit ibidem gloss. in his, quæ pietatis causa relinquuntur minus solemnis voluntas sufficit: quia tamen, vt habetur eodem titulo. Raynutius, in dispositione, vel executione testamenti quandoque consuetudo terrarum, vel ciuitatum præualet iuri, vbi est consuetudo approbata testamenta fieri in præsentia parochialis sacerdotis, vel superioris necessarium est ad hoc, vt teneat testamentum hoc obseruari, si eius præsentia commode possit haberi. Si quæ autem communitates Responsio.

statu-

statuta faciant, vt non valeat testamentū factū intuitu pietatis, & pijs locis, & pauperibus personis coram sacerdote, & duobus, vel tribus testibus idoneis, nisi etiam sint ibi, quarto, vel quinto, de scabinis ville, vel iudicibus principales, per quos tale statutum factum est nisi sufficienter moniti resipiscant excommunicandi sunt, extra eodem titulo. Cum esses, vbi dicitur de testamentis factis coram duabus, vel tribus personis idoneis cum sacerdote, quòd talia testamenta firma decernimus permanere sub in terminatione anathematis, prohibentes nequis huiusmodi audeat rescindere testamenta. In concilio etiam Butyricen. quod tenuit Dominus Simon tunc legatus in regno Franciæ de testamentis sic dicitur, quod ad præsumptionis quorundam conatus damnabiles reprimendos, qui testamenta, vel alias voluntates quocunque nomine censeantur, licet iuste sint facta iuxta canonicas sanctiones tanquam legitimas ante dimittant: sed pro eo reprobant, & impugnant, quod scabini aut seculares iudices præsentes non fuerunt, quando testator suum condidit testamentum, aut aliam vltimam voluntatem, duximus statuendum, quod ipsi cuiuscunque conditionis, vel dignitatis extiterint, qui infra octauo, dies postquam super hoc competenter moniti fuerint ab impedimento huius non duxerint desistendum; anathematis innodantes vinculo ipsos astringi volumus ipso facto.

Ad argum. Ad argumentum in oppositum dicendum, quod illud, quod ibi dicitur de faciendo testamentum coram presbytero non ponitur tanquam necessarium, sed congruum quod patet per decreta. sequentem in qua de presbytero nulla fit mentio: sed tantum de tribus, vel duobus legitimis testibus. Vel potest dici, quòd illa decre. potest intelligi vbi consuetudo terræ talis est.

QVAESTIO IIII.

Vtrum sit aliqua determinata forma sub qua oporteat fieri testamentum ad hoc vt sit validum.

CONCLVSIO.

Secundum iuris canonici dispositionem testamentum saltem quoad ea quæ intuitu pietatis legantur tur pauperibus, & ecclesiis, & alijs locis pijs, nihil aliud requirit, quam quod fiat coram duobus, vel tribus testibus.

Responsio. Respondeo, quod non sufficit enim secundum iura canonica saltem, quantum ad ea, quæ intuitu pietatis legantur pauperibus, & ecclesijs, & alijs pijs locis, quod adsint, tertia, vel secunda, legitimi testes testificantes, vltimam voluntatem defuncti talem fuisse, & ipsum tempore illo compotem fuisse suę mentis, & hoc siue verba testatoris fuerint scripta siue non, quamuis ad maiorem certitudinem tutius sit, quod testator vltimam suam voluntem faciat scribi, & sigillo autentico roborari, & quod non sint necessaria verba precisa sub quibus verbis factum valeat, & non aliter patet, dicitur enim extra de testamentis, cum tibi, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositione dimittit non videtur decedere intestatus: sed secundum gl. ibidem hoc est de benignitate canonica. Quia tamen fraudes conualescunt in mundo, & defuncti in hoc mundo paucos, vel nullos veros habent amicos, & hæredes proni sunt ad impediendum ne vltimæ voluntates morientium executioni demandentur, ideo testamentum, seu ordinatio vltimæ voluntatis fieri debet certiori, & firmiori modo, quam posśit fieri.

Et nota, quod incaute faciunt testatores, qui sunt contenti sigillo, & testimonijs executorum suorum, quando sunt pauci: quia hæredes excipere possunt cōtra testimonium eius qui esset institutus ad agendum in repetendo bona testatoris: quia idem nō debet esse actor & testis in eadem causa.

Alij tamen executores, nisi alia rationabili causa impediat non sunt a ferendo testimonio repellendi. Argumentum ad hoc extra de testibus, Insuper, ibi enim Dominus Papa priori, vel fratribus sanctæ Trinitatis sic dicit. Statuimus, vt liceat vobis in causa ecclesiæ vestræ ferre testimonium, dummodo vnus vel duo ex vobis ad agendum, & respondendum instituātur, quorum testimonium in causis, in quibus actores sunt instituti non debent admitti, simile habetur infra eodem titulo, cum nuncius, & 14. quæstio. 2. super prudentia, cuius ratio est, vt dicit gloss. ibidem, quia causa ecclesiæ non est proprie causa singulorum. Vel potest dici, quod hoc institutum est in fauorem piarum causarum. Ex his argue a simili ad propositum, executio enim piæ vltimæ voluntatis defuncti est pia causa, nec est proprie causa executorum: sed defuncti. Quod etiam testator posśit hæredibus imponere pœnam si contrauenire præsumpserint orditioni suæ vltimæ voluntatis, habetur extra de testamentis, Raynaldus, dum tamen non sit turpe, vel inhonestum, quod præcipit testator. Nota, quod etiam legatum in testamento ab hærede potest peti si nō sint alij executores, vt habetur in capit. prædicto, & sicut dicitur extra de testa. Si hæredes. Si hæredes iussa testatoris non adimpleuerint ab Episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est canonicę interdicatur cum fructibus, & cæteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.

ARTI-

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER queritur de quinto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum religiosi posſint eſſe executores teſtamentorum.

Secundo vtrum religioſi exempti poſſint ab ordinarijs conueniri ratione executionis.

Tertio vtrum executores teſtamentorum teneantur infra annum illam executionem implere.

Quarto vtrum dilatio executionis in aliquo præiudicet animæ teſtatoris.

QVAESTIO I.

Vtrum religioſi non poſſunt eſſe executores teſtamentorum.

Arg. 1. QVOD OSTENDO, quod non. Religioſus ſine licentia prælati ſui ſe obligare non poteſt: ſed qui recipit executionem teſtamenti ſe obligat ad exequendum: ergo religioſi executores teſtamentorum fieri non poſſunt.

Secundo. Item. 2. ad Thimo. 2. Nemo Deo militans ſe implicet ſecularibus negocijs. Et decre. diſtinct. 53. Qui in religione ſeculariter viuunt non fugiunt ſæculum: ſed mutant. Sed oportet executores teſtamentorum ſe multis negociis ſecularibus implicare: ergo religioſi non poſſunt executores teſtamentorum.

Tertio. Item extra ne clerici, vel monachi. Sacerdotibus, & clericis tuis annuncies publice, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorũ procuratores exiſtant: ſed teſtamenti executor eſt quaſi rerum mortui procurator: ergo videtur quòd nec clericus, nec religioſus poteſt eſſe teſtamenti executor.

In oppoſitum. CONTRA, multi religioſi executores ſunt, & eccleſia ſcit, & non repræhendit: ergo executores fieri poſſunt.

CONCLVSIO.

Religioſus de licentia ſuperioris ſui poteſt eſſe teſtamenti executor.

Reſponſio. RESPONDEO, quod religioſus, aut eſt licentiatus a ſuo ſuperiori, vt poſſit fieri executor teſtamenti, aut non, ſi primo modo, dico, quod poteſt fieri executor, & vt in pluribus eſt vtile animæ teſtatoris: quia in executione maxime attendenda eſt fidelitas, quæ perfectius in religioſis, quam in ſecularibus debet vigere, ſi autem non eſt licentiatus, tũc dico, quod ſi intret in executione alicuius teſtamenti, vt executor peccat: quia facit, quod facere non poteſt de iure, vt bene concludebat prima ratio ad primam partem. Facit etiã præiudicium animæ teſtatoris: quia talis a volentibus impedire poſſet in iudicio per exceptionem repelli tanquam ille in quem non cadebat exequendi poteſtas, propter hoc caute facerent religioſi qui de licentia ſui ſuperioris fiunt executores ſi acciperent ſuper hoc literam ſui ſuperioris, vt poſſint facere fidem, quod licentiati ſunt, ſi contrarium obiiceretur eis ab illis, qui vellent executionem impedire.

EX dictis patet ſolutio ad primum in oppoſitum. Ad primũ.

Ad ſecundum dicendum, quod eſſe executorem non computatur inter ſecularia negocia: quia opus eſt pietatis, ordinatur enim ad adiuuandum animas defunctorum, ſecularia autem negocia, quæ religioſis interdicuntur habes expreſſe extra ne clerici, vel monachi. capitul. 1. Ad ſecundum.

Ad tertium dicendum, quod magna differentia eſt inter curatorem, & executorem, procurator enim eſt qui negocia aliena mandato ſibi a domino facto gerenda gratuito ſuſcipit, & in iudicio adminiſtrat negocia plura, vel vnum: vnde procuratores ſunt qui res dominorum viuorum adminiſtrant ad temporalem eorum vtilitatem, executores autem mortuorum diſtribuunt ad animarum vtilitatem. Ad tertiũ.

QVAESTIO II.

Vtrum religioſi exempti poſſint ab ordinarijs conueniri ratione executionis.

CONCLVSIO.

Religioſi teſtamentorum executores habentes exẽptionem non poſſunt ratione executionis conueniri à locorum ordinarijs ſi adeo exempti ſint, vt præter cõmunem exemptionem ſpeciale quoque priuilegium habeant, quod eorum libertati nullum importetur præiudicium, ſi vero communem tantum exemptionem habeant poterunt ordinarij eos in executione deficientes conuenire.

Reſponſio. RESPONDEO, aut illi religioſi exempti non habent niſi exemptionem communẽ, aut vltra hoc habent exemptionem ſpecialẽ, ſeu ſpeciale priuilegium, quod conueniri nõ poſſint ab ordinariis ratione delicti: nec ratione contractus, nec ratione rei de qua agitur. Si non habent, niſi exemptionem communem, dico quod poſſunt conueniri ab ordinariis ratione executionis ſi de illa non faciunt, quod facere debent: quia ſic exempti conueniri poſſunt ab ordinariis locorum ratione delicti, ſiue contractus aut rei de qua inter ipſos agitur, extra de exceſſio. priuileg. Quanto. §. nolentes. Si autem vltra exemptionem communem priuilegium habent, quod per decre. immediate allegatam nullum præiudicium fiat libertati eorum, adhuc dicunt

aliqui

Opi. quadã. aliqui, quòd ratione executionis possent conueniri coram ordinarijs locorum: quia non possunt de iure recipere executionem, nisi de licentia superiorum suorum: & cum superiores licentiant eos ipso facto videntur eos quo ad illud negocium submittere potestati ordinariorum, cum de iure communi pertineat ad ordinarios sollicitudo, & cura, vt piæ vltimæ voluntates defunctorum fideliter executioni demandentur, & impleantur, extra de testamentis. Nos quidem, vbi dicitur, quòd secundum pijssimas leges dilatas defunctorum pias voluntates Episcopali decens est studio adimplere.

Contra. Sed hæc opinio non mihi placet, pari enim ratione dici posset, quod si superiores darent eis licentiam faciendi aliquem contractum in loco non exempto, quod ipso facto quo ad hoc submitteret eos potestati ordinarij loci, quod tamen non est verum: quia iam positum est, quod vltra communem exẽptionem priuilegium habent, quod conueniri coram ordinarijs non possunt, nec ratione rei de qua contra ipsos agitur.

QVAESTIO III.

Vtrum executores testamentorum teneantur infra annum executionem complere.

CONCLVSIO.

Testamentorum executores si habeant in promptu bona testantis tenentur infra annum executionem complere, nisi aliud testator ipse ordinauerit.

Responsio. RESPONDEO, quod aut testator tempus determinat infra, quod vult testamentum esse completum, aut non, si sic, non tenentur executores tentione necessitatis vsque ad illud tempus testamentum complere, nisi viderent citius explendo se posse facere animæ defuncti vtilitatem maiorem, tunc enim, & si in foro iudicij compelli non possent ad citius implendum, tamen ad hoc conscientia deberet eos compellere: quia supponendum est, quod voluntas defuncti fuit, vt illo modo, & illo tempore testamentum implerent quo esset expedientius animæ suæ. Si autem non determinat tempus infra, quod velit testamentum impleri, tunc distinguo: quia aut executores habent libere bona de quibus possunt statim testamentum implere, aut non habent, si habent, dico, quod implere tenentur, quam citius possunt: quia debitores sunt illis quibus legata facta sunt, & sicut dicitur. ff. de regulis iuris. In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur præsenti die debetur.

Præterea, quanto citius testamentum impletur tanto citius anima defuncti alleuiatur, vt patebit in sequenti quæstione: vnde illi executores qui penes se habent in promptu, & libere bona de quibus cito possunt testamentum implere, & per longum tempus tardant suam executionẽ cõplere, necatoribus egẽtiũ comparãtur. 13. q. 2. Qui oblationes el 2. Qui oblationes defunctorum, aut negant ecclesijs, aut difficile reddunt tanquam egentium necatores excommunicentur, & secundum gloss. ibidem hoc non intelligitur de oblationibus voluntarijs: sed de illis bonis, quæ relicta sunt ecclesijs, & capit. sequenti dicitur. Qui oblationes defunctorum retinent, & illi qui ecclesijs tradere demorantur, vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi, executores etiam si illa bona retinent pro seipsis sunt sicut fures, & raptores. eod. capit. & velut necatores pauperum ab ecclesijs debent excludi quousq; reddant. eadem, quæstio. Clerici, & sacrilegium committunt. 17. quæstio. 4. Sacrilegium: vnde si executores infra annum saltem ammonitione Episcopi pias voluntates defunctorum non implent cum possent si vellent, per Episcopum debent impelli, extra de testamentis. Nos quidem, & capit. Tua nobis, in gloss. & capit. Ioannes, in textu. Si executores non habeant bona in promptu de quibus possint infra annum testamentum implere, nõ credo, quod propter hoc deuoluatur post annum potestas eorum ad Episcopum, tenentur tamen facere, quod in se est, vt bona habeant, & habita debent distribuere, quàm citius possunt.

QVAESTIO IIII.

Vtrum dilatio executionis in aliquo præiudicet animæ testatoris.

Arg. 1. ET VIDETVR, quod non. 24. quæstio. 2. nec quisquam, de Deo qui in diuino est iudicio constitutus nobis fas non est aliud decernere prẽter illud in quo eum dies supræmus inuenit: ergo testator, siue sui executores exequantur ordinationem suæ vltimæ voluntatis, siue non, non propter hoc habebit, nisi bonum, vel malum, quod sibi debebatur pro illo statu in quo eum supræmus dies, idest, dies mortis inuenit.

Secundo. Item si bonus homo mittat eleemosynam per suum seruientem cuidam pauperi, si seruiens ille eam non dederit: sed eam ex malignitate in aquam proiecerit, seu sibi retinuerit, non propter hoc minuitur meritum illius, qui eleemosynam dari præcepit: ergo a simili propter malitiam executorum non minuitur meritum testatoris qui bona sua præcepit per eos pauperibus distribui: ergo, siue executores distribuant, siue non, siue distribuere tardent,

dent, non propter hoc peius, vel melius anima testatoris habebit.

In opposi-tum. CONTRA, operatio exterior vltra bonitatem actus interioris valet ad aliquod accidentale præmium, vt superius visum est: ergo a simili executio vltimæ, & piæ voluntatis testatoris vltra bonam voluntatem, quam habuit in præcipiendo sibi aliquid prodest ad animę suę alleuiationem, qui ergo non exequuntur, aut exequi tardant animæ testatoris præiudicant.

CONCLVSIO.

Dilatio executionis dispositionis defuncti potest in aliquo præiudicare animæ eius ita, vt maiorem in purgatorio pœnam ipsa patiatur, quàm si absque dilatione executio completa fuisset, ex quo patet grauiter peccare executores, qui executiones huiusmodi sibi commissas non complent, quàm citius possunt.

Responsio. RESPONDEO, quod dilatio executionis in aliquo præiudicat animæ testatoris: cuius duplex est ratio. Vna, quia quanto citius Ecclesiæ, & pauperes quibus legatum est recipiunt illud, quod testator eis legauit tanto feruentius, & citius orant pro anima defuncti, & orare tenentur, & quanto tardius recipiunt, quod eis legatum est, tanto tepidiores sunt ad orandum, & magis tardant orare pro anima defuncti acceleratio autem feruentium orationum pro anima defuncti multum valet ad eius alleuiationem, & celeriorē expeditionē.

Alia ratio est: quia sicut defuncti in charitate aliquid purgabile secum portantes in hac vita meruerunt, vt eleemosynæ si pro eis dentur eis prosint non ad augmentum gratiæ: sed ad alleuiationem, & abbreuiationem suæ pœnæ, & ideo quanto testamentum suum citius executioni demandatur, tanto citius alleuiatur, quanto tardius executio sui testamenti completur tanto tardius cæteris paribus incipit alleuiari, & tardius liberatur, si tamen legata sua nunquam soluerentur, nec forte facta sua, quæ præcepit emendari per executores emendarentur, nec debita sua, quæ solui præcepit per executores soluerentur, non tamen propter hoc perpetuo remaneret in pœna, quamuis propter hoc multo tardius liberaretur a pœna.

Ex dictis patet, quam grauissime peccant, & magnam proditionem, & illegalitatem faciunt executores qui executiones testamentorum sibi commissas non complent, quàm citius possunt opportunitate habita competenti.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod illud verbum intelligitur de quodam hæretico: qui in sua hæresi decesserat, & tali mortuo, & cuicunque in peccato mortali decedenti nihil prodest, quod postea pro eis fiat: vnde vsurarij, qui in condendo testamentum præcipiunt, vt sui executores restituant post mortem suam illis a quibus acceperunt vsuras, & nolunt, quod fiat restitutio quamdiu viuunt: sed intendunt illa bona retinere si de infirmitate euadunt non prodest ad salutem animæ suæ testamentum, quod faciunt: quia tales in mortali peccato decedunt, quāuis in peiori statu morerentur si nollēt, quod etiam post mortem suam restituerentur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod quamuis non minuatur meritum mittentis, quantum ad impetrationem gratiæ, tamen minuitur, quantum ad remissionem pęnę, maxime: quia si ille pauper eleemosynam recepisset feruentius oraret pro eo, & magis teneretur orare.

ARTICVLVS VI.

CONSEQVENTER quęritur de sexto principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum mortuis proficiat sepultura corporum suorum.

Secundo vtrum proficiat viuis sepultura mortuorum.

Tertio vtrum licitum sit cuilibet eligere se pulturam in quocunque loco sacro voluerit.

Quarto vtrum funeralia illius qui eligit alibi, quam in sua parochia sepeliri, debeant esse suæ parochialis ecclesiæ, vel illius in qua sepelitur.

QVAESTIO I.

Vtrum mortuis proficiat sepultura suorum corporum.

Arg. 1. OSTENDO, quod non: Augu. lib. de cura pro mortuis agenda, non multum post principium curatio funeris, conditio sepulturæ, pompę exequiarum magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum.

Secundo. Item, eodem lib. quasi in medio loco inter principium, & medium dicitur de corporibus martyrum quorundam expositis canibus, quod non ob aliud credendum est diuinitus fuisse permissum: nisi vt discerent Christiani in confitendo Christum dum contemnunt hanc vitam multo magis contemnere sepulchrum: sed quod prodest contemni non debet.

In opposi-tum. CONTRA non est probabile, quod frustra fuerit deuotio sanctorum hominum: sed in sacra reperitur scriptura de sanctis patribus, quod solliciti fuerunt de loco sepulturæ suæ, vt patet in Gene. de Abraam Iacob, & Ioseph. Illa autem sollicitudo frustra fuisset, nisi sepultura prodesset, vt videtur.

Item impijs nocet sepeliri in loco sacro.

13.q.2.Quibus, & c.sequenti, ergo per contrarium prodest pijs.

CONCLVSIO.

Licet mortuis sepultura corporum suorum per se non prosit, per accidens tamen adiumento illis esse potest dum viuentes sepulchra inspiciendo memoriam eorum retinent, & pro ipsis orantur, nec non ipsi defuncti alicuius sancti patrocinio committuntur.

Responsio. RESPONDEO, quòd mortuis in charitate decedentibus aliquid purgabile secum deferentibus prodest sepultura corporum suorum non per se: sed per accidens, inquantum, scilicet, inspicientes sepulturam memoriam retinent defunctorum, vt pro eis orent. Vnde August. lib. de cura pro mortuis agenda, inter principium, & medium. Monumentum eo, quod moneat mentem, idest, admoneat nuncupatur: sed vltra hoc prodest sepultura in loco sacro, inquantum sepeliens mortuum alicuius sancti patrocinio committit cuius precibus credendum est adiuuari, & quia cæteris paribus ex diuina ordinatione triumphans ecclesia specialiter orat pro illis qui in loco sacro sunt sepulti, & quia illi qui loco illi deseruiunt tenentur cæteris paribus pro illis frequẽtius, & specialius orare, & his concordat August. lib. prædicto parum ante auctoritatem allegatam, vbi dicit de sepultura, & his, quæ fiunt in sepulturis: quia ad hoc valent mortuis, vt dum viui recolunt vbi sunt posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tãquam patronis susceptos apud Dominum adiuuando, & orando commendant. Luminaria etiam panni, & alii sumptus, qui fiunt in sepulturis mortuis prodesse possunt per accidens inquantum per talia homines excitantur ad compatiendum, & per consequens ad orandum pro eis, & inquantũ pauperes etiam fructum capiunt, & ecclesia propter Deum honoratur, & sic Thob. 12. Sepultura inter cæteras eleemosynas computatur.

Ad primũ. Ex dictis patet faciliter via soluendi argumenta ad vtranque partem prima enim auctoritas Aug. ad partem primam allegata intelligenda est de profectu per se.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod non est intelligendum, quod sepulchrum contemni debeat absolute: sed quod propter timorem carendi sepultura nõ debent Christiani in Christi confessione trepidare.

Ad primũ. Alterius partis. AD PRIMVM ad partem aliam dicendum, quod sancti patres fuerunt solliciti de sepultura corporum suorum scientes, quod eis poterat per accidens prodesse, & etiã aliis vt ostendetur in quæstione sequenti.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod impio non nocet sepeliri in loco sacro, nisi inquantum hanc sepulturam sibi indignam propter humanam gloriam procurauit: vnde ex argumẽto non concluditur, ꝙ sepultura corporũ piis animabus prosit per se, nec eis nocet quicqd homines inimici faciunt de corporibus eorũ vt expresse dicit Aug. 1. de ciui. c. 13. probans hoc per illud Saluatoris. Nolite timere eos q occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant.

QVAESTIO II.

Vtrum proficiat viuis sepultura mortuorum.

ET VIDETVR, quod non. Facere opus, quod alii est vtile per accidẽs non est meritorium facienti: quia opus malumquandoq; per accidẽs prodest: sed sepultura corporum non prodest animabus, nisi per accidens, vt in præcedenti quæstione dictum est: ergo viuis sepelientibus non prodest sepultura mortuorum. *Arg. 1.*

Item facere sumptus in opus minus vtile, qui fieri possent in magis vtile facienti non prodest: sed expensæ, quæ fiunt in sepulturis mortuorum possent fieri in opus vtilius, scilicet, si pauperibus darẽtur: ergo videtur, quod talia facere facientibus non prodest. *Secundo.*

CONTRA, Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda, longe post principium Thobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse teste angelo commendatur, vt habetur Thob. duodecimo. *In opposi- tum.*

CONCLVSIO.

Sepultura corporum defunctorum prodest tum viuis ea sepelientibus tum etiam aliis.

Responsio. RESPONDEO, quod sepultura corporum prodest viuis sepelientibus, & aliis, quia tale opus fidem resurrectionis astruit, vt dicit Augustinus, libro præallegato parum post locum prædictum, homines etiam ad faciendum eleemosynas excitat. Vnde August. primo de ciuita. cap. 13. dicit, quod in hoc salubriter dicitur quanta posit esse remuneratio pro eleemosynis quas viuentibus, & sentientibus exhibemus. Si nec hoc apud Deũ perit, quod ex animis hominum membris officii diligentiæ, quod persoluitur, subuenit etiam in aliquo animabus defunctorum secũdum modum qui in præcedenti questione dictus est, certum est autem, quod facere opus, quod fidem resurrectionis astruit, & largitionem ecclesiarum commendat, & animabus defunctorum subuenit facientibus prodest. Sepelientes etiam funera suis corporibus, & aliorum viuorum prosunt, inquantum præseruant aerem ab infectione cadauerum, qua viuorum corpora possent infici, & hoc cum bona fit intentione opus est misericordiæ, & ex consequenti

quenti animabus hoc facientium prodest.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ opus prodesse alij per accidens dupliciter potest intelligi, aut quia est pure passiua occasio vtilitatis illius, quia ex se magis ordinatur ad defectum, quamuis homo ex bonitate sua inde illius vtilitatem eliciat, & tale opus facienti non prodest, sed obest. Alio modo, quia quamuis non sit per se causa vtilitatis tamen ordinatur ad inducendum homines ad faciendum alterius vtilitatem, & tale opus prodesse potest facienti, tale autem opus est mortuos sepelire.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior falsa est nisi intelligatur si faciat sumptus in opus minus vtile sub ratione qua minus vtile, non.n. peccat homo faciendo bonum eo ipso, ꝙ non fiat maius cum possit facere, non enim tenetur homo de necessitate facere omne bonum quod potest: faciens autem sumptus in sepultura quos posset alibi melius collocare non facit eos inquantum est opus minus vtile, sed inquantum est vtile: debet tamen fieri secundum quod recta ratio dictat omnibus debitis circunstantijs obseruatis.

QVAESTIO III.

Vtrum licitum sit cuilibet eligere sepulturam in quocunque sacro loco voluerit.

Primum. ET VIDETVR, ꝙ sic extra de sepul. c. 1. Nulli negamus propriã eligere sepulturã, & etiã alienam: dñs .n. & Magister alienam eligit vt propriã.

Secundum. Item 13. q. 2. Ebron. in fine: vbi quisq; tumulandus sit legibus expressum non est: & ideo in voluntate tumulandi consistit.

Tertium. Item vnicuiq; habenti proprium licitum, est condere testamentum: vnde 19. q. 3. Perlatum. §. contra. dicitur ꝙ Paulus primus eremita in testamento colobiũ suum, Athanasio Alexandrino episcopo reliquit, tunicam vero beato Antonio, sed quilibet habet suum corpus proprium: ergo de illo facere potest testamentum eligendo sepulturam.

Quartum. Item cuilibet licitum est facere, illud quod est ad salutem animæ suæ, sed eligere sepultũram in loco religioso videtur proficere ad salutem animæ eligentis: ergo licitum est cuilibet hoc facere vt videtur.

In oppositum. CONTRA, 13. q. 2. Facultates. §. Sicut: cõiugati in vno sepulchro videntur esse ponendi: ergo vxori non est licitum, eligere sepultũram alibi quam vbi iaceat suus maritus.

Secundum. Item omnia quę sunt serui sunt domini, sed seruus non potest condere testamentum: 11. q. 2. Illud: ergo cum corpus serui sit in domini potestate, quia ipsum vendere potest, non licet sibi sine consensu domini, sui corporis sui eligere sepulturam.

Tertium. Item extra de sepul. c. 1. Statuimus vnumquemq; in maiorum suorum sepulchris iacere vt patriarcharum exitus docet: ergo nulli licet alij eligere sepulturam.

Quartum. Item nulli licet alicubi eligere sepulturam nisi bonum sit, sed si aliquis ad aliquod bonum faciendum inducatur fraude, vel dolo, non propter hoc irritari debet illud bonum, ad quod inductus est ille: hæc .n. pia fraus vocatur, sed vt habetur extra de sepul. In nostra: si aliquis fraude, vel dolo inductus fuerit ad eligendum sepulturam alibi quam in sua parochiali ecclesia, per hoc non præiudicatur parochiali ecclesiæ: ergo eligere sepulturam alibi quam in sua parochiali ecclesia, non est bonum, & ex consequenti non licet.

CONCLVSIO.

Quilibet adultus mentis compos potest libere in loco religioso, cui competit iure vel priuilegio ius funerandi, sepulturam eligere, Qui vero sepulturam non eligunt sepeliẽdi sunt in locis, in quibus iure uel consuetudine sepeliri solent sepulturã non eligentes.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ quilibet adultus compos suæ mentis libere potest, vbicunq; voluerit in loco magis religioso eligere sepulturã: & locum magis religiosum voco illũ in quo frequentius, & honestius, & deuotius pro viuis, & mortuis celebratur, & talia sunt loca in quibus sunt cõuentus religiosorũ fratrũ extra de sepul. Fraternitatẽ, & dico adult⁹, q͂a infra annos cõstitutis nõ licet eligere sepulturã: extra de sepul. In nr̃a: in textu, & in glo. pr̃ tñ ei põt sepulturã eligere, dũmodo, & ipse ibi eligat sepulturã: cõsuetudini tñ loci relinquẽdũ est: extra de sepul. De vxore: in glo. & dico cõpos suæ mentis: q͂a qui non est cõpos suæ mentis nõ põt sepulturã eligere sibi: extra de success. ab intestato: cũ dilectus: dico in loco magis religioso, quia si in loco minus religioso eligat q̃ sit ille in quo in infirmitate cõstitut⁹ sua recipit sacra, videtur hoc facere ex odio vel sp̃bia, vel aliqua alia temeritate, sed nulli licet temeritate ꝓprij arbitrij ĩ alia ecclesia sepulturã eligere q̃ in illa cui vsus parentũ antiquorũ canonica institutione subiacere ꝓhibetur: 13. q. 2. Placuit. Huic opinioni ẽt cõcordat illud qđ hr̃ extra de sepul. Fraternitatem.

Adultus et mentis compos vbilibet in loco religioso eligere põt sepulturam.

Gotfredus. Gotfredus tñ dicit, ꝙ eligi põt sepulrura ẽt in loco minus religioso, dũ tñ ille q̃ eligit nõ fecerit hoc ex illectione alteri⁹ aut ex odio vel contẽptu ꝓprij sacerdotis, & relinquat parochiali ecclesię legitimã portionẽ, & opinionẽ suã confirmat ꝑ illud qđ hr̃ extra de sepul. In nr̃a. Sed siue ista opinio sit verior q̃ prima siue nõ, certũ est tñ ꝙ eps in minori, & minus religiosa ecclesia eligere põt sepulturã. 12. q. 2. Bone: cuius rõ est: quia ꝑꝑ reuerentiã, & dignitatẽ officij sui p̃sumit̃ ꝙ ꝑꝑ sepulturã sui corpis sublimabit̃ illa ecclesia, & magis religiosa reddet̃.

Doctor. Videt̃ ẽt mihi ꝙ hodie vnicuiq; cui licitũ ẽ eliger̃ sepulturã liberũ sit ex cõsuetudine eligere eã ĩ quocũq; loco voluerit cui cõuenit i⁹ funerãdi ex iure cõi vel priuilegio dũ tñ suã parochialẽ ecclesiã ĩ aliquo r̃spiciat

secundum patriæ morem. si tamen dimittat locum magis religiosum, pro minus religioso non bene facit, nisi forte magnitudo deuotionis quam habet ad illum ex aliqua speciali causa recompenset; indigena autem qui sepulturam non eligit sepelietur cum propinquis, vel vbi decimas persoluebat, 13.q.2. vbicunq; temporum. semper tamen consuetudini standum est; peregrinans autem in aliam religionem ibi sepeliatur vbicunq; elegerit sepulturam, dum tamen sit locus cui conueniat ius funerandi ex iure communi vel priuilegio, 13. q. 2. Placuit. si autem sepulturam non eligat sepeliri debet in illa parochia in qua in infirmitate mortis, constitutus sua recepit sacramenta, 13.q. 2. Vbicunque in glo. & extra, de sepulturis. In nostra.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa auctoritas est intelligenda, exceptis illis qui in corpore quæstionis excepti sunt.

Ad secundum. Ad secundum simili modo dicendum est, ꝙ tñ dicitur ibi non esse expressum vbi quisque tumulandus, sit corrigitur per illud quod habetur: supra ea.q.1.c.1. & infra ea. q. Vbicunq;, & ca. Placuit.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ religiosi proprii corporis potestatē non habent: corpus .n. eorū est, in potestate suæ religionis. Paulus .n. primus eremita, quãuis fuerit religiosissimæ sanctitate, non tamē erat in religionis statu.

Ad quartū. Ad quartum dicendum, quòd qui aliquid in alterius præiudicium, facit in hoc non facit, vtilitatem animæ suæ: vnde si vir intret religionem inuita vxore non faceret vtilitatem animæ suæ; si autem religiosus alibi eligeret sepulturam in sua religione præiudicaret suæ religioni, in potestate cuius est corpus suum, & ideo non faceret vtilitatem animæ suę: simil liter dico de quocunq; qui sepulturam eligeret contra consuetudinem, & ius commune.

Ad primū alterius partis. AD PRIMVM ad partem secundam dicendum, ꝙ illud verbum intelligendum est, quando vxor sepulturam non eligit: tūc enim sepeliri debet, vbi sepultus est, suus maritus, & si plures habuit sepeliri debet, vbi sepultus est vltimus. Aliqui tamen dicunt illud verbū esse consilium non præceptum: vnde si maritus sepultus est, extra parochiam illam in qua vxor in infirmitate mortis constituta sua recepit sacramenta, si non eligat sepulturam nō sepelietur cum viro suo, sed in parochia illa, nisi loci vel patriæ obsteterit consuetudo, ꝙ autem mulieri licitum sit alibi sepulturam eligere quam cum viro suo, etiam sepulto in parochia, in qua ipsa moriens sua recipit sacramenta, patet extra de sepul. De vxore: vbi dicitur: de vxore vero vtrum quemadmodum vir liberam habere debeat sepulturam nobis videtur, ꝙ nulla super hoc inter virum, & mulierem sit facienda distinctio, sed vtriq; in casu isto æqualem esse credimus facultatem, cū electio ista ad eum, post statum pertineat in quo mulier soluitur a lege viri.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis seruus non possit condedere testamentum sine consensu domini, tamen eligere potest, sepulturam. 13.q.2. Illud. §. Quia ergo: illa .n. electio ad illum statū pertinet, in quo seruus soluitur a legé domini sui temporalis, simili modo videtur opinari quo ad hoc dominus Hostien. de religioso allegans illud quod dicitur extra de exces. prælatorum. Nimis iniqua; quia vt dicit ipse illa electio ad illud tēpus pertinet, in quo religiosus a iugo obedientiæ absoluitur.

Hostiensis.

Contra. Sed in contrarium videtur, esse consuetudo rationabilis, quia qui proprie voluntati renūciauit q̄ in homine maius est, nō videt, ꝙ ordinādi de corpore suo retinuerit potestatē.

Præterea ꝓbabile est, ꝙ illi de monasterio suo magis erūt solliciti de anima eius q̄ alij.

Præterea, si alibi eligeret sepulturam scādalizaret monasterium suum. Illa autem decretalis quam allegat Hostien. pro sua opinione loquitur contra illos, qui volebant ꝙ religiosi sepelirentur in parochiali ecclesia: vnde non multum facit ad propositū suum, quia sicut dicitur decre. dist. 29. Sciendum, ex persona tempore, & loco, & causa regulæ canonice debent intelligi.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ hoc intelligit de illo qui non elegit sepulturam, quod patet: qa immediate subiūgitur. Nulli tñ negamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ aliquando aliquid est homini licitum, & bonum, si hoc faciat ex libera voluntate, quod non esset bonū nec licitū, sibi facere ꝑ inductiones dolosas: sicut in multis casibus exēplificari posset.

QVAESTIO IIII.

Vtrum funeralia eius qui elegit alibi quam in sua parochia sepeliri, debeant esse suæ parochialis ecclesiæ, vel illius in qua sepelitur.

CONCLVSIO.

Licet quælibet, vt in proximo articulo conclusum fuit, possit alibi quam in sua parochiali Ecclesia eligere sepulturam, ecclesia tamen parochialis debet habere funeralium canonicam portionem, quæ varia esse pōt secundū varia, & noua iura, ac diuersa priuilegia, nec non diuersas locorū cōsuetudines.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ parochialis ecclesia de funeralibus illius defuncti debet habere, portionem canonicā. 13.q.1. Ecclesias, per totum, etiam si ille religionem intret existens in infirmitate de qua moritur: extra de sepul. De his: est autē canonica portio accipiēda sm̄ cōsuetudinē terrarū vt vitet scādalū, qđ pōt ex hoc argui, qa diuersa copula diuersimode taxat canonicā portionē: dicit .n. extra đ sepul. c.1. ꝙ illa portio đberēe tertia pars, & c. sequēti dr̄ ꝙ debet ēe media pars, & c. In nr̄a, dr̄ ꝙ debet esse quarta pars, vtrum ēt canonica portio

Recurre de his ad noua iura & priuilegia tantumq; consuetudines.

tio se extendat ad allegata dicunt aliqui ꝙ sic. dicitur enim extra de sepul. Cum super. Statuimus, vt si aliquis parochianorum vestrorum alibi contingerit eligere sepulturam de testaméto ipsius, quarta vobis portio relinquatur. infra tamen in ca. In nostra. excipiuntur equi & arma, quæ in subsidium terræ sanctæ habent hospitalarij libere si ab illis qui apud eos sepulturam eligunt eis in testamento relinquuntur, sed illa decre. Cum super. per contrariam consuetudinem in multis locis abrogata est. vnde vbi est consuetudo contraria standũ consuetudini: debet tamen eligens sepulturam alibi, quam in sua parochia suam parochialẽ ecclesiam in aliquo respicere secundum patriæ morem: dicunt etiam aliqui, ꝙ illa decr. Cum super. non intelligitur, nisi de parochianis cathedralis ecclesiæ, quod probãt per hoc ꝙ dominus Papa loquitur præposito & capellano Fauentino, nec se extendit ad ea quę legantur singulari personæ, quod ꝓbant per illud quod supra dicitur de testamentis. Requisisti. §. vlti.

ARTICVLVS VII.

CONSEQVENTER quęritur de septimo principali. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo vtrum omnes animæ defunctorum in charitate cognoscant orationes nostras.

Secundo vtrum omnes orent pro nobis.

Tertio vtrum omnium orationes quas faciunt pro nobis exaudiantur.

Quarto vtrum animæ beatæ orent pro illis quæ sunt in purgatorio.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes animæ defunctorum in charitate cognoscant orationes nostras.

Arg. 1. D. Bon hic ar. 3. q 1. D. Th dist. 45 q 3. a. 1 OSTENDO, ꝙ non: Isa. 63. Abraham nesciuit vos, & Israel ignorauit vos. ergo a simili ignorauerunt orationes nostras.

Secundo. Item Iob. 14. dicitur de defuncto, ꝙ siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget.

Tertio. Item Aug. lib. de cura pro mortuis agenda, inter medium & finem. Ibi sunt spiritus defunctorum vbi non vident quæcunque aguntur aut eueniunt in ista vita hominibus.

In oppositum. CONTRA, Greg. 12. lib. mora. parum ante medium, qui intus omnipotentis Dei claritatem vident nullo modo credendum est, ꝙ sit foris aliquid quod ignorent: ergo animæ beatæ vident orationes nostras.

Item vt habitum est superius de suffragio pro quolibet facto existẽte in purgatorio oẽs alij gaudent, sed non gauderent nisi cognoscerent: ergo orationes nostras cognoscunt.

CONCLVSIO.

Animæ beatorum orationes, quas pro eis porrigimus cognoscunt in Dei verbo: animę vero in purgatorio existentes cognoscunt per effectus suffragia efficacia pro qualibet illarum facta, orationes autẽ, quas illis porrigimus, vt pro nobis Deũ deprecentur, cognoscunt, vt quibusdam placet, quia aliquas audiunt ab eis, qui hinc ad eas pergũt, aliquas ab angelis bonis, aliquas reuelatiõe.

RESPONDEO, ꝙ animarum illorum qui sunt in charitate defuncti, quædam sunt iam beatæ, quædam adhuc in pœna purgatorij existentes. Beatæ omnes orationes nostras, quas eis porrigimus, cognoscunt in verbo Dei, qđ clare vident: quamuis enim non videant omnia quæcunque videt verbum: tamen probabile est, ꝙ in eo videant omnia quæ facimus, & dicimus, & quæ in corde gestamus ad reuerentiam earum. Animæ vero existentes in purgatorio, quamuis per effectus cognoscant suffragia efficacia pro qualibet illarum facta: tamẽ vt dicũt quidam si eis porrigimus orationes, vt pro nobis dominum deprecentur, eas non cognoscunt, quia non cognoscunt eas in verbo, quia adhuc non vident, neque eas virtute naturali cognoscere possunt, & ideo secundum istos inanes sunt orationes. si quas eis porrigimus. *Responsio. Scotus alterius ascendit di præsenti q vl. De cognitione animarum in purgatorio existentium.*

Alijs magis pie sentientibus, videtur quòd si quas eis orationes porrigimus eas cognoscunt: tamen non sua virtute naturali, nec in verbo, sed quia aliquas audiũt ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt: aliquas ab angelis bonis, aliquas reuelatione diuina: vt enim dicit Aug. lib. de cura pro mortuis agenda, inter medium & finem. Hoc triplici modo aliqua de factis viuorum veniũt ad cognitionem spirituum defunctorum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd illud intelligitur de cognitione, quæ est per naturalem virtutem cognoscentis.

Ad scdm. Ad secundum dici potest illud verbum nõ intelligi de animabus eorum qui in charitate decesserunt. vnde Gregor. exponens illud 12. lib. moral. parum ante medium dicit. Carnales quicunque amorem præcipuum filijs impendunt, hoc eos beatus Iob, nescire postmodum asserit quod hic vehementer amauerunt, vt siue nobiles, siue ignobiles sint filij nesciãt, quorum eos semper cura fatigabat.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, sicut ad primum.

QVAESTIO II.

Vtrum omnes animę defunctorum in charitate orent pro nobis.

Arg 1. ET VIDETVR, ꝙ non: orare est officium mediatoris inter Deum & illos pro quibus orat, sed nos sumus mediatores iter eos qui sunt in purgatorio, & Deum pro eis orando: ergo ipsi non sunt mediatores inter nos & Deum orando pro nobis.

Secundo. Item qui adiuuari indiget prius orare debet pro se, quam pro alio, sed non inuenimus, quod animæ existentes in pur-

gatorio pro seipsis orent, cum tamen auxilio indigeant: ergo non est probabile, quòd orēt pro nobis.

Tertio. Item beati Dei voluntatem vident: ergo vident vtrum Deus velit vel nolit illud pro quo vellent orare: si vidēt ipsum nolle, frustra orarent: si vident ipsum velle orarent superflue.

In oppositum. CONTRA, dicit beatus Petrus. 2. canonica sua. c. 1. Dabo operam frequenter habere vos post obitū meū vt horū memoriā faciatis.

Ante medium. Itē 2. Macha. vlti. dicitur de Hiæremia. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate.

CONCLVSIO.

Animæ hinc decedentes in charitate tam beatæ quā existentes in purgatorio pro nobis orant.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ omnes animæ defunctorum in charitate orant pro nobis: orare. n. est opus charitatis, ipsi autem confirmati sunt in charitate, & si existentes in charitate nō cōfirmati ante mortem pro nobis orabant: probabilius est, ꝙ pro nobis orēt in charitate cōfirmati, sed animæ beatæ orando pro nobis nullam consequuntur vtilitatem nisi in hoc, ꝙ in augmētatione numeri ciuium supernorum crescit aliquale gaudium accidentale singulorum orationes autem quas pro nobis faciunt existentes in purgatorio interdum redundāt ad alleuiationem pęnę eorum, nō quia in hoc mereantur cum sint extra statum merendi, loquendo de merito propriæ dicto, sed quia inquantum nos per eorum orationes effecti meliores efficaciora facimus suffragia ad subleuationem pœnæ eorum.

Defunctorum animæ in charitate pro nobis orare, ita Alex.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ orare sicut mediator ex officio nec conuenit illis qui sunt ī purgatorio respectu nostri, nec nobis inferioribus respectu eorū: sic enī competit angelis ministrantibus nobis, quia ad ministrandum nobis ex officio deputati sunt: sic etiam conuenit sacerdotibus esse mediatores inter Deum, & populum, sed mediare inter Deum, & animam per modum charitatis communis conuenire potest, & illis qui sunt in purgatorio respectu nostri, & nobis respectu eorū: sic enim inferiores mediare possunt inter superiores & Deum, non tamen dico, quòd existentes in purgatorio sint inferiores nobis, sed superiores inquantum sunt confirmati in charitate: nos autem non.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ minor est falsa cum enim mentaliter clament ad nos vt eis subueniamus, quod nobis spiritualiter datur intelligi. Iob. 19. vbi in persona eorum dicitur nobis. Miseremini mei miseremini mei, credendum est, quòd multo fortius clamāt ad iudicem vt eis miseriatur

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd beati vident Deum velle facere illud pro quo rogāt, tn̄ ad pręces eorum.

QVAESTIO III.

Vtrum orationes omnium animarum quæ recesserunt a corporibus in charitate, quas faciunt pro nobis: exaudiantur.

Argum. 1. D. Th. a. 3. ET VIDETVR, ꝙ non: Hiære. 15. Si steterint Moyses & Samuel corā me non est aīa mea ad populū istū.

Secundo. Item apoca. 6. Martyribus vindictam petentibus de his qui habitant in terra responsum est vt requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorū: ergo nō oēs orationes sanctorū exaudiūtur.

Tertio. Item qui aliquid alij orando impetrat aliquo modo illi meretur: sed animæ a corporibus separate non sunt in statu merendi: ergo nobis per earum orationes nihil impetratur.

Quarto. Item vnicuiq; indigenti plus prodest oratio sua quam alij. Sed illi qui sunt in purgatorio sunt indigentes, & tamen sua oratio non prodest eis: quia tunc statim a pęna liberarentur: ergo multo minus orationes eorum exaudiuntur pro nobis.

In oppositum. CONTRA, dicitur Iob. 5. Ad aliquē sanctorum conuertere, sed illa cōuersio esset frustra si orationes eorum pro nobis non exaudirentur: ergo orationes sanctorum pro nobis exaudiuntur.

Item omnes orationes amicorum Dei ab ipso exaudiuntur, nisi sit impedimentum ex parte illorum pro quibus oratur, sed omnes animæ existētes in charitate sunt amice Deo: ergo omnium animarum orationes quas faciunt pro nobis nisi sit impedimentum ex parte nostra exaudiuntur.

CONCLVSIO.

Orationesq; quæ à beatis pro nobis expresse fiunt semper exaudiuntur, quæ vero interpretatiue fiunt, idest quatenus eorum merita in conspectu Dei sunt nobis quædam suffragia, non semper exaudiūtur orationes etiam existentium in purgatorio licet viuis prodesse possint non tamen semper exaudiuntur cum ibi existentes non videant voluntatem Dei, sæpeq; ad sit impedimentum ex parte viuorum.

Responsio. RESPONDEO, quòd orationes omniū animarū q̄ recesserūt a corporibus in charitate, quas faciunt pro nobis, quædam sunt beatarum, quædam adhuc in pęna existentiū: beatæ dupliciter orant pro nobis scilicet expræsse & interpretatiue. primo modo orāt pro nobis cum expresse petunt a diuina clemētia aliquod bonum nobis fieri, vel aliquod malum a nobis remoueri. interpretatiuæ orant pro nobis inquantum eorū merita in conspectu Dei existentia non solum eis cedunt ad gloriam, sed etiam quantum est ex parte sua sunt nobis quædam suffragia. Primo modo orationes eorum pro nobis semper exaudiuntur, quia sic nihil petunt, nisi quod vident Deum velle facere ad præces eorum. Sed 2. modo nō sp exaudiuntur

Animæ beate expresse & interpretatiue pro nobis orare quo primo semper exaudiuntur 2. non Animæ existentes I purgatorio non semper exaudiuntur.

audiuntur propter impedimẽtum a parte nostra. Orationes autem animarum existentium in purgatorio forte nõ semper exaudiuntur, sicut nec nostræ, quia non sic vident voluntatem Dei, sicut beatæ: tamen earum orationes multis viuis prosunt: immo omnibus, nisi sit impedimentum ex parte nostra. s. n. non prosunt hoc est, aut quia sunt in pœna, sed hoc est falsum, quia tunc orationes nostræ qui sumus in pœna non prodessent. aut hoc est, quia sunt extra merendi statum, sed hæc ratio nulla est, quia tunc orationes beatarum animarum nobis non prodessent, aut hoc est, quia cum hoc, ꝙ sunt adhuc extra statũ merẽdi visione Dei carent, sed hæc ratio nulla est, q̃a vt habetur. 2. Macha. c. vlt. Hiæremias q̃ extra statũ merendi erat, & adhuc visione Dei carebat orauit ꝓ filijs Israel, & fuit eius oratio exaudita.

Ad primũ. Ad Primum in oppositum dicendum, quòd illud verbum sic intelligẽdum est, quòd sic Moyses, & Samuel illo tp̃e fuissent inmortali vita & orassent pro illo populo orationes eorum non fuissent exauditæ propter malitię magnitudinem: quæ tunc erat in populo illo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd illa martyrũ oratio nõ erat absoluta petitio, ꝙ statim fieret vindicta, sed erat ad exprimẽdũ desideriũ secũdæ stolæ: vnde glo desiderãt maiꝰ & sãctorũ cõsortium, & iusticiæ Dei consentiunt.

Ad tertiũ. Ad tertium dicẽdum est, quòd differẽtia est inter mereri, & impetrare per orationem: meritum enim propriæ loquendo innititur æquitati, & cuidam æqualitati proportionalitatis meriti ad præmium: impetrare autem aliquid per modum suffragij orando innititur liberalitati, & benignitati qui illis oratur. Alij dicunt, quòd quamuis sint extra statum merendi pro se: non tamen pro nobis.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, ꝙ oratio existentiũ in purgatorio eius nõ prodest ad augmentum gratię nec gloriæ, quia quo ad hoc sunt totaliter extra statum impetrãdi aliquid pro se: sed quantum ad mitigationẽ pænæ suæ, & abbræuationem: nec propter hoc sequitur, ꝙ statim liberentur a pęna, quia nec hoc petunt, sed diuinæ misericordiæ supplicãt, vt secundum beneplacitum suum misereatur eorum, & hæc oratio exauditur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum animæ beatæ orent pro illis quæ sunt in purgatorio.

Arg. 1. Et videtvr ꝙ non: quia orationes animarum beatarum semper exaudiuntur: ergo si orarent pro illis quæ sunt in purgatorio illę statim a pœna liberarentur.

Secundo. Item nullus sapiẽs orat pro amotione eius de quo lætatur: sed sancti lætãtur de punitione existentium in purgatorio: dicit enim Ps.

Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam: ergo non orant pro amotione pœnæ eorum.

In opposi-tum. Contra, Mag. huius dist. c. 5. dicit de illo qui in articulo consummationis sæculi migrabit, suffragijs tamẽ indigens, ꝙ adiuuabit meritis & intercessionib. Ecclesię cęlestis: ergo a simili, & illi qui modo sunt ĩ purgatorio Ecclesiæ cęlestis intercessionibus adiuuãtur.

CONCLVSIO.

Beati orant pro existentibus in purgatorio.

Responsio. Respondeo, sicut in corpore naturali mẽbra fortia indigentibus subueniunt, sic in corpore mystico ecclesiæ non tm̃ debent sibi subuenire mẽbra inter quę est indigentia mutua, sed etiam illa quæ non indigẽt adiuuari cõueniens est indigẽtibus subuenire. illi aũt q̃ sunt in purgatorio cũ sint in charitate sunt mẽbra corporis mystici ecclesiæ, & indigent adiutorio: conueniens ergo est bonos qui sunt ecclesiæ membra non indigentia illis qui sunt in purgatorio suis orationibus subuenire.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, ꝙ quãuis sancti orẽt ꝓ eis: nõ ꝑp hoc sequtur, ꝙ ipsi statim a pęna liberentur, q̃a nec hoc petũt sancti, sed vt Deus eis subueniat quãtũ vidẽt ipsum velle eis subuenire ad p̃ces eorũ.

Ad scdm. Ad secundũ dicendũ, ꝙ sicut sancti letãtur de Dei iustitia, ita de misericordia, q̃a vidẽt vnã in nullo alij p̃iudicare, sed alij cõcordare

Textus interpretatio. Circa litterã. (Cũ facta erit resurrectio bonorũ gaudiũ amplius erit.) Hoc exponetur in quæstione di. 49. (Et malorũ tormẽta grauiora.) hoc declarabit di. 50. (Aĩas abditis receptaculis cõtinet.) abdita dñr, q̃a mõ non sunt nobis mãifesta. (Sacrificiũ mediatori) i. sacrificiũ eucharistiæ. (Ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, vel certe vt tolerabilior sit ipsa dãnatio.) hoc exponet di. sequẽt, q̃a de hoc fiet argumẽtũ ad illã q̃stionẽ. Vtrum pęna dãnatorũ ꝑ suffragia ecclesiæ minuatur. (Et sacrificio salutari.) idest sacro eucharistiæ. hoc enim sacr̃m & si ꝑ modũ sacri nõ pro ficit nisi ip̃m sacraliter mãducãtibus mortuis tñ ꝓdest ꝑmodũ sacrificij: sic enim ꝓdest oĩbꝰ ĩdigẽtibus ecclesiæ mẽbris ꝓ q̃bus offertur. (Iniuria est pro martyre in ecclesia orare.)

Cõtra, supradictum est, quod suffragia pro valde bonis gratiarum actiones sunt.

Quomodo pro martyre orare iniuria est. Respõdeo, ꝙ iniuria est orare pro illo quẽ certum est nobis esse martyrẽ, si aũt facimus suffragia pro aliquibus qui iam beati sunt, sed nobis non constat, nec per reuelationem, nec per ecclesiæ testimonium: si pro talibus facimus suffragia, q̃uis eis nõ prosint: tñ eis non iniuriã facimus, sed ista suffragia grãrũ actiones sunt. Dici põt nõ ei magis valuisse gñalia & spãlia quam pauperi sola gñalia suffragia.

Rñsio autem hæc est falsa. Loquitur. n. magister de paupere & de diuite qui æqualiter meruerunt adiuuari post mortem. (Potest tamen dici illa plura subsidia debiti contulisse celeriorem absolutionem. Hæc responsio vera est.) Non pleniorem, quod sic debet intelli-

gi scilicet, quod nõ propter hoc habebit gloriam maiorem. (Dicuntur Angeli orationes, & vota nostra Deo offerre,) quia illud idem quod a Deo efficaciter oratione petimus ipsi pro nobis orando petunt efficacius: si est aliquid quod vident Deum velle fieri per orationes eorum sicut petitionem, quam facit simplex homo coram iudice resumit aduocatus, & eã proponit efficacius. (Bonum eorum est de operibus suis eius consulere veritatem.) hoc consilium est conuersio eorum ad Deum, vt ab eo illuminationẽ recipiant de agendis.

Si valde malis detur mitigatio pœnæ.

DISTINCTIO XLVI.

De statu & conditione impiorum post mortẽ.



ED quæritur hic de valde malis vtrũ & ipsi in aliqua pœnarũ mitigatione Dei misericordiam sentiant, vt minus quam meruerint puniãtur. Quidã autumant eos nullã releuationẽ pœnæ habituros: quod cõfirmãt Iacobi autoritate dicẽtis, Iudiciũ sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiã. *Iacobi 2. c* Aug. etiam ait, Misericordia hic iudicium in futuro. *In psal. 32. con 1.* Idem distinguens quomodo omnes uiæ Domini sint misericordia & veritas, ait, Erga sanctos, omnes viæ Dei misericordia; † erga iniquos, omnes veritas: quia & in iudicando subuenit, & ita non deest misericordia; & in miserando id ex hibet quod promisit, ne desit veritas. *Cõci. 29. in psalm. 118. † Aug. non habet illud. erga iniquos.* Erga omnes autem quos liberat & damnat, omnes viæ sunt misericordia & veritas. quia vbi non miseretur, vindictæ veritas datur Dicẽs, vbi non miseretur dat intelligi aliquid à Deo fieri, vbi ipse non misereretur. Sed his occurrit quod ait Cassiod. super Ps. 50. loquens de misericordia & pietate Dei, Hæ duæ, inquit, res iudicio Dei semper adiunctæ sunt. Ergo & in punitione malorum non est iustitia sine misericordia. Idem de iudicio & misericordia ait, Hæc duo mutua societate sibi iunguntur: In his breuiter omnia opera Dei includit. *Idem Cass. super Psal. 100.* Aug. quoq; respondens illis qui reproborum supplicia finẽ habitura contendunt, ita illorum repellit opinionem, asserens reprobos perpetuò puniendos, vt eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget: Frustra, inquit, nonnulli æternam damnandorum pœnam & cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non credunt, non quidem scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæque molliendo, & in leuiorem, flectendo sententiam: quæ putant in eis terribilius esse dicta quàm verius. *In Enchir. c. 112.* Non enim (inquiunt) obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in psalmo legitur: sed de his intelligitur qui sunt vasa misericordiæ: quia & ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. *Psal. 76. Rom. 9 c* Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est, vt damnationem opinentur finiri posse eorum, de quibus dictum est, Ibunt hi in supplicium æternum: ne hoc modo putetur habitura finem felicitas eorum, de quibus econtrariò dictũ est, Iusti autem in vitam æternam. Sed pœnas damnatorum certis temporibus existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari. *Matt. 25. d* Et sic quippe intelligi potest manere ira Dei in illis, id est ipsa damnatio. Hæc enim vocatur ira Dei, nõ diuini animi perturbatio: vt in ira sua, id est, manente ira sua, non contineat miserationes suas, non æterno supplicio finem dando, sed leuamen adhibendo, vel interponendo cruciatibus: quia nec Psalmus ait, ad finiendam iram suam, vel, post iram suam, sed in ira sua. Quæ si sola esset, alienari à regno Dei, & carere magna multitudine dulcedinis Dei, tamgrandis tamen est pœna, vt ei possint nulla tormenta quę nouimus, comparari, si illa sit æterna, ista autem sint quamlibet multis seculis longa. Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum, & ipsa omnibus erit communis, sicut manebit communiter omnium vita æterna sanctorum. *Ibi. ca. 113* Ecce ita asserit hic pœnas reproborum non esse finiendas, quod non improbat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi. Vnde non incongruè dici potest, Deum, etsi iustè id possit, non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt, sed eis aliquid, quantumcunq; mali sint de pœna relaxare.

Determinat præmissas autoritates.

QVOD ergo dictum est, iudicium sine misericordia fieri illi qui non fecit misericordiam, ita intelligi potest, quòd iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam, pro eo quòd fuit sine misericordia. *Iacobi. 2. c.* Vel fiet iudicium ei sine misericordia liberante & saluante: qui tamen in aliqua pœnæ alleuiatione misericordiam Dei sentiet. Ita cùm dicitur, misericordia hic, iudicium in futuro; non negatur quin in futuro sit misericordiæ effectus, & in electis, qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis, qui minus quam meruerunt, cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur fieri Dei misericordia, & iudicium in futuro: quia & hic multis modis miseretur Deus, quibus non miserebitur tunc. Vocat. enim Deus nũc peccatores & iustificat: quod tunc non faciet: & tunc reddens singulis secundum merita sua, manifestè iudicabit, qui nunc occultè iudicat. *Lucæ 5. e Rom. 8. De occulto iudicio Dei* Cuius occultum iudicium (vt ait Aug.) intelligitur pœna qua quisq; vel exercetur ad purgationem, vel admonetur ad conuersionem, vel, si contemnit, excæcatur ad damnationem. *In expositione tituli. Psal. 9.* Occultum ergo iudicium Dei, pœna dicitur qua iudicat purgando, conuertendo, vel excæcando. Iudicia quoq; Dei interdum appellantur dispensationes eius de omnibus rebus. Vnde. Quàm incomprehensibilia sunt Iudicia eius. Et, Iudicia eius abyssus multa. *Rom. 11. d. Psal 35.* Iudicium autem quo in futuro iudicabit, intelligitur sententia Iudicis, qua ventilabitur area, id est diuidentur localiter boni à malis ministerio angelorum & isti in vitam ducentur, illi in supplicium mittentur: qui nunc simul mixti sunt. *De sententia Iudicis Matt. 25 e*

De iustitia & misericordia Dei.

SED quomodo iustitiã Dei & pietatẽ, id est misericor-

Supra, li. 2. sericordiã, suprà Cassiodorus duas esse res dixit, quæ semper adiunctæ sunt iudicio Dei? Iustitia enim Dei & misericordia non duæ res sunt, sed una res, idest una diuina essentia est, sicut suprà pluribus autoritatibus ostensum est. Quia non est Deo aliud esse misericordem, quàm misericordiam; nec iustum, quam Lib. 1. iustitiam; sed idem prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem, quam iustum; vel misericordiam, quam iustitiam; sed omnino idem: quia non denominatiuè, De operibus iustitiæ, misericordiæ, & bonitatis Dei. sed essentialiter hæc de Deo dicuntur. Cur ergo dicit scriptura de operibus Dei, quædã esse misericordiæ, quædam institiæ? Si enim iustitia Dei, miseeicordia est; quæcunq; sunt opera misericordiæ, esse videntur iustitiæ, & econuerso. His responderi potest sic, illis locutionibus, quibus huiusmodi operum fiunt distinctiones, vt alia misericordiæ, alia iustitiæ, alia bonitati attribuantur; non diuersitas subiacentis, id est rei his vocabulis significatę exprimitur, sed varietas sensuum & effectuum in creaturis monstratur. Cùm enim dicitur Deus iustus vel iustitia, essentia diuina prædicatur: & etiam quòd ipse sit distributor & iudex meritorum, intelligi datur. Ita & cum dicitur misericors, essentia diuinæ prædicatur, & insuper quòd ipse sit miserorum liberator, intelligi datur. Similiter cùm dicitur bonus, essentia diuina prædicatur, & insuper autor omnium bonorum ostenditur. Ita & cùm dicitur Deus, essentia diuina prædicatur & ipse timendus ostenditur. Inde ergo quædam opera misericordiæ, quædam iustitiæ dicuntur, non quin diuina essentia hæc & illa operetur, & quin hæc & illa sint opera diuinæ essentiæ, quæ dicitur misericordia & iustitia; sed quia quædam sunt quibus ostenditur iudex & æquus distributor, quædam quibus ostẽditur miserator. Misericors enim dicitur in natura; miserator in exhibitione. Et in quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordiæ, in quibusdam effectus iustitiæ: non quòd aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei, si ad essentiam referas; sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdã miserator, vel, vt quibusdam placet, iustus & misericors. Sed secundum hoc occurrit quæstio, quomodo ex alijs ostẽdatur iustus & ex alijs misericors, cùm sit idem ei esse iustum & esse misericordem. Si enim secundum eandem rationem dicitur iustus & misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, & econuerso. Sed dixi suprà, quia cùm dicitur Deus iustus & misericors, ita eadem diuina essentia significatur, & secundum eam idem prædicatur, vt etiam quædam diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum esse miseratorem & iu- Homilia 5. super illud Hier. c. 10. Qui fecit terram in for. stum iudicem. Quod euidenter Origenes ostendit, dicens, Omnia quæ Dei sunt, Christus est: ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse veritas. Sed cùm vnum sit in subiacenti, pro uarietate sensuum, diuersis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumque rerum instruere intelligitur; quando iustitia, distributor vel iudex meritorum insinuatur. Ita & prudentia cùm dicitur, doctor & demonstrator bonarum vel malarum rerum, vel neutrarum intelligitur.

Autoritatibus probat quædam iustitiæ, alia misericordiæ, alia bonitati attribui.

QVOD autẽ quædam opera misericordiæ, quædam iustitiæ, quædam bonitati attribuãtur, in scripturis facile est reperire. Et de misericordia quidem & iustitia manifestum est, de bonitate verò & misericordia amplius latet. Sed Augusti. docet illa opera propriè ad misericordiã pertinere, quibus aliqui à miseria liberantur: ad bonitatem verò non solùm illa, sed facturam & gubernationem naturalium: ita dicens, Ad misericordiam pertinet, quòd à peccatis mundat, & de miseria liberat: ad bonitatem vero, quod cœlũ & terram, & omnia valde bona creauit. vt essent. Idem, Cœli non indigent misericordia, vbi nulla est miseria: in terra hominis abundat miseria, & superabundat Dei misericordia. Miseria ergo hominis & misericordia Dei plena est terra, non cœli: qui non indigent misericordia, indigent tamẽ regente Domino. Omnia enim indigent Domino, & misera, & felicia: quia sine illo miser non subleuatur, felix non regitur. Item alibi, Misericordia est erga miseros, bonitas erga quoslibet. Interdum tamen misericordia largè accipitur, vt bonitas. Super psal. 135. Ibidẽ si per psal. 32. conci. 2. In glossa, su p illu. ps. 24. Secũdũ misericordiam tuam memento mei tu.

Quomodo vniuersæ viæ Domini dicantur misericordia & veritas.

POST hæc considerari oportet, ex quo sensu vniuersæ viæ Domini dicantur misericordia & veritas. Hoc multiplicem recipit expositionem. Vniuersæ enim viæ Domini misericordia & veritas quibus ad nos uenit, (vt Augustinus ait super Psal.) intelliguntur duo aduentus: primus, in quo manifestam & multiplicem misericordiam nobis exhibuit: & secundus, in quo requirendo merita, iustitiam exhibebit. Vniuersæ etiam viæ Domini, id est, quibus ad dominum ascendimus, sunt iustitia, qua à malo declinamus; & misericordia, qua bonum facimus. In his enim duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius Cassiod. dixerit in his duobus omnia opera Dei, includi, meritò quæri potest, an in omni opere Domini hæc duo mutuò sibi iungãtur. Quibusdam placuit non in omni opere Domini hæc duo concurrere: secundum effectum dico: nam secundum essentiam non diuiditur misericordia à iustitia, sed vnum est. Verùm secundùm effectum non in omni opere Domini dicunt esse misericordiam & iustitiam: sed in quibusdam fatentur tantum misericordiam, in alijs iustitiam, atque in alijs misericordiam & iustitiam. Fatentur tamen, Dominum omnia quæ fecit misericorditer agere & iustè, referentes rationem dicti ad Dei volũtatẽ, q̃ iustitia est & misericordia, non ad effectus misericordiæ & iustitiæ, qui sunt in rebus. Alijs autem videtur, quòd sicut dicitur Deus omnia opera sua iustè facere & misericorditer, ita concedendum sit in omni opere Dei iustitiam esse & misericordiam, id est clementiam, secundùm effectũ vel signum: quia nullum opus Dei est in quo non sit effectus vel signum æquitatis & clementiæ, siue occultæ, siue apertæ. Aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas, & occulta æquitas, aliquando econuerso. Super psal. 24. Supra, li. 2.

DISTINCTIO XLVI.



SVPERIVS determinauit Magister de statu animarum existentiũ in purgatorio. Hic determinat de statu existentium in inferno.

Et diuiditur in duas.

Primo inquirit vtrum Deus in punitione damnatorum agat misericorditer, vel iuste tantum.

Secundo quo modo sunt in Deo iustitia, & misericordia.ibi.(Sed quo modo.)

Prima in duas.

Primo determinat quæstionis veritatem.

Secundo exponit quasdã auctoritates quæ videntur sonare contrarium.ibi.(Quod ergo dictum est.)

Illa pars quæ ibi incipit. Sed quomodo:diuiditur in tres.

Primo ostendit, quòd distinctio iustitiæ,& Misericordiæ in Deo attẽditur quo ad opera.

Secundo, quòd quædam opera attribuuntur iustitiæ quædam misericordiæ.ibi.(Quod autem quædam.)

Tertio, ꝙ in singulis operibus inuenitur misericordia,& iustitia.ibi(. Post hoc &c.)

CIRCA hanc distinctionem quærendum est principaliter de duobus.

Primo de iustitia Dei.

Secundo de eius Misericordia.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

Primo vtrum in Deo sit iustitia.

Secundo vtrum possit prætermittere opera iustitiæ.

Tertio vtrum possit iustæ aliquem temporaliter punire non propter eius peccatum.

Quarto vtrum iustius agat cum vno quam cum altero. Vtrum aũt ex diuina iustitia inferatur peccatoribus in peccato mortali decedentibus pœna æterna: plane patet, quòd sic ex dictis superius.di.44.in illa quęstione:vtrũ sit infernus, & ideo de homo non oportet facere quæstionem.

QVAESTIO I.

Vtrum in Deo non est iustitia.

Arg. 1. D.Tho hic q.1.ar 1. Sco.ibidem q 1. C.13. Rom.6.

OSTENDO, ꝙ Ansel.lib.1.de veritate vltra medium. Iustitia est rectitudo volũtatis propter se seruata, sed in Deo non est rectitudo voluntatis non enim est voluntas recta quæ vult aliquid facere non propter aliquam rationem. Deus autem plus voluit facere mundum istum quã alium ab isto solo numero differentem:& magis reprobare Esau quam Iacob:& non ꝓpter aliquã rationem:ergo in Deo non est iustitia.

Secundo. Item secundum Philosophum. 5.ethi.c.11. Domini ad seruũ non est iustitia: quia iustitia in quadã ęqualitate ad alterũ:cõsistit,sed Deus est dñs omniũ: ergo in ipso nõ est iustitia.

Tertio. Item Boetius in lib. de hebdo. Quia Deus bonus est,omnia quæ egrediuntur ab eo bona sunt: ergo a simili si Deus esset iustus omnia quæ egrediuntur ab eo essent iusta, sed multa sunt a Deo quæ iusta non sunt: carentia enim ratione iusta non sunt.

Item iustitia respicit debitum. Deus autem nulli debitor est.

CONTRA, Apostolus.2.Thi.4.dicit, ꝙ Deus est iustus iudex,sed non est iustus iudex in quo nõ est iustitia: ergo in Deo est iustitia.

Item Psal.ad Deum. Iustitia plena est dextera tua.

Iustitia distributiua quæ, & in deo ponitur commutatiua propria quæ in Deo non est impropria commutatiua que, & in Deo ponitur.

CONCLVSIO.

In Deo est iustitia distributiua, Commutatiua vero improprię & secundum quod in eo reperitur.

RESPONDEO, ꝙ iustitia accipi potest secundum rectitudinem voluntatis qua vult aliquis reddere vnicuique in distribuẽdo vel commutando quæ ei decet, & secundum hoc duplex est iustitia scilicet distributiua qua aliquis vult omnibus qui sunt de communitate distribuere bona communia secundum debitam proportionis æqualitatem & commutatiua qua aliquis in commutando vult seruare debitam æqualitatem secundum quantitatem: & huius commutatiuæ iustitiæ est quædam potentialis pars qua aliquis vult seruare in commutando debitam æqualitatem non secundum quantitatem: sed secundum proportionem: commutatiua iustitia propriæ loquẽdo in Deo non est,quia nulli est debitor ex legis necessitate, & tantum secundum quantitatem de bono retribuit vltra meritũ,& de malo citra demeritum. Iustitia vero distributiua in Deo est.omnibus enim distribuit bona sua secundum debitam proportionis æqualitatẽ.

Vñ dicit Diony.8.c.de diuinis nominibus, ꝙ iustitia Dei omnibus quæ sunt secũdum dignitatem tribuens laudatur secundum commensurationem & formam & ordinationem, quia in distribuendo illam dignitatem considerat in comparatione ad condecentiam suæ bonitatis.Iustitia tertio modo dicta ẽt in Deo est,quia in commutando bonum pro bono, & malum pœnæ pro malo culpæ seruat nõ æqualitatem quantitatis,sed proportionis in comparatione ad cõdecentiam suæ bonitatis. Sed in hoc differt hęc æqualitas ab illa quæ est in iustitia distributiua, quia illa consideratur inter personas accipientes, & ea quæ eis distribuuntur:nam sicut se habet meritum vnius ad meritũ alterius: ita se habet illud quod distribuitur vni ad illud quod distribuitur alteri. Equalitas autem proportionis quæ est in iustitia tertio modo dicta consideratur inter meritum vel demeritum quod est in recipiente, & præmium vel supplicium quod recipit a retribuen-

Inter equalitatem distributiuæ & commutatiuæ iustitiæ.

buente: in qua retributione & si consideret meriti vel demeriti exigentiam: hoc tamen est per cōparationē ad condecentiā bonitatis suæ: & ideo iuste punit malos: & iustę eis parcit. primū tangit Ansel. prosologion. 10. c. cum loquens ad Deum dicit. Cum punis malos iustum est, quia illorum meritis conuenit. secundum tangit ibidem cū immediate subiungit. Cum parcis malis iustū est: non quia illorum meritis, sed quia tue bonitati condecens est.

Ad primū. Ad primum in oppositum dicendum, quod quicquid vult Deus: vult propter aliquam rationem quæ non est alia quam suum velle, quia diuinus intellectus dictat voluntatē Dei primum esse regulam oīum volendorum. Vnde eo ipso quo Deus vult aliquid, rationabile est ipsum hoc velle. Vnde Ansel. prosologion. 11. c. ad Deum loques ait. Id solum iustū est quod vis, & non est iustum quod non vis, & sic patet ex sententia Ansel. ibidem. intentio eius est vt factum sit iustum, quia Deus vult hoc fieri: non econuerso.

Ad sedm. Ad secundum dicendum quòd & si domini ad seruum non sit iustitia commutatiua secundum plenam rationem eiusdem: quia inter dominū & seruum non est æqualitas eo, quod omnia quę sunt serui sunt domini: tamen domini ad seruos potest esse iustitia distributiua, quæ non requirit qualitatem quantitatis secundum proportionem quātitatis; sed proportionalitatis quę est æqualitas duarum proportionum quæ consistit in hoc, quod seruis retribuit proportionaliter secundum merita sua: quamuis etiam iustitia commutatiua non possit esse secundum plenam rationem inter dominum, & seruum, tamen potest ibi esse secundum aliquid scilicet secundum æqualitatem proportionis inquantum seruus domino facit quod potest, & dominus seruo quod decet quid autem sit iustitia commutatiua, & distributiua expositum est lib. 3. dist. 33.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd nō est simile, quia bonitas conuertitur cum entitate, & sola ratione differunt: non sic autem iustitia.

Ad quartū. Ad quartum dicendum, quod & si Deus nulli creaturæ sit debitor: ex recepto, tamen debitor est ex promisso, nulli enim est debitor nisi quia vult. Si autem quæratur quare vult non respondeo, nisi quia vult, quia voluntas sua est prima causa.

QVAESTIO II.

Vtrum Deus possit prætermittere opera iustitiæ.

Argum. 1. Et videtur, quod sic: quia opus iustitiæ est retribuere vnicuique secū dum merita sua; sed Deus peccatoribus nō retribuit secundum demerita sua punit enim eos citra condignum. iuxta illud Psal. Non continebit in ira misericordias suas: ergo Deus in puniendo peccatores opera iustitiæ prætermitit. *Psal. 76.*

Secundo. Item illos qui saluati sunt Deus posset dānare, & illos qui damnati sunt posset saluare, quia omnipotens est sed, damnatos saluare, & saluatos damnare esset prætermittere opera iustitiæ: ergo opera iustitiæ prætermittere potest.

Tertio. Item potest prætermittere cursum naturalis iustitię, quem naturalibus rebus indidit, vt patet in operibus miraculorum: ergo a simili potest prætermittere cursum moralis iustitiæ.

In oppositum. Contra, 2. Thi. 2. Et ille fidelis est quod seipsum negare non potest, sed si prætermitteret opera iustitiæ negaret seipsum, quia negaret iustitiam, & ipse iustitia est: ergo iustitiæ opera prætermittere non potest.

C. 10. Item Ansel. 1. lib. Cur Deus homo: ante medium. quolibet inconueniens in Deo sequitur imposibilitas, sed inconueniens esset Deum prætermittere opera iustitiæ: ergo hoc Deo est imposibile.

CONCLVSIO.

Licet Deus possit prætermittere opera iustitiæ secundum quod iustitia respicit exigentiam demeritorum vel meritorum absolute, ea tamen non potest Deus prætermittere quatenus iustitia respicit exigētiam meritorū vel demeritorum in comparatione ad condecentiā bonitatis sui ipsius retribuentis.

Responsio. Respondeo, quod opera iustitiæ secundum, quod iustitia respicit exigentiam demeritorum absolute Deus potest prætermittere, & prætermittit etiam in punitione perpetua damnatorum, quia punit eos citra condignum: non quantum ad pœnæ durationem, sed quantum ad intensionem respiciendo ad eorū demerita absolute. opera autem iustitię secundū quòd respicit exigentiam meritorum, vel demeritorum in comparatione ad condecentiā bonitatis sui ipsius retribuentis prætermittere non potest: sicut nec illud negare quod suam decet bonitatem.

Ad primū. Ad primum in oppositum dicendum, quod quamuis Deus non puniat peccatores secū dum exigentiam demeritorum suorum absolute: punit tamen eos secundum exigentiam suorum demeritorum secundum, quòd suam condecet bonitatem.

Ad secundum. Ad secundum dicēdum, quod illos qui saluati sunt, Deus nō posset dānare, quia hoc nō pōt condecere suam bonitatem: illos tamen qui dānati sunt posset saluare, quia hoc posset suā cōdecere bonitatem, primo tamen per omnipotentiam suam dando eis adiutorium quo possent, & vellent penitere, & sic remittendo eorum peccata, & obligationes propter quas illi obligātur ad pœnam ætetnam cum enim omnis iniuria committatur in Deum, & ipse sit superior dominus potestatis habens plenitndinem illā nulli iniuriando ex gratia potest remittere dānatis,

natis: tamen nunquam remittet: quia nunquā pœnitebunt nec penitere possunt: vnde nullus damnatus saluabitur, sed illud quod rationalis creatura de condigno meruit nullo modo potest sibi salua iustitia auferre, nisi forte indirecte inquantum saluatum posset reducere ad vitam mortalem: in qua posset mortaliter peccare, & ex consequenti damnationem mereri, vt dicunt quidam, quo modo tamen posset beato auferre salua iustitia claram sui visionem: difficile est videre, & si illa salua reduceret ipsum ad istam vitā nullo modo posset peccare. vnde quo modo saluatum posset dānare salua iustitia ad presens non bene video.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quòd non est simile quia prætermittere cursum naturalis iustitiæ aliquando suam condecet bonitatem, sed prętermittere cursum morali iustitiæ respicientis exigentiam meritorum seu demeritorum in comparatione ad suam bonitatē suam bonitatem condecere non potest: hoc enim includeret contradictionem.

Ad aliam partem. ARGVMENTVM ad partem secundam procedunt de operibus iustitiæ respicientis exigentiam meritorum, vel demeritorum in comparatione ad condecentiam bonitatis diuinæ.

QVAESTIO III.

Vtrum Deus posit aliquem iustæ temporaliter punire non propter eius peccatum.

Arg. 1. D. Th. vbi supra quæstiūcula 2. ET VIDETVR, ꝙ non: Deus nullam punitionem facere potest contra legē æternam, cum ipsa sit æterna lex, sed lex æterna peccatores dictat esse puniendos, & bonos glorificandos: secundum aug. li. de libe. arbi. ante medium. ergo Deus nullum potest iuste punire nisi propter peccatum.

Secundo. Item secundum aug. vbi prius. Ab æterna lege deriuatum est quicquid iustum est in lege temporali, sed secundum legem temporalem nullus iustæ potest puniri a iudice, nisi propter peccatum: ergo nec secundum legem æternam.

In oppositum. CONTRA, Iob valde grauiter fuit Pęnitus, nec tamen propter peccatum talem nec tantam punitionem meruerat. vnde ipse dicit vt habetur Iob. 6. Vtinam appederentur peccata mea quibus iram merui: & calamitas quā patior in statera, quasi harena maris hæc grauior appareret, cum ergo Deus Iob punierit iustæ potest aliquem iustæ punire propter peccatum.

CONCLVSIO.

Deus iuste potest aliquem punire idest temporaliter affligere non propter eius peccatum, sed vel vt ipse Deus glorificetur, vel propter exemplum patientiæ, vel vt præseruet afflictm à peccato vel propter alias rationes bonitatem diuinam condecentes.

Responsio. RESPONDEO, quòd quamuis Deus nūquam aliquem punisset nisi præcessisset peccatum, quia vt ostensum est lib. 2. dist. 30. Si natura humana non peccasset non fuisset alicui pęnalitati subiecta, tamen vt ibidem ostensum est, ante peccatum potuisset esse pęnalitati subiecta absq; aliqua diuina iniustitia non sicut creata fuit, sed sicut eam Deus creare potuisset si voluisset, quia si voluisset potuisset eam creare in naturalibus puris, & sic existens fuisset subiecta pænalitati consequenti naturam suis naturalibus relictam, quę ibidē sunt omnia declarata: vnde si modo accipiatur punire non propter peccatum pro punire si nunquam fuisset peccatum: sic dico quòd Deus nullum punit nisi propter peccatum: quia nullum puniret nisi peccatum aliquod præcessisset. Si autem accipiatur punire nō propter peccatum per hoc quod est peccatum nō esse causam meritoriā punitionis. sic dico quòd quāuis Deus nullum puniat, nec punire posit nisi propter peccatum propriæ accipiendo verbum punitionis, quia significat afflictionem non absolute, sed vt punitiua est peccati, tamē accipiendo punitionem pro afflictione Deus non solum potest affligere, sed etiam affligit temporaliter aliquos homines non propter eorum peccatum. Quosdam vt in eorum liberatione ab afflictione glorificetur. Vnde Ioā. 9. dicit saluator de cęco nato, ꝙ nec hic peccauit, nec parentes eius vt cęcus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Quosdam propter exemplum patientię. Thob. 2. Hanc tētationem ideo permisit Deus euenire illi vt posteris daretur exemplum patientiæ eius. Quosdam vt per afflictionem temporalē præseruet eos a peccato. Quosdam vt per eorum patientiam in tribulatione præmium eorum augeatur in cęlo, & quamuis sic in flagellādo non sit iustitia quę respicit exigentiam meritorum absolute: tamen est ibi iustitia quæ respicit exigentiam meritorum in comparatione ad condecentiam bonitatis diuinæ. *Deum temporaliter 4. respectu quandoque puniret innocentes.*

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis lex ęterna dictet bonos glorificandos æterna tamen vita dictat bonos aliquos esse temporaliter affligendos propter rationes dictas, vnde & talis punitio est secundum diuinę prouidentiæ legem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum quòd sine præiudicio legis humanæ potest aliquid pęnale alicui inferri non propter peccatum, vt iuuenibus exercitiūm, & medicina infirmis.

QVAE-

QVAESTIO IIII.

Vtrum Deus iustius agat cum vno quam cum altero.

Argum. 1. D.Bon. hic q.4.ar.1. D Tho. vbi sup. quæstiuncula 3

ET VIDETVR, ꝙ sic: quia æqualitas iustitiæ in indiuisibili non consistit. vnde Philosophus. 2. ethi. ca. vlt. dicit de medio in virtutibus, quòd qui parum aliquando transgreditur non vituperatur, nec ad magis nec ad minus: ergo iustitia recipit magis & minus. salua ergo iustitia. Deus iustius agere potest cum vno quam cum altero.

Secundo.

Item misericordia temperat iustitiam, sed Deus misericordius agit cum vno quam cum alio: ergo & iustius.

Tertio.

Item punire est opus iustitiæ, sed Deus magis punit vnum quam alium: ergo iustius agit cum vno quam cum alio.

In oppositum.

CONTRA, quicquid Deus facit iustissime facit: ergo in omni opere suo seruatur iustitia in indiuisibili: indiuisibili: vero non est magis, & minus.

Item si iustius agit cum vno quã cum alio; minus iuste agit cum vno quam cum alio, sed sicut magis iuste includit iuste: ita minus iuste includere videtur iniuste: ergo Deus cum aliquo ait iniustæ quod falsum est.

CONCLVSIO.

Deus iustius non agit cum vno, quam cum altero, sed in iustitia semper æqualitatem seruat, vel secundum quantitatem, vel secundum proportionem.

Responsio. Deus neque quã iustius agere cum vno quam cum alio.

RESPONDEO, quòd Deus iustius non agit cum vno quam cum alio, cuius ratio est, quia vna actio Dei non potest esse iustior alia, nisi aut per comparationem ad voluntatem eius a qua egreditur aut per comparationem ad effectum ad quem terminatur: primo modo Deus non agit iustius cum vno quam cum alio, quia vna, & eadem est eius voluntas a qua egreditur omnis eius actio circa creaturam, nec secundo modo, quia quamuis cum vno agat maiorem effectum iustitiæ, quam cum alio: ex hoc tamen non sequitur, quòd actio eius circa vnum iustior sit quam sit circa alium. Iustitia enim in quadam ęqualitate consistit, siue secundum quantitatem siue proportionem: secundum, quòd patet ex prima quæstione huius di. Equalitas autem tam secundum proportionem quam secundun quantitatem tanta est in paruis sicut in magnis. proportio. enim quatuor ad duo æqualis est proportioni. 20. ad. 10. vtraque enim est dupla, tanta est etiam æqualitas inter decem, & decem, sicut inter mille, & mille: Deus autem in agendo cum quolibet seruat æqualitatem proportionis in indiuisibili ad hoc autem non astringimur propter difficultatem in nobis medium attingendi: secundum, quòd dicit Philosophus 2. ethi. cap. vlt. Et ideo quamuis iustius possimus agere cum vno quam cum altero magis appropinquando ad punctale medium, non sic tamen potest dici de Deo.

Ad primũ.

ET PER hoc patet ad primum argumentum in oppositum responsio.

Ad secdm.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis Deus misericordius agat cum vno quam cum alio in partiendo maiorem effectum misericordiæ vni quam alteri: ex hoc tamen non sequitur, ꝙ iustius agat cum vno quam cũ alio: misericordia enim non est contra iustitiam, quamuis effectus misericordiæ sit præter iustitiam nisi secundum, quòd accipitur iustitia pro condecentia bonitatis: sic enim secundum rationem intelligendi iustitia est ratio misericordię vnde Ansel. prosologion: 11. ca. loquens ad Deum ait. Nascitur de iustitia tua misericordia tua.

Ad tertiũ.

Ad tertium patet solutio ex dictis in quæstione: æqualis enim est proportio magni peccatoris ad magnũ suũ suppliciũ proportioni minoris peccatoris ad suum minus suppliciũ: proportio. n. demeriti maioris peccatoris ad demeritum minoris peccatoris equalis est proportioni supplicij maioris peccatoris ad supplicium minoris peccatoris.

Ad secundum alterius partis.

Secundum argumentum ad partem aliam, quamuis valeat ratione materiæ: tamen non valet ratione processus, quia non sequitur: iste minus agit bene cum isto, quam cum illo: ergo cum isto agit male.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali. Et circa hoc quræuntur quatuor.

Primo vtrum in Deo sit misericordia.

Secundo vtrum sit prius in Deo secundum rationem intelligendi quam iustitia.

Tertio vtrum in omni opere Dei sit misericordia, & iustitia.

Quarto vtrum pœna damnatorum diminuatur per suffragia viuorum.

QVAESTIO I.

Vtrum in Deo non sit misericordia.

Arg. 1. D.Tho. q.2. ar.1. Sco hac. dis. quæst.

OSTENDO, quòd dicit Damas. lib. 2. capit. 13. quòd misericordia est tristitia de alienis malis, sed in Deo nulla est tristitia: ergo nec misericordia.

Item fides, & spes: quia imperfectionem habent annexam non sunt in Deo: sed misericordia habet imperfectionem annexam scilicet tristitiam, vt iam dictum est: ergo non est in Deo.

Item

Item misericordia inclinat voluntatem ad repellendum aliquorum miseriam, sed Deus Multas miserias permittit in creaturis quas repellere posset: ergo in ipso non est misericordia.

In oppositum. CONTRA, sacra scriptura quasi vbiq; in Deo dicit esse misericordiam.

Item idem est misericordia, & bonitas, quia idem videtur esse vtriusq; effectus scilicet cōmunicare perfectionem aliquam indigenti, sed certum est in Deo esse bonitatem, vt docet tota scriptura, & clamat omnis creatura: ergo certum est in Deo esse misericordiam.

CONCLVSIO.

In Deo est misericordia quoad essentiale misericordiæ, quod est promptitudo voluntatis ad subueniendum miseris, non autem quoad accidētale quod est passio tristitiæ.

Responsio Misericordia duo importat essentiale vnum quo Deo attribuitur accidentale alterum imperfectionem dicens. RESPONDEO, misericordia duo importat: vnum tanquā essentiale: aliud tanquā accidentale.

Primum est promptitudo volūtatis ad subueniendum miseris in quo consistit tota virtutis misericordiæ essentia.

Aliud est passio tristitiæ quæ oritur in appetitu ex cognitione miseriæ alterius, quantū ad primum misericordia sumpta est in Deo: sed non quantum ad secundum, nec propter hoc minus est in Deo essentia misericordiæ, quia illa tristitia est ab ea separabile accidēs, quamuis ab illo accidente imponatur nomen misericordiæ ad significandum: vnde secundum ethymologiam vocabuli potest dici misericordia, quasi miseria cordis ex cognitione alterius miseriæ generata.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd non valet, quia imperfectio quæ est in fide est ei essentialis, vt ostensum est lib. 3. Similiter dico de imperfectione spei, quod est ei essentialis: tristitia vero non est essentialis misericordiæ.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod voluntas per misericordiam non vult repellere alienā miseriam, nisi prout expedit & decet, & sic Deus releuat miseriam rationalis creaturę, non debet autem nec expedit vt a qualibet rationali creatura repellat miseriam.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem secundā gratia conclusionis debent concedi, dicendum tamen quod bonitas & misericordia in Deo secundum rationem differunt. in releuatione enim miseriæ alicuius est mutatio ab imperfectione ad aliquam perfectionem. illā autem releuationem miseriæ respicit directe misericordia ratione termini a quo, & bonitas ratione termini ad quem. Ratio enim bonitatis est ratio perfectionis, quia tantum res habet de bonitate, quantum habet de eo quod debet habere: rem autem habere, quod habere debet ratio est suæ perfectionis, bonitatis etiam ratio generalior est, quam ratio misericordiæ. cum enim communicatio, quæ est per bonitatē nō excludat debiti rationem comprehendit iustitiam & misericordiam. est enim secundum rationem intelligendi principium communicationis quæ est per misericordiam, & quæ est per iustitiam non vt per illam communicatio nem aliquid acquirat, sed quia talis communicatio illam condecet bonitatem.

QVAESTIO II.

Vtrum prius sit in Deo secundum rationem intelligendi misericordia quam iustitia.

ET VIDETVR, quod non: dic. enim Ansel. prosologion. 11. cap. quòd ex iustitia Dei nascitur misericordia eius. *Arg. 1. Scot. vbi su.*

Itē veritas in Deo pri' est sm̄ rationē intelligēdi q̄ misericordia, quia est misericordiæ directiua: sed ī Deo est ratio iustitię, & veritatis vnde pro iustitia accipitur cū dicitur in Psal. Misit Deus misericordiam suam & veritatem & misericordia & veritas obuiauerunt sibi: ergo iustitia prius est in Deo secundum rationem intelligendi quam misericordia. *Secundo.* *Psal 84.*

CONTRA, illud quod est in Deo principalius: est in Deo prius, secundum intelligendi rationē, sed misericordia in Deo principalior est quam iustitia secundum nostram rationem intelligendi: dicitur enim Iac. 2. quod misericordia superexaltat iudiciū: ergo prius est in Deo secundum rationem intelligendi quam iustitia. *In oppositum.*

Item in re prius est secundum rationem intelligendi illud quod est maxime sibi proprium quam illud quod minus, sed misericordia est maximæ in Deo propria: vnde in oratione dicit ecclesia. Deus cui proprium est misereri, & in Psalmus. Deus multū misericors, cū tamen in Psal. non inueniatur Deus iustus cum hac additione multum: ergo misericordia prius est in Deo secundum rationem intelligendi quam iustitia. *Psal 102.*

CONCLVSIO.

Licet in Deo nihil sit prius vel posterius natura, nec duratione, tamen iuxta nostrum intelligendi modum prius est in Deo iustitia quam misericordia quatenus iustitia sumitur pro diuinæ voluntatis rectitudine in volendo ea tantum facere, quæ Dei bonitatem condecent, e contra vero prius est in eo misericordia quam iustitia quatenus hæc importat rectitudinem diuinæ voluntatis in retribuendo merito rationalis creaturę premium & demerito supplicium.

RESPONDEO, quod quāuis Deo nihil sit prius vel posterius, nec duratione nec natura, quia talis prioritas, & posterioritas diuersitatē includit naturæ inter prius, posterius, & quę diuersitas in Deo esse nō potest: tñ in Deo *Responsio. Et si in Deo ordo sit secūdum naturam.*

vnum attributum potest dici prius alio secundum nostram rationem intelligēdi inquantū vnū est alterius ratio, vt simplicitas est rō immutabilitatis, vt declaratū est li. 1. di. 8. & sic loquendo de priori secundū rationem intelligēdi, dico, ꝙ iustitia vno modo dicta prior est misericordia: alio modo dicta non. Iustitia enim est rectitudo volūtatis in volendo reddere vnicuiq; quòd sibi debitum est. diuinæ aūt bonitati est debitum vt omnia fiant quæ condecet eam, & nihil fiat quod eā facere vel permittere fieri non deceat: vnde ipse est primum principium omnium voluntariarum emanationum: vnde merito etiam vel demerito rationalis creaturæ debitū est præmium vel supplicium, & secundum hoc duplex debitum iustitia dupliciter dicitur in Deo. Vno modo rectitudo diuinæ voluntatis in volēdo facere omnia quæ Dei cōdecēt bonitatē, & in nō volēdo aliquid facere quod eā nō deceat.

Alio modo rectitudo diuinæ voluntatis in volendo retribuere merito rationalis creaturæ præmium, & demērito supplicium, & sicut illud quod debetur bonitati diuinæ est ratio huius quod debetur merito, vel demerito rationalis creaturæ, sic iustitia primo modo dicta ratio est iustitię secundo modo dictæ, & ideo iustitia secundo modo dicta non retribuit creaturæ secundum exigentiā meriti vel demeriti nisi in comparatione ad condecentiā bonitatis diuinæ. Iustitia ergo primo modo dicta prior est secundum rationem intelligendi, quàm misericordia, & misericordia ꝙ̄ iustitia secundo modo dicta. Iustitia enim primo modo dicta est ratio misericordiæ: ideo enim Deus parcit miseris, quia parcere suam condecet bonitatē, & sic intelligitur illud verbum Anselmi allegatū in opponendo ad partem primam. s. quòd ex Dei iustitia nascitur misericordia sua, ꝙ aūt misericordia prior sit iustitia 2. modo dicta patet sic, quia dū Deus nobis parcit non prouenit ex nostro merito sed puræ ex suæ bonitatis concedentia, sed ꝙ nos puniat, hoc prouenit ex nostro demerito, & suæ bonitatis condecentia, per prius ergo & principalius secūdum rationem intelligendi velle misereri respicit condecentiam diuinæ bonitatis quam velle punire.

Præterea: diuinę bonitatis condecentia effectum iustitiæ qui est punitio ordinat ad effectum misericordiæ q est saluatio. vnde perpetua damnatio reproborū erit aliqua materia perpetue laudis condecentiæ diuinæ bonitatis in electis. Deus ergo vult effectum iustitiæ secundo modo dictæ propter effectum misericordiæ: velle ergo misereri est secundum rationem intelligendi aliquo modo ratio huius quod est velle punire: misericordia ergo per prius secundum rationem intelligendi est in Deo quam iustitia secūdo modo dicta: de qua iustitia intelligitur illud verbū Iac. allegatum in opponendo ad partem secundam: misericordia superexaltat iudicium.

Quomodo ex na... rei se... ipsā. *Secūdū duplex debitū iustitia dupliciter in Deo ponitur.* *Quando in sensu I Deo est ratio misericordie.* *Quo nam sensu iacobi illa misericordia superexaltat iudiciū Dei intelligatur.*

Ad Primvm patet solutio ex iā dictis. *Ad primū.*

Ad secundum dicendum, quòd veritas dicitur dupliciter. vno modo secundum, quòd consistit in quadam adequatione rei ad intellectum, cuiusmodi est veritas intellectus. Alio modo pro voluntate manifestandi se exterius in signis, & operibus secundū rectum rationis secundum quem modum loquitur de veritate Philosophus. 4. ethi. cap. 14. Veritas ad similitudinem primi modi dicta in Deo differt secūdum rationem intelligēdi a iustitia: quamuis idem sint, sed dicta ad similitudinem modi secūdi in Deo pertinet ad rationem iustitię: est enim voluntas conformandi opera sua ad iustitiæ rationem seu regulam, quæ regula est veritas primo modo dicta, veritas primo modo dicta prior est secundum rationem intelligendi quā misericordia: est enim eius regula, sed non est sic de veritate secundo modo dicta. Vel potest dici, quòd veritas secundo modo dicta idem est quod iustitia secundum, quòd accipitur pro condecentia diuinæ bonitatis, & ego concedo, quòd iustitia hoc modo dicta vel accepta prius est secundum rationem intelligendi, quam misericordia. *Ad secundum.* *Veritas intellectu, & voluntate.*

Ad argvmentvm ad partem secundam patet quid sit dicendum ex dictis in quæstione. *Ad aliam partem.*

QVAESTIO III.

Vtrū in omni opere Dei sit misericordia, & iustitia.

Et videtvr ꝙ non: quia in reprobatione eius qui nihil demeruit nulla est iustitia, quia iustitia respicit demeritum: in electione eius q non est nulla est misericordia, quia misericordia præsupponit miseriam, sed secundum Apostolum ad Ro. 9. Esau fuit reprobatus antequam aliquid mali egisset. Secundūēt ipm ad Ephe. 1. Eligit nos ante mundi constitutionē: ergo est aliquod opus Dei in quo nulla est iustitia, & aliquod in quo nulla est misericordia. *Arg. 1. D. Bon. hic ar. 2. q. 1. 2. 3 & 4. D. Tho. vbi sup. ar. 2. quæstiuncula 3. Scot. vbi su.*

Itē iustitia retribuit secundū merita: misericordia pter merita: iuxta illud Psal. Neq; secūdum iniquitates nostras retribuas nobis, & sequitur. Cito anticipent nos misericordie tuæ: sed idem opus non potest fieri secundum merita & præter merita: ergo nō est in omni opere Dei misericordia, & iustitia. *Secundo. Psal. 78.*

Contra, gl. super illud Psal. Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas: dicit, ꝙ hæc duo in omni opere domini simul sunt, & si non nobis manifeste appareant. *In oppositum. Psal. 24.*

CONCLVSIO.

In omni opere Dei est misericordia et iustitia, illa quidā vt dicit voluntatē benefaciendi creaturæ, hęc vero vt diuinæ bonitatis condecentiā importat.

Respondeo, ꝙ iustitia, & misericordia *Responsio.*

dia in Deo possunt accipi large vel strictæ.

Large iustitiam & misericordiã summendo ĩ opere Dei simul sunt, stricte autem non. Primo modo: iustitia in Deo dicit condecẽtiam bonitatis diuinæ, & misericordia voluntatem benefaciẽdi creaturæ, & sic planum est quòd in omni opere Dei simul sunt, quia omnia quæ facit Deus, facit secundum exigẽtiã suæ bonitatis, & cum voluntate benefaciendi creaturæ: etiam volendo punire reprobos cũ eorum punitio bona sit electis.

Secundo modo misericordia dicit voluntatem subueniendi miseris præter merita, & iustitia voluntatem retribuendi secundum meritã, & quia mereri, vel demereri non conuenit nisi rationali creaturæ: ideo misericordia, & iustitia non sunt in omni opere Dei sunt tamen in omni opere retributionis quæ fit rationali creaturæ de lege communi: inquantũ enim remunerat secundum condignum est in illo opere iustitia: inquãtum vero præmiat vltra cõdignum est in illo opere misericordia: similiter inquantum punit malos est in illo opere iustitia: inquantum vero punit citra cõdignum est in illo opere misericordia.

Ad primũ. Ad primum in oppositum dicendum, quòd in electione, & reprobatione ab æterno non fuit ratio iustitiæ secundo modo dictæ, nec tamen sunt contra iustitiam, sed præter iustitiam: actio autem prę̨ter iustitiam quæ est respectu rei quæ nulli debita est: in nullo repræhensibilis est: Deus autem reprobatis non tenebatur dare vitam æternam: vnde in eos reprobando nihil facit contra iustitiam. Potest tamen dici, quòd in eligẽdo fuit aliqua ratio misericordiæ, quia non tãtummodo actus misericordiæ est repellere miseriam iam in misero existentem, sed etiam hominem a miseria præcauere: eligẽdo enim præcauit illos quos elegit a miseria damnationis æterne.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd idem opus secundum aliquid potest fieri præter merita, & secundum aliquid secundum merita, vt patet in punitione citra condignum: ratione enim partis pœnæ quæ infligitur est opus secũdum merita: ratione partis pœnæ quę non infligitur est opus præter merita: similiter in prę̨miatione vltra condignum: inquantum enim homo aliquo modo disposuit se per liberum arbitrium ad tale præmium, illa præmiatio aliquomodo est secundum merita, multo minus tamen quam punitio secundum demerita, quia sic non potest liberum arb. quantum est ex parte sua in merendo, sicut in demerendo, inquantum autem homo dignus est illo præmio per Dei dona. Deus enim in nobis coronat dona sua, illa præmiatio est præter merita.

QVAESTIO IIII.

Vtrum pœna damnatorum diminuatur per suffragia viuorum.

ET VIDETVR, ꝙ sic: Aug. i. Enchi. 65. & recitat Magister di. prę̨cedenti. c. 2. dicit de suffragijs, quòd quibus prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, aut certæ, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio: vltimum autem huius dist. membrum non videtur possę̨ referri nisi ad damnatos. *Arg. 1. D.Bon. ar. 1. q. 1.*

Item secundum Psal. Deus non continet in ira sua misericordias suas, sed si Deus nollet domini penam damnatorum per suffragia viuorum videretur continere in ira sua misericordias suas: ergo videtur, quòd velit eos iuuari per suffragia viuorum. *Psal. 76. Secundo.*

Item qui debet centum si soluuntur pro eo quinque debitum eius minuitur: ergo ad quãtacunque pę̨nam obligę̨tur damnati si per suffragia aliquid pro eis soluitur, debitum eorũ, & ex consequenti pœna minuitur. *Tertio.*

CONTRA, Augu. 21. de ci. c. 24. dicit, ꝙ si ecclesia sub certitudine sciret q. sunt reprobati adhuc viuentes non oraret pro ipsis sicut nec pro ipso diabolo: sed quia de nullo certũ est: ideo orat pro omnibus dum adhuc viuũt, sed si orationes conferre possent dãnatis, pro reprobis esset orandum: ergo orationes & ex consequenti suffragia alia in nullo pœnam diminuunt damnatorum. *In oppositum. Vide ꝙ quæ optime totum cap.*

Item Aug. in lib. de cura pro mortuis agens prope principium dicit de suffragijs, quòd nihil omnino adiuuant siue pro eis fiant: quorũ tam mala sunt merita, vt nec talibus digni sint adiuuari, siue pro eis: quorum tam bona vt talibus non indigeant adiumẽtis: ergo non prosunt nec illis qui sunt in inferno nec illis qui sunt in paradiso.

CONCLVSIO.

Pœna damnatorum nec quoad durationem nec quoad intensionem diminui potest per suffragia viuorum.

AD hanc quæstionem dixerunt aliqui, ꝙ suffragia viuorum prosunt damnatis si pro eis fiant ad interpolationem pœnę̨ eorum interdum ante iudicium non post. *Prima opinio. Ad q. Contra.*

Sed contra hanc opinionem est, quia demeritum pœnæ in eis nunquam interpolatur.

Alij dicunt, quòd & si per suffragia pę̨na damnatorum non interpoletur, quantum tamen ad intensionem mitigatur. *Secunda opinio. Contra.*

Sed contra hanc opinionem est, quia cum pœna eorum sit finita intensiuæ per multiplicationem æqualium suffragiorum posset totaliter

totaliter tolli, quia p multiplicationem æqualium suffragiorum remoueretur gradus illius intensionis pœnæ non secundum eandem proportionem, sed secundum eandẽ quantitatẽ.

Tertia opi. Alij dicunt, ꝙ & si per suffragia non minuatur eorum pœna per se, & directe, diminuitur tamen per accidens, & indirecte inquantum virtus damnatorum per suffragia fortificatur in sustinendo.

Contra. Sed contra hanc opinionem est, quia damnatis nec noua virtus gratiæ datur, nec virtus naturæ eorum melioratur, nec dispositio contraria remouetur.

Doctor. Ideo simpliciter dicẽdum, ad quæstionem, ꝙ quamuis damnati non tanta quanta digni sunt poenarum atrocitate crucientur, non vt eas pœnas vel nunquam subeant vel aliquando finiant, sed vt eas mitiores quam merita sunt eorum leuioresq; patiãtur, vt dicit Aug. 21. de ciu. c. 24. exponens illud psal. Non cõtinebit Deus in ira misericordias suas, tamen pœna sic taxata, in nullo per suffragia minuitur, nec quantum ad durationem, nec quantũ ad intensionem, quia sicut in corpore naturali influentia aliorum membrorum non deriuatur ad membrum, totaliter a corpore præcisum, sic beneficia ecclesiæ, nec militãtis, nec triumphantis deriuantium ad damnatos cum sint totaliter ab ecclesia præcisi.

(Suffragia non damnatis nec in sensione nec extensione prodesse. Psal. 26.)

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ ibi Augu. accipit damnationem non proprie, sed pro valde graui purgatoria pœna.

Vel dicendum, quòd ibi locutus est sub dubitatione, & alibi partem contrariam asserit, vt patet in auctoritatibus ad partem contrariam allegatis.

Ad scdm. Ad secundum solutum est, per illud quod dictũ est in principio solutionis quæstionis.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ illud locum habet vbi debitum, & pars quæ soluitur sunt eiusdem generis, si .n. aliquis esset damnatus ad mortem non minueret aliquid de pœna illa q̃ centum libras solueret, pœna autem damnatorum cum sit æterna cuilibet temporali pœnæ improportionabilis est, vñ nõ sic põt minui per suffragia temporalia vt temporalis pœna.


Vel dici potest, ꝙ non sunt in statu in quo pro eis possit aliquid solui propter rationem dictam in solutione quæstionis.

Ad aliam partem. Ad primum ad partem aliam dicẽdum, ꝙ quamuis concedendum sit ratione principalis conclusionis, potest tamen dici ꝙ ecclesia nõ oraret pro aliquo in hac mortali vita quẽ sciret esse reprobum, vt sibi daretur salus æterna, orare tamen posset pro eo vt abstineret a peccatis pro quibus si ea faceret augeretur eius pœna.

CIRCA litteram. Incõpræhensibilia sũt iudicia eius: idest dispositiones eius: vnde non est contra hoc quod dicit psalm. Psal. 118. Pronunciaui omnia iudicia oris tui, quia ibi per iudicia intelliguntur Dei mandata. Non diuersitas rei his vocabulis significare exprimitur, sed varietas sensuum & effectuum in creaturis monstratur: inquantum scilicet ex præceptionibus diuersis quas à creaturis accipimus diuersas rationes attribuimus Deo, ita vt non sit in Deo diuersitas secundum rem, sed secundum rationem tantum, quæ tamen conceptiones, casse non sunt quia respondet illis ĩ Deo realis vnitas sine reali pluralitate.

De sententia iudicii.

DISTINCTIO XLVII.



OLET etiam quæri, qualiter dabitur iudicij sententia. Sed nõ est perspicuum id explicare. Nõ enim scriptura apertè definit an voce illa proferantur, Venite benedicti, & Ite maledicti: (Matt. 25.) *an virtute Iudicijs ita fiat, conscientiis singulorum attestantibus, vt modo dicitur futurum vt iudicis potentiæ effectus ipsius dictione significetur. Illa etiam Esuriui, & non dedistis mihi manducare,* (Ibidem.) *& huiusmodi, magis conscientiis exprimenda plurimi putant quàm verbis: quia Apostolus in momento,* (1. Cor. 15.) *& in ictu oculi mysterium consummandum tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantùm referunt, non ad iudicium: qui iudicii sententiam, et malorum increpationes, & bonorum præconia verbis expræm enda asserunt.*

Quod iudicabunt sancti, & quomodo.

Non autem solus Christus iudicabit, sed & sancti cum eo iudicabunt nationes. (Sapien 3. Aug. lib 20 de ci. Dei, cap. 5.) *Ipse enim Apostolis ait, Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Nec est putandum quòd duodecim Apostolis tantum hoc promiserit Christus. Vbi enim sedebit Paulus, qui plus omnibus laborauit, si non ibi sedebunt nisi duodecim?* (Matt. 19. 1. Cor. 15. De duodecĩ sedibus.) *Per duodecim ergo sedes perfectio tribunalis, id est vniuersitas iudicantium intelligitur, scilicet omnes perfecti, qui relictis omnibus secuti sunt Christum: Per duodecim tribus, vniuersitas iudicandorũ.* (Matt. 19. et in glo ibidẽ Marci 10. Psal. 149.) *Iudicabunt verò eos sancti nõ modò cooperatione, sed etiam auctoritate & potestate. Vnde, Gladii ancipites in manibus eorum, id est, sententia de bonis, & malis in potestate eorum. Si vero quæritur, quæ erit eorum potestas vel auctoritas in iudicando; puto non antè posse sciri quàm videatur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.*

De ordinibus eorum qui iudicandi erunt.

Erunt autẽ quatuor ordines in iudicio. Duæ quippe sunt partes, electorum scilicet, & reproborum: (vt Greg. in Moralibus ait) sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. (Lib. 26. ca. 24. super 36 cap. Iob) *Alii enim iudicantur, & pereunt: alii non iudicantur, & pereũt. Alii iudicantur, & regnant: alii non iudicantur, & regnant. Iudicantur, & pereunt, quibus Dominica inclamatione dicetur, Esuriui, & non dedistis mihi* (Matt. 25. Ioannis 3.)

manducare. &c. Non iudicantur, & pereunt, qui-
bus Dominus ait, Qui non credit, iam iudicatus est.
Eorum enim damnatio toti ecclesiæ nota est & cer-
ta: & ideo dicuntur tunc non iudicari, quia ad con
spectum districti Iudicis, cum aperta damnatione
Iacobi 2. suæ infedelitatis accedent. Qui verò professionem fi-
dei sine operibus habent, iudicabuntur, & peribunt,
id est, redarguentur vt pereant. Qui verò nec fidei sa
cramenta tenuerunt, increpationem Iudicis in se fie
ri non audient: quia infidelitatis suæ tenebris præiu-
dicati, eius quē despexerant inuectione redargui nō
merentur. Isti autem saltem verba Iudicis audient,
qui eius fidē saltem verbo tenuerunt. Illi autē in dā-
natione sua æterni Iudicis nec verba percipient, qui
eius reuerentiam nec verbo tenus seruare voluerūt:
Ibidē, c. 25. & ideo illi iudicandi, sed isti non iudicandi, dicun-
tur. Ex electorum verò parte alij iudicantur, & re
gnant, scilicet qui vitæ maculas lachrimis tergunt,
& eleemosynarum superinductione operiunt: qui-
bus Iudex veniens in dextra consistentibus dicet,
Prouer. 3. Esuriui, dedistis mihi manducare. Alij autem non
Matt. 25. iudicantur, et regnant, qui etiam præcepta legis per
fectione virtutum transcendunt: quia non hoc solùm
quod lex pręcipit implere contenti sunt, sed & quod
Esaiæ 3. ad perfectionem consulitur, implere student. De qui
Proue. vlt. bus propheta ait, Dominus ad iudicium veniet cum
senioribus populi sui. Et Salamon de ecclesiæ sponso
loquens ait. Nobilis in portis vir eius, quando sede
Iob 36. rit cum senatoribus terræ. Et Iob ait, Non saluat
impios, & pauperibus iudicium tribuit. Hi ergo
rectè sub generali iudicio non tenentur, sed iudices
veniunt: quia & præcepta generalia viuendo vice-
runt, & omnibus relictis Christum secuti sunt: Re-
Sap. 5. ctè pauperibus iudicium tribuit, qui quantò huic
mundo magna humilitate despecti sunt, tantò tunc
Gre. id. c. 25 maiori culmine potestatis excrescent. De talibus di
Apoc. 3. citur, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno
meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in
throno eius. Vincens Dominus cum patre in throno
sedit: quia post passionis certamen, & resurrectio-
nis palmam, quòd patri esset æqualis, omnibus cla-
ruit. Nobis vero in throno filii sedere, est ex eiusdem
Ibidē, c. 27. filii potestate iudicare. Quia enim iudicandi prin-
cipatum ex eius virtute percipimus, quasi in thro-
no eius residemus. Ex his apparet, quod etiam per-
fectiores sancti cum Christo iudicabunt potestate,
& quare quidā dicuntur iudicādi, alii non iudicādi.

De ordine iudicij, & ministerio Angelorū.

Matt. 13. Cùm autem in Euangelio legatur quod Dominus
mittet angelos suos qui colligent de regno eius om-
nia scandala, & mittent iniquos in caminum ignis
Ibidem. & item, Exibunt angeli, & separabunt malos de
medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis;
Matt 24. & iterum, Mittet angelos suos cum tuba, & con-
Psal. 49. gregabunt electos à quatuor ventis; & cùm prophe
ta dicat, Congregate illi sanctos eius: ministerio an-
gelorum illa impleri dubitandum non est. Domino
enim veniente ad iudicium, pręcedet ante eū ignis,
quo comburetur facies mundi huius: & peribit cæ-
lum, & terra, non secundum substantiam, sed secun
dum speciem, quæ immutabitur: cælum quidem ae-
reum, non æthereum. Tantum enim ascendet ignis
in iudicio, quantū ascenderunt aquæ in diluuio. Ille
autem ignis malis qui reperti fuerint viui, erit con-
sumptio, bonis verò non, vt ait Aug. Hoc erit incen
dium mundi sanctis, quod fuit caminus tribus pue- De ciu. Dei li. 20 c. 18.
ris. In quibus si aliquid purgandum fuerit, per illū
ignem purgabitur. Aliis verò nullam ingeret mole Dani. 3.
stiam. Purgato verò per ignem mūdo, & ad iudiciū
veniente Domino, emittetur vox illa magna, qua re
surgent omnes mortui: & tunc ministerio angelorū Lucæ 3.
ventilabitur area: quia boni congregabuntur ibi de
quatuor partibus mundi angelico ministerio: quo et
rapientur obuiam Christo in aera, reprobis in terra
quam dilexerunt, remanentibus. Et tunc præconia 1. Thes. 4.
illa bonorum, Esuriui, & dedistis mihi manducare;
& increpationes illæ malorum, Esuriui, & non dedi
stis mihi manducare, &c. proferentur vel sono vo- Matt. 25.
cali, vel alio modo. Denique proferetur sententia su
per vtrosq;. Venite benedicti: & Ite maledicti, &c.
Et ministerio angelorū, virtute Dei cooperante, mit Matt. 25.
tentur mali in caminum ignis, hoc est, in infernum. Idem 13.

Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum.

Et solet quæri, vtrùm in inferno malis ad punien-
dum præsint dæmones post iudicium: quos carnifi- Eccl. 39.
ces tortoresq; animarū scriptura appellat. Aposto.
dicit, quòd Christus tūc euacuabit omnem principa 1. Cor. 15.
tū, & potestatem, & virtutē. Dum .n. durat mun- Haymo sup 1. Cor. 15.
dus, angeli angelis, dęmones dęmonibus, homines ho
minibus præsunt: sed omnibus collectis, iam omnis
prælatio cessabit. Hinc quidam putant, post iudiciū
dæmones non habere potestatem cruciādi homines,
sicut modò: sed vt dæmones virtute Dei cruciari si-
ne creaturæ ministerio asserūt, sic reprobos homines
ibi non per operationem dæmonum, sed uirtute diui
na tantùm æternis subiici cruciatibus. Præmissa ta-
men auctoritas non id cogit sentire: quæ etsi asserat
tunc nec dæmones dæmonibus, nec homines homini
bus præesse; non definit tamen an dæmones præsint
hominibus ad torquendum. Vnde quibusdam uide-
tur, eos sic extare hominibus tortores in pœna, sicut
extiterunt incentores in culpa.

DISTINCTIO XLVII.



SVPERIVS determinauit Magister de resurrectione mortuorum, & de statu eorū ante resurrectionē. Hic determinat de iudicio resurgētiū. Et diuiditur in duas partes.

Primo determinat de his quæ pertinent ad ordinem iudiciarium.

Secundo de pertinētibus ad iudicis pſonā dist. sequēti: ibi. (Solet ēt quęri in qua forma.)

Prima in tres.

Primo determinat de pertinentibus ad ornem iudiciarium ex parte iudicantium.

Secundo ex parte iudicandorū: ibi. (Erunt autem quatuor.

Tertio ex parte ministrorum: ibi. (Cum autem in euangelio.) Prima in duas.

Primo

Primo determinat de modo prolationis sententiæ.

Secundo de assessoribus proferentibus sententiam.ibi. (Non autem solus Christus.)

Illa pars quæ ibi incipit, (Cum auté in Euangelio,) diuiditur in duas partes.

Primo determinat de ministris in iudicio.

Secundo de ministris exequentibus sententiam post iudicium.ibi.(Solet etiam,&c.)

CIRCA hanc distinct.quærẽdum est principaliter de duobus.

Primo de iudicio.

Secũdo de igne qui pręcedet faciẽ iudicis.

ARTICVLVS I.

Circa primum quæruntur septem.

Primo, vtrum sit futurum vniuersale iudicium.

Secundo, vtrum in illo iudicio erit vocalis disceptatio.

Tertio, vtrum erit de solis operibus misericordiæ.

De iudicio vniuersali eiusque omnes cõditiones habetur & resolute habes a Fr. May.d.48. huius q.1. Quarto, vtrum omnes in iudicio personaliter comparebunt.

Quinto, vtrum diu durabit iudicium.

Sexto, vtrum omnes iudicabuntur.

Septimo, vtrum solus Deus iudicabit.

Vtrum autem tempus futuri iudicij sit alicui creaturæ notum: & vtrum erit de die, vel de nocte, non oportet hic quærere, quia solutiones harum q. satis patere possunt per superius dicta.dist.44.in illa q. Vtrum resurrectio erit in nocte; Et in illa, Vtrum hominibus, vel angelis notum sit sub certitudine quantũ tempus est, vsque ad instans resurrectionis.

QVAESTIO I.

Vtrum sit futurum vniuersale iudicium.

Arg.1. D.Tho.d.47. q.1.ar.1. Scot.ibidẽ q.1. Secundo. OSTENDO quod Io.12.dicitur, Nunc iudicium est mundi: ergo non est futurum.

Item Naum 1. non iudicabit bis Deus in idipsum secundum aliam translationem, in nostra enim est, non cõsurget duplex tribulatio: sed nunc Deus iudicat de singulis hominum operibus, cum cuilibet post mortem retribuet pœnam, vel gloriam: ergo eos iterum non iudicabit.

Tertio. Item non adducuntur in iudicium, nisi ad hoc vt iudex certificetur de causa, sed omnia certa sunt iudici: ergo nullum est futurum iudicium.

In opposit. CONTRA, Aug.20. de ciu.Dei, c.1.tenet omnis Ecclesia Dei vere Christum de cęlo esse venturum ad viuos & mortuos iudicãdos.

CONCLVSIO.

Diuina prouidentia ordinauit venturum esse vniuersale iudicium, in quo electi sui præmij, & reprobi sui supplicij recipient complementum.

Responsio. RESPONDEO, quod ad hoc vt omnibus clare manifestetur diuinæ iustitiæ perfectio in operibus suis ordinauit diuina prouidentia esse venturum vniuersale iudicium quod erit omnibus manifestum, in quo electi sui præmij,& reprobi sui supplicij recipient complementum: tunc enim augebitur supplicium reproborum, & gaudium electorum, eo modo quo inferius ostendetur. *Quatuor congruentias vniuersalis iudicij ex Sco.habes.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod secundum quod exponit August.homil.52.super Ioã.illud verbum intelligitur de iudicio, quod fecit Christus quando per suam mortẽ iuste liberauit de seruitute diaboli genus humanum, quod probat per hoc quod immediate post verbum prędictum subiungitur: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, quod non iudicabit bis Deus in idipsum, quia iudicium quo modo iudicat est cuiuslibet singularis personæ per se, nec est omnibus manifestum, nec retribuit Dñs totum præmium, nec totum supplicium, quia punit animas non in corporibus, & similiter pręmiat de lege cõmuni: illud autem iudicium erit omnium simul,& omnibus manifestum, & reddetur cuilibet sui præmij, & sui supplicij cõplementum, & compositum ex corpore & anima iudicabitur: sic ergo patet, quod non iudicabit bis in idipsum, quia pœnam quam animabus ante inflixerat iterũ nõ infliget, sed quod deerat superaddet. *Ad secũdũ.*

Ad tertium dicendum, quod maior est falsa, immo etiã in iudicio humano iudice existente certo de causa vocantur homines ad iudicium vt assistentibus causa manifestetur pro quo est sententia proferenda. *Ad tertiũ.*

QVAESTIO II.

Vtrum in iudicio erit vocalis disceptatio.

Arg.1. D.Tho.vbi sup quæstiũcula 1. Secundo. Circa finem ET VIDETVR quod non: Sap.4. Dirũpet illos inflatos sine voce.

Item Aug.lib.20.de ciu.c.26. dicit, quod Deus conscientias reproborum cõuincet sine vlla sermonis prolixitate.

In opposit. CONTRA, Gregor.26.moralium, longe vltra mediũ, dicit de reprobis, quod illi verba iudicis audient qui eius fidem saltem verbo tenuerunt, sed hoc de verbo Dei interiori intelligi non potest: ergo intelligitur de verbo vocali.

CONCLVSIO.

In generali iudicio non solum mentalis, sed vocalis etiam erit disceptatio.

Ad q. opin. quæ non tenetur. AD ISTAM quæstionem dixerunt aliqui, quod nulla erit ibi disceptatio vocalis, sed tantum mentalis, quia vocalis esset superflua, eo quòd illi qui erunt in iudicio mutuo cognoscent conscientias suas, opinionem suam confirmantes per August. dicentem lib.20.de ciuit.cap.24.quod simul omnes & singuli iudicabuntur, sed si cum quolibet in singulari esset vocalis disceptatio, illud iudicium per maximum tempus protenderetur.

Alij qui magis videntur concordare cũ textu sacræ scripturę, dicunt, quòd ibi erit di-

Opi commu nis, quod in iud cio mentalis & vocalis erit disceptatio. sceptatio & mentalis & vocalis, quia Christus qui iudicabit Deus est & homo: ideo iudicabit modo diuino & humano, & ex hoc erit maius gaudium sensibile bonorũ, & maior dolor sensibilis reproborũ: vnde nõ erit frustra, sicut in corporali eius apparitione gaudebũt iusti & tristabuntur reprobi: mentalis ergo & vocalis erit citatio, quia ẽt mentaliter ad iudicium vocabuntur, & per mysterium Angelorum vocaliter, iuxta illud Matt. 13. Mittet Angelos suos & congregabit electos suos a quatuor ventis, &c. Quod facient angeli cũ tuba, vt exponit Magist. Mentalis etiã & vocalis erit reproborum accusatio: accusabunt.n. eos conscientiæ eorum secũdum Apost. ad Rom. 2. Et eorum iniquitas, quæ erit omnibus manifesta: vnde Sap. 4. Traducet illos ex aduerso iniquitas peccatorum. Christus etiam vocaliter accusabit eos, vt habetur Matt. 25. dicens eis: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. nec hoc erit contra formam recti iudicij quod iudex ꝓponet contra eos, quia ipse procedet ex officio suo. Testificatio ẽt erit mentalis & vocalis, quia omnes videbunt cõscientiam cuiuslibet, ita ꝙ in conscientijs proprijs testificabitur quilibet esse verum illud de quo conscientia cuiuslibet reprobi accusabit ipsum. Angeli etiã ipsi qui fuerunt custodes eorum specialiter testificabuntur contra eos qđ non tantummodo tenẽt fideles, sed etiam Philosophi plures, vt patet in libro de Deo Socratis. Homines etiam electi vocetenus cõtra eos testificabuntur. Sententia etiã diffinitiua non tantum mentaliter, sed etiam vocaliter referretur, vt videtur sonare sacra scriptura. Matt. 25.

Citatio. *Accusatio.* *Testificatio* *Sententia: Vnde Lyra ibi, & Ioelis 3.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illud verbum debet intelligi de voce excusationis, quia erunt inexcusabiles, & sic exponit gloss. ibidem.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ Aug. non dicit sine sermone, sed sine sermonis prolixitate.

QVAESTIO III.

Vtrum disceptatio erit de solis operibus misericordiæ.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ non: Matt. 12. De omni verbo ocioso quod locuti fuerunt homines reddent rationem de eo in die iudicij.

Secundo. Item omnia debent versari in iudicio pro quibus est sententia proferenda, sed sententia non proferetur contra reprobos pro defectu operum misericordiæ tantum, sed etiam pro criminibus alijs: ergo non tantum erit disceptatio in illo iudicio de operibus misericordiæ, sed etiam de alijs.

In oppositum. CONTRA, vt habetur Matth. 25. Saluator non dicit in futuro iudicio aliquam disceptationem futuram, nisi de operibus misericordiæ.

CONCLVSIO.

In iudicio vniuersali de omnibus operibus erit disceptatio mentalis, vocalis vero fiet aut de solis operibus misericordiæ, aut præcipue de illis.

Responsio. RESPONDEO, vt in præced. q. dictum est, in iudicio erit disceptatio mẽtalis & vocalis: prima erit de omnibus operibus non tm̃ in speciali, sed ẽt in singulari: quia sicut dicit Aug. lib. 20. de ci. c. 14. Virtute diuina fiet vt quęcũque opera sua bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset scientiam conscientia atque ita simul & omnes singuli iudicentur.

Fiet de omnibus operibus præsertim de operibus misericordiæ. Vtrũ aũt de alijs operibus quam de operibus misericordiæ ibi vocalis aliqua disceptatio sit futura, certum non est nobis: sed tñ satis certum est, ꝙ aut fiet de solis operibus misericordię, aut pręcipue de illis, vt omnibus appareat manifeste, ꝙ qui peccata per misericordię opera non redemerunt indigni sunt misericordia, iuxta illud Ps. Disperdet de terra memoriam eorum, pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam, & Iac. 2. Iudicium sine misericordia, scilicet saluante fiet illi qui non fecerit misericordiam.

Ad argum. ARGVMENTA ad partem primam procedunt de disceptatione mentali.

Argum. ad partem secundam de vocali.

QVAESTIO IIII.

Vtrum omnes in iudicio personaliter comparebunt.

Arg. 1. D. Tho. 3 quæst. 1. ET VIDETVR ꝙ non: Matth. 19. dicit Apostolis Saluator: Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel: ergo soli filij Israel comparebunt in iudicio, quia Apostoli eo modo quo eis conueniẽt iudicare iudicabũt omnes homines qui in iudicio comparebunt.

Secundo. Itẽ non oportet illos in iudicio cõparere qui iudicandi non sunt, sed sm̃ Greg. 16. mor. vltra medium: & sm̃ Magistrum in littera huius dist. c. 3. Aliqui peribunt, & aliqui saluabũtur, qui non iudicabuntur: ergo illi in iudicio non comparebunt.

In oppositum. CONTRA, citatus pro causa criminali tenẽt personaliter cõparere: ibi.n. defensio procuratoris nõ admittitur. 5. q. 3. In criminalibus, sed oẽs reprobi ad iudicium vocabuntur pro causa criminali: ergo oẽs oportebit comparere personaliter: oẽs etiã electi congregabuntur, vt habetur Mat. 13. oẽs ergo tam electi, quam reprobi personaliter in iudicio comparebũt.

CONCLVSIO.

Omnes in iudicio personaliter comparebunt.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ oẽs in iudicio personaliter comparebunt, vt conscientię singulorũ in pręsentia iudicis singulis pateãt ad diuinę iustitiæ manifestationem, & vt viui hic existentes, & pręaudientes per sacram scripturam, ꝙ sic oportebit eos personaliter cõparere diligentius se prępararent ne in tanta cõgregatione corã tanto iudice extremam recipiant confusionem, & vt singuli iudicem quo ad humanam

nam naturam videant ad consolationem electorum, & reproborum ampliorem afflictionem: reprobi enim in eius aspectu vehementer affligentur: vnde Apoc.6. dicitur de reprobis dicent montibus, & petris, Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.

Ad primu. Ad primvm in oppositum dicendum, q secundum Aug.20.de ci.c.5.p.12. tribus Israel intelliguntur omnes gẽtes propter duas partes numeri septennarij quo plerumque significatur aduersitas, quæ duæ partes, idest tria, & quatuor altera per alterum multiplicatæ faciunt duodenarium.

D.S.Bon. Vel potest dici, q cum Saluator dicit Apostolis, quòd iudicarẽt duodecim tribus Israel non negauit quin alios iudicarent, sed filios Israel magis expressit per quandã appropriationem, quia Apostoli erãt de populo Israel.

Ad secundũ. Ad secundum dicendum, q omnes iudicabuntur quãtum ad retributionem, erunt tñ aliqui qui non iudicabuntur quantum ad disceptationem, & sic intelligitur verbũ Gregorij.

QVAESTIO V.

Vtrum diu durabit iudicium.

CONCLVSIO.

Quanto tempore duraturum sit iudicium non est certum, sed probabile est, quod circiter unius horæ tempus expedietur.

Responsio. Respondeo, sicut dicit Aug.lib.20.de ciu.cap.1. Per quot dies hoc iudicium tendatur incertum est, vnde cum diuini iudicij vltimum diem dicimus more sanctarum scripturarum, quæ diem solent ponere pro tempore, nouissimum tp̃s significamus: probabile tamẽ est, q non tendetur per horam multum prolixam, quod vr̃ Aug. sentire lib.20. de ciu.c.26. vbi dicit, q iudex conuincet conscientias reproborum sine vlla sermonis prolixitate: vnde illa vocalis disceptatio non erit cum quolibet in singulari nominatiui, nec de quolibet operæ singulari, sed sicut Saluator narrat in Euangelio, sic forte credendum est.

QVAESTIO VI.

Vtrum omnes iudicabuntur.

Arg.1. S Bonauẽt. hic art.1.q.3.& 4. D.Th per 3. quæstiun culis vbi sit pra. Secundo. Et videtvr q sic: Act.10. dicitur de Christo q constitutus est ab eo iudex viuorum, & mortuorum: sed omnes sunt viui, vel mortui: ergo omnes iudicabuntur.

Item Apost. 1.Cor.6. Nescitis quoniã Angelos iudicabimus, sed si Angeli iudicabuntur, multo fortius omnes alij.

Tertio. Item aliter illud iudicium non esset vniuersale.

In opposi- tum. Contra, dicit beatus Greg.26.lib.moralium vltra medium, & Magister huius dist. c.3. quòd erunt aliqui qui non iudicabuntur.

Secundo. Item iudicium erit propter discussionem meritorum, vel demeritorum, sed paruuli nulla habuerunt merita vel demerita, quia meritum vel demeritum proprie loquendo in actu consistit: ergo paruuli non iudicabuntur.

CONCLVSIO.

Quo ad retributionem omnes iudicabuntur tam boni, quam mali, quia eorum retributio saltem accidentaliter augebitur: quo uero ad discussionem non omnes.

Responsio. Respondeo, in illo iudicio erit demeritis & de demeritis disceptatio, & pro meritis & demeritis retributio: quantum ad retributionem omnes iudicabuntur, quia augebitur supplicium malorum tam hominum, quã angelorum, & gaudium bonorum tam hominum quam angelorum: boni eñ angeli, quamuis iam habeant suam retributionem essentialem, tamen pro ministerio quod nobis exhibent, recipient aliquod accidẽtale gaudium, & mali angeli pro malis quæ nobis procurant recipient graue supplicium, per resumptionẽ etiam corporum reproborum hominũ augebitur supplicium, & electorum augebitur præmium, vt inferius declarabitur. Quoniam aũt ad discussionem non oẽs iudicabuntur, quia secundum Greg.26.lib.mor. vltra medium, & Magist.huius dist.c.3. Alij iudicabuntur & peribunt, vt illi qui aliqua bona habuerunt permixta suis malis, sed mala finaliter præponderauerunt, & præualuerunt. Alij non iudicabũtur & peribunt, vt illi quorum mala fuerunt impermixta bonis, vt illi qui fundamento fidei caruerunt. Alij iudicabuntur & saluabuntur, vt illi quorum mala fuerunt permixta malis, sed bona præponderauerunt, & præualuerunt. Alij non iudicabuntur & saluabuntur, vt illi quorum merita ita fuerunt perfecta, q nullis malis aut paucissimis fuerunt permixta, vt viri perfecti, & etiam paruuli purgati ab originali peccato, qui decesserunt ante lib. arbit. vsum & Angeli sancti. *De qua duplici ordine in iudicio secundum Greg.*

Ad argum. Argumenta ad partem primam procedunt de iudicio quantum ad retributionem.

Ad aliam partem. Ad primvm ad partem secundam patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad secundum dicẽdum, quòd procedit de iudicio disceptationis.

QVAESTIO VII.

Vtrum solus Christus iudicabit.

Arg.1. D Bon. art.1.q.1.& 2. D.Tho art.2.q.1. Sco dis.47. quæst 2. Secundo. Et videtvr q non: Matth.19. dicitur de Apostolis quòd erunt iudicantes duodecim tribus Israel.

Item Iob 36. Iudicium pauperibus tribuit.

In opposi- tum. Contra, Ioan.5. Pater omne iudicium dedit filio.

Item in iudicio non debet esse idem accusator & iudex: sed Sancti in iudicio cõstanter accusabũt reprobos, iuxta illud Sap.5. Stabũt iusti in magna constantia aduersus eos qui se an-

anguſtiauerunt: ergo Sancti non iudicabunt: ſolus ergo Chriſtus iudicabit.

CONCLVSIO.

Solus Christus vt homo, poteſtate delegata vere iudicabit.

Reſponſio. RESPONDEO, ꝙ extendendo nomẽ iudicandi dici poteſt, ꝙ quinque modis poteſt iudicium alicui conuenire. ſ. ordinaria poteſtate, & ſic iudicabit tota Trinitas. Vnde primo Reg. 2. Dominus iudicabit fines terræ.

Officium iudicandi alicui quinq; modis poſſe conuenire. Vel ex delegata poteſtate, & ſic iudicabit Chriſtus inquantum homo, & ſic poteſt exponi illud Ioã. 5. Pater omne iudiciũ dedit filio, & illud Dan. 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Et infra: Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cęli quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquũ dierum peruenit. Et parum poſt: Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnũ.

Vel acceſſoria dignitate, & ſic iudicabũt viri perfecti qui erunt pro perfectione meritorum ſuorũ aſsiſtentes iudici, non vt iudici cõſulant, vel in iudicando auctoritatẽ habeant, ſed hoc erit ꝑꝑ ipſorũ honorẽ & dignitatem.

Et ſic poteſt intelligi illud Iob 36. Iudiciũ pauperibus tribuit.

Vel approbatione, Et ſic iudicabũt omnes electi: omnes. n. approbabunt iudicis ſententiam Apoc. 19. Audiui quaſi vocem tubarum multarum in cœlo dicentium alleluia, Laus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt, quia vera & iuſta eius iudicia ſunt.

Vel comparatione, & ſic minus mali iudicabunt magis malos, de quo põt exponi illud ꝙ dr̃ Luc. 11. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam.

Ad argum. Ad ſecundũ ſecundæ partis. EX DICTIS patet ſolutio ad arg. ad partem primam, & ad primum ad partem ſcd̃am.

Ad ſecundum cum dicitur, ꝙ in iudicio nõ debet idem eſſe accuſator & iudex, dico ꝙ verum eſt, quando in iudice poteſt eſſe error in intellectu, vel obliquitas in voluntate, ſed nullum iſtorum eſſe poterit in Sanctis.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de ſecundo principali. Et circa hoc quæruntur ſeptem.

Primo, vtrum mũdus purgabitur per ignẽ.

Secundo, vtrum ille ignis erit eiuſdem ſpeciei cum igne elementari.

Tertio, vtrũ ſupernaturaliter producetur in eſſe.

Quarto, vtrum præcedet iudicium.

Quinto, vtrum purgabit aliquos electos.

Sexto, vtrum cruciabit reprobos.

Septimo, vtrum definet eſſe.

QVAESTIO I.

Vtrum mundus purgabitur per ignem.

Art. 1. D. Bon. q. 1. & 3. & ar. 2. & d. 48 art. 1 q. 3. D. Tho. q. 2. ar. 1. & 2. OSTENDO, quia deſtrui non eſt purgari: ſed per illum ignem duo elementa ex toto conſumentur ſm̃ gl. ſuper illud 2. Pet. vlt. elementa calore ſoluentur: ergo cum mundus conſtet ex elementis per ignẽ nõ purgabitur.

Item ſi mũdus deberet purgari per ignem propter peccata in eo commiſſa cęlum empyreum purgari deberet, cũ in eo angeli qui ceciderunt peccauerint, ſed ignis nullam purgationem facere poterit in cęlo empyreo, quia de corporibus cęleſtibus dicitur 1. meteor. ꝙ non recipiunt impreſsiones peregrinas: ergo mundus per ignem non purgabitur. *Secundo. Et 1. & 2. cœli alibique.*

Item ſi alia elementa indigerẽt purgari, pari ratione & ignis, ſed non decet ꝙ idem ſit purgans & purgatũ: ergo aut mundus non purgabitur, aut non purgabitur per ignem. *Tertio.*

Item ignis eſt corpus purgans ſimul cũ purgato: ergo ſi ignis purgaret mundum duo corpora ſimul eſſent, quod eſt cõtra Phil. 4. phyſ. *Quarto. Scot. diſtin. 48 q. 2. T. cõ. 47. & 1. de aia. T. com. 69.*

Item effectus ignis eſt rarefacere, ergo ſi orbis elementaris purgaretur per ignem, rareſieret, ſed rarefactus maioris eſſet extenſionis: ergo maiorem locum occuparet, & ſic aut cœlũ augeretur, aut duo corpora ſimul eſſent in eodem loco, quorum vtrunq; inconueniens eſt. *Quinto.*

In oppoſitum. CONTRA, 1. Cor. 7. Præterit figura mundi huius, ibi gl. Pulchritudo huius mundi mũdanorum ignium conflagratione peribit: ergo mundus per ignem purgabitur.

Item Aug. 20. de ci. c. 16. Illa conflagratione mundana elementorum corruptibiliũ qualitates, quæ corporibus noſtris corruptibilibus congruebant ardẽdo penitus interibunt, atque ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit, quę corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniunt, vt. ſ. mundus innouatus in melius aperte accommodetur: hominibus etiã carne in melius innouatis. Hic aperte Auguſtinus inſinuat, ꝙ mundus per ignem purgabitur, & per quem modum.

CONCLVSIO.

Futura eſt mundi vſque ad medium aerẽ elementorumque ab impuritate permixtionis confuſioniſque ad inuicem, & alius indignitatis purgatio: eademque per ignem & conuenientiſsime remanentibusque tamen iiſdemet elementis, quo ad ſuas eſſentias, & proprietates.

Reſponſio. RESPONDEO, ꝙ ad intelligentiam huius quęſtionis, Primo declarãdum eſt, quòd iſtius machine mundialis eſt futura purgatio.

Quæſtionis de articulo. Secundo quòd erit per ignem.

Tertio ꝙ ille ignis nõn purgabit mundum quantum ad illam partem, quæ eſt vltra medium aeris interſtitium.

Quarto ꝙ illã partem quæ eſt infra, ita purgabit quòd eius ſubſtantiam non conſumet.

Primus artic. q̃d purgatio mundi ſit futura. T. com. 24. Primum declaro ſic: mundus factus eſt propter hoĩem, vnde dicit Phil. 2. phyſ. ꝙ nos ſumus quodammodo finis: & ideo conueniens eſt, ꝙ cum homo per reſurrectionis gloriã innouabitur mundus innouet innouatione conueniẽte pro illo ſtatu: vnde Apoc. 21. Ecce noua facio omnia, & quia ꝑdictã hoĩs innouationem

nem præcedit purgatio duplex ab impuritate, scilicet corruptibilitatis, & culpabilitatis, sic conueniens est, vt prædictam mundi innouationem præcedat purgatio ab impuritate duplici correspondentibus duabus hominis impuritatibus prædictis.

Prima impuritas. 1.c.1.& 2.

Vna est impuritas elementorum, quia per mutuam actionem & passionē sese alterāt in confinijs suis s͡m Philos.2.meteor. Et per confusionem cum re alterius naturæ. Totus enim aer iste conueniens corruptibili hominis statui admixtus est cum vaporibus terreis, & aqueis s͡m doctrinam Philos.2.lib.meteo. *Vbi supra.* Similiter partes terræ in quadam sunt confusione cum aqua, ita ꝙ in prædicta mundi parte nullum est elementum in puritate suæ naturæ, & hæc impuritas correspondet corruptibilitati corporis humani, quia talis elementorum confusio pro corruptibili vita conueniens est. *Secunda impuritas.* Est etiam hic quædam impuritas alia correspondens culpabilitati hominis, & illa est quędam indignitas, seu idoneitatis carentia ad susceptionem innouationis prædictæ, propter peccata in hac parte mundi commissa longo tempore tam ab hominibus quam ab angelis malis, quorum modo communis est habitatio in isto aere caliginoso. Purgatio autem mundi a prima impuritate erit per separationē cuiuscunque naturæ extraneæ dispositionis a quolibet elemento. Purgatio autem a secunda impuritate erit quædam mundi reconciliatio ad similitudinem illius qua reconciliantur ecclesiæ prophanatæ.

2. artic. quod mundus sit per ignem purgandus T com 8 et alibi.

Secundum articulum declaro sic: Sicut dicit Philos.lib. 2. de generatione, natura ignis est congregare homogenea, & segregare heterogenea: sed prima mundi impuritas est propter confusionem rerum naturę diuersę, & eius purgatio erit per talem confusionis separationem: ergo ad illam purgationem conueniens erit ignis natura cuius virtus est partes eiusdem naturę cōgregare, & partes, & dispositiones extraneas segregare ab eis, vt docet experientia in purgatione auri, & argenti.

Ad purgandum ēt mundum ab alia impuritate magis congruus est ignis, quam aliud elementum, quia peccata committuntur ex inordinato amore qui est ignis spiritualis immundus: & ideo ad reconciliandum mundum contra illam indignationē, quæ est in eo propter habitationem peccatorū conueniēs erit ignis sicut instrumentum, quia inter elemēta ignis magis repræsentat qualitates corporū gloriosorum, propter eius luminositatem, & subtilitatem, & actualitatem maiorem, & virtutem, & sui impermixtionem cū vaporibus terreis & aqueis, quamuis hic ignis inferior cum materia aliena sit admixtus. Vnde nec purus est sicut ignis in spera sua.

Inter cætera elementa ignem repræsentare magis qualitates corporum gloriosorum.

3 art quod ignis nō pur-

3. artic. declaro sic, vltra medium interstitiū non est locus deputatus habitationi hominū pro corruptibili statu: ille.n. aer propter nimiā sui subtilitatem non est bene corruptibili vitę hoīs proportionatus: vnde & Philos. quandoque ascendentes in cacumine alicuius mōtis transcendentis locū illum portabant spōgias plenas aqua ad aerem incrassandum, & vt refert gl. super illud Gen.7. Operti sunt montes excelsi. Sunt qui putant altitudinem montium non fuisse tantam ante diluuiū quanta est hodie: & hoc habent necesse concedere tenētes ignē conflagrationis non transcensurū supremā partem medij interstitij aeris: quia vt dicitur Gen.7. in diluuio 15. cubitis altior fuit aqua super montes quos cooperuerat, sed certū est, ꝙ ille ignis tm̄ ascendet quantum ascenderunt aquę diluuij, quibus concordat gl. super illud 2. Pet.3 Mundus aqua inundatus perijt, quę dicit, ꝙ aqua diluuij occupant totam istā capacitatem aeris vbi aues volitāt, sed nō volitant vltra supremā partem medij interstitij. Si tn̄ aqua diluuij vltra locum illū ascenderit, concedo, ꝙ & ignis conflagrationis vltra ascendet: mali ēt angeli diuina virtute locū illum inhabitare prohibentur, & ideo igne purgari nō indiget tota pars mundi, medium interstitiū aeris transcendens, propter aliquam indignitatem causatā ex inhabitatione peccatorum: quamuis.n. angeli peccauerint in cęlo empyreo, & homo in terrestri paradiso, q̄ medium aeris interstitiū transcendit: non tn̄ propter hoc igne purgabuntur, quia loca prædicta purgata fuerunt, cum peccato cōmisso statim peccatores de locis illis depulsi fuerūt, & hoc pro purgatione sufficit. In corporibus ēt cęlestibus nō est impuritas per admixtionem naturę extraneæ, neq; per aliquam transmutationem ab alio corpore, quia nō sunt receptiua peregrinarum impressionum: quamuis ēt aer & ignis in suis confinijs quodāmodo sint confusa, & quamuis in suprema aeris parte generentur quędam impressiones calidæ & siccæ: & ignis perpendicularis lācea candela rotunda, vt patet per Phil.1. meteororum, quarū impressionū vapor siccus est materia. Ex hoc tamen in illis partibus non contrahitur talis impuritas quę sit igne conflagrationis purgāda, vnde ille ignis non plus ascendet, quam ascenderunt aquę diluuij s͡m sententiā Aug. 20. de ci.c.18. & s͡m Mag. huius dist.c.4 & s͡m gl. super illud 2. ad Thes.1. In flammam ignis, & s͡m gl. super illud 2. Pet.3. In quo cœli. Incipiet autem prædictus ignis purgare aerem in superiori parte quæ purganda est, & veniet successiue descendendo inferius. Et ad hoc potest assignari duplex ratio congruitatis.

gabit mundum vltra mediam regionē aeris.

Vt in monte olimpo prisci vates.

De paradiso negat Scot in 2. dist.17.q 2

c. 1.

Duplici ratione ignem non ascensurum vltra ascensum aquæ diluuij.

Vna est, quia quasi in medio interstitio aeris est cōis habitatio dęmonū vsq; ad iudiciū, & prius peccauit malus angelus, q̄ malus hō, & homini suasit facere contra Dei mandatū.

Alia ratio est ad significandum, quòd ille ignis non agit tantum in naturali virtute, sed vt

vt instrumentum diuinæ virtutis. Ignis enim per naturam tendit sursum,& non deorsum.

4 artic. Elementa in suis essentijs remanebunt. Quartum articulum declaro sic, secundum Aug.lib.20.de ciu.c.16. & auctorem de ecclesiasticis dog.propositione 36. Elemẽta in suis essentijs remanebunt, & hoc rationabile est: mundus enim qui seruit homini remunerato homine secundum modum suum debet remunerari,quod non fieret si destrueretur, neque est ita intelligendum, vt essentijs elemẽtorum remanentibus saluis eorum naturales qualitates destruantur, cum sint propriæ passiones eorum, sed eis remanentibus saluis elementa per eas non agent, nec patientur ab inuicem, quia talis actio,& passio est in elementis propter corruptibilem hominis statum:causa autem quare tunc non erit inter ea mutua actio, & passio in sequenti dist. ponetur.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa gloss. quantum ad illud quod dicit de totali consumptione duorum elementorum, loquitur secundum opinionem quorundam, quæ non tenetur.

Ad secũdũ. Ad secundum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd ignis in spera sua,quamuis aliquo modo innouabitur, vt patebit in quæstione sequenti: tamen per ignem non purgabitur,quia non habet puritates purgandas per ignem, sicut patet ex dictis in quęstione: ignis autem impurus, qui hic inferius est nostro vsui commodatus non remanebit: post iudicium enim non erit ignis,nisi in spera ignis vbi est purus,& in inferno vbi est turbidus,& fumosus.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, ꝙ sicut ventus qui est vapor terreus collateraliter motus,secundum Phil.2.metheor.mouetur per aerem, nec tamẽ duo corpora simul sunt, quia nulla pars aeris simul est cum aliqua parte illius vaporis, sed est confusio paruarum partium inter se,sic potest dici de illo igne. *Cap.2.*

Vel potest dici,ꝙ sicut ille ignis aget,vt instrumentum virtutis diuinæ,ita non per suam naturam, sed per virtutem diuinã erit supernaturaliter simul cum alio corpore.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum, ꝙ sicut ille ignis nullius elementi destruet essentiam, sic nullam rarefactionem faciet in aere, nisi illam, quæ competit naturæ aeris in sui puritate, & quia natura ignis est segregare heterogenea, partes terræ reducet ad terram, partes aquæ ad aquam, & condensabitur aqua secundum quòd competit naturæ aquæ in sui puritate. Et dico, quòd concauitas orbis Lunæ est sufficiens capacitas pro quatuor elementis quolibet existente in illa raritate, vel densitate, quæ competit puritati suæ naturæ.

QVAESTIO II.

Vtrum ignis conflagrationis erit eiusdem speciei cum igne elementari.



T VIDETVR ꝙ non;natura ignis elementaris est conuertere illud in quod agit in sui naturam: sed ignis conflagrationis agit in alia elementa,nec tamen ea conuertet in sui naturã, quia essentiæ remanebunt,vt dictum est: ergo non erit eiusdem speciei cum igne elementari. *Arg 1. D. Bon. vbi supra D. Th. vbi supra quæstiucula 3.*

Secundo. Item ea quę sunt eiusdem speciei habent similem motum,sed motus ignis elementaris si est extra locum suum est rectus,& ad circunferentiam, quamuis in spera sua non moueatur nisi motu circulari per reuelationem orbis: ignis autem conflagrationis non mouebitur ad circunferentiam,sed ad medium,nec tantũ motu recto, sed etiam collaterali: ergo non est eiusdem speciei cum igne elementari.

In oppositum. CONTRA, quod non est ignis,nisi ęquiuoce non habet ignis virtutem, sicut qui non est homo, nisi equiuoce non habet virtutem hominis,sed si ille ignis non esset eiusdem speciei cum igne elementari non esset ignis, nisi equiuoce: ergo non esset habiturus virtutem ignis: quod falsum est.

CONCLVSIO.

Sicut præterita mundi purgatio per aquam fuit per aquam eiusdem speciei cum elementari: ita futura per ignem erit per ignem eiusdem speciei cum elementari.

Responsio. Ignem cõflagrationis eiusdem speciei cum elementari fore bifariam persuaderi. RESPONDEO, ꝙ ignis conflagrationis erit eiusdem speciei cũ igne elementari:quod dupliciter potest probabiliter persuaderi.

Purgatio mundi quæ fuit per aquam, fuit per aquam eiusdem speciei cum ista: ergo a simili,& purgatio futura per ignem erit per ignem eiusdem speciei cum igne elementari.

Præterea illud verbum Gen.1. & requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat,exponitur sic, ꝙ cessauit a creando nouas species rerum: sed si ignis conflagrationis nõ foret eiusdem speciei cum igne elementari, produceret Deus speciem quę non fuit producta in operibus sex dierum,nec in se,nec in suis naturalibus causis, nec intendo hoc argumento concludere,ꝙ Deus non posset nouam speciem substantię producere,quia scio quòd posset, sed multa posset facere, quæ facturus non est.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ maior intelligenda est quãdo pure agit naturaliter: ille autem ignis agit vt instrumentum virtutis diuinæ: & pręterea vt superius ostensum est: potest esse ignis in tali materia, cui incorporata est talis proportio cęlestis influentię, vt ignis sic per eam reguletur in operatione sua,vt calefaciat,& non consumat, sicut ostensum fuit in igne fulguris.

Ad

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior intelligenda est de motu naturali. Ignis autem ille & partim habebit motum naturalem, & principaliùs supernaturalem, sicut ad suam operationem disponet sua naturalis virtus, sed principaliter operabitur per virtutem supernaturalem, quia operabitur vt instrumentum diuinæ virtutis.

QVAESTIO III.

Vtrum ignis conflagrationis supernaturaliter producetur in esse.

Arg. 1. D.Bon. q 2 D.Thom. a. 3. ET VIDETVR ꝙ non: res supernaturalis nullam habet naturalem operationem, sed res in esse producta supernaturaliter est supernaturalis: ergo si ille ignis supernaturaliter produceretur in esse nullam haberet naturalem operationem, quod falsum est.

In oppositum. CONTRA, si ille ignis producetur in esse, possibile est, ꝙ naturaliter fiat ignis diluuium vniuersale: sed hoc excommunicatū est à Domino Stephano Episcopo Paris. ergo ille ignis non producetur naturaliter in esse.

CONCLVSIO.

Conflagrationis ignis a diuina virtute supernaturaliter producetur: cui tamen sicuti cum actione principali supernaturali inerit, & aptitudo quędam adoperat dum naturalis, ita eiusdem productionem poterit tanquam non necessaria, sed congrua dispositio pręcedere vehemens naturalis siccitas.

Prima opi. AD ISTAM quæstionem dixerunt aliqui, ꝙ illius ignis generatio erit naturalis, quia virtute ignis elementi, & corporum cœlestium generabitur in materia terrestri, & aquea, & aerea.

Contra. SED CONTRA, si eius generatio esset naturalis virtute alicuius constellationis naturali inuestigatione posset sciri consummatio sæculi, quod falsum est, & est contra illud Act. 1. Non est vestrum nosce tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In quo satis datur intelligi, ꝙ consummatio sæculi non est in actiua potestate naturæ.

Præterea secundum illam opinionem alia elementa per ignem illum non purgarentur, sed corrumperentur, si intelligāt, quòd fieret de tota materia aliorum elementorum: natura enim non potest educere formam ignis de materia alterius elementi, quin illius elementi corrumpat formam.

Præterea, si illa opinio esset vera, pari ratione posset dici, ꝙ illa purgatio, quæ fuit per aquam diluuij fuit naturalis per virtutem alicuius constellationis cęlestis conuertentis aerem in aquā, sed hoc est falsum: immo supernaturalis fuit ad purgandum mundum de hominibus malis, secundum quòd manifeste innuit textus sacræ scripturæ.

Doctor q. ignis confla- Videtur ergo mihi dicēdum, ꝙ illius ignis productio supernaturalis erit, sicut tamē eius actio principaliter erit supernaturalis, & cum hoc erit in eo aliqua naturalis aptitudo ad illam operationem ad quam applicabitur a diuina virtute principaliter mouente, quia ille ignis erit virtutis diuinæ instrumentū: sic non nego quin productionem huius ignis præcedat vehemens siccitas naturaliter generata illius ignis productioni naturaliter concordans, non tamen sicut dispositio necessaria, sed congrua. *gratiōnis creabitur. Scot vero dubius remanet.*

Ad argum. AD ARGVMENTVM in oppositum dicendum, ꝙ ista non contradicunt, ꝙ res sit supernaturaliter producta, & naturalem virtutē habeat, & operationem. Adam enim supernaturaliter fuit productus, & tamen naturales habuit operationes, sic etiam mundus: res ergo non dicitur supernaturalis, quia supernaturaliter producta, sed quia naturam eleuans vltra suam naturalem facultatem, sicut est gratia in anima. Nec per ista intendo negare illius ignis operationem principaliter fore supernaturalem, immo hoc concedo.

QVAESTIO IIII.

Vtrum ignis ille præcedet iudicium.

Arg. 1. D.Bon. q 4 D.Tho vbi supra quæstiuncula 2 ET VIDETVR ꝙ non: Aug. lib. 20. de ciuit. Dei, c 16. Iudicatis his qui scripti non sunt in libro vitæ: sequitur, tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit.

Secundo. Item Aug. eo. lib. c. vlt. in fine, circa illud iudicium has res didicimus esse futuras. Heliā Thesbytem, fidem Iudæorum, Antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, resurrectionem mortuorum, bonorum & malorum direptionem, mūdi conflagrationem, eiusdēque renouationem, & infra: existimo eo quo a me commemorata sunt ordine esse ventura.

In oppositum. Psal. 96. CONTRA, Psal. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

CONCLVSIO.

Ignis ille quo ad sui initium præcedet quo ad progressum concomitabitur, quo vero ad suæ operationis complementum sequetur iudicium.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ignis ille quantum ad sui initium præcedet iudicium, & cōcomitabitur quantum ad suum progressum, sequetur vero quantum ad suæ operationis complemētum. Vt enim aliqui dicunt, igne illo incipiente mundum purgare in superiori parte, quę purganda est, Christus incipiet venire ad locum iudicij, & statim ad eius præceptum motus cęli cessabit, & resurgent illi qui tunc inuenientur mortui, & illi qui tunc inuenientur viuentes valde cito morientur propter cessationem motus cęli, & etiam vt volunt quidā propter quandam distemperantiam caloris, quæ extunc erit in loco habitationis hoīum, quamuis adhuc vsque illuc substātia ignis prædicti non peruenerit, & quasi post statim prædictus ignis descēdet & incinerabit corpora eorū, & purgabit illud qđ inueniet purgandum in ele-

ctis, quo facto statim resurgent, & tunc illi, & alij electi qui parum resurgent ante eos rapientur simul obuiam Christo in aera: & hæc omnia fient ante quam Christus perueniat ad locum iudicij. Et sic patet, quòd Christus ad locum iudicij veniet succesſiue, ſicut succesſiue in cœlum aſcendit: vnde Act. 1. dicitur: Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum; Quid autem agat prædictus ignis in principio, quid in medio, quid post iudicium in ſequentibus quæſt. dicetur.

Ex dictis patet concordia auctoritatum ad vtranque partem, ſecundum tamen gloſ. illud verbum Pſalm. intelligitur de igne irę in quo inflammabuntur impij pro prædicatione prophetarum, vel de igne charitatis quo impij inflammabuntur conuerſi ad pęnitentiam: hic tamen non videtur eſſe ſenſus litteralis. *Ignis iræ, et ignis charitatis.*

QVAESTIO V.

Vtrum ignis ille purgabit aliquos electos.



Arg. 1. D Bona ubi ſupra. D. Th. vbi ſupra. [I]T VIDETVR quod non; Auguſt. lib. 20. de ciuit. Dei, c. 18. dicit, quod poſſumus dicere electos futuros eſſe in ſuperioribus partibus quo ita non aſcendet flamma illius incendij, quemadmodum nec vnda diluuij: ergo ille ignis non tangit electos, & ex conſequenti, nec purgabit.

Secundo. Item tempus purgationis debet præcedere tempus retributionis, ſed ille ignis erit in tempore retributionis: ergo per illum nullus homo purgabitur.

In oppoſitum. CONTRA, Magiſter ſupra diſt. 45. c. pen. dicit de illo qui ſuffragijs indigens in articulo conſummationis ſæculi cum reliquis migrauit, quòd exiſtimat eum quaſi per ignem tranſeuntem ſaluari: ergo aliqui per illum tunc purgabuntur.

CONCLVSIO.

Purgabit electos non adhuc mortuos, & purgatione aliqua indigentes, & mortuos eorum corpora ad cineras redigendo.

Reſponſio. RESPONDEO, quòd electorum quidam inuenientur in aduentu iudicis qui nunquam ſoluerunt mortis tributum, & iſtorum illi qui indigebunt purgatione per illum ignem purgabuntur.

Alijs vero electis nullam ingeret moleſtiā, ſecundum quòd expreſſe dicit Magiſter huius diſt. cap. 4. Vt tamen dicunt aliqui interficiet eos ſine vllo dolore, quia aget in eos vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, non ſecundum propriam virtutem.

Mihi autem non videtur dicendum, quod ille ignis interficiat electos qui in aduentu iudicis inuenientur viui nihil habentes purgabile, ſed morientur propter ceſſationem motus cęli: quamuis enim cęlum per ſui ceſſationem a motu non ſit omiſſurum omnem ſui influentiam: tamen poſtquam ceſſabit motus eius nō habebit influentiam proportionatam ad continuationem animalis vitæ: vnde Rabi Moyſes, c. 57. dicit, quod ſi quieſceret cor a motu ſuo, quaſi in ictu oculi moreretur homo, & deſtruerentur motus eius & virtutes: ſic ſi cœli motus quieſceret per punctum horæ periret mundus in vniuerſo ſuo, & deſtruerentur omnia, ſcilicet corporalia quæ ſunt in ipſo: ſed nimis dicit, quia propter ceſſationem motus eius non deſtruentur ipſa corpora cœleſtia, nec elementa.


Alij autem dicunt, quod antequam ceſſet motus cœli omnes homines erunt mortui, quia ante ceſſationem motus eius erit quædam diſtemperantia in aere per caloris exceſſum per quem omnes homines qui tunc inuenientur viui morientur, & ſecundum hoc pro tanto dicitur, quod aliqui inuenientur viui in aduentu iudicis, quia aliqui adhuc erāt viuentes ante iudicis aduentum valde parum, & etiam ante ignem conflagrationis: qui tamen morientur parum ante quam Chriſtus veniat ad iudiciū; & etiam ante quam veniat ignis prædictus: corpora tamen illorum prædictorum electorum qui inueniuntur in aduētu iudicis, vel parum ante per illum ignem incinerabuntur, vt more aliorum a cineribus ſit reſurrectio eorum: & ſic patet quod erit actio ignis prædicti ante iudicium, quia prædictorum electorū purgatio, & incineratio præcedent iudicium.

AD PRIMVM in oppoſitum dicendum, quod Aug. ibi loquitur de Sanctis poſtquam reſurrexerint, quod patet, quia parum poſt, verba prædicta ſubdit, quòd nec ignem conflagrationis illius pertimeſcent immortales, atque incorruptibiles facti. *Ad prim.*

Ad ſecundum dicendum, quod parum ante iudicium quando incipiet ignis ille mundum purgare adhuc erit tempus purgationis, quia incipiet mundum purgare ante iudicium, & tunc adhuc inuenientur aliqui purgandi. *Ad ſecundum.*

QVAESTIO VI.

Vtrum ille ignis reprobos cruciabit.



[I]T VIDETVR quod non: quia non decet eos igne duplici corporali cruciari, ſed ipſi cruciantur igne infernali: ergo non cruciabuntur igne cō flagrationis, quia erit alius ab igne infernali. *Arg 1. D Bon vbi ſupra. D Tho vbi ſupra.*

Item Auguſt. lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 16. dicit, quod impijs in ęternum ignem miſsis, tunc ſigura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit: ergo impijs exiſtentibus in inferno ignis conflagrationis erit ſuper terram: ergo non cruciabit eos. *Secundo.*

CONTRA, Mag. huius diſt. c. 4. dicit, quod ille ignis malis qui reperti fuerint viui erit conſumptio: ergo cruciabit eos. *In oppoſitum.*

CON-

CONCLVSIO.

Ignis ille, & post iudicium & ante cruciabit reprobos.

RESPONDEO, ꝙ ille ignis cruciabit reprobos etiā ante iudicium: quia statim cruciabit eos cum resurrexerint, sedente etiam iudice, illo igne cruciabuntur, & forte tunc igne infernali nō cruciabūtur: quia ille ignis non exibit de inferno, sed tunc ignis conflagrationis vicem eius supplebit reprobos cruciando. cruciabit etiam eos post iudiciū: quia omnes reprobos cum omnibus mundi sordibus inuoluet, & pręcipitabit in infernū. Quod etiam in illo igne erit impurum, virtute diuina segregabitur a puro, & descendet in infernum ad augendum in perpetuum reproborū cruciatum: non autem illud quod in eo est lucidum, & subtile, & de hac ignis intercessione exponūt quidam illud verbum psalmiste. Vox domini intercidentes flammam ignis.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non est inconueniens, ꝙ igne duplici crucientur, rationabile enim est, vt eorum cruciatus augeatur.

Ad secūdū. Ad secundum dicendum, quòd illud verbum sic est intelligendū, aut quòd illud quod remanet purum de illo igne, quod descendet in infernum, consumabit electorum purgationem, aut opinando loquitur sicut etiam cum alibi dicit conflagrationem sequi bonorum & malorum direptionem: quod tamen nō asserit.

QVAESTIO VII.

Vtrum ille ignis desinet esse.

CONCLVSIO.

Ignis quo ad illud purum quod in infernū non descendet non remanebit, sed per acto purgationis officio supernaturaliter resoluetur in suam pręiacentē materiam.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ ad hoc dicunt quidā quòd illud purum quod de illo igne non descēdet in infernum reseruabitur in superioribus ad accidentalem gloriam electorum, sed illud non intelligo: quia si remaneret, aut remaneret inferius, aut igni coniunctus in spera sua, non primo modo: quia esse inferius derogaret naturæ ignis puri, nec secundo modo: quia alia tria elementa remanerent minorata: quia de parte materię cuiuslibet illorum ignis illis supernaturaliter producetur. Vnde probabilius mihi videtur dicendum quòd complete per acto purgationis officio in præiacentem materiam resoluetur, & transmutabitur pars in terram puram, pars in aquā puram, pars in aerem purum, & sic ista tria elementa non remanebunt in suis essentijs minorata, & fiet ista resolutio, & transmutatio supernaturali virtute sicut per eam ignis ille de prædicta materia producetur.

CIRCA litteram, Redargui non merentur. Nota ꝙ istud non redargui erit eis pęnale: quia scient hoc esse ad eorum contēptum, & se ita pessimos esse reputatos, vt non sit conueniēs discuti eorum opera: damnatis ergo pęnale erit redargui, & pęnalius non redargui propter causam prædictam. Illi saltem verba iudicis audient qui eius fidem saltem verbo tenuerunt: quia quamuis fideles magis peccēt in eodem genere peccati quam infideles, tamen pauciora bona permixta sunt peccatis infidelium quam fidelium: quia vbi non est fides nullum est meritum. (Aliis nullam ingeret molestiam,) hoc expositum est in quæstionibus. Purgato vero mundo per ignem prælatio cessabit: scilicet quantum ad officiū, sed prælatio naturalis, dignitatis vel gloriæ manebit. Quibusdam videtur eos idest dæmones. Sic constare hominibus tortores in pœna, sicut extiterunt incensores in culpa, istud nō tenetur communiter nisi pro statu ante iudicium, quamuis aliqui dicant quòd ita erit etiam post iudicium. Littere enarratio.

De forma & potestate Iudicis

DISTINCTIO XLVIII.



SOLET etiam quæri, in qua forma Christus iudicabit. In forma vtique serui iudicabit: quę omnibus in iudicio apparebit, vt videant mali in quem pupugerunt. Diuinitatem verò eius mali non videbūt. Vnde Esaias, Tollatur impius, nec videat gloriam Dei. Humanitatem videbunt, vt timeant: diuinitatem verò non, ne gaudeant. Diuinitas enim sine gaudio videri non potest. Zach. 12. e Esaiæ 26. b secundū 70 interp.

Qualis apparebit tunc in forma serui.

Sed cùm in forma humana constet eum appariturum, quęritur an in forma illa gloriosa appareat, sicut verè est, an in forma qualis in passione extitit. I. Quidam putant à malis talem videri qualem cruci fixerunt. i. infirmam: quia dicit scriptura, Vt videāt in quem pupugerunt. Sed apertè Aug. dicit, formā serui glorificatam, à bonis & à malis tūc videri, sic, Cùm in forma serui glorificata iudicantem viderint boni & mali, tolletur impius, vt non videat claritatem Dei, quę Deus est: quam soli mundo corde videbunt: quod erit eis vita ęterna. Forma ergo humana in Christo glorificata videbitur à cūctis: vnde & Christus dicitur iudicaturus, quia filius hominis est. Ita. n. legitur in Euangelio Ioannis, Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nō quòd ipse ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quòd ipse solus sine patre & spiritu sancto sit iudiciū facturus: sed quia ipse solus in forma serui iudicās, bonis & malis videbitur. Cum ergo † pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, non ita est intelligendum, quasi filius solus iudicet, & nō Zach. 12. a De Tr. li. 1. c. 13. sed secundum rem magis quā verba. Matt. 5. a Ioan. 17. a Ioan. 5. d Addendū videtur, aut simile quid. Ioan. 5. d

pater:

Ioan. 5. d *pater: sed quia forma filii humana cunctis in iudicio apparebit, non infirma, sed gloriose. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis, non sine patre & spiritu sancto: & apparebit terribilis impiis, & mitis iustis. Erit enim terror malis, & lumen iustis.*

Quare secundum formā serui dicitur Christus suscitaturus corpora.

Et sicut dicitur Christus secundum formam serui iudicaturus, propter causam premissam; ita etiā dicitur suscitaturus corpora mortuorum secundū humanitatem, cùm tamen virtute diuinitatis scit suscitaturus non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate suscepit quod est causa nostrę resurrectionis, i. passionē, & resurrectionē. Ideo ei ascribitur secundùm hominem suscitatio mortuorū. Super Ioā. tract. 23 in fine. *Vnde Aug. Per Verbum filiū Dei, fit animarum resurrectio: Per Verbum factum in carne filium hominis, fit corporum resurrectio: Item,* Ibidem. *Iudicat & suscitat corpora non pater, sed filius secundum dispensationem humanitatis: in qua minor parte est Christus. In eo quòd est filius Dei, est vita quę viuificat animas: in eo quòd est filius hominis, iudex. Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora, & iudicaturus. Iudicaturus autem, quia illa forma cunctis in iudicio apparebit: & suscitaturus, quia in eadem forma meritū & causam resurrectionis nostrę suscepit, & quia secundum eandē formā vocē dabit, quā mortui de monumentis resurgēt & procedent. Secundum quòd Deus est, viuificat animas, non pater tantùm: quia non tantum patre vita est, sed & filius cum eo, & spiritus sanctus eadē vita est, quæ pertinent ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientiæ, sed anima, quę, illuminantur à lumine eterno. Licet ergo Christus potētia diuinitatis viuificet animas, & suscitet corpora, & iudicet; non otiosè tamen & preter rationem ei secundum formam Dei tribuitur viuificatio animarum, & secundum formam serui iudiciū & resuscitatio corporum.*

De loco Iudicij.

Putant quidam Dominum descensurum in vallē Iosaphat in iudicio, eo quòd ipse per Ioelem prohetā sic loquitur, Ioel. 3. a *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita reperi,* In gl. circa princ illius capitis. *Hoc quidam pueriliter intelligunt, quòd in valle quæ est in latere montis Oliueti, descensurus sit Dominus ad iudicium: quod friuolum: est quia non in terra, sed in spacio huius aeris sedebit contra locum mōtis Oliueti, ex quo ascendit. Et sicut Ioannes Chrysost. dicit,* Homilia de cruce & latrone, to 5. *Angeli deferent, ante eum signum crucis: vnde in* Matt. 24. c *Euangelio Veritas dicit, Et tunc apparebit signum filij hominis, &c. Iosaphat autem interpretatur iudicium Domini. In valle ergo Iosaphat, id est, iudicij Domini congregabuntur omnes impij. Iusti vero nō descendent in vallem iudicii, id est damnationis, sed* 1. Thes 4. d *in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.*

De qualitate luminarium & Tēporis post iudicium.

Veniente autem ad iudiciū Domino in fortitudine & potestate magna, Sol, & Luna dicuntur obscurari, non sui luminis priuatione, sed superueniente maioris luminis claritate. Luce 21 Matt. 24. *Virtutes quoq; cœlorum, id est angeli, dicuntur moueri, non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadā admiratione eorum quæ viderint.* Greg. 17 Moral. c. 14 & 15. *Vnde Iob, Columnæ cœli pauent aduentum eius.* Iob 26. *Ante diem verò iudicii Sol & Luna eclipsim patientur, sicut Ioel testatur dicens,* Ioel. 2. g *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinē, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis. Magnus, verò dicitur, propter magna quæ ibi fient. Cum autē factū fuerit cœlum nouum, & terra noua, tunc erit lux lunæ sicut lux solis, testāte Esaia,* Esaie. 65. *& erit lux solis septēpliciter. i. sicut lux septē dierum:* Esaie 30. f *quia quantum luxit sol in prima conditione septē dierum ante peccatum primi hominis, tātum lucebit post iudicium. Minorata. n. fuit lux solis & lunæ, aliorumq; syderum, per peccatum primi hominis: sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris: quia septemplicitur lucebit: & tunc non erit vicissitudo dici & noctis, sed tantùm dies. Vnde Zacharias,* Zach. 14. b Esaie 60. d *Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tēpore vesperæ erit lux: quia tūc nō erit varietas diei et noctis, quæ modò est, sed cōtinua dies & lux. Esaias tamen videtur dicere, quòd tūc nō luceat sol vel luna, loquens, congregationi sanctorum: Nō erit, ibi inquit, amplius, sol ad lucendū per diē nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternā. Sed his verbis nō negat solem & lunam tunc lucere, sed significat, his qui tunc erunt in æterna beatitudine, nullum lucis vsum prestare. Quia, vt ait Hieronymus super eundē locū,* Hiero lib. 17. cōment. in 60 c. Esaie. *Cœli & terræ: solis atque lunæ nobis cessabit officiū: & erit ipse Dominus lumen suis in perpetuum. Pōt etiā intelligi illud Esaiæ ea ratione dictū, quia sol & luna tunc non habebunt ortum & occasum, sicut nunc. Vnde Isidorus illud Esaiæ quasi exponens ait,* Lib. 1. c. 5. *Post iudicium sol laboris suis mercedē suscipiet. Vnde Propheta, Lucebit septempliciter, & non veniet ad occasum nec sol nec luna, sed in ordine quo creati sunt, stabunt,* Esaie 30. f *ne impii in tormentis sub terra positi, fruantur luce eorum. Vnde Abacuc, Sol & luna steterunt in ordine suo.* Abacuc. 3 c *Ecce apertè dicit solem, & lunā tunc lucem, sed stabiliter permanere: vbi etiam significat infernum esse sub terra. Si verò quæritur, quis sit vsus lucis solis & lunæ tunc; fateor me ignorare: quia in scripturis non memini me legisse.*

DISTINCTIO XLVIII.

SVPERIVS determinauit magister de his, quę pertinēt ad ordinem iudiciarium: hic determinat de his quæ pertinēt iudicis personam.

Et diuiditur in tres partes.

Primo determinat de quibusdam cōditionibus iudicis.

Secundo de quibusdam circunstātibus aduentum eius ad iudicium ibi. Putant quidam.

Tertio de innouatione mūdi ibi. (Cum autem

tem fuerit cœlum &c.)

Textus diuisio. Prima in tres.

Primo quęrit vtrum Christus in forma humana iudicabit, & quęstionem soluit.

Secundo vtrum in forma gloriosa in iudicio apparebit, & quæstionem soluit ibi. (Sed cum in forma &c.)

Tertio qualiter secũdum humanam formã mortuos suscitabit ibi. (Et sicut.)

Illa pars quem incipit. Putant quidam. Diuiditur in duas.

Primo de loco iudicii.

Secũdo de apparenti obscuratione Solis & Lunæ ibi. (Veniente autem.)

CIRCA hanc distinctionem quęrendum est principaliter de duobus.

Primo de iudicis apparitione.

Secundo de mundi innouatione.

ARTICVLVS. I.

CIRCA primum quęruntur septem.

Primo vtrum iudicare magis debeat appropriari Christo quam alij pesonę in trinitate.

Secundo vtrum Christus videbitur in iudicio ab omnibus in humanitate gloriosa.

Tertio vtrum aliquam sint signa aduentum iudicis præcessura.

Quarto vtrum stellę cadent de cœlo.

Quinto vtrum Sol, & Luna, obscurabũtur.

Sexto vtrum virtutes cœlorum commouebuntur.

Septimo vtrum Christus iudicabit mundũ in valle Iosaphat.

QVAESTIO I.

Vtrum iudicare magis debeat apropriari Christo quam alii personæ in trinitate.

Arg. 1. S Bonauẽt hic q. a. 1. S Th. hic q. 1 ar. 1. OSTENDO ꝙ non: actus magis debet appropriari illi a quo magis est: sed actus magis, est a patræ quam a Christo: quia potestatem iudicandi habet a patre: ergo magis debet appropriari patri quam filio.

Secundo. Item iudicium erit ad distinctionem bonorum & malorum, sed hæc distinctio erit ꝑ charitatẽ quæ appropriatur spiritui sancto: quia secundum Aug. 15. de trinit. c. 18. sola diuidit inter filios regni, & perditionis: ergo iudicare appropriari debet spiritui sancto.

In oppositũ. CONTRA dicit saluator vt habetur. Io. 5. Pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio: ergo iudicare debet appropriari filio.

CONCLVSIO.

Iudicare auctoritate ordinaria & delegata appropriatur Christo quia est Deus & homo; delegata tantum est proprium quia inter personas diuinas ipse solus est homo: ordinaria vero solũ cõmune tribus personis, quia vna tãtum potestas in iis est licet illarum cuilibet sub alia & alia ratione possit appropriari.

Responsio. RESPONDEO Christus non tantum iudicabit in natura diuina: secundum quam est crertor, sed etiam in humana: secũdum quam est redemptor: quia ad hoc iudicabit, vt electi admittantur ad regnum ęternum, ad quod nõ sufficerent dona creationis sine beneficio redemptionis, vt reprobi ab illo regno in perpetuum excludantur: quia non receperunt efficaciam in hac vita beneficij redẽptionis, sed non eodem modo iudicabit secundum vtrãq; daturã: quia secundũ diuinã iudicabit principali auctoritate, vel potestate ordinaria, secũdum humanam vero potestate delegata: ergo põt dici, ꝙ iudicare potest tripliciter accipi. s. duobus modis prædictis, & prout dicit q̃d cõmune vtroq; modo cõmunitate analogiæ, sicut ens ĩ sua generalitate dictum dicit quid cõmune analogum enti increato, & creato, & potestas in sua generalitate dicta dicit quid communem analagum potestati increate, & create.

Iudicare in diuina natura nihil est dictu, cũ et sic cetera faciat sed debet audiri secundũ humanitatem recurre ad Scot. di. præsenti. q. 1.

Dico ergo, ꝙ si accipiatur iudicare in communi appropriatur Christo: quia vtroq; modo iudicabit, s. potestate ordinaria & delegata: pater autem & spiritus sanctus non iudicabũt nisi potestate principali seu ordinaria Iudicare autẽ secundum ꝙ accipitur ex potestate delegata non est Christo appropriatũ: sed proprium: quia nulla persona in trinitate est homo, nisi persona Christi. Iudicare vero potestate principali seu ordinaria cõmune ẽ tribus personis, & ęqualiter eis conuenit: quia in eis est vna & eadẽ in numero iudicandi potestas, & sunt vnus iudex: appropriari tamẽ põt pluribus personis secũdũ rationẽ aliã, & aliã, non enim inconueniens est, ꝙ idem sub ratione diuersa pluribus approprietur personis: vnde sapientia sub rõne qua importat cognitionẽ appropriatur filio, & sub ratione qua ẽ donum appropriatur spiritui sancto. Dico ergo, ꝙ rõne potestatis quę requiritur ad iudicãdum iudicare põt appropriari patri cui appropriatur potentia. Rõne autẽ discretionis quæ requiritur in iudicio põt appropriari filio cui appropriatur sapientia: ratione autem rectitudinis quæ requiritur in voluntate iudicantis appropriari spiritui sancto cui appropriatur bonitas.

Ex dictis patent solutiones ad argumenta.

QVAESTIO II.

Vtrum in iudicio Christus ab omnibus videbitur in humanitate gloriosa.

Arg. 2. S Bon. q. 2. & 3. S. Th. a. 2. ET VIDETVR ꝙ non: quia oculus nõ põt videre nisi in proportionata distantia, sed in iudicio aliqui ita erũt remoti a Christo propter maximam hoĩum multitudinem: ꝙ erit distantia improportionata oculo ad videndũ Christum: ergo non videbitur ab omnibus nec in forma gloriosa, nec aliter.

Secundo. Item lumen corporis glorificati improportionabile est oculo non glorificato, sed damnati

nati non habebunt oculos glorificatos: ergo humanitatis Christi gloriam non videbunt.

Tertio. Itē visio gloriæ humanitatis Christi delectabilis est videnti, sed damnati nullam habebunt delectationē, vt 50. dist. ostendetur: ergo nō videbunt gloriosam Christi humanitatē.

In opposit. CONTRA Luc. 21. tunc videbunt filium hominis in nube venientem cū potestate magna & maiestate.

CONCLVSIO.

Omnes in figura humana gloriosa iudicanti illi conueniente, videbunt iudicem viuorum & mortuorum e diuersa tamen ratione.

Responsio. RESPONDEO, sicut dicit Aug. 1. li. de Trin. c. vlt. Boni & mali visuri sunt iudicē viuorum, & mortuorum: sed proculdubio eum mali videre non poterunt nisi secundum formā qua filius hominis, est sed tamen in claritate in qua iudicabit nō ī humilitate ī qua iudicatus est, cuius ratio est: quia iudicari & iudicare actus sunt oppositi: primus respicit infirmitatē: secūdus potestatem, & ideo sicut in primo aduentu quando venit vt pro nobis iudicaretur apparuit in natura humana mortali, ita in 2. aduentu quia veniet vt iuste iudicet apparebit omnibus in humana natura gloriosa, & quāuis mali visuri sint gloriā corporis, tamen animæ eius gloriam non videbunt nec oculo corporali nec intellectuali, nisi in quibusdam effectibus suis de quibus dolebūt, sed eā boni videbunt & quantum ad gloriam corporis oculo corporali, & videbunt gloriā animę eius oculo mentali: ergo & diuinam eius naturam clare videbunt.

Aliter dicit Scot. ad q. 1. soluēdo tertiū principale.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ nullus tātū distabit quin ipsum videat: quia erit in aere eminens & maxima claritate refulgēs, & ideo valde a longinquo poterit videri.

Vel pōt dici ꝙ sicut supernaturaliter fiet vt sua vox a remotioribus partibus audiatur quā per naturā posset audiri, sic supernaturaliter fiet vt a remotiori loco videatur quam videri non posset per oculi corporalis naturam.

Ad secūdū. Ad secundum dicendum: quòd in potestate hominis glorificati est vt ostendat vel non ostendat gloriam corporis sui oculo non glorificato: ergo multo fortius est hoc in potestate Christi, qui Deus, est & homo: quia tamen concessum est ꝙ videbunt humanitatē glorificatam, ideo dici pōt ad argumentum, ꝙ virtute diuina fiet supernaturaliter vt videant eam ad eorum ampliorem confusionem: quia quilibet homo malus tristatur & confunditur videndo gloriam illius quē vehemēter odit. dānati autē vehementer odiunt deum nō sub ratione qua summę bonus est: quia sic odiri non potest, sed sub ratione qua punit eos.

Caute vide Scot. in 4. dist. q. vlt. & d. 49 q. 15. in fine.

Ad tertiū.

Ad tertiū. Ad tertiū dicendū, quòd quāuis videre corpus Xpi gloriosum sit per se delectabile, tamē per accidēs erit reprobis tristabile: quia erūt eius inimici & inuidebunt ei. Inimicus autem tristatur in vidēdo gloriam illius cui inuidet & quem odit.

QVAESTIO III.

Vtrum aliqua signa sint aduentum iudicis præcessura.

CONCLVSIO.

Aliqua signa ex Euangelio sunt aduentum iudicis præcessura tum ad ipsius iudicis reuerentiam tū ad hominum ad iudicium præparationem.

RESPONDEO, ꝙ Hieronym. enumerat quindecim signa futura ante iudicium, qui tamen non affirmat. sed dicit se ea legisse in annalibus libris hębreorum: quæ sunt hæc. *Respon. S. Bon. dub. 3. litt. a. Th. in 4.*

Prima die maria omnia exaltabūtur. 15. cubitis super montes.

Secunda omnia ęquora prosternentur in profundum ita quòd vix possint videri.

Tertia redigentur in statum antiquum.

Quarta omnes beluę & animalia quæ mouentur in aquis congregabuntur, & eleuabuntur super pelagus moræ contentionis inuicē mugientes.

Quinta omnia volatilia cęli congregabuntur inuicem in campis plorantes non gustantes neq; bibentes.

Sexta flumina ignea surgent ab occasu solis, contra faciem firmamenti vsq; ad ortum corrnentia.

Septima omnia sydera erratica, & fixa spargent ex se igneas, comas sicut comete.

Octaua magnus terremotus erit ita, vt omnia ædificia alta prosternantur.

Nona omnes lapides tam magni quam parui in quatuor partes diuidentur, vnaquaq; petra aliam collidente.

Decima oēs plāte fluent sanguineum rorē.

Vndecima omnes montes, & colles & ędificia in puluerem redigentur.

Duodecima omnia animalia veniēt ad cāpos de siluis, & montibus rugientia nihil gustantia.

Tredecima omnia sepulchra ab ortu solis vsq; ad occasum patebunt cadaueribus ad resurgendum.

Quartadecima homines de habitaculis suis recedent, non intelligentes neq; loquentes, sed discurrentes.

Quintadecima oēs morientur & resurgent cum mortuis longe ante defunctis.

Quo nā pacto nisi nutu superno in 12. die erunt adhuc viua animalia bruta & in 14 homines mirum videtur contemplantibus prima figura.

Et quāuis incertū sit vtrum signa prædicta pręcessura sint iudiciū, vt narratum ē, cum ibi sint quædā quæ parum habent verisimilitudinis, tamen certū est quòd aduentū iudicis aliqua signa pręcessura sint, & propter iudicis reuerentiā, & vt hoīes ad iudicium se præparēt, quorū signorū aliqua ponuntur in euangelio: & sicut dicit Aug. in epist. ad Esitiū circa mediū, illorum signorū q̄ referuntur in Euangelio: quædam referuntur ad excidiū ciuitatis Hierusalē: vnde orta est ipsius interrogationis occasio quādo quęsierunt discipuli quod


signum

signũ aduentus tui, & consumationis sæculi: quædam referuntur ad aduentum suũ per Ecclesiã in qua vsq; ad finẽ venire non cessat: q̃dã referuntur ad illũ aduẽtum quando adueniet iudicaturus viuos, & mortuos, & quorum signorũ ibi dictorũ, & quid horũ triũ referendũ sit diligenti cõsideratione q̃rẽdum est: sed hoc ad vitãdũ ꝓlixitatem declarare dimitto.

Vide Præc. et Mayro. ubi præsẽ. q.1.a.4.

QVAESTIO IIII.

Vtrum stellæ cadent de cœlo.



Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ sic Matth. 24. stellæ cadent de cęlo.

Itẽ Apoc. 6. stellæ de cœlo ceciderunt super terram sicut ficus emittit grossos suos cum a vento mouetur.

In oppositũ. CONTRA nullum corpꝰ cęleste nec pars eius cadet de cœlo: quia corpora cęlestia non sunt grauia nec corruptibilia secundum Philosophum 1. cęli & mundi: sed quælibet stella aut est pars orbis sui, aut aliquod contiguum corpus orbi intra ipsum contenta in qua, vel in quo est magna lucis aggregatio, quapropter dicit Philos. 2. cœli & mundi, ꝙ stella est aggregatio lucis in orbe: ergo nulla stella cadet de cœlo. *Tex. cõ. 41.*

CONCLVSIO.

Est propria locatio, ad videntium sensum sumpta vere enim stellę non cadent de cœlo.

Responsio. RESPONDEO ꝙ proprię loquendo stellæ non cadent de cęlo. Vnde secundum Aug. 20. de ci. c. 24. Credendum est illã locutionẽ tropicã esse qua dicuntur stellæ cadere de cęlo, hoc enim dictum est: quia lumine suo videbunt priuari superueniente claritate maiori secundum gl. Matth. 24. super verbum prædictũ, sed quia vt videtur alijs pari ratione possent dici quotidie cadere de cœlo: cum quotidie per solis ortum desinant apparere. Iõ dicunt ꝙ ante supernaturalẽ productiõnẽ ignis conflagrationis generabitur ꝑ actiõnẽ corporum cęlestium tã vehemens caliditas & siccitas quę erunt cõgrua dispositio ad ignis prædicti productionem: ꝙ definet generari arcus nubium qui generatur in nubis roratione, & alie impressiones humide, & generabuntur asub descendentes in tanta multitudine ꝙ apparebit aspiciẽtibꝰ ꝙ sint stellę d̃ cęlo cadẽtes. *Stellæ cadere de cœlo dupliciter solutum.*

ET SIC PATET solutio ad argumenta in oppositum, quãuis glo. exponat illud verbum Apoc. de fidelibus illis qui prius erãt lucidi: qui erunt tunc in terrenis innitentes.

QVAESTIO V.

Vtrum Sol & luna obscurabuntur.



Argum. 1. S. Bon. dub. 2. litt. S. Th. vbi sup. quæstiuncula. 1. Secundo. ET VIDETVR ꝙ sic. Matth. 24. post tribulatiõnẽ dierũ illorũ Sol obscurabit & Luna non dabit lumẽ suum.

Item Ioelis. 2. sol vertetur in tenebras & luna in sanguinẽ antequã veniat dies Domini magnus: & terribilis.

In oppositũ. CONTRA, lux est solis qualitas naturalis: sed in aduẽtu iudicis corpora cęlestia sua naturali qualitate nõ priuabũtur, immo vt videtur ampliori claritate dotabuntur iuxta illud. Isa. 30. erit lux Lunæ sicut lux Solis & lux Solis septempliciter: ergo videtur quòd sol & luna secundum rei veritatẽ nõ obscurabunt.

CONCLVSIO.

Sol & luna tantum tempore iuditii obscurabantur, vel propter maioris luminis propter præsentiã vel propter vtriusq; contra naturam eclipsim quantum ad hominum terrorem patientur.

Responsio. RESPONDEO, quòd solem & lunam obscurari põt intelligi, vel in ipso aduentu iudicis, & sic secundum magistrum huius di. c. vl. dicuntur obscurari non sui luminis priuatione: sed superueniente maioris luminis claritate. Vel per aliquantulum tẽporis ante iudicis aduentum, & sic secundum magistrum in eodem. c. patientur eclipsim quã si paterentur ꝑ naturã tẽporibus diuersis nõ oportet hoc poni inter signa, cum multotiens hoc acciderit, sed credendum est ꝙ contra naturã simul patientur eclipsim ad terrorẽ hominum: per naturã enim impossibile esset quòd simul paterentur eclipsim: quia naturalis solis eclipsis causatur ꝑ interpositiõnẽ lunæ inter aspectũ nostrum & solem, & naturalis eclipsis lunæ ꝑ interpositionem terræ diametraliter inter solem & lunam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ secundum vnã glo. ideo sol & luna dicuntur obscurari: quia superueniente claritate veri luminis videbuntur obscurari, & nullius erũt luminis: vel intelligitur hoc de vera eclipsi q̃ pręcedet aduentum iudicis. vnde alia gl. ibidẽ dicit, quòd sol & luna & stellæ ad tempus suo lumine priuabuntur vt vicinum Domini indicent aduentum.

Ad secũdũ. Et hoc secundo modo intelligendum ẽ verbum Iohelis secũdum ꝙ patet per magistrum in littera huius di. c. vlt. aliter tamen obscurabitur sol quã luna: quia remanente luce in Sole quæ est naturalis: qualitas eius tamen nõ irradiabit, sed quia luna recipit lumen a sole obscurabitur per hoc quòd tunc lumen a sole non recipiet.

QVAESTIO VI.

Vtrum virtutes cœlorum mouebuntur.

CONCLVSIO.

Si cœlorum uirtutes sunt uirtutum ordo præcise mouebuntur officium suum exequentes insolita ad repentinam ad Deum hominum conuersionem faciendo: si uerò omnes spiritus angelici admiratione eorum quæ uidebunt dicentur commoueri.

Responsio. S. Tho. vbi sup. quæstiũcula. 2. RESPONDEO, ꝙ per virtutes cœlorum põt intelligi ordo virtutum q̃ secũdum Dionysium lib. de Angelica hierar. c. 8. est medius in media hierar. Vel possunt intelligi omnes cęlestes spiritus.


Primo modo pro tanto virtutes cęlorum mouebuntur: quia Angeli illius ordinis quorum officium est circa mundi regimen generale

rale faciendo aliqua facta insolita ad reuocãdum mentes hominum in Deũ per modicum tempus ante Christi aduentum facient facta maioris admirationis quam vnquam ante fecerint, & in ipso Christi aduentu corpora cælestia mouere cessabunt.

Accipiẽdo vero virtutes modo secundo. s. pro Angelis omnibus bonis dicuntur cõmoueri secundum magistrum huius di.ca.vlt.Nõ metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadã admiratione eorum quæ videbunt, & sic intelligitur secundum magistrum, vbi prius illud Iob.26. Columne cœli pauent aduentum eius.

QVAESTIO VII.

Vtrum Christus iudicabit mundum in valle Iosaphat.



Arg. 1. S.Bon dub. 1. litterali, S. Tho vbi sup. quæstiūcula 3. Secundo.

ET VIDETVR ꝙ sic. Iohel.3. Adducã omnes gentes in valle Iosaphat, & disceptabo cum eis.

Itẽ actuum.1. queadmodum vidistis eum euntem in cęlum, ita veniet, sed ascẽdit de monte Oliueti qui præeminet valli Iosaphat: ergo videtur ꝙ ibi iudicabit.

In oppositū. CONTRA magister huius di.c.pęn.repræhendit eos qui putant Dominum descensurũ in vallem Iosaphat.

Item omnes homines in illa valle compræhendi non possent:

CONCLVSIO.

Christus supra montem Oliueti in aere ut ab omni possit videri cum electis ad dexteram existens homines in valle Iosaphat quot ipse poterit capere tũ circa vallem quot supererunt cõgregatos iudicabit.

Respon. RESPONDEO, ꝙ Christus non descendet in vallẽ Iosaphat, sed super montẽ Oliueti de quo in cęlum ascendit, residebit in aere in loco alto, vt ab omnibus possit videri secũdũ magistrum huius dist. c. pę. & forte parum citra locum illum in quo apostoli desierũt corporaliter ipsum videre quando ascendebat in cęlum: homines aũt congregabuntur in valle Iosaphat, cui pręeminet mons oliueti, & quot in illa valle poterunt capi tot erũt ibi: alii circa vallẽ, quidã propinquius, quidã remotius, electis tamen existentibus ad dexterã iudicis nõ in terra, sed in aere iuxta illud apostoli ad Thes.4. Rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aera: si enim non raperentur in aera nisi post iudicium quãdo cum iudice ibũt in cęlum, non dicerent rapi obuiam Christo, sed post Christũ: viri tamen perfecti eminentius, & magis ꝓpe iudicẽ erunt, reprobi vero erunt a sinistris iudicis: sicut habetur expresse in Euangelio, & erunt in terra: his concordat magister: sup. di. pręcedenti. c. pe. dicens ꝙ boni rapiẽtur obuiã Christo in aera reprobis in terra quã dilexerunt remanentibus: & tunc recitabuntur pręconia illorum bonorũ &c. In quo satis apparet, ꝙ raptus bonorum in aera est ante illã disceptationẽ scriptã. Matth. 25.

Locus iudicij quadruplex assignatur in sacra scripturavt adducit Frãciscus di.p̄senti q.3 a 3.

Matth. 25.

& est magis cõgruũ ꝙ sit in aere super montẽ Oliueti quã super locum in quo passus est: qa passus est in forma infirma, & iudicabit in gloriosa: sicut in gloriosa ascendit.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositũ dicendum, ꝙ non dicit quòd Christus erit ĩ valle Iosaphat: sed quòd gentes in illo loco circa congregabuntur.

Ad secũ du. Argumẽtum secundum non plus cõcludit, nisi quòd erit iudex super montem Oliueti, & hoc est verum, sed hoc erit in aere.

AD PRIMVM ad partẽ aliã patet solutio.

Ad aliã partem. Ad secũdũ dicendum: quod quãuis oẽs nõ poterunt cõprehendi in valle Iosapat, tamen dicũtur congregari ad locũ illũ: sicut aliquando multa milia hoĩum dicuntur congregari ad vnum Dominum, quamuis non omnes tangant Dominum.

ARTICVLVS. II.

CONSEQVENTER quæritur de secundo principali.

Et circa hoc quæruntur. 7.

Primo vtrum innouatio mundi erit aliud quam eius purgatio.

Secũdo vtrum motus corporum cælestium cessabit.

Tertio vtrum cessabunt moueri in illo situ in quo creata fuerunt.

Quarto vtrum cessatio motus corporum cęlestium erit sufficiens causa non agendi nec patiendi elementa abinuicem.

Quinto vtrum lux corporum cælestium & elementorum augebitur.

Sexto vtrũ bruta & vegetabilia destruẽtur.

Septimo vtrum mundo innouato & facta, distinctione bonorum, & malorum: Deus posset aliquid addere ad bonitatem vniuersi. S.Th d.47. in fine.

QVAESTIO. I.

Vtrũ mundi innouatio erit aliud quã eius purgatio.



Arg.1. Tex.co. 17. & 1. meta. Tex com.7. Secundo. 3. physic. T c.20. & li 5. tit. c.4. Tertio. 5 physic. Tex com 5.

OSTENDO, quòd quia vnius cõtrarij generatio est alterius corruptio, & econuerso secundum Philos. 1. de generatione, sed mundi vetustas & nouitas sunt cõtraria: ergo sua purgatio erit sua innouatio.

Itẽ recessus a termino a quo, & accessus ad terminũ ad quẽ non sunt duo motus sed vnus: ergo similiter recessus a vetustate qui est purgatio, & accessus ad nouitatem qui est innouatio sunt idem motus.

Itẽ transmutatio a nigredine in albedinem est, vnus motus qui dicitur dealbatio: ergo a simili trãsmutatio, mundi a vetustate in nouitatẽ erit vnus motus, qui dicitur innouatio.

Quarto. Itẽ purgatio argenti per ignẽ nihil aliud ẽ quã restitutio eius suę puritati: ergo similiter purgatio mundi per ignem nihil aliud est quã eius restitutio suę puritati.

In oppositū. CONTRA corruptio non est generatio, sed purgatio mundi erit corruptio suæ impuritatis, & sua innouatio erit generatio puritatis:

tis: ergo sua purgatio nō erit sua innouatio.

CONCLVSIO.

Purgatio mundi aliud realiter erit ab eiusdem innouatione ipsamq; saltē ordine naturæ præcedet.

Responsio. RESPONDEO ꝙ impossibile ē mutationē non habere aliquā rē positiuā pro termino a quo vel ꝓ termino ad quē, & quia priuatio nullam dicit rem positiuam, quamuis sit in re positiua. Ideo corruptio priuationis non pōt esse aliud realiter quā generatio habitus, sed quando illud quod corrumpitur est res positiua distincta a re positiua quæ generatur: tunc corruptio vnius realiter non est idē quod generatio alterius, cum ergo per purgationem mundi remouenda sit ab elemētis aliqua res positiua derogans suæ puritati: quia per purgationē separabuntur a quolibet elemēto partes aliorum, & dispositiones ad alia elementa quę causantur in elemētis per mutuā actionē, & passionē in confiniis suis, & receptura sint nobilitatē quæ eorū naturę superaddetur, vt inferius ostendetur: sequitur ꝙ eius purgatio per quā impuritatis fiet corruptio & sua innouatio quæ non tantum dicit suę puritatis restitutionē: sed vltra hoc alicuius nobilitatis receptione realiter different: aliud ergo erit realiter mundi purgatio, & eius innouatio, & erit purgatio prior saltem ordine naturę quam innouatio.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ pro tanto dicit philosophus: generationē vnius esse corruptionem alterius, & econuerso: quia ad vnum sequetur aliud.

Ad secūdū. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile: quia spacium a quo receditur, & spaciū a quo acceditur continua sunt, duo autem cōtraria distincta sunt secundum formā, sed si ponerētur duo loca discōtinua motus a termino primi loci vsq; ad finem eius, & motus à principio alterius loci vsq; ad finem eius essent duo motus saltē, nisi illa duo respicerent mobile, vt vnum spaciū propter eorum contiguitatē.

Ad tertiū. Ad tertiū dicendum, ꝙ in transmutatione a nigredine in albedinē sunt duo motus, vnus est qui est a nigro in nō nigrū, & est corruptio nigredinis: alius qui est a non albo in album, & est generatio albedinis.

Ad quartū. Ad quartū dicendum, ꝙ non est simile de purgatione argenti & mundi: quia argentum per purgationem non recipit nobilitatē vltra suam naturā, sed mundus in sui innouatione nobilitatem recipiet quā nunquam habuit.

QVAESTIO II.

Vtrum motus corporum cælestium cessabit.

Argum. 1. S. Bon. q. 1. & 2. S. Tho. hic q. 1. ar. 1. ET VIDETVR ꝙ non, nihil auferetur eis, quod sit suæ naturæ conueniens, sed motus corporū cęlestiū naturalis est saltem quantum ad naturalē aptitudinē mobilis ad illum motum: ergo motus non remouebitur ab eis.

Secundo. Item in mundi innouatione corpora cælestia & elementaria meliorabuntur, sed si cessaret motus cęlestium peiorarentur: quia nobilior est motus quā quies, cum quies sit priuatio motus, & habitus nobilior est priuatione: ergo motus cælestium non cessabit.

Tertio. Dist. 2. a. 1. q. 1. Tex c. 130. & inde. Item sicut ostensum est. lib. 2. Tempus vel ē motus primi mobilis ab anima numerat⁹, vel est in illo motu: sicut in subiecto, sed tempus nunquā cessabit: quia semper erit aliquis motus saltem in inferno, & secundum philos. 4. physicorum, impossibile est motum esse sine tempore: ergo motus corporum cęlestium nūquam cessabit.

Quarto. Item sol per sui motū successiue illuminat diuersas partes terrę: ergo si motus eius cessaret aliquę partes terræ remanerēt perpetuo obscurę, quod est inconueniens.

In oppositū. CONTRA Apocalyp. 10. habetur ꝙ Angelus iurauit, ꝙ tempus non erit amplius sed impossibile esse motū sine tempore: ergo motus cęli cessabit.

Itē Isaias 60. Non occidet vltra sol tuus.

CONCLVSIO.

Cessante tunc motus huius fine cessantibusq; ob diuinum beneplacitum ab eodem motricibus intelligentijs cessabit proculdubio, & ipse motus.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ in mundi innouatione cassabit motus corporum cęlestium non ꝑ naturā, sed per voluntatem intelligentiarum mouentium obedientium voluntati creatoris in desinendo mouere: sicut ex amore eius mō sibi obediunt in mouendo, quapropter cōuenienter a Philos. 12. meta. dicitur causa prima mouere in ratione amati, & desiderati, si tamē Philosophus in suo verbo sanū habet intellectū. tunc āt placebit creatori; vt amplius intelligentię corpora cęlestia non moueant: quia tunc habebit finis motus corporum illorū: intelligentię enim mouent illa corpora, vt per motum eorū fiat renouatio influētiarum & tēperantia quæ requiritur ad generationem & corruptionē quousq; impleatur numerus electorum: omne āt quod propter aliquem finē mouentur illo fine habito rationabile est, vt ab illo motu quiescat, nec enim dici pōt illa corpora non moueri propter aliquem finem: quia tunc motus eorum esset inanis, nec propter finē qui acquiri non possit: q̄a cum natura secundum Philos. actionē non incipiat impossibilem compleri, multo fortius Deus nō ordinasset intelligentias illa mouere corpora propter finem qui non possit haberi. Secūdo meta. t. c. 8.

Ad primū. Secūdū auicen 9 met. cap 2. Tex com. 8. & 12. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ cęlum quantum est ex parte sua non magis habet naturalē aptitudinē ad motum quā ad quietē: quia per neutrum eorum in se acquirit aliquā perfectionem vel perdit, tamen naturalis aptitudo sua magis est pro tempore quo debet moueri, vt moueatur motu circulari q̄ recto: quia cum secundum Philos. 1. cęli, & mūdi, non sit graue neq; leue, contra naturā suā esset

esset moueri motu recto deorsum: qui motus competit grauibus, vel sursum, qui motus cõpetit leuibus.

Et præterea ratione figure quę est circularis maiorem aptitudinem habet naturalem ad hoc, vt circulariter moueatur quam recte.

Ad secūdū. Tex. co. 53. Ad secundum dicendum, quòd secundum Philosophum 5. physic. quamuis quies ante motum contrarietur motui: extendendo nomen contrarietatis ad oppositionem, quæ est inter priuationem & habitum, non sic tamen est de quiete post motum, quies enim sequens motum est finis eius, & ab eadem virtute causatur.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ sicut declaratum est li. 2. di. 2. tempus põt accipi proprię, & cõmuniter siue large. Primo modo est in motu primi mobilis, sicut in subiecto, & sine tẽpore sic dicto poterit esse motus aliquis post iudicium, cum sine tempore sic dicto fuerit motus tẽpore Iosue quãdo Sole, & Luna ad præces eius stantibus vt habetur Iosue. 10. in quo datur intelligi ꝙ omnes spere cęlestes tũc steterunt, cum ipse Iosue persequebatur inimicos suos. Sed tempus secundo modo dictum ẽ in quolibet motu sicut in subiecto, & numeratur secundum numerum motuum, & sine tẽpore sic dicto nunquam erit motus.

Ad quartū. Ad quartũ dicẽdum, quòd nulle partes terræ in superficie remanebunt obscure: quia augebitur lumen Lunæ, & lumen stellarum quæ sufficienter illuminabunt illam partem terræ quę à Solæ non illustrabitur, nec est inconueniens ꝙ vna pars terræ magis illustretur quã alia. s. illa quæ fuit ab hominibus habitata quę a Sole principaliter illustrabitur.

QVAESTIO III.

Vtrum corpora cæleſtia cessabunt moueri in illo situ in quo creata fuerunt.



Arg. 1. S. Bon. ub supra S. Tho. vbi supra. ET VIDETVR ꝙ sic. Isido. in glo. super illud Isa. 60. Non occidet vltra sol tuus: quod etiam recitat magister huius di. c. vl. Post iudicium sol laboris sui mercedem recipiet, & non veniet ad occasum, nec sol nec luna, sed in ordine in quo creata sunt stabunt ergo a simili, & alia corpora cæleſtia.

Secundo. Item conueniens est corpora cæleſtia stare in optimo ordine quem possibile est ea habere, sed credibile est quòd in tali ordine, & situ creata fuerunt: ergo cessabunt moueri in illo situ in quo creata fuerunt.

In oppositū. CONTRA corpora cæleſtia per suum motum non redibunt ad situm in quo creata sunt nisi ab illo tempore moueantur per 36. milia annorum, cum octaua spera proprio motu nõ moueatur in. 100. annis nisi per vnum gradũ, sed non est credibile ꝙ tandiu duret hic mundus secundum corruptibilem statum, cum dicat apostolus. 1. ad Cor. 10. quòd nos sumus in quos fines sæculorum deuenerũt: ergo corpora cæleſtia non stabunt in illo situ quo creata sunt. *Et 2. phys. T. c. 24.*

CONCLVSIO.

Cessabunt moueri corpora cęlestia in conuenientissimo situ: non tamen in illo in quo creata fuerunt: non. n. incoruptibilli illi, elementorum statui congrueret.

Respon. RESPONDEO, ꝙ vnus situs non est magis conueniens quam alius corporibus cæleſtibus propter se: quia pro quocunq; situ seu constellatione non meliorantur nec peiorantur, aliqua tamen constellatio seu habitudo illorum corporum inter se magis est conueniens ad vnum effectum quam ad alia; verbi gratia, coniunctio solis & martis in corde leonis magis est conueniens ad generandum caliditatem & siccitatem in istis inferioribus quam coniunctio Iouis, & Saturni, & ista est conueniẽtior ad aliquem alium effectum quam prima, & sic de aliis. Quando autem primo creata fuerunt corpora cęlestia alii effectus in istis inferioribus requirebantur ad conueniens mundi regimen quam modo, & alij modo quam tunc, & alii in fine mundi quam nunc. Dico ergo quòd corpora cæleſtia creata fuerunt in conuenientissimo situ pro effectibus: qui tunc requirebantur & modo sunt in conuenientissimo situ pro effectibus qui nunc requiruntur, & in fine mundi erunt in situ conuenientissimo illi dispositioni elementorum, quæ congruet incorruptibili statui. Cum ergo tunc congruat elementis dispositio quæ non fuisset congrua, quando primo cæleſtia corpora creata sunt, sequitur, quòd non cessabunt moueri in illo situ in quo creata fuerunt, & tamen cessabunt moueri in situ conuenientissimo mũdo pro illo statu: quia situs seu habitudo eorum inter se: tunc erit talis quę maxime disponet elementa ad hoc vt non agant nec patiantur adinuicem.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd quamuis Sol & Luna quando corpora cæleſtia quiescent habeant illam habitudinem inter se quam habuerunt quando primo creata sunt, non tamen habebunt eamdem habitudinem ad illa corpora cæleſtia nec alia corpora cæleſtia inter se quam habuerũt quãdo primo creata fuerunt.

Ad secūdū. Ad secundum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad aliū par tem. Argumentum in oppositum gratia conclusionis concedendum est, tamen ratione forme non cogit: quia Deus qui corpora cęlestia

lestia creauit in qua habitudine voluit illa posset disponere secundum eandem habitudinem citissime si sibi placeret.

QVAESTIO IIII.

Vtrum cessatio motus corporum cœlestium erit sufficiens causa non agendi, nec patiendi elementa abinuicem.

Art. 1. T.c. 13. & inde. ET VIDETVR, quod sic. phylo. 8. physico. asserit, & probare conatur motum cœli ita priorem esse motibus alijs, q ipso non existente non essent alij motus: sed actio, & passio elementorum inter se est per motum alterationis: ergo cessatio motus cęli erit sufficiens causa, vt elementa non agant, nec patiantur abinuicem.

Secundo. Item mensura est causa mensurati, vnitas enim causa est numeri, & eius mensura: sed secundum phyl. 4. phy. Tempore, mediante motu cęli mensuramus alios motus: ergo motus est causa omnium motuum aliorum: cum ergo remotio causæ sit sufficiens ratio remotionis effectus, cessatio motus cęli erit sufficiens causa non agendi, nec patiendi elementa abinuicem.

Tertio. Item causa non agendi, nec patiendi elemẽta abinuicem non erit eorum naturæ mutatio: quia eorum natura mutari non posset existentia salua: quia secundum phylo. 2. physic. Natura rei est eius forma, vel materia, nec amissio suarum naturalium qualitatum: quia illę remanebunt eis, vt dictum est: ergo videtur, quòd cessationis suæ actionis, & passionis inuicem non erit alia causa, nisi cessatio motus cœli.

In oppositum. CONTRA videtur sentire Augu. lib. 11. confessionum vltra medium, quod si corpora cęlestia starent adhuc posset moueri rota figuli: ergo a simili possent elementa abinuicem alterati.

Item a Domino Stephano Episcopo Parisiensi excõmunicatus est hic articulus, quod si cęlum staret ignis in stupam non ageret: quia nec Deus esset: sed qua ratione posset ignis in stupam agere, posset etiam agere in aliud elementum.

CONCLVSIO.

Causa sufficiens quare amplius ad inuicẽ tunc nõ agent elementa, non erit cessatio motus cœlorum, sed diuina virtus supernaturaliter abiſsis elementis priuationem ad naturalem hanc transmutationem, necessariam remouens.

Ad. q. 1. opi. AD HANC quæstionem dicunt quidam, q cessationis actionis, & passionis elementorum erit sufficiens causa cessatio motus cœli, quamuis adhuc poterunt esse motus qui sunt ab anima rationali, eo, quod illa a virtute corporum cœlestium non dependet.

Contra. Sed contra hoc arguitur sic, vt enim habetur Iosue 10. ad preces Iosue sol, & luna steterunt, & si alia corpora cœlestia non stetissent totus ordo corporum cœlestium fuisset immutatus, tunc ergo omnia corpora cœlestia quieuerunt, nec propter hoc omisit Iosue pugnare, nec cessauerunt omnes actiones naturales per totum mundum.

Præterea, illa opinio videtur esse contra articulum excommunicatum qui allegatus est.

Præterea, corpora cęlestia non tantũ agunt hic inferius per sui motum: sed etiam per naturalem virtutem formæ suæ, sicut patet per diuersos effectus naturales, qui per diuersas cõstellationes causantur, & ideo cessante motus cœli adhuc per suam naturalem virtutem possent agere in Ecclesia, nisi aliud obstaret, q eorum quies, quamuis ergo quies cęli esset sufficiens causa, vt idem elementum non ageret in aliud difformiter, eo q per motum est est renouatio influentiarum, quarum vna magis confortat virtutem vnius elementi in sua actione, quam alia, tamen non esset sufficiens causa adhuc, vt vnum elementum nullo modo aliud alteraret.

Alij dicunt, q & si quies cęli non sit sufficiens causa huius per se, erit tamen sufficiens causa per accidens, inquantum quiescet in illo puncto quo corpora cęlestia talem habebunt inter se habitudinem, quæ confortabit virtutem passibilioris elementi secundum illam proportionẽ, qua exceditur a virtute elementi magis actiui, & ideo nullum elementũ aliquid poterit super aliud. 2. opin.

Sed hæc opinio deficit in duobus. Contra.

Primo, quia non est probabile, q corpora cœlestia habeant illam habitudinem inter se quando cęlum quiescet, immo magis est probabile, quod tunc erunt illa corpora in tali habitudine inter se in qua maxime concordabunt virtuti elemẽtorum actiuorum, quod arguitur per hoc, quia ante productionẽ ignis cõflagrationis causabitur naturaliter hic inferius vehemens caliditas, & siccitas sicut dictum est superius in articulo primo huius dis.

Pręterea, si quiesceret in tali habitudine, sicut dicit opinio, adhuc non sequeretur, quod vnum aliud alterare non posset. Cum enim vid́emus elementum minus actiuum agere in elementum magis actiuum: quia nullum elementum agit in aliud quin patiatur ab eo, cũ secũdum phy. 2. physi. omne agens physicę in agẽdo patiatur, multo fortius posset in ipsum agere, si per virtutem cęlestẽ virtus eius ęquaretur illius virtuti, magis enim potest æquale in æquale agere, quam debilius in fortius, adhuc. n. cuiuslibet elementi principium passiuum, quod est materia, inferius esset cuiuslibet alterius elementi principio actiuo, quod est forma, tunc tamen ita æqualiter sese alterarent, vt quantum remitteretur qualitas vnius remitteretur qualitas alterius, & sic tandem ad talem æqualitatem reducerentur, vt T.c. 71. 72. & 73 potius primo de gene. T.c 54. 55. & inde.

inter se nullam haberent contrarietatẽ, & tũc agere cessarent in inuicem, sed remanerẽt elementa imperfecta in suis qualitatibus actiuis & passiuis, & etiam in suis essentijs supposito, ꝙ recipiant magis, & minus, sicut dicit Commentator in lib. de substantia orbis. Vt ergo mihi dicendũ, ꝙ causa quare post iudiciũ elementa sese non alterabunt, manentibus tamẽ suis essentijs, & qualitatibus actiuis, & passiuis in esse cõpletissimo, est hæc, quia Deus supernaturaliter a materia elementorũ remouebit priuationẽ, quæ necessaria est ad transmutationẽ naturalẽ, vnde & secundũ phy. 1. physi. ponitur vnũ de principijs naturæ, illa. n. priuatio non dicit tm̃ carentiam formæ in materia, sed dicit illã carentiam formæ cum possibilitate ad eandem, & si possibilitas illa nõ tm̃ differat a materia secundũ rõnem: sed sit aliquid in formã transmutabile, ille qui eã concreauit materiæ ab eadẽ poterit eam excludere, nisi positiuum materiæ conferendo, si autẽ in materia non sit possibilitas ad formam, nisi illa, quæ rõne sola differt a materia, imprimet Deus in materia supernaturaliter virtutẽ prohibentem ipsam posse transmutari naturaliter ad aliam formam, & sic non remanebit in materia priuatio, quæ necessaria est naturalem transmutationem.

Et 3. cæli com 67. & 1. de genera. cõ. vlti.

T. c. 67.

Præterea influentia generalis causæ primæ sine qua nulla creatura potest in suam actionẽ non aderit elemẽtis adhoc, vt agãt, & patiantur abinuicẽ, aderit tamẽ adhoc, vt in suis essentijs, & qualitatibus in esse completo perpetuo durent, & hęc causa sufficeret, si nulla alia poneretur.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ illud verbũ phylosophi intelligi debet de prioritate in agendo, & patiendo, nec plus potest per suas rationes concludi.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ mensura nõ semper est causa mensurati: vnde, & secundũ phylo. 4. physi. Mensuramus motum per tempus & tempus per motum. *T. c. 112.*

Præterea motus voluntarios qui non depẽdent a virtute cęli mensuramus per motum cęli, pannum etiam mensuramus per vlnam.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex dictis in quæstione.

QVAESTIO V.

Vtrum lux corporum cœlestium, & elementorum augebitur.

Argum. 1. S. Bon. q. 1. art. 2. S. Th. ar. 3. Et Videtvr, ꝙ non: quia corpora cęlestia non tantum agunt hic inferius per motum: sed etiam per lucem, sed post iudicium hæc inferiora amplius non transmutabuntur: ergo superfluum esset augmentum lucis eorum.

Secundum. Item, & si rei carenti luce possit dari lux, nihil tamen est dictu, quod eius lux augeatur: sed terra luce caret: ergo nihil est dictu, quod eius lux augebitur.

Tertium. Item lux non est necessaria in ista machina mundiali, nisi propter hominis vsum: sed post iudicium lux ista mundialis non veniet in hominum vsum, quod de damnatis planum est: quia in inferno sunt, & erunt perpetuo tenebrę: vnde Iob 10. dicitur terra miseriæ, & tenebrarum. Et de beatis Apoca. 22. dicitur, quod non egebunt lumine lucernę, neq; lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit eos: ergo superfluum esset lucis augmentum in corporibus cœlestibus, & elementaribus.

In opposi. tum. Contra Isa. 30. Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis semptempliciter, sed corpora cœlestia post iudicium immittent lucem suam in hæc inferiora: ergo hæc inferiora amplius, quam modo illuminabuntur.

T. c. 17. Item secundum phylosophum. 8. physico. Homo est minor mundus, debet ergo conformari sibi in innouatione aliquo modo maior mundus: sed homo tunc ampliori lumine fulgebit: ergo & totius mundialis machinæ lux augebitur.

CONCLVSIO.

Corporum cœlestium, & elementorum, sicut & hominis augebitur lux, non quidem ad necessitatis corporalis vsum, sed ad beatorum in hac lucentis creaturæ specie tum Deum contemplantium, tum ibi corporeis oculis intuentium delectationem.

Responsio. Respondeo, quòd lux non tantum est in corporibus mundi propter vsum necessitatis corporalis: sed etiam propter vsum vtilitatis spiritualis ad habendam delectationem in specie creaturę, & ad contemplandum Deum in lucis effectu. Post iudicium non erit lux vtilis ad supplendum indigentiam alicuius rei necessariæ corporibus electorum: sed erit vtilis propter secundam causam. Electi enim cum hoc, quod Deum in se contemplabuntur simul contemplabuntur eum oculo mentis in effectibus suis tam spiritualibus, quàm corporalibus, & in corporalibus delectabitur oculus corporalis, & ideo conueniẽs erit, quod cum innouabitur homo, lux etiam in corporibus cœlestibus augeatur, & ex consequenti elementa abundantius illuminentur quàm modo: quia a corporibus recipient amplioren luminis influentiam. Vtrum autem præter illam claritatem, quam a corporibus cœlestibus recipient lux eis imprimatur alia incertum est, tamen nullum est inconueniens, si concedatur, quod sic, & tunc sicut animę electorum per lumen gloriæ aliquo modo Angelis conformantur manente differentia in essentia, & ꝓprietatibus naturalibus, sic corpora inferiora per suã illustrationẽ aliqualiter corporibus cęlestib. cõformabunt salua dr̃ia in essentia, & proprietatibus naturalibus tñ

terra

terra non illuminabitur, nisi in sui superficie, si enim in sui profundo illuminaretur, impij lumen illud viderẽt, qua visione sunt indigni.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositũ patet solutio ex dictis in qõne, ꝙ etiam dr̃ corpora cęlestia hic inferius agere, ꝑ lucere intelligendũ est, ꝙ agant per lucẽ, in virtute tñ suæ formæ substãtialis, aliter cũ oẽs stellę recipiant lumen a sole calefacerent, & exiccarent, ꝙ falsum est. In actione aũt illuminãdi q̃ rõne lucis ꝑ se eis cõuenit cõicant eo modo quo cõicant in luce.

Ad secundũ. Ad secundum dicendum, ꝙ minor est falsa sicut.n. nulla substãtia spiritualis est totaliter expers lucis, sic nullũ corpus est totaliter expers lucis, eo.n. ipso quo oẽs creaturę sunt effectus summe lucis, aliquo modo plus, & minus lucẽ participant, quãuis in aliquibus corporibus lateat lux eorum: vnde sola priuatio est pure tenebra: vnde male dixerunt dicẽtes nigerrimũ colorẽ esse per omnẽ carẽtiã lucis.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio ex dictis in qõne.

QVAESTIO VI.

Vtrum bruta, & vegetabilia destruentur.

Arg. 1. D Bon q. 4. S. Th. ar. 5. ET Videtvr, ꝙ non: q̃a animalia sunt ad ornatũ elementorũ: ergo quando elementa meliorabuntur animalia non destruentur: quia tũc non debet ab eis auferri ornatus eorum.

Secundo. Item sicut elemẽta seruiũt homini, ita vegetabilia, & aĩalia bruta: ergo sicut in mũdi innouatione nobilitabuntur elementa, ita, & vegetabilia nobilitabuntur, & animalia bruta.

Tertio. Itẽ vegetabilia, & bruta nobiliora sunt elemẽtis: quia elemẽta ordinantur ad mixtũ: mixtũ ad vegetatiuũ: vegetatiuũ ad sensitiuum: ergo multo magis videntur esse de perfectione vniuersi, q̃ elementa, & ex consequenti magis quam elementa remanere debebunt.

Quarto. Itẽ mundus corporalis post iudicium non erit necessarius, nisi ad hoc, vt beati in ipso Deũ contẽplando delectẽtur, & inde amplius assurgãt in laudẽ diuinã: sed expressius refulget diuina bonitas in animalibus, & plantis, q̃ in elemẽtis: quia scd̃m Aug. 11. de ci. c. 16. Ordine naturæ præponuntur nõ viuentibus viuẽtia, & sentientia non sentientibus: ergo multo magis debebunt remanere bruta, & vegetabilia, quam elementa. Li. 11. mete 1. c. 39.

In oppositum. Contra cessante fine cessare debet id, quod est ad finẽ, sed finis vegetabiliũ, & brutorũ est corruptibilis hoĩs status, cum ergo in mũdi innouatione cessabit corruptibilis hoĩs status, animalia, & plante non remanebunt.

Item omne viuens corruptibili vita morietur: sed nihil est ordinatũ ad resurgendum, ꝙ scd̃m se totũ moritur, hmõi aũt sunt vegetabilia, & bruta: ergo ita moriẽtur, ꝙ nõ resurgẽt.

CONCLVSIO.

Vegetabilia, & oĩa ẽt bruta nõ remanebunt, sed destruentur sunt.n. secundum se tota ex suiq; natura intrinsece corruptibilia, ita, vt nisi per miraculum posset eas Deus perpetuare, quod certe incongrueret.

Responsio. Respondeo creaturarum, quædã sunt incorruptibiles scd̃m se totas, vt Angeli boni, & mali, & corpora cęlestia, quædã corruptibiles scd̃m se totas, vt mineralia vegetabilia, & bruta, quædã sunt corruptibiles scd̃m partẽ minus principalẽ, & incorruptibiles scd̃m partẽ magis principalẽ, vt hoĩes, qui sunt corruptibiles scd̃m corpus, & incorruptibiles secũdũ animã, quædã sunt corruptibiles in partibus, & incorruptibiles in toto nõ quia eorũ natura tota ex parte sua corruptibilis sit, sed quia ꝑꝑ ordinẽ mundi non adest corrũpens, & tales creaturæ sunt elementa, statui incorruptibili nõ cõueniunt ea, quæ scd̃m se tota corruptibilia sunt ex sui natura, & scd̃m ordinẽ mũdi, & iõ talia nõ remanebũt, cuiusmodi sũt mineralia vegetabilia, & bruta. Oẽs aũt aliæ creaturæ remanebũt, & q̃ in parte sunt corruptibiles scd̃m se totas ĩcorruptibiles efficient.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositũ dicendum, ꝙ animalia non sunt ad ornatũ elementorũ, nisi scd̃m corruptibilem mundi statũ, vnde in parte aeris nobiliori non est aliquis ornatus animaliũ, nec etiã in igne, q̃a nõ sunt tã ꝑꝑ ornatũ, q̃ ꝑꝑ corruptibilis hoĩs status necessitatẽ.

Ad secundum. Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ q̃uis bruta aĩalia, & plãte seruiãt homini, sicut elemẽta, nõ tñ tãtã hñt aptitudinẽ ad statũ incorruptilitatis, sicut elemẽta, q̃a sunt corruptibilia secũdũ se tota.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ quãuis vegetabilia, & bruta sint nobiliora simpliciter, quã elemẽta, nõ tñ quo ad cõditionẽ durabilitatis, vegetabilia.n. & animalia inter se habẽt cãm corruptionis suæ, nec cęlo quiescẽte possent perpetuari in esse, nec eadẽ in numero, nec eadẽ in specie, nisi per miraculũ, nõ est aũt cõgrua rõ, quare Deus ea per miraculũ ꝑpetuaret in esse.

Ad quartum. Ad quartũ dicendũ, ꝙ q̃cq̃d est perfectionis in vegetabilibus, & brutis perfectius est in homine, quia & perfectius viuit q̃ vegetabilia & sentit quam bruta, vnde quicquid in vegetabilibus, & brutis est occasio contemplandi Deum in effectibus suis, perfectius reperitur in homine, vnde non oportet hac de causa vegetabilia, & bruta in perpetuum remanere.

QVAESTIO VII.

Vtrum mundo innouato, & facta distinctione bonorum, & malorum Deus posset aliquid addere ad bonitatem vniuersi.

ET Videtvr ꝙ nõ, quia illud nõ est perfectũ, cuius perfectioni aliq̃d addi potest, sed vniuersum tunc erit perfectum, ergo suæ perfectioni nulla poterit bonitas addi. Arg. 1. Doct. in 1. dist. 44. & S. Tho. p. p. q.

Secundo. Item secundum Diony. 5. c. de di. no. creaturæ procedunt a Deo, sicut numerus ab vnitate, sed est aliq̃s numerus. s. binarius inter quẽ, & vnitatẽ nullus põt esse numerus medius, ergo similiter est aliqua creatura, inter quam, & Deũ nulla poterit esse alia media, sed nihil in crea- Idẽ Boetius in principio suæ arithmetice.

creatis nobilius est vniuerso, cum cõpræhendat oẽs creaturas: ergo inter vniuersum innouatum, & ipsum Deum nulla poterit esse media creatura.

Tertium. Item si Deus tunc posset addere ad bonitatem vniuersi, & non adderet inuidus esset, quod falsum est.

In oppositum. CONTRA, Deus posset oẽs damnatos annihilare, & creare tot Angelos sanctos, sed si hoc faceret melius esset vniuersum, quia plus esset in vniuerso de bono, & nihil de malo: ergo post innouationẽ mundi adhuc Deus posset addere ad bonitatem vniuersi.

Secundum. Item omni effectu non ęquante potentiam agentis: agens posset facere nobiliorẽ: sed vniuersum etiam innouatum non ęquabit potentiam Dei: ergo Deus posset facere aliud vniuersum nobilius illo: ergo plus posset de bonitate facere, q̃ erit in hoc vniuerso innouato.

CONCLVSIO.

Mũdo innouato eidẽ numero existẽti nihil ad eius bonitatẽ Deus poßet addere eidem vero, vel absolue re, vel secundum partem numero differenti nihil prohibet quod aliquid poßet ad perfectionẽ adiungere.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ Deũ aliquid posse addere ad bonitatem vniuersi post eius innouationẽ tripliciter potest intelligi, aut de illo eodem vniuerso in numero: aut de alio, aut partim de alio, aut partim de eodẽ. Primo modo dico, ꝙ si nomine vniuersi accipiatur, seu includatur vniuersitas oĩum creaturarũ tã substantiarum, q̃ accidẽtaliũ, absolutorum, q̃ relationum, sic Deum posse addere ad bonitatẽ vniuersi contradictionẽ includit: quia illa bonitas superaddita, aut esset substantia, aut accidens, & tunc vniuersitas creaturarũ cõsiderata ante additionẽ bonitatis illius ad vniuersitatẽ creaturarum includentẽ illã superadditã bonitatem se haberet sicut pars ad totum: totum autem, & pars q̃uis nõ sint pęnitus diuersa numero, non tamen sunt pęnitus idem, sed partim idẽ, partim diuersa scđm ꝙ trahi potest ex sententia phylo. in 1. phy. Si aũt nomine vniuersi intelligatur vniuersitas substantiarum tãtũ, sic dico, ꝙ illud idem vniuersum in numero, ꝙ tunc erit etiã meliorari non posset, quia finis eius meliorari nõ poterit. Ille.n. finis Deus est, nec vniuersitas oĩum aliarum substantiarũ coniunctim posset melius ordinari ad suum finem, q̃ tunc erit ordinata. Ille etiam substantiæ omnibus pensatis non possent esse melius ordinate inter se per comparationem ad suum totum, quod est vniuersum non posset etiam meliorari per meliorationẽ aliquarum creaturarum secundum se aliis nõ melioratis, nec peioratis, quia quamuis pars creaturarum esset meliorata secundum se, ex hoc tamen vniuersum non esset melius, quia per hoc non melioraretur proportio partium inter se, & ordo, quæ maxime attenduntur in bonitate vniuersi, sicut si in psalterio corda sonans obscure fieret ita clare sonans sicut illa, quæ sonat clarius, & sicut si luna fieret ita bona sicut sol sole non meliorato. Psalterium esset peius, & mundus peior, nec posset meliorari per meliorationem, siue substãtialẽ, siue accidentalẽ omnium substantiarum, quia substãtia naturę humanę Christi meliorari non põt, nec actualiter, nec substãtialiter. Beata etiã virgo meliorari non põt, & si oẽs aliæ substantiæ meliorarentur substantialiter vniuersum non remaneret idem pęnitus in numero, & si meliorarentur accidentaliter adhuc vniuersum oĩbus pensatis nõ melioraretur, quia tunc nõ esset bonitas in creaturis, quã requirit optimus vniuersi ordo per cõparationẽ ad iustitiæ, & sapientiæ, & misericordiæ diuinæ manifestationem, qui ordo maxime attenditur in bonitate vniuersi.

Primus modus. *Secũdus modus.* *Dependet ista a quæstionibus arti. primi di. 44 primi.* *Ponderes verum sic.*

Tertius modus. Si autem quæstio intelligatur de alio vniuerso in numero, tunc dico, ꝙ Deus posset facere aliud vniuersum melius isto etiã post sui innouationẽ, q̃uis.n. Deus aliquã creaturam possit facere, ita bonã, ꝙ illa eadem in numero non posset fieri melior, nec etiã eadem in specie, sicut patet in humana natura Christi, quæ summũ tenet in specie humanæ naturæ, & cui superaddi non potest aliquid de bonitate siue substantiali, siue accidentali, tñ oẽm aliã creaturam posset Deus facere meliorẽ sine fine in alia specie, siue in alio genere. Deus.n. posset facere oẽm bonitatem creatam, quæ rationi creaturæ non repugnat, sed quãtacunq; bonitas finita rationi creaturę non repugnat, quia quantacunq; esset distaret adhuc ab increata bonitate in infinitum.

Quartus modus. Si aũt quęstio intelligatur de vniuerso partim eodẽ partim diuerso, sic dicunt quidã, ꝙ posset addere ad bonitatẽ, non tantum materialem: sed etiã formalem vniuersi etiam post sui innouationem, quia posset de nouo creare multa milia sanctorũ Angelorũ, quibus creatis vniuersitas ex illis, & alijs creaturis præexistentibus constituta melior esset non tamẽ materialiter, sed etiã formaliter. i. quantũ ad partium ordinem ad finem, & inter se, quam erit vniuersitas post sui innouationem sine illis.

Solutio alia. Aliqui tamen de quæstione se breuiter expedientes, dicunt, ꝙ tanta erit bonitas creata post vniuersi innouationem, quod nullo modo creatura, siue eadem numero, siue diuersa plus posset de bonitate capere, quam tũc erit: vnde tunc erit tota bonitas, quam possibile est creari: vnde quamuis inter ipsum vniuersum innouatum, & Deum erunt infiniti gradus, non erunt tamen possibiles participari.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ procedit de eodem vniuerso in numero.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ aliquo modo est simile, & multo magis dissimile. In hoc.n. est simile, ꝙ sicut vnitas simplicior est numeris progredientibus ab ea, & ꝙ omnes participãt

vnita-

vnitatem,dicimus enim, ꝙ Binarius est vnus numerus trinarius est vnus numerus, & sic de alijs: nec duo numeri æqualiter sunt vnitati propinqui, sic Deus simplicior est omnibus creaturis,& quælibet creatura aliquid partici pat de bonitate diuina, nec sunt duæ species per naturam æqualiter sibi propinque.In mul tis tamẽ est dissimilitudo: quia ab vnitate nõ procedit: nisi vnus numerus immediate.s.binarius,& sequens numerus procedit ab vnita te mediante binario,& sic deinceps, binarius etiam est, ita propinquus vnitati, ꝙ non potest numerus ei propinquior esse: sed omnes Angeli,& tota machina mundialis, & omnes animæ rationales sunt a Deo immediate tantum, nec est aliqua creatura ita Deo propinqua, qua Deus non posset facere aliam sibi propinquiorem,saltem loquendo de propinquitate,quæ consideratur in creaturis per suã naturam:vnde,& si humana natura Christi nõ posset Deus facere aliam sibi propinquiorem quantum ad modum existendi quem habet in diuino supposito, posset tamen facere in alia specie, vel in alio genere creaturam nobilioris essentiæ cui maiorem posset dare gratiam singularis psonę,q̃ posset capere aĩa Christi,si non esset personę diuinæ vnita, vt supposito.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ in factione bonitatis create attenditur bonitas per comparationem,& voluntatem diuinam:vnde nõ ideo Deus voluit creare mundum: quia bonũ erat mundum creari: sed ideo bonum fuit mundũ creari,quia Deus voluit ipsum creare,& ideo eo ipso,ꝙ post mundi innouationẽ Deus non volet addere ad bonitatem creatam, bonum erit,quod non addatur.

Ad primũ. alterius partis. PRIMVM argumentum ad partem aliam procedit de vniuerso,ꝙ esset partim idem,partim diuersum cõ isto vniuerso innouato. Vel potest dici, ꝙ si hoc facto mũdus esset melior naturaliter, non tamẽ esset formaliter melior: quia non esset,ita conueniens, & pulcher ordo in vniuerso sicut erit.

Ad secundum. Secundum procedit de vniuerso, quod esset aliud in numero ab isto.

CIRCA litteram.(In humanitate suscepit illud,ꝙ est causa nostrę resurrectionis.)i. passionem,& resurrectionem,ꝙ sic est intelligendum,ꝙ eius passio est causa meritoria nostræ resurrectionis spiritualis,& in futuro nostræ resurrectionis gloriosa, sua autem resur- *Textus libratio.* rectio prædictæ duplicis resurrectionis fuit causa exemplaris.(Per verbum factum in carne filij hominis fit corporum resurrectio,) huius expositio patet per expositionem verbi prædicti. Angeli deferent ante eum signum Crucis, dicunt aliqui, quod non erit signum Crucis in quo Crucifixus est Christus: sed quoddam signum illius Crucis repræsentatiuum. Ego autem credo, quod illa eadẽ Crux in numero in qua Crucifixus est portabitur ad iudicium ministerio sanctorum Angelorũ qui enim corpora humana redacta in pulueres eadem in numero restaurabit, illam eandem Crucem in numero poterit restaurare, & multo rationabilius est, ꝙ ipsamet ad iudiciũ portetur, quam aliud signum pro ea. ex hoc enim electis erit maior honor: & erit expressior materia assurgendi in laudem Iesu Christi,& erit reprobis maior confusio, nec video inconueniens, si propter rationes prædictas ponatur, ꝙ per diuinam potentiam in perpetuum conseruetur.Ne impij in tormentis positi sub terra fruantur lucem ex hac. (Potest dici, vt volunt aliqui, quod in alio hemisperio est aliquis terræ hiatus,per quem deriuaretur solare lumen ad impios,si modo solito circulariter moueretur,)sed hoc nihil est,quia post iudicium terra erit vndiq; clausa, aliter enim si esset in aliqua parte eius hiatus vsq; ad infernum lumen stellarum existẽtium super hemisperum in quo esset ille hiatus illuminaret infernum. Vnde potest dici,quod illud verbũ quod dicit Isido. sit dictum secundum falsam imaginationem quorundam imaginantium esse infernum in superficie terræ in hemisperio isti contraposito.

De differentia mansionum in cælo & in inferno.

DISTINCTIO XLIX.

POST resurrectionem vero facto vniuerso impletoq; iudicio suos fines habebunt ciuitates duæ, vna Christi,alia diaboli, vna bonorum altera malorum, vtraq; tamẽ angelorum:& hominum.Istis volun luntas,illis facultas non poterit esse peccandi, vel vlla conditio moriendi: istis in æterna vita feliciter viuentibus,illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus:quoniam vtriq; sine fine.Sed in beatitudine isti,alius alio præstabilius; in miseria verò illi,alius alio tolerabilius permanebunt. Ex his apparet,quòd sicut boni differenter glorificabuntur, alij magis,alij minus;ita & mali differenter in inferno punientur. Sicut.n.in domo patris, id est,in regno cœlorum,mansiones multæ sunt.i.præmiorum differentię,ita & in gehẽna diuersæ sunt mansiones.i.supliciorum differentiæ. Omnes tamen æternam pœnã patientur,sicut omnes electi eundem habebunt denarium, quem paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis commune intelligitur.s.vita æterna, Deus ipse:quo omnes fruẽtur,sed impariter. Nam sicut erit differens clarificatio corporum, ita differens gloria erit animarum. Stella. n. à stella. i. electus ab electo differt in claritate mentis, & corporis. Alij.n.alijs vicinius clariusq; Dei speciem contemplabuntur:&

Right margin notes: *Aug. in Enchi. c. 111.* — *Ioan 14.* — *Aug. hom. 67. sup Io. secundũ rẽ. Matt. 20.a* — *1.Cor.15.f*

ipsa contemplandi differentia diuersitas mansionum vocatur. Domus ergo est vna.i.denarius est vnus: sed diuersitas est ibi mansionum.i.differentia claritatis: quia vnum est summum bonum, beatitudo, & vita omnium, id est, Deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruentur, sed alij alijs plenius. Perfruentur autem videndo per speciem, non per speculum in ænigmate. Habere ergo vitam est videre vitam, id est, cognoscere Deum in specie. Vnde veritas ait in Euangelio, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, esse vnum, & solum verum Deum: hoc est, habere vitam, id est, cognoscere te. Non est ipsa cognitio, quod tu es: sed per cognitionẽ habetur bonum, quod tu es, id est, vita.

1. Cor. 13. d
Ioan. 17. a

Si omnes homines volunt esse beati.

Solet etiam quæri de beatitudine, vtrum eam omnes velint, & sciant, quæ sit vera beatitudo. De hoc Augustinus in 13. lib. de Trinit. ita differit, Mirum est, cum capessendæ retinendæq; beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum: non quòd eam aliquis nolit, sed quòd nõ omnes eam norint. Si enim eam omnes noscerent, non ab alijs putaretur esse in virtute animi, ab alijs in voluptate corporis, ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant, quod non omnes sciunt? Quis potest amare, quod nescit? sicut suprà disputaui. Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes, quæ ipsa sit, sed non omnes sciunt vbi sit, & inde contentio est? An fortè falsum est, quod pro vero posuimus, beatè viuere omnes homines velle? Si enim beatè viuere est, verbi gratia, secundum animi virtutem viuere; quomodo beatè viuere vult, qui hoc non vult? nonne verius dixerimus, Homo ille non vult beatè viuere, quia non vult secundum virtutem viuere? quod solum est beatè viuere. Non ergo omnes beatè viuere volunt, imò pauci hoc volunt, si non est beatè viuere, nisi secundum virtutem animi viuere, quod multi nolunt. Itane falsum erit, vnde nec ipse Cicero dubitauit? ait enim Beati certè omnes esse volumus. Absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? an dicendum est, etiam si nihil aliud sit beatè viuere, quàm secundum virtutem animi viuere; tamen & qui hoc non vult, beatè viuere vult? Nimis quidem hoc videtur absurdum. Tale.n.est acsi dicamus, qui non vult beatè viuere, vult beatè viuere. Istam repugnantiam quis audiat? quis ferat? & tamen ad hanc contrudit necessitas. Si omnes beatè viuere velle verum est, & non omnes volunt sic viuere; quomodo solum viuitur beatè? An illud ab his angustijs poterit nos eruere, si dicamus nihil esse beatè viuere, nisi viuere secundum delectationem suam; & ideo falsum non esse, quod omnes beatè viuere velint, quia omnes ita volunt, vt quemq; delectat? Sed id quidem falsum est: velle enim quod non deceat, est esse miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci, quod velis, quàm adipisci velle, quod non oporteat. Quis ita cæcus sit, vt dicat, aliquem ideo beatum, quia viuit vt vult? cùm profectò etsi miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum, quæ perperam voluisset, habere potuisset. Mala enim voluntate, vel sola miser quisque efficitur; sed miserior, cùm desiderium malæ voluntatis impletur. Quapropter, quoniam verum est, quod omnes homines esse beati velint, idque ardentissimo amore appetant, & propter hoc cætera quę cunque appetant; nec quisquam potest amare, ꝙ omnino quid vel quale sit nescit, nec potest nescire quid sit, quod se velle scit: sequitur vt omnes beatam vitã sciant. Omnes autem beati habent quod volunt quãuis non omnes qui habent, quod volunt, continuò sint beati. Continuò autem miseri sunt, qui vel non habẽt quod volunt, vel id habent, quod non rectè volunt. Beatus ergo nõ est, nisi qui & habet omnia, quæ vult & nihil vult malè. Ille quippe beatè viuit, qui viuit vt vult, nec malè aliquid vult. Cùm ergo ex his duobus constet beata vita; licet in malis sit aliquis bonus, non tamen, nisi finitis omnibus malis est beatus. Cùm ergo ex hac vita qui in his miserijs fidelis; & bonus est, venerit ad beatam vitam; tunc erit verè, quod nunc nullo modo esse potest, vt sic homo viuat quomodo vult. Non.n.ibi volet malè viuere, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit aliquid quod voluerit. Quicquid amabitur aderit: nec desiderabitur, quod non aderit. Et omne, quod ibi erit, bonum erit: & summus Deus summum bonum erit: &, quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se velle, omniũ hominum est. Beatos se esse velle, omnes in corde suo vident, nec tamẽ omnium est fides, qua ad beatitudinem peruenitur.

Cap. 4.
Ibid. paolo post.
Cicero in Hortensio.
Ibid. c. 5. in princ.
Quis sit beatus
Ibidem ca. 6 7 8.

Si quid de Deo cognoscit aliquis, quod ibi non intelligant omnes.

Solet etiam quæri, vtrum aliquid de Deo cognoscat aliquis magis meritus, vt Petrus, quod non cognoscat aliquis minus meritus, vt Linus. Pluribus videtur quod omnia de Deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cognoscant, sed differenter. Nihil enim in Deo noscibile maius digniusque videtur, quàm eum intelligere trinum, & vnũ. Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. Vnde sequitur, vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt, quorum cognitio seruit beatitudini: sed in modo videndi different. Alius enim alio magis, alius alio minus fulgebit. 1. Cor. 15. f

De paritate gaudij.

Solet etiam quæri, an in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Augustinus ait, Multæ mansiones in vna * domo erunt, scilicet, variæ præmiorum dignitates: sed vbi Deus erit omnia in omnibus, erit etiam in dispari claritate par gaudium: vt quod habebunt singuli, commune sit omnibus: quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculum charitatis. Ex his datur intelligi, quod par gaudium omnes habebunt, etsi disparem cognitionis claritatem, quia per charitatem, quæ in singulis erit perfecta, tantum quisque gaudebit de bono alterius, quãtum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudium videtur ꝙ par sit omnium beatitudo: quod constat omnino nõ esse. Ad quod dici potest, quod beatitudo par esset, si ita esset par gaudium, vt etiam par esset cognitio: sed

Hom 61 super Ioã. Et in lib Sent. Prosp. 360
* vita.

sed quia hoc non erit, non faciet paritas gaudij paritatem beatitudinis. Potest etiam accipi par gaudium, vt non referatur paritas ad intentionem affectionis gaudentium, sed ad vniuersitatem rerum de quibus gaudebitur: quia de omni re vnde gaudebit vnus, gaudebunt omnes.

Si maior sit beatitudo Sanctorum post iudicium.

Post hoc quæri solet, si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium, quàm interim. Sine omni scrupulo credendum est, eos habituros maiorem gloriam post iudicium, quã ante: quia & maius erit gaudium eorum, vt suprà testatus est Augu. & amplior erit eorum cognitio. Vnde Hiero. Peracto iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Deus demonstrabit electis. Si quem mouet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo præberi: difficilis quæstio est, nec potest à nobis perfectè definiri. Sed tamen dubium non est, & raptam à carnis sensibus hominis mentem, & post mortem ipsa carne deposita non sic videre posse incõmutabilem substantiam. i. Deum, sicut sancti Angeli vidēt, siue alia latentiori causa, siue ideo, quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud summum cęlum, donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus, cuius sit difficilis, & grauis administratio, sicut hæc caro quæ corrumpitur, multo magis auertitur mens ab illa visione summi cæli. Proinde cum hoc corpus iam non animale, sed spirituale receperit æquata angelis, habebit perfectum naturæ suæ modum, obediens, & imperans, viuificata, & viuificãs, tam ineffabili facilitate, vt sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ.

(Margin: Dist. 45 huius, para 1. & hac dist. — Sup illud Ose. 6 Viuificabit nos post tres dies. — Aug li 12. super Gen. cap. 35. — Sap. 9. d — 1. Cor. 15. f)

DISTINCTIO XLIX.



Vperius determinauit Magister de resurrectione mortuorum, & de statu eorum ante resurrectionē, & de iudicio resurgētium. Hic determinat de remuneratione iudicatorum. Et diuiditur in duas.

Primo determinat de remuneratione bonorum.

Secundo de retributione malorum. dist. sequenti. ibi. (Hic oritur quæstio.)

Prima in duas.

Primo determinat de retributione in communi sanctorum.

Secundo de partibus retributionis in speciali. ibi. (Solet quæri.)

Prima in duas.

Primo determinat de differenti participatione beatitudinis.

Secundo de appetitu beatitudinis. ibi. (Solet etiam quæri.

Illa pars, quæ ibi incipit. Solet quæri, diuiditur in tres.

Primo determinat de differentia cognitionis bonorum.

Secundo de differētia gaudij ipsorum ibi. (Solet etiam quæri an in gaudio.

Tertio de differentia beatitudinis ante iudicium, & post. ibi. (Post hoc &c.)

CIRCA hanc dist. quærendum est principaliter de quinto.

Primo de quiditate beatitudinis, & de eo in quo consistit.

Secũdo de eius appetitu, & participatione.

Tertio in speciali de dotibus animæ.

Quarto de dotibus corporis.

Quinto de accidentali præmio bonorum.

ARTICVLVS I.

CIRCA primum quæruntur octo.

Pimo vtrum sit aliquis vltimus finis vitæ humanæ.

Secundo vtrum ille finis sit beatitudo.

Tertio vtrum beatitudo sit quid creatum.

Quarto vtrum sit actus.

Quinto vtrum sit actus animæ tantum.

Sexto vtrum sit actus intellectus, & voluntatis simul.

Septimo vtrum sit principalior actus voluntatis, quàm intellectus.

Octauo vtrum principalius sit actus intellectus speculatiui, quàm practici.

QVAESTIO I.

Vtrum sit aliquis vltimus finis vitæ humanæ.

OSTENDO, ꝙ non: Nihil. n. est vltimus finis vitæ humanæ, ꝙ ordinari potest ad alium finem: sed nullum est bonum, ꝙ homo non possit ordinare ad aliũ finem etiam increatũ, quod patet cũ homo diligit Deum propter aliquod tēporale commodum: ergo nihil est, quod sit finis vltimus vitæ humanæ. *Arg. 1.*

Item nullus actus humanę vitæ est vltimus, actus. n. eius procedere possunt in infinitum: sed oĩs actus humanæ vitæ est finis eius: quia secundum phylo. 2. cęli, & mundi, omnis res cui est operatio ipsa est propter operationem illã: ergo nullus finis vitę humanę est vltimus. *Secundo.* *T. c. 17. 61. 62. 63. & 64.*

Item si esset aliquis finis vltimus humanæ vitæ, homo nunquã ageret, nisi propter finē: quia vltimus finis est primum mouens in agibilibus: sed multa videtur homo agere non propter finem, vt sunt omnia illa quæ facit sine deliberatione: ergo non est aliquis vltimus finis vitæ humanæ. *Tertio.*

CONTRA phy. 2. meta. probat, ꝙ in causis efficientibus essentialiter ordinatis est deuenire ad efficiens primum: ergo a simili in finibus vitæ humanæ essentialiter ordinatis oportet ponere vltimum. *In oppositum. T. c. 6.*

Item phylo. vbi prius, qui ponunt processum in causis finalibus in infinitum auferunt naturam boni, sed secundum phylo. 2. phy. Finis hēt naturã optimi: ergo pōnētes processũ in causis finalibus in infinitũ auferũt bonum. *Secundo. T. c. 8.*

CONCLVSIO.

Ne immotus, & frustra sit humanus appetitus dardus est hominis vitæ vltimus finis a quo mouere quoq; tandem quiescere ipse possit.

Responsio. RESPONDEO, quod vitæ humanæ aliquis vltimus finis per se. In omnibus. n. quæ per se habent ordinem adinuicem nõ est aliquid conueniẽs, nisi sit primum. Vnde philo. 7. physi. probat, quod in causis mouentibus per se non est processus in infinitum, quia vt dicit ibidem cum infinitorum non sit primũ, & primo mouente non existente alia non moueant non esse possibile alia moueri: quia secunda mouentia non mouent, nisi per hoc, quod mouentur a primo mouente, illud autẽ, quod mouet appetitum est finis, & principiũ mouens est vltimus finis: ergo si negatur vltimus finis nullus alius finis poterit appetitum mouere, & sic voluntas nihil appetere posset, quod manifeste falsum est. *T cõ. primi vsq; ad 10. in 8. lib.*

Præterea nullus naturaliter appetit id, qđ a quocunq; impossibile est haberi per quamcunq; viam, quamuis. n. voluntas deliberatiua possit esse impossibilium secundum phylo. 3. Ethi. c. 5. hoc tamen de naturali appetitu nullo modo vere dici potest, quãuis. n. in aliquo frustretur naturalis appetitus ꝓpter aliquod accidens, vt in damnatis qui naturaliter appetunt fęlicitatem, quam impossibile est eos cõsequi propter suam obstinationem, tamen nullus appetitus rationalis creaturæ frustrari nõ potest vniuersaliter, & per se: sed vt docet experiẽtia vita humana naturaliter appetit perfectam quietem: ergo quietem perfectam ab aliquo consequi per viam aliquam possibile est: sed impossibile est perfecte quiescere vitã humanam in re ordinata ad alium finem per se, quod docet etiam experientia illum qui motus appetitus sui diligenter vult considerare: ergo oportet concedere esse vitæ humanæ aliquem vltimum finem per se. *De primo volubili vide Sco dist. præsenti q. 1. ad modũ resolute.*

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ dicitur, ꝙ nihil est vltimus finis vitæ humanæ, quod ordinari potest ad alium finem &c. dico, ꝙ verum est si potest ordinari ad alium finem per se, sic autem Deus ordinari non potest ad alium finem: quia omne illud, quod est finis per se alicuius alterius melius est illo, vltimus tamen finis per se potest ordinari per accidens ad aliquid aliud, vt ad finem. s. per malam intentionem abutentis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod non omnis actus vitæ humanæ est finis eius per se, quamuis quilibet actus eius possit esse finis eius ꝑ accidens. In causis autem per accidens nihil prohibet in infinitum procedere, ita tamen, ꝙ totum acceptum semper sit finitum, causæ. n. per accidens secundum phylo. 2. physic. indeterminate sunt. *T. c. 50. & inde.*

Præterea argumentum peccat: quia in tertia figura non concluditur vniuersalis cõclusio: vnde debet sic concludere, ꝙ est finis aliquis vitæ humanæ qui non est finis vltimus, & hoc est verum, vel ꝙ sunt fines aliqui vitæ humanæ in quibus potest procedi sine fine. Et hoc est verum in finibus per accidens.

Ad tertium dicendũ, ꝙ homo agens, inq̃tũ homo agit per rationem, & voluntatem: quia per hoc distinguuntur a brutis: vnde actus hominis non procedentes ex ratione, & voluntate, & si possint actus hoĩs dici, non tñ proprie loquendo dici pñt actus vitæ humanæ: sed magis vitæ brutalis. Et præterea ille actus, & si non habeant finem sibi præstitutum a ratione habent tñ finem imaginatum, si sunt actus præsupponentes in homine aliq̃ cognitionẽ, aut sibi præstitum a cõditore naturæ, si sunt actus non præsupponentes in homine aliquam cognitionem, vt sunt actus potentiæ vegetatiue, & horum finium finis vltimus est vltimus finis humanæ vitæ: quia Deus qui vitæ humanæ finis est vltimus est finis omnium creaturarum, vt ostensum est lib. 3. dist. 1. *Ad tertiũ.*

QVAESTIO II.

Vtrum vltimus finis vitæ humanæ sit hominis beatitudo.

Arg. 1. S Bon. q. 2. S. Th di 1. q. 1. ar. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: vltimus finis vitæ humanæ finis est omnium creaturarũ, vt patet lib. 3. di. 1. in illa quæstione, vtrum bonitas Christi sit finis omnium creaturarum: sed beatitudo nõ est finis omnium creaturarũ, quia multæ creaturę sunt, q̃ nõ sunt capaces beatitudinis: ergo vltimus finis vitæ humanæ non est beatitudo.

Secundo. Item vt ostensum est lib. 2. dist. 38. Omniũ bonorum actuum voluntatis est vnus finis vltimus, sed non omnium voluntatũ est vna beatitudo: ergo vltimus finis humanæ vitæ non est beatitudo.

Tertio. Item finis vitæ humanæ est quid per se sufficientissimum, sed fęlicitas, quæ idem est, ꝙ beatitudo indiget exterioribus bonis secundum phy. 1. Ethi. c. 12. ergo finis vitæ humanæ non est beatitudo.

In oppositum. CONTRA, Aug. 8. de ci. c. 3. Finis boni appellatur quo q̃sq; cũ ꝑuenerit beatus est, ergo vltimus finis vitæ humanę est hoĩs beatitudo.

Itẽ idẽ. 22. li. in fine libri, finis nr̃ est ꝑueni re ad illud regnũ cuiꝰ nullus est finis, sed ꝑuenire ad illud regnũ est hoĩs beatitudo, ergo vltimus finis vitæ humanę est hoĩs beatitudo.

CONCLVSIO.

Beatitudo est humanæ vitæ vltimus finis, sed.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ vltimus finis humanæ vitæ duplicẽ põt accipi. Vno modo ꝓ bono in quo vltimo q̃escit hõ, alio modo ꝓ quiete hoĩs in illo bono. Similiter beatitudo põt accipi dupliciter. Vno modo ꝓ bono in quo homo beatificat̃ alio modo ꝓ ꝑfecta cõiũctiõe hoĩs cũ illo bono, q̃ cõiunctio est hoĩs beatificatio, accipiẽdo finem, & beatitudinẽ modo primo vltimus finis vitæ humanæ & hoĩs beatitudo

titudo realiter idem sunt, similiterq; finis modo secundo acceptus realiter idem est cũ beatitudine secundo modo accepta:sed differunt secũdum rationem, quia finis vtimus dicitur inquantum nõ ordinatus ad vlteriorem finẽ, & primo mouens appetitum beatitudo dicitur inquantum est sufficientissimum hominis bonum.

Ad primũ. Ad Primvm in oppositum dicendum, ꝙ vltimus finis vitæ humanæ inquantum accipitur pro bono in quo vltimo quiescit homo, & ipsa beatitudo pro bono in quo homo beatificatur sunt vltimus finis omnium creaturarum, quia vltimus finis vitæ humanæ & beatitudo prædicto modo accepta realiter idem sunt:sed creaturæ irrationales aliter ad illum finem ordinantur, quam creaturæ rationales, quia rationales illum finem attingunt immediate,& in illo beatificantur: sed irrationales ad illum ordinantur homine mediãte: nec in illo beatificantur,quamuis aliquam eius participationem immediate recipiant.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ accipiendo vltimum finem vitæ humanæ, & beatitudinem primo modo: sicut omnium bonarum voluntatum est vnus finis, ita vna beatitudo, quia vnum bonum est in quo omnes bonæ voluntates beatificantur. accipiendo autem vltimum finem,& beatitudinem modo secundo, nõ est omnium bonarum voluntatum vnus finis in numero:nec etiam in ęquali gradu. similiter nec vna beatitudo vt inferius patebit.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ ibi philosophus loquitur de fęlicitate politica, quæ habetur in hac vita, quæ multis miserijs est permixta. vnde vt ita loquar: est fęlicitas misera.

QVAESTIO III.
Vtrum beatitudo sit quid creatum.

Arg. 1. S.Bon.q.1. hic. S.Th.ar.2. Et videtvr, ꝙ non. In nullo creato videtur quiescere vita humana. Vnde Aug. 1. lib. confess. versus principium loquens ad Deum ait. Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te: sed in beatitudine est quies totius vitæ humanæ: ergo beatitudo non est aliquid creatum.

Secundo. Psal 3. Item idem est gloria, quod beatitudo: sed psal. ad Deum loquens ait: Tu autem domine susceptor meus es gloria mea: ergo Deus est beatitudo vitæ humanæ.

In opposi. tum. Contra, videre Deum est aliquid creatum est enim actus creaturę videntis: sed videre Deum est humanæ vitæ beatitudo. vnde vt habetur Io. 17. ait saluator ad patrem. hæc est vita æterna, vt cognoscant te: ergo beatitudo vitæ humanæ est aliquid creatum. Item beatitudo hominis est in homine bono secundum philosophum primo Ethi.c.6. vnde probat fęlicitatem nõ esse in hominibus per hoc, ꝙ honor magis videtur in honorantibus, quam in honoratis: sed quicquid est ĩ homine est creatum: ergo beatitudo est quid creatum.

CONCLVSIO.
Beatitudo, quod increata quo autem creata.

Responsio. Respondeo, ꝙ beatitudo vitæ humanæ dupliciter potest accipi. vno modo pro illo bono ĩ quo perfecte, & plenarie requiescit humana vita alio modo pro perfecta quietæ humanæ vitæ in illo bono, quę consistit in perfecta hominis coniunctione cum bono illo. primo modo beatitudo accipitur pro beatitudinis obiecto, & sic planum est, ꝙ beatitudo dicit quid increatum scilicet ipsum Deum. in nulla enim creatura posset homo inuenire perfectam sufficientiam ad quietandum, & perficiendum eum totum. eo enim ipso quo secundum animam factus est ad imaginẽ Dei: tantæ capacitatis est, vt nullum bonum possit ei sufficere præter summum bonum. vnde in lib. de spiritu, & anima ante medium. tantæ dignitatis est humana conditio, vt nullum bonum possit ei sufficere præter summum. beatitudo autem secundo modo accepta est aliquid existens in beato tanquam eius vltima, & plenaria perfectio, & est aliquid creatum, sicut bene ostendunt rationes ad partẽ secũdã. *Ad argum.*

Argvmenta ad partem primam procedunt de beatitudine primo modo dicta.

QVAESTIO IIII.
Vtrum beatitudo sit actus.

Arg. 1. S.Bon q. ad ultim. S.Th.ar.1. Et videtvr, ꝙ non: melior est habitus, quam actus, quia est permanentior, & quia sicut dicit Philo. 3. Topi. cap. 1. illud bonum est melius quod est permanentius: sed beatitudo est maximum hominis bonum: ergo est habitus, & non actus.

Secundo. Item beatitudo est perpetuũ gaudium. vnde saluator Io. 16. de beatitudine sub nomine gaudij loquens ait. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis: sed gaudium est animæ passio. cum ergo passio distinguatur contra actus secundum philosophum ponentem. 2. Ethic. ca. 5. passiones potentias. habitus esse tanquam principia actionum: ergo beatitudo non est actus.

Tertio. Item perfecta vnio hominis cum Deo est relatio: sed perfecta hominũ vnio cum Deo est beatitudo hominis: ergo beatitudo hominis est relatio.

In opposi. tum. Contra, beatitudo hominis: aut est habitus: aut actus, non habitus, quia tunc consisteret in virtute, quod nititur improbare Phil. 1. Ethi. c. 6. ergo est actus.

Item Philosophus. 1. Ethico. cap. 9. venatur istam diffinitionem fęlicitatis scilicet, quòd fęlicitas est operatio propria hominis secundum virtutem in vita perfecta: cum ergo fęlicitas idem sit, quod beatitudo. beatitudo est actus.

CON-

CONCLVSIO.

Cum beatitudo sit nobilissimum, quod possit esse in homine debet esse non habitus, sed actus habitu longe nobilior.

Responsio. RESPONDEO, quod & si beatitudo extendendo nomen eius possit dici habitus gloriæ: tamen proprie loquẽdo est actus hominis nobilissimus: actus enim nobilior est habitu, quia habitus ordinatur ad actum vt ad finem & secundum phil.3.Topi.finis præeminet his quę sunt ad finem. vnde per bonum actum magis assimilatur homo Deo qui est purus actus quam per habitum tantum: cum ergo beatitudo vitæ humanæ sit nobilissimum, quod esse possit in homine: cum sit vitæ humanæ finis vltimus, vt ostensum est. sequitur, quod beatitudo proprie loquendo non est habitus: sed actus siue plures siue vnus.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod iste actus in quo beatitudo consistit ita est permanens: sicut habitus cuius est actus, quia Dei visio, & fruitio sunt in bono intransmutabiliter, & inuariabiliter permanentes, & præterea verbum Philosophi intelligẽdum est cæteris paribus. alias non esset verum. permanẽtiora enim sunt multa non viuentia multis viuentibus. vnde & secundum Phil.1. Ethic.c.7. propter diuturnius esse non iudicatur per se vnum alio magis bonum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod sicut communiter dicitur gaudium non est de essentia beatitudinis: sed effectus eius ab ea per se inseparabilis, quapropter frequenter beatitudo nomen gaudij appellatur. Alij quibus magis assentio tenentes quod gaudium est de essentia beatitudinis: dicunt, quod cũ beatitudo dicitur actus extenditur nomine actus ad actum siue eliciatur a bono: siue in bono causetur a beatitudinis obiecto, quid autem de hoc sit tenendum in art.3. ostendetur cum de visione, & fruitione quæretur. *Optimum tenet Sco. dis. præsenti q. septima.*

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum quod cum dicitur beatitudo vitæ humanæ est perfecta vnio hominis cum Deo non accipitur vnio pro relatione: sed pro actu vel actibus quo vel quibus homo perfecte Deo vnitur.

QVAESTIO V.

Vtrum beatitudo sit actus animæ tantum.

Arg. 1. S. Bon. q 4. S. Tho. ubi supra. ET VIDETVR, quod non: quia actus hominis non est actus tantum animæ: cum homo constet ex anima & corpore: sed beatitudo est actus hominis, quia totus homo beatificatur: ergo non est actus animæ tantum.

Secundo. Item homo ordine naturæ prius intendit bonũ corporale, quã spirituale, quia & prius ordine naturæ ipsum cognoscit: sed primum in intentione est vltimum in executione: ergo illud bonum, quod homo vltimo consequitur est corporale: sed in bono, quod vltimo consequitur homo est beatitudo: ergo consistit in bono corporis, quod non esset verũ si esset actus animæ tantum.

Tertio. 10 Eth. ca. 4 & inde. Item beatitudo est actus perfectus virtutis perfectæ: sed perfecta virtus respicit animam, & corpus. vnde quia continentia non domat corporis passiones non dicitur virtus perfecta, vt temperantia. vnde secundum Philo.7. Ethic.c.2. non est loquendum de continentia vt de habitu virtutis: neque vt de habitu alterius generis, quam sit virtus: ergo beatitudo est actus animæ & corporis simul.

In oppositum. CONTRA secundum Philosophũ primo Ethic.c.9. Felicitas est hominis propria operatio: sed hominis propria operatio est animæ tantum, quia in operibus corporis cũ animabus alijs communicat: ergo beatitudo est actus animæ tantum.

Item secundum Philosophum ibidem. fęlicitas est operatio animæ secundum virtutem: sed virtus non est bonum corporis sed animæ tantum secundum doctrinam Aug.1. de ci. ca. 19. vbi dicit de oppressis per violentiam, quod in eis non perit pudicitia, quia virtus animi est: nec in corporis bonis numeratur: ergo beatitudo est actus animæ tantum.

CONCLVSIO.

Sicut nobilissimum, quod in homine esse possit est beatitudo, ita in actu nobilissimo animæ intellectiuæ necesse est, quod consistat.

Responsio. RESPONDEO, quòd beatitudo vitæ humanæ est nobilissimum, quod in homine possit esse: nec creaturis infra hominem conuenire potest: cum ergo beatitudo sit vnus actus, vel plures, vt ostensum est. oportet, quod beatitudo consistat in actu vel actibus proprio, vel proprijs homini: non quibuscunq;: sed in nobilissimis: actus autem proprius hominis nõ est nisi ille qui est hominis per illã virtutẽ qua est homo. hęc autem est anima intellectiua. nobilissimus ergo actus hominis est ille qui sibi conuenit per animam intellectiuam: siue sit cognitio: siue dilectio: ergo beatitudo est actus animæ tãtum. vnde qui beatitudinem extimauerunt esse in corporalibus diuitijs seu delitijs vel honoribus suæ naturæ nobilitatẽ non recognoscebant.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum quod quidam est actus hominis ratione animę & corporis simul sicut videre audire, & passiones sensitiui appetitus, quæ sunt cum corporali transmutatione, & hi non sunt animę tantũ, & sunt quidam actus hominis ratione animæ tãtum, vt intelligere, & velle. vnde sunt in anima separata, & hi dicuntur actus animæ tãtũ.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod primum, quod homo appetit est beatitudo in sui generalissimo esse, quod est bonum tamen descendendo specialius, quod prius ordine naturæ homo appetit bonum corporale, quam spirituale est per accidens: non per se, quia appetitus sequitur cognitionem, & nostra cognitio incipit a

sensu

sensu, qui est respectu corporaliū. nō oportet autem, ꝙ illud quod est primum per accidens in intentione hominis sit illud bonum, quod vltimo consequitur, sed illud quod est primū in intentione per se quod magis est appetibile, & quod prius appeti debet quantum est ex parte sua. tale autem est spirituale bonum.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ virtutes Cardinales, quæ sunt respectu passionum, & operationum humanarum aliquo modo corpus respiciunt, non ꝙ earum essentia, aut eius pars sit in corpore: sicut in subiecto: sed quia moderant corporis passiones, & ęquant corporales operationes in comparatione ad alterum. sed & si in perfectis actibus talium virtutum perfectarum consistat fęlicitas politica. de qua tractat Philosoph. 1. lib. Ethic. tamen fęlicitas vera in illis virtutibus non consistit: sed in actu charitatis patriæ, & in actu habitus qui in patria succedit fidei.

QVAESTIO VI.

Vtrum beatitudo sit actus intellectus, & voluntatis.

Arg. 1. S. Bon q 5. S. Tho. ubi supra. quæstiuncu la secunda. ET VIDETVR, ꝙ non: quanto bonum est maius: tanto simplicius: sed vitæ humanæ beatitudo est maximū hominis bonum, vt superius visum est: ergo est simplicissimum, quod sit in homine. Sed simplicior est actus vnus quam duo simul: ergo non consistit nisi in vno actu: siue sit actus voluntatis siue intellectus.

Secundo. Item Aug. lib. 1. de ci. c. pen. dicit de visione Dei ꝙ est summum prȩmium: ergo cum visio sit actus intellectus in solo actu intellectus consistit beatitudo.

Tertio. Item Ioan. 16. Hæc est vita ȩterna vt cognoscant te: ergo cōsistit ī actu solius intellectus.

Quarto. Item si actus volūtatis esset de essentia beatitudinis. ille actus, aut esset amor amicitiæ, aut concupiscentiæ. non amor amicitiæ, quia ille amor nihil aliud est, quam velle Deo bonum, quod habet, quod quilibet ex puris naturalibus potest velle. Ad aliquid autem, quod sit de essentia beatitudinis non possumus attingere per sola naturalia. Nec amor concupiscentiæ, quia tali amore diligiť amatum nō propter se: sed propter amantem: ergo actus voluntatis non est de essentia beatitudinis.

Quinto. Item ille actus non est de essentia beatitudinis: cuius Deus non est immediatum obiectum: sed actus voluntatis bonorum Deus nō est immediatum obiectum, quia voluntas eorum nō attingit Deum diligendo nisi mediante eius visione. prius enim ordine naturæ videt ipsum, quam attingat ipsum diligendo: ergo actus voluntatis electorum nō est de essentia beatitudinis.

Sexto. Item Augu. 13. de tri. c. 8. Beatus est, qui viuit vt vult: nec male aliquid vult: ergo in solo actu voluntatis consistit beatitudo.

Septimo. Item Aug. lib. 1. de doctrina Christiana. lōge vltra medium dicit de Deo. hæc est summa merces vt ipso perfruamur: sed summa merces est beatitudo, & fruitio est actus voluntatis, vt ostensum est lib. 1. dist. 1. ergo in actu voluntatis tota essentia beatitudinis consistit, nō ergo in actu voluntatis, & intellectus simul.

Octauo. Item Deus sub ratione qua summum bonū & sub nulla ratione alia est beatitudinis obiectū, quia sub illa ratione, & sub nulla alia est vltimus finis: sed sola voluntas immediate attingit Deum sub ratione qua summum bonū, quia quamuis intellectus ostendat sibi summum bonum: non tamen sub ratione est obiectum eius, qua summum bonum: sed sub ratione qua summum verum: ergo beatitudo in solo actu voluntatis consistit.

Nono. Item beatitudo verè potentiæ non ordinatur ad aliquid aliud quam ad beatitudinis obiectum: sed visio summi veri ordinatur ad fruitionem summi boni homo enim spiritualiter considerans interiora sua experiri potest: aliquo modo nō posse esse vltimam quietem, & perfectam in cognitione: ergo summi veri visio non est beatitudo intellectus, & constat, quòd non est beatitudo voluntatis: ergo nō est beatitudo creaturæ rationalis: nec pars beatitudinis eius.

In opposi- tum. CONTRA, auctoritatum quædam dicunt ꝙ cōsistit in actu intellectus, quædā ꝙ in actu voluntatis ergo in actu vtriusque consistit.

Item per illam eandem virtutem per quam aliquid mouetur ad terminum quiescit in termino: sed per intellectum, & volūtatem homo mouetur ad ipsum Deum: ergo per intellectū & voluntatem quiescit in Deo: sed beatitudo vitæ humanæ est perfecta quies hominis in Deo: ergo in actu vtriusque beatitudo consistit.

Responsio. Opin. S Th. & sequentium ponentium beatitudinē essentialitatis consistere in actu intellectus cō comitantis vero & extrinsece in actu volun tatis. Ad quæstionem dixerunt aliqui, ꝙ essentia beatitudinis vitæ humanæ in solius intellectus actu consistit, ita ꝙ nullo modo in actu voluntatis. Primum enim obiectum voluntatis non est actus eius: sicut nec primum obiectum intellectus est intellectio: sed intelligibile. beatitudo vero pertinet ad voluntatem tanquam primum eius obiectum sequitur ergo, ꝙ non pertineat ad ipsam tāquā actus ipsius. Præterea volūtas fertur in finem etiam absentem cum ipsum desiderat, & præsentem cū in seipso requiescit, & delectatur. desiderium autem finis non est cōsecutio finis: sed est motus ad finem. delectatio autem aduenit voluntati ex hoc ꝙ finis est præsens. non autem ex hoc aliquid fit præsens, quia voluntas delectatur in ipso. oportet igitur esse aliquid aliud, quam actum voluntatis per quod fit ipse finis præsens volenti. hoc autem est actus intellectus. Quia tamen ad voluntatem pertinet delectatio consequens beatitudinem, quæ est quasi beatitudinis consummatio accidentalis inseparabiliter beatitudinē consequens, ideo

aliquando

aliquando dicitur beatitudo pertinere ad voluntatem: eo, quod quandoque gaudium ipsum dicitur beatitudo dicente Aug. li. 10. confess. c. 1. circa medium, quod beata vita est gaudium de veritate.

Contra. Sed contra hanc opinionem expresse est auctoritas Augu. allegata. in opponendo dicentis, quod summa merces est in fruitione, & ratio secunda ad secundam partem.

Præterea Augu. 19. de ci. c. 14. dicit, quod in cœlesti ciuitate omnis vsus refertur ad fructum pacis æternæ fructus ergo pacis æternæ pertinet ad vltimum finem vitæ humanæ: sed fructus pacis æternæ est fruitio Dei quę est actus voluntatis.

Præterea summa bonitas non est minoris nobilitatis secundum rem: nec secundum nostram rationem intelligendi, quam summa veritas: ergo sicut Deus est beatitudinis obiectum ratione summæ veritatis ita ratione summæ bonitatis: sed sicut Deus est beatitudinis obiectum intellectus: inquantum est summa veritas: ita est obiectum voluntatis inquantũ est summa bonitas: ergo nec in actu intellectus tantum: nec in actu voluntatis tantum cõsistit vitæ humanæ beatitudo: sed in actu vtriusque simul.

Doctor. Videtur ergo mihi dicendum ad quæstionem, quod beatitudo consistit in actu intellectus, & voluntatis simul. Cuius ratio est quia esse beatitudinis vitæ humanæ consistit in perfecta vnione animæ rationalis cum Deo. hæc autem vnio includit animæ vnionem cum Deo secundum omnem sui potentiam: secundum quam vnibilis est cum eo immediate. potẽtia autem animæ rationalis non tantum est intellectus: sed voluntas: & per quamlibet illarum vnibilis est cum Deo immediate. sicut enim Deus sub ratione qua summum verum est immediatum obiectum intellectus beatorum: ita sub ratione qua summum bonum est immediatum voluntatis obiectum eorum, quamuis enim ipso immediate non fruerentur nisi ipsum immediate viderent: tamen immediatum obiectum voluntatis eorum non est ipsa visio summi boni: sed ipsum summum bonum non enim volunt summum bonum propter illam visionem: sicut propter finem: sed volunt ipsam visionem propter ipsum summum bonũ sicut propter vltimum finem. Ipsum ergo summum bonum primo, & immediate est ab ipsis beatis volitum: est ergo voluntatis eorum immediatum obiectum: ergo perfecta vnio animæ cum Deo: in qua beatitudo consistit: est per intellectũ, & volũtatem. in actu ergo vtriusque simul consistit.

Contra Richar. uide Sco. di. præsenti q. 3. & contra primã opi. q. 4.

Ad primũ. rationem primæ opi. Nec illa ratio pro contraria opinione in corpore quæstionis adducta cogere videtur, quia primum obiectum voluntatis est beatitudinis obiectum. non adeptio eius quæ est beatitudo: sed est obiectum secundum, quod est beatitudo creata: in quo continetur in generali, & implicite actus intellectus, & voluntatis. clare enim videre Deum, & ipsum perfecte diligere est habere sufficientissimum bonum, quod habetur non tantum cognoscendo, sed etiam amando, sed perfecte per cognitionem, & amorẽ patriæ imperfecte vero per cognitionem, & amorem viæ. vnde Grego. in Homel. Pentecostes. Qui Deum intelligendo corde desiderat iam habet profecto quem amat.

Ad secundam rationem. Deficit etiam secunda ratio in hoc, quod supponit nullum esse motum voluntatis respectu summi boni clare visi: nisi delectationem. hoc enim est falsum: immo dico, quod causatur illa delectatio ex summi boni clara visione, & amore perfecto. sicut enim in appetitu sensitiuo amor boni præsentis est delectationis causa. sic aliqualiter dico a simili amorem summi boni clare visi esse delectationis causam, quæ inseparabilis est ab eo: nec est in voluntate negandum passiones esse spirituales, quamuis sublimiores sint, & sublimiori modo, quam in appetitu sensitiuo. vnde dicit Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus de Sancto Hierothæo, quod erat diuina passus.

Præterea. ratio supponit, quod gaudium non sit de beatitudinis essentia, quod non videtur mihi verum.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod non plus cõcludit: nisi quod beatitudo est simplicius, quod sit in homine secundum, quod simplicitas opponitur compositioni ex actuali, potentiali, non compositioni, quæ est ex pluribus actibus.

Ad secundum. Et tertium. Ad secundum, & tertium dicendum, quod consumata Dei dilectio inseparabiliter concomitatur claram eius visionem, quia vt dicit Augu. lib. 83. quæstionum. q. 35. Nullum bonũ perfecte cognoscitur, quod perfecte non amatur, & ideo scriptura, & sancti cum beatitudine dicuntur visione consistere includunt concomitantem dilectionem.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod tam amor amicitiæ, quam amor ille quo Deus dicitur amari amore concupiscentiæ sunt de essentia beatitudinis: sed amor amicitiæ principalius, vt enim ostensum est lib. 3. distin. 27. in illa quæstione. vtrum principalior actus charitatis sit diligere amore amicitiæ, quam amore concupiscentię respectu eiusdem boni amati. Amor amicitiæ semper nobilior est, quam amor cõcupiscentiæ cæteris paribus: nec potest Deus amari amore amicitiæ ex puris naturalibus ita perfecte sicut requirit ille amor amicitiæ qui est de beatitudinis essentia, & ideo non valet probatio qua probabatur amore amicitiæ non posse esse de beatitudinis essentia: nec ẽt valet illa probatio qua probabatur, quod amor concupiscentiæ non sit de beatitudinis essentia, quia quod amore cõcupiscentiæ ametur amatum

Hic Sco. di. præsen. q. 5. secus sentientem.

tum

tum propter amantem. hoc est ex imperfectio ne illius amoris. Ille autē amor quo beati volunt Deum sibi ipsis perfectius est, & ideo nō volunt eum sibi propter seipsos, vt propter vltimum finem: sed propter seipsum.

Ad quintū. Ad quintum dicendum, ꝙ minor est falsa, vt ostensum est in corpore quæstionis quamuis enim visio sit necessaria dispositio in beato ad hoc vt fruatur Deo perfecte. tamen ex hoc non sequitur, ꝙ Deus nō sit illius fruitionis immediatum obiectum: sic quamuis habitus luminis gloriæ sit necessaria dispositio ad hoc ꝙ intellectus videat Deum: nihilominus tamen Deus est illius visionis immediatum obiectum.

Et si dicas ꝙ saltem Deus prius ordine naturæ est immediatum obiectum visionis, quā immediatum obiectum fruitionis. dico, ꝙ verum est de prioritate in via generationis, quę est prioritas qua imperfectum prius est perfecto: nō de prioritate perfectionis, vt pluribus videmus, ꝙ actuum coordinatorum inter se prior ordine naturæ in via generationis minus est perfectus, quam posterior. nec hoc dicens intendo dicere, ꝙ illa visio sit imperfecta. est enim res perfecta in genere visionis: sed volo dicere ꝙ ipsa fruitio est actus perfectior: sicut declarabitur in quæstione sequēti.

Ad sextum & septimū. Ad sextum, & septimum dicendum, ꝙ cum sancti dicunt beatitudinem consistere in Dei fruitione: includunt ipsam visionem, quæ est necessaria dispositio ad fruitionem.

Ad octauū. Ad octauum dicendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ Deus sub ratione qua summum bonum, & sub nulla alia ratione est beatitudinis obiectum, &c. dico, ꝙ falsum est accipiendo beatitudinē ratione totius essentiæ suæ. Deus tamen sub prædicta ratione, & sub nulla alia est obiectū illius partis beatitudinis, quæ conuenit creaturæ rationali mediante voluntate. similiter dico, quòd ipse Deus sub ratione qua summū verum est obiectum illius partis beatitudinis quæ conuenit creaturæ rationali mediante intellectu, & sicut Deus sub ratione qua summū bonum, & sub nulla alia est vltimus finis volūtatis, ita sub ratione qua summum verum, & sub nulla alia est vltimus finis intellectus, quē immediate per suum actum potest attingere: inquantum tamen visio summi veri ordinatur ad fruitionē summi boni. Deus sub ratione qua summum bonum finis est intellectus mediante voluntate, & ita omnibus pensatis Deus sub ratione qua summum bonum principalius est finis rationalis creaturæ, quā sub ratione qua summū verum, & sic patet, quod quamuis ex argumento bene concludatur, ꝙ beatitudo principalius consistit in actu volūtatis, quā in actu intellectus per ipsum tamen non concluditur, quòd in solo actu voluntatis consistat, quia in visione inchoatur, & in fruitione consumatur.

Ad nonum. Ad nonum dicendum, ꝙ beatitudo creaturæ rationalis consistit in immediata, & perfecta sui vnione cum Deo, & sub ratione qua est summum bonum, & ideo eius sunt duæ partes scilicet visio, & fruitio, quamuis etiam tota essentia beatitudinis non ordinetur ad aliquid aliud quam ad beatitudinis obiectum: tamen vna pars etiam bene ordinatur ad aliam scilicet minus principalis ad magis principalem, vt visio ad fruitionem, & ideo quælibet illarū per se magis debet dici pars beatitudinis, quā beatitudo, quia neutra per se esset sufficientissimum bonum.

QVAESTIO VII.

Vtrum beatitudo sit principalius in actu voluntatis, quam intellectus.

Arg. 1. Sco ibi. q. 4 D. Tho ibi. q. 1. ar. 2. ET VIDETVR, ꝙ non: beatitudo principalius est in actu nobilioris potentiæ: sed nobilior potentia est intellectus, quam voluntas, quia est respectu vniuersalioris obiecti. ens enim sub ratione qua ens est eius obiectum, vt videtur velle Phil. in 3. de anima. sed sub ratione qua bonum est obiectum voluntatis. nobilior est autem ratio entis, quam boni: ergo beatitudo principalius consistit in actu intellectus. T.C. 17. & 37.

Secundo. cap. 3. Item secundum Phil. 3. Topic. illud est nobilius quod in alio non indiget, quam illud quod indiget ipso: sed actus voluntatis indiget actu intellectus. non econuerso: ergo nobilior est actus intellectus, & ex consequēti beatitudo principalius consistit in ipso.

Tertio. Item intelligere bonum, & nō appetere nobilius est, quam appetere circunscripto intelligere, quia appetere, cognitione circunscripta, cuicunque conuenit naturæ: ergo semper nobilior est actus intelligendi bonum, quam actus amandi: ergo beatitudo principalius in actu intelligendi consistit.

Quarto. Item ille actus est nobilior qui sub spiritualitate maiori suum obiectum respicit: sed huiusmodi est actus intelligendi, quia respicit rem secundum esse, quod habet in mēte. actus vero amandi respicit ipsam secundum esse suum reale. res autem simpliciori modo sunt in anima, quam extra animam: ergo nobilior est actus intelligendi, quam amandi ex quo concluditur, quòd in eo beatitudo principalius consistit.

Quinto. T.C. 33. Item secundum Phil. 8. Physi. in motu grauium, & leuium principale mouens est generans, quia dat formam per quam exequuntur motus ad quos determinata sunt a generante, sed intellectus dat voluntati formam per quam mouet se, quia voluntas mouet se per bonum intellectum: ergo intellectus est principale mouens in actu voluntatis est: ergo nobilior, quam voluntas: in actu autem nobilioris potentiæ beatitudo principalius consistit.

In oppositum. CONTRA, Ber. lib. de lib. arb. non multū post principium dicit rationē esse quodammodo

modo pedisequam voluntatis: voluntas: ergo est nobilior ratione: ergo in actu eius beatitudo principalius consistit.

Item Ansel. de conceptu virginali. c. 4. dominium totius regni animæ attribuit voluntati. ex hoc arguo quod prius.

Item Hugo in soliloquio de arra sponsæ. versus principium loquens animæ suæ dicit. Ego scio, ꝙ vita tua dilectio est: sed beatitudo est vita animæ: ergo maxime consistit in dilectione.

Item Hugo super illud. 7. ca. ange. Hierar. & calidum, & acutum, & super feruidum dicit, ꝙ dilectio supereminet scientiæ & maior est intelligentia: sed in principaliori actu beatitudo principalius consistit: ergo principalius consistit in dilectione, quæ est actus voluntatis, quam in sciendo, vel intelligendo qui sunt actus intellectus.

CONCLVSIO.

Beatitudo principalius in actu voluntatis consistit, quam intellectus, tanquam in eo qui absolute nobilior est.

Responsio. Beatitudinem principaliter in actu voluntatis, quam intellectus existere hoc vult ex doctrina S. Bonau.

RESPONDEO, ꝙ beatitudo principaliter est in actu voluntatis, quam intellectus, vt enim superius dictum est: per eandem virtutem: per quam res mota ad terminũ: quiescit in termino: ergo per illam virtutem per quã principalius mouetur ad terminum per illam principalius quiescit in termino: quamuis autem moueatur homo in vltimum finem per intellectum, & voluntatem: principalius tamen mouetur in ipsum per voluntatem, quam per intellectum. Quapropter Aug. 11. de ci. ca. 28. mouere attribuit amori dicens. sicut corpus pondere: sic animus amore fertur: quocunq; fertur. Illi etiam qui sunt contrariꝫ opinionis expræsse concedunt, ꝙ dilectio præeminet cognitioni in mouendo: ergo principalius quiescit homo in vltimo fine per actum voluntatis, quam intellectus. quies autem in vltimo fine est beatitudo.

Et cap. 9 circa mediũ

Præterea. sicut inter habitus viæ charitas est donum principalius secundum Augu. 15. de tri. ca. 18. ita inter habitus patriæ charitas est donũ principalius: sed in patria nobilior habitus habet nobiliorem actum: ergo perfecte Deum diligere qui est actus charitatis patriæ est nobilissimus actus animæ: cum ergo in nobilissimo actu principalissimæ consistat beatitudo, & diligere sit actus voluntatis principalius consistit in actu voluntatis, quam intellectus.

Præterea. Deus est vltimus finis maxime sub ratione qua bonum, quod patet, quia ex hoc ꝙ creaturæ ordinantur in ipsum, vt in finem: maxime est in eis ratio bonitatis, sicut patet propter hoc ꝙ ipsum respiciunt, vt exẽplar maximè est ĩ eis ratio veritatis: sed Deus sub ratione qua summum bonum est voluntatis obiectum. sub ratione qua summũ ens, vel verum est intellectus obiectum: ergo voluntas magis respicit Deum sub ratione finis quã intellectus: sed Deus sub ratione qua vltimus finis est beatificans: ergo sub ratione qua est beatitudinis obiectum principalius tendit in ipsum voluntas, quam intellectus, & si sic, principalius consistit beatitudo in actu volũtatis, quam intellectus.

An voluntas sit nobilior intellectu ut tenet iste, & henricus quolib. 1. q. 14 con ra. S. Th. vide Sco. dis presenti q lateralis questioni. 4.

Præterea. beatitudo principalius consistit in nobilioris potentiæ actu quam in actu minus nobilis: sed voluntas est nobilior intellectu, quia in suo actu cogi non potest. Nec circa ea, quæ sunt ad finẽ necessitari. intellectus aũt cogi pôt, & circa ea, quę sũt ad finẽ necessitari. Magis ẽt pôt trãsformare animã volũtas, quam intellectus. Et suum obiectum respicit sub ratione nobiliori. bonum enim obiectum est voluntatis. ens obiectum intellectus. ratio autem boni est perfectior. tantum enim res habet de bonitate quãtum habet de eo, quod debet habere. perfectio autem rei consistit in hoc, ꝙ habetur quicquid habere debet. ratio autem perfectionis addita enti ipsum nobilitat: si ambitum eius non contrahit. ratio autẽ boni non contrahit ens: realiter enim conuertuntur ens & bonum principalius: ergo consistit beatitudo in actu volũtatis, quam in actu intellectus.

Ad primũ. Sco. dicit omnia ista transcendentia æqualiter esse perfecti. nis. Ad secundum.

AD PRIMVM in oppositum dicendum ꝙ minor est falsa, & propositio falsa, quæ assumitur ad probandum eam. ratio enim bonitatis ita est vniuersalis sicut ratio entis, quia ratio entitatis est bona. & rõ bonitatis est ens, & sicut rõ entitatis circuit oẽ ens: ita & ratio bonitatis. Et tamen ratio bonitatis nobilior est, quia est bona per se ratio entis est bona per rationem bonitatis. Illa autem est melior, quę est bona per se, quã illa, quę est bona per aliã rationem. ratio autẽ melior est nobilior, quia sicut dicit Augu. 6. de tri. ca. 8. In his, quæ non mole magna sunt idem est maius, & melius.

Ad secũdum dicẽdum, quòd quamuis voluntas non possit exire in aliquem actum sine actu intellectus. Non propter hoc tamẽ sequitur, ꝙ intellectus sit nobilior voluntate. Cuius ratio duplex est.

Vna, quia intellectus in complemẽtum sui actus qui consistit in completa sui formatione, non potest nisi per voluntatem. vnde dicit Augu. 9. de trinita. cap. vlti. ꝙ partum mentis antecedit appetitus, quo id quod nosce volumus nescimus: quærendo etiam, & inueniẽdo nascitur proles ipsa noticia. vnde sicut actus voluntatis indiget actu intellectus quantum ad sui initium: ita actus intellectus indiget actu voluntatis quantum ad sui complementũ.

Et præterea voluntas cognitione modica potest in magnũ actum, quod patet, quia hic de lege communi non cognoscimus Deum nisi mediate. Et tamẽ diligimus ipsum immediate: sed intellectus non potest in magnum actum

actum cum debili adiutorio voluntatis: ita, quod omnibus pensatis plus vniatur intellectus in rectitudine, & perfectione sui actus per voluntatem, quam econuerso: maximè cum in his, quæ sunt ad finem. voluntas posit contrauenire iudicio intellectus, vt in 2. libro. ostensum est.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quod maior vera est de appetitu qui est in rebus inanimatis: de quo dici potest, quod graue appetit esse deorsum, & de appetitu sensitiuo: loquendo tamen de appetitu qui est velle, qui est idem quod libera inclinatio in rem volitam: falsa est: sic enim appetere summum bonum circunscripto intelligere si esset possibile nobilius esset, quam ipsum intelligere, & non appetere.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod intellectus non tantũ intelligit similitudinem rei, quæ est in anima: immo per ipsam prius intelligit rem extra: a cuius cognitione reflectitur ad similitudinem cognoscendum. vnde eandem rem, quæ est extra, quam voluntas appetit intellectus intelligit. vnde non intelligit ipsam sub esse spirituali ori, quam voluntas appetat eam sicut enim res extra non est obiectum intellectus nisi sit animæ repræsentata: ita non est obiectum voluntatis nisi sit intellecta.

Præterea. si res intellecta haberet spiritualius esse in mente quam extra: propter hoc quod mens est spiritualior ea. hoc verificari nõ posset de essentia increata, quæ in infinitum spiritualior est omni mente creata. Comparatio autem potentiarum secũdum nobilitatem attendi debet per comparationem ad nobilissimum obiectum, quod nõ respicit intellectus sub esse spiritualiori, quam voluntas: immo econuerso eo, quod spiritualius esse habet in se, quam verbum eius in mente creata.

Ad quintum. Ad quintum dicẽdum, quod forma: per quam voluntas mouet se: non est bonum apprehensum: immo finis est motus eius. Forma autem per quã mouet se est ipsamet, vel illud, quod in ea est actiuum, quamuis se non moueat nisi præsupposita intellectus cognitione.

QVAESTIO VIII.

Vtrum beatitudo principalius consistat in actu intellectus speculatiui, quam practici.

Arg. 1. D. Tho. ibi. q. 1. arti. 3. Scot. ubi su. ET VIDETVR, quod principalius in actu intellectus practici, quia consistit principalius in actu intellectus, qui similior est diuino intellectui: sed intellectus practicus similior est diuino intellectui, quam speculatiuus: diuinus enim intellectus practicus est: cognitio enim eius cũ ipsa voluntate causa est productionis creaturarum: ergo beatitudo principalius consistit in actu intellectus practici quam speculatiui.

Secundo. Item ille intellectus est practicus non tantum qui speculatur operabilia: sed etiam qui speculatur primum principium operabilium quod est Deus sub ratione qua est summum bonum: sed ille intellectus cuius actus est de beatitudinis essentia speculatur summum bonum: ergo videtur, quod intellectus cuius actus est de essentia beatitudinis est practicus.

In oppositum. CONTRA, intellectus practicus est respectu operabilium per nos, quia respectu taliũ est scientia practica: secundum Aui. 1. Meta. c. 1. sed actus intellectus qui est de beatitudinis essentia est respectu Dei qui non est res operabilis per nos: ergo intellectus cuius est actus de beatitudinis essentia non est practicus.

Secundo. Item Aug. 1. lib. de tri. c. 10. dicit, quod in contemplatione Dei est finis omnium bonarum actionum, & requies sempiterna, & gaudium, quod non aufertur a nobis: sed contemplatio est actus intellectus speculatiui: ergo in actu eius principalius consistit beatitudo, quam in actu intellectus practici.

CONCLVSIO.

Si nomen praxis etiam ad actum interiorem uoluntatis hoc est ad dilectionem extendatur cum intellectus beatus summum Deum speculetur, vt diligat in practico principalius vel vt communius dicitur in affectiuo, quam in speculatiuo beatitudo consistit.

Responsio. Hoc innuit ut S. Bona. in initio primæ. De multiplici actu practico. RESPONDEO, quod intellectus aliquando considerat materiam puræ practicam, quæ est aliquid operabile per nos. Et hoc nõ propter scire sicut propter finem: sed propter operari, & tunc est simpliciter practicus. aliquãdo cõsiderat verum non operabile per nos: nec subiacens nostræ dispositioni, & propter scire sicut propter finem, & tunc simpliciter est speculatiuus: aliquando cõsiderat materiam practicam, propter scire tantum: aliquando speculatiuam propter operari, vt cum medicus aliquam constellationem considerat, vt melius possit proportionare medicinam, quam vult infirmo dare, & vtroque istorum modorũ est partim speculatiuus: partim practicus. Sed primo modo magis est speculatiuus, quã practicus. Secundo modo econuerso, quia finis magis est considerandus ad iudicandum intellectum speculatiuum, vel practicum, quã materia. vnde Phil. 2. Meta. speculatiuam sciẽtiam distinguit a practica maximè pęnes finẽ dicens, quod theoricè finis est veritas, & practice opus. T. C. 3. Aliquãdo intellectus cõsiderat aliquid non operabili per nos: nec propter operationem exteriorem. nec propter scire tãtum: sed propter scire ordinatum ad interiorem operationem, quę est dilectio, & intellectus, & sub hac ratione partim est speculatiuus, & partim practicus: extendendo praxim ad interiorem operationem, quæ est dilectio, & magis practicus, quam speculatiuus, quia vt iam dictũ est magis attenditur ratio intellectus speculatiui pęnes fines, quam pęnes materiam: talis autẽ est intellectus cuius actus est de beatitudinis essentia. Intellectus autem beatus quamuis speculetur bonũ, quod non est operabile per nos.

Sco. in q. de prax: tenet simpliciter ipsum esse practicum.

nos. hoc est summum bonum non tamen speculatur ipsum propter scire tantum: sed propter scire in ordine ad perfectã eius dilectionem. vnde & principalius speculatur rationẽ bonitatis, quam veritatis: non sic intelligẽdo, ꝙ clarius videat vnam, quam aliam: sed quia vnam in ordine ad aliam speculatur.

Et ideo concedo, ꝙ beatitudo cõsistit principalius in actu intellectus practici extendendo praxim ad dilectionẽ, quam in actu intellectus speculatiui. Quia tamen praxis nõ consueuit extendi ad actionem volũtatis interiorem: ideo satis conuenienter dicitur talis intellectus esse affectiuus. Et propter rationem similem aliqui qui nolunt concedere scientiã theologicam principalius esse practicã, quã speculatiuam: concedũt tamen eam principalius esse affectiuam, quam speculatiuam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum quòd diuinus intellectus intelligit essentiam suam primo, & per essentiam suam creaturas. respectu creaturarum practicus est: non tamen eo modo quo videtur respectu nostrorũ effectuum, quia nostram determinat voluntatem non ipsam necessitando: sed inclinando. Ideo enim artifex disponit partes domus tali modo, vel tali, quia dictamen sui intellectus inclinat ipsum ad sic faciendum. Non sic autem est de intellectu diuino respectu voluntatis suæ: non enim ideo Deus voluit creare mundum, quia intellectus suus dictabat bonũ esse mundum creari: sed econuerso, quod sic probo.

Quæro quare bonum fuit mundum creari. Si dicas, quia Deus voluit ipsum creare: habeo propositum.

Si dicas quia diuinus intellectus dictabat bonum esse mundum creari. Contra nõ enim ideo bonum fuit mundum creari, quia diuinus intellectus dictabat bonum esse mundum creari: sed quia bonum erit mundum creari diuinus intellectus hoc dictabat.

Si dicas, ꝙ mundum creari erat bonum absolute: non in comparatione ad diuinum intellectum seu voluntatem: tunc non poterat non esse bonum: ergo diuinus intellectus non poterat hoc non dictare: cum ergo diuina voluntas discordare non possit a dictamine sui intellectus. si ideo voluisset mundum creare, quia intellectus dictabat bonum esse mundum creari: non potuisset velle mundum non creare, quod falsum est, & contra articulum excommunicatum a domino Stephano Episcopo Parisien. Diuinus autem intellectus respectu suæ essentiæ, & si non sit practicus secũdum, ꝙ praxis dicitur ab exteriori operatione: tamen extendendo praxim ad dilectionẽ practicus est, vel vt melius dicatur affectiuus inquantum se perfecte intelligit, vt se perfecte diligat. Speculatiuus autem est respectu essentiæ suæ: inquantum essentia sua per eum operabilis non est: nec etiam per alium. Vnde per argumentum concludi non potest, ꝙ beatitudo consistat principalius in intellectu practico proprie loquendo de praxi secundum, ꝙ dicitur ab exteriori operatione, quãuis principalius cõsistat in intellectu practico, quam speculatiuo: extendendo nomẽ praxis ad praxim, quæ dicitur de dilectione qui intellectus cõuenientius appellari potest affectiuus, quã practicus.

Ad secundum patet quid dicẽdum ex iam dictis in quæstione.

PRIMVM argumentum ad partem secundam procedit de intellectu practico dicto a praxi, ꝓprie dicta. i. ab exteriori operatione. *Ad secun dum.* *Ad primũ, alter inter tis.*

Ad secundum dicendum, ꝙ ibi Aug. accipit contemplationem pro contemplatiua vita, quæ principalius cõsistit in dilectione, quã in cognitione, vt in præcedenti quæstione dictum est. vita animæ dilectio est. *Ad secũdũ.*

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quæritur de secũdo principali. Et circa hoc quęruntur octo.

Primo vtrum omnes homines appetãt beatitudinem.

Secundo vtrum de necessitate.

Tertio vtrum voluntas in appetendo beatitudinem moueat se.

Quarto vtrũ voluntas velit quicquid vult propter beatitudinem.

Quinto vtrum voluntas in appetendo beatitudinem mereatur.

Sexto vtrum beatitudo possit haberi in hac vita.

Septimo vtrum beatitudo electorum erit maior post iudicium quam ante.

Octauo vtrum beatitudo ab omnibus beatis æqualiter participetur.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes appetant beatitudinem.

OSTENDO, ꝙ non: Aug. 10. de tri. c. 1. Firmissime nouimus amari nisi nota non posse. Sed non omnes homines cognoscunt beatitudinem: quod patet, quia secundum Phil. 1. Ethic. c. 6. Quidam posuerunt eam in voluptatibus: quidam in diuitijs, quidam in honoribus: ergo non omnes appetunt beatitudinem. *Arg. 1. S. Bona hic q 1 art. 1. S. Tho. 1. 2. q 1 & in 4. hic dist. 4 ar. 3 & 10. Sco ibi q 9 In vita possumus diligere incognita neque quam.*

Item Phil. 10. Ethico. cap. 8. dicit, quòd fęlicitas est operatio intellectus secundum propriam virtutem: sed non omnes appetunt operari secundum virtutem: cum multos magis videamus appetere vitia, quam virtutes: ergo non omnes appetunt beatitudinem. *Secundo.*

Item si beatitudo appeteretur ab omnibus nõ videretur huius esse alia ratio nisi quia appetitus beatitudinis est naturalis. Sed hæc ratio non est sufficiens, quia sexus virilis naturalis est viris. Nec tamen consequitur omnia indiuidua speciei humanæ: ergo non omnes homines appetunt beatitudinem. *Tertio.*

Con-

In opposit. CONTRA, Augu. decimotertio de trinita.c.5.dicit, ꝙ omnes appetunt beatitudinem. Item omnia bonum appetunt. dicit enim Philosophus primo Ethic. circa principium, ꝙ bene enunciauerunt dicentes esse bonum, quod omnia appetunt: ergo secundum regulam eiusdem.3.Topi. maximè bonum omnes maxime appetunt: sed beatitudo est maximũ bonum: ergo omnes homines maxime beatitudinem appetunt.

c. 4.

CONCLVSIO.

Beatitudinem in vniuersali omnes homines sicuti naturaliter cognoscunt ita naturali appetitu, & desiderio desiderant, & appetunt: in speciali uero, non omnes.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ beatitudo dupliciter potest considerari scilicet, in generali inquantum est bonum quoddam sufficientissimum, vel in speciali scilicet inquantum consistit in clara Dei visione & perfecta eius dilectione, & gaudio, quod habetur de Dei bonitate præsenti per claram eius visionem, & perfectam dilectionem. Primo modo beatitudo est omnibus nota. quilibet enim scit quid est bonum & quid est esse sufficientissimum. Secũdo modo nõ est omnibus nota: vnde non omnes eã appetunt: sed primo modo omnes appetunt eam, quia appetitus eius naturalis est. vnde Augu.13.de trini.c.8.dicit, ꝙ ad appetendum beatitudinem natura compellit: cui summæ bonus & immutabilis beatus creator hoc indidit. dicit etiam glo. super illud Psalm. Beata gens, ꝙ animus naturaliter est capax beatitudinis. nulla autem creatura capax naturaliter alicuius boni est derelicta omni naturali inclinatione.

Ad illud etiam dicit Philosoph. lib. de bona fortuna, ꝙ naturales appetitus sunt in nobis primi. sed primus motus voluntatis est in finem: ergo ille motus est naturalis: sed beatitudo finis est: ergo appetitus beatitudinis naturalis est: sed quod naturaliter conuenit homini ratione suæ formæ omni homini conuenit, quia per formam homo reponitur in vna specie, & ideo dicit Damasce.3. lib. c.4. quod in omnibus communiter inspicitur, natura characterizat in his quæ sub ipso sunt atomis ergo omnes homines appetũt beatitudinem.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quamuis non omnes nouerint beatitudinem in suo esse specialissimo: nec etiam speciali, tamen omnes nouerunt eam in esse suo generalissimo.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, ꝙ & si nõ omnes appetunt operari secundum virtutem in speciali, quia multi appetunt operationem contrariam virtuti tamen omnes operari secundum virtutem appetunt in generali. In hoc, ꝙ appetunt bonum sufficientissimum, quod bonum sine perfectissimo actu perfectissime virtutis esse non potest.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ sexus virilis non est naturalis iuris ratione formæ: sed ratione materiæ. vnde Philosophus.5o. Meta. Masculus & fœmina animalis sunt proprie passiones: sed non secundum substantiam idest formam verum in materia, & corpore propter idem sperma masculus aut fœmina fit patiens passionem aliquam. Illud autem quod est alicui naturale ratione materiæ: non oportet, ꝙ omnibus conueniat in eadem specie, quia res non reponuntur in specie per materiam: sed per formã, & ideo illud quod naturaliter alicui conuenit ratione formæ conuenit hominibus in eadem specie, vt autem dictum est appetere beatitudinem in generali naturale est homini ratione formæ. T.C. 25.

QVAESTIO II.

Vtrum omnes homines ex uoluntate deliberatiua beatitudinem appetant de necessitate.

ET VIDETVR, ꝙ enim omnes homines naturali appetitu & voluntate libera actione de necessitate ipsam appetant manifestum est, quia beatitudo est finis humanæ vitæ, & li.2. distin. 38. in illa quæstione. Vtrum voluntas inquantum libera de necessitate velit finem. ostensum est, ꝙ voluntas velle naturali, & velle libero a coactione de necessitate vult finẽ: sed quia multi distinguunt inter voluntatem liberam, & voluntatem deliberatiuam: ideo hic prædictam proposui quæstionem. Et primo ostendo, quòd non omnes homines ex volũtate deliberatiua de necessitate velint beatitudinem. Deliberatiuum velle est post consiliationem intellectus: sed secundum Phi.3. Ethi. c.6. non consiliamur de fine: ergo respectu finis non est actus voluntatis deliberatiue: sed beatitudo est finis vltimus vitæ humanæ, vt ostensum est: ergo a nullo potest appeti ex deliberatiua voluntate: nec contingẽter: nec ex necessitate. Arg. 1. S. Bona. ubi sup. ad arg. S. Tho. ubi supra. quæstiuncul. 2. Sco. ubi su. Tituli declaratio. Primum.

Secundũ. Item quod non potest esse obiectum actus eligendi: esse non potest obiectum libe. arbit. quia proprius actus lib. arbitr. est eligere: sed beatitudo non potest esse obiectum actus eligendi. dicit enim Philosoph.3.ethi.ca.5. ꝙ electio non est finis: sed eorum quæ sunt ad finẽ: ergo beatitudo non potest esse obiectum lib. arbi. sed omnis actus voluntatis deliberatiue est actus lib. arb. ergo neque contingenter: neque ex necessitate beatitudo potest appeti ex deliberatiua voluntate.

Tertiò. Item deliberatiua voluntas est potestas rationalis: sed secundum Philo.2.lib. periherme nias: potestates rationales sunt ad oppositum ergo ex deliberatiua voluntate potest homo beatitudinem velle, & nolle. Lect. 7. & 9. metaph. T.C. 20.

In oppositũ. CONTRA, bonum quanto magis recogitatur tanto magis desideratur: sed beatitudo

magis recogitatur a deliberante, quam non deliberante: cum ergo omnes homines naturali appetitu de necessitate velint beatitudinem, vt in 2.lib.dis.38.ostensum est. multo fortius omnes homines appetunt eam ex deliberatiua voluntate.

Item omne liberum velle actus est lib.arbi. quia vt ostensum est lib.2.liberum arbi. est voluntas: sed velle quod est actus lib.arbi. actus est voluntatis deliberatiue: cum ergo vt ostēsum est.lib.2. distin.39. Omnes velle libero de necessitate velint beatitudinem: sequitur, ꝙ de necessitate omnes homines volūt eam ex deliberatiua voluntate.

CONCLVSIO.

Voluntate deliberatiua post intellectus consiliationem, quia dicit imperfectionem homo nec contingenter nec de necessitate appetit beatitudinem voluntate uero deliberatiua post tam cognitionem, & cogitationem rei tum dictamen ipsius intellectus certe omnis homo de necessitare eam in generali appetit.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ velle deliberatiuum dupliciter potest accipi.

Vno modo pro velle libero post liberam, & certam rei cognitionem, seu cogitationem.

Velle deliberatiuum duplex. Alio modo pro velle post intellectus consiliationem, secundum quem modum communis videtur accipi a philosophis.

Primo modo dico, ꝙ omnes homines de necessitate volunt beatitudinem in generali voluntate deliberatiua: quāto enim homo magis cogitat beatitudinem: tanto magis videt in ea contineri omnem rationem appetibilitatis, & nullam rationem fugibilitatis: sed sicut voluntas nihil potest appetere nisi sub ratione alicuius boni: ita nihil potest refugere nisi sub ratione alicuius mali. Cum ergo, vt iā dictum est, quantumcunq; homo cogitet beatitudinem nihil in ea possit apprehēdere sub ratione mali: impossibile est liberam voluntatem post quantamcunque beatitudinis cogitationem ipsam refugere: sed de necessitate vult eam.

Sco. ex 1. d. 1. q 4. negaret necessitatem ubique. & ex 10. q huius di. ar. 2.

Loquendo vero de velle libero post intellectus consiliationem, quod quidem velle proprie loquendo dicitur deliberatiuum. Sic dico, quòd in ipso est aliquid perfectionis, & hoc est libere velle aliquid imperfectionis scilicet dependentia libertatis ex intellectus cōsiliatione. Consiliari enim vtrum hoc sit volendum, vel nō est ex defectu cognitionis: eo, quòd intellectus in his de quibus consiliatur non statim videt sub certitudine veritatem. vnde Dama.lib.2.cap.21.dicit, ꝙ ignorantiæ est consiliari, & ideo quia intellectus statim videt finem esse appetendum nullus consiliatur. vtrum finis sit appetendus, vel non.

Dico ergo, quòd accipiendo velle deliberatiuum pro velle libero post intellectus consiliationem: sic homo ex deliberatiua voluntate non appetit beatitudinem: nec contingenter: nec de necessitate, quia sic deliberatiua voluntas includit imperfectionem in intellectu, quæ in ipso esse non potest respectu finis. Sed si accipiatur velle deliberatiuum ratione huius quod est perfectionis in eo, quod est libere velle illud quod intellectus vere, & determinate dictat esse volēdum: sic dico, ꝙ omnes homines de necessitate beatitudinē appetunt ex deliberatiua voluntate: iam enim probatū est, ꝙ omnes homines de necessitate volunt beatitudinem ex libera voluntate post quamcunque beatitudinis cognitionem.

Ex dictis potest videri quid dicendum ad argumentum ad vtranq; partem: excepto tertio ad partem primam. *Ad argum.*

Ad quod dicendum, ꝙ potestates rationales non sunt ad opposita nisi respectu eorum ad quæ voluntas determinat se. Hæc autē sunt ea, quæ sunt ad finem. vnde quia ad finem non determinat se: sed ad ipsum appetēdum determinata est a creatore, quamuis ipsa motum illum eliciat: sicut graue cum adiutorio influētiæ loci sui motum ad inferius exequitur, ad quem determinatum est a generante: ideo respectu finis non est ad oppositum. *Ad tertiū.*

QVAESTIO III.

Vtrum voluntas in appetendo beatitudinem moueat se.

CONCLVSIO.

Non se quidem mouet in determinando ad volendum beatitudinē quia aliter determināda est sed in eliciendo actum eam uolendi.

RESPONDEO, ꝙ cum lib.2.dist.38. in illa quæstione. Vtrum volūtas moueat se ad volendum finem. ostensum sit, ꝙ quamuis homo per voluntatem non determinet se ad volēdū finem: tamen ille actus elicitur a voluntate, & beatitudo sit finis vltimus humanæ vitæ, vt ostensum est. satis patet, quid sit dicendum de motu voluntatis in appetendo beatitudinem sicut dictum est de motu eiusdem in appetendo finem. Et ideo hic non repeto, quia hoc esset his disputare eandem quæstionem quamuis sub verbis diuersis. *Responsio ibi Doctor.*

QVAESTIO IIII.

Vtrum uoluntas quicquid vult velit propter beatitudinem: sed quia lib.2.dist.38. patet huius quæstionis solutio per solutionem quæstionis illius. Vtrū voluntas velit omne, quod vult in uirtute ultimi finis: ideo de solutione quæstionis illius hic supersedeo ad vitandum superfluam repetitionem. *Arg. 1. Hic Scot q. 10 huius distin.*

QVAESTIO V.

Vtrum uoluntas in appetendo beatitudinem mereatur.

Arg. 1. S Bona ubi sup. elicitiue. S. Tho. ubi sup quæsticula. 3.

ET VIDETVR, quod non: secundum Phil.2.Ethi.c.6. Ex his quæ insunt nobis a natura non laudamur nec vituperamur: nec sumus boni

nec mali: sed voluntas naturaliter appetit beatitudinem: ergo ex hoc appetitu nō debet laudari, quod non esset verum si tali appetitu mereretur: omne enim meritum laudabile est.

Secundo. Item Aug. li. 1. retract. 9. peccati reum quēquam, quia non fecit, quod facere non potuit summæ iniquitatis, & insaniæ est: ergo nullus peccat in hoc quod facit de necessitate: ergo à simili nec meretur: sed ostensum est, ꝙ volūtas de necessitate appetit beatitudinem.

In opposi- tum. CONTRA, appetendo beatitudinem Deū appetimus: sed in appetendo Deū est meritū: ergo appetendo beatitudinem meremur.

T. 1. 5. & 1. meta. T. c. 4. Item volūtarij actus boni maximè sunt meritorij propter finem: sed secundum Philosophum primo posteriorū: propter quod vnumquodq; tale, & illud magis: ergo maximè meritorum est velle finem.

CONCLVSIO.

Et si in appetendo in generali beatitudinem non sit meritum tamen bene est in speciali eū appetēdo.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ hominē appetere beatitudinem contingit dupliciter. Vno modo in generali inquantum appetit aliquod bonum sufficientissimum. Alio modo in speciali inquantum determinate appetit illud bonum in speciali: in quo vere est omnis sufficientiæ plenitudo: sicut in clara Dei visione, & perfecta eius fruitione.

In appetendo beatitudinem primo modo non est meritum, quia sic naturaliter ab intellectu cognoscitur, & a voluntate appetitur: ita ꝙ circa hoc nec intellectus potest errare in cognoscendo: nec voluntas in appetendo.

In appetendo beatitudinem modo secūdo est meritum, quia sic nec naturaliter cognoscitur nec naturaliter appetitur, sed respectu eius cōtingit esse errorem in intellectu, & obliquitatem in affectu, quia & intellectus potest opinari non esse beatitudinē in illo bono vbi vere est, & eam esse in illo bono vbi vere non est, & ex consequenti voluntas potest appetere beatitudinem vbi vere non est, & eam non appetere vbi vere est. vnde beatitudo hoc modo accepta obiectum est. lib. arbi. non tantum sub ratione qua est liberum. Sed etiam sub ratione qua deliberatiuū, quia quamuis homo naturaliter appetat Deum videre, & eo frui, vt ostendetur in quæstione sequenti: tamen illa non appetit naturaliter inquantum in illis vera beatitudo consistit, quia non cognoscit naturaliter, quia in illis vera beatitudo consistit, vnde quamuis ea in quibus vera beatitudo consistit naturaliter appetat secundum id quod sunt: non tamen illa naturaliter appetit sub illa ratione seu inquantum beatificatiua sunt.

Ad argum. Argumenta ad partem primam procedunt de beatitudine primo modo dicta.

Argumenta ad partem secūdam procedūt de beatitudine secundo modo dicta.

QVAESTIO VI.

Vtrum beatitudo possit haberi in hac vita.

ET VIDETVR, ꝙ sic: quanto res est nobilior tanto potentior est ad consequendum finem suum: sed animalia, quæ sunt infra hominem in hac vita possunt consequi finem suum: ergo multo fortius homo. Arg. 1. S. Tho. 1. 2. q. 2. & ibi. q. 1. ar. 4. Scot. ibid. q. 12.

Item homo appetit naturaliter omne illud sine quo non potest consequi finem suū, quodcunque appetit: appetit in virtute finis quem naturaliter appetit: ergo si mors esset necessaria homini ad consecutionem beatitudinis: homo naturaliter appeteret mori, quod falsum est. mors ergo non est necessaria ad beatitudinis consecutionem. Secundo. Secunda ad cor. 5. nolumus expoliari, &c.

Item clara Dei visio haberi non potest sine beatitudine, quia ipsam semper comitatur perfecta fruitio: sed secundum Augu. antepenul. quæstione ad Orosium. Paulus in hac vita sic vidit Deum: sicut sancti post hanc vitam videbūt: ergo beatitudo pōt haberi in hac vita. Tertio.

Item sicut se habet voluntas ad dilectionē summæ bonitatis ita intellectus ad cognitionem summæ veritatis: sed vt ostensum est lib. 1. dist. 17. per charitatem Deus in vita ista immediate diligitur: ergo a simili, & immediate cognoscitur: sed immediata cognitio est visio, & tunc arguo vt prius. Quarto.

Item beatitudo est in anima. corruptibilitas est in corpore: ergo ista non contrariatur, quia contraria nata sunt esse circa idem: ergo videtur quòd nō obstante corporis corruptibilitate homo possit habere animæ beatitudinem in hac vita. Quinto.

Item omne quod intelligimus est, quia de non ente non est scientia: sed multa intelligimus, quæ non sunt in rerum natura: nec in aliquo esse creata: ergo sunt in creatore, cum ergo multa talia clare videamus, & nihil possit clare videri in creatore nisi creator clare videatur, videtur, quòd in hac vita clare videre possimus creatorem, & ex consequenti verā beatitudinem habere in hac vita. Sexto. Primo post. to. c. 5.

CONTRA, Iob. 14. homo natus de muliere breui viuens tempore repletus multis miserijs, sed beata vita omnem miseriam excludit: ergo non potest haberi vera beatitudo in hac vita. In opposi- tum.

Item secundum Aug. 13. de tri. ca. 7. beatitudo sine immortalitate esse non potest: sed in hac vita mortali non potest esse immortalitas aliter enim essent contradictoria: ergo beatitudo non potest haberi in hac vita. Et c. 8.

Item beatitudo non potest haberi sine clara Dei visione: sed sicut dicit gloss. super illud Exodo. 33. non videbit me homo, & viuet. quamdiu hic mortaliter viuitur videri per quasdam imaginationes Deus potest: sed per ipsam naturæ suæ speciē non potest: er-

go beatitudo in hac vita haberi non pot est.

CONCLVSIO.

Quamuis Deus de sua potentia absoluta de hac mortali uita transferre posset hominem ad plenam beatitudinem, morte non interueniente, quod tamē nō esset congruum, imposibile tamen est per quam cunque potentiam hominem totum beatificari remanentem in hac uita mortali.

Ad qōnem. AD videndum clarius huius quæstionis veritatem primo declarandū est, ꝙ beatitudo hominis non est sine clara Dei visione, & perfecta eius dilectione.

Quæstionis de articulatio. Secundo ꝙ ex solis naturalibus homo nec ante mortem nec post mortem potest veram consequi beatitudinem.

Tertio ꝙ etiam supernaturaliter homo nō potest consequi beatitudinem animæ in hac vita de lege communi.

Quarto ꝙ ex speciali priuilegio pōt Deum videre in hac vita absque hoc, ꝙ sit beatus.

Quinto ꝙ ex speciali priuilegio per virtutem diuinam posset beatificari quo ad animā corpore non beatificato.

Sexto ꝙ impossibile est per quamcunque potentiam totum hominem beatificari remanentem in hac vita mortali.

Primus articulus. Primum articulum declaro sic. homo naturaliter appetit suam perfectionem: talis enim appetitus cuilibet creaturæ inditus est a natura: secundaria autem intellectus humani perfectio est in perfectione sui actus qui est intelligere: nunquam autem est actus intelligendi perfectus nisi sit respectu nobilissimi intelligibilis & nobilissimo modo nobilissimam autem intelligibile Deus est: nobilissimus autē modus intelligendi est videre: ergo omnis homo naturaliter appetit per intellectum videre Deū: sed sicut dicit Aug. 13. de tri. c. 5. Beatus non est nisi qui habet omnia, quæ vult: impossibile est: ergo hominem esse beatum sine Dei visione.

Omnia unitiue non distributiue.

Præterea omnis homo, & quęcunq; res alia naturaliter appetit cōiūgi suo principio quātū est sibi possibile. vnde quia ignis generatur in circunferentia, & terra in centro: ignis appetit coniungi circunferētiæ, & terra centro, quia in coniunctione rei cum suo principio est perfectio eius, quam vnaquæque res naturaliter appetit: principium autem intellectus humani immediatum Deus est: intellectus ergo humanus naturaliter appetit immediate Deo coniungi: prout sibi possibile est. possibile est aūt cū Dei adiutorio humanū intellectū cōiungi sibi per clarā visionē, & immediatā. hanc ergo visionem homo naturaliter appetit: sed vt prius dictum est nō est beatus nisi habeat omnia, quæ vult: ergo sine prædicta visione beatitudo hominis esse non potest.

Caute hoc ex. q. 8. huius di. Sco. Præterea sicut dicit Aug. 14. de tri. ca. 8. Eo ipso aīa Dei imago est, quo ei⁹ capax est eiusque esse particeps pōt: cū ergo Deus sit infinitū bonū, & quælibet creatura sit bonū finitū. nullū bonū creatū sufficere pōt ad oēm humani appetitus perfectionē: ergo nō pōt habere perfectā quietē: nisi illā habeat in summo bono, quod Deus est, & hoc est, quod dicit Aug. 1. li. cōfessio prope principiū. Fecisti nos dn̄e ad te, & inquietū est cor nostrū: donec requiescat in te: in ipso aūt nō pōt intellectus humanus perfecte requiescere: donec ipsum attingat sicut appetit, quia vt iam dictum est: nō est beatus, nisi qui habet omnia, quæ vult sed homo appetit ipsum immediate & clare videre, vt iā ostensum est: ergo sine tali visione beatitudo hoīs haberi nō pōt: sed vt ostēsum est superius in artic. præced. q. 6. beatitudo non tantum consistit in actu intellectus: sed ēt in actu voluntatis, qui est amor, & constat, ꝙ non cōsistit nisi in perfecto amore: non est autem amor perfectus nisi sit respectu summi boni, ꝙ Deus est. Restat ergo, ꝙ ad hominis beatitudinē requiritur clara Dei visio, & perfecta eius dilectio.

Secund articulus. Secundum articulum declaro sic. naturalis modus cognoscēdi correspōdet naturali modo essendi ipsius cognoscentis: vnde si naturalis modus essendi ipsius cognoscibilis excedit naturalem modum essendi potētiæ cognoscitiuæ: non potest ab illo naturaliter cognosci. verbi gratia, quia potentiæ sensitiuæ radicantur in forma perficiente materiam sensibilem, & sunt organis allegatæ: non possunt cognoscere nisi res sensibiles, & inquantum sunt sensibiles, & singulares: intellectus autem noster, quia radicatur in forma perficiente materiam sensibilem, quamdiu corpori coniūctus est: non potest cognoscere nisi res existentes in materia sensibili, vel illud, quod ex ipsis cōcludere potest, quia tamen mediante organo non cognoscit: ideo res existentes in materia sensibili potest considerare abstrahendo scilicet simplici intellectione intelligendo eas: nō inquantum sunt in materia sensibili, quod patet cum intelligit aliquod vniuersale rerum sensibilium. Intellectus autē Angelicus quia est in essentia, quæ non est purum esse: sed cōposita est ex actuali, & potentiali, nō potest naturaliter, & immediate cognoscere illam rem quæ est purum esse idest diuinam essentiam. Cum ergo vt ostensum est beatitudo vera nō possit haberi sine clara & immediata Dei visione, & perfecta eius dilectione: homo ex solis naturalibus: nec ante mortem: nec post potest veram consequi beatitudinem.

Tertius articulus. Tertiū articulū declaro sic. ex beatitudine aīæ redundat de lege cōi in corpus plenitudo sanitatis, & vigor incorruptionis. vnde Aug. in Epistola ad Dioscorū parū ante mediū. Tā potentem fecit Deus animam, vt ex eius plenissima beatitudine, quæ in fine temporum sanctis promittitur; redundet in inferiorem naturam, quæ est corpus non beatitudo, quæ

Quoad hūc articulum recurre ad Scot ubi supra q. 12.

fruentis,

fruentis,& intelligentis est propria: sed plenitudo sanitatis,& incorruptionis vigor:sed plenitudo sanitatis,& vigor incorruptionis corporis non possunt simul esse cum hac mortali vita: ergo homo etiam supernaturaliter non potest consequi in hac vita de lege communi animæ beatitudinem.

Quartus articulus. Quartum articulum declaro sic. sicut probat Augu.13.de tri.ca.8. beata vita non potest deserere beatum volentem, quia non est beata vita,quæ ita est in voluntate,vt nō sit in potestate:cum nemo beatus sit aliquid volendo: nec habendo: nec etiam volentem, quia non est vita beata,quam perire cupit qui habet eā cum (vt superius ostensum est) de necessitate appetatur nondum habita. non potest etiam deserere indifferentem ad eam , quia non est vita beata,quam non amat beatus: sed id non amatur,quod vtrum vigeat an pereat indifferenter accipitur:sed ex priuilegio speciali in hac vita aliquis potest Deum videre clare:sicut sancti vident eum. vnde & Paulus qui sic Deum vidit in hac vita vt probatum est per Aug.in arguendo:raptus dicitur fuisse in paradisum,vt hr̄.2.ad Cor.12.cū ergo hæc visio in hac vita Paulum deseruerit Deum vidēdo in hac vita non fuit beatus, quia ipsum tunc non vidit:nisi per modū passionis transeūtis. *De visione Pauli.*

Quintus articulus. Quintum articulum declaro sic.ex speciali priuilegio homini in hac vita posset dare Deus habitum gloriæ quo anima Deum videret visione beata, & prohibere ne ex hac animi beatitudine redundaret in corpus incorruptibilitas: Deus enim prohibere potest causam a productione effectus: ergo ex speciali priuilegio per virtutem diuinam posset homo beatificari quo ad animam corpore non beatificato:sed quāuis hoc posset Deus: nunq̃ tamen hoc factū est:nisi in Christo, vbi specialis fuit ratio hoc faciēdi,vt ostensum est.lib.3.

Sextus articulus. Sextum articulū declaro sic.beatitudo opponitur miseriæ:ergo totum hominem beatificari,& in aliqua sui parte aliquam miseriam remanere incompossibilia sunt necessitas autem moriendi miseria est: sed in hac mortali vita est necessitas moriendi: ergo impossibile est per quamcunque potētiam totum hominem beatificari remanentem in vita mortali, quāuis Deus de potētia absoluta de hac mortali vita transferre posset hominem ad plenā beatitudinem morte non interueniente: sed hoc ipsum facere non esset congruum: cū hoc matri suæ non fecerit.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum ꝙ maior non est vera nisi intelligatur cęteris paribus.Hic autem nō sunt cętera paria, quia finis hominis plus superat naturam humanā, quam finis aliorum animalium naturas eorū, & hoc est ex magna nobilitate naturæ humanæ ꝙ ad finem tam nobilem ordinatur, vt ipsum consequi non possit per suam naturam.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ maior est falsa, quamuis enim finem naturaliter appetat: tamen ea,quæ sunt ad finem eligit propter finem.vnde & quamuis homo naturaliter semper refugiat mortem tamen quandoq; eligit mori propter desiderium consecutionis finis vnde dicebat Apost.de se ad Phi.1. ꝙ erat desiderium habens dissolui,& esse cum Christo.

Ad tertiū. Ad tertium patet solutio ex dictis in q̄one.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ non est simile, quia voluntas altior est potentia, quam intellectus,vt in pręcedenti articulo ostensum est, & incipit eius actio vbi intellectus actio terminatur,quia eorum actiones sunt per ordinē se habentes, & ideo illud;quod debiliter cognoscimus,quandoque fortiter diligimus, & ideo qđ cognoscimus mediate diligere possumus immediate.

Ad quintū. Ad quintum dicendum,ꝙ quamuis corruptibilitas sit in corpore tamen ipsum corpus animam impedit ab illa dispositione, quæ in ea requiritur ad habendum beatitudinē,quia quamdiu est in corpore nō potest de lege cōi Deum clare videre visionis huius habēdo lumē habituale propter sarcinam corporis corruptibilis ipsum ad inferiora inclinantem.

Ad sextum Ad sextum dicendum,ꝙ ad intelligendum aliquid sufficit, ꝙ illud habeat esse repræsentatiuum intellectui.Illud autem quod non habet esse in re extra nec est intellectum informās potest esse repręsentatū ei: sicut quiditas alicuius rei corruptæ:cuius nō veritas: sed similitudo intellectum meum informat:repræsentata est intellectui meo. esse etiam cuiuslibet creaturæ repręsentatum fuit diuino intellectui ab æterno.Cum ergo dicitur, ꝙ de non ente non est scientia extenditur ens non tantū ad esse in re extra: nec ad esse in intellectu tantum sed etiam ad repræsentari intellectui, quod proprie potest dici ens rationis.

QVAESTIO VII.

Vtrum electorum beatitudo erit maior post iudicium, quam ante.

Arg. 1. S. Tho. hic in 4. ubi su. art.4. ET VIDETVR, ꝙ non:quanto virtus animæ magis est vnita ad Deum tāto clarius ipsum videt: sed anima beata modo magis est ad Deū vnita quā erit post corporis resumptionē, quia tūc portio suæ virtutis conuertetur ad viuificandum,& regendum corpus: ergo post resurrectionem minus clare Deum videbit,& ex consequenti minus erit beata.

Secundo. Item intellectus intelligendo organo corporali non indiget:ergo per corporis resumptionem Deum clarius non cognoscet, & ex consequenti non erit beatior.

Tertio. Item anima Christi per sui separationem a corpore:nec fuit facta minus beata:nec per resumptionem beatior: ergo a simili ita est de alijs animabus beatis.

Quarto. Item quamdiu voluntas perficitur charita

te non complente totam eius capacitatem na turalem possibilis est ad eius priuationem, quod probo per simile. quamdiu materia est sub forma nō complente absolute totam eius capacitatem naturalem: possibilis est ad eius priuationem, & cum est sub forma totam eius capacitatem complente illa priuari non potest, vt patet in materia cęli: sed voluntas nullius animæ beatæ possibilis est ad priuationē charitatis, quia aliter esset possibilis ad priuationem beatitudinis, quod improbat August. 3. de tri. c. 8. ergo tota capacitas naturalis cuiuslibet animę beatæ absolute impleta est beatitudine, & si sic earum beatitudo non poterit post iudicium augeri saltem intensiue.

Quinto. Item si essent possibiles ad beatitudinem intensiorem: per bonos actus quos faciūt proficerent, vel se disponerent ad profectum: nō enim posset dici, ꝙ ad hoc impediretur, quia sunt extra statum merendi, & ideo extra statū merendi, quia proficere non possunt: ergo cū nec proficiant: nec ad profectum se disponāt: per suos bonos actus: beatitudo eorum non potest intendi.

In oppositum. Et primo meteo. CONTRA, perfectior est virtus in toto, qam in omnibus suis partibus separatis, vt enim dicitur. 17. propositione de causis, virtus vnita fortior est, quam dispersa, cęteris paribus, quod etiam docet experientia: sed quælibet pars dum actu est in toto participat perfectionem totius: non tantum illam, quæ est de eo ratione partium: sed etiam illud augmētum virtutis, quod est in eo per partium vnionem: cum ergo anima post carnis resumptionem habitura sit totam virtutem, quam habet separata, & partem illius augmenti virtutis, quod erit in coniuncto per vnionem partium sequitur, ꝙ per corporum resumptionem animæ erunt perfectioris virtutis, quam modo, ad quod sequitur, ꝙ Deum perfectius videbunt, & perfectius fruentur eo quam modo.

Secundo. Item Aug. 12. super Gen. versus finem. dicit animam a corpore separatam: non sic posse videre incommutabilem substantiam, vt sancti angeli vident siue alia latentiore causa: siue ideo quia inest ei quidam naturalis appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum cęlum quamdiu non subest corpus, cuius administratione appetitus ille quiescat.

Tertio. Item glo. super illud Apoc. 6. vidi subtus altare animas interfectorum. dicit, quòd animę sanctorum ideo dicuntur subtus altare, quia modo sunt in minori dignitate, quam sint futuræ, quia nondum nisi vnā stolam acceperūt.

Quarto. Item nulla anima per corporis resumptionem erit minoris virtutis intelligendo, & volendo, quam modo: alias enim resumptio corporis esset in præiudicium animarum, quod falsum est. nulla etiam remanebit ęqualis virtutis illi virtuti, quam habet modo, quia cùm corpora non ordinentur ad resurrectionem nisi propter animam intellectiuam frustra esset corporum resumptio, quod falsum est. sequitur ergo, quòd quælibet erit maioris virtutis in intelligendo, & volēdo Deum, quam modo quelibet ergo Deum clarius videbit, & fortius amabit quemlibet; ergo erit beatior etiam intensiue.

CONCLVSIO.

Anima beata cuius felicitas extendetur etiā ad corpus resumptum, & cuius operatio ex hac corporis resumptione fiet fortior atque perfectior, post iudicium maiori beatitudine augebitur, & extensiue, & intensiue.

RESPONDEO, ꝙ beatitudo hominū electorum maior erit post iudicium, quam ante extensiue, quia non habent modo nisi beatitudinē animæ. tunc aūt erunt beati, & in anima, & in corpore beatitudo etiā cuiuslibet animę erit maior extensiue, quia nunc gaudet de bono proprio. tunc autem gaudebit, & de suo, & de corporis bono. *Responsio.*

Aliqui tamen probabiliter dicunt, ꝙ non erit maior intensiue, quia in resumptione corporis non dabitur ei aliquod augmentum habitus gloriæ: nec per illam resumptionē habebit perfectius esse naturale, quia esse creatum vltra essentiam non videtur importare nisi solam relationem ad datorē essendi. aīa aūt per corporis resumptionem non erit perfectioris essentiæ: sicut per sui separationem a corpore nihil fuit diminutū de essentia sua per resumptionē etiam corporis non habebit perfectiorē relationē ad datorē essendi, quā ante, quia rē mutari secūdū relationē præsupponit eam mutari secundū aliquid absolutum, secūdum doctrinam Phi. 5. Phy. sed si anima nō est habitura perfectius esse per corporis resumptionem: videtur, ꝙ non sit habitura perfectiorem virtutem; & ex consequenti nec actum videndi perfectiorem. *T.C. 10.*

Sed contra hāc opinionem videtur esse auctoritas Aug. in opponendo allegata ad partem secundam, & Magister dicens huius di. c. vlt. ꝙ amplior erit cognitio. *Contra opi.*

Vnde mihi videtur dicēdum, ꝙ beatitudo animæ erit maior etiam intēsiue, quia clarius Deum videbit. vnde Magister huius di. c. vlti. peracto iudicio ampliorē gloriā suæ claritatis Deus monstrabit electis: nō ꝙ anima sit receptura maiorem glorię habitum: sed quia augebitur perfectio suæ naturalis virtutis, quanto autē perfectior est naturalis animæ virtus: tanto cum ęquali adiutorio supernaturali clarius Deum videt.

Quod autem perfectior futura sit per corporis resumptionē naturalis aīę virtus probo sic. quāto res hēt pfectiorē essendi modū tāto perfectius pōt habere suæ virtutis operationē sed aīa beata per sui corporis resumptionem

habebit

habebit perfectiorem modum essendi, quam modo, quia omnis pars habet perfectiorem modum essendi in toto, quam separata ab eo cæteris paribus. anima autem creata est, vt hominis pars, & ideo cum anima separata a suo corpore iterum constituetur hominis essentia perfectiorem habebit naturalem virtutem quàm modo.

Præterea natura recta non appetit naturaliter habere aliquid: quo habito non fieret perfectior secundum modum essendi: nec secundum virtutem: sed natura cuiuslibet animæ beatæ est recta, & quęlibet naturaliter appetit resumptionem corporis proprij: ergo per illam resumptionem quælibet fiet perfectior secundum essendi modum, vel secundum virtutem: sed ad perfectiorem essendi modum sequitur maior virtutis perfectio, & maior virtutis perfectio præsupponit perfectiorem essendi modum: perfectiorem: ergo habebunt essendi modum, & virtutem post resumptionē corporum, quā ante, quòd enim anima in corpore corruptibili imperfectiorem habeat suā operationem naturalem, quam separata hoc est per accidens scilicet ratione corruptibilitatis corporis, qua est ei rebellis, & eam aggrauat iuxta illud Sap. 9. corpus quod corrumpitur aggrauat animam, sed sicut dicit August. 12. super Genesim. versus finem. Cum anima hoc corpus iam non animale: sed per futuram commutationem spirituale receperit: perfectum habebit naturæ suæ modum obediens, & imperans viuificata, & viuificans tam inefficabili facilitate, vt sit ei glorię qđ fuit sarcinę.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum ꝙ anima post iudicium non erit minus vnita ad Deum, quam modo: sed magis, quia ex hoc ꝙ corpus reget virtus eius non dispergetur: sed augebitur, & illud regimen ad Dei gloriā referetur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ anima per corporis resumptionem. non videbit Deum clarius nō quia per organum operetur, sed quia per corporis resumptionem perfectiorem essendi modum habebit.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ non est simile de anima Christi, & de alijs animabus, quia anima Christi suam actualem existentiam habet in verbo, & quia non fuit minus verbo vnita separata a corpore, quam corpori coniuncta: ideo habuit ita perfectum actualitatis existentiæ modum a corpore separata sicut corpori coniuncta.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ quamuis omniū voluntatum beatorum naturales capacitates sint absolute implete charitate licet illa implete sint per cōparationem ad earum dispositionem. non tamen possibiles sunt ad charitatis priuationem, quia anima habens charitatē illa priuari nō pōt nisi ipsamet se auertat a Deo per voluntatē: sed nullus beatus se a Deo auertere potest, quia in Deo vident perfectiones omniū bonorū: nec in ipso aliquid appręhendunt sub ratione mali: nec sub ratione defectus perfectionis alicuius boni, & sicut creatura rationalis, vel intellectualis nihil pōt velle nisi appræhendat aliquid in ipso sub ratione alicuius boni: nec illud pōt non amare in quo quicquid appræhendit sub ratione alicuius boni appræhendit, nec valet simile de materia, quod adducebatur ad probationem maioris argumenti: materia enim prima seipsam non trāsmutat de vna forma ad aliam: sed ab alio transmutatur: sed nihil pōt transmutare voluntatem habentem charitatē ad charitatis priuationem nisi ipsa trāsmutet semetipsam.

Ad quintū. Ad quintum cùm dicitur, ꝙ si essent possibiles ad beatitudinē intēsiorē per bonos act⁹ quos faciunt proficerent, vel se disponerēt ad profectum, &c. dico, ꝙ verū esset si gloria beatorum esset educibilis de potentia animæ per bonos actus: sed nō est ita. talis enim habitus est in beatis á Deo per creationē. tota autem perfectio per bonos actus educibilis de potētia animę quādiu est a corpore separata est in qualibet anima beata in summo suo: habitus enim gloriæ illam totam possibilitatem reducit ad actum, & ideo per bonos actus quos faciunt nō intenditur eorū beatitudo: nec se ad talē intēsionē disponūt: post corporū aūt resumptionē tota perfectio educibilis per actus hoīs de potētia totius cōiūcti reducet ad cōpletū actū in virtute glorię, & ideo habitu gloriæ nō augmētato animę perfectius Deū videbunt: propter perfectiorē modū essendi quem habebūt vt declaratum est in corpore qōnis.

Ad argumenta alterius partis. Argumēta ad partē secūdā cōcedēda sunt.

Tamen ad intellectū auctoritatis Aug. sciēdū, ꝙ animæ separatæ non retardantur in aliquo a perfectione visionis suę propter amorē suorū corporū per se: quia nō minus amabūt corpora sua post resurrectionē, quam modo: sed quia amatis corporibus carent: per quam carentiā habent imperfectū naturæ suæ modū quē habebūt per fectū post. resumptionem corporū suorū, & hoc forte voluit notare Aug. p illud verbum: siue ex aliqua latentiore causa.

Ad rationē primæ opi. Ad rationē aūt adductā pro alia opinione in corpore qōnis pōt dici, ꝙ aīa per corporis resumptionē habebit perfectiorē relationem ad datorem essendi, quam modo, quia erit existens per actualitatem perfectiorē, quam modo: sm̄ sniām Phi. 7. Meta. Illa duo ex quibus possibile est fieri per essentiam vnū: oportet esse aliquo modo in potētia, quod expresse dicit commentator suus ibidem. *T.C.49.* Per hoc autem ex eis constituitur vnum, quia possibilitates quæ erant eis terminantur ad vnam perfectam actualitatem compositi per quam quælibet pars perfectius existit, quam per se terminatio autem possibilitatis partium ad vnā actualitatem totius est earū aliquales muta-

tio secundum aliquid absolutum, inquantum per hoc efficiuntur existentes per actualitatem compositi, quæ est res absoluta: per quam non existebant ante.

Vel aliter potest dici, & clarius, quod esse animæ rationalis nō tantum addit vltra eius essentiam relationem ad datorem essendi: sed etiam ad compositum, quod ex ipsa, & corpore constituitur, sed quandiu est separata illa relatio est in ea in aptitudine: sed post corporis resumptionē erit in ea in actu. perfectius est autem partem referri ad totū in actu, quā in aptitudine tantum. huius autem relationis actualitas causabitur in ea per sui coniunctionem cum corpore, quæ non erit relatio, sed quædam actio vnientis, & quædam passio vnibilium.

Potest etiam aliter dici, ꝙ sicut non est idē natura, & modus naturæ sic non est idem esse, & modus essendi, & quod sicut anima per corporis resumptionem non est habitura perfectiorem naturam quam habeat modo, & tamē est habitura perfectiorem naturæ suę modum vt patet per auctoritatem Augusti allegatam in corpore quæstionis, sic dato, ꝙ per corporis resumptionem non sit habitura perfectius naturale esse, vt dicunt multi, tamen quia per resumptionem corporis habebit sui naturalis esse perfectiorem modum, & ex consequenti perfectiorem virtutem seu virtutis modum, hęc enim non tantum consequūtur perfectius esse: sed etiam ad perfectiorem essendi modū: quanto enim perfectior est naturalis animæ virtus: tanto cum ęquali habitu gloriæ Deum clarius vident animæ: ergo per corporum resumptionem Deum videbunt clarius, quā modo dum sunt a suis corporibus separatæ.

QVAESTIO VIII.

Vtrum beatitudo ab omnibus beatis æqualiter participetur.

Arg. 1. S. Bon q. 6. art. 1. hic. S. Tho. ubi sup. q. 6. Sco. q. 1. ul. in quarto. D. Tho. ubi sup. art. 15.

ET VIDETVR, ꝙ sic. Matth. 20. dicitur, ꝙ omnes acceperunt singulos denarios, sed per denariū significatur aliquid quod omnes beati cōmuniter habent.

Secundo. Item. 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est: sed res non potest videri clarius quam sicuti est: ergo omnes beati æqualiter clare Deum vident, & ex consequenti omnes æqualiter sunt beati.

Tertio. Item Aug. lib. 83. quæstionum. q. 32. dicit eādem rem non posse alium alio plus intelligere: ergo vnus beatus non potest Deum plus videre, quam alius, & ex consequenti nec beatior esse.

Quarto. Item beatitudo est vltimū, quod homo potest consequi: sed vltra vltimum nihil est: ergo beatitudo vnius non potest esse maior beatitudine alterius.

In opposi- tum. CONTRA, 1. cor. 15. stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum.

Item præmium debet respondere merito: sed non omnes beati æqualiter meruerunt: ergo non omnes æqualiter beati sunt. *Secundo.*

Item beatitudo post iudicium completæ perficiet cuiuslibet beati appetitum tam deliberatiuum, quam naturalem: sed in capacitate naturali est naturalis appetitus ad complementum totius perfectionis cuius capax est absolute: ergo tota capacitas cuiuslibet implebitur: sed capacitates illę nō in omnibus beatis sunt æquales: ergo nec omnes æqualiter beati sunt. *Tertio.*

CONCLVSIO.

Licet sit idem obiectum beatitudinis omnibus, non æqualiter tamen ab omnibus participatur, sed magis & minus, iuxta maiorem uel minorem singulorum dispositionem ad ipsum.

RESPONDEO, ꝙ in beatitudinę est considerare beatitudinis obiectū, s. bonū increatū quod vnum, & idem existens ab omnibus participatur; & ipsam dispositionem beatorū: per quam illud bonum clare videndo, & perfecte diligendo ipsum participāt: ex parte obiecti participati nō est vnus alio beatior, quia idē est obiectum, quod omnes participant: sed ex parte dispositionis beatorū est vnus beatior alio, inquantum vnus videt alio clarius Deū, & diligit perfectius, qui enim ęqualem habentes virtutem naturæ habent inæqualem habitum gloriæ, vel ęqualē habētes habitū gloriæ habent inæqualem virtutem naturæ: inęqualiter Deum vident, & ex consequenti inæqualiter beati sunt propter inęqualem ex parte beatorū dispositionē. vnde gl. super illud Ioā. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. dicit idest diuersa præmia meritorum. *Responsio.*

AD PRIMVM in oppositum dicendum ꝙ ideo omnes dicuntur accepisse singulos denarios, quia idem est bonū, quod omnes beati participant, quamuis ipsum participent modo differenti ex parte participantium. *Ad primum.*

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis quilibet beatus videat Deum sicuti est. ex hoc tamen non sequitur, ꝙ visio vnius non sit intensior, quam visio alterius. *Ad secundum.*

Ad tertium dicendum, ꝙ illa terminatio plus potest importare modum ex parte rei intellectę, & sic vera est propositio, qui enim intelligit rem habere per alium modum, quam habet non intelligit, sed errat, & sic intelligit Augu. vt patet per litteram antecedentem. si autem dicat modum ex parte intelligentis: sic ille qui habet clariorem, & virtuosiorem intellectum potest eandem rem magis intelligere, quam alius. *Ad tertium.*

Ad quartum dicendum, quòd beatitudo dicitur vltimum omnium desiderabiliū inquantum terminat totaliter appetitum, & ego dico, quòd beatitudo cuiuslibet boni totaliter terminat suum appetitum ita, ꝙ vltra hoc nihil desiderat. *Ad quartum.*

Vel

Vel potest dici, quod beatitudo dicitur vltimum desiderabilium sicut homo nobilissimum omnium animalium, & tamē inter homines vnus est alio nobilior.

Ad aliam partem. Quamuis autem argumēta ad partem aliā gratia principalis conclusionis concedenda sint, tamen quia vltimum apparenter videtur concludere, quod naturalis capacitas cuiusli bet beati absolute impleta est, quod falsum est, quamuis impleta sit per comparationem ad dispositionem, quam beatus in vita habuit. Ideo soluendum est, & dicendum, quod minor est falsa, si accipiatur naturalis appetitio pro aliquo motu naturalis inclinationis, naturalis enim capacitas cuiuslibet beati impleta est per comparationem ad suam dispositionem, vt dictum est, & ideo cum sit plene subiecta voluntati beati ad plus habendum nō inclinatur, si tamen extenderetur nomen naturalis appetitus ad naturalem possibilitatem secundum quem modum dicit phylosophus, quod materia appetit formam, sic minor vera est: sed sic maior nō esset vera: quia multi sunt beati quorum naturalis capacitas absolute cō siderata posset recipere maiorem habitum luminis gloriæ, quam habeant, & Deus de potestate absolute maiorem posset dare.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur octo.

Primo vtrum in beata visione intellectus sit passiuus tantum.

Secundo vtrum lumen intellectus agentis requiratur ad illam visionem.

Tertio vtrum visio creaturarum in Deo sit pertinens ad beatitudinis essentiam.

Quarto vtrum in beata fruitione voluntas sit tantum passiua.

Quinto vtrum in voluntate beata sit idem realiter fruitio, & gaudium.

Sexto vtrum gaudium sit de beatitudinis essentia.

Septimo vtrum tentio sit dos alia a visione, & fruitione.

Octauo vtrū in omnibus beatis sint dotes.

Vtrum autem Deus possit videri per sola naturalia, & vtrum in hac vita determinatum est in articulo præcedenti.

Hæc etiam quæstio, vtrum Deus ab intellectu beato videatur per speciem & multæ aliæ quæstiones de visione Dei determinatē sunt lib. 3. di. 14. & ideo hic easdem repetere superfluum videretur.

QVAESTIO I.

Vtrum in visione beata intellectus sit passiuus tantum.

Argum. 1. OSTENDO, quod non: nulla res est causa efficiens sui finis: quia causa efficiens est nobilior suo effectu, & finis nobilior his, quæ sunt ad finē: sed intellectus habituati lumine gloriæ finis est visio Dei: ergo intellectus per lumen gloriæ non est illius visionis causa efficiens: ergo respectu eius est tantummodo patiens.

Secundo. Item sicut se habet videre ad intellectum, ita videri ad diuinam essentiam visam: sed diuina essentia in hoc, quod videtur nihil patitur: ergo intellectus in videndo ipsam nihil agit: ergo in videndo est passiuus tantum.

Tertio. Item nobilissimus actus est a nobilissimo agente, sed visio Dei est nobilissimus actus: ergo a nobilissimo agente: sed summum intelligibile est nobilissimum agens: ergo illa visio causatur a summo intelligibili, & non ab intellectu vidente, & si sic respectu illius est passiuus tantum.

Quarto. Item respectu huius, quod conuenit animę inquantum est possibilis tantum anima est passiua tantum: sed quodcunq; intelligere cō uenit animæ ratione intellectus possibilis tantum: quia intellectus agens non intelligit: ergo anima in videndo summum intelligibile est patiens tantum.

In oppositum. CONTRA, nobilius est agere, quam pati: sed ipsa visio Dei est nobilissimum, quid quod sit in intellectu: ergo est eius actio non passio.

Secundum. Item si intellectus beatus in videndo Deū esset tantum passiuus, non re quireetur in eo ad illam visionem, nisi lumen quo supernaturaliter eleuatur, & ipsius intelligibilis præsentia: quia dispositio patientis, & cōiunctio agētis cum patiente sufficiunt ad causandum actionem: sed vltra lumen prædictum requiritur in intellectu species determinans intellectum ad intelligibile, secūdum quod videtur velle Aug. lib. 9. de Trin. c. 11. ergo intellectus respectu visionis illius non est tantummodo passiuus.

Tertium. Item dicere, & iudicare est agere: sed intellectus videndo diuinam essentiam dicit ipsam esse summam veritatem, & iudicat hoc dictum esse verum: ergo in videndo diuinam essentiam non tantum est passiuus: sed etiam est actiuus.

CONCLVSIO.

Cum intellectus beati visio sit simplex appræhensio respectu cuius semper passiue se habet ad illam potest dici, quod passiue tantum concurrat at forte melius, quod etiam actiue, vt illa motione visionis licet plus moueatur, & agatur, & tamen etiam aliquomodo se moueat, & agat.

Ad quæstionem. Auerrois 3. de anima. com. 18.

AD ISTAM quæstionem dicunt quidā, ꝙ intellectus quandoq; de intelligibili in potentia facit intelligibile in actu, cum in seipso facit mediante fantasmate speciem intelligibilem quiditatis rei sensibilis, intellectus etiā ipsam quiditatem simplici appræhensione intelligit, simplices etiam appræhensiones componit, & diuidit secundū phy. 3. de anima, respectu primi, & tertij intellectus est actiuus, & passiuus diuersis respectibus, inquantum. n. facit speciem intelligibilem modo prædicto est actiuus, eam. n. facit per suum actum, inquantum autem fit in seipso est passiuus, eam. n. recipit per suum passiuum, similiter, inquantū componit, & diuidit est actiuus, inquātum autem illa compositio, & diuisio fit in ipso est passiuus: sed respectu simplicis appræhensionis est passiuus tantum, sic. n. ipsa intellectio fit a quiditate per se, vel mediante sua specie in ipso intellectu sub ratione qua possibilis est: cum ergo intellectus beati visio sit appræhensio simplex respectu illius intellectus est passiuus tantum, & causatur illa visio ab obiecto, quod est summum intelligibile in ipso intellectu disposito ad eam susceptionem per lumen gloriæ.

T. c. 11.

Prima opi. quod intellectus ad visionē Dei passiue tantum cōcurrat.

Alia opi. ꝙ concurrat actiue.

Alij dicunt, quod intellectus in videndo Deum aliquo modo est actiuus, quamuis in videndo plus patiatur, quām agat, ipsa enim visio in intellectu, inquantum est possibilis, causatur non tantum per actum intellectus, & lumen gloriæ habens rationem speciei in determinādo: sed principalius causatur ab obiecto, ita quod causa efficiens eius complectitur actum intellectus, & lumen gloriæ, & speciem determinantem, siue differat taliter a lumine gloriæ siue non, & ipsam diuinam essentiam non tantum, inquantum operatur sicut operatur in omni actione: sed etiam, inquantum operatur eo modo quo obiectum agit in passiuam potentiam, & quamuis ista quatuor concurrant ad causam effectiuam visionis illius, ex hoc tamen non sequitur, quod sit compositior: sed virtuosior, & longe plus operatur sibi præsentia diuinæ essentiæ, quām alia tria simul: illa ergo motione, quæ est visio aliquo modo mouet se intellectus per suum actiuum, & eam patitur per suum passiuum, quāuis totus intellectus sit mouens, & motus.

Ad argumenta alterius partis. Secundum primā opi. Hic Sco in 1. dist. 3. q. 7.

Ad primū primæ opi.

Qui vult tenere primam opinionem, quæ probabilis est, & ad sustinendum facilis potest dicere ad primum, quod est contra eam, quod maior eius non est vera vniuersaliter, nobilius enim est pati passionē nobilem, quę est salus, & perfectio patientis, quam agere aliquam actionem parue dignitatis, ipsa enim visio Dei est salus, & vltima perfectio intellectus eam patiētis, & est tante dignitatis, quod respectu eius intellectus non posset esse agēs est enim finis eius vltimus.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, quod secundum illam opinionem non requireretur aliqua species, nisi voces speciem lumen gloriæ, quod intellectum Deo assimilat. Et dicendum, ꝙ Augu. in auctoritate allegata similitudinem Dei accepit pro ipsa visione qua expressius intellectum assimilat Deo, quām habitus gloriæ, illam enim similitudinem ibidem statim vocat verbum, & noticiam, vt autem ostensum est lib. 1. verbum non tantum accipitur pro similitudine per quam intellectus intelligit, nec pro quiditate distincte intellecta, sed principalius intelligitur ꝓ intellectioné formata: vnde in sermone de natiuitate Ioannis baptistæ dicitur, quod verbum est ipsa cogitatio. *Dist. 27.*

Vel potest dici, quod auctoritas S. Augu. allegata intelligenda est de cognitione Dei in vita.

Ad tertiū.

Ad tertium dicendum, quod dicere proprie loquendo est producere verbum, & ideo quia beatus intellectus intelligit diuinam essentiam esse summam veritatem prius ordine naturæ, quam verbum producat, ideo hoc intelligit non per hoc, quod dicit, non video tamen quare postquam intellectus sic per predictam passionem est reductus in actum non possit verbum aliquod producere quo dicat illud, quod prius ordine naturæ perfectę videt, quām producat verbum.

Ad primū argumenta secundum secundam opi quae verior est.

Qui vult tenere secundam opinionem, quę multum est rationabilis potest dicere ad primum in oppositum, quod quamuis intellectus non posset esse causa sui finis, tamen ad hoc potest cooperari, quamuis principalius fit a summo intelligibili, vt ostensum est.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, quod minor est falsa: quia vt ostensum est intellectus aliquo modo operatur ad illam visionem, ita quod respectu eius non est pure passiuus.

Ad tertiū.

Ad tertium dicendum, quod illa visio cum sit creatura non est nobilissimus actus simpliciter, nec etiam inter actus creatos: quia actus fruitionis nobilior est, tamē est nobilissimus actus intellectus creati, & est aliquo modo ab ipso, inquantum est nobilissimè dispositus, principalius tamē est ab obiecto, quod est intelligibile summum.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, quod proprie loquendo, nec possibile ipsius intellectus intelligit, nec etiam actum eius intelligit, sed ipse intellectus intelligit a quo est intellectio per suum actiuum, & in quo est per suum passiuū, ita, quod ad ipsam intellectionem causandā in ipso intellectu concurrit eius actiuum, & passiuum. Exemplum, leue per suam formam mouet se, cum adiutorio influentiæ loci per suam materiam mouetur, nec dico, quod forma moueat materiam per se, sed totum leue est, quod mouetur, & quod mouet, quamuis per aliud, & aliud.

De motu leuium, vide Sco. in 2. dist. 2. q. x.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum lumen intellectus agentis requiratur ad illam visionem?

Art. 1. ET VIDETVR, quod non, intellectus agens non requirit actum intelligendi, nisi ad hoc, vt faciat de intelligibili in potentia intelligibile in actu: sed diuina essentia intelligibilis est actu ergo ad ipsam intelligendam non requiritur lumen intellectus agentis.

Secundo. Item lumen solis, & stellarum non concurrunt simul ad eundem actum videndi corporaliter propter improportionem luminum illorum cum ergo lumen gloriç non minus excedat naturale lumen intellectus agentis, quã lumen solis lumen stellarum, videtur, quod non possit concurrere ad eundem actum videndi intellectualiter.

Tertio. Item ad actum supernaturalem agendum non potest simul concurrere virtus naturalis cum supernaturali, quod patet in creatione animæ intellectiuç, & in infusione gratiæ: sed videre Deum est actio supernaturalis, & lumẽ gloriæ est supernaturalis virtus: ergo lumen intellectus agentis, quod est virtus naturalis non potest simul concurrere cum lumine gloriç ad videndum Deum.

In oppositum. CONTRA inconueniens est, quod perpetuo, & respectu nobilissimi obiecti potentia nobilior remaneat ociosa, & minus nobilis sit officiosa: sed potentia nobilior est intellectus agens, quam possibilis: cum ergo intellectus possibilis requiratur ad hoc, quod anima videat Deum, ad hoc etiam requiritur lumen intellectus agentis.

Item lumen gloriæ non est sine lumine naturæ: ergo nec eius actio, separatur ab eius actione.

CONCLVSIO.

Gloria cum sit naturam rationalem, & intellectiuam vltimata forma perficiens, perficiensque, & perfecta cum ad eandem actum ordinentur licet cũ differentia optime lumen intellectus agentis ad lumen gloriç requiritur.

Responsio. Ad visionẽ Dei omnino requiri lumen intellectus agẽtis cum lumine gloriæ. RESPONDEO, quod siue in videndo Deũ intellectus sit pure passiuus, siue aliquo modo actiuus, ad illam tamen visionem requiritur lumen intellectus agentis cum lumine gloriæ, gloria enim est secundaria, & vltimata naturæ perfectio: vnde lumen gloriæ est perfectiuum luminis naturalis intellectus agentis, quando autem duarum formarum vna est alterius perfectiua, ad illum eundem actum ad quem ordinatur perficiens ordinatur perfecta, quamuis ille actus principalius respiciat totum compositum ratione illius, quæ perficit, quam ratione illius, quæ perficitur. cum ergo lumen gloriæ ordinatur ad visionem beatam, ad illam eandem ordinatur lumen intellectus agentis, sed lumen gloriæ ad illam ordinatur principaliter, & lumen intellectus agentis quasi dispositiuç: vnde si intellectus est pure passiuus respectu illius visionis, per vtrũq; simul lumen est sufficienter dispositum ad faciẽdum ab obiecto illam perfectissam passionem, quæ est visio, si autem aliquo modo est actiuus, vtroq; lumine iuuatur ad suam actionem: vnde habens fortius lumen intellectus agentis cum æquali habitu luminis gloriç intensius Deum videt, quam habens lumen intellectus agentis debilius; naturalis enim virtus fortior per æquale adiutorium supernaturale efficacius potest in actum supernaturalẽ: sicut videmus, quod si supernaturaliter darentur penne homini leuiori, & ponderosiori, efficacius volaret leuior ex sua naturali virtute quam ponderosior, quamuis posse volare excedat vtriusque naturam.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod maior est falsa, vt patet ex prædictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile: quia non sic se habet lumen corporale ad oculum corporalem sicut lumen intellectuale ad intellectum: quia oculus corporalis ita potest affici, seu transmutari a forti lumine, quod nõ potest immutari a debili, non sic autem potest dici de intellectu: vnde phy. 3. de anima. Sensus non potest sentire ex valde sensibile: sed intellectus cum intelligit aliquid valde intelligibile non minus intelligit infima: sed etiã magis, sensitiuum enim non sine corpore est, hic autem separatus est, idest, corporeo organo non vtens. T.c. 7.

Ad tertiũ. Ad tertium dicẽdum, quod maior vera est de actu supernaturali qui non potest esse, nisi ab infinita potentia, cuiusmodi est creare, nõ autem est verum de actu supernaturali qui est a Deo ita, quod ad ipsum requiritur supernaturalis virtus finita, talis autem actus est Dei visio, ad hoc enim requiritur in intellectu creato lumen gloriæ, quod est virtus supernaturalis, & tamen finita.

QVAESTIO III.

Vtrum visio creaturarum in Deo sit pertinens ad beatitudinis essentiam.

Arg. 1. Sco dis 45 q. vltima. ET VIDETVR, quod sic: quia vt ostensum est lib. 3 dis. 14. eadem est visio qua intellectus beatus videt diuinam essentiam, creaturas in ea: cũ ergo visio diuinæ essentiæ sit beatitudinis essentia, visio creaturarum in ea est de beatitudinis essentia.

Secundo. Itẽ de beatitudinis essentia est scire se beatum esse: sed scire se beatum esse, est scire creaturas: quia ipse beatus est creatura, & sua visio est creatura: ergo visio aliquarum creaturarũ est de beatitudinis essentia.

In oppositum. CONTRA Aug. 5. lib. confes. quasi inter principium, & medium loquens ad Deum dicit. Infelix homo qui scit illa omnia, te autem nescit, beatus autem qui te scit, etiã si illa nesciat, qui vero, & te, & illa nouit non propter

illa

illa beatior: sed propter te solum beatus est.

Secundo. Item illud solum est de beatitudinis essentia, quod requiritur ad perfectam coniunctionem animæ cum Deo: sed per visionem diuinæ essentiæ, & eius fruitionē esset anima perfecte coniuncta Deo etiam si nullam in eo videret creaturam: ergo visio creaturarum in Deo non est de beatitudinis essentia.

CONCLVSIO.

Si ad perfectam animæ cum Deo coniunctionem in qua ratio beatitudinis essentialis consistit spectat, & visio creaturarum in Deo erit hæc visio de intrinseca ratione beatitudinis, si vero non attinet, quod verius uidetur secus.

Ad quæstionem. Prima opi. quam sequitur Scot. in 4. di. 45 q. vlti. qđ cognitio creaturarum in Deo non sit de essentia beatitudinis. RESPONDEO essentia beatitudinis animæ consistit in perfecta sui coniunctione cū Deo: vnde quicquid est de ratione illius est de essentia beatitudinis, & quod est extra rationem illius coniunctionis non est de beatitudinis essentia, q̃uis autem visio creaturarū in Deo sit de ratione illius coniunctionis, inquantum illa eadem visione videtur diuina essentia non tamen est de ratione coniunctionis, inquantum est respectu creaturarum in Deo, non.n. ideo, quia illa visio, quæ est respectu creaturarū est perfecta: sed quia perfecta est, ideo est etiam respectu creaturarum, ita, ꝙ prius ordine naturæ videt intellectus beatus diuinam essentiam perfecte, quam creaturas in ea: respectu ergo visionis illius ad creaturas repræsentatas in Deo est extra rationem perfecte coniunctionis animę cum Deo, & aliquid causatum ex illa.

Alia opin. q̃ nō tenetur cōmuniter. Alij autem non improbanter dicunt, quod videre in Deo seipsum, & suam visionem est de beatitudinis essentia, quamuis nō sic possit dici de visione aliarum creaturarū in Deo, perfectius.n. vnitur intellectus Deo, vel quietatur in ipso videndo ipsum, & videndo se videre ipsum, q̃ si nō videret se videre, primū.n. actum sine secundo impossibile est esse ita ꝑfectum sicut cum secundo, nec primum actum sine secundo posset sequi tam perfecta fruitio sicut cum secundo.

Secundum primā opi. Ad primū. Qui vult tenere primam opinionem potest dicere, quod ad primum in oppositum patet solutio ex iam dictis.

Ad secundum. Ad secundum, ꝙ maior est falsa, scire.n. se esse beatum præsupponit ordine naturæ se esse beatum, quāuis.n. non cognoscatur res perfecte, nisi cognoscens cognoscat se cognoscere illam, sicut nihil diligitur perfecte, nisi diligens diligat se diligere illud, tamen reflexio intellectus super actum suum non est de ratione perfectionis primi actus: sed ex perfectione primi actus causatur, tamē intellectus beatus, quamuis visionem qua diuinam essentiā videt videat in proprio genere alia visione, tamen se, & illam visionem videt in diuina essentia eadem visione in numero qua videt diuinam essentiam.

Secundū secundā opi. Ad primū alterius partis. Qui vult tenere secundam opinionem potest dicere ad primum ad secundam partem, quod illud verbum Aug. intelligendum est de alijs creaturis a vidente, & ab illa visione.

Ad secundum. Ad secundum quod minor est falsa loquendo de creatura, quæ est ipse videns, & de ista visione: quia aliter non quietaretur perfecte in Deo.

QVAESTIO IIII.

Vtrum in beata visione voluntas sit tantum passiua.

Argum. 1. T. c. 12. & 13. ET VIDETVR, quod sic: Ansel. de casu diaboli statim post medium. Quicquid se mouet ad volendum prius vult se ita mouere: sed primus motus voluntatis est respectu finis: ergo impossibile est, quod volūtas se moueat illo motu: quia non præcessit motus voluntatis, quo vellet se sic mouere: sed motus fruitionis est respectu finis: ergo voluntas in fruendo non mouet se: sed tantum est mota.

Secundo. T. c. 8. Item impossibile est idem secundum idē, & etiam respectu eiusdem simul esse mouens, & motum: quia secundum phylo. 3. physi. mouens mouet, inquantum est in actu, motū mouetur, inquantum est in potentia, sed impossibile est idem secūdum idem, & respectu eiusdem simul esse in actu, & in potentia, cum ergo sit simplex, impossibile est, quod ipsa respectu eiusdem obiecti simul sit mouēs, & mota, sed certum est, quod in fruendo mouetur: ergo impossibile est, quod in fruendo moueat se, in fruendo: ergo est passiua tantum.

Tertio. Item fruitio est finis vltimus vitæ humanę, vt.n. superius ostensum est, visio ordinatur ad fruitionem: sed impossibile est aliquam rem esse causam sui finis vltimi: quia alias esset effectus nobilior sua causa: ergo voluntas in fruendo non mouet se, sed tantummodo est passiua.

In oppositum. CONTRA, Augu. lib. 1. de doctrina Christiana non multum post principium. Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam, sed voluntas in amando Deum propter se in via mouet se, alias in amando ipsum non mereretur: ergo videtur, quod si fruendo Deo fruitione viæ mouet se, quod etiam fruendo eo fruitione patriæ moueat se.

Item phylo. 3. Ethic. c. 2. dicit, quod violentum simpliciter est cuius principium est extra in quo nihil confert operans, vel patiens: ergo si voluntas in fruendo Deo nihil cooperaretur, sed tantummodo pateretur, illa fruitio esset violenta, quod falsum est.

CONCLVSIO.

Voluntas, in beata visione, & actiua, & passiua est magis tamen passiua fruitio namque licet, & ab actu charitatis profecto eliciatur, & efficiatur magis tamen voluit a principatiori agente certe efficitur.

RESPON-

Responsio. RESPONDEO, quod in beata fruitione voluntas non est tantum passiua, nec tantum actiua, magis tamen passiua est, q̃ actiua, non enim tantum est passiua, cum natura voluntatis sit mouere se, & alia, quæ sunt in anima dicente Ansel. 3. lib. de concordia præscientiæ, & lib. arb. versus finem, ꝙ voluntas est instrumẽtum seipsum mouens. Et phylo. velle videtur. 1. de anima, ꝙ velle est motus ab anima, experitur etiam homo, ꝙ per amorem est, quidam conatus in anima ad rem amatam, propter, ꝙ dicit Bern. de præcepto, & dispen. versus finẽ, ꝙ non est præsentior vbi animat, quam vbi amat. s. quantum ad conatum. Nec est tantum actiua: quia inquantum est actus fruitionis in seipsa est passiua, sicut actiua est, inquantum est ab ea, impossibile enim est, ꝙ actus realiter differens a potentia sit in ea, nisi respectu eius aliquo modo sit passiua, recipere. n. est quoddam pati, magis passiua tamen est, quam actiua in beata fruitione: quia ipsa fruitio nõ elicitur a volũtate habitu charitatis perfecta tãtum: sed etiam immediate ab obiecto, quod est summa bonitas, ita quod voluntas charitate perfecta, & ipsum obiectum simul illã fruitionem efficiunt in voluntate, ita tamẽ quòd plus est ab obiecto, quã a voluntate, quia obiectum est respectu eius principalius agens, q̃uis etiam voluntas per charitatem se determinet ad fruendum Deo fruitione viæ, tamen se non determinat ad fruendum Deo fruitione patriæ immo ad hoc determinatur a Deo, qui talem dedit sibi naturam, vt non possit illud bonum non diligere, in quo videt anima esse supereminẽtem perfectionem cuiuscunq; boni, quod potest cogitare, nec ab illo bono resilire, quod appræhendi non potest sub aliqua ratione mali.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositũ dicendum, ꝙ illud verbum Ansel. ad hoc, vt habeat veritatem intelligi debet de actu voluntatis, ad quẽ voluntas determinat se, q̃uis autem beata fruitio aliquo modo eliciatur a volũtate. s. eo modo quo dictum est ante, tamen ad illam nõ determinat se, sicut nec leue se determinat ad motum sursum, & tamen exequitur eum cum adiutorio influentiæ loci. Et præterea motus primus voluntatis, quamuis sit respectu finis in generali, beata tamen fruitio non est primus voluntatis motus: quia ipsum præcessit naturalis motus voluntatis respectu finis in generali.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod argumentum deficit in duobus, primo, quia voluntas secundum idem non est mouens, & mota, cõposita enim est ex actuali, & possibili, sicut essentia in qua radicatur, a qua non differunt, nisi secundum rationem, & relationem, & tota mouet se ratione sui actiui, & tota mouetur ratione sui possibilis, vnum. n. totum compositũ patitur, & tamen non nisi ratione materiæ, sicut. n. dicit Auic. 2. lib. meta. suæ. c. 2. Illud per quod res habet potentiam est materia eius, totum autem pati non potest, nisi inquantum est aliquo modo in potentia, nec tamen dicimus ꝙ sola materia patiatur: sed totum compositũ ratione eius: similiter totum cõpositum agit, & tamen non nisi ratione formæ: quia sicut dicit Auic. vbi prius. Illud per ꝙ habet res effectum est forma eius, totum autem non agit, nisi inquantum est in actu, nec tamen dicimus, ꝙ sola forma agat: sed totum compositum ratione eius: vnde secundum phylo. 1. de anima melius dicitur, ꝙ homo intelligat per animã, q̃ ꝙ anima intelligat. s. dum est corpori coniuncta actu, compositum: ergo ex natura possibili, & actuali in se habet talia duo, quamuis non actu distincta, per quorum vnum potest esse per se mouens, & per aliud per se motum. Idē. 3 phy. 1 c. 18. & alibi. T. c. 64.

Præterea, idem secundum idem respectu eiusdem potest esse simul in actu, & in potentia: sed non eodem modo: vnde potest res aliquid habere potestatiuę, & esse in potentia ad habendum illud formaliter: vnde si sol esset aliquid calefactibile, & posset suos radios super se reflectere, simul respectu eiusdem caliditatis esset in actu, & in potentia: quia caliditatem, quam haberet in seipso potestatiue posset facere esse in seipso formaliter. Ly secundũ idẽ negaret Scot. licet plato concederet.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio per hoc, quod dictum est in quæstione, quod illa fruitio principalius est ab obiecto, quam a voluntate.

QVAESTIO V.

Vtrum in voluntate beata sit idem realiter fruitio, & gaudium.

Arg. 1. Sco. q. 7. hic. ET VIDETVR, quod sic: beata fruitio est quies voluntatis in summo bono clare viso, & econuerso; sed gaudium beatorum est quies voluntatis in ipso summo bono, ergo idẽ est fruitio, & gaudium.

Secundo. Item gaudium, aut est amor, aut est passio, non passio, quia passiones non sunt, nisi in appetitu sensitiuo, illud autem gaudium est in voluntate, ergo est amor, sed ille amor, quo beati Deũ amant est fruitio, quia ipsum amãt propter se, ergo idem est gaudium beatorum, & eorum fruitio.

In oppositum. CONTRA, sicut se habet passio amoris in appetitu sensitiuo ad passionem delectationis, ita se habet in voluntate amor boni præsentis ad gaudium, sed in appetitu sensitiuo non est idem amor, & delectatio, immo delectatio causatur ex præsentia boni amati, ergo a simili in voluntate non est idem gaudium, & amor, sed beata fruitio est perfectus amor Dei propter seipsum, ergo non est idem beata fruitio, & gaudium beatorum.

CONCLVSIO.

Fruitio non est idem realiter cum gaudio in vo-

luntate

luntate beatorum, sed differt ab ipso sicut causa a suo effectu, & totum a parte.

Responsio. Fruitio, & gaudiũ non sunt idem realiter idẽ tenet. Sco dis. prae senti. q 7.

RESPONDEO, quod beata fruitio, & gaudium beatorum non sunt realiter idem, illa enim fruitio est summo bono clare viso perfecto amore inhærere propter seipsum, amor autem gaudium non est, causatur enim gaudium ex amati boni præsentia: vnde gaudium beatorum est aliqua specialis passio in voluntate causata ex perfecto amore summi boni per claram visionem, & perfectam dilectionem vniti animæ, seu sibi præsentis: vnde proprie loquendo de fruitione dico, quod beata fruitio differt a gaudio beatorum sicut ab effectu differt causa. Vel secundum dicentes, quod fruitio beatorum simul compræhendit ipsam dilectionem, & gaudiũ, oportet dicere, quod fruitio, & gaudiũ differt sicut pars & totum, & hoc probabile mihi videtur, quãuis, vt iam dictum est gaudium differat a dilectione, vt effectus a sua causa, vel a parte suæ causæ: quia non est acquiescendum dicentibus, quod gaudium nihil aliud est, quam dilectio boni pręsentis, hoc enim improbatum est lib. 3. vnde cum Aug. dicit. 14. lib. de ciui. c. 7. Amorem boni habiti esse leticiam nõ est prædicatio per essentiam: sed per causam, quod patet: quia ibidem statim dicit, quod amor fugiens, quod ei aduersatur timor est, idemque si acciderit tristitia est, & tamen certum est, quod amor nec est timor, nec tristitia: sed eorum causa.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, quod quies voluntatis in summo bono dupliciter potest esse, vno modo nõ tantum patiendo, sed aliquo modo agendo, & sic voluntas fruendo quiescit in summo bono. Alio modo pure patiẽdo, & sic gaudium est quies in summo bono: quia illud gaudium est spiritualis passio volũtatis ex præsentia summi boni causata: illud ergo gaudium non est actus voluntatis: sed passio, quamuis ad causandum eam actio voluntatis concurrat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod gaudium beatorum est spiritualis passio voluntatis, vt dictum est, quamuis enim in solo appetitu sensitiuo sit passio cum aliqua corporis transmutatione, de qua passione loquitur phy. & ideo eam non ponit, nisi in appetitu sensitiuo, tamẽ in voluntate potest esse spiritualis passio, quæ est sine materiali transmutione.

QVAESTIO VI.

Vtrum gaudium sit de beatitudinis essentia.

Arg. 1. Scot. vbi supra. ET VIDETVR, quod sic: Aug. 10. lib. confes. Circa medium loquens ad Deum dicit. Ipsa est beata vita gaudere ad te de te propter te: ergo videt, ꝙ gaudiũ sit tota beatitudinis essentia.

Secundo. Item illud, ꝙ maxime ab omnibus desideratur, aut est beatitudo, aut de beatitudinis essentia, sed summum gaudium maxime desideratur ab omnibus, sicut dicit phy. 10. ethic. & probat. c. 5. ꝙ delectatio maxime ab omnibus appetitur: ergo aut est beatitudo, aut de beatitudinis essentia.

Tertio. Item perfectio beatitudinis maxime est de beatitudinis essentia: sed gaudium beatorum est perfectio beatitudinis: quia sicut dicit phy. 10. Ethi. c. 4. operationem perficit delectatio, vt superueniens finis: ergo gaudium est de beatitudinis essentia.

Quarto. Item phy. 10. ethi. c. 8. Existimamus oportere delectationem admixtam esse fęlicitati, sed quod admiscetur alteri est de eius essentia, aut ex ipso, & illo cui admiscetur constituitur aliquod tertium: cum ergo ex fęlicitate, & delectatione constituatur aliquod tertium, delectatio est de fęlicitatis essentia.

In oppositum. CONTRA, beatitudo consistit in clara Dei visione, & perfecta eius fruitione: sed gaudium non est illa visio: nec illa fruitio, immo ex ipsis causata: ergo gaudium non est de beatitudinis essentia.

Item phy. 4. ethi. c. 3. dicit, ꝙ delectatio non est per se bonum, sed quicquid est de beatitudinis essentia est per se bonum: ergo gaudium quod est delectatio in volũtate non est de beatitudinis essentia.

CONCLVSIO.

Gaudium quia est de ratione perfectæ vnionis voluntatis cum summo bono, videtur esse de beatitudinis essentia.

Prima opi. ꝙ gaudium non sit de essentia beatitudinis stricte sumpte quã sequitur Sco dis. prae senti q 7.

RESPONDEO, secundum aliquos, ꝙ quãuis gaudium beatorum sit de beatitudinis essentia quoddam accidentale complementum ab ipsa beatitudine inseparabile per quãcũq; virtutẽ creatam, non est tamen de beatitudinis essentia, beatitudinis. n. essentia cõsistit in perfecta coniunctione creaturæ rationalis cũ Deo gaudium autem beatorum, non est de ratione huius coniunctionis, cum non sit visio, nec fruitio, vt ostensum est, nec summa securitas, vt ostendetur in sequenti quæstione, sed est aliquid creatum ex istis, vnde est per se effectus beatitudinis de necessitate consequẽs ad ipsam.

Opi. opposita quã Doctor sequitur, & S. Tho. Alijs autem videtur ꝙ gaudium sit de essentia beatitudinis, quia est de ratione perfectæ vnionis voluntatis cum summo bono, voluntas autem vnitur cum summo bono non tantum in monendo se immediate in ipsum propter se, qui. s. motus est amor fruens, sed etiam immediate patiendo ab eo, quæ passio est gaudium.

Præterea, amor non potest prius ordine naturæ quietare voluntatem, quam volũtas gaudeat de re amata, beatitudo autem comprǽhẽdit in sui essentia omne illud, quod est de ratione perfectæ quietis voluntatis in summo bono.

Præterea, si gaudium esset accidens beatitudinis, posset Deus de potentia absoluta facere ho-

re hominem esse beatum non gaudentem de Deo, vt saltē beatitudo hominis intelligi posset simplici appræhensione sine gaudio: sed Deus nullo modo posset facere aliquem beatum non gaudētem de ipso, nec intellectus potest appræhendere veram beatitudinem sine gaudio: ergo gaudium non est accidens beatitudinis: sed est de beatitudinis essentia.

Secundum primā opi. ad primū argumētū. Qui vult tenere primam opinionem potest dicere ad primum in oppositum, quod sibi Augu. nominat beatitudinem per suum effectum per se.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod delectatio per se non desideratur ab omnibus ordinato desiderio tanquam principalissimum desiderabile, sed tanquam concomitans illud, si.n. possibile esset creaturam rationalem perfecte coniungi cum Deo absq; gaudio, adhuc illa perfecta coniunctio summe desiderabilis esset. Nec.n. credendum, vt aliqui estimant, nihil esse desiderabile si nullam inferat delectationem: vnde phylo. 10. ethic. c. 3. circa multa studium faceremus, & si neq; vllam delectationem inferrent, vt circa scire, & virtutes habere.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod maior est vera de perfectione essentiali, verbum autem phylosophi, quod ponitur in minori, intelligitur de perfectione accidentali, non enim dicitur delectatio finis operationis, loquendo de fine propter quem fit operatio: sed pro quocunq; superuenienti bono ab operatione inseparabili: vnde phylosophus ibidem dicit, quod delectatio perficit operationem sicut pulchritudo iuuentutem.

Ad quar. Ad quartum dicendum, quod pro tanto dicit phylosophus delectationem esse admixtā fęlicitati: quia est per se accidens eius.

Secundum secūdā opi. Qui vult tenere secundam opinionem quę probabilis mihi videtur, & dictis Aug. magis consona, & etiam perfectioni beatitudinis cū eadem nobilitas reddat cæteris paribus rem perfectiorem, si de essentia eius est, quam si esset accidens eius, potest dicere ad primum ad partem secundam, quod beatitudo consistit tantum in visione, & fruitione, nisi fruitionē voces amorem cum gaudio.

Ad primū ulterius partem.

Ad secun. Ad secundum dicēdum, quod phylo. dicit illud verbū vbi retractat de delectatione secūdum opinionem aliorum: quia secundū propriam opinionem incipit tractare de illa. 4. c.

Potest etiam dici illud verbum. 10. ethi. c. 4. quod perficit operationem delectatio; vt superueniens quidam finis, velut iuuenibus pulchritudo, esse intelligendum de delectatione sensibili.

Vel potest etiam dici, ꝙ ibi accipitur iuuentus nō pro ætatę temporis: sed pro decentia, seu cōgruitate dispositionis corporis: quia vt frequentius magis concomitatur illam ætatem, quam aliam. Constat autē, quod pulchritudo est de ratione decentis dispositionis corporis, cum dicat Aug. 22. de ci. c. 19. quod pulchritudo corporis est partium congruentia cum quadam coloris suauitate.

QVAESTIO VII.

Vtrum tentio sit Dos ab alijs distincta.

Arg. 1. S. Bon. q. 5. ar. 2. S. Tho. art. 5. q. 4. ET VIDETVR, quod sic: anima Deo coniungitur per memoriam intelligentiam, & voluntatem, quia sicut dicit Augu. 14. de Trinita. c. 8. eo est imago Dei quo capax eius est, & particeps esse potest: sed sicut ostendebatur. lib. 1. *Dist. 3.* imago Dei in anima consistit in memoria intelligentia, & voluntate: sed in intelligentia est dos visionis, & in volūtate dos fruitionis: ergo in memoria est tertia dos, illa autem nō videtur posse esse, nisi tentio: quia actus memoriæ est tenere: ergo tentio est dos ab alijs distincta.

Secundo. Item dotes animæ videntur respondere virtutibus theologicis: sed fidei respondet visio, charitati fruitio: ergo spei debet tertia respondere, quę non videtur posse esse alia, nisi tentio.

Tertio. Item in anima triplex est potentia, cogitatiua, & appetitiua, & secūdum locum motiua, aliter separata non posset se de loco ad locum mouere: cum ergo in cogitatiua sit dos visionis, in appetitiua dos fruitionis, videtur, ꝙ in motiua sit dos tertia, ad perfectam enim coniunctionem animę cum Deo requiritur, quod per omnem sui potentiam coniugatur ei illa autem dos non videtur posse esse, nisi tentio, respicere enim videtur executiuam potentiam.

In oppositum. CONTRA, non ponuntur, nisi tres animæ dotes: sed si tentio esset dos ab alijs distincta essent. 4. quia rationabilius videtur, quod rectitudo voluntatis sit dos, quam tentio: ergo tentio non est dos ab alijs distincta.

Secundo. Item securitas non est idem, quod tentio: sed securitas summa est vna de dotibus animæ, includitur enim in beatitudinis essentia, secundum etiam sententiam Aug. 13. de Trin. c. 8. impossibile est aliquem esse beatum, nisi sit securus de suę beatitudinis perpetuatione, cum ergo non sint animæ, nisi tres dotes, tentio non est dos ab alijs distincta.

CONCLVSIO.

Tentio non est tertia dos a uisione, & fruitione realiter distincta, sed securitas tentionis perpetuę Dei sub ratione entis summe ardui respondens theologicę virtuti spei.

Responsio. Tentionem pprie sumptā non esse dotē per se. RESPONDEO, quod proprie loquendo tentio non est dos ab alijs distincta, tenere enim secundum Papiam est habere, vel possidere, intellectus autem clare videndo Deum habet eum sub ratione summi veri, voluntas perfecte fruendo eo habet ipsum sub ratione summi boni: vnde tenere summum bonum

realiter

realiter idem est cum perfecta summi boni fruitione. Nec hoc dicens volo dicere, quod visio, & fruitio proprie loquendo sint dotes: sed actus dotium, dotes enim qualitates sunt: vnde dos visionis est quidam habitus luminosus in intellectu quo eleuatur ad clare Deum videndum, dos fruitionis est perfectus charitatis habitus quo anima fruitur Deo: vnde proprie loquendo in dotibus animæ non constit beatitudinis essentia, sed in actibus earum ad quos ordinantur, sicut habitus ad actum, dos autem tertia a duabus alijs distincta est habitus perfectus quo voluntas est perfecte secura de tentionis prædictæ perpetuatione, sine enim prædicta assecuratione non potest intelligi perfecte anima Deo coniuncta: vnde non est dicendum illam assecurationem esse exclusionem timoris tantum, immo est quidā actus in voluntate respectu Dei, sub ratione qua est ens summe arduum quo excluditur omnis timor, & sic patet ex prædictis, quod secundum rationem intelligendi, primo est dos visionis, secundo dos fruitionis, tertio dos perfecte securitatis.

Dos visibis. *Dos fruitionis.* *Dos securitatis.*

Ad primū. Ad Primvm in oppositum dicēdum, quod in vita beata memoriæ, & intelligentiæ non respondet, nisi habitus vnus, in vita enim beata memoria non respicit Deum, nisi mediante intelligētia: quia actus eius est claram visionem retinere: vnde obiectum eius immediatum est ipsa visio clara.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quod dos correspondens spei nō est tentio, vt dictum est, sed securitas perpetuationis visionis, & fruitionis.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, quod tūc anima est Deo perfecte coniuncta, quando cōiuncta est ei secundum omnem potentiam secundum quam est ei coniungibilis immediate, non autem talis potentia motiua secundum locum, quia sic ad Deum non accedimus motu secūdum locum, cum vbiq; præsens sit, sed affectibus mentis, sic nec anima est cōiungibilis immediate sibi secundum illam potentiam: vnde sibi non respondet dos, nisi mediate, scilicet, agilitas, quæ est dos corporis respiciens specialiter mobilitatem secundum locum.

Ad primū alteriuspartis. Ad Primvm ad partem secundam dicendum, quod rectitudo voluntatis compræhenditur in dote fruitionis: quia sine recti tudine voluntatis non potest in anima esse fruitio, sed fruitionis abusus, vt patet cum fruitur creaturis.

QVAESTIO VIII.

Vtrum in omnibus beatis sint dotes.

Et Videtvr, quod non: quia dos datur sponso a patre sponsæ, sed oīa dona beatitudinis dātur beatis a patre sponsi qui sponsus est Christus, ergo in nullo beato est aliqua dos. *Arg. 1. S. Bona. vbi sup. S. Tho. vbi supra art. 3. & 4. Vide quid dos secundum canonistas in c. Raynutius, de testa.*

Secundo. Item si dotes essent in beatis ratione spiritualis matrimonij inter ipsos, & Deum, cum in vita præsenti anima per gratiam desponsetur Christo in Ecclesia militante essent dotes, quod falsum est.

Tertio. Item eiusdem non est dare dotes, & recipere, sed beati qui dotes habent illas recipiunt a Christo, ergo dotes non sunt in Christo, & sic non sunt in omnibus beatis.

Quarto. Item inter sponsum, & sponsam debet esse naturæ conformitas, sed Angeli non sunt conformes in natura Christo, nec ratione diuinæ naturæ, nec ratione humanæ, ergo multitudo Angelorum non comparatur Christo, vt sponsa ad sponsum, sed dotes nō dantur, nisi ratione matrimonij, ergo in angelis nō sunt dotes.

In oppositum. Contra, ornamenta sponsarum, quæ eis dantur, quando traduntur a sponso dotes sunt, sed omnes beati habent ornamenta spiritualia cum desponsantur a Christo, ergo in omnibus beatis dotes sunt.

Item gloss. super illud Luc. 12. Et vos similes hominibus expectan. &c. dicit, quod ad nuptias Dominus iuit cum post resurrectionem nouus homo Angelorum multitudinem sibi copulauit ergo multitudo Angelorum est sponsa Christi, ergo sicut in alijs beatis sunt dotes, ita sunt in Angelis sanctis.

CONCLVSIO.

Tres dotes animę secundum id, quod sunt etiam in Angelis sunt nō tamen sub ratione qua dotes quia sic in hominibus duntaxat Christo excepto.

Responsio. Respondeo, quod de dotibus contingit loqui dupliciter, aut secundum id, quod sunt, aut sub ratione qua dotes sunt, primo modo in omnibus sanctis sunt istæ tres dotes, scilicet, clara visio, perfecta fruitio, & perpetuitatis vtriusque securitatis perfectio, dotes autem corporis, quæ sunt agilitas, impassibilitas, subtilitas, & claritas, de quibus in sequenti articulo in speciali quæretur, erunt post resurrectionem in omnibus hominibus sanctis. Loquendo vero de dotibus sub ratione qua dotes sunt sic maxime proprie sunt in animabus beatis, aliquo etiam modo, quamuis non ita proprie sunt in Christo, & in Angelis sanctis, cuius ratio est, quia inter sponsum, & spōsam proprie loquendo requiritur conformitas in natura, distinctio in persona, & quod

sponsa facta sit sponsa de non sponsa: & quia inter Christum & essentiam hominum beatorum est conformitas in natura, & distinctio in persona, & de non sponsa facta est sponsa, ideo in matrimonio spirituali maxime habet rationem sponse, dicente Apostolo ad Ephe. 5. ꝙ Christus dilexit Ecclesiam,& semetipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundās eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, cū ergo dos assignetur ratione matrimonii: visio fruitio securitas ꝑfectio in animabus beatis habent rationē dotis magis propriç quàm in alijs sanctis, in angelis enim sanctis non est naturæ cōformitas ad Christum, vt tangebatur in arguendo, & ideo Ecclesia ipsorum non ita propriç habet rationem sponse sicut Ecclesia hominum: humana etiam natura Christi non est conformis diuinç naturç in natura, neq; distincta ab ea in persona: quia in Christo non est persona, nisi persona verbi,& præterea nunquā fuit nō sponsa,& ideo minime propriæ ea quæ dotes dicuntur in Christo habent rationē dotis, quā uis illa quæ dicuntur dotes excellentissime sint in Christo secundum id quod sunt.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quāuis dos assignetur sponso a patre sponse, tamen proprietas remanet pçnes sponsam, quāuis vsus debeatur sponso: vnde soluto matrimonio carnali dos remanet spōse: sic & dotes beatorum sunt ad sponsi gloriam & propriam perfectionem beatorum.

Vel pōt dici ꝙ ibi accipitur dos pro eo qđ datur sponse ex parte sponsi, secundum quem modū loquitur sacra scriptura de dote Gene. *Gen. 30. 3. reg. 9.* 34. vbi habetur, ꝙ dixit Sichem Iacob filiis ei⁹. Augete dotē & munera postulate, & Exo. 22. vbi dicitur, ꝙ si seduxerit quis virginem dormieritq; cū ea dotabit eam & habebit eā vxorem.

Ad secūdū. Ad secundum dicendū, ꝙ dos antiquitus solebat assignari, quādo spōsa traducitur in domū sponsi, vt præsentē habeat sponsum: & qꝛ quādiu sumus in hac vita peregrinamur a Domino secundū Apostolum secunde ad corin. 5. ideo donis quæ sanctis in hac vita conferūtur: non conuenit propriæ ratio dotis.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ Christus eo modo quo habet dotes recipit eas, inquantū homo, inquantum autē Deus effectiue confert dotes sanctis quamuis inquantum homo eas nobis meruerit.

Ad quartum. Ad quartum patet solutio ex dictis in quæstione.

Ad aliā partem. Argumenta ad partem aliam procedūt de dotibus secundum id quod sunt,& de ratione dotis large dicta.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc quæruntur 8.

Primo vtrum in corporibus beatorum erūt dotes, in quo explicabitur quot & quæ erunt, & quç origo earum.

Secundo vtrum dos impassibilitatis erit çqualis in corporibus omnium beatorum,

Tertio vtrum omnes sensus erūt in actibus suis.

Quarto vtrū corpora beatorum erunt clara.

Quinto vtrum corpora gloriosa erunt subtiliora elementis.

Sexto vtrum per suam subtilitatem possit corpus gloriosum simul esse cum non glorioso.

Septimo vtrum corpora beatorum erunt agilia.

Octauo vtrum ratione illius agilitatis anima poterit ea mouere in istanti,

QVAESTIO I.

Quòd in corporibus beatorum non erunt dotes.



OSTENDO quia dotes ordinantur ad hoc, vt sponsa sit digna præsentia sponsi, sed homo non erit dignus prçsentia sponsi nisi propter dispositionem animæ: ergo beati non habebunt dotes nisi in anima. *Arg. 1. S. Bon. q. 1. ar. 3. S. Tho. vbi sup ar 5 q. stiūcula. 2.*

Item si essent ibi dotes originarentur ab animæ beatitudine, sed sensus propinquiores sunt animæ quàm corpus: ergo magis essent dotes in sensibus corporis quàm in corpore; cum ergo non ponatur quòd in sensibus corporis sint dotes future, multo minus erunt in corpore. *Secundo.*

Item dotes essent in corporibus superflue nisi ordinarentur ad animæ operationem, cū corpus sit propter animam, sed dispositionis corporis tunc non poterunt coadiuuare ad animæ operationem maximç ad illas, quibus Deo coniungitur: qꝛ non illas exercebit per organum corporale: cum ergo in corporibus beatorum nihil sit superfluum futurum, in eis dotes non erunt. *Tertio.*

CONTRA Sapient. 3. fulgebunt iusti, & tāquam scintille in arundineto discurrent: in fulgore signatur claritas, in igne impassibilitas qui est elementum maxime actiuum, & secundum Augustin. super Gen. lib. tertio nō multum post principium frigescere non potest in subtilitate scintille subtillitas, in discursu eius agilitas ergo in corporibus beatorum erunt dotes quatuor scilicet claritas, impassibilitas, subtillitas, agilitas. *In oppositum.*

Item Anselm. in lib. de similitudinibus inter principium & medium dicit, quòd partes beatitudinis sunt pulchritudo, agilitas fortitudo, libertas, sanitas, voluntas, longeuitas ergo septem sunt corporis dotes. *Tertio. Cap. 50.*

CONCLVSIO.

Impassibilitas, claritas, subtilitas & agilitas hę quatuor sunt corporum beatorum dispositiones quæ ideo dotes dicuntur quia his corpora perfectius sub duntur vniuntur & obediunt animabus suis: quæ originantur a Deo mediante beatitudine in ipsa corpora redundante, animarum eas supernaturaliter de corporum potestate obedientiali educentium.

Respon. Quia oēs transferentes secundū aliquā simi litudinem trāsferunt 6. to c. 2 Ie circo dat similitudinē vnde trāsla tum sit hoc nomen dot ad beatos.

RESPONDEO ꝙ in corporibus beatorum erunt dotes: sicut enim dispositiones animæ beatę per quas Deo perfecte coniungitur, & ei obedit, perfecte dotes dicuntur propter rationes dictas in quæstione præcedenti: sic dispositiones corporum beatorum, per quas perfectius suis animabus coniungentur, & eis perfecte obedient dotes dicūtur, & erunt quatuor. s. impassibilitas, claritas: subtilitas, agilitas, corpus. n. ab anima perficitur & mouetur, & ideo erunt dispositiones in corpore ꝑ quas coniungetur ei perfectius sicut formæ, & dispositio per quā ei perfecte obediet vt motori, anima aūt inquātum est corporis forma ipsū primo actu vitæ viuificat: quia per ipsum corpus habet esse viuum & actum sentiendi ei cōmunicat: inquantum autē est corporis motor conceptus suos interiores per corpus sensibiliter manifestat, & ipsum localiter mouet: propter primum dabitur corpori impassibilitas per quā vnio eius cū anima indissolubilis permanebit: propter secundum dabitur corpori subtilitas: quanto. n. corpora sunt cōplexionis subtilioris & tēperatioris: tanto actus sensuum sunt viuaciores: propter tertium erit in corpore claritas. vnde Greg. li. 18. mora. inter mediū & finē, exponens illud Iob. 28. Non adequabitur ei aurum vel vitrum: dicit ꝙ beatorum ciuiū corda sibi inuicē claritate fulgēt & puritate transflucent; & parū post ibi. Vniuscuiusq; mētē ab alterius oculis mēbrorū corpulētia nō abscondet, sed patebit animus corporalibus oculis: ipsa etiā corporis harmonia sic vnusquisq; tunc erit cōspicabilis alteri sicut nunc esse non pōt conspicabilis sibi: propter quartū erit ī corpore agilitas. vnde Aug. 22. de ciui. ca. 11. dicit ꝙ Deus a corporibus beatis auferet graue pondus: & infra 30. c. dicit ꝙ vbi volet spiritus ibi erit protinus corpus. Hæ quatuor dotes ex verbis Apost. Cor. 15. possunt accipi, vt dicit de corpore: seminat in corruptione, surget in corruptione; seminat in ignobilitate surget in gloria; seminatur in infirmitate surget in virtutę: seminatur corpus aīale, surget corp⁹ spirituale: ita vt surgere in incorruptionę referatur ad impassibilitatē: surgere in gloria ad claritatē, surgere ī virtutē ad subtilitatē: surgere spūale ad agilitatē. vnde gl. super illud. Surget corp⁹ spūale. dicit ꝙ erit agile per dotes āt ꝑdictas erit corpus ꝑfecte obediens aīę mō suo. vt aīa ꝑ suas dotes perfecte obediēs Deo. Vñ Aug. 19. de ciuit. c. 27. imperabit Deus aīo: animus corpori

Vnde sumpte sint quatuor dotes corporis in sacra pagine.

tāquam obediēti: ibi erit suauitas & facilitas quanta regnādi viuēdiq; felicitas. ¶ Erit aūt ꝑdictarū dotiū origo a Deo ꝑ creationē: vt quidā nō improbabiliter dicunt. vnde ꝑ tāto dicit ꝙ ꝑdicte dotes erunt in corpore a beatitudine aīæ ꝑ quādā redundantiā: qa Deus illas creabit in corporibus beatorū ꝑp meritū animarū: qa in via & sibi & corporibus suis gloriā meruerunt. ¶ Vnde pōt dici ꝓbabiliter ꝙ origo illarū dotiū erit a Deo: non tamen ꝑ creationē, sed mediante beatitudine aīæ: quia sicut dicit Aug. in epist. ad Diosc. ante mediū Tā potentē fecit Deus aīam vt ex plenissima beatitudine q̄ ī fine tēporū sanctis promittit redundet in inferiorē naturā q̄ est corpus, nō beatitudo quæ fruentis & intelligētis est propria, sed plenitudo sanitatis & incorruptionis vigor. Nec erit ista redundātia ꝑ modum multiplicationis beatitudinis animæ quæ in corpus recepta distinguatur in ꝑdictas quatuor qualitates corporales: hoc. n. dicere ē irrationabile, sed anima virtute beatitudinis suę & cooperāte sua naturali virtute de potētia corporis ꝑdictas qualitates ęducet in actū: non. n. in potētia corporis est illud tātū ꝙ de ipso pōt fieri naturaliter, sed ēt ꝙ de ipso pōt fieri supernaturaliter creata virtute, secūdum quē modū sunt ibi in potētia dotes: & ēt illud ꝙ de seipso fieri potest per virtutē increatam immediate. vnde Aug. lib. 9. super Gen. versus finē: vt lignum de terra excisum aridū perpolitū sine radice vlla, sine terra & aqua repente floreat & fructū gignat, vt per iuuentā sterilis fęmina in senectute pariat, vt asina loquatur, & siquidē eiusmodi ē dedit De⁹ naturis quas creauit, vt ex eis hoc fieri posset, neq;. n. ex eis ille faceret q̄d ex eis fieri nō posse ipse perficeret, sed talis potētia in corpore est pura possibilitas obedientię, quāuis autē quelibet dos ex tota beatitudine animæ originetur, tamē ꝑ appropriationē pōt attribui ꝑfectioni securitatis origo impassibilitatis: perfectioni visionis origo claritatis: ꝑfectioni delectationis origo subtilitatis: hic amor. n. maxime ē penetratiuus, & subtilitatis ē penetrare, vt pōt trahi ex sentētia philos. 2. de gene. ꝑfectioni potētię motiuę: qa remanet in aīa separata: qa aliter non posset se de loco ad locum mouere, attribui potest origo agilitatis.

Origo dotiū

Quē nā sensum habeat auctoritas Aug recurre ad sect. di præsenti q. 13. vbi huius non nulla limātur.

Tex Co. 10.

Ex dictis patet solutio ad illam quæstionē vtrum dotes beatorum corporum erūt a Deo immediate tantum per creationem.

Correlariū.

AD PRIMVM in oppositum dicendū, ꝙ quamuis sponsa non sit digna præsentia sponsi dignitate essentiali, nisi propter beatitudinem animæ directe & per se, tamen quadam dignitate accidentali dignior efficitur præsentia sponsi propter gloriā corporis, inquantum per hoc non impeditur anima, sed promouetur in actu suæ beatitudinis essētialis, vt patet ex superius dictis in illa quęstione, vtrū

Ad primū.

electorum beatitudo erit maior post iudiciũ quam ante.

Ad secundũ. Ad secundũ dicendum, ꝙ sicut dicit Aug. 12. lib. de trinit. ca. 1. quicquid habemus in animo cõmune cum corpore pertinet ad hominem exteriorem: & ideo quia actum sentiẽdi habemus aliquo modo cõmunem cum pecore, in dotatione corporis dotatio sensuum comprehenditur.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendum, ꝙ dotes corporis inquantum per ea s erit perfectior vnio corporis ad animam, & corpus obedientius animæ cooperabuntur ex consequenti ad hoc, vt perfectiores sint actus quibus animi Deo coniũgitur, inquantum propter prędicta anima perfectius habebit esse, ad quod sequitur eam habituram perfectiorem operationem. vt declaratum est superius in hac dist. in illa quæstione: vtrum electorũ beatitudo erit maior post iudicium quam ante, propter etiam dotes prędictas redditur corpus tale: vt in nullo aggrauet animam, quamuis eam aggrauet, dum est corruptibile, inquantum etiam per dotes prædictas magis vigebunt in actibus suis potentiæ sensitiuæ, coadiuuabunt ad illam operationem intellectus qua intelliget quiditates rerũ sensibilium in fantasmate, quas quiditates triplici modo intelliget. s. in verbo, & in proprio genere sine fantasmate, & cum fantasmate, si placuerit voluntati, cum modus intelligendi cum fantasmate sit homini naturalis.

Ad aliã partem. Ad secundum argumentum ad partem aliã dicendum: ꝙ pulchritudo reducitur ad claritatem: libertas ad agilitatẽ, fortitudo ad subtilitatem sanitas voluptas longeuitas ad impassibilitatem.

QVAESTIO II.

Vtrum dos impassibilitatis erit æqualis in corporibus omnium beatorum.

Arg. 1. S. Bon. q. 2. Cap 9. ET VIDETVR ꝙ sic: secundũ Philosophum. 3. topi. albius ẽ quod nigro est impermixtius: ergo nõ est impassibilius nisi quod est impassibilitati impermixtius, sed nullius corporis glorificati impassibilitas est passibilitati permixta: ergo impassibilitas in omnibus erit æqualis.

Secundo. Item priuationes non recipiunt magis, & minus: quia priuatio est ablatio totius habitus, sed impassibilitas est priuatio passibilitatis: ergo vnum corpus glorificatum nõ erit alio impassibilius.

Tertio. Item Apostolus. 1. Corin. 15. electos in resurrectione comparat stellis, sed impassibilitas æqualiter est in omnibus stellis: ergo ęqualiter erit in omnibus corporibus beatis.

In oppositum. CONTRA impassibilitas quæ non excludit necessitatẽ corruptibilitatis recipit magis & minus, sed talis erit impassibilitas corporũ beatorũ: corpus. n. gloriosum palpabile est: vnde vt habetur Luc. vlt. Dominus post resurrectionẽ suã, dixit discipulis suis: palpate & videte &c. sed sicut dicit Greg. in quadam homelia super illud Ioan. 20. cum esset sero die illa. Corrumpi necesse est: quod palpatur: ergo corpora beatorum non erunt ęqualiter impassibilia: nec in eis vera impassibilitas erit vt videtur. *Homelia dominicæ ĩ albis.*

Secundo. Item priuatio quæ non tollit totum habitum recipere potest magis & minus, sed impassibilitas corporum beatorum, non tollet totam eorum possibilitatem: quia nihil tollet pertinens ad hominis quiditatem, ad quã pertinet esse mortale, cum in eius diffinitione ponatur: ergo impassibilitas in corporibus beatorum erit secundum maius & minus. *A Porphy. ca de differentia.*

Tertio. Item claritas non erit dos ęqualiter in corporibus omnium beatorum. Vnde Apostolus 1. Corin. 15. stella a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum: ergo a simili nec dos impossibilitatis.

CONCLVSIO.

Impassibilitas ut est qualitas in corpore beato nõ ẽ æqualis in omnibus sed differt secũdum differentiã meritorum, secus vero vt est excludens & prohibẽs omnem passibilitatem ab ipso corpore.

Responsio. impassibilitatis dos secundũ Scot. vbi sup non est qualitas sed diuina assistetia p̃seruans vel ius praeseruandi datũ beato ex meritis. RESPONDEO, in impassibilitate est cõsiderare & illud quod ponit, & illud quod excludit, quãuis. n. significetur negatiuo mõ, tamen res per eã significata nõ est priuatio, sed habitus: est. n. qualitas in corpore ex redũdãtia beatitudinis animæ causata corpus prohibens ab omni passione suę perfectioni contraria. vnde propriæ loquendo res significata p eam aliquo modo cõparari videtur ad rem significatam per passibilitatem, sicut habitudo ad priuationẽ large dictã: passibilitas. n. importare videtur defectum virtutis, qua virtute posset prohiberi corpus ab omni passione suæ perfectioni contraria. Dico ergo ꝙ quantum ad exclusionem passibilitatis impassibilitas erit æqualiter in corporibus omniũ beatorum: quia in quolibet excludet passibilitatem perfectioni contrariam, quantum autem ad illud quod ponit impassibilitas, dico ꝙ nõ erit æqualis in corporibus omnium beatorũ, sed different secundum differẽtiam meritorũ, & secundum differẽtiã beatitudinis animarũ, tamen erit æqualis in omnibus partibus eiusdẽ corporis: quia si esset inęqualis in partibus eiusdẽ corporis: ex hoc non redderetur perfectior, sed imperfectior impassibilitas totius.

Ad primũ. De varijs opi. causæ intensionis & remissionis 1. di Sc. Tex co. 19. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non tantum intenditur per minorẽ sui permixtionẽ cũ contrario, sed & per accessum ad terminũ, sicut patet in charitate quę inęqualis est in beatis, & tamen in nullo beato est pmixta cupiditati. vñ cũ Philos. dicit formã recipe magis, & minus p maiorẽ vel minorẽ impermixtionem cum suo contrario, extendit contrarietatem ad illam habitudinem quæ est inter rẽ minus perfectã, & magis perfectã secũdũ quẽ modum videtur eã accipere 5. phy. cũ dicit

dicit de alteratione ꝙ in minus cum sit in cõtrarium dicetur mutare, in magis autem tanquam ex contrario in ipsum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd impaſsibilitas & si significet per modum priuationis, tamen res significata est habitus, econtrario autem est res in paſsibilitate: significat.n. per modum habitus, & res significata aliquo modo videtur priuationis rationẽ habere, quia res est paſsibilis inquantum est in potentia, & sicut dicit Auicen. 4. metaphysic. c. 2. potentia est imperfectio, & effectus est perfectio, & bonum in omni re non est nisi ipsum esse in effectu ibi accipiens effectum pro actu creato, & loquens de bonitate creaturæ.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis paſsibilitatis exclusio sit in omnibus stellis ęqualiter loquendo de paſsibilitate perfectioni contraria, perfectio tamen contraria qua significatur nomine impaſsibilitatis non est æqualiter in eis.

Ad primũ alterius partis Secũdũ pr mas. dicit pp cælũ vide Sco. Ad Primvm ad partẽ secundam dicendum, ꝙ illud verbũ Greg. corrumpi necesse est quod palpatur, intelligẽdũ est de eo quod palpatur relicto naturalibus suis & de palpabilitate quæ est secundum primas qualitates actiuas, & paſsiuas, aut per qualitates causatas ab eis.

Ad secundũ c. 12. Ad secundum dicendum, ꝙ mortale nõ significat aliquid pertinens ad hominis quiditatem. vnde Philos. 4. topi. Si quis concedat ex mortali aliquem fieri immortalem, nullus dicit aliam vitam eum sumere, sed casum aliquem vel paſsionem huic eidem aggregari, ponitur ergo mortale in diffinitione hominis non vt essentialis doctrina, sed ad circũloquendum essentialem doctrinam.

Nedum secundum fidem verum & secundũ rõnẽ naturalẽ errauit Porphy ter. ratione secũdum Frãc. de May pas su 24. vniuersalium. Vel potest dici ꝙ ibi non debet poni nisi secundum opinionem Porphyrij qui æstimauit Angelos esse animalia rationalia per naturã immortalia, & mortalitatem pertinere ad hominis naturam, ita vt non posset fieri immortalis remanens homo, in quibus Porphyrius turpiter errauit.

QVAESTIO. III.

Vtrum omnes sensus erunt in actibus suis.

Tex Co. 14. 15. & 16. arg 1. S. Bon. q. 1. dist. 2. a. 4.



ET VIDETVR ꝙ non: quia corpora beatorũ erũt impaſsibilia, sed secundum Philos. in lib. de plantis: sensus est paſsio sentientis: ergo in beatis nullus sensus erit in suo actu.

Item secundo de anima, dicit de vegetatiua ꝙ maxime cõmunis animę potentia est, secundum quam viuere est in omnibus viuentibus, sed in beatis non erit in actu suo aliqua potentia aïę vegetatiuę: quia nõ nutriẽtur, nec augebuntur, nec generabũtur: ergo nec in eis erit actus alicuius potentiæ animę sensitiuæ.

Tertio. Itẽ immutatio naturalis p̄cedit ordine naturæ immutationẽ animalem: q͂a esse naturale ordinẽ naturę pręcedit esse intẽtionale, sed in corporibus beatorũ non erit mutatio naturalis: quia illa nõ põt esse cũ impaſsibilitate: ergo nec immutatio animalis.

Quarto. Itẽ secundũ Auicen. 6. lib. naturaliũ parte quinta c. 7. potẽtiarũ animæ vna retrahit aliã a sua operatione: ergo si in beatis sensus essẽt in actibus suis, intellectus & volũtas in eis traherentur a sua operatione, quod falsum est.

Quinto. Itẽ sensus gustus deseruit virtuti nutritiuæ sed virtus nutritiua nõ erit in eis in suo actu: ergo nec sensus gustus.

Sexto. Itẽ odor apprehenditur cũ quadã fumali euaporatione quę a corpore odorifero resoluitur, sed tũ in nulla corporali creatura erit talis resolutio: quia nõ põt stare cum impaſsibilitate: ergo in beatis odoratus nõ erit in actu.

Secundo de aïa. t. c 95. & inde & de sensũ & sensa c 3. Itẽ vox generatur siue sonus quicũq; in aliqua natura paſsibili, & cũ quodã tremore medij ad auditũ ptingit secũdũ sentẽtiã phy. 2. de anima, sed cęlu empyreũ q̇ est locus beatorũ, nõ est paſsibile nec mobile: ergo in ipso null' poterit generari sonus: ergo non erit auditus in actu. ¶ Itẽ illud quod est in actu lucidum nõ est receptiuũ speciei visibilis: vñ speculum directe positũ sub radio solis nõ representat spẽm corporis oppositi, sed pupilla in oculis beatorum erit lucida: ergo non poterit recipere speciem visibilẽ: ergo visus in beatis non erit in suo actu. *Septimo. Octauo.*

Nono. Itẽ sensus tactus propter suã materialitatẽ nõ immutatur, nisi cum quadã trãsmutatione materiali, sed in beatis nulla erit transmutatio talis: quia nõ posset stare cũ impaſsibilitate: ergo ĩ beatis sensus tact' nõ erit ĩ suo actu.

In oppositum. Contra Apoc. c. 5. videbit eum omnis oculus, sed qua rõne sensus visus in beatis erit in suo actu, eadẽ ratione oẽs alii, vt videtur.

Itẽ natura humana erit in beatis ĩ maxima pfectione, sed pfectiores sunt sensus actibus cõiuncti q̄ nõ cõiuncti: ergo in beatis oẽs sensus erũt in actibus suis. ¶ Itẽ sensus propinquores sunt animæ q̄ corpus, sed corpus pp beatitudinẽ animæ p̄miabitur. ergo sensus p̄miabit aliqua delectatione, sed delectatio non potest esse in sensu actu: ergo in beatis quilibet sensus erit in suo actu.

CONCLVSIO.

Oẽs sensus erũt in suo actu de sua secũdaria professione, nõ quidẽ materiali sed animali immutatione.

Respon. Respondeo ꝙ in beatis quilibet sensus erit in suo actu. Ad cuius intelligentiã sciẽdum ꝙ duplex est immutatio sensus. Quædam q̄ concomitatur materialis organi trãsmutatio. Quædã q̄ talis trãsmutatio non concomitatur, sed patiatur sensus tantum paſsione animali. In prima immutatione sensus ita recipit formã sensibilem, ꝙ vere denominatur ab ea, vt cum homo calidus ita sentit calorem quòd instrumentum sensus est calidum. In secunda mutatione ita recipit similitudinem formæ sensibilis quòd non denominantur ab

ea

ea: sicut patet in visum.n.videndo album non efficitur albus: albedo.n.vniuoce non prædicatur de albedine quæ est in pariete, & de eius similitudine quæ est in oculo: prima immutatio non potest esse sine materiali transmutatione quæ stare non posset cum impassibilitate beatorum, sed secunda immutatio non requirit de necessitate nisi quãdam immutationẽ seu passionẽ aĩalẽ: sine hac ãt esse non põt: quia sensus est quędã passio aĩalis. Loquẽdo de actu sentiendi mõ secundo intelligo ꝙ in beatis q.libet sensus erit in actu: q̃a passio talis sensus ẽ eius secũdaria ꝑfectio. Sed vtrũ hoc futurũ sit ꝑ effluxũ a superioribus viribus in sensus, aut ꝑ susceptionẽ a reb⁹ extra aĩam dubiũ est quo ad aliquos sensus, maxime quo ad odoratũ & gustũ, credo tñ ꝙ hoc erit nõ tãtũmodo ꝑ aliquẽ influxũ ab interiori vt forte a beatitudine aĩę, sed ẽt ꝑ susceptionẽ a rebus quæ sunt extra animam, vt patebit singilatim in solutione argumentorum.

Ad primũ. Tex co. 75. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ beati non erunt impassibiles passione animali: quia talis passio est quædam patientis perfectio secundũ Philos. secundo de anima.

Ad secũdũ. Ad secundũ dicendũ, ꝙ nõ est simile de actibus potẽtiarũ vegetatiuę & potẽtiarum sensitiue, q̃a primi actus includunt mutationẽ naturalẽ & trãsmutationẽ materialẽ in eo ĩ quo sunt, sed talis trãsmutatio in beatis esse nõ poterit, actus ãt sensuum talẽ trãsmutationẽ non requirunt: quia sicut dicit Philos. 2. de anima. Oportet ꝑ oĩ sensu accipere vniuersaliter: qm̃ ẽ susceptiuus specierũ sensibiliũ sine materia.

Ad tertiũ. Ad tertiũ dicendum, ꝙ quędã a sensibilib⁹ nata sunt immutari immutatione naturali, & nõ animali, vt corpora corruptibilia ĩ animata: quędã nata sunt immutari ab aliquo obiecto immutatione animali & nõ naturali, sicut visus immutatur ab albedine. vidẽdo.n.nõ efficitur albus: quędã nata sunt immutari vtroque mõ, sicut tactus in hac vita corruptibili vtroq; modo potest immutari a calido, beati ãt immutari non poterunt a sensibus nisi immutatione animali. Cũ ergo dicitur ꝙ immutatio naturalis ordine naturali præcedit immutationem animalẽ. Dicendum hoc nõ esse verum nisi in re quę vtroq; mõ põt immutari.

Ad quartum. Ad quartum dicendũ, ꝙ actus vnius potentiæ nõ retrahit animam a sua operatione, nisi quãdo actus vnius nõ est modo debito ordinatus ad actus alterius, vel quando vnus non est regula alterius: actus ãt sensuum in beatis regulabunt ꝑ actionem intellectus, & secundũ imperiũ voluntatis ordinabũtur ad cognitionẽ intellectus qua contẽplabitur diuinã essentiã in effectibus suis. Præterea, perfecto gloriæ prohibebit ne operatio vnius potentię impediat alterius operationem quod non potest facere natura in hoc corruptibili statu.

Ad quintũ. Ad quintum dicẽdum, ꝙ gustus nõ erit ibi in aliquo actu deseruiẽte nutritiue, sed tantũ modo inquantum est apprehẽsiuus saporum, & hoc potest separari ab alio: quia erit immutatio animalis sine mutatione naturali & materiali.

Sed a quo sic immutetur gustus, cum certũ sit ꝙ beati nõ gustabunt aliquid corporaliter saporosum, dubiũ est, & dicunt quidam quòd illa immutatio in gustu ex vi beatitudinis, sed quia vt aliis videtur hoc modo beatus nõ saperet, sed videretur sibi saporẽ apprehẽdere, sicut hõ cuius visus immutatũ ab interiori non videt, sed apparet sibi quòd videat, ideo dicũt quòd erit quædam humiditas in lingua beatorum habens illum saporem qui maxime cõpetit perfectioni sensus illius q̃ in lingua beati seruabitur incorruptibilis in perpetuum. S. Th. dist. 44. hui⁹. q. 2. a. 1. q. 3.

Sed quia isti nõ dicunt per quẽ modũ causetur illa humiditas, nõ adhuc satisfaciũt. Vnde mihi videtur dicendum, quòd hæc humiditas aut fiet a Deo in lingua per creationem, aut causabitur in ea ex vi beatitudinis animę, nec ex hoc sequeretur quòd gustus non saperet, sed tantum sibi videretur sapere: quia ex vi beatitudinis animę nõ cãbitur in lingua similitudo humiditatis tantum, sed vera humiditas, in qua erit non similitudo saporis, sed verus sapor. Cum ãt in somnis apparet homini ꝙ videat, & tamen non videt, non obiicitur illi virtuti verus color, sed similitudo coloris.

Ad sextum. Ad sextum dicendũ: ꝙ fumalis euaporatio non est per se necessaria ad hoc vt similitudo odoris pertingat vsq; ad olfatum, quod patet: quia sicut refert Themistius secũda de anima. quædam sunt animalia quæ a longe currũt ad alimentum, per hoc ꝙ ab odoratione mouentur: vnde vultures ex odore percepto ad loca tam remota currunt ad cadauera, quòd non esset possibile quòd euaporatio facta ab illis cadaueribus pertingere ad locatam remota, sed ꝙ cum multiplicatione odoris fiat euaporatio aliqua a corpore odorifero hoc prouenit ex hoc: quia corpora odorifera sunt nimia humiditate aspersa, sed ĩ corporibus gloriosis erit odor in sua vltima perfectione, nullo modo per aliquam superfluam humiditatẽ dispersus: & ideo ab eis mulplicabitur odor ad olfatum sine aliqua euaporatione. Supra. Tex c. 92.

Ad septimum. Psal. 149. Ad septimum dicendum, quòd in pãria erit sonus: quia ibi erit laus vocalis, vt dicit glos. super illud psal. Exultationes Dei in gutture eorum, & immutabit auditum non facta aliqua mutatione naturali & materiali in auditu in medio, & generabitur in ipso medio absq; materiali possibilitate vel in aere in loco formationis vocis reseruato qui ibi incorruptibiliter permanebit.

Vel potest dici ꝙ partes cęli empyrei diuidi possunt a seinuicem, & iterum vniri, sicut videmus in partibus aeris, potest etiam secundum Quia oĩa hæc viditur somnia, ideirco teneo

cũ s Bon di præsenti par te 2. a. 2 q. 1 quòd sẽtũ duo sensus ibi erunt in actu sed vi sus & tactus quæ Sco. q 13 huius di: soluendo secundum principale declinat ꝑ-sertim de sẽ sibus verti entibus ad nutritionẽ.

dum partes sui moueri motu tremoris & pati illa passione q̃ necessaria est ad formationẽ vocis & inspirationem & respirationem: cum enim hic motus sit vitalis dicunt quidã quòd erit in beatis. vnde ita se habebit illud corpus ad corpora glorificata, sicut aer ad corpora corruptibilia, & cęlum aqueum ad eos se habebit aliquo modo, sicut ad nos se habet terra quo ad hoc ꝙ habebunt pedes suos super con uexitatem illius, quamuis quandocunq; placebit eis, ita se sine quacunq; difficultate eleuare poterunt, vt illud non tangant, & tamen illud corpus est incorruptibilis naturæ: sicut. n. in cęlo stellato est soliditas & firmitas, ita vt diuidi parte eius non possint abinuicẽ virtute creata, quæ tamen soliditas vel firmitas non sunt causate per 4. primas qualitates cõtrarias, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, sic qualitas per quam cœlum empyteum est penetrabile & supradicto mõ passibile non est aliqua de qualitatibus prædictis nec per aliquam illarum creata, ꝙ autẽ prædicta passibilitas incorruptibilitati illius corporis non repugnet videtur posse persuaderi ꝑ Aug. dicentem secundo super Gen. parum vltra medium, ꝙ cęlo non moto si sola sydera verterentur fieri potuisse omnia quæ in ipsis syderum versionibus animaduersa atq; deprehensa sunt, in quo sentire videtur ꝙ possibile esset stellã incedere de vna parte cęli ad aliam, quod sine diuisione partium cęli & reunione fieri naturaliter non posset, & tamen illud cœlum etiam incorruptibile est, hoc tamen de cęlo stellato nõ approbo, sed pro tãto hoc allegaui: q̃a sẽtire videtur ꝙ talis passibilitas incorruptibilitati corporis nõ repugnat.

Ad octauũ. Ad octauum dicendum, quòd maior est falsa. vnde ꝙ in speculo in quo refulget lumẽ solis non appareat species corporis contrapositi prouenit ex hoc quòd visus vincitur a reflexione luminis, ita vt non percipiat se immutari per reflexionem imaginis corporis speculo oppositi, sicut visus non immutatur lumine stellarum in præsentia luminis solis.

Ad nonum. Ad nonum dicendum, quòd transmutatio materialis accidit tactui ad hoc quòd immutetur passione animali, & ideo ĩ beatis immutabitur passione animali sine transmutatione materiali: quia est accidens separabile ab animali immutatione.

QVAESTIO. IIII.

Vtrum corpora beatorum subtiliora erunt elemẽtis.

Arg. 1. D. Bo ibidẽ ar 1 q. 1. D Th sup. d. 44. q. 2. ar. 5.

ET VIDETVR ꝙ non. In corporibus electorũ tantum erit de materia sicut mõ: quia tota eorũ materia resurget in eis, sed corpora in quibus sub æqualibus dimensionibus æqualiter de materia est, æqualiter sunt grossa vel subtilia, ergo corpora beatorum non erunt subtiliora quã modo, sed certũ est quòd mõ nõ sunt subtiliora elementis: ergo nec tunc.

Secundo. Itẽ aliæ qualitates non intendentur in corporibus gloriosis, sed magis reducentur ad mediũ: ergo a simili nec subtilitas, cum ergo mõ nõ sint subtiliora elementis, nec tunc erũt.

In oppositũ. CONTRA 1. ad Cor. 15. Seminatur corpus animale surget spirituale, sed res spiritualis subtilior est elementis: ergo corpora gloriosa erunt subtiliora elementis.

Itẽ corpora quanto sunt subtiliora tãto nobiliora, & æconuerso, sed corpora beatorum erunt nobiliora elementis: ergo erunt elemẽtis subtiliora.

CONCLVSIO.

Corpora beatorum subtiliora erunt elementis nõ quoad raritatẽ, sed quoad uirtutem penetrandi.

Respon. Tex co. 10. Quia subtilitas a virtute penetrandi dicitur. idcirco quid penetratiuũ esse trifariã sum.

RESPONDEO ꝙ subtile dicitur a virtute penetrandi secundũ ꝙ potest accipi ex verbis Phy. 2. de generatione: res autem triplici de causa est penetratiua. s. aut propter quãtis paruitatem maxime secũdũ latum & profũdũ: vnde & acus quãuis longa penetratiua est, aut propter raritatem seu materię paucitatem & sic aer penetratiuus est, aut propter actiuæ virtutis magnitudinem, & sic vinum penetratiuum est multo magis quã simplex aqua, quãtumcunq; tenuis, quapropter aqua cum modico vino bibita magis refrigerat sanũ quã si per se bibatur: quia vinũ facit eã ad loca corporis penetrare ad quæ per se penetrare non posset. Secundũ primã causam penetrandi nõ attenditur subtilitas corporũ beatorũ: quia in debita quantitate resurgent, nec ẽt secundum causam penetrandi secundã: quia materia tota quæ necessaria est ad essentiã eorũ resurget in eis. vnde quidã errauerunt dicentes quòd erunt tenuiora vel rariora aerę vel vento: vnde Greg. 14. lib. mora. versus finẽ. Nõ sicut Eutitius cõstãtinopolitanę vrbis eps̃ scripsit, corpus nostrũ in illa resurrectionis gloria erit in palpabile vẽtis aereq; subtilius. Sed secũdum tertiã cãm attendit subtilitas eorũ. pe: virtutẽ n. beatitudinis aĩę erit in beatis corporibus tãta magnitudo virtutis actiue ꝙ ꝑ eã multo efficacius poterũt penetrare q̃ ignis vel aer vel q̃ dimensiones ẽt si essent separate: vñ Ans. ma gnitudinẽ suæ virtutis actiue attẽdẽs dicit in lib. de similitudinibus inter principiũ & mediũ de quolibet beato ꝙ in tm̃ erit fortis, vt ẽt si velit terrã commouere possit: vñ Greg. vbi prius, in illa resurrectionis gloria erit ẽt corpus nr̃m subtile ꝑ effectũ spiritualis potẽtiæ, sed palpabile ꝑ virtutẽ naturæ. Dico ergo: ꝙ loquẽdo đ subtilitate secũdo mõ dicta corpora beatorũ nõ erunt subtiliora aere vel igne, sed econuerso: loquendo autem de subtilitate tertio modo dicta subtiliora erunt quocunq; elemento etiam quam dimensiones, etiam si essent separate, & hæc subtilitas erit æqualiter in omnibus partibus eiusdem corporis: æque enim perfecte & faciliter poterit vna pars corporis glorificati simul esse cum cor-

Hic Scotus. vbi q. vl. Cap. 52. Applicat.

corpore non glorificato, sicut alia, subtilitas tamen secundo modo dicta non erit æqualis in omnibus partibus corporis: quia debita corporis harmonia requirit, vt vna pars corporis sit rarior quàm alia, & aliqua densior alijs, erit tamen in partibus corporis densitas & raritas secundum illam proportionē, quam requirit perfecta humani corporis armonia.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ procedit de subtilitate secundo mō dicta.

Ad secūdū. Ad secundum dicendum, ꝙ qualitates elementorum erunt in suo esse completissimo in elementis, quamuis per illas non agent vel patientur abinuicem vt superius visum est, qualitates autem actiue & passiue in corporibus humanis erunt in illa dispositione quæ maxime conuenit corpori in optimo sui temperamento, neque tamen per eas erit in corporibus illis mutua actio vel passio, & propter illam causam quæ superius dicta est de qualitatibus elementorum, & etiam propter virtutem beatitudinis animę, qua potenter continebit corpus, & propter virtutem in corpore causatam ex animæ beatitudine prohibentem corpus ab omni passione contraria perfectioni suæ, hominibus autem beatis cōueniet magnitudo virtutis actiue, & ex consequenti conueniet eis maior subtilitas quam illa quæ est in eis maior pro statu viæ.

D Bon. vbi su. a. 5. q. 1.

Ad aliā partem. ARGVMENTA ad partem secundā procedunt de subtilitate tertio modo dicta, vnde cum dicitur ꝙ surget corpus spirituale: non est intelligendum ꝙ conuertatur in spiritum, sed hoc dictum est ad notandum subtilitatem tertio modo dictam.

QVAESTIO V.

Vtrum corpus gloriosum possit per suam subtilitatem simul esse cum non glorioso.

Arg. 1. ET VIDETVR ꝙ non Boetius primo lib. de Trin. ca. 1. dicit, ꝙ diuersis corporibus vnum locum fingere nullo modo possumus.

Secundo. Comm 76. Sco. ibidem quæst. 16. D. Th. dist. 44 q. 2. a. 6. Item Commen. super. 4. physicorum dicit, ꝙ impossibilitas essendi duo corpora simul ē ex terminis eorum mathematicis, terminos mathematicos vocans dimensiones, sed per dotem subtilitatis non remouebuntur dimensiones a corporibus glorificatis: ergo ī eis remanebit impossibilitas simul essendi cū quocunque corpore alio.

Tertio. Tex. cō. 76. Item secundum Philosophum. 4. Physic. ca. de vacuo: si vacuum esset dimensiones separatę cubus non posset ibi poni: eo ꝙ vacuum non posset cedere, & plures dimensiones simul esse non possunt, sed per dotem subtilitatis non expoliabuntur corpora sanctorum dimensionibus suis: ergo in eis remanebit impossibilitas simul essendi cum quocunq; corpore alio.

Quarto. Item ratio impossibilitatis essendi duo corpora simul, est quòd corpus replet locum, sed corpus glorificatum replebit locum: quia corpus substantia replet locum per corpus, quod est quantitas, corpus autem quantitas remanebit in corporibus beatorum: quia remanebunt dimensionata secundum longum latum, & profundum: ergo corpus glorificatum non poterit simul esse cum corpore alio.

Quinto. Item impossibilitas essendi duo corpora simul nō est ratione materiæ: quia partes materię sese penetrare possunt, vt patet cum ex multo aere fit pauca aqua: tunc.n. tota materia quæ prius erat sub magna quantitate efficitur sub parua, nec etiam ratione substantialis formæ: quia partes formæ possunt se adinuicem penetrare, vt patet cum corpus rarum absq; corruptione alicuius partis suæ substantię densatur, nec etiam ratione substantiæ cōpositæ ex materia & forma: quia cum corpus densatum est tota substātia quæ prius erat sub dimensionibus magnis efficitur sub paruis, quod esse non posset nisi partes ipsius substantiæ penetrarent se adinuicē, nec ratione grossiciei, aut duriciei: quia aqua & aer quæ non sunt dura corpora, neq; grossa non posunt simul esse, vt patet cum vas orę verso immergitur aquæ directæ, ita vt aer exire non possit a qua non subintrat: restat ergo ꝙ nulla est causa impossibilitatis essendi duo corpora simul nisi quantitas sed hæc remanebit in corporibus glorificatis: ergo idem ꝙ prius.

Sexto. Item corpus glorificatum per dotem subtilitatis non poterit simul esse in diuersis locis: ergo a simili nec simul esse cum alio corpore in eodem loco.

Septimo. Item ab eodem puncto ad eundem punctū non potest trahi nisi vna linea recta, sed si corpus glorificatum simul posset esse cum nō glorificato ab eodem puncto ad eundem pūctū possent trahi duę lineæ rectæ: quia lineæ determinantes superficies illorum corporum terminarentur ad eadem puncta: ergo corpus glorificatum non potest simul esse cum non glorificato.

Octauo: Sexto phys. Tex. c. 1 & inde. Item impossibile est imaginari duo puncta esse simul quin fiat vnus punctus. Similiter est de duabus lineis, & de duabus superficiebus: ergo similiter si duæ soliditates essent simul, non remanerent duæ, sed fieret vna.

Item quę sunt subtiliora magis se possunt simul compati, sed duo corpora gloriosa quę inter se sunt subtiliora quam gloriosum, & nō gloriosum non possunt simul esse in eodem loco. ergo multo fortius nec corpus gloriosum cum non glorioso.

CONTRA Damasc. lib. 4. c. 19. dicit corpus Christi per subtilitatem intrasse ad discipulos ianuis clausis.

Item corpora cælestia sunt indiuisibilia. vnde

In oppositũ. Vltimo s. vnde Iob. 37. dicitur quòd cęli velut ære solidissimi fundati sunt, sed corpora gloriosa transibunt super omnes sphęras cælestes existentes inter ignem & cęlum empyreum, ergo per suam subtilitatem simul cum illis cælestibus sphæris erunt transeundo per eas.

Item duo puncta duę lineæ, & duæ superficies possunt simul: quia puncta vltima sunt linearum, lineæ superficierum: superficies corporum, & sicut dicit Philosopus 5. physicorum. *Tex. co. 22.* Contigua sunt quorum vltima sunt simul: ergo a simili duo corpora simul esse possunt.

CONCLVSIO.

Licet non improbabili quorundam sententia corpus glorificatum possit per dotem subtilitatis simul esse cum corpore non glorificato ipsum penetrando, probabilius tamen est non posse corpus gloriosum id facere virtute dotis subtilitatis, sed ope tantum diuina, qua Deus ipse statuit adesse beato quotiescunque ipsi beato placuerit proprium corpus simul esse cum non glorificato; qua etiam virtute diuina attenta non repugnaret gloriosum corpus simul esse cum altero glorioso.

Ad q. opi. quam sequitur Durandus in 4. d. 44. AD ISTAM quęstionem dicunt aliqui quòd etiam Deus non posset facere, quòd corpus glorificatum simul esset cum non glorificato: quia videtur eis quòd vnum corpus simul esse cum alio non habet rationem possibilis quantum est ex parte sua, immo vt dicunt ipsi includit contradictionem.s. duo corpora esse vnum corpus, & remanere duo: qa si simul essent non distinguerentur: & dicunt, quòd quando Iesus intrauit ad Discipulos ianuis clausis ipse fecit suum corpus sub itamodica quantitate quòd potuit intrare per foramen valde modicum, quod & facere potest homo purus glorificatus virtutæ dotis subtilitatis: cum.n. natura possit minorare alicuius corporis quantitatem totà essentia illius corporis salua, vt patet in condensatione aeris vel aquę per hoc partes substantiæ penetrant se adinuicem, & efficiuntur plures simul: Et videtur probabile quòd corpus per dotem subtilitatis erit habile ad hoc vt anima beata ipsum informãs possit virtutæ beatitudinis absq; vlla difficultate minorare sui corporis quantitatem tota eius essentia salua remanente, faciendo partes substantiæ illius corporis penetrare se adinuicem, & plures simul esse, vel corpus suum ad tempus in talem figuram conuertere, vt possit intrare per foramen modicissimum, per quod alias per nullam virtutem posset intrare, & vt dicunt aliqui ita intrare possent per vnum porũ ipsius corporis, & quia in cęlo nullus porus ẽ, ideo dicunt, quòd quando beati post resurrectionem ascendent in cęlum empyreum transeundo alias speras cęlestes partes cœli diuidentur, aut naturaliter, si naturaliter est diuisibile, aut saltem per diuinam virtutem, & postea reunientur.

Sed hæc opinio falsa est, & ad sui defensionem plura falsa ponit. *Contra.*

Vnum est quòd corpora si simul essent non manerent distincta: hoc n. falsum est vt osten detur in eadem quæstione.

Aliud falsum est quòd anima cuiuslibet beati poterit quando sibi placuerit tantum minorare quantitatem corpori sui ipsum condensando: vel ipsum in talem figuram transmutare ꝙ poterit per foramẽ modicissimum intrare: hoc.n. falsum est: quia hoc stare non posset cum corporis impassibilitate. condensatio.n. corporis & rarefactio præsupponunt in ipso corpore quod condensatur vel rarefit passibilitatem. *Falsum est inquit Scotum quia Christus natus est de Virgine claustris integris, tũ qe se surrexit clauso sepulchro.*

Præterea, anima requirit determinatã organizationem in corpore ad hoc vt sit ipsius forma, quę si corrumperetur desineret ipsum actualiter informare: illa autem organizatio non posset manere si corpus redigeretur ad tam paruam quantitatem vel conuerteretur in talem figuram quòd posset transire per foramen quantumcunque paruum non existendo simul cum alio corpore.

Contra etiam beatitudinem corporis esset quòd etiam ad modicum tempus priuaretur seu posset priuari perfectione debitæ quantitis vel figuræ. Ex his patet quòd per dotem subtilitatis non remouetur a corpore glorioso necessitas existendi in loco sibi æquali: quia illud corpus applicatur ad locum mediante quantitate sua, & circunscribitur loco, & secundum Philosophum. 4. physicorũ, omne quod sic est in loco, est in loco sibi æquali.

Alij dicunt, ꝙ quamuis corpus glorificatũ simul esse possit cum non glorificato, hoc tamen non potest virtute dotis subtilitatis, quia per dotem subtilitatis non auferuntur dimensiones per quas corpus de necessitate requirit diuersum situm a corpore alio: impossibile enim est per aliquam creatam virtutem esse distinctionem dimensionum, nisi per diuersitatem situum: hoc tamen fieri potest per virtutem increatam, quæ potest conseruare effectum causæ secundę, & facere sine causa secunda: vnde in commento super prima propositione de causis dicitur, quãdo remouetur causa secunda a causato, non propter hoc oportet ꝙ remoueatur prima ab eo: & ideo corpus glorificatum potest esse cum non glorificato per virtutem diuinam, & aliter nullo modo. *Caute T c 28. Opin. 2 quã sequit Gotfredus quolibeto 6. q. vlt. & Doctor iste.*

Sed contra hoc aliqui arguunt, quia secundum illam opinionem, ita posset dici corpus glorificatum posse simul esse cum glorificato, & non glorificatum cum nõ glorificato, quod tamen non videtur consonum dictis sanctorum, nec conuenit doctrinæ Magistrorum. *Contra.*

Præterea, dimensiones naturales, quæ sunt ter-

termini corporum naturalium non tantum distinguuntur per situm, sed per distinctionem corporum quorum sunt termini, quamuis dimensiones mathematicę non possint distingui, nisi per situm: vnde per existentiam corporis glorificati cum non glorificato non remouetur causa proxima distinctionis dimensionum, quia corpora manent distincta per suas essentias, & maxime per formas, & per earum distinctionem manent distinctæ dimensiones eorum.

Quòd mathematica non posse distingui, nisi probat scot. q. vlt. huius dist.

Opi: 3 quã impugnat Scot.

Ideo videtur alijs dicendum, ꝙ quamuis vnum corpus glorificatum non possit per dotem simul esse cum alio corpore glorificato, potest tamen simul esse cum non glorificato, quia impossibilitas essendi simul duo corpora non est ratione materiæ, nec ratione formę, nec ratione dimensionum tantum, sed ratione dimensionum, & debilitatis virtutis actiuæ in vtroque: propter primum non possunt duo corpora nõ glorificata simul esse naturali virtute, nec etiam vnum corpus non glorificatum posset esse cum alijs dimensionibus separatis si essent, propter secundum non possent duo corpora glorificata simul esse: quia sicut corpus per virtutem naturalem non potest aliud sine diuisione penetrare propter debilitatem virtutis naturalis in agendo, ita corpus gloriosum non potest ab alio corpore penetrari propter suæ virtutis actiuæ magnitudinem: sicut enim penetrare est ex magnitudine virtutis actiuæ penetrando, ita posse penetrari a quocunque corpore creata virtute repugnat magnitudini illius virtutis actiuę, quę est in corpore glorificato: sed quia in corpore non glorificato est passibitas, & virtutis debilitas respectu corporis glorificati, & in corpore glorificato est magnitudo virtutis actiuæ in penetrando, ideo corpus glorificatum per subtilitatem suã potest penetrare non glorificatum sine diuisione, & ita simul esse cum eo, alias minus esset aïa libera beata suo corpori glorificato vnita quã modo, idest quam ante corporis resumptionem, cum modo possit quodcunque corpus sine eius diuisione penetrare.

Scot. vbi supra tenet, & bene, qd corpus gloriosum põt p̃ elia Dei absoluta, ita esse cum glorioso, sicut cum nõ glorioso.

Qui vult tenere hanc opinionem potest dicere ad primum in oppositũ, quòd verbum illud Boetij intelligẽdum est, aut de corporibus mathematicis, aut secundum naturalem virtutem.

Secundum tertiã opin. Ad primũ.

Et præterea videtur se super hoc fundare, quòd pluralitas secundum numerum tantum sit per accidentia, quod non est verum, immo distinctio accidentium secundum numerum tantum est per distinctionem subiectorum naturaliter loquendo.

Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum commentatoris intelligendum est per comparationem ad naturalem corporis virtutem quando non est sufficienter actiua in penetrando.

Ad secundum.

Ad tertium dicendum, quòd cubus, & si virtute naturali non posset alias dimensiones penetrare, tamẽ penetrari possent a corpore glorificato propter rationem superius dictam.

Ad tertiũ.

Ad quartum dicendum, quòd maior nõ est vera, nisi comparatiue ad virtutem corporis naturalem, quæ debilis est in penetrando.

Ad quartum.

Ad quintum dicendum, quòd procedit ab insufficienti: dimittit enim debilitatem virtutis penetratiuæ.

Ad quintũ.

Ad sextum dicendum secundum aliquos, ꝙ non est simile, quia circunscribi determinato loco debetur corpori per naturam contrarietatis suæ, quæ ab eo non tollitur per gloriã, sed per dotem subtilitatis tollitur hebetudo, per quam vnum corpus non potest naturaliter aliud penetrare sine diuisiõe corporis penetrati. Sed hæc solutio est insufficiens, quia non satisfacit intellectui, & falsum includit. s. vnum corpus nõ posse esse localiter in diuersis locis etiam per diuinam potentiam: cuius contrarium probatum est supra. e. lib. dist. 10. in solutione illius quęstionis, Vtrũ Deus posset facere corpus Christi posse esse in pluribus locis. Tenendo ergo firmiter ꝙ Deus potest facere vnũ corpus in diuersis locis simul, & duo corpora in eodem loco, & per dotẽ subtilitatis vnum corpus non posse simul fieri in diuersis locis: dico tamen ꝙ per dotem subtilitatis beatus poterit facere corpus suum simul esse cum non glorificato: maioris eñ difficultatis est vnum corpus esse in diuersis locis simul quam duo in eodem loco, & attestari videtur maiori ampliationi virtutis.

Ad sextum

Ad septimum dicendum, ꝙ duas lineas rectas trahi ab eodem puncto ad eundem punctum, ita ꝙ illa puncta sint termini intrinseci linearum est impossibile, & etiam hoc est impossibile de lineis mathematicis siue puncta terminantia intelligantur termini intrinseci linearum siue non: quia mathematicæ lineæ non possunt distingui nisi secundum situm, sed duæ lineę quæ sunt termini superficierũ naturalium possunt trahi recte ab eodem pũcto ad eundem punctum, ita ꝙ puncta sunt termini linearum extrinseci.

Ad septimum.

Ad octauum dicendum, quod procedit de punctis: lineis superficiebus, & de soliditatibus mathematicis.

Ad octauũ.

Ad nonum dicendum, ꝙ maior non est vera, nisi intelligatur ceteris paribus. hic autem non sunt cetera paria, quia quamuis duo corpora gloriosa sint inter se similiora in participatione alicuius tertii, quam gloriosum, & non gloriosum, tamen inter gloriosum, & non gloriosum est maior proportio ad hoc vt vnum penetret, & aliud penetretur, quia gloriosum est valde penetratiuum, & non gloriosum penetrabile.

Ad nonum.

Qui vult tenere secundam opinionem

quæ

Secundum secundã opinio. *Ad primũ alterius partis.* quæ mihi videtur intelligibilior potest dicere ad duo prima in oppositum, ꝙ penetratio ianuarum a corpore Christi, & etiam penetratio sphærarum cęlestium non sunt per dotem subtilitatis, nec per diuinam potentiam immediate tantũ: sed quia ex decreto diuinæ sententiæ aderit diuina potẽtia infallibiliter cuicunque beato ad hoc vt fiat corpus eius simul cũ alio corpore non glorioso, sicut beato placuerit: ideo magis dicitur corpus glorificatũ simul posse esse cum non glorificato, quã non glorificatum cum non glorificato, vel glorificatum cum glorificato, quia non sic deceret diuinam virtutem facere corpus glorificatũ simul esse cum glorificato, sicut cum non glorificato, quia decet vt eius seruetur ordo locorum; & præterea nunquam aderit necessitas, nec congruitas vt vnum transeat per aliud, quia vnum alteri nunquam se opponet.

Et sic patet solutio ad illam quæstionem, Vtrum corpus glorificatum poterit esse simul cum alio corpore glorificato.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ sophisticũ est: duæ enim lineæ non possunt esse simul per virtutem creatam nisi applicate sibi secundũ terminos latitudinis, & profunditatis secundum quos dimensione carent, quia non habẽt nec latitudinem, nec profunditatem: superficies etiam non possunt esse simul nisi applicate secũdum terminos profunditatis, quia per comparationem ad illos dimensionibus carent: in superficie enim non est profunditatis dimensio: corpora autem dimensionata sunt secundum omnes terminos, quia habent longitudinem, latitudinem, & profunditatem: & ideo ex nulla parte applicata simul esse possunt per creatam virtutem. Et hæc opinio facilior videtur ad intelligendum quam prima.

QVAESTIO VI.

Vtrum corpora beatorum erunt clara.

Arg. 1. D Bon. vbi sup art. 5. quæst. 1. Scot. ibidẽ. q 5. D. Th ibid q. 4. ar. 14. ET VIDETVR ꝙ non: Corpus clarum abscõdit illud quod est post se: vnde homo nõ videt illud quod est post flammam: sed corpora gloriosa non abscõdent illud quod erit post se, quia etiam vt habitum est superius, mentem vniuscuiusque corpulentia ab alio non abscondet: ergo corpora gloriosa non erunt clara.

Secundo. Cap. 2. Item secundum Philosophum in lib. de sensu & sensato, color est in extremitate perspicui terminati per opacum, sed secundum August. lib. 22. de ciu. Dei, cap. 19. in corporibus beatorum erit coloris suauitas: ergo ibi erit opacitas, sed opacitas repugnat claritati: ergo corpora gloriosa non erunt clara.

Tertio Itẽ corporis claritas obiecta oculis de necessitate videtur, sed discipuli post resurrectionem Christum viderunt, nec tamen refert scriptura, quòd in corpore eius aliquam claritatem viderint: ergo corpora gloriosa non sunt clara.

CONTRA, Matth. 13. Tunc fulgebunt iusti sicut Sol in regno patris eorum. *In oppositum.*

Item Apost. ad Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ.

CONCLVSIO.

Corpora beatorum erunt clara claritate, quæ vel educetur de potentia corporis per virtutem animæ beatæ, vel à Deo immediate creabitur. Huiusmodi autem claritas & lux specie differet à luce elementari, adeoque excellens erit, vt absque miraculo plene videri non poterit ab oculo non glorificato, & in potestate animæ glorificatę erit prohibere lucem corporis sui ne in visum agat.

RESPONDEO, ꝙ corpora beatorum erunt clara, sicut testantur auctoritates ad secundam partem inductæ, sed quia claritas illa causabitur a beatitudine animæ, quam inęqualiter beati participant: ideo illa corpora non erunt æqualia in claritate, quod expresse significat Apost. 1. Cor. 15. comparando beatos stellis differentibus in claritate. *Responsio.*

Et dicunt aliqui, ꝙ prædicta claritas causabitur a claritate beatitudinis animæ per eius multitudinem, cuius claritatis similitudo recepta in corpore fiet corporalis, quia quod recipitur in aliquo recipitur secundum modum recipientis: vnde fantasma cum recipitur in intellectu efficitur species intelligibilis. *De causa claritatis opin 3. de anima multis in locis.*

Sed contra hos arguitur sic, anima beata illam corporis claritatem nõ poterit facere de nihilo, quia creatura creare non potest: sed secundum prædictam opinionem sequeretur, ꝙ anima beata illam corporis claritatem de nihilo faceret eam de tota sua claritate, nec de parte eius: vnde illi secundum opinionem suam rationem reddere non possunt, de quo prædicta claritas corporis fiet.

Præterea, sicut spiritus nõ potest effici corpus, nec econuerso, sic nec similitudo spiritualis potest fieri forma corporalis, nec econuerso, quamuis de potentia formæ corporalis educi posset similitudo spiritualis: vnde illa eadem similitudo, quæ est fantasma nunquam fit species intelligibilis, nec efficitur in intellectu sicut in subiecto: accidens enim non mutat subiectum, sed de potẽtia fantasmatis educitur per virtutem intellectus agentis species intelligibilis, quę in intellectu possibili recipitur sicut in subiecto, vel vt melius dicam, educitur de potentia intellectus possibilis per virtutem intellectus agentis mediante fantasmate vt instrumentali agente, quia fantasma illam actionem agit in virtute luminis intellectus agentis. *3. de anima com. 18.*

Videtur ergo mihi dicendum, ꝙ supradicta corporis claritas causabitur a claritate animę beatitudinis, non per multiplicationem, vt dicebat opinio prædicta: sed per hoc ꝙ educitur de potentia corporis per virtutem beatitudi- *Doctor de causa claritatis.*

tudi-

tudinis: non tantum enim in potentia corporis qualitates, quæ de ipso possunt educi per virtutem naturalis agentis: sed etiã aliquæ de ipso educi non possunt nisi per virtutẽ supernaturalis agentis: ideo non obstante ꝙ claritas beatitudinis animæ sit supernaturalis, per ipsam educi potest prædicti corporis claritas de potentia eiusdem corporis. Vel vt dicunt aliqui, erit a Deo immediate tantum per creationem, & quia pulchritudo humani corporis requirit, vt quædam eius partes sint clariores, quam aliæ: ideo non erunt omnes partes corporis æqualiter claræ: erunt tamen clare secũ dum illam proportionem quam magis requiret corporis pulchritudo.

Ad primũ.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ corpus clarum non abscõdit illud quod est post se nisi ratione densitatis partium luminosarum: densitas autem repugnat perspicuitati, nec semper consequitur maior densitas maiorem duritiem: vnde quãuis in crystallo maior sit durities quam in flamma, non tamẽ est densitas tanta, nec mirum: multa enim mollia videmus densiora quibusdam duris, alia enim qualitas est densitas a duritie, & raritas a mollitie.

Ad secũdũ.

Ad secundum dicendum, ꝙ gloria non tollet naturam, sed perficiet: vnde color qui debetur corpori ex natura suarũ partium remanebit in eo, sed superaddetur claritas ex redũdantia gloriæ animæ, sicut videmus corpora colorata ex sui natura lumine solis resplẽdere.

Ad tertiũ. Scot negat, q is aꝺ͛ omnes naturales sub esse imperio voluntatis, vnde ali er dicendum est.

Ad tertium dicendum, ꝙ claritas corporis gloriosi est in eo ex merito voluntatis: & ideo eius occultatio, & manifestatio imperio volũtatis subdetur: Christus autem cum se manifestauit discipulis suis, noluit eis manifestare sui corporis claritatem: quia sicut dicit Aug. 22, de ciu. c. 19. eam non sustinuisset humanus atque infirmus aspectus quando ille a suis ita debebat attendi vt posset agnosci.

Ad aliam partem.

ARGVMENTA ad partem aliam concedenda sunt.

Sicut lux spiritualis intellectus non est eiusdem speciei cũ luce gloriæ, sed imitatio eius, ita lux solis materialis, & stellarũ non est eiusdem speciei cũ luce corporum glorificatorũ, sed imitatio eius.

Ad intellectum tamen illius verbi, Fulgebunt iusti sicut sol in regno. Sciendum, ꝙ lux elementaris, & lux corporis glorificati eiusdẽ speciei non sunt: sed lux elementaris est quasi quædã imitatio illius, sicut lux spiritualis naturalis animæ non est eiusdem speciei cũ spirituali luce gloriæ, sed est quędã imitatio illius: lux etiam solaris non est eiusdem speciei cum luce corporis glorificati, sed vna est quædam similitudo, seu imitatio alterius: lux tamẽ corporis Christi eiusdem speciei est cũ luce, quæ post resurrectionẽ erit in alijs corporibus glorificatis: differunt tamen luces corporum glorificatorũ a luce corporis Christi, & inter se secundum magis & minus, quod notat Apost. 1 Cor. 15. dicens, ꝙ alia est claritas Solis, alia est claritas Lunæ, alia claritas Stellarum: stella enim a stella differt in claritate, sicut & resurrectio mortuorum: sicut enim dicit Magister in littera, erit claritas corporum differẽs secundum differentiam gloriæ animarum, & hoc est rationabile, quia ex claritate beatitudinis animę redundabit in corpus, vt visũ est: vnde secundum proportionem qua beatitudo animæ Christi excedit beatitudinem cuiuslibet alterius animę: sic lux corporis Christi excedit lucem futuram in quocunque alio corpore glorificato: vnde in verbo Apost. supra allegato, per claritatem Solis conueniẽter potest intelligi claritas corporis Christi, & per claritatem stellarum futura claritas corporũ aliorum, nec est intelligendum, ꝙ lux cuiuscunque corporis glorificati tanta sit extensiue quanta lux Solis propter corporis solaris magnitudinem: quamuis concedamus quòd in corpore Christi maior sit intẽsiue, ita vt fortius & intensius luceat, quam luceret sol si esset ęqualis quantitatis: tamen aliqui volunt hoc concedere de luce aliorum corporũ glorificatorum, vnde dicunt, ꝙ in illo verbo, Fulgebunt iusti sicut sol, ly, sicut non est nota æqualitatis, sed similitudinis, quia lux corporum glorificatorum aliorum a corpore Christi erit quædam similitudo, seu imitatio lucis solaris, sed cum sol, & omnia corporalia sint propter electos: probabilius videtur, ꝙ lux solis sit quædam imitatio lucis illius quæ erit in corporibus glorificatis, & ꝙ quodlibet corpus glorificatum fortius lucebit, & intensius, quam luceret sol si esset ęqualis quantitatis: & quia lux videtur per hoc ꝙ agit in visum, & in potestate animę erit glorificatę prohibere lucem corporis sui ne agat in visum, sicut & quęlibet alia actio corporis in potestate eius erit: ideo si esset hic pręsens anima, quę iam corpus glorificatum resumpsit, vt anima Christi, vel anima Beatæ Virginis posset occultare pro sua voluntate lucem corporis sui ne videretur.

Vnde lux corporis Christi ad lucẽ aliorum corporũ se habebit vt lux solis ad lucem stellarum aliarum.

Quibus assentit Scot. vbi supra, licet alia ratione.

Sed vtrum si non prohiberet posset videri ab oculo nõ glorificato sine miraculo, dubiũ est, & dicũt aliqui ꝙ sic, quia sicut illud quod non est audibile non posset dici sonus, nisi pure ęquiuoce: sic claritas quę non esset visibilis nõ posset dici claritas nisi ęquiuoce: claritas autem non dicitur ęquiuoce de ista claritate quam videmus, & de claritate corporis gloriosi, quia & si claritas corporis gloriosi sit alterius generis quam ista, quantum ad causam, non tamen ad sui naturam seu speciem: vnde sicut claritas naturalis ratione suę speciei est proportionata visui: ita & claritas corporis gloriosi. Nec est dicendum, vt videtur istis, ꝙ propter sui excellentiam visum offenderet, qa sicut corpus gloriosum pati nõ potest nisi passione animali, ita & lux eius nõ aget in visum nisi passionem animalem: claritas autẽ intensa non offendit visum ratione talis actionis, sed magis delectat: excessus eñ claritatis non offen-

offendit visum, nisi inquantum agit in ipsum naturalem actionem, seu materialem, & calefaciendo & dissoluendo organum visus, & disgregando visibiles species: dato etiam quod prędicta claritas non sit eiusdem speciei cum ista claritate quam videmus, non propter hoc debet dici ab oculo non glorificato inuisibilis, quia vnitas obiecti potentiæ non est vnitas secundum speciem, sed secundum genus: nec enim eiusdem speciei sunt lux elemẽtaris, & solaris, vt in lib. 2. ostensum est: & tamen vtraque est a nobis visibilis, nec omnes odores sunt eiusdem speciei, nec omnes sapores, nec omnia quæ intelligit intellectus.

Contra. Sed cõtra prædictam opinionem sic potest argui: vt enim habitum est superius: dicit August. lib. 22. de ci. c. 19. quod claritas in Christi corpore cum resurrexit ab oculis discipulorũ potius abscondita fuisse, quam defuisse credenda est: non enim eam humanus ferret atque infirmus aspectus quando ille a suis ita debet attendi vt posset cognosci: hinc patet expresse Aug. velle quod si Christus non abscondisset claritatem corporis sui discipulis suis eam nõ potuissent intueri, nec Christum cognouisse.

Solue pro Scot. Præterea, cum discipulis suis ostendit claritatem similem futuræ immortalitatis in Trãsfiguratione, vt habetur Matth. 17. & in glossa ibidem: & eisdem etiam ostendit sui corporis subtilitatem ad eos ianuis clausis intrando, & eius agilitatem in ascendendo in cœlum, ita probabile est, quod si potuissent videre sui corporis claritatem per naturam quod eam eis ostendisset in signum dilectionis, & in argumentũ gloriosæ resurrectionis: vnde claritas quam eis ostendit in Transfiguratione longe fuit inferior ista, nec fuit dos, sed aliqualis similitudo dotis claritatis.

Et præterea ex natura lucis corporalis excellentis, & intensæ, non videtur esse quòd agere possit in visum passibilem, & corruptibilem animalem actionem sine naturali. Ratio autem adducta pro alia opinione parum valet. Bene enim concedo, quod si claritas corporis gloriosi non esset visibilis quantum est ex parte sua non esset claritas, nisi æquiuoce: vnde concedo, quod quantum est ex parte sua visibilis est: sed ex hoc nõ sequitur, quod sit visibilis in virtute sua naturaliter ab oculo debili, & infirmo, sicut videmus, quod multa sunt possibilia, quantum est ex parte sua, quæ tamen non sunt possibilia in firmæ potentiæ.

Scot tenet oppositum. Vnde mihi videtur dicendum, quod lux corporis gloriosi in sua virtute, & plenitudine videri non posset sine miraculo ab oculo non glorificato, nec ipse oculus eam absque sui obtusione eius radios in sua fortitudine & plenitudine recipere posset: sicut tamen oculus noster intueri potest lucem solis in suo fonte mediante aliqua nube illam lucem non penitus abscondente, sed reddente radios eius proportionales visui nostro: sic dico aliquo modo a simili, quòd beatus sic potest radios corporis sui contemperare, & reddere proportionales visui nostro, quòd possemus illam lucẽ videre in corpore suo, sed nõ videremus eam in sua plenitudine, nec vt refulgentem in sua perfecta virtute.

QVAESTIO VII.

Vtrum corpora beatorum erunt agilia.

ET VIDETVR quod non: Philos. 2. cę. & mun. dicit, quòd si essent in vnoquoque orbium hæsitantium stellæ multæ, esset orbis vltimus in labore, & pœna cum ipse moueret orbes qui sunt post ipsum motu diuerso, in quo patet quòd laboriosum est rem mouere contra suam inclinationem: maxime quando fortis est inclinatio: sed corpora beatorum si mouerentur ab anima mouerentur contra suam inclinationẽ fortem, quia inclinabuntur deorsum cum in corpore humano dominetur terra quantũ ad quantitatem molis: ergo in beatis non erit aliqua motus agilitas. *Arg. 1. D. Bon. vbi sup. art. 7. quæst. 1. Scot ibid. q. 14. D. Tho. vbi supra. Tex. co. 71.*

Secundo. Item secundum Philosophum, vbi prius. Res bona completa est existens bona absque operatione, sed quilibet beatus erit res bona completa: ergo non mouebunt se, sed corporum agilitas ordinatur ad motum: ergo nulla erit agilitas in corporibus eorum. *T. com. 14. & inde.*

Tertio. Item quod de se est agile non indiget aliquo deferente, sed beati rapientur in nubibus obuiam Christo in aera: 1. Thess. 4. ergo corpora beatorum non erunt agilia.

Quarto. Item locus cuiuslibet beati erit in determinata propinquitate ad Christum secundum meritorum cuiuslibet exigentiam, sed nullus beatus volet elongari a Christo: cum ergo mouendo se, aut elongarentur a Christo, aut appropinquarent ei, non mouebunt se: ergo in corporibus eorum non erit agilitas, cum agilitas ordinetur ad motum.

In oppositum. CONTRA, Sap. 3. dicitur, quòd tanquam scintillę in arundineto discurrent: discursus autem scintillarum agilis est.

In fine. Item Isa. 40. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem: assument pẽnas, sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CONCLVSIO.

Corpora beatorum propter dotem agilitatis, ita velociter ab anima moueri poterunt, sicut ipsa potest seipsam absque corpore mouere, Non tamen in instanti huiusmodi motus fieri poterit.

Responsio. RESPONDEO, quod corpora beatorum erunt agilia, quod satis innuit Apostolus, prima Corinth. 15. vbi dicit, quòd surget corpus spirituale, quia tarditas repugnat spiritualitati, & gloss. ibidem dicit, quod erit agibile: ad agilitatem enim motus tria concurrunt. s. fortitu- *Ad agilitatem mot.*

titudo virtutis motiuæ, habilitas mobilis ad motum: & istorum duorum perfecta coniunctio qui requiritur inter mobile, & motorem primum erit in beatis per gloriam animæ: secundum erit in corpore per quandam qualitatem qua erit habile moueri secundum voluntatem animæ in nullo penitus resistens, quæ qualitatis dos agilitatis dicitur; tertium erit per ista duo simul: per illa enim duo erit perfecta coniunctio inter corpus & animam, quæ requiritur inter mobile & motorem, sicut per impassibilitatem perfectæ vnietur animæ, vt formæ danti complementum primi esse:& ideo ita anima velociter poterit corpus suũ mouere, sicut potest seipsam sine corpore, quod satis innuit August.lib.22.de ciuit.c.3.dicens: Vbi volet spiritus ibi erit protinus corpus. Nec ex hoc vult dicere, ꝙ in instãti ipsum moueat, quia nec seipsam sine corpore posset mouere de loco ad locum in instãti, quod satis patet per hoc quod probatum est de angelo. lib. 1. dist. 37. in illa quęstione, Vtrum angelus possit pertransire in instãti medium inter duo loca:& credo quòd omnes partes eiusdem corporis ęqualiter erunt agiles, quia minor agilitas in vna parte quam in alia redderet minus perfectam agilitatem totius.

Ad primũ. Ad primvm in oppositum dicendum, ꝙ anima ad quamcũque partem moueat corpus suum non mouebit ipsum contra suam inclinationem: quia sicut dicit August. lib. 22. de ciu. cap. 11. Omnipotens qui omnia creauit elementa, terreno corpori graue pondus auferet, vt in eodem elemẽto habitet viuificatum corpus vbi voluerit viuificans spiritus.

Ad secundum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ corpora gloriosa non acquirent aliquam perfectionem per suum motum localem, mouebuntur tamen, vt id quod habent in virtute actu exercentes diuinam sapientiam in omnibus commendabilem ostendãt, & vt reficiatur visus eorum pulchritudine diuersarum creaturarum, in quibus Dei sapientia & potentia & bonitas eminenter relucebunt, nec per illum motum in aliquo minuetur eorum contẽplatio, quia quocũque vadant Deũ semper præsentẽ habebũt.

Ad tertiũ. Ad tertium dicẽdum, ꝙ corpora beatorum non deferentur in nubibus, quia eis indigeãt, sed ad eorum reuerentiam ostendendum.

Ad quartũ. Ad quartum dicẽdum, quòd procedit ac si Christus nunquam moueret se, quod falsum est. Et pręterea virtute supernaturali humanitatem Christi oculis corporalibus videbũt in quocunque loco cęli empyrei fuerunt.

Ex dictis patet solutio ad illam quæst. Vtrũ beati vtentur agilitate corporum suorum.

QVAESTIO VIII.

Vtrum anima possit mouere corpus suum in instanti ratione agilitatis suæ.

Sed solutioni huius quæstionis nõ est hic immorandum, quia ex dictis in præced. q. & lib. 1. dist. 30. patet, ꝙ anima beata non poterit corpus suum de loco ad locum in instanti mouere: hoc etiam patet per aliqua dicta in lib. 3. dist. 22. in illa q. Vtrum Christus ascẽdit in cęlum per mutationem successiuam, vel instantaneam. *In q. an angelus in instanti possit moueri.*

ARTICVLVS V.

Consequenter quæritur de quinto principali. Et circa hoc quræuntur octo.

Primo, vtrum beatorum sit aliquod præmium accidentale.

Secundo, vtrum beatitudo corporis erit accidentale præmium.

Tertio, vtrum omne præmium accidentale sit aureola.

Quarto, vtrum aureola sit in anima, vel in corpore.

Quinto, vtrum aureola sit in Christo.

Sexto, vtrum quilibet beatus tantum gaudeat de bono sui proximi quantum de suo.

Septimo, vtrũ beati habebunt aliquod pręmium accidentale pro bonis operibus quæ fecerunt in mortali peccato.

Octauo, vtrum angeli habebunt aureolam pro ministerio ab eis nobis exhibito.

QVAESTIO I.

Vtrum in beatis nullum erit præmium accidentale.

Ostendo ꝙ pręmium accidentale non dicit accidentale, quia sit accidens animę: sic enim visio Dei esset accidentale pręmium: ergo nullum potest dici pręmium accidentale, nisi esset a beato separabile, sed nullum eorum gaudium auferetur ab eis, vt habetur Ioã. 16. ergo nullum erit in eis pręmium accidentale. *Arg. 1. D. Bon. d. 33 ar. 2. q. 3.*

Item nihil est accidentale quod includitur in diffinitione rei, sed in diffinitione beatitudinis includuntur omnia bona quę beati sunt habituri, quia sicut dicit Aug. 13. de trin. ca. 8. Beatus est qui habet omnia quę vult, & nihil male vult, & constat ꝙ ipsi volent omnia bona quæ habebunt; Boet. etiã dicit in lib. 3. de cõs. ꝙ beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: ergo in beatis nullum pręmium erit accidentale. *Secundo.* *Prosa 2.*

Contra, accidens est quod aduenit rei post esse completum, sed multa gaudia habẽt beati, quæ si non haberent, nihilominus beatitudo ipsorum esset completa: ergo in eis est accidentale præmium. *In oppositũ.*

CONCLVSIO.

In beatis erit non solum præmium essentiale consistens in clara visione Dei, eiusque perfecta fruitione, sed etiam pręmium accidentale habens pro obiecto bonum creatum, quod quidem præmium dicitur accidentale, quia sine illo potest esse anima beata.

Respondeo, ꝙ in beatis est pręmium essentiale, quod est animæ beatitudo consistẽs in clara Dei visione, & perfecta fruitione, & perfecta securitate de ꝑdictæ visionis & fruitionis

In beatitudo duplex præmium essentiale, s. & accidentale

tionis perpetuatione & gaudio, quod habent de Deo eis modis supradictis præsente, & prę mium accidentale quod habet bonum creatũ pro obiecto quod accidentale dicitur, non quia sit accidens animæ, quia tunc beatitudo animæ etiam diceretur præmium accidentale: sed quia tale præmium non est de ratione beatitudinis animæ, eo ꝙ anima sine illo esset vere beata, quia sicut dicit Aug. 5. lib. confess. inter principium, & mediũ, ad Deum loquens de bonis creatis: beatus qui te scit etiam si illa nesciat, qui vero & te, & illa nouit non propter illa beatior, sed ꝓpter te solũ beatus est.

Ad primũ. Ex dictis patet solutio ad primum in oppositum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non omnia bona quæ habebunt beati includuntur in diffinitione essentialis beatitudinis, quia eius diffinitio est perfecta animæ cum Deo coniunctio per claram visionem, & perfectam fruitionẽ, & de perpetuatione vtriusque securitatis perfectionem, & gaudium de Deo modis supradictis eis præsente: vnde illæ diffinitiones Aug. & Boet. sunt quædam descriptiones beatitudinis analogice dictę de beatitudine essentiali, & accidentali. Vel potest dici, ꝙ ideo dicitur beatitudo bonorum omniũ aggregatio, quia perfectiones oĩum bonorum creatorum sunt supereminenti modo in summo bono quod est beatitudinis obiectum.

QVAESTIO II.

Vtrum beatitudo corporis erit præmium accidentale.

Arg 1. D Bon. vbi supra. ET VIDETVR ꝙ non: quia nõ tantum anima est de essentia hominis, sed etiam corpus: ergo a simili, non tantum beatitudo animæ est beatitudo essentialis, sed etiã beatitudo corporis.

Secundo. Item illa beatitudo est essentialis per quam augetur essentialis animæ beatitudo, sed beatitudo corporis est huiusmodi, quia vt superius ostensum est, animę per resumptionẽ suorum corporum beatorũ clarius Deũ videbũt: ergo beatitudo corporis est essentiale ꝓmiũ.

In oppositum. CONTRA, nihil superadditum prętmio essentiali est præmium essentiale: superadditum enim essentiæ rei non est pertinens ad eius essentiam: sed sicut dicit gl. super illud Exo. 25. super illam alteram coronam aureolam huic, idest aureolę aureola supponitur, cum in scriptura dicitur, quòd ei sublimior gloria in receptione corporum seruetur: ergo gloria corporis non pertinet ad pręmium essentiale.

Secundo. Tex. co. 27. et 28. Item quod est vni essentiale, non est alij accidentale, quia sicut dicit Phil. 1. phys. substantia nulli accidit, sed certum est, ꝙ beatitudo corporis accidit substantiali præmio animæ: ergo non est essentialis præmio corporis.

CONCLVSIO.

Beatitudo corporis non erit essentiale pręmium beati, sed accidentale.

Respondeo. RESPONDEO, ꝙ duplex est beatitudo animę, s. & corporis: dicitur aũt esse de essentia beatitudinis aĩæ omne illud sine quo non esset vere beata, & nihil est de essentia beatitudinis suæ, sine quo posset esse vere beata, & quã sine corpore vere beata est, beatitudo corporis pertinet ad præmium aĩę accidentale non essentiale, sed illud sine quo corpus nõ posset esse beatum videtur essentialis eius beatitudo vel ad ipsam pertinere: & ita potest dici, ꝙ beatitudo corporis aliquo mõ est essentialis simpliciter, & principaliter, quia est essentialis corpori, inquantum sine illa corpus non posset esse beatum, tamen non est essentialis simpliciter & principaliter, eo quòd sine illa pars hominis principalior est perfecta propter sui cum Deo coniunctionem.

Ad primum. AD PRIMVM dicendum, quòd procedit de essentialitate, q̃ debetur ꝓmio corporis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd anima per corporis beatitudinem non videt clarius Deum nisi inquãtum ex sui vnione ad corpus habet perfectius esse, & ex consequenti perfectiorem operationem.

Ad primum alterius. AD PRIMVM ad partem aliam procedit de essentiali pręmio animę, quod est essentiale simpliciter & principaliter.

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis substantia nulli accidat, tamen aliquid quod est essentiale vni est accidentale alij: color enim est essentialis albedini, & accidentalis parieti: sic dico, ꝙ quamuis beatitudo corporis sit pręmium accidẽtale essentiali pręmio animæ, tñ potest esse q̃d essentiale pręmio corporis.

QVAESTIO III.

Vtrum omne pręmium accidentale sit aureola.

Arg. 1. D Bon. in D Th. q. 5. ar. ET VIDETVR ꝙ sic: Pręmium essentiale dicitur aurea: ergo cum aureola esset superaddita aureæ, vt habetur Exo. 25. & quodlibet pręmiũ accidẽtale sit superadditum essentiali, quodlibet prętmium accidentale est aureola.

Secundo. Item præmium animæ non distinguitur nisi in essentiale & accidentale: cum ergo aureola non sit pertinens ad prętmium essentiale, sequitur quòd omne præmium accidentale sit aureola, & econuerso.

In oppositum. CONTRA, multi sunt beati qui non habent aureolam, quia illam non habent nisi virgines, Martyres, & Prædicatores, & tamen nõ est aliquis beatus qui non habeat aliquod prętmium accidentale: ergo non omne prętmium accidentale est aureola.

CONCLVSIO.

Non omne præmium accidentale beati est aureola, sed illud tantum, quod habet beatus de operibus à se factis habentibus rationem excellentis victoriæ, quale est gaudium quod habent Virgines, Martyres, & prædicatores.

Responsio. Quoddam præmium. RESPONDEO, ꝙ non omne præmium accidentale est aureola: vnde est quoddam præ-

fentiale aurea accidentale. priuilegia tamē aureola dicitur, non priuilegia tum nec aurea, nec aureola dicitur.

pręmium quod dicitur aurea, quoddam quod dicitur aureola: quoddam quod non est, nec aurea, nec aureola: aurea est pręmium substantiale bonorum, quod per similitudinē aurea dicitur, tum quia datur victoribus, & victori debetur corona, tum quia per ipsum creatura rationalis est Deo perfecte subiecta, cui ese subiectum regnare est, tum quia ad similitudinem coronæ quæ continetur linea circulari, quæ ita perfecta est, vt ei non posit fieri additio nisi accidentalis, illud præmiū est ita perfectum, ꝙ quicquid superadditur accidentale est: tamen quia sicut corona quæ est circularis ad eundem punctum a quo incipit terminatur, ita per ipsum præmium essentiale creatura rationalis primo principio cōiungitur, a quo in esse per creationem exiuit. Aureola vero est gaudium de operibus a se factis rationem habentibus victorię excellentis, per quod apparebit exterius in corpore quidam decor qui prædictum interius gaudium exterius declarabit, sed opera quæ facit homo bona creata sunt, & quę habent rationem victoriæ excellentis priuilegiata sunt: ergo aureola est gaudiū de bonis creatis, non quibuscunque, sed priuilegiatis priuilegio victorię excellentis, & quia omne gaudiū de bono creato pertinet ad accidentale pręmium, dicitur ꝙ aureola est accidentale pręmium, & dicitur respectu aureæ vocabulo significante diminutionem, ad significandum ꝙ est multo minus præmium quam aurea, & hęc figurata fuit Ex. 25. vbi dicitur de tabula quę ponebatur super arcam, facies illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interasilem altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam aureolam, in quo significatum fuit ꝙ aureola est aliquid accidentale superadditū aureę, non tamen omne pręmium accidētale aureola est, quia non omnia bona opera quę fecerunt beati, & de quibus gaudent, habent rationem victorię excellentis, & tamen gaudiū de illis cum sit de bono creato est præmium accidentale.


Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ procedit ex duabus affirmatiuis in secūda figura, cum dicit pręmium accidentale est superadditū aureę, aureola est superaddita aureæ: ergo quodlibet pręmium accidentale est aureola, & ideo non valet processus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis præmium primaria diuisione diuidatur in essentiale & accidentale, tamen accidentale subdiuiditur ī illud quod est aureola, & illud quod non est aureola.

QVAESTIO IIII.

Vtrum aureola sit in anima, vel in corpore.

Arg. 1. D. Bona. vbi s. p. D. Tho. vbi sup. ar. 10.

T VIDETVR ꝙ in corpore. Aug. lib. 22. de ciu. c. 20. loquens de cicatricibus Martyrum, dicit ꝙ non erit in eis deformitas, sed dignitas: sed illa dignitas erit aliquid pertinens ad aureolam, vel ipsa aureola: ergo aureola est in corpore.

Secundo. Item integra in corpore, & corrupta in mēte si per finalem pœnitentiam saluetur habebit aureolam, & illā non habebit integra mente & corrupta carne, quod verum non esset si aureola esset non in carne, sed in anima: ergo non est in anima, sed in carne.

Tertio. Item aureola Doctorum nō videtur aliud esse, quam reuerentia eis exhibita ab electis qui per eorum prędicationem conuersi sunt, sed reuerentia alicui exhibita non est in eius anima, nec in eius corpore, quia secundū Philos. 1. ethicorum, cap. 6. honor est magis in honorante quam in honorato: ergo est quędam aureola, quæ nec est in anima, nec in corpore illius cui debetur.

In oppositū. CONTRA, pręmium respondet merito, sed omne meritum principaliter respicit animam: ergo cum aureola sit præmium quoddam principaliter est in anima.

CONCLVSIO.

Aureola cum sit gaudium quoddam speciale est in anima beati, licet etiam in corpore sit decor quidam, qui est sensibile quoddam signum eiusdem interni gaudij.

Responsio. Aureola vt gaudium in anima, vt decor in corpore. RESPONDEO, ꝙ solutio huius quęstionis ex dictis in quęst. pręced. dependet: dictū est enim in pręced. quęst. ꝙ aureola in beatis est gaudium de bonis operibus animæ factis rationem habentibus victorię excellētis per quod apparebit exterius in corpore quidam decor, qui gaudium interius per dictum exterius declarabit, gaudium autem est in anima: decor autem in corpore illud declarans gaudium effectus eius est, vel aliquid aliquo modo ordinatum tāquam signum ad ipsum principaliter: ergo & quasi essentialiter aureola erit in anima, & eius signum aliquod sensibile erit in corpore, siue sit effectum ab interiori gaudio, siue non, quod maxime dico propter cicatrices Martyrum, quę videntur esse signū aureolæ Martyrum existentis in anima, cum tamen ab ea non sint effectę.

Ad primū. EX QVO patet solutio ad auctoritatem Aug. ad oppositum allegatam, vt per litteram quę immediate subiungitur, vbi dicitur ꝙ per illas cicatrices quędam, quāuis in corpore nō corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ si aliqua fuerit mortua cum proposito castitatem seruandi nunquam interrupto per contrarium voluntatis actum, non obstante ꝙ violenter oppressa fuerit, habebit aureolam virginitatis, & nobilius glorificabitur quam si non fuisset violenter oppressa: vnde sancta Lucia Tyranno dixit: Si me inuitam violari feceris mihi castitas duplicabitur ad coronam, non intelligendo ꝙ per hoc duas virginitatis haberet aureolas, sed quia non tantum pręmium reportasset

Virgo violēter oppressa habebit virginitatis aureolam.

taſſet de virginitate cuſtodita, ſed etiam pro iniuria quam in hoc fuiſſet paſſa. Et his concordat Aug.1.de ciu. c.19. dicens de violẽter oppreſsis. Quis ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiam, ſi forte in apprǽhenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non ſua: ſi enim hoc modo pudicitia perit profectò pudicitia virtus animi nõ erit. Et infra: Quocirca propoſito animi permanente per quod corpus etiã ſanctificari meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatem violentia libidinis alienę, quam ſeruat perſeuerantiã continentiæ ſuæ. Et ita dicit nõ amitti corporis ſanctitatem manente animi ſanctitate etiam corpore oppreſſo, ſicut amittitur corporis ſanctitas violata animi, ſanctitate etiam corpore intacto: ſicut.n.integritatem mẽtis Deus reſtaurare poteſt mediante mentis corruptæ pœnitentia, quamuis facere non poſsit quin fuerit corrupta, ita integritatem carnis Deus reſtaurare poteſt, quamuis fieri non poſsit quin fuerit corrupta: quamuis carnis integritas ad illud ꝙ eſt de eſſentia aureolæ nõ ſit neceſſaria.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior eſt falſa: quamuis enim conuerſi per alicuius prædicationem illi exhibeant reuerentiam in patria illa, tamen exhibitio reuerentię aureola non eſt, ſed eſt eius aliquod ſignum.

QVAESTIO V.

Vtrum aureola ſit in Christo.

Arg.1. D Bon. vbi ſup D. Tho vbi ſupra. ar.8. ET VIDETVR ꝙ ſic: quia in Chriſto maxime fuerunt illa quibus debetur aureola: fuit enim virgo, martyr, & doctor.

Secundo. Itẽ quod inter præmia accidentalia eſt perfectiſsimum Chriſto eſt attribuendum, ſicut perfectiſsimũ habet eſſentiale præmium, ſed prǽmium aureolæ eſt perfectiſsimũ inter prǽmia accidẽtalia: ergo in Chriſto eſt aureola.

In oppoſitum. CONTRA, omne præmium quod habiturus erat Chriſtus habuit ab inſtanti cõceptionis ſuæ, ſed extunc non habuit aureolam, quia aureola debetur victoriæ: ab inſtanti autem ſuę conceptionis nõ triumphauerat, quia adhuc non pugnauerat: ergo in Chr̃o nõ eſt aureola.

Secundo. Item aureola dicit prǽmium diminutiuum, ſed nullum prǽmium diminutiuũ eſt in Chriſto, quia omnia quę ſunt in eo ſunt perfectiſsima: ergo in Chriſto non eſt aureola.

CONCLVSIO.

Aureola non vt à Principe militi datur, ſed in ſe ſpectata eſt in Chriſto perfectiſsime, eaque triplex Virginitatis, Martyrij, & Prędicationis.

Reſponſio. Triplex aureola ſecundũ id quod eſt, non autem ſecundum ꝙ militi datur in Chriſto eſſe. RESPONDEO, ꝙ aureola poteſt conſiderari dupliciter: vel ſecundum id quod eſt, vel ſub ratione qua militi datur a Principe: Primo modo eſt in Chriſto perfectiſsime triplex aureola, quia perfectiſsime fuit virgo: quamuis.n.contra eius ſpiritum carnalis concupiſcentia nunquam bellauerit, quia in ipſo radix eius non fuit, nec eſſe potuit, tamen ꝗa perfecte eius caro ſuæ animę obediens fuit, & pugna ordinatur ad victoriã, victoria ad dominium pacificum, non debet negari, ſed concedi in eo eſſe aureola virginitatis.

Prǽterea, Chriſtus pugnauit contra exercitum carnalis concupiſcentiæ non in ſe exiſtẽtis, ſed in alijs, & in illo exercitu victo carnalem concupiſcentiam vicit, ſicut aliquis vincit principem vincendo robur exercitus ſui.

Item ſtio ... bilia ... quolibet huius Fuit etiam perfectiſsimns doctor, & perfectiſsime vicit per ſuam doctrinã diabolicas fraudulẽtias, per quas diabolus nitebatur bellare contra Chriſtum, & contra ſuos: vnde dixit vt habetur Ioan.12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.

Fuit etiam perfectiſsime martyr: vnde ipſe dixit, vt habetur Ioã.18. Ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeã veritati, quod teſtimonium non tantum verbo, ſed mortem ſuſtinendo perhibuit, & ſic vicit tyrannicas violentias, vnde dicit diſcipulis ſuis, vt habetur Ioã.16. Confidite quia ego vici mundum: quia ergo excellentiſsimam victoriam habuit contra carnales concupiſcentias vincẽdo eas non in ſe, quia in ſe nunquam fuerũt, nec eſſe potuerunt, ſed in alijs in quibus fuerunt intelligendo, vt expoſitum eſt, & cõtra diabolicas fraudulentias, & contra tyrannicas violẽtias: ideo excellentiſsime ſibi debetur triplex aureola.ſ.aureola virginitatis, doctrinæ, & martyrij: accipiendo aureolam ſecũdum id quod eſt. Accipiendo autem ſub ratione qua datur militi a Principe, ſic Chriſtus non habet aureolam, quia Chriſtus princeps militum eſt, quamuis ſummus principatus ſibi debebatur ratione diuinæ naturæ.

Ad ... ARGVMENTA ad partem primam procedunt de aureola ſecundum id quod eſt.

Ad alterius. AD PRIMVM ad partem ſecundam dicendum, ꝙ maior vera eſt de prǽmio ſubſtantiali, non autem de omni accidentali: vnde ab inſtanti conceptionis ſuæ nõ habuit gloriam corporis in re, ſed in certa expectatione, ſic dico de aureola.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ aureola non dicit præmium diminutum in genere prǽmij accidentalis, ſed perfectiſsime, quamuis reſpectu prǽmij ſubſtantialis habeat rationem prǽmij diminute

QVAESTIO VI.

Vtrum Angelis debeatur aureola.

Arg. D Bon. ſupra D Tho. ſup ... ET VIDETVR ꝙ ſic: quia ſunt omnes virgines: ergo debetur eis aureola virginitatis.

Secundo. Diſt. Item ſunt noſtri Doctores, vt in 2.libro oſtenſum eſt: ergo debetur eis aureola doctrinæ.

Tertio. Item difficilius eſt vincere ſpiritum, quam carnem, ſed ipſi ſeipſos vicerunt, cum Lucifero ſuadenti eis rebellionem non acquieuerunt:

runt: ergo ratione excellentis victoriæ eis debetur aureola.

In opposi- tum. CONTRA, 2. Thim. 2. non coronabitur nisi qui legitime certauerit, sed angeli nullũ habuerunt certamen saltem difficile ad vincendum: ergo angelis nulla debetur aureola.

CONCLVSIO.

Angelis non debetur aliqua aureola.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ angelis non debetur aureola aliqua, quia aureola est gaudium de operibus a se factis habentibus rationẽ victoriæ excellentis, angelis autẽ connaturalis est virginitas, & ipsos impossibile est pati martyrium, quia sunt immortales: docere aũt nos pertinet ad cõe officium ministrãtium, & sine labore illud exercẽt, & ideo virginitas nõ habet in eis rationẽ victoriæ, nec doctrina rationem victoriç specialis, & ideo eis non debetur aureola virginitatis, nec aureola doctrinæ, nec eis deberi potuit vnquã aureola martyrij, sed non est aliqua aureola præter istas, quia omnis excellens victoria, vel est contra carnem, vel est contra diabolum, vel contra mundum, eis tamen ratione ministerij quod nobis exhibent debetur prẽmiũ accidentale: vnde quo ad hoc adhuc sunt in actu merẽdi. *Quare angelis nulla debetur aureola.*

Ad argum. Ex dictis patent solutiones ad duo prima in oppositum.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendũ, ꝙ in illa victotia nulla fuit difficultas, quia nullam habebant inclinationem ad malum, & ideo quamuis per suã conuersionem informatam gratia præmium substantiale meruerint, non tamen accidentale, quod est aureola.

Ad aliam partem. Ad auctoritatem apostoli ad aliam partẽ dicendum, quòd loquitur de hominibus quorum vita est in certamine, secundũ illud Iob 7. militia est vita hominis super terrã, in quo certamine oportet hominem habentem vsum lib. ar. vincere, ad hoc vt habeat vitã æternã.

QVAESTIO VII.

Vtrum beati habebunt aliquod accidentale præmium pro bonis operibus quæ fecerunt in peccato mortali.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ non: rei mortuę nullum potest deberi præmium nisi sit viuificanda, sed opera facta in peccato mortali viuificari non possunt: vt superius habitum est: ergo eis nullum debetur præmium.

Secundo. Item nullum redditur præmium pro opere quod Deo non placuit, sed opera facta in mortali peccato Deo non placuerunt, quia placentia operis præsupponit placentiã operantis: ergo pro illis nullum habetur præmiũ.

In opposi- tum. CONTRA, beatis placet fecisse illa bona opera quæ in mortali peccato fecerunt, sed placentia impleta non est sine aliqua delectatione: ergo aliquod gaudium habent beati pro bonis operibus, quæ fecerunt in mortali peccato.

CONCLVSIO.

Beati pro bonis operibus factis in mortali peccato non habent aliquod accidentale præmium à Deo specialiter datum, sed illud tantum quod sentiunt dum recogitando dicta bona sibi ipsis in eis complacent.

Responsio. RESPONDEO, sicut pœna est duplex. s. quędam inflicta a iudice: quædã acta ab ipso peccante, quia homo peccãdo sibimet infert pœnam: ita dico ꝙ duplex est gaudium accidentale in beatis: quóddam receptum specialiter à Deo misericorditer retribuẽte, quoddam ab ipso beato recogitando bona opera sua, & sibi complacendo in eis. Primum gaudium magis proprie habet rationem præmij quam secundum, quamuis secundum aliquo modo habeat, eo ꝙ omnia quæ habent beati principaliter à Deo sunt: cum ergo beatis placeat se fecisse opera bona, quæ ĩ peccato mortali fecerunt, maxime inquantum vident, ꝙ illa bona eos ad pœnitentiam disposuerunt seu inclinauerunt, pro illis habent aliquod accidentale præmium extendendo nomen præmij ad quodlibet gaudium bonorum, nec tamen sic gaudent de illis operibus, sicut de illis quæ fecerunt in charitate, de quibus gaudent ratione operis operati, & radicis, & formę: de alijs autem gaudent ratione operis operati tantum, nec pro illis habent aliquod accidentale prẽmium à Deo specialiter datũ. *Vide ad pleniorem notitiã supra dist. 43. ar. 7 qu. 1. & Sco. di 45. huius soluẽdo tertium principale.*

Ad argum. ARGVMENTA ad partem ptimam procedunt de præmio specialiter dato à Deo retribuente.

Argumentum ad partem secundam procedit de accidentali præmio largissime dicto, prout se extendit ad quodcunq; gaudium bonorum.

QVAESTIO VIII.

Arg. 1. *Vtrum quilibet beatus tantum gaudet de bono sui proximi quantum de suo.*

CONCLVSIO.

Beatus magis gaudet de bono suo quam de bono proximi sui.

SED quia huius quæstionis solutio aperte patet per ea quæ dicta sunt in lib. 3. di. 31. in solutione huius quæstionis: vtrùm in patria remanebit charitas quantum ad ordinem diligendi, qui est in via: ideo solutioni huius quæstionis non est hic immorandum. Clarum est enim quòd beati magis gaudent de bono illius quem magis diligunt. Declaratum est autem in prædicta quæstione, quòd in patria quilibet magis post Deum diligit se ipsum quantum ad intensionem actus, quàm quemcunque alium, ex quo patet quòd quilibet magis gaudet de bono suo, quam de bono proximi sui: vnde Linus magis gaudet de bono suo quam de bono Petri, quamuis forte Petrus propter maiorem gaudendi virtutem *Idem vult Sco. di vlt. huius q. 5. art. 6.*

magis gaudeat de bono lini quam de bono suo proprio linus.

Litterę pon deratio.

CIRCA litteram. Fines suos habebunt ciuitates duæ &c. Sed nunquid si omnes illi qui modo sunt viuentes saluarentur impleretur numerus ciuium ciuitatis Dei, de istis cũ illis qui iã saluati sunt. Respondeo ꝙ hoc nobis incertum est, secundũ tamen dicta Aug. videtur dicendum ꝙ sic: videtur enim sentire in lib. de bono coniugali longe ante medium, ꝙ si omnes homines qui viuebant tempore suo saluarentur ꝙ ipsi, cũ illis qui iam saluati erãt suffecissent, ad repletionem numeri electorũ: vnde inquirentibus si omnes homines vellẽt ab omni concubitu continere: vnde subsisteret genus humanũ: respondet per hæc verba.

Credo solũ Deum hoc scire sicut de hora nouissimi diei.

Vtinam omnes hoc vellẽt duntaxat de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta, multo citius Dei ciuitas compleretur, & accelararetur terminus sęculi. Ex his verbis sequi videtur quod ante dictum est: de hoc tñ nullus scit certitudinem nisi solus Deus, vel ille cui Deus hoc reuelauit. Sed alij alijs plenius, quia sicut nullus beatus ipsum videt quãtum ex parte sua visibilis est, quamuis quilibet ipsum clare videat, & vnus alio clarius: sic nullius alius ab eo, fruitur eo quantum ex parte sua fruibilis est, quamuis eo omnes fruantur perfecte, vnus alio perfectius. Ita quisque gaudebit de bono alterius qualiter gauderet si in se haberet: hoc non videtur verum si ita sit nota æqualitatis, quamuis vera sit secũdum ꝙ ita est nota similitudinis. Si ita esset par gaudium vt etiam par esset cognitio. Hæc solutio non valet, quia quantum cognoscent tantum gaudebunt: vnde sequens solutio melior est quæ refert paritatem gaudij nõ esse ad intensionem affectionis gaudentium, sed ad vniuersitatem rerum de quibus gaudebitur, quia de omni re de qua gaudebit vnus gaudebunt omnes. Si quem mouet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere &c. Huius ratio reddita est superius eadem dist. in illa quæstione: vtrũ beatitudo electorum, erit maior post iudicium quam ante.

Et si omnes beati clare videãt Deũ non tamen sicut est visibilis.

Si mali in inferno peccabunt.

DISTINCTIO L.

Dist. præce. lit. A. ex ench, c. 111.



IC oritur quæstio, ex præmissis ducens originẽ. Supra enim August. loquens de malis in inferno damnatis, & bonis in cœlo glorificatis, dixit quòd nec bonis voluntas, nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem constat, sed de malis, à quibus voluntatem malam nõ remouet, quæritur quo modo sit verum eos non posse peccare, imò quomodo verum sit eos non peccare, cùm malam habeant voluntatem. Quidam autumant illam voluntatem non esse peccatum sed supplicium tantùm. Alii verò peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam pœnam, quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum, dicunt non esse meritum supplicii, sed supplicium mali meriti, quod in hac vita præcessit. De hoc autem August. ita dici, Tempus acquirendi vitam æternam, in hac tantum vita Deus hominibus dedit: vbi voluit etiam pœnitentiam esse fructuosam. Ideò hic pęnitentia fructuosa est, quia potest hic homo deposita malitia bene viuere, & mutata voluntate, merita simul operaque mutare, & ea gerere quæ Deo placeant. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro sęculo de malis suis, sed indulgentiã in conspectu Domini non inueniet: quia etsi erit stimulus pęnitudnis, tamen nulla erit tibi correctio voluntatis, A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, vt nullatenus ab eis possit vel diligi, vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, vt habeat semper in se maligitatis suæ supplicium, nunquam tamẽ recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ volũtatis reliquias habebunt; ita illi qui erunt in supplicio æterni ignis, cum diabolo, & angelis eius deputati, sicut nullam habebunt vlterius requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. Et sicut cohæredibus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam; ita consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis. Ex his apparet, reprobos in inferno pœnitentiam sic gesturos, vt per eam prauam voluntatem non deserant: & illa maligna voluntas erit eis ad cumulum pœnæ: per quam tamen non merebuntur: quia nullus meretur nisi in hac vita.

Fulgentius lib. de fide ad Pet. c. 3.

Sapien. 5.

Matt. 25.

Quare dicuntur tenebre exteriores.

Hic quæri potest, quare illæ tenebræ quibus inuoluentur mali in gehenna, dicuntur exteriores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem, & spiritualem, scilicet Deum, erunt. Nunc enim etsi patiantur tenebras in cæcitate mentis, non tamen penitus extra lucem Dei sunt, nec corporali luce priuantur. De hoc Augustin. sic ait, Ira Dei, & in iudicio erit, & hic est in cæcitate mentis, cùm dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores pœnitus erunt extra Deum. Quid est enim pęnitus esse extra Deum, nisi esse in summa cæcitate? Si quidem habitat Deus lucem innaccessibilem. Hæ autem tenebræ hic iam incipiunt in peccante, cùm ab interiori Dei luce secluditur, sed non pęnitus dum in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicitur pati exteriores tenebras, & non hic: quia ibi secludetur penitus à luce Dei: quod non hic. Sed quomodo intelligenda est illa seclusio? an quia non videbunt Deum per speciem? sed nec aliquis videt hic Deum per speciem. An per dissimilitudinem quam facit peccatum inter Deum, & hominem? sed et hic multi per grauia peccata elongantur à Deo. An quia Deum odiunt ita vt velint,

Super illud psal. 6. Turbatus est a furore oculus meus. 1. Tim. 6.

Psalm. 73.

vt velint Deum non esse? sed & hic multi Deũ oderunt, de quibus scriptum est. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Quæ est ergo illa elongatio? Sanè exteriores tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij & voluntatis, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum, & quædam obliuio Dei: quia tormentorum interiorum, & exteriorum doloribus adeò afficientur, & turbabuntur, vt ab illis ad cogitãdum aliquid de Deo, vix, vel rarò, vel nanquam mentem reuocent. Vt qui nimio præmuntur pondere, adeò stupescunt & turbantur, vt interim in aliam cogitationem non se extendant; sed illuc totus tendat impetus cogitationis, vbi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeò malus est, vt penitus secludatur à cogitatione Dei: quia nec perdit appetitum beatitudinis, & queandam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores & profundissimas tenebras reprobos perpessuros post iudicium dicit Augustinus, opponens de illo diuite, (qui in inferno positus, eleuans oculos vidit Abraham, & in sinu eius Lazarum: cuius comparatione coactus est confiteri mala sua, vsque adeò, vt fratres roget ab his præmoneri. Quod ante iudicium factum legitur, sed post iudicium in profundioribus tenebris erũt impii, vbi nullam Dei lucem videbunt cui confiteantur.

Super illud psalm 6. In inferno quis confite. tibi? Luce 16.

De animabus damnatorum, si quam habent notitiam eorumque hic fiunt.

Præterea quæri solet, si reproborum animæ quæ nunc in inferno cruciantur, notitiam habeant eorum quæ circa suos in hac vita geruntur, & si aliquo modo doleant super infortunijs suorum charorum. Hãc quæstionem Aug. commemorat, ex parte eam explicans, ex parte verò insolutam relinquens: ait enim. Quæret aliquis, an vllus dolor tangat mortuos de his quæ in suis post mortem contingunt, vel quomodo ea quæ circa nos aguntur nouerint spiritus defunctorum. Cui respondeo, magnam esse quæstionem, nec in præsenti differendam. Veruntamen breuiter dici potest, quòd est cura mortuis de suis charis: vt de diuite legitur: qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraham, & inter alia dixit, Habeo enim quinque fratres: mitte aliquem ex mortuis, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Habẽt enim mortui curam de viuis: quos sciunt viuere, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi diues sine fratribus erat; nec in requie beatorum, vbi Lazarum, & Abraham, quamuis longè, agnoscebat. Non tamen ideo consequens est, eos scire quæ circa charos suos aguntur hic, vel læta, vel tristia.

Aug. super illud psal. 108. Dispereat de terra. Eadem habetur in lib. de cura pro mortuis c. 14 & 15 Luce 16.

Quomodo accipienda sunt quæ de Lazaro & diuite leguntur.

Si quis autem quærat, quomodo intelligatur quod de Lazaro, & diuite legitur; audiat Augu responsum dicentis, Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri, cùm sint sine corpore, non deerunt qui foueant, & diuitem sitientem in loco corporali fuisse contendant, ipsamque animam corpoream præparasse linguam, & stillam de Lazari digito cupiisse. Sed melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Diuitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito: sed quomodo intelligatur diuitis lingua, digitus Lazari, flamma inferni, sinus Abrahæ, & huiusmodi, uix à mansuetis, à contentiosis autem nunquam inuenitur.

Aug. super Gen. ad lit. lib. 8. ca. 5.

Si se videatur boni, & mali.

Solet etiam quæri, vtrum uicissim se uideant illi qui sunt in inferno, & illi qui sunt in gloria. Sicut sancti tradunt, & boni malos, & mali bonos uident usque ad iudicium: post iudicium uerò boni videbunt malos, sed non mali bonos. Vnde Gregorius, Infideles in imo positi, ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt: quorum gaudia post contemplari non possunt.

Greg ho. 40 in Euan. Et in gl. sup illud Lu. 16. Eleuans autem oculos.

De Chaos inter bonos, & malos.

Sed cùm sancti malos in tormentis uideant, nonne aliqua compassione erga eos mouentur? nonne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole illud euangelicum quod Abraham diuiti respondit. Inter nos, & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neque inde huc transmeare. Quid est illud chaos inter bonos, & malos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari valent? Adeò enim sancti Dei iustitiæ addicti sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire ad illos, sed non possunt? Quia si Dei iustitia admitteret, non fieret eis molesta liberatio eorum. Vel ita dicuntur velle & non posse, non quia velint & non possint sed quia etsi vellent, non possent eos iuuare. De hoc ita Gregorius ait, Sicut reprobi à pœnis ad gloriam sanctorum transire volunt, & non possunt; ita & iusti per misericordiam mente ire volunt ad positos in tormentis, vt eos liberent, sed non possunt: quia iustorum animæ etsi in naturæ suæ bonitate misericordiã habent, iam tunc autoris sui iustitiæ coniunctæ tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos cõpassione moueantur.

Luca 16.

Grego. eadẽ homilia, circa illud, Homo quidam erat diues.

Quod visa impiorum pœna non minuit beatorum gloriam.

Postremò quæritur, an pœna reproborum visa deploret gloriam beatorum, an eorum beatitudini proficiat. De hoc ita Gregorius ait, Apud animum iustorum non obfuscat beatitudinem aspecta pœna reproborum: quia vbi iam compassio miseriæ non erit, minuere beatorum lætitiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam vident pœnas malorum, quas per gratiam euaserunt: quia qui Dei claritatem vident, nil in creatura agitur quod videre non possint. Non est autem mirandum, si sancti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia, cùm prophetæ mortales adhuc, videre hæc omnia meruerunt. Egredientur ergo electi, non loco, sed intelligentia vel visione manifesta, ad videndum impiorum cruciatus: quos videntes non dolore afficientur, sed lætitia satiabuntur, agentes gratias de sua libera

Ibi. ad illud Fili recordare.

Hieron sup illud 66. Esaiæ, Egredientur, & videbunt. Esai. 66.

liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate. Vnde Esaias impiorum tormenta describens, & ex eorum visione lætitiam bonorum exprimens, ait, Egredientur, electi scilicet, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni, id est electis. Lætabitur enim iustus, cùm viderit vindictam. Esa. vlt. Psal. 57.

Hæc de pedibus sedentis super solium excelsum, quos Seraphin duabus alis volabant, scriptori, etsi non auditori, commemorasse sufficiat: qui à facie exorsus sedentis, per media ad pedes vsque, via duce peruenit.

DISTINCTIO L.

SVPERIVS determinauit Magister de remuneratione bonorum. Hic determinat de retributione malorum. Et diuiditur in partes tres.

Primo determinat de illa retributione absolute.

Secundo in comparatione: ibi. (Præterea quæri solet.)

Tertio ponit breuem recapitulationem operis totius: ibi. (Hæc de pedibus.

Prima in duas.

Primo determinat de damnatis quo ad malum culpæ.

Secundo quo ad malum pęnæ: ibi. (Hic quæri potest.)

Illa pars quæ ibi incipit. Præterea quæri solet: diuiditur in tres.

Primo determinat de retributione malorum in comparatione ad eos, qui adhuc sunt in hoc mundo.

Secundo in comparatione ad eos qui erãt in limbo: ibi. (Si quis autem.)

Tertio in comparatione ad eos qui sunt in cœlo: ibi. (Quæri etiam solet.)

Et ista in tres.

Primo inquirit si boni, & mali vident se vsq; ad iudicium.

Secundo si beati compatiuntur malis: ibi. (Sed cum sancti.)

Tertio si ex visa pęna malorum minuitur in beatis aliqua gloria eorum: ibi. (Postremo quæritur.

CIRCA hanc distinct. quærendum est principaliter de quatuor.

Primo de cognitione animæ separate in generali.

Secundo de cognitione damnatorum, in speciali.

Tertio de eorum voluntate.

Quarto de eorum punitione.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA primum quæruntur tria.

Primo vtrum anima separata cognoscat aliquid sensibiliter.

Secundo vtrum cognoscat aliquid intelligibiliter per species in corpore acceptas.

Tertio vtrum cognoscat singularia.

QVAESTIO I.

Vtrum anima separata cognoscit aliquid sensibiliter.

OStendo quòd Casiodo. lib. de anima c. 2. dicit de anima separata: ꝙ viuit in se post huius sęculi amissionem, videt audit tangit ac reliquis sensibus efficacius vtitur. Arg. 1. D Th. q. 1. art. 1.

Item lib. de spiritu, & anima, c. 11. dicitur de anima, ꝙ dicitur anima dum vegetat, spiritus dum contemplabitur: sensus dum sentit: ergo potentiæ sensitiuæ cum anima separantur, sed in ipsa non sunt ociose: ergo sensitiua cognitione vtitur. Secundum.

Item philosophus primo de anima vult, ꝙ sensitiuæ potentiæ non senescunt: vnde dicit, quòd si seni daretur oculus iuuenis videret vt iuuenis hoc autem verum nõ esset si potentia sensitiua dependeret ex corpore: potentia ergo sensitiua cum anima separatur, & si sic, potest sensibiliter cognoscere. Tertium. T. c. 65.

Item secundum philosophũ in eodem lib. desiderium confidentia timor, & gaudiũ pertinent ad potentiam sensitiuam, sed talia sunt in anima separata: ergo in ea est potẽtia sẽsitiua, & si sic, põt aliqd sensibiliter cognoscere. Quartum. T. c. 14. & inde.

CONTRA in lib. de ecclesiasticis dogmatibus: propositione. 18. dicitur. Duabus substantijs constat homo tantum: anima & carne: anima cum ratione: & carne cũ sensibus suis: ergo potentiæ sensitiuæ cum anima non separantur cum ex carne dependeant: & si sic, nihil sensibiliter cognoscere potest. In oppositum.

Item secundum philosophum. 2. de anima solus intellectus est separabilis ab alijs potentijs, sicut perpetuum a corruptibili: ergo in separatione animę corrumpuntur potentiæ sensitiuæ, & si sic, anima separata nihil sensibiliter potest cognoscere. Secundum. T. c. 21.

CONCLVSIO.

Anima à corpore separata non potest aliquid sensibiliter cognoscere cum sensatio non nisi mediante organo corporeo exerceri posit.

RESPONDEO, ꝙ sicut se habent intellectus, & voluntas ad essentiam animæ intellectiuæ. sic modo suo se habent potentiæ sensitiuæ ad essentiam animæ sensitiuæ, vt autem ostensum est lib. primo: intellectus, & voluntas non addunt rem absolutam vltra essentiã animæ intellectiuæ, quamuis ab ea differant, secundum rationem, & relationem: ergo similiter potentiæ sensitiuæ ab essentia animæ sensitiuæ non differunt nisi secundum rationem, hoc excepto ꝙ potentiæ sensitiuæ nõ possunt esse in actibus suis, nisi mediãtibus organis. Intellectus aũt & volũtas organis alligate nõ sunt, quamuis dũ anima intellectiua corpori Responsio. Di. 3 parte 2. articulo. 2. q. 1.

corru-

corruptibili est, vnita ad directionem suorũ actuum indigeat ministerio virium sensitiuarum de communi lege, ex quibus sequitur ꝙ siue anima intellectiua, & sensitiua in homine sint eadẽ essentia, siue non, ꝙ anima intellectiua a corpore separata nihil potest sensibiliter cognoscere, quia si non sunt eadem essentia nõ remanent in anima separata potentiæ sensitiuæ, sed in eius separatione a corpore corrumpuntur. Si autẽ sunt eadem essentia quamuis cum ea separentur potentiæ sensitiuæ, tamẽ in ea nõ possunt esse in actibus suis, quia talis est natura rationalis animæ, ꝙ quãuis secundum aliquid absolutũ non differat a sua potentia intellectiua, nec a sensitiua, tamen cognitionem quæ est sentire habere non potest nisi organo mediante. Restat ergo quòd anima separata nihil potest sensibiliter cognoscere ex parte cognoscẽtis, quamuis hoc possit ex parte rei cognitę, quia quamuis nõ possit cognoscere per potentiam sensitiuam, potest tamen per intellectum sensibilia, & sensibiles eorum modos cognoscere.

Animam se paratã sensibiliter ex se non posse cognoscere licet ex parte rei sensibilis.

Et sic debet intelligi auctoritas Cassiodori ad hoc vt habeat veritatem.

Ad primũ.

Ad secundum dicendũ, quòd quamuis potentiæ sensitiuæ cum anima separentur, secundum opinionem dicentium, ꝙ in homine anima intellectiua, & sensitiua sunt eadem essentia: tamen ex hoc non sequitur ꝙ anima separata per eas sensibiliter cognoscat propter rationem dictam in quęstionis solutione, nec tamen ex hoc sequitur ꝙ ociose sint, quia actus suos habebunt post corporis resumptionem, & interim sunt ad perfectionem naturæ.

Ad scdm.

Ex dictis patet solutio ad tertium.

Ad tertiũ.

Potest tamen dici secundũ opinionem dicentium potentiam sensitiuã corrumpi in separatione animæ, ꝙ philosophus per oculum non intelligit organum tantum, sed organum & potentiam visiuam quæ eius forma est: vnde dicit, quòd si oculus esset animal, anima eius esset visus.

Vt Franciscus, & Ocham in 2.

Ad quartum dicendum, ꝙ timor, & gaudiũ non sunt vniuocè passiones coniuncti, & animæ separatę, sicut patet, ex his quę superius dicta sunt, vbi quæsitum est, vtrum gaudium sit aliquid differens a visione, & fruitione.

Ad quartũ

Ad primam auctoritatem ad partẽ secũdã dicendũ secũdũ opinionẽ illorũ qui dicunt sensitiuã, & intellectiuam, esse eandẽ essentiam, ꝙ sub nomine potentiæ sensitiuæ accepit potentiã, & eius instrumẽtũ sub vno, eo ꝙ vtrunq; concurrit ad actum sentiendi, & sic accipiendo potentiam sensitiuam, planum est ꝙ non separatur. Et sic posset dici ad auctoritatem philosophi 2. allegatam.

Ad aliam partem.

Vel põt dici aliter ꝙ vegetiua, & sensitiua, in plantis, & brutis corruptibiles sunt, intellectiua autẽ, & si ab eis separari nõ possit in corruptibilibus, tamen secundum eius opinionẽ quæ erronea est, ab eis potest separari in immortalibus, indubitanter .n. opinatus est corpora cęlestia esse animata, sed in hoc errauit. Et huic concordat quod dixit philosophus. 2. lib. de anima: vbi dixit intellectiuam posse separari ab alijs: alia autem ab hoc impossibile est in mortalibus, sed opinando corpora cęlestia esse animata errauit.

Ad secundum. *An expresse Philosophus volue rit cælos animatos, & ꝙ erroneum sit pondera Sco. in 2. di 14. q. 1. T. c. 15.*

QVAESTIO II.

Vtrum anima separata cognoscat aliquid intellectualiter per species in corpore acceptas.

Et videtur, ꝙ non. Auic. 6. naturaliũ lib. 5. c. 6. impossibile est formam intelligibilem esse in anima in effectu perfecte, & non intelligi ab ea in effectu perfecte: ergo forma intelligibilis nõ est in anima nisi quamdiu intelligit: ergo species intelligibiles in anima intellectiua non conseruantur: ergo a corpore sapa rata per illas intelligere non potest.

Arg. 1. D. Tho. vbi supra ar. 2.

Item Aug. 11. de tri. c. 3. cũ cogitantis acies auersa fuerit: atque illud quod in memoria cernebatur destiterit intueri, nihil formæ quæ impressa erat in eadem acie remanebit: ergo species in intellectu nõ conseruantur: & si sic anima separata per eas non intelligit.

Secundum.

Item secũdũ philosophũ. 3. de anima sicut se habent colores ad visum, sic fantasma ad intellectum, sed visus quocunq; modo dispositus, nihil potest videre, nisi præsente colore: ergo quum fantasmata non separentur cũ anima intellectiua, non potest per species in corpore acceptas intelligere.

Tertium. T. c. 39.

Item anima nihil intelligit, sine intellectu possibili, cum per receptionem specierum intelligibilium intelligat, sed sicut dicit philosophus. 3. de anima: passiuus intellectus corruptibilis est: ergo anima separata nihil intelligit per species in corpore acceptas nec per quamcunq; viam aliam.

T. c. 20. & primo lib. T. c. 66.

Item per omnes species acceptas in corpore anima simul intelligere potest, quia tũc potest simul intelligerę plura, quod negat philosophus, secundo topi. nec est causa aliqua determinans intellectum ad hoc quòd magis intelligat per vnam quam per aliam, cum æqua le esse habeant in intellectu: voluntas .n. hãc determinationẽ facere non potest, quia actus eius præsupponit intellectus cognitionem: ergo anima separata per species, in corpore acceptas intelligere non potest.

Ad quintũ. Cap. 25.

Item vna potentia, non habet naturalem modum agendi nisi vnum, potentia enim calefactiua ignis non calefacit naturaliter nisi secundum modum vnum nec eius leuitas mouet naturaliter nisi secundum modum vnum, sed intellectus coniunctus, & separatus non est nisi vna potentia: ergo non habet naturalem modum intelligendi nisi vnum, sed in-

Ad sextum.

intellectus coniunctus non habet naturalem modum intelligendi nisi cum fantasmate: ergo ipse separatus aut cũ fãtasmate intelligit, aut nihil naturaliter intelligit, sed constat, ꝙ non intelligit cum fantasmate, quia fantasmata non separantur cum intellectu, cum nõ sint nisi in corporali subiecto: ergo intellectus separatus nihil naturaliter intelligit.

Ad septimũ Item beati post resurrectionem aliqua intelligent in fantasmate, quia ille modus intelligendi naturalis est, intellectui cõiuncto corpori, intellectus autem per gloriam non amittet suum naturalem intelligendi modum, quãuis per gloriam habeat modum intelligendi supernaturalem: modus autem intelligendi sine fantasmate nobilior est quam modus intelligendi cum fantasmate, cum ergo anima separata, non habeat naturalem actionem perfectiorem quam habitura sit post sui vnionẽ cum suo corpore glorificato, sequitur quòd anima separata, aut naturaliter nihil intelligit, aut in fantasmate intelligit, sed constat ꝙ non intelligit in fantasmate, quia fantasma non separatur: ergo nihil naturaliter intelligit, & si sic sequitur, ꝙ anima separata non cognoscit aliquid intellectualiter per species in corpore acceptas.

In oppositum. T. c. 6. CONTRA, Philosophus. 3. de anima dicit quòd bene dicentes sunt dicentes animã esse locum specierum, nisi ꝙ non tota, sed intellectiua: cũ ergo liberior sit separata a corpore quam corpori corruptibili coniuncta, non tantum potest intelligere, per species in corpore acceptas, sed multo melius quam quando erat corpori coniuncta.

Ad secundum. Item species receptæ in intellectu sunt ibi modo incorruptibili, quia secundum commẽtatorem super decimam, propositionem de causis, illud quod recipitur in alio est, in eo ꝑ modum recipientis, & non secundum modũ rei recepte: ergo species intelligibiles remanent in anima separata, cum ergo angelus intelligat per species quæ in eo sunt, & anima separata intelligendo imitetur intellectum angelicum, videtur quòd per species in corpore acceptas intelligat.

Et Boetius 5. de conso. prosa 5. et 3 de anima t. et c. 5. 9. 28

CONCLVSIO.

Anima à corpore separata potest intelligere per species intelligibiles tam acquisitas dum erat in corpore, quam de nouo post separationem.

Responsio. Animã separatã intelligere posse certum est. T. c. 13. RESPONDEO, animam separatam intelligere posse certum est, quia intelligere est propria operatio ipsius intellectus, non est autem rationabile ꝙ per sui separationem a corpore sua propria operatione priuetur: vnde & philosophus dicit, primo de anima ꝙ si est aliqua operatio animæ, vel passionum propria, contingit ipsam separari, si vero nulla est propria ipsius non erit separabilis: ergo per ipsum habemus quòd cum anima separatur non priuatur sua propria operatione, nec tantum intelligit separata, sed multo melius intelligit quam dum est corruptibili corpori coniuncta: vnde Auic 6. naturalium. lib. 5. ca. 5. postquam locutus est de aggrauatione animæ, per corruptibile corpus dicit, cum aufertur de nostra anima ipsa aggrauatio, & impedimentum, tunc intelligentia animæ est melior, purior, & delectabilior. *Circa finem*

De mõ intelligendi. Prima opinio. Sed de modo intelligendi sunt diuersæ opiniones. Dicunt. n. quidam quòd intelligit per species concreatas, per quas non potest intelligere corpori corruptibili vnita, eo quòd propter eius aggrauationem se super illas reflectere non potest.

Contra. T. c. 14. Sed contra: secundum philosophum. 3. de anima: antequam intelligãt est sicut tabula in qua nihil est actu scriptum.

Secunda opinio. Alij dicunt quòd intelligit partim per species in corpore acceptas, partim per species quas à Deo recipit: statim. n. post separationem anima recipit ab ipso species, totius vniuersi. Et est hæc influentia quasi per modum naturæ, non gratiæ: vnde nõ est reuelatio proprie, quia etiam talem influentiam recipiunt animæ reprobe, quia illis non subtrahuntur beneficia naturæ.

Contra: Sed contra natura operatur de necessitate, sed nihil creatum est à Deo de necessitate: ergo nulla creatura naturaliter emanat a Deo: vnde non video quo modo bene possit intelligi, quòd illę species a Deo influantur naturaliter.

Tertia opi. quæ ascribitur Auicennæ. quam sequitur. S. Tho. di. præsente. q. 1. Alij dicunt quòd anima separata per species acceptas in corpore nihil intelligit, quia non separantur cum ea. nec enim sunt in intellectu nisi dum actu intelligit, & hæc est opinio Auic. qui vult species intelligibiles non esse in intellectu, nisi sicut in vi apprehendente: vnde nõ ponit memoriam intelligibilem: vnde dicit quòd quandocunq; intellectus intelligit in corpore oportet, quòd conuertat se ad fantasma, & intellectum agentem, vt speciem intelligibilem recipiat, quam per auersionem postea perdit, sicut visus per comparationem sui ad rem visibilem, & ad lumen, speciem recipit, quam postea per sui auersionem a lumine, & visibili perdit, intellectus tamen per frequentem receptionem habilitatur ad recipiendum, & intelligendum, & hęc habilitatio est scientiæ habitus.

Oppositum admittit Auicen. t. Scot in 1. reportatorum dist. 3. q. 4. vbi cõcedit species fluxas ab intelligentia agẽte ꝑ conuersionẽ ad ip- Sed contra: Aug. lib. 14. de tri. c. 3. dicit ꝙ imago est in anima hominis rationali siue intellectuali, sed sicut patet per ipsum in pluribus locis. lib. de tri. illa imago consistit in memoria, & intelligentia, & voluntate: ergo in anima intellectiua est memoria, sed actus memoriæ est tenere, secundum Augu. 14. de trica. 8. ergo species intelligibiles in anima intellectiua conseruantur.

Præterea: hoc videtur velle Philosophus, vt

Spes non manent post conuersionē, sed species acquisitas p conuersionē ad sensibilia manere. Quod spēs sint in intellectu est cōmunis opinio theolo. vide Sco. di. 3. q. 7.

vt patet in auctoritate allegata in prima ratione ad partem secundam.

Item secundum Augu. lib. 9. confes. longe post principium. Mortui habent nostri memoriam: ergo potentia memoratiua, est in anima intellectiua.

Videtur ergo mihi dicendum ad quæstionem, quòd species intelligibiles conseruantur in intellectu, & per eas intelligit anima separata. Et quamuis quidam dicant, & satis communiter, quòd per illas intelligebat corpori corruptibili vnita: alij tamen dicunt cōtrarium dicentes illas causatas fuisse mediante actu intelligendi, & intellectum immediate moueri a fantasmate, in virtute tamen intellectus agentis, quæ tacta sunt: lib. 2. distin. 25. & quia animæ separate de nouo possunt acquirere alicuius rei cognitionem videtur dicēdum, quòd acquirere possunt nouas species intelligibiles, sicut enim existens in corpore potest per suum actiuum sicut per principale agens mediāte fantasmate sicut instrumentali agente educere speciem intelligibilē de se ipsa inquantum est possibilis, sic cum multo sit potentior separata in operādo quā corpori corruptibili vnita potest per suū actiuum sicut per agens principale mediante similitudine, vel re sicut instrumentali agente educere de se ipsa, vt est possibilis speciem intelligibilem qua aliquid potest cognoscere, quod vnita corpori nunquam cognouit.

Nouas spēs animam separatā posse acquirere admodum resolute tenet Scotus. di. 45. huius q. 2. cōtra s. Th. idem Fran: di. 47. hui' q. prima.

De paruulorum cognoscere post separationē. Prima opi.

De paruulis autem opinantur aliqui quòd sicut in resurrectione dominus volūtarie supplebit corporibus paruulorum quantitatem, quam habuissent in termino augmenti si vixissent vsq; tunc, & natura in eis non errasset vel defecisset, quòd ita voluntariè influit animabus eorum statim, cum a corporibus eorū separate sunt species, illarum rerum quarū per naturale lumen cognitionem acquisiuissent, vel acquirere potuissent, si vixissent vsq; ad illud tempus in quo de lege communi maxime viget per naturam, vsus rationis, vel vigebat in hominibus illius temporis quo illi paruuli decesserunt siue decedunt. Nec ex dictis sequitur quòd inutilis sit pro alia vita acquisitio naturalis scientiæ in hac vita, quia electi bene vtuntur ea, & ille bonus vsus in hac vita vtilis est eis, pro alia vita, quia per illum bonum vsum merentur. Si autē dicatur quòd acquisitio naturalis sciētiæ sit reprobis inutilis pro alia vita, non est inconueniens.

Secunda opinio.

Alij autem dicūt, quòd quamuis Deus posset animabus paruulorum dare cognitionem naturalem æqualē naturali cognitioni, vnius magni clerici vel maiorem, tamen non dat talem cognitionem animabus paruulorū recedentium, a corporibus cum originali peccato, quia non conuenit, nō enim decens est ceteris paribus quòd anima quæ in acquirendo scientiam nunquam laborauit habeat cognitionem naturalem æqualē cognitioni animæ illius, quæ in acquirendo eam laborauit, Deus tamen animabus paruulorum prędictorum infundit voluntariè non naturaliter species illarum rerum, quarum cognitio decet statum eorum, & quamuis Deus prædictas species infundat non de necessitate naturæ, sed libera voluntate, tamen naturalis est cognitio quam animæ prædictorum paruulorū habent per eas, quia non eleuat intellectum supra suam naturalem facultatem.

Ad primū.

Ad Primum in oppositum dicendum, quòd illa fuit opinio Auic. cui in hoc non est assentiendum.

Ad secundum. Prima responsio est etiam Sco. di. 45. huius q. prima.

Ad secundum dicendum, quòd ibi Augu. loquitur de tri. quæ est in parte animæ sensitiuæ, & potest dici, quòd per aciem cogitantis intelligit potentiam cogitatiuam, sensitiuam, quæ altissima est inter potentias sensitiuas.

Vel potest dici, quòd aciem vocat cogitantis potentiam intellectiuam inquantum actū intelligit, & ipsam informationem vocat ipsam intellectionem, quæ est expressior similitudo rei intellecte, quam illa quæ habitualiter intellectu retinetur.

Ad tertiū. Vel quo ad acquisitionē primam primæ intentionis.

Ad tertium dicendum, quòd illa similitudo tenet inquantum anima est, vnita corpori corruptibili, nec adhuc totaliter est simile, quia non sic remanet habitualiter similitudo coloris, in vsu sicut species intelligibiles in intellectu.

Quartum.

Ad quartum dicendū, quòd philosophus ibi vocat intellectum passibilem impropriæ, scilicet ipsam cogitatiuam sensitiuam, quæ organum habet in media cellula cerebri, quam semper oportet esse in actu suo, dum intellectus corpori corruptibili vnitus intelligit de lege communi: vnde facit differentiam inter intellectum passibilem, & possibilem.

Quintum.

Ad quintum dicendum, quòd anima post sui separationem, aliquādo intelligit per vnā speciem, & non per aliam a casu: aliquando ex causa determinata: aut quia .s. illa species fortius est in ea impressa, non .n. omnes species existentes in intellectu, in eo æqualiter autem impressæ, quamuis omnes ibi habeant esse incorruptibile, aut quia magis assueta est intelligere per illam, aut quia est repræsentatiua generalioris intentionis, quia intentio entis est, quæ primo ordine naturæ occurrit intellectui, & habita ista generali cognitione in actu, quia multæ species intelligibiles sunt in ea, per quas de rebus diuersis potest cogitare, voluntas mouet intellectum ad conuertēdum se ad illas prout sibi placet.

Resolute a Sco in primo di. 3. q. 2. de primo cognito, & q. 7.

Ad sextum.

Ad sextum dicendum, quòd cum dicitur, quòd vna potentia non habet naturalem modum agendi, nisi vnum &c. Dico quòd non est verum de potentia, quæ radicatur in tali essentia formæ, quæ successiuæ potest habere duos modos naturalis existentiæ, quia naturalis

ralis modus operandi proportionatur essentiæ mediante suo naturali modo existendi: intellectus autem humanus, est potentia radicata in essentia animæ rationalis, quæ successiuæ habet duos naturalis existentiæ modos: dum .n. est in actu corporis forma naturaliter existit, postquam etiam est a corpore separata naturaliter existit, quia per suam naturã existit, non est autem idem modus naturaliter existendi quo existit, vt pars in composito, & vt actu corpus informans, & ille quo per se existit, quia sic existit non vt actu pars, nec vt actu corpus informans, sed vt quoddam totum non habens suum completum naturalis existentiæ modum, quapropter primus modus existendi sibi est naturalior quam secundus: vnde & naturaliter ipsum appetit.

Ad septimũ Opinio aliorum. Ad septimum dicendum, quòd dicunt quidam quòd modus intelligendi in fantasmate non est naturalis, sed accidentalis animæ coniunctæ corpori, quia corruptibilitas non pertinet ad corporis essentiam, sed sibi accidit, & prædictus modus non conuenit animæ coniunctæ nisi ratione corruptibilitatis corporis per quam anima sic aggrauatur, vt propter sui debilitatem non possit per sui naturam, & de lege communi apprehendere intelligibile nisi in aliquo sensibili vt quasi in exemplari.

Contra. Sed quamuis hæc opinio sit multum probabilis, tamen contra eam probabiliter sic arguunt aliqui: anima beata post sui corporis resumptionem aliquid participabit de modo existendi sensibili, inquantum erit corporis sensibilis forma: corpus .n. per suam glorificationem non desinit esse sensibile: participabit etiam animam aliquid de modo existẽdi intelligibiliter, inquantum est spiritualis substantia, quia principalius participabit illum modum existendi, qui conueniet sibi ratione sui, quam illum qui sibi conueniet ratione corporis, ideo principalius participabit existendi modum intelligibiliter, quã modum existendi sensibiliter: cum ergo naturalis modus intelligendi proportionetur naturali modo existentiç substantiæ intelligentis, videtur, quòd illud quod intelliget naturaliter intelliget, in aliquo sensibili. Inter autem sensibilia illud quod propinquius est speciei intelligibili est fantasma: ergo videtur quòd illud quod modo naturali intelliget, intelliget in fantasmate.

Præterea inconueniens videtur, quòd anima nunquam habeat naturalẽ modum intelligendi quamdiu est actu corporis corruptibilis forma, sed si modus intelligendi in fantasmate non esset sibi naturalis, nunquam saltem de lege communi haberet naturalem modum intelligendi, quamdiu est actu corporis corruptibilis forma, quia quamdiu sic est nũqnam saltem de lege commuui sine fantasmate intelligit, videtur, ergo quòd inconueniẽs sit dicere quòd talis modus intelligendi non est sibi naturalis.

Alia opinio. Alij dicunt, quòd sicut alium modum existendi, habet anima corpori corruptibili coniuncta quam habeat separata: sic habebit aliũ quando erit coniuncta corpori glorificato, & ideo sicut alio modo intelligit, separata quã corpori corruptibili vnita, sic modo diuerso ab istis duobus intelliget naturaliter, quando erit corpori glorificato vnita.

Contra. Sed quia non clare patet, quòd istæ naturalis modus intelligendi, differat ab alijs duobus, nisi quòd erit perfectior: Ideo videtur alijs dicendum, quòd anima quando erit vnita corpori glorificato habebit naturalem modum intelligendi in fantasmate, & supernaturalem non in fantasmate, & simul eandem rẽ intelligere poterit vtroq; modo, cum oculus corporalis eandem rem, quam videt in speculo simul possit videre non in speculo. Nec ex dictis sequitur quòd anima separata habeat naturalem modum intelligendi perfectiorem quam erit ille naturalis modus intelligendi, quem habebit, quando erit corpori glorificato vnita: illam .n. Propositionem qua dicitur nobilior est, naturalis modus intelligendi sine fantasmate quam cũ fantasmate, non oportet semper esse veram nisi cęteris paribus: in proposito autem non sunt cętera paria, quia propter perfectiorem existendi modum fortior erit animæ naturalis virtus, quando erit corpori glorificato vnita, quam sit dum est separata, & ideo poterit aliquid etiam naturaliter perfectius videre in fantasmate, quam ipsa separata possit naturaliter videre, nõ in fantasmate, sicut oculus corporalis, quando est fortis videt aliquam rem clarius in speculo, quam oculus debilis videat eandem rem, non in speculo.

Secundum mentẽ propriam quando anima erit coniuncta corpori glorioso naturalẽ modum in fantasmate habebit.

QVAESTIO III.

Vtrum anima separata cognoscat singularia.

ET VIDETVR, ꝙ non, quia de omni intelligibili, potest esse scientia, sed de singularibus non potest esse scientia, secundum philosophum, primo posteriorum: omnis enim scientia de vniuersalibus est, ergo anima separata cum non habeat nisi cognitionem intelligibilem, non potest cognoscere singularia.

Arg 1. D. Bon. ibidem par. 2. art. 1. q 1. D Tho. præsenti dist. q. 1. ar 3. Scot. in 4. dist 45 q. 1 & in 2. di. 3. q 8. & dist. 16. q. vnica.

Item secundum philosophum, 1. phy. vniuersale secundum rationem notum est, singulare autem secundum sensum, sed anima separata non habet cognitionem sensitiuam, quia illa requirit organum: ergo non potest cognoscere singulare.

Secundum. T c. 4. & 2. de anima. T. c. 60. & primo, & secundo posteriorum.

Item species in intellectu est respectu indiuiduorum vniuersalis, sicut dicit Auic. 5. metaph. c. 1. Sed per speciem vniuersalem, nõ potest singulare cognosci: ergo anima separata non cognoscit singularia.

CON-

... opposi- ...m.

CONTRA, Luc. 16. dicitur de diuite dãnato ꝙ eleuans oculos suos cum esset in tormentis vidit Abraam, a longe, & Lazarum in sinu eius, sed constat, ꝙ illa visio non fuit sensibilis, sed intellectualis, cum ergo Abraam, & Lazarus sint duo singularia animæ separatæ habent cognitionem singularium.

CONCLVSIO.

Anima humana separata à corpore cognoscit singularia etiam sensibilia mediante specie, qua cognoscit vniuersale, quatenus se conuertit ad singularia sub eodem vniuersali contenta.

...esponsio. ...iam separ... ...am singu... ...ria cogno... ...ere vide ...co. q. vlt. ...ist. 3. 2.

RESPONDEO, quòd anima separata cognoscit singularia, quia non tantum in intellectu est similitudo vniuersalis, sed etiam rei singularis, nec duæ sunt similitudines numero distinctæ, sicut nec sunt duo numero distincta, hæc albedo, & albedo: vnde eadem similitudo est repræsentatiua huius albedinis, & albedinis, & prius ordine naturæ repræsentat albedinem quam hanc albedinem: vnde cum intellectus post sui separationem a corpore per suum actiuum tanquam per agens principale sub Deo mouet seipsum, & mouetur inquantum possibilis est mediante illa similitudine, tãquam agente instrumentali sub ratione qua est repræsentatiua albedinis, tantum cognoscit albedinem in vniuersali, inquantũ autem mouet seipsum, per eã sub ratione qua est repræsentatiua huius albedinis cognoscit albedinem in singulari, inquantum etiam mouet seipsum per eã sub vtraq; ratione cognoscit albedinem in vniuersali in comparatione ad albedinem in singulari, nec est mirandum si intellectus per vnam speciem possit se mouere sub vna ratione, & non sub alia vel sub vtraq; simul, quia vnum re est plura secundum rationem, & distinguit intellectus vbi non distinguit natura. Prædicta autem superius: lib. 3. dist. 14. in illa: quęstione vtrũ possimus cognoscere singularia, plenius, & diffusius explicata sunt, & ideo hic pertranseo breuius.

Ad primũ.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, quòd de re contingit scire quid est, & contingit scire eam esse in actu: primo modo de omni quod potest intelligi siue sit vniuersale siue singulare incorruptibile, vel corruptibile, potest esse scientia: secundo modo non potest esse scientia de singularibus corruptibilibus, quamuis intellectu possint apprehendi, quia nõ possunt a nobis de lege communi sciri nisi videantur præsentia.

Ad secundum. Hic Sco. q. 16. Septimi metaphysicæ.

Ad secundum cum dicitur: quòd vniuersale secundum rationem notum est, &c. Dico quòd hoc cũ pręcisione debet intelligi, quia sensu cognosci non potest, quòd autem dicitur: singulare notum est secundũ sensum: hoc non debet cum præcisione intelligi, quia nec omne singulare est cognoscibile per sensum, vt patet in singulari substantia intellectuali: singulare etiam sensibile, non est cognoscibile per sensum tantũ, sed etiam per intellectũ.

Ad tertiũ.

Ad tertium dicendum, quòd species existens in intellectu quamuis sit respectu indiuiduorum vniuersalis inquantum per illam potest intellectus cognoscere indiuidua sub vna ratione vniuersali, tamen respectu eorum est etiam singularis inquãtum intellectus per eam potest cognoscere singulare, quamuis ergo in intellectu, sint multe species, per quarũ quamlibet potest cognoscere vniuersale, tamen per speciem propriam cognoscit quodlibet singulare.

ARTICVLVS II.

CONSEQVENTER quęritur de secundo principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum anima separata possit per suam naturalem virtutem, se mouere de loco ad locum.

Secundo, vtrum possit mouere aliquod corpus de loco ad locum.

Tertio, vtrum possit vniri alicui corpori vt proprius eius motor.

QVAESTIO I.

Vtrum anima separata non possit per suam naturalem virtutem se mouere de loco ad locum.

Arg. 1. Sco. vbi supra.

OSTENDO, ꝙ si .n. se posset mouere per suam naturalem virtutem de loco ad locum, non portaretur ad locum quietis, quia ad illum libentissime moueret se, sed vt dicitur Luc. 16. factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ: ergo anima separata non potest per suam naturalem virtutem se de loco ad locum mouere.

Secundo. T. c. 32.

Item quedã sunt substantię corporales quę quamuis habeant imaginationem, & sensitiuũ appetitum, & sint ab alio mobiles secundum locum, tamen illo motu seipsas mouere non possunt: dicit .n. philosophus, secundo de anima quòd sensitiuorum quædam sunt quæ non habent motum secundum locum, & hoc est propter imperfectionem eorum: ergo a simili sunt quædam substãtiæ spirituales quæ quãuis habeant intellectum, & liberam voluntatem, & sint mobiles ab alio secundum locum: tamen propter eorum imperfectionem seipsas illo modo mouere non possunt, sed nõ est inuenire aliquas substantias tales nisi animas separatas quæ habent imperfectum existendi modum: ergo videtur quòd seipsas non possint mouere secundum locum.

Tertio. T. c. 40 41. & 42.

Item secundum sententiam philosophi. 8. phys. omne quod potest se mouere de loco ad locum resolubile est, in talia duo quorum vnum est per se mouens, & aliud per se motũ, sed anima non est resolubilis in talia duo: est

enim

enim simplicis naturæ: ergo non potest se mouere de loco ad locum.

In oppositum. CONTRA, vt ostensum est: lib. 1. dist. 37. In illa quæstione, vtrum angelus sine assumpto corpore possit se mouere de loco ad locũ angelus potest se mouere de loco ad locũ: ergo a simili cum anima separata sit alicubi definitiuę, & aliquo modo assimiletur angelis in per se existendo, nisi in hoc quòd habet imperfectiorem existendi modum, potest se mouere de loco ad locum.

CONCLVSIO.

Anima hominis à corpore separata potest per suam naturalẽ virtutẽ, mouere se de loco ad locũ.

Responsio. RESPONDEO, quòd anima separata per suam naturalem virtutem, potest se mouere de loco ad locum. Et ad intelligendum hanc veritatem magis distinctè.

Primo intendo declarare quòd potest moueri de loco ad locum.

Secundo ꝙ aliqñ mouet̃ de loco ad locũ.

Tertio ꝙ potest se mouere de loco ad locũ.

Quarto ꝙ aliqñ mouet se de loco ad locũ.

De articulatio. Primus articulus: T. c. 6. Primum declaro sic: per philosophum tertio physico. motus est actus entis, in potentia secundum ꝙ huius: sed anima separata est in aliquo loco definitiuæ, & est in potentia ad existendum in loco alio: ergo de vno loco ad alium moueri potest.

Secũdus articulus. Secundum articulum declaro sic: animarũ recedentium a corporibus quædam recedũt in mortali peccato, & ille transferuntur ad infernum, quædam recedunt cum charitatẽ, & illarum quędã nihil portant secum purgandum, & ille transferuntur ad cęlum empyreũ, quædam portant secũ aliquid purgabile, & ille de lege communi transferuntur ad purgatorij locum, & postquã purgatæ sunt transferuntur ad cęlũ empyreum, sed prædictę trãslationes sunt motus seu per motũ: ergo animæ separate aliquãdo mouẽtur de loco ad locũ.

Tertius articulus. Tertium articulum declaro sic: maius est rem trãsmutare ad formam etiam accidentalem quã eam transmutare de loco ad locum: vt. n. ostensum lib. 2. di. 7. 1. quæstione articuli quarti, dęmon per suam virtutem non põt immediate transmutare materiam ad formã substantialem, nec etiam ad accidentalẽ naturalẽ, quamuis eam transmutare possit secundũ, locũ, & etiam ad formã artificialem, eo ꝙ talis forma causatur mediãte aliquo motu partium secundum locũ, sed animæ separate possunt semetipsas mouere ad formã accidentalem, quia possunt mouere semetipsas secũdũ diuersas affectiones: ergo multo fortius possunt per suam naturalem virtutem semetipsas mouere de loco ad locum.

Præterea: cum anima separata habeat intellectum quo se põt dirigere in mouendo de loco ad locum, & liberam voluntatẽ qua põt talem motũ imperare, probabile videtur, & conueniens quòd a creatore accipit motiuam potentiam qua talem motum potest exequi.

Quartus articulus. Quartum articulũ declaro sic: animæ recedentes a corporibus in charitate, nihil portãtes secum purgabile sciũt ꝙ voluntas Dei est ꝙ statim ad cęlum empyreum transferantur, cum ergo sciãt se mouere, & velint, quia vehementer locum illum desiderant, & poscunt, vt iam dictum est, probabile est ꝙ ad illũ locum seipsas moueant, quamuis ab angelis ob reuerentiam associentur: recedentes etiam a corporibus in charitate secum portantes aliquid purgabile sciunt, ꝙ voluntas Dei est ꝙ ad locũ purgationis transferantur, cum ergo hoc sciãt, & facere possint, & velint, eo ꝙ iustitiæ diuinæ sint obedientes, videtur ꝙ ad illũ locũ moueant se, quamuis ob aliquã causam illuc deducãtur a bonis angelis, vt aliq volunt: vel a malis, vt dicunt alij: animæ etiã recedentes a corporibus in peccato mortali mouent seipsas ad locum inferni, sicut latro qui ducitur ad patibulũ seipsum mouet, quia pri' vult ire ad patibulũ q̃ illuc trahi vel in via pl' affligi.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ illa portatio de qua loquitur ibi saluator est portatio cuiusdam reuerentiæ, sicut videmus, ꝙ magne personæ aliquando euntes de vno loco ad alium interdum portantur ab honorabilibus personis in signum reuerentiæ.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ non oĩa bruta imperfecta carent potentia mouendi se sm̃ locũ: aliqua. n. sunt quæ nõ pñt generare sibi simile, & in hoc imperfecta sunt, & tñ se mouent sm̃ locũ, & quãuis sint aliqua maioris imperfectionis, pp quã secundũ locũ se mouere non pñt, tñ similis imperfectio nõ deceret aliquã spiritualem substantiã: illa. n. bruta quæ scd̃m locũ se nõ mouent tali motu non indigent, qa vel suũ nutrimentũ habent coniunctũ vel natura prouidit vt eis portet̃, sicut patet ꝙ mare per suũ fluxũ portat nutrimentum cõchis existentibus in sabulo, non tñ talia totaliter carẽt potentia mouendi se, quia astringẽdo se, & dilatando secundũ partes aliqualiter mouẽt se secundum locum: decẽs autẽ est, & ordo iustitiæ hoc requirit vt anima rationalis postquã a corpore est separata vadat vel ad infernũ, vel ad purgatoriũ, vel ad cęlũ ferat̃ empyreũ.

Ad tertiũ. Ad tertium patet solutio per illud quod dictum est. lib. 1. d. 37. in illa quæstione, vtrũ angelus possit se mouere de loco ad locũ, & per illud quod supra dictum est in hoc quarto in illa quæstione: vtrum in beata fruitione volũtas tantum sit passiua: in solutione secundi argumenti.

QVAESTIO II.

Vtrum anima separata possit mouere aliquod corpus de loco ad locum per suam naturalem virtutem.

Arg. 1. Scotus vbi supra. ET VIDETVR, ꝙ non, anima corpori coniuncta non mouet corpus intelligẽdo & vo-

& volendo tantum, quod patet: quia aliquando multum viget in homine vsus intellectus, & voluntatis, & tamen seipsum nõ potest mouere de loco ad locum, pp debilitatem, & qñ habet membrum, quod mouere nõ potest pp membri infirmitatẽ, vt patet in membro paralytico, sed in anima separata nõ est aliqua potentia, alia ab intellectu, & voluntate, quia nõ respicit ens nisi sub ratione duplici .s. sub ratione veri sub qua est obiectum intellectus, & sub ratione boni sub qua est obiectum voluntatis: ergo anima separata nullum corpus potest mouere per suam naturalem virtutem.

Secundo. Item sicut anima corpori coniuncta audit mediãte organo corporeo, sic mouet corpus de loco ad locum, organo corporeo mediante, mouet .n. ipsum mediantibus musculis, & neruis, & spiritibus deferentibus influentias animę, quod patet, quia potest cõtingere talis læsio in musculis, & neruis, vel talis opilatio quæ prohibet transire spiritus prædictos, ita ꝙ anima corpus suum de loco ad locum, mouere non potest, sed quia organum quo audit anima non separatur cum anima: ideo separata audire non potest, quamuis per intellectũ apprehendat audibilia: ergo a simili cum musculi nerui, & spiritus supradicti non separẽtur cum anima, ipsa separata nullum corpus per suam naturalem virtutem mouere potest.

Tertio. Itẽ ad actum exercẽdum quem anima exercere põt separata nullo organo indiget etiam dum est corpori coniuncta: vnde quia anima separata potest habere actum intelligendi, quia sibi conuenit secundum se, non exercet illum actũ etiam coniuncta corpori aliquo organo mediante, qua propter dicitur ꝙ intellectus non est potentia organo alligata, nec voluntas similiter, sed anima corpori coniuncta non potest mouere corpus, nisi organo mediante: ergo ipsa separata nullum corpus potest mouere.

In opposi-tum. CONTRA quia angelus potest mouere seipsum de loco ad locum, potest etiam mouere aliquod corpus, de loco ad locum: ergo a simili cum anima separata possit mouere seipsam de loco ad locum, vt patet ex præcedẽti quæstione, potest mouere aliquod corpus, de loco ad locum.

Secundum. Item si Deus alligaret supernaturaliter vnam paleam animæ separate, & postea relinqueret animã suæ naturali virtuti, quæro vtrũ illa anima possit se mouere de loco ad locũ: si dicas ꝙ sic: habeo propositum, quia tũc moueret paleam: si dicas ꝙ non: ad dictum tuum sequeretur hoc inopinabile, quòd vna palea impediret eam ne se ipsam posset mouere.

CONCLVSIO.

Anima à corpore separata potest virtute propria mouere corpus localiter.

Responsio. Animam separatam posse mouere aliquod corpus virtute naturali nisi impediatur. RESPONDEO, ꝙ anima separata potest per suam naturalem virtutẽ mouere aliquod corpus de loco ad locum, nisi prohibeatur à superiori virtute: in anima .n. separata est virtus motiua secundũ locũ, quia vt patet ex præcedenti quæstione, se ipsam potest mouere de loco ad locum: illam etiam potentiam põt facere præsentẽ alicui corpori, quia simul posset esse cum vno lapide, vel cũ alio corpore, multa etiam sunt corpora, quorum nullum tã tam habet potentiã in resistendo quãtam habet anima in trahendo, vel in pellendo, quod patet: quia virtuosior est anima separata quã corpori corruptibili vnita, quia vt dicitur. 9. Sap. corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & tñ corpori corruptibili vnita plus potest in trahendo, vel pellendo corpus suum ꝙ ipsum corpus resistendo, cum ergo ad hoc ꝙ vna res moueat aliam secundum locum sufficiat quòd in illa re sit motiua virtus, & ꝙ possit eã vnire rei mobili, & ꝙ sit præpotens sup eam, sequitur ꝙ anima separata põt per suam naturalem virtutem aliquod corpus de loco ad locum mouere. Et credunt aliqui etiam ꝙ aliquando moueat: refert .n. Greg. 4. li. dialo. inter mediũ, & finẽ. Germanũ capuanum episcopum inuenisse Pascasium diaconũ qui erat defunctus stantem, & obsequentẽ in balneis, cum ergo illa anima non esset illius corporis forma, & tamen ipsum mouebat patet, ꝙ aliquando anima separata mouet aliquod corpus secundũ locum. Nec dicendũ est vt aliqui dicunt ꝙ esset angelus bonus, vel malus in specie Paschasij, quia hoc faciẽdo ille Paschasius faciebat pęnitentiã suã, nec tamẽ fuit idẽ corpus cuius fuerat anima Paschasij forma. anima .n. dum est separata prohibetur diuina virtute mouere corpus illud cuius forma fuit, & quodcunq; aliud corpus quod fuit animatũ rationali anima, & etiam corpora brutorũ ne esset hominibus occasio ruendi in vilẽ, & horrendum errorem opinãtium intellectum posse transire de corpore in corpus, ita ꝙ successiue sit proprius motor diuersorum corporũ, & quamlibet animam, quodlibet corpus ingredi posse vt pythagoricæ fabulæ dicunt. Probat exemplo.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ minor est falsa: in aĩa .n. separata est potẽtia motiua sm̃ locum: ipsa .n. non tm̃ respicit ens sub ratione veri, vel boni, vt supponebas in arguendo, sed etiã sub rõne mobilis sm̃ locũ sub qua rõne est obiectũ potẽtiæ motiuę sm̃ locũ.

Ad secundum. Ad secundum dicendũ, ꝙ argumentũ non plus concludit nisi, ꝙ anima separata nõ põt per suam naturalem virtutẽ mouere aliquod corpus de loco ad locum, illo modo quo mouet coniuncta, tamen sicut separata alio modo compræhendit audibilia quam coniuncta sic alio modo mouet corpus quam cõiuncta.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior vera esset si illum actum quem exercet anima separata exerceret coniuncta, & eodem modo: vt autẽ iam dictũ est, anima cõiuncta corpori nõ mo

uet

uet corpus suum, illo modo quo separata mouet corpus aliud, dum.n. actu est corporis forma, non potest per suam naturalem virtutem ipsum mouere de loco ad locũ totũ simul: videmus.n. ꝙ cũ homo mouet se de loco ad locum, dum vna pars mouetur alia quiescit, ita vt pars quiescens mouet per virtutem animæ partem aliam, non sic autem mouet aliud corpus dum est separata, immo mouet totum simul. Et cum arguis, ꝙ intellectus etiam cõiunctus non intelligit organo mediante: dico ꝙ inquantum actus intelligendi intellectus coniuncti similis est actui intelligendi intellectus separati organo non indiget, inquantum tamen intellectus coniunctus alio modo intelligit quã separatus actus eius ab organo corporali dependet per accidens, inquantum ꝑ suã naturalem virtutem, & de lege communi nihil intelligere potest sine fantasmate, quod requirit organum corporale, nec etiam sine ministerio alicuius virtutis sensitiuæ quæ organo est alligata.

QVAESTIO III.

Vtrum anima separata possit per suam naturalem virtutem vniri alicui corpori, vt proprius eius motor.

Arg. 1. ET VIDETVR, ꝙ sic: non obstante ꝙ intelligentia mouens orbẽ nõ est orbis forma, tamen est eius proprius motor: ergo a simili non obstante ꝙ anima separata a suo corpore nõ possit esse alterius corporis forma, tamen potest fieri alterius corporis proprius motor.

Secundo. Item spiritus est proprius motor corporis propter eius naturalem inclinationem ad ipsum mouendum, sed in anima separata a suo corpore remanet naturalis inclinatio ad mouendum ipsum: ergo videtur ꝙ illius corporis possit esse proprius motor, etiam dum nõ est actu eius forma.

In oppositum. CONTRA, si anima post sui separationẽ a corpore posset iterum per suam naturalem virtutem esse illius corporis proprius motor, posset ipsum iterum reintrare vt motor, sed secundũ Chryso. homel. 28. super Matth. anima separata non potest ante resurrectionem reintrare corpus suum: ergo ante resurrectionem non potest esse proprius motor corporis illius: ergo a simili nec alicui[9] alteri[9] corporis.

Secundum. Item à dño Stephano Parisiensi episcopo, & sacrę theologiæ doctore excommunicati sunt dogmatizantes ꝙ intellectus potest transire de corpore in corpus, ita ꝙ successiue sit motor corporum diuersorum, quod. de proprio motore est intelligendum: ille enim articulus fuit excommunicatus propter opinantes quamlibet animam quodlibet corpus ingredi secundum pythagoricas fabulas.

An fabulæ vel vera opi pythagoricæ sunt opi.

CONCLVSIO.

Anima à corpore separata non potest virtute propria vniri alicui corpori non solum vt eius forma, sed neq; vt eius proprius motor.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ anima separata nõ potest vniri corpori alicui vt proprius eius motor ante resurrectionem, sed tunc diuina virtute iterum fiet forma eiusdẽ corporis in numero quod ante animauerat, & proprius erit eius motor.

Ad cuius veritatis intelligentiam primo declarandum est, quid est spiritum esse motorem alicuius corporis.

Secundo ex hoc declarabitur propositum.

Primus articulus. Primum declaro sic: spiritum esse motorẽ alicuius corporis non est idem quod ipsum posse mouere illud corpus, sicut nec homo potest dici proprius motor omniũ rerum quas mouet: nec etiam dicitur proprius motor corporis quia possit mouere illud corpus non aliud, quia anima q̃ est sui corporis proprius motor dum actu est eius forma, alia corpora mouere potest mediãte motu corporis sui, & interdum mouet, & etiam separata põt immediate mouere aliquod corpus: vt in præcedenti quęstione declaratum est, nec etiam dicitur proprius corporis motor, quia illud corpus ab alio moueri non possit de loco ad locum, quia corpus humanum moueri posset de loco ad locum per vnum angelum.

Quid est spiritũ esse propriũ motorem alicuius corporis.

Dicendum ergo, ꝙ ideo spũs dr̃ proprius corporis motor, quia est specialiter deputat[9] ad mouendum illud corpus aliquo speciali modo quo nullũ aliud corpus mouet, & quo illud corpus a nullo alio motore mouetur: & ideo anima quãdiu actu est sui corporis forma eius est ꝓprius motor, qa deputata est a creatore ad ipsum mouendũ quodã spãli mõ quo nullum aliud corpus mouere põt, nec suũ corpus ab alio motore põt tali modo moueri: mouetur.n. ab anima vt a propria eius forma. Intelligentia est etiã orbis quẽ mouet proprius motor, non quia sit eius forma, sed qa a creatore deputata est ad mouendum illum orbem aliquo speciali motu, quo nullum aliud corpus mouet, & qa orbis ille a nulla alia intelligentia creata mouetur per se, qd̃ iõ dico, quia orbes inferiores mouentur a motore orbe primi, inquantum mediante motu illius orbis reuoluit orbes inferiores ad partem oppositam illi parti per quam mouentur a suis motoribus proprijs.

Applicatio vide resolute Franc. dist. 45. 4. vlt. Ex dictis patet propositũ, aĩa.n. separata a corpore non põt fieri alterius corpis forma, nec ẽt eiusdem corpis quousq; ꝑ diuinã virtutẽ fuerit iterũ organizatum, & dispositũ illa dispositione, & organizatione quę requiritur ad hoc, vt anima possit eius esse forma, & quia corpus non sic organizabitur nec disponetur vsque ad resurrectionem: ideo vsq; tunc anima separata nullius corporis potest esse proprius motor.

Ad primum. AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ

non

non est simile de aīa,& intelligētia,quia intelligentia non est apta nata esse alicuius corporis forma, quia per se habet suum naturalem completum essentiæ modū, vnde fieri potuit proprius motor corporis, cuius non est forma, sed anima est apta nata esse humani corporis forma: & ideo Deᵘ ordinauit vt nullius corporis sit proprius motor, nisi sui corporis proprij,& quamdiu actu est eius forma.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ in anima non est naturalis inclinatio ad mouēdum corpus suum nisi sit tale vt possit esse eius forma, sed corpus a quo separatur non erit tale vsque ad resurrectionem.

ARTICVLVS III.

CONSEQVENTER quæritur de tertio principali. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, vtrum damnati vtantur scientia quā acquisiuerunt in hoc mundo.

Secundo, vtrum cognoscant ea, quæ fiunt circa nos.

Tertio, vtrum videant sanctorum gloriam in cœlo.

QVAESTIO I.

Vtrum damnati nunquam vtantur scientia acquisita in hoc mundo.

Arg. 1. D Tho dist. præsenti, q. 2. art. 7. OSTENDO, quia in vsu scientię magna est delectatio: vnde Philos. 10. ethicor. cap. 8. videtur philosophia admirabiles delectationes habere puritate & firmitate, sed damnati nullam habent delectationem, sicut beati nullam habēt tristitiam: ergo non vtuntur aliqua scientia.

Secundo. Item pœnæ infernales maiores sunt quibuscunque pœnis in hoc mundo: sed aliquando homo in hoc mundo ex nimia pœnarum oppressione perdit vsum scientiæ: ergo multo fortius damnati.

Tertio. Item magis possent cogitare de Deo quam de quocunque alio intelligibili, quia propinquior est intellectui eorum: sed sicut dicit Magister huius dist. cap. 2. de damnatis post iudicium in profundioribus tenebris erunt, vbi vbi nullam lucem Dei videbunt: ergo minus de quocunque intelligibili cogitabunt.

In oppositum. CONTRA, Lucę 16. habetur, quòd Abraham dixit diuiti damnato: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, quod sibi non dixisset nisi ille vti potuisset scientia acquisita in hoc mundo.

Item damnati odiunt Deum, sed nullus odit illud de quo non cogitat: ergo damnati de Deo cogitant: & a simili de alijs possunt cogitare.

CONCLVSIO.

Damnati vtuntur scientia, quam acquisiuerunt in hoc sæculo, quoad aliqua, quorum scientię vsus est ad maiorem eorum afflictionem.

Responsio. Damnati quantum ad aliqua vtuntur sicut acquisita. RESPONDEO, quòd damnati vtuntur sciētia acquisita in hoc mūdo maxime quantum ad aliqua: considerant enim mala quę fecerunt & pęnas quas incurrunt,& bona opera quæ omiserunt & bona quæ perdiderūt vt hic vsus scientiæ sit ad maiorem afflictionē eorū.

Ad primū. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ quāuis vsus scientiæ sit per se delectabilis, tamen per accidens potest esse non delectabilis, sed tristabilis: in dānatis enim post iudiciū erit eorum natura ita plene comprehensa tristitia, vt omnino sint indispositi ad aliquā delectationē: & quia sicut dicit Philosophus 2. de anima: actus actiuorum sunt in patiente disposito, vsus scientię nullam in eis delectationem poterit generare, sed generabit tristitiā, inquantum ex vsu scientię semper eis repræsentabitur aliquid de quo dolebunt; minor ēt falsa est si extendatur ad dęmones ante iudicium: dęmones enim ante iudiciū possunt habere, & interdum habent aliquas modicas delectationes vanas, & multum respersas amaritudine. *Et si sciētia ex se sit delectabilis non tamen in damnatis. Tex. co. 24.*

Aliqui etiā dicunt, ꝙ animæ damnatæ aliquā interdū quāuis debilem habēt delectationem. Et dicunt ꝙ sicut non sequitur: est bonū sine omni malo: ergo ē aliquod purū malum, ita non sequitur, beati nullā habēt tristitiam: ergo damnati nullum habent gaudium. Meliᵘˢ tamen est vt dicatur ꝙ animæ damnatę nullā penitus vnquā habent delectationē, nec etiā dæmones aliquam habebunt post iudiciū delectationem: vt libro 2. ostensum est.

Ad secundum. Ad secundum dicendū, ꝙ quāuis illæ pęnę sint maiores quā istę, tamen non ita poterunt auferre damnatis vsum scientiæ sicut possunt aliquę pęnæ hominibus in hoc mūdo: quia organa corporum illorum seruabuntur incorruptibilia ad maiorem afflictionē eorum, quæ organa hic per vehementię pęnarum aliquando corrumpi contingit: damnati tamē per vehementiam pœnarū multo minus erunt apti ad vsum scientiæ nisi respectu eorū quorū consideratio erit ad augmentum suæ tristitiæ.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis Deus sit propinquior intellectui eorum per essentiam quā alia obiecta, non tamen sub ratione obiecti nisi inquātum est puniens, & sic de eo maxime cogitant non ex amore, sed ex odio: inquantum autem est dulcis & misericors minime de Deo cogitant.

QVAESTIO II.

Vtrum damnati cognoscant ea quæ fiunt circa nos.

Arg 1. D Bon. ibi ar. 3. q. 2. ET VIDETVR ꝙ sic: vt. n. habetur Lucæ. 16. ille diues dicit ad Abraam se quinq; fratres habere: ergo sciebat adhuc ipsos viuere: quod non esset verum nisi cognoscerent ea quæ fiunt circa nos.

Secundo. Item res non dependens a loco, nec situata in loco non impedit in sua operatione propter localem distantiam, sed animę damnatæ non dependent a loco, nec sunt situatę in loco, quia dicit Boet. in principio lib. de hebd. quæ incorporalia sunt in loco non esse: ergo ita cognoscunt ea, quæ fiunt circa nos, ac si inter nos essent pręsentes.

Tertio. Item potētior est lux naturalis intellectus, q̃ lux corporalis quæcunque, sed lux corporalis non impedit in sua operatione propter loci distantiam, quod patet in luce solari, quę in quantacunque distantia illuminat, sed in damnatis remanet lux naturalis intellectus: vnde de dæmonibus dicit Dionys. in lib. de diui. nom. ca. 4. ꝙ sunt clarissimi: ergo damnati non impediuntur in sua cognitione pro quacunque distantia, & sic ita cognoscunt ea, quæ circa nos fiunt, ac si essent pręsentes.

In opposi- tum. CONTRA, August. in li. de cura pro mortuis agēda, inter medium & finem, ibi sunt spiritus defunctorum vbi non vident quæcunq; aguntur, aut eueniunt in ista vita hominibus: & infra de illo diuite, ꝙ illi fuit cura de viuis, quamuis quid agerent omnino nesciret.

Item August. li. de diuinatione dæmonum, inter principium & medium, dicit, ꝙ dæmones celeritate motus multo ante cognita nunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur, sed ad cognoscendum talia non reqreretur celeritas motus si cognoscere possent res quibus præsentes non essent: cum ergo animæ damnatæ non sint præsentes rebus, quæ circa nos fiunt, nec sint potentioris cognitionis quam dæmones, non coguoscūt ea, quæ circa nos fiunt.

CONCLVSIO.

Damnati nō possunt per sciētiam cognoscere quæ circa nos fiunt, aliqua tamen ex illis cognoscere possunt, vel per coniecturas, vel per dæmonum, aut animarum ad eos descendentium reuelationem.

Responsio. Et si nō per scientiā, tamen per coniecturā, v l reuelationē dānatos cognoscere possunt q̃ circa nos fiunt, vt inde magis tristentur. RESPONDEO, ꝙ damnatos cognoscere ea quæ circa nos fiunt, tripliciter intelligi potest, scilicet, aut per scientiam, aut per coniecturam, aut per reuelationem.

Primo modo non cognoscunt ea quę circa nos fiunt, quia cognoscere sic quę fiunt circa nos non possent nisi accipiēdo similitudines a rebus, ad quas accipiendas reqritur proportionata propinquitas intellectus ad ipsam rē: quamuis aūt distantia nō impediat cognitionē intellectus respectu rei cuius iā habet speciem, tñ improportionata distantia qualis est inter animas quę sunt in inferno, & ea quę circa viuos fiunt in hoc mundo impedit cognitionem intellectus respectu rei cuius non habet speciē, quia ꝓhibet speciei acquisitionē.

Secundo autem modo damnati cognoscūt multa quę fiunt circa nos: ex statu. n. præterito in quo homines viderunt postea coniectu rant multa quę accidūt circa eos, & sic cognoscebat ille diues damnatus suos fratres viuere adhuc: quia secum eos in tormentis non videbat, nec cum requiescentibus in sinu Abrahæ non erat tamen cognitio certa: quia mortui ex speciali priuilegio pœnitētiā aliqñ faciūt in locis in quibus peccauerunt.

Tertio mō cognoscunt aliqua quæ fiunt circa viuos, vel per reuelationē dęmonū vel animarū ad eas descēdentiū, sed nūquā fit eis aliqua reuelatio, nisi talis vnde tristentur.

Ad primū AD PRIMVM in oppositum patet solutio ex iam dictis.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis animę separate non dependeant a corporali loco, tamen in loco sunt, quod probatum est in simili lib. primo. dis. 37. in illa quęstione, vtrū Angelus sit nusquā. In qua ostensum est ꝙ angelus præter omnem operationē quā habeat circa locum est in loco definitiuę, quāuis nō circunscriptiuæ: quia sic incorporalia in loco nō sunt: & sic intelligitur illud verbū Boecii de hebd.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis potentior sit lux spiritualis quā corporalis quecūque tamen ex hoc non sequitur ꝙ posset illuminare in quātacunq; distantia: potentius. n. est rem aliquā spiritualiter illuminare in parua distantia quàm corporaliter illuminare in magna distantia: quia improportionabiliter nobilior est illuminatio spiritualis quàm corporalis, quamuis tamen sol illuminet in quātacunq; distantia quę est, tantam tamen Deus posset facere distantiā ꝙ vna res tantum distaret a Sole, ꝙ ad eam lumen solis pertingere non posset

QVAESTIO III.

Vtrum damnati videant sanctorum gloriam in cęlo.



Arg. 1. D. Bon. vbi supra. q. 3. D. Tho. vbi sup. ar. 9. ET VIDETVR ꝙ non. Beati nō vident pœnā damnatorum: quia cum anima ex charitate cōpatiatur miseris, beati cōpaterētur damnatis, quod esse non potest: quia compassio est cum pęna: ergo a simili damnati non vident gloriam beatorum.

Item non vident eam per essentiam: quia in eis per essentiam non est, nec per speciem naturaliter inditam: quia tunc omnes eam viderent, nec per spetiem acquisitā: quia vt iam dictum est anima non acquirit speciē rei nisi sibi sit præsens vel in propinquitate proportionata virtuti nec per speciē infusam a Deo: quia non sunt digni vt a Deo fiat eis aliqua reuelatio saltem ducens in cognitionem delectabilis rei: ergo dānati nullo modo vident gloriam sanctorum in cęlo.

Tertio. Item non cōceditur reprobis quod ex speciali gratia conceditur hominibus iustis, sed si hominibus iustis in hac vita concedatur videre sanctorum gloriam, hoc est ex speciali gratia: ergo hoc non conceditur damnatis.

CON

In oppositum. CONTRA, vt habetur Lucæ 16. diues dãnatus vidit Lazarum in sinu Abrahæ.

Secundo. Psal. 57. Item sancti lætantur de pœna damnatorũ: vnde Psal. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, sed non possent de ea lætari nisi viderent eam: ergo a simili, damnati vident gloriam beatorum.

CONCLVSIO.

Damnati gloriam sanctorum intuitiua & clara cognitione videre non possunt, licet in generali, & etiam ante iudicium partim in speciali eam arguitiue cognoscant.

Responsio. Et si damnati intuitiue videre non possint gloriam sanctorum, tamen arguitiue cognoscere possunt in speciali modo ante iudicium, post autem in generali. RESPONDEO, ꝙ damnati gloriam sanctorum non vident, quia visio est cognitio intuitiua & clara, proprie loquendo de visione: sic enim non posset videri gloria beatorum quin viderentur beati, & ipse Deus cum eorum gloria in perfecta eorum coniunctione cum Deo consistat, nõ enim potest videri immediate & clare coniunctio aliquorum quin videantur ipsa coniuncta: in generali tamẽ & partim in speciali cognoscunt gloriam beatorum quasi arguendo: nullum enim vident dãnatum qui tenuerit fidem, & bonos mores: vnde cogitur intellectus eorum assentire ꝙ vera est sacra scriptura, & ex consequenti, ꝙ beati habent bona, quæ eis in sacra promittuntur scriptura, & quia beatitudo in sacra scriptura promittitur iustis nõ tantum in generali, sed etiam partim in speciali, quamuis non in ratione pure specialissima, quia sic lingua hominis eam non posset narrare, nec intellectus in hac vita de lege communi intelligere, iuxta illud Apostoli prima ad Cor. 2. nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit Deus his qui diligunt illum: ideo damnati arguendo cognoscunt gloriam beatorum non tãtummodo in generali, sed partim in speciali, non autẽ plene in speciali, quia illa gloria significari potest per illud nomen nouum scriptum in calculo candido, de quo dicitur Apocal. 2. quòd nemo scit nisi qui accipit. De huius vero cognitione damnati tristantur propter inuidiã fœlicitatis alienæ, & carentiam beatitudinis propriæ. Post iudicium tamen damnati, eo ꝙ ad proprias pęnas qnasi totaliter cõsideratio reflectetur, istam cognitionem non habebunt nisi forte in esse generalissimo, quia per complementum doloris intellectus eorum prędictę argumentationi non vacabit: vnde Greg. homil. 41. super Lucam post principium, super illud Lucæ 16. Eleuans, &c. Et recitat Magister huius dist. c. 5. dicit, ꝙ infideles in imo positi ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ beati multo perfectius vident pœnam damnatorum, quam damnati cognoscant gloriam eorum, quia beati pęnam damnatorum vident in verbo, & etiam clare in genere proprio speculando, eo ꝙ talis visio est ad aliquã eorum gloriam accidentalem, quia in videndo Dei iustitiam delectantur, & illorum pęnã in comparatione ad suam gloriam considerãtes Deo gratias vberiores agunt, nec eis compatientur, nec compassione quę est passio, q̃a talis non est sine aliqua pęna, nec etiam compassione, quę est motus electiuus, quo q̃s vult alium a miseria liberari, quia beati nihil volunt contrarium huic quod vident Deum absolute velle: vident aũt Deum velle simpliciter dãnatos in sua pœna perpetuo remanere.

Ad secundum. Ad secundum patet solutio ex dictis in q. inquantum ostensus est modus quo cognoscunt damnati gloriam sanctorum.

Aliqui tamen dicunt, ꝙ etiam cum modo prędicto cognoscunt gloriam sanctorum per speciem infusam Deo reuelante, nec est incõueniens, quòd fiat in eis infusio alicuius scientiæ ad eorum ampliorem afflictionem.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ damnatis nõ conceditur videre gloriam sanctorum, eo modo quo per gratiam conceditur iustis, quia Paulo fuit concessum illam videre in speciali, & ad eius consolationem, damnatis conceditur illã cognoscere mediate, nec plene in speciali, & ad eorum afflictionem maiorem.

Ad primũ alterius partis. ARGVMENTA ad partem secundam, quamuis concedenda sint, gratia principalis conclusionis, tamen in processu peccant: multo enim maius est cognoscere gloriam sanctorum in cęlo, quam fuerit cognoscere requiem sanctorum patrum in limbo.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est simile, potentiores enim sunt beati in cognoscendo miseriam damnatorum, quam damnati in cognoscendo gloriam beatorum: vnde sicut dicit Mag. huius dist. cap. 5. post iudicium boni videbunt malos, sed non mali bonos.

ARTICVLVS IIII.

CONSEQVENTER quæritur de quarto principali. Et circa hoc qnræuntur tria.

Primo, vtrum damnati naturaliter appetant beatitudinem.

Secundo, vtrum debeant velle non esse.

Tertio, vtrum velint non esse.

Vtrum autem possint digne pęnitere, & vtrum semper sint in actu culpę: & vtrum demereantur nõ oportet hic quęrere, quia istorum trium solutiones patent per ea quę dicta sunt lib. 2. dist. 7. in illa quæst. Vtrum diabolus possit digne pęnitere, & in illa, Vtrum diabolus semper sit in actu culpę.

QVAESTIO I.

Vtrum damnati non appetant naturaliter beatitudinem.

Arg. 1. D. Bon. ibidem, art. 1. q. & 3. Scot. q. 1. OSTENDO, quia quamdiu principium vitæ est in corde est possibilitas ad corporalem sanitatem: ergo a simili quãdiu prin-

cipium spiritualis vitæ est in rationali creatura, possibilitas est in ea ad sanitatem spiritualem: cum ergo appetitus beatitudinis, quæ est primũ principium agibilium sit principium sanitatis spiritualis, & damnati sint impossibiles ad talem sanitatem cum sint obstinati, non appetunt beatitudinem.

Secundo. Item appetere beatitudinem, & odire Deũ repugnant, cum in Deo sicut in obiecto sit rationalis creaturæ beatitudo, sed damnati Deũ odiunt, iuxta illud Psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper: ergo beatitudinem non appetunt. *Psal. 73. in fine.*

Tertio. Item appetere proximi damnationem est appetitui beatitudinis contrarium, quia beatitudinem appetere est statum appetere omnium bonorum aggregatione perfectum: talis autem status includit delectabile consortium proximorum, sed damnati vellent omnes alios esse damnatos, quia in eis maxime regnat inuidia: ergo videtur, quòd beatitudinem non appetant.

In oppositum. CONTRA, appetere bonum est appetere beatitudinem in generali, sed secundum Dionys. 4. c. de diu. nom. dæmones bonum, & optimum concupiscunt: ergo appetunt beatitudinem in generali: ergo a simili, & alij damnati.

Cap. 19. Item Anselm. in lib. de casu diab. parum vltra medium, videtur velle ꝙ voluntas volendo quicquid vult non vult aliud quam beatitudinem, sed damnati multa appetunt: ergo appetunt beatitudinem.

CONCLVSIO.

Cum in damnatis remaneat aliqua naturalis cognitio, & appetitus naturalis ipsi naturaliter appetunt beatitudinem in generali, licet appetitu quodam debili, & peruerso, ac sub malis circumstantijs, vnde talis appetitus non est ad eorum consolationem, sed magis ad afflictionem.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ cum secundum Aug. lib. 19. de ciu. Dei, cap. 12. post medium, peccatum delere non possit extrema naturę vestigia, in damnatis remanet aliqua naturalis cognitio & appetitus naturalis: cum ergo primus motus naturalis appetitus sit respectu finis in generali: quia secundum Phil. 7. ethic. c. 12. Finis est principium in appetibilibus, & agibilibus: sequitur ꝙ dãnati naturaliter appetunt finem in generali, sed vltimus finis est beatitudo: ergo sequitur quòd naturaliter appetunt beatitudinem in generali, quamuis appetitu debili & exili, sed hic naturalis appetitus in his ex deliberatiua voluntate quoad hoc peruertitur, quia bonum quod naturaliter appetunt sub circunstantijs malis appetunt, nec est iste appetitus ad eorum consolationem, sed magis ad afflictionem: naturaliter enim appetere quod appetens videt se nõ posse consequi magis est afflictio appetentis. *& 2. physic. T. com. 89* *Pro ista q̃stione, vide Sco. dist. 49.* *Huius solutio secundum principale 9. q.*

De hac quęstione breuius transeo, quia ex his quæ dicta sunt lib. 2. distin. 38. in illa quæstione, Vtrum sinderesis quantum ad omnem sui actum possit totaliter per peccatũ extingui: & in isto lib. dist. pręced. in illa quęst. Vtrũ omnes homines appetãt beatitudinem, plene patet solutio huius quæstionis.

AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ naturalis cognitio veri & naturalis appetitus boni non sunt principium supernaturalis sanitatis quando peruertuntur per circũstantias malas ex deliberatiua voluntate obstinata in malo, sicut est in damnatis. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum, ꝙ nulla creatura potest habere Deum odio per se, quia impossibile est aliquid odiri sub ratione qua summum bonum, tamen per accidens sub ratione qua ex iustitia punit peccatores, odio habetur a damnatis, sed sic odire Deum stare potest cum naturali appetitu beatitudinis in generali ex deliberatiua voluntate deprauato. *Ad secundum.* *Idem Scot. multis in locis.*

Ad tertium dicendum, ꝙ damnati omnes alios vellent esse damnatos, quia sicut in patria est summa charitas, sic in inferno est summum odium, nisi inquantum in aliquo, vt dictum est, naturale desiderium tendit in bonũ, & sicut dicit Gloss. super illud Isa. 14. Tu vulneratus es: solacium est malorũ inimicos habere socios pœnarum. Similiter tanta est in eis inuidia ꝙ fœlicitas bonorum est in eis magnum supplicium: vnde August. lib. 2. de ciu. cap. 29. dicit, quòd malignis spiritibus pœna tua est æterna fœlicitas: & ideo quãuis ex multiplicatione damnatorum augeatur pęna eorum, tamen intantum superexcrescit in eis inuidia, & odium, ꝙ magis eligerent plus torqueri cum multis, quam minus cum paucis: quia tamen animæ damnatę sciunt, quòd non omnes damnabuntur, plus vellent illos ad quos naturaliter afficiũtur damnationem euadere quam alios, quia minus illis inuidẽt, quam alijs: & ideo ille diues damnatus fratres suos cupiebat euadere damnationẽ, quãuis plus voluisset fratres suos cum omnibus alijs damnari: naturali autem appetitu beatitudinis in generali ex deliberatiua voluntate peruerso non est incompossibile velle ex deliberatione damnationem omnium aliarum. *Ad tertiũ.*

QVAESTIO II.

Vtrum damnati debeant velle non esse.

ET VIDETVR ꝙ sic: ipsi debent velle bonum, sed bonum esset eos non esse: quia sicut dicit Saluator Matt. 26. de Iuda, Bonum erat illi si natus nõ fuisset homo ille: ergo videtur quòd damnati deberent velle non esse. *Arg. 1.* *D. Bon ibidem, art. 1. q. 2.* *D. Tho dist. præsenti, quæst. 2.* *Scot. ibid. q. 2.*

Item magis debet appeti carentia omnis mali, quam præsentia eius: sed non essendo nullum malum haberent, essendo omne *Secundo.*

malum habent: ergo deberent velle non esse.

Tertio. Item Ansel. lib. 1. Cur Deus homo, c. 21. loquens in persona respondentis dicit, Fateri me necesse est, quia pro cõseruanda tota creatura nihil debere facere contra voluntatem Dei, quod Ansel. approbat, sed damnati non possunt esse sine actu malæ voluntatis: ergo secundum iudicium rectum rationis plus deberent velle non esse, quam esse sic.

In opposi tum. CONTRA, nullus debet velle non esse ad fugiendum quod iustum est, sed damnatos puniri iustum est: ergo non debetur velle non esse ad fugiendum pœnam.

Item nullus secundum rectum iudicium rationis debet velle perdere omnem participationem illius rei, quam magis debet diligere quam seipsum, sed damnati perdẽdo esse perderent omnem participationem Dei, quã magis deberent diligere, quam seipsos: ergo non deberent velle non esse vt propria pœna carerent.

CONCLVSIO.

Damnati respectu mali culpæ, in qua sunt, deberent potius velle non esse, quam in eo statu esse, respectu vero mali pœnę, quam patiuntur iuste, non deberent velle non esse, sed magis velle sic esse.

Responsio. Et si respectu mali culpe damnati deberent, velle non esse, tamen respectu mali pœnæ deberet velle sic esse. RESPONDEO, ꝙ in damnatis est malũ culpę in quo sunt obstinati, & malum pœnæ cui perpetuo sunt obligati, habendo aspectũ ad primum malum, dico ꝙ secundum rectum iudicium rationis plus deberent velle non esse quam sic esse, quia secundum rectum iudicium magis debet volũtas fugere illud quod est contra rem quam magis tenetur diligere, quam illud quod est contra rem quã non tantum tenetur diligere: sed certum est, ꝙ quilibet magis tenetur diligere Deum quam seipsum, intantum ꝙ si voluntas posset diligere dilectionis actu infinito intensiue deberet diligere Deum infinite, etiam quantum ad intensionem, quia est bonum infinitum: creatura autem diligi non debet a seipsa nisi finite, quia finitum bonum est: cum ergo peccatum sit cõtra Deum, & non esse contra esse propriũ: magis deberent damnati fugere esse in peccato, quam fugere non esse: cum ergo esse eorũ nõ posit esse sine peccato, videtur ꝙ ad hoc habendo aspectum deberent velle non esse.

Pręterea peior est carentia boni debiti, quã boni non debiti, quia prima carentia habet rationem mali, secunda nõ: sed peccatum est carentia boni debiti, non esse non est carentia boni debiti, quia tunc fuisset malum ante creationem mundi: ergo peius est peccatum, quam non esse, sed qualibet voluntas magis debet fugere quod peius est: ergo magis deberent damnati odire esse in peccato, quam odire non esse: ergo cum videant se non posse esse nisi in peccato, deberent velle non esse, vt non essent in peccato.

Habendo tamen aspectum ad eorum pœnam quæ iusta est, & a Deo est: non deberent velle non esse ad hoc vt pœnam non haberẽt: nobilior enim participatio Dei est esse quam gaudium, quia secundum Dionys. 5. ca. de di. nom. Inter omnes diuinas participationes esse est nobilior, accipiendo alias participationes cum præcisione quantum ad illud quod dicunt vltra esse, sed nullus debet velle perdere nobiliorem participationem ad vitandum incommodum, quod est contra minus nobilem: cum ergo non esse sit contra esse, & pœna contra gaudium, nullus debet velle non esse propter amotionem pęnę tantum. *An istæ duæ rationes ita concludant de malo culpæ, sicut de malo pœnæ, tenet Scot. de præsenti q. 1. contra istum vide ipsum contra totã quæst.*

Pręterea, non esse nullum est bonum, in pęna autem est aliquod bonum, inquantum est iusta, sed nullus debet velle illud quod nõ est bonum ad vitandum illud in quo est aliquod bonum: ergo damnati non debent velle non esse ad fugiendum pęnam tantum.

Ad primũ. ARGVMENTA ad partem primam procedunt de voluntate non essendi habendo aspectum ad malum culpæ.

Ad secundum. Potest tamen dici specialiter ad secundum ꝙ maior intelligenda est cęteris paribus: hic autem non sunt cętera paria, quia etsi damnati essendo habeant multa mala, esse tamen in eis est bonum: in non esse autem non est bonum, neque malum.

Ad aliam partem. Argumenta ad partem secundam procedunt de voluntate non essendi habendo aspectum pręcise ad malum pęnę.

QVAESTIO III.

Vtrum damnati vellent non esse.

Arg. 1. D. Bon. vbi supra. Sco. vbi su. ET VIDETVR ꝙ non: quia nulla potentia potest moueri, nisi a proprio obiecto, vel ab eo quod eius rationem participat, sed obiectum voluntatis est bonum: cum ergo non esse non sit bonum, nec aliqua participatio eius, damnati non possunt velle non esse.

Secundo. Item voluntas de necessitate appetit bonum, in quo nulla inuenitur ratio mali: ergo de necessitate refugit illud in quo nulla inuenitur ratio boni, sed in non esse nulla potest inueniri ratio boni: ergo damnati nõ possunt velle non esse.

Tertio. Item nullus potest velle, nisi verum bonum vel æstimatũ, sed nõ esse non est aliquod bonũ verum, nec æstimatum a damnatis est bonum: bene enim sciunt, ꝙ vbi nulla est entitas nulla est bonitas: ergo non possunt velle nõ esse.

Quarto. Item qui volunt esse, inquiete volunt esse: ergo ad destructionem consequentis si damnati vellent non esse, vellent non esse inquiete, quod falsum est.

Quinto. Item ratio appetendi quicquid appetitur saluatur in quolibet appetibili: sed esse est ratio appetendi quicquid appetitur, vnde dicit Philosophus secundo de anima, quòd omnia ap- *T com. 34. & 1. de gen.*

Tex co 59. Quod probat 3. rationibus. appetunt esse,&illius causa agunt quęcunque agunt secundum naturã: ergo si damnati vellent non esse simul vellent esse, & non esse, quod impossibile est.

Item August.in lib.de lib.arbit. inter principium & medium, dicit, quòd nemo potest eligere vt non sit.

In oppositum. CONTRA, 1.Rhetoricæ, capitulo sexto, dicitur, quòd non habere malum est delectabile, sed non esse importat carentiam omnis mali: ergo est delectabile: cum ergo esse damnatorum sit tristabile, videtur, ꝙ propter delectationem velint non esse.

Item Apocalypsi nono. In diebus illis quęrent homines mortem,& non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

Item Ansel.de casu diab.cap.6. loquens de angelis bonis & malis, dicit, Sic distincti sunt angeli vt adhærentes iustitiæ nullum bonum velle possint quo non gaudeãt, & deserentes illam nullum velle queant quo non careant, sed ipsi non carent esse: ergo volunt esse.

CONCLVSIO.

Et si damnati voluntate naturali non volunt non esse, tamen voluntate deliberatiua, licet nullo modo per se volunt ipsum non esse.

Responsio. RESPONDEO, ꝙ damnatos velle non esse dupliciter potest intelligi, scilicet aut voluntate naturali, aut deliberatiua.

Primo modo non volunt non esse, nec velle possunt, quia esse in pœna melius est quam nihil esse, cũ in nihilitate nulla sit penitus bonitas,& sicut dicit Philosophus 2. de generatione. *T.com.59.* In omnibus inquimus quod melius est desiderare naturam semper loquendo de melioritate naturali.

Loquendo autem de voluntate deliberatiua contingit aliquid velle tripliciter, scilicet per se & primo,& per se, sed non primo,& per accidens.

Primo modo quicquid vult voluntas vult sub ratione boni positiue.

Secundo modo vult carẽtiam mali, etiam si in illa non appræhendat ratio aliquam positiuam rationem boni: carẽtia enim mali per se est appetibilis non tamen primo, quia non appetitur mali carentia, nisi quia prius ordine naturę appetitur bonum: ideo enim voluntas vult carentiam pęnę, quia diligit bonũ cui pœna est contraria.

Tertio modo voluntas deliberatiua potest appetere non esse, inquantum ad non esse sequitur carentia pœnę, quam voluntas per se appetit. Primo modo & secũdo damnati non volunt non esse, quia non esse non est appetibile per se & primo, nec per se non primo, sed tertio modo appetunt non esse, inquãtum scilicet ad non esse sequitur carentia pœnæ, quã per se appetunt: vident enim quòd ex suo esse non possent consequi delectationem, nec vtilitatem, nec honestatem, quia tantam habent pœnam vt secum compati non possit aliquod gaudium, & si modo verum non stde omnibus damnatis, eo quòd sicut ostensum est libro secundo, de pœna dæmonum vsque ad iudicium compatitur secum interdum aliquod exile & vanum gaudium: *Distin.7.* tamen post iudicium nullius damnati pœna gaudium aliquod secum compatietur: per suum etiam esse nihil boni possunt acquirere: suum etiã esse magnæ inhonestati est subiectum, & ideo non est mirum si tali esse vellent carere vt malis quæ existendo patiuntur carerent.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ non tantummodo bonum est per se obiectum voluntatis, sed etiam carentia mali, quã uis non primo, quapropter dicitur 5. ethic.c. 6. quòd in boni ratione sit minus malum ad maius malum, quia minus malum magis est eligibile maiori, ex ratione maiori huius carentiæ mali non esse per se appræhensum potest esse damnatæ voluntatis obiectum.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd volũtas refugit illud de necessitate, in quo nulla apprehenditur ratio boni extendendo bonum ad carentiam mali, quæ per se appetibilis est, vt dictum est: quamuis autem in nõ esse nullum sit bonum proprie dictum, tamen ad non esse sequitur carentia omnis mali.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ procedit de eo quod vult voluntas primo & per se: sic autem damnati non possunt vęlle non esse.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, quòd quamuis ad velle esse inquiete sequatur velle esse, non tamen ad velle non esse per accidens, sequitur non velle esse inquiete, exemplum sequitur, volo vinum bonum, ergo volo vinum, nec tamen sequitur non volo vinum, quia non possum habere nisi corruptum, ergo non volo vinum bonum: & ego dico, ꝙ ideo damnati vellent non esse, quia vident se non posse habere esse nisi pęnale, vnde ex hoc non sequitur, ꝙ non vellent habere esse quietum: si autem in arguendo assumeretur ꝙ vellent non esse per se teneret forma argumenti, sed in materia esset peccatum, quia hæc est falsa, damnati volunt per se non esse, nec tantum est falsa, sed etiam impossibilis.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum, ꝙ esse inquantum esse non est ratio appetendi quicquid appetitur, sed esse bene dispositum, & hic appetitus saluatur in appetitu quo dãnati appetunt per accidens non esse: quia.n.ipsi appetunt esse bene dispositum: ideo odiunt pęnam quę cõtraria est bonę dispositioni essendi, vel vellent illius pęnæ carentiam, quia sciunt se illa pœna carere non posse essendo,& quòd illa carerẽt, si non essent: ideo si daretur eis optio magis eligerent non esse, quam sic esse.

Ad sextum. Ad 6.dicendũ, ꝙ illud verbũ intelligendũ est de electione qua res eliguntur per se: certũ est.n.ꝙ non esse nõ est eligibile per se. Et quod

Absolute loquitur Aug. nō ät ord ne ad afflictio- Ad aliā partem.

ꝙ hic fuerit intellectus Aug. videtur per illud quod parum infra dicitur. Omnis ille appetitus in voluntate mortis non est, vt qui moritur non sit sed vt requiescat intenditur, in quo satis videtur velle ꝙ non appetitur non esse, propter non esse, sed, propter carentiam inquietudinis.

Argumenta ad partem secundam quamuis gratia principalis conclusionis concedenda sint, primum tamen non multum cogit: quia non habere malū non est delectabile, nisi supposita circunstantia subiecti,

ARTICVLVS V.

CONSEQVENTER quæritur de quinto principali. Et circa hoc quęruntur tria.

Primo vtrum in inferno sint tenebre corporales.

Secundo vtrum maior sit pęna vermis vel ignis.

Tertio vtrum carentia visionis Dei sit maxima omnium pęnarum quæ sunt in inferno.

QVAESTIO I.

Vtrum in inferno non sint tenebre corporales.

Arg. 1. D. Bonauē. ibid. ar 2. quest. 1. D. Th præsenti dist. q. 2. ar. 13.

OSTENDO ꝙ Greg. 9. lib. mor. versus finem exponens illud Iob. 10. vbi vmbra mortis, & nullus ordo, dicit de igne infernali, quòd quamuis ad consolatione non luceat: tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet, nam sequaces quosq; suos secum in tormentis reprobi flamma illustrante visui sunt, quorum amore deliquerūt.

Secundo. Tex. co. 67. 72. & 73.

Item secundum Philos. 2. de anima: nihil videtur nisi in lumine, sed damnati aliquid videbunt: quia aliter visus in eis esset ociosus & superfluus: ergo non sunt in inferno corporales tenebre.

Tertio. Item Isid. lib. 1. de summo bono. c. 29. dicit ignem gehenne ad aliquid lumen habere; ad aliquid non habere; hoc est habere lumen ad damnationem vt videant impii vnde doleāt, & non habere ad consolationem, ne videant vnde gaudeant, sed tenebre corporales non sunt cum lumine.

In oppositū. CONTRA vt habetur Matth. 22. dixit rex de non habēte vestem nuptialem: mittite eum in tenebras exteriores.

Secundo. Item non est minus probabile ibi esse tenebras corporales quam corporalem fletū, sed ibi erit fletus corporalis. vnde Matth. 22. dicitur ꝙ ibi erit fletus & stridor dentiū: ergo ibi sunt & erunt tenebre corporales.

Tertio. Item Greg. 9. lib. mor. ante auctoritatē prius allegatam. vltrix flamma viciorum concremationem habet & lumen nō habet: ergo sunt ibi tenebre corporales.

CONCLVSIO.

In inferno cum sit omnis tristitiæ locus, sunt tenebrę corporales, nec ibi est aliquod lumen purum, quod uisum delectet, sed tantum lumen aliquod obscuritati permixtum quo damnati videre possint vnde doleant.

Respon. Lumē super se delectab le sit tamen per accidēs est tristabile quādoqz.

RESPONDEO, ꝙ lumen per se est delectabile, per accidens autem potest esse tristabile, inquantum aliquid ostendit, quod displicet, & quia infernus est locus omni tristitiæ, ideo simpliciter locus tenebrosus est: nec est ibi aliquod purum lumē quod visum delectet est ibi tamen lumen aliquod obscuritati permixtum quo damnati videre possint vnde doleant.

Et sic patent solutiones ad argumēta vtriusque partis excepto secundo ad partem secundam.


Ad secūdū alterius partis. Pro ista q̄stione vide Lyrā. exodi. 10. de tenebris egypti.

Ad quod dicendum, ꝙ quamuis ibi sint tenebre corporales modo eodem quo dictum est, tamen non erit ibi corporalis fletus inquātum est quædam resolutio corporaliū lachrymarum: quia talis resolutio tunc non erit, talis enim resolutio pertinet ad corruptibilem statum: tamen erit ibi maximus dolor interior, & in facie & in oculis huius doloris signum. s. capitis turbatio & aliqua oculorum obnubilatio: non vt non videant, sed vt peius videant, & hæc conturbatio & obnubilatio lachrymę corporales secundum metaphoram dicte sunt: credo tamen ꝙ post corporum resumptionem ibi erit stridor dentium ex angustie magnitudine proueniens.

QVAESTIO II.

Vtrum in inferno sit maior pęna vermis quam ignis.

Arg. 1.



ET VIDETVR ꝙ non, quia secundum Aug. 12. de ciuita. ca. 4. nihil igne vrente est molestius.

Secundo. Itē maior pęna est illa quæ ex sui natura citius infert mortem, sed pœna ignis ex sui natura citius infert mortem quam pęna vermis: ergo grauior est & maior.

Tertio. Item maior est pœna prouenlens ex re quā ex similitudine rei, sed pœna ignis prouenit ex re: pœna vermis cum sit spiritualis, prouenit ex similitudine rei: prouenit enim ex apprehensione quæ est per similitudinem: ergo maior est pęna ignis quam vermis.

In oppositū. CONTRA illa pęna maior est, quam homo magis cupit effugere, sed homines magis cupiunt effugere pęnam mentis quam corporis. vnde aliquando vt effugiant vehementem tristitiam interficiunt se: cum ergo pęna vermis sit pęna mentis: quia est remorsus consciētiæ, & pęna ignis sit pęna corporis maior ē pęna vermis quam pęna ignis.

Secundo. Item duarum delectationum illa est maior, propter quam alia desipit, sed sicut dicit Bernardus in epistola ad proprios parentes. Gustato spiritu necesse est desipere carnem, affectanti cælestia terrena non sapiunt: ęternis inhiāti fastidio sunt transitoria: ergo maior est delectatio spiritualis quam corporalis, sed il

la

la pęna maior est quæ opponitur maiori delectationi: ergo cum pęna vermis sit spiritualis maior est quam pęna ignis quæ ẽ corporalis.

CONCLVSIO.

Pœna vermis, idest remorsus conscientiæ est maior in damnatis, quam pęna ignis.

Responsio.

Et si Aug. dubium relinquat, an vermis corporalis erit in damnatis tamen communiter nõ tenetur, sed de spũali tã in Lib. 20. c. 22 inquit credibilius videtur quòd vermis pertineat tantũ ad animã.

RESPONDEO ꝙ pęna vermis dupliciter potest accipi: aut proprię. s. pro verme corporali: aut metaphorice. s. pro remorsu concupiscentie, qui vermis dicitur in quantum oritur ex putredine peccati, sicut vermis ex putredine corporali, & animam spiritualiter pũgendo affligit sicut vermis carnem ipsam pũgendo vel mordendo. vtroq; modo dicunt aliqui ibi esse pęnã vermis: propter hoc quod dicit scriptura. Iudith. vlti. Dabit ignẽ & vermes in carnes eorũ. Et ecclesiastici septimo. Vindicta carnis impii ignis & vermis, vermis autem puniens carnem est vermis corporalis vt eis videtur, quamuis Aug. 21. de ciuit. c. 9. dimittat sub dubio vtrum in inferno erũt vermes materiales vel non: tamen communiter tenetur ꝙ non: quia vt superius ostensum est vegetabilia & bruta non remanebunt eo ꝙ nũquam habuerunt ordinem ad incorruptionẽ, & post iudicium non erit generatio, & corruptio, vt ostensum est: per pęnam ergo vermis intelligit sacra scriptura remorsum conscientiæ, quo & si principaliter & immediate affligatur anima, eo tamen & ex consequenti & ꝑ quandam redundantiam, affligetur caro: vnde caro damnatorum affligetur & ab exteriori & ab interiori. Et sic patet ꝙ quærere vtrũ in damnatis sit maior pęna vermis quã ignis est quærere vtrum remorsus cõscientiæ sit eis maior pęna quàm illa quæ in eis causatur ex igne.

In damnatis penã vermis maiorẽ esse pœna ignis ex magnitud ne mali coniũcti ex potentia multũ disposita. & ex forti coniunctione pẽsatur.

Ad quod dicẽdum similiter ꝙ sic, & põt sic declarari, sicut magnitudo delectationis pẽsatur ex tribus. s. magnitudine boni coniuncti & ex bona dispositione potentiæ ad suscipiendum passionem delectationis & ex perfectione coniunctionis: sic magnitudo doloris pensatur ex magnitudine mali cõiuncti, & ex hoc ꝙ potentia est multum disposita ad patiendũ ab illo malo, & ex forti coniunctione mali affligentis cum illa potentia, malum. n. interius animam affligens damnatam est perpetua carentia suæ perfectionis, ad quam erat apta nata, inquantum illa carẽtia apprehenditur sub certitudine sit in esse pro peccato propriæ voluntatis, hoc enim carentia vt sic apprehensa est illud maximum malum quod animam affligit: quòd longe magis est bone dispositioni animæ contrarium quam actio ipsius ignis: anima etiam magis est disposita ad patiendum a malo prædicto quam ab ipso igne. quod patet quia ille ignis non est aptus natus animam affligere ex propria virtute immediate, non enim ipsam affligit immediate nisi inquantũ est instrumentum diuinę iustitiæ, & post iudicium affliget animam etiam corpore mediante: anima autem patitur a prædicto spirituali malo immediate, & per se, coniunctio etiam est fortior: quia fortior est apprehensio per intellectum quàm per sensum, & post corporis resumptionem illud malum quod vermẽ voco, & ipsum ignem apprehendat per intellectum: tamen principalius apprehendet ignẽ per sensum & vermem per intellectũ: quia vermis est quid magis intelligibile, cum sit quid spirituale: quam ignis cum sit quid sensibile: vermis etiam presentior est animæ quã ignis: quia corporalia non possunt esse intra animã sicut spiritualia: malum ãtquod est animæ realiter præsentius & ab ea cognitum perfectius sibi fortius est cõiunctum. Propositũ ẽt auctoritate confirmatum. dicit. n. Greg. 15. mora. parũ ante mediũ super Iob. 20. deuorabit eũ ignis qui non succenditur: ꝙ clibanus intrinsecus ardet: is vero qui ab igne deuoratur ab exteriori parte incipit concremari vt ergo sacra æloquia ardere: & exterius & interius reprobos demonstrarent eos etiam ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testantur, vt ꝑ ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente: cum ergo calidior sit ignis clibani, quia est inclusus, cui comparat dolorem interiorem. i. remorsum conscientiæ, quã ignis exterior non inclusus, cui comparat pęnam ignis: expresse nobis ostendit maiorem esse pęnam vermis quam ignis.

AD PRIMVM in oppositum dicendũ, ꝙ illud verbum Aug. intelligendum est de molestia quæ infertur per instrumentum corporale & cæteris paribus. *Ad primũ.*

Ad secundum dicendum ꝙ non semper magis affligit pœna, quæ sui natura citius infert mortem, cum quædam sint quæ cito interficiunt, nec tamen ita affligunt, sicut aliquę quę mortem non inferunt, aut tarde inferunt, dolor enim inquantum, dolor non causat mortẽ seu inquantum per ipsum sit in corpore transmutatio aliqua qua corrumpitur corporis dispositio necessaria ad vitam illa autem dispositio corrumpi potest aliquando per aliqua q̃ minorem inferunt dolorem quam aliqua quæ non corrumpunt eam. *Ad secũdũ.*

Ad tertium dicendum, quòd pœna vermis non causatur similitudine rei, sed a re quę per similitudinem apprehenditur, & etiam pęna ignis causabitur in corpore ab ipso igne: qui per similitudinem apprehenditur a tactu, & quamuis non magis vigeat in hominibus apprehensio sensibilis quàm intelligibilis, tamẽ in damnatis magis vigebit intellectualis virtus in ostendendo vnde doleant quam sensibilis. *Ad tertiũ.*

QVAE-

QVAESTIO VLTIMA.

Vtrum carentia visionis Dei sit maxima pœnarum omnium quæ sunt in inferno.



ET VIDETVR ꝙ non, quia maxima pœnarum omnium quæ sunt in inferno non est in paruulis, cum dicat Aug. enchi. 55. c. ꝙ eorũ pœna est omnium pœnarum mitissima, sed carentia visionis Dei est in paruulis: ergo non est omnium pęnarum maxima.

Arg. 1.

Secundo. Item omnis pęna est aliqua afflictio sed carentia visionis Dei non est afflictio: quia afflictio est res positiua, & illa carentia est priuatio: ergo illa carentia non est pœna: ergo nec pęnarum maxima.

Tertio. Item duarum pęnarum illa maior est quæ includit aliam & non includitur ab ea: sed pęna sensus includit carentiam visionis Dei, & non æconuerso. ergo maior est pęna sensus quam pęna carentie visionis Dei.

In oppositũ. CONTRA Chrysost. super Matth. Home. 23. inter medium & finem. Duæ pęnæ sunt ignis gehenne & casus gloriæ: nouimus autẽ ꝙ multi gehennam solum abhorrent: ego autem casum illius gloriæ multo maiorem gehẽna esse animo. Et infra. Intolerabilis est gehenna, & illa pęna, sed si decem mille gehennas ponas, nihil tale est quale est ab illa beata vita excidere.

Item sicut ostensum est libro secundo dist. 37. malum principalius dicitur de culpa quã de pęna: ergo illa pęna est peior quę propinquior est peccato, sed carentia visionis Dei cum sit carentia boni debiti propinquior est peccato quã quęcunq; alia pęna: ergo est omnium pęnarum peior, sed quanto pęna ẽ peior tanto est maior: ergo carentia visionis Dei est maior omnibus pęnis quæ sunt in inferno.

CONCLVSIO.

In damnatis carẽtia visionis Dei est maxima omnium pęnarum.

Respon. Quid pœna dãni. Quid pœna sens. RESPONDEO, ꝙ in damnatis est pęna damni & pœna sensus: pęna damni est perfectionis ad quã erant apti nati carentia ex peccato causata. Pęna sensus est quelibet pęna ex lesionis apprehensione sensibili seu intellectuali causata.

Prima pęna essentialiter non est dolor neq; tristitia, sed ipsa apprehensa vt ex commissione vel omissione propriæ voluntatis causata est tristitiæ causa. Pęna autem sensus est essentialiter tristitia vel dolor. Dico ergo inter pęnas damni carentia visionis Dei maxima est, & tristitia causat ex illa carentia apprehensa, vt proueniens ex actuali malitia proprię voluntatis est maxima inter pęnas sensus: quia quamuis damnati non appetant videre Deũ propter amorem suæ bonitatis, tamen vehementissime illud appetunt propter desideriũ propriæ delectationis, eo ꝙ credere firmiter compelluntur ex illa visione maximam delectationem in vidente causari, carentia etiã visionis illius apprehensa vt ex actuali malitia propriæ voluntatis proueniens maior est pęna quam aliqua pęna sensus. Pęna enim damni & pęna sensus conueniunt in communi ratione pęnæ analogicæ dicte de illis. Communis enim ratio pęne est malum existens in creatura rationali propter peccatum. Illa ergo pęna est maior in qua plus est de ratione mali: sed in prædicta carentia plus est de ratione mali quàm in aliqua pęna sensus: quòd dupliciter patet. Vno modo quia maxima pęna sensus est causata ex prædicta carentia, plus autẽ inuenitur de ratione mali in causa mali quàm in effectu. Alio modo quia illa carentia cum sit priuatio nõ dicit formaliter aliquam essentiam: pęna autem sensus non est priuatio pura, aliquid enim dicit positiuum: cum ergo bonum & ens conuertatur, in carentia prædicta est maior bonitatis defectus quàm in aliqua pęna sensus.

Inter pœnas damni carẽtia visionis Dei est maxima, hinc à Sco. d. 46. q. 4. huius dicitur pœna absentiæ.

Ad primũ. AD PRIMVM in oppositum dicendum, ꝙ pęna paruulorum dicitur esse mitissima: quia in ipsis est sola pęna damni: quia apprehendunt ipsam non esse in eis causatam ex actuali malitia suæ propriæ voluntatis. In aliis autem damnatis simul cum pęna damni est pęna sensus, & in eis apprehenditur illa carentia vt ex actuali malitia suæ propriæ voluntatis causata.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, ꝙ maior non est vniuersaliter vera nisi de pęna sensus.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ maior est vera de inclusione qua res vna includit aliam sicut ꝺ sui esse, non de illa qua res vna includit aliã, sicut effectus causam. Primo modo pęna sensus non includit carentiam visionis Dei: sed modo secũdo vt patet ex dictis in quęstione.

Diabolus post iudiciũ erit in actu culpæ. CIRCA Litteram. Illud peccatum esse dicunt non meritum supplici, licet supplicium mali remiti: hoc dictum est quia ostensum est libro secũdo dist. 7. ꝙ diabolus etiam post iudicium semper erit in aliquo actu culpæ, non tamen per illum tunc demerebitur proprię loquẽdo de demerito secundum ꝙ demeritum dicitur culpa: pro qua secundum decretum diuini iudicii infligi debet a iudice pęna peccati, non tamen remanebit ille actus impunitus, quia erit ipsi diabolo & culpa, & pęna acta non inflicta. Bonam nullatenus habere poterunt voluntatem: quia erunt in malitia obstinati. Nullo vlterius illustrabuntur interiori lumine veritatis nec aliquam veritatem: quod non est sic intelligendum vt nullã intelligant veritatem, sed quia tunc non fiet eis noua supernaturalis reuelatio veritatis, nec aliquã veritatẽ cognoscent, qua moueant

ad

ad exhibēdum Deo Cōfeſsionē laudis. An qa non Deum videbunt per ſpeciē, hic accipitur ſpecies pro eſſentia diuina. Hic multi oderunt Deum ſcilicet per accidens: inquantum ex iuſtitia punit peccatores. Sed in hac vita nullus adeo malus eſt vt penitus ſe excludat a cognitione Dei: quia nec perdit appetitū beatitudinis, & quendam boni amorem quem naturaliter habet rationalis creatura: quod non eſt intelligēdum vt damnati careāt totaliter Dei cognitione. vel beatitudinis naturali appetitu, ſed quia cognitionem Dei inquantum misericors eſt minorem habent quàm quicunq; mali in hac vita, naturalem etiam beatitudinis appetitum magis habent damnati deprauatū ex deliberatiue voluntatis obſtinatione quam aliquis in hac vita. Nullam lucem Dei videbunt, cui confiteantur. i. nullam Dei cognitionem habēt quam ad confeſsionem diuinæ laudis referant. Lingua diuitis. i. affectio animæ lingua mouentis ad peccandum: pro qua volūtas punitur. Digitus Lazari. i. aliquod modicum eius ſuffragium. Sinus Abraę. i. locus quietus purgatorum. Vt nulla ad reprobos compaſsione moueantur: compaſsione tamen mouentur ad peccatores, qui ſunt in hac vita: niſi forte ſint aliqui, de quibus eſt eis ſub certitudine reuelatum, ꝙ ſint præſciti ad damnationem æternam, & intelligo de compaſsione nō ſecundum ꝙ compaſsio eſt quędam paſsio: ſed ſecundum ꝙ compaſsio accipitur pro voluntate ſubueniendi. Qui Dei claritatem vidēt nihil in creatura agitur quod videre nō poſsint, ſ. ſi Deus vult reuelare: vel hoc intelligitur de his quę pertinent ad beatitudinem accidentalem eis debitam. Hæc de pedibus. i. pertinentibus ad finem quæ ſunt materia huius quarti. Sedentis ſuper ſolium. i. ſuper vniuerſitatem creaturarum quos ſeraphin duabus alis velebant. ſ. non reuelando nobis nec doctrina ſenſibili nec intellectuali, quæ duæ occultationes ſunt quaſi ale duę velātes Qui. i. ſcriptor. Exorſus a facie ſedētis. i. a diuina natura & proprietatibus eius quod eſt materia primi libri. Per media. i. per emanationem creaturarū: quæ eſt materia ſecundi lib. Ad pedes vſq;. i. ad materiam quarti libri. Via duce. i. Chriſto: qui ē materia tertii libri

Lingua diuitis digitus Lazari.

Magiſter n. lib. 1. tractat de eſſentia primi principii & proprietatibus eius: de diſtinctione perſonarum proprietatibus & earum.

In 2. lib. de emanatione creaturarum a primo principio & de creaturis inquantum ab ipſo acceperunt eſſe, & de creaturæ rationalis deuiatione ab illo principio, per quam deuiationem receſsit a bene eſſe. In tertio lib. determinat de humani generis reſtauratione per Chriſtum facta. Et quia ad ipſam ex parte reſtaurātis duo concurrebant. ſ. filii Dei incarnatio & eius paſsio: ideo determinat de filij Dei incarnatione & eius paſsione. Et quia ex parte humani generis reparandi duo concurrunt. ſ. virtutum adeptio & mandatorū obſeruatio: ideo determinat in eodem de virtutum adeptione, & mandatorum obſeruatione.

Epilogatio materiæ omnium librorum.

In quarto, quia ad coniunctionem creaturæ rationalis cū ſuo principio requiritur ſanctificatio per ſacramentorum ſuſceptionem, determinat primo de ſanctificatione quæ recipitur in ſacramentorum ſuſceptione. & præterea de cōplemento coniunctionis rationalis creaturę cum ſuo principio. ſ. per gloriam animæ, & gloriam corporis quam recipiet in glorioſa reſurrectione in qua ſicut dicit Aug. 22. de ci. quaſi in fine vacabimus & videbimus: videbimus & amabimus: amabimus & laudabimus.

Ecce quot erūt in fine fine fine: nā quis alius noſter eſt finis niſi peruenire ad regnū cuius nullus eſt finis. Ad quod me & ſcriptorem meum & omnes ſcriptorum meorum pios interpretes & beniuolos correctores ac etiā impreſsionis huius operarios & auctores perducat ſuauiſsimus Ieſus Chriſtus qui cū patrę, & Spiritu ſancto, viuit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

Si quid autem dixit nouum in hoc quarto: vel in aliquo aliorum librorum, quod non ſit confirmatum auctoritatæ ſolida vel ratione neceſſaria, vel certa experientia, intendo quòd accipiatur vt dictum ſine pertinaci aſſertione, & ſine præiudicio ſententiæ melioris. Et quamuis non recolam nec credam me alicubi ſcripſiſſe aliquid, quod retractatione indigeat, tamen ſi aliquid tale inueniretur in libris meis, quod non credo, paratus eſſem humiliter retractare.

LAVS DEO.



B R I X I AE,

APVD VINCENTIVM SABBIVM.

M. D. X C.

De consensu Superiorum.